R. 1053

# ANNALES ECCLESIASTICI

AUCTORE

# CÆSARE BARONIO SORANO

E CONGREGATIONE ORATORII

S. R. E. PRESBYTERO

# CARDINALI

TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI

ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO

UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA

# P. ANTONII PAGII

DOCTORIS THEOLOGI

*Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.*

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem* PAGII; *& Epiſtola conſularis Henrici* CARD. NORISII.
*In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.*
*Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.*

## Tomus Septimus.

LUCÆ

Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXLI.

*De Superiorum Licentia.*

R. 1063

# ANNALES
## ECCLESIASTICI
AUCTORE
# CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
# CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
# P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
*Ordinis Minorum Conuent. S. Franciſci.*

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem* PAGII; *& Epiſtola conſularis Henrici* CARD. NORISII.
*In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.*
*Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.*

# Tomus Septimus.

LUCÆ
Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXLI.
*De Superiorum Licentia.*

# ANNALES ECCLESIASTICI

JESU CHRISTI ANNUS 412. | INNOCENTII PAP. ANNUS 11. | HONOR. 18. THEOD. 5. IMPP.

I. Honorii pietas.

QUadringentesimus duodecimus annus, duobus Augustis Consulibus, Honorio nonum & Theodosio quintum, deletis ope divina tyrannis, feliciter inchoatur. Cujus primo mense idem Honorius, quod primum ad Christianam religionem spectare sciebat, qua nihil antiquius habuit, obstinatos animo Donatistas illos, qui post evictam in proxima Collatione a Catholicis causam adhuc in schismate pertinaciter remanerent, diversis pœnis, dato rescripto, mulctavit, atque primum ecclesias, ac cætera earum bona, illis indulgentia Principis anno superiori ante Collationem ad demulcendum eorum animos reddita, Catholicis restituenda esse præcepit: laicos insuper pecuniariis pœnis pro conditione cujusque punivit; clericis vero exilium irrogavit; illisque legata Catholicæ Ecclesiæ deberi præcepit. Sed reddamus hic ipsum rescriptum ad Seleucum Præfectum Prætorio datum, nonnihil tamen antiquitatis carie depravatum: sic enim se habet (a):

(a) l. 52. de hæret. Cod. Theod.

II. Rescriptum contra Donatistas.

*Cassatis quæ pragmatici, vel adnotatione manus nostræ potuerint impetrari; & manentibus his quæ etiam dudum super hoc definita sunt, & veterum Principum sanctione servata: Nisi ex die prolatæ legis omnes Donatistæ tam sacerdotes, quam clerici, laicique Catholicis ea, quæ sacrilege desciverè, reddiderint: tum Illustres singillatim pœnæ nomine Fisco*

A *nostro*



A num. I. ad IV. Cum pendente Collatione anno superiori habita, *Marcellinus* Tribunus & in ea Notarius Cognitor, *Donatistis* qui ad eam se se venturos pollicebantur, mera gratia absque Imperiali præcepto Ecclesias ad diem sententiæ usque indulsisset; (ideoque eis eas cum omni jure suo, quæ a Catholicis juxta præceptum Imperiale retinebantur, reddi jussisset; quod ex ejus Edicto liquet in Actis Collationis, & ex Augustino in Breviculo collat. in princ.) tandem ultima definitione ab eo damnati Donatistæ, eas rursum Catholicis tradere sine ulla dilatione jussi sunt. Quin imo *Circumcellionum* insania & insolentia reprimi jussa: & in fine sententiæ seu Edicti oblationes, & largitates in Ecclesias Donatistarum factas, Episcopis Catholicis tradi *Marcellinus* jussit. Verum cum huic sententiæ ubique paritum non fuisset, Honorius hoc anno *III. Kalend. Febr.* dedit legem Cod. Theod.

II. *Donatistarum audaciam reprimit Honorius.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5905.

SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CCCCL. A. C. 412.

☉ 1. GE. ☽ 14. P. 14. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 412.

INNOCENTII PAPÆ 11.

HONORII IMP. 20. & 18.

THEODOSII JUN. 11. & 5.

I. *Quinquennalia Theodosii.*

[1] COSS. *Honorius* Aug. IX. & *Theodosius* Aug. V. hic propter *Quinquennalia* Imperii post mortem patris suscepti, ille quia anno præcedenti, quo *Vicennalia* dedit, Consulatum in præsentem annum distulit.

NOTÆ [1] *Cos. Honorius Aug.* IX. & *Theodosius Aug.* V. Fasti Idatii, Prosper, & Marcellinus: *Honorio* IX. & *Theodosio* V. Ita & Prosperi chronicon MS. Paschalis laterculus in fine *Genadii*: *Honorio VIIII.* & *Theodosio Ag.* fine nota quinti consulatus.

*noſtro auri pondo quinquaginta cogantur inferre, Spectabiles auri pondo quadraginta, Senatores auri pondo triginta, Clariſſimi pondo viginti, Sacerdotales auri pondo triginta, Principales auri pondo viginti, Decuriones auri pondo quinque, Negotiatores auri pondo quinque, Plebeii auri pondo quinque, Circumcelliones argenti pondo decem: Qui niſi a conductoribus, ſub quibus commanent, vel procuratoribus executori exigendi fuerint præſentati, ipſi teneantur ad pœnam: ita ut nec domus noſtræ homines ab hujuſmodi cenſura habeantur immunes. Uxores quoque eorum maritalis ſegregatim mulcta conſtringat. Eos enim quos nequaquam illata damna correxerint, facultatum omnium publicatio ſubſequetur. Servos etiam dominorum admonitio, vel colonos verberum crebrior ictus a prava religione revocabit, ni malint ipſi ad prædicta diſpendia (etiam ſi ſint Catholici) retineri. Clerici vero miniſtrique eorum ac pernicioſiſſimi Sacerdotales ablati de Africano ſolo, quod ritu ſacrilego polluerunt, in exilium viritim ad ſingulas quaſque regiones ſub idonea proſecutione mittantur; eccleſiis eorum, vel conventiculis, prædiiſque (ſi qua in eorum eccleſias hæreticorum largitas prava contulit) proprietati, poteſtatique Catholicæ (ſicut jamdudum ſtatuimus) vindicatis. Dat. III. Kal. Febr. Ravennæ, Honorio IX. & Theodoſio V. AA. Conſſ.* Hactenus verba reſcripti.

III. De Honorii reſcripto.

Cujus quidem Honorii ſanctionis pluribus in locis S. Auguſtinus meminiſſe videtur. Nam quod ad caput illud ſpectat de irrogato exilio clericis Donatiſtis, hæc habet contra Gaudentium (a): *Mitiora in vos conſtituit Imperator propter manſuetudinem Chriſtianam: exilium vobis voluit inferre, non mortem: ſed vos homines docti conſiderantes quid debeatur merito, & quid minus ſit in ſupplicio, non de judicio illius, ſed de veſtro additis mortem:* Cum ſcilicet voluntarie ipſi more ſuo eam oppeterent. Ad hanc quoque legem idem S. Auguſtinus viſus eſt alludere voluiſſe, cum ſcribens ad Bonifacium inter alia hæc ait (b): *Quicquid ergo nomine eccleſiarum partis Donati poſſidebatur, Chriſtiani Imperatores legibus religioſis cum ipſis eccleſiis ad Catholicam tranſire juſſerunt.* Et quam id æquiſſime, ſubdit: *Cum ergo nobiſcum ſint plebes earumdem eccleſiarum, nobiſcum pauperes, qui ab eiſdem poſſeſſiunculis alebantur; ipſi potius foris poſiti deſinant concupiſcere aliena: ſed intrent in unitatis ſocietatem, ut pariter gubernemus non illa tantum quæ dicunt ſua, verum etiam quæ dicuntur & noſtra.* Scriptum eſt enim (c): *Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti:* Et alibi pro concione ad populum (d): *Leguntur* (inquit) *manifeſtæ leges, ubi præceperunt Imperatores, ut qui præter Eccleſiæ Catholicæ communionem uſurpant ſibi nomen Chriſtianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine Eccleſiæ audeant poſſidere:* Et in fine: *Veniant ad Catholicam, & nobiſcum habebunt non ſolum terram, ſed etiam illum, qui fecit cælum & terram.* Quod etiam ex hujus legis præſcripto, relicta ex teſtamento Donatiſtis deberent accipi a Catholicis, hinc ipſe ſuperius ex perſona ipſorum: *Modo deficientes ubique, quid nobis proponunt, non invenientes quid dicant? Villas noſtras tulerunt, fundos noſtros tulerunt: proferunt teſtamenta hominum. Ecce ubi Gajus eis donavit fundum Eccleſiæ cui præerat Fauſtinus. Cui Epiſcopus præerat Fauſtinus? Eccleſiæ. Quid eſt Eccleſiæ? Eccleſiæ dixi, cui præerat Fauſtinus, ſed non Eccleſiæ præerat Fauſtinus. Sed parti præerat. Columba autem Eccleſia eſt, &c.* Oſtendens jure negari bona Eccleſiæ iis qui non ſunt in Eccleſia.

(a) *Aug. contr. Gaudent. l. 1. c. 19.*
(b) *Auguſt. epiſt. 50.*
(c) 1. *Cor.* 3.
(d) *Auguſt. in Joan. tract. 6. in fin.*

IV. Donatiſtæ acrius ſæviunt.

Cæterum qui reſilierant poſt Collationem ab ineunda cum Catholicis unitate protervi tantum abfuit ut his pœnis adigi potuerint e ſchiſmate redire ad Eccleſiam, ut majori obduruerint obſtinatione, & crudeliore furore ſævierint. Docent hæc quidem S. Auguſtini litteræ (e) hoc ipſo anno (ut dicemus) ad eumdem Marcellinum Cognitorem datæ, quibus mala perpetrata ab eis adverſus Reſtitutum & Innocentium ſignificantur; cum ne in eos captos atque confeſſos pœnam mortis irroget, ipſe S. Auguſtinus rogat; ubi hæc de ipſorum delictis, quorum

ante

(e) *Auguſt. epiſt. 169.*

PAGIUS

Theod. 52. *de hæreticis* a Baronio recitatam, qua ſeptem rationibus Donatiſtas ad fidem Catholicam traducere, eorumque pertinax inſtitutum frangere ſtuduit. Prima deducitur a metu damni pecuniarii; ſecunda a Conductoribus & Procuratoribus in eos excitatis, ut illos detegerent; tertia ab eorum uxoribus; IV. a bonorum proſcriptionis metu poſt contumaciam; V. a Dominis in ſervos & colonos concitatis, ut hos verberum crebriore ictu a prava religione revocarent. VI. a Clericis in exilium miſſis. VII. ab Eccleſiis & Donariis Catholicæ Eccleſiæ vindicare juſſis. Has pœnas Gothofredus in hujus legis Commentario Auguſtinum in Epiſtola ad Bonifacium Comitem CLXXXV. alias L. cujus partem refert Baronius, indicare docte oſtendit. Ea autem Epiſtola anno CCCCXVI. ut infra videbimus, data, *Conductorum* nomine intelligit Imperator emphyteuticarios, qui locum præbebant in alienis prædiis, ut in iis Donatiſtæ myſteria ſua celebrarent.

III. *Donatiſtæ poſt Collationem ferocius ſævierunt.*

A num. IV. ad IX. Epiſtola Sancti Auguſtini CXXXIII. alias CLIX. recte a Baronio hoc anno collocata; cum enim *Donatiſtas* poſt Collationem Carthaginenſem contumaces plecti vellet *Honorius*, ob idque die XXX. Januarii le-

gem



ante alia occaſione fecimus mentionem: *Circumcelliones illos & clericos partis Donati, quos de Hipponenſi Eccleſia ad judicium pro factis eorum publicæ diſciplinæ cura deduxerat, a tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio quod in Reſtitutum Catholicum presbyterum commiſerunt, & de cæde Innocentii alterius Catholici presbyteri, atque de oculo ejus effoſſo, & de digito præciſo fuiſſe confeſſos. Unde mihi ſolicitudo maxima incuſſa eſt, ne forte ſublimitas tua cenſeat eos tanta legum ſeveritate plectendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque his litteris obteſtor fidem tuam, quam habes in Chriſto, per ipſius Domini Chriſti miſericordiam, ut hoc nec facias, nec fieri omnino permittas, &c.* Pluribus enim argumentis id ab eo extorquere conatus eſt. Sed & commendat ejuſdem in quæſtionibus exhibitam manſuetudinem, ubi ait: *Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipſa inquiſitione ſervaſti, quando tantorum ſcelerum confeſſionem, non extendente equuleo, non ſulcantibus ungulis, non urentibus flammis, ſed virgarum verberibus eruiſti: qui modus coertionis ita magiſtris artium liberalium & ab ipſis parentibus, & ſæpe etiam in judiciis ſolet ab Epiſcopis adhiberi.*

Epiſcopi imperant Præfectis.

Atque demum ad perſuadendum hujuſmodi utitur argumento: *Poſtremo* (inquit) *pro Eccleſiæ utilitate miſſus es: hoc Eccleſiæ Catholicæ, aut (ut modum diſpenſationis meæ non ſupergredi videar) hoc Eccleſiæ ad Hipponenſium regionum diœceſim pertinenti prodeſſe, hoc expedire conteſtor. Si non audis amicum petentem, audi Epiſcopum conſulentem: quamvis quoniam Chriſtiano loquor, maxime in tali cauſa non arroganter dixerim, audire te Epiſcopum convenit jubentem.* Hæc cum audis, lector, in mentem revoca quæ dicta ſunt anno ſuperiori de Syneſio Epiſcopo & Andronico Lybiæ Pentapolis Præfecto; nimirum verbis & exemplis declaratum in eadem cauſa, iiſdemque perſonis demonſtratum, Epiſcoporum eſſe, Præfectis quæ pia, quæ ſancta & Chriſtianæ ſunt legi conſentanea, imperare. Præfecti erant ambo, juſque habentes gladii, Andronicus & Marcellinus: ambo Epiſcopi, Syneſius & Auguſtinus: eadem cauſa de ſontium quæſtionibus atque ſuppliciis, in qua in utroque ipſorum jus Epiſcoporum in præcipiendo Præfectis oſtenditur: verum & in puniendis etiam eiſdem & anathemate percellendis, in Syneſio vidimus declaratum.

V. Acta de ſceleribus Donatiſtarum publicanda.

Sed & illud a Marcellino S. Auguſtinus exigit, ut confecta Acta publica de Donatiſtarum confeſſis criminibus & criminoſis convictis publice exponerentur, ad ipſorum omnium Donatiſtarum ignominiam, ut ſic manifeſtatione ipſorum ſcelerum erubeſcerent: nam aliis litteris hoc eodem anno in eadem cauſa datis (a) hæc habet: *Geſta quæ promiſit præſtantia tua, vehementer expecto, & in Eccleſia Hipponenſi jam jam cupio recitari, ac ſi fieri poteſt, per omnes eccleſias etiam in noſtra diœceſi conſtitutas: ut audiant homines, pleneque cognoſcant confeſſores iniquitatis, non Dei timore extorquente pœnitentiam, ſed judiciaria diligentia crudeliſſimorum pectorum aperiente duritiam, ſive illorum qui de homicidio, & de excæcato ac debilitato presbyteri corpore confeſſi.* Et paulo poſt de publicatione eorumdem Actorum in loco judicii facienda ſubdit: *Quod autem ſcripſit eximietas tua dubitare te, utrum in Theopropiæ debeas eadem Geſta jubere proponi: fiat, ſi poteſt illuc frequens confluere multitudo: alioquin alius locus celebrior providendus eſt, non tamen ullo modo prætermittendus.*

(a) *Aug. epiſt.* 158.

VI. Macrobius Epiſcopus Donatiſta Dux Circumcellionum.

Quibus ipſis litteris idem S. Auguſtinus, quomodo pergerent iidem efferati Donatiſtæ ſævire, narrat, his verbis: *Modo Macrobius Epiſcopus eorum ſtipatus cuneis perditorum utriuſque ſexus hac atque illac circumit aperuitque ſibi baſilicas, quas poſſeſſorum quantuluſcumque timor clauſerat:* Et paulo poſt: *Cum ipſo etiam eſt ille Donatus diaconus rebaptizatus, qui cum fuerit colonus Eccleſiæ, verſatus eſt in illa cæde præcipuus. Quæ tales non cum eo ſunt, quando & ille cum ipſo eſt? &c.* At tantum abeſt ut novis his Donatiſtarum facinoribus S. Auguſtinus a rogando pro eis qui vincti detinebantur in carcere feriendi, retra-



here-

PAGIUS

gem mox memoratam emiſiſſet. Donatiſtæ inſurgere vehementius in Catholicos, & ferocius ſævire cœperunt. Audito vero homicidio in *Reſtitutum* Presbyterum commiſſo, & cæde *Innocentii* Presbyteri ab eis patrata, *Auguſtinus* enixe rogavit Marcellinum, ne iis mortis pœna infligeretur. Epiſtola etiam CXXXIX. alias CLVIII. ad Marcellinum poſt ſuperiorem data eſt occaſione ſcelerum a Donatiſtis admiſſorum, ut ſcite Baronius habet. Verum Epiſtola Auguſtini C. ad *Donatum Proconſulem*, alias CXXVII. cujus meminit Baronius num. VI. data exeunte anno CCCCVIII. vel inſequentis initio. Nam Honorius anno illo *VIII. Kalend. Decemb.* dedit legem 44. Cod. Theod. *de hæreticis*, quam inſcripſit *Donato*, qui, ut ex leg. 19. ejuſdem Cod. *de pœnis* eodem anno data conſtat, Proconſul erat Africæ. Agit enim Auguſtinus in ea Epiſtola apud Donatum Proconſulem, ut *cito per ipſius Edictum noverint hæretici Donatiſtæ, manere leges contra errorem ſuum latas, quas jam nihil valere arbitrantur & jactant;* laudata vero lex *de hæreticis* Donatiſtas ſupplicio affigi jubet. Quare docte Gothofredus in illius *le-*

*gis*

heretur; ut etiam cumulatiori manſuetudinis menſura gratiam pro ſceleribus penderet. Etenim pro eiſdem etiam ad Proconſulem litteras dedit, quibus eum abſtinere a gladii pœna pluribus exoravit (a). Sed quid his amplius addidit? Audi quid in dicta ad Marcellinum epiſtola (b) de Proconſule ſcribat: *Si autem nec litteris meis ad hoc conſenſerit: hoc ſaltem præſtet, ut in cuſtodiam recipiantur; atque hoc de clementia Imperatoris impetrare curabimus, ne paſſiones ſervorum Dei, quæ debent eſſe in Eccleſia glorioſæ, inimicorum ſanguine dehoneſtentur. Scio enim in cauſa clericorum Anauuenſium, qui occiſi a Gentilibus nunc martyres honorantur. Imperatorem rogatum facile conceſſiſſe, ne illi qui eos occiderant, & capti jam tenebantur, pœna ſimili punirentur.* Hæc Auguſtinus pro editis Donatiſtis: idemque conteſtatur quod ſi ne ſic quidem a Proconſule audiatur, ſaltem id obtineret, ut tres ejuſmodi epiſtolæ pro illis a ſe datæ, Actis Proconſularibus ad futuram memoriam jungerentur; licet quatuor eodem argumento in eadem cauſa extent Auguſtini (c) epiſtolæ, duæ ad Marcellinum ad Proconſulem una ad Apringium (d) Judicem una. Agebat Proconſulem in Africa hoc anno Donatus, vir quidem ob vitam integram magni nominis, ut alia ad eum ab Auguſtino data epiſtola (e) docet.

(a) *Aug. epiſt.* 127.
(b) *Augſt. epiſt.* 178.
(c) *Aug. epiſt.* 227. 158. 159.
(d) *Aug. epiſt.* 160.
(e) *Aug. epiſt.* 128.

VII. De Macedonii conſultatione.

Cum vero non unus Auguſtinus tantum, ſed alii quoque Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopi ſolerent apud Judices pro condemnatis facinoroſis intercedere: Macedonius & ipſe Judex, jus gladii habens, eumdem Auguſtinum litteris interpellavit, num acquieſcendum eſſet precibus Epiſcoporum reis pœnam dimitti poſtulantium; præſertim ſi probabilis ſit conjectura, eoſdem in deterius prolapſuros. Extant (f) ipſæ Macedonii litteræ ad Auguſtinum, cujus etiam ad illum reddita epiſtola (g) legitur argumento diſerre conſcripta: quas tu ipſe, ſi lubet, conſule, ſimulque S. Ambroſii eandem tractantis epiſtolam ad ſtudium (h) ſcriptam. Commendat autem idem Auguſtinus (i) ejuſdem Macedonii Præfecti in promulgandis adverſus Donatiſtas edictis exhibitam lenitatem, dum hæc recitat, & laudat ipſum in edicto eſſe præfatum: *Pro vobis hoc agitur; pro vobis ſacerdotes incorruptæ fidei pro vobis Imperator Auguſtus, pro vobis nos quoque ejus Judices laboramus: & alia multa in eodem edicto ita poſuiſti, ut te appareat in terreni Judicis cingulo non parva ex parte cæleſtem Rempublicam cogitare.* Exhibebantur ejuſmodi manſuetudinis officia tum a Judicibus, tum in primis ab Epiſcopis, ut quos ſcirent ſeveritate legum obſtinatius obrigeſcere, facilitate, comitate, & benignitate, omni denique ſtudio eos demerere pro viribus laborarent. Prædicata eſt autem ab ipſis etiam Donatiſtis Genethlii Epiſcopi Catholici animi manſuetudo, & gratia illis exhibita: de quo Auguſtinus: *Inde neſcio quomodo ventum eſt ad commemorationem beatæ memoriæ Genethlii Epiſcopi, quod neſcio quam conſtitutionem datam contra illos compreſſerit, & effectum habere non ſiverit.* At de his ſatis.

(f) *Aug. epiſt.* 53.
(g) *Aug. epiſt.* 54.
(h) *Ambr. ep.* 76.
(i) *Aug. epiſt.* 52. *in fin.*

Manſuetudo Chriſtianorum Præſulum.

VIII. Acta contra Donatiſtas publicari juſſa.

Quid præterea in eadem Donatiſtarum cauſa actum ſit, accipe. Ut de his jugis memoria penes Catholicos perſeveraret, eademque ſemper recens dimanaret in aures ſchiſmaticorum; illud factum eſt, ut in quibuſdam Eccleſiis Africanis eadem Acta publice in Eccleſia Quadrageſimæ tempore recitarentur: teſtatur id quidem S. Auguſtinus, dum id ipſum ut faciat, a Deuterio Epiſcopo exigit, ubi ait (k): *Præſentibus vobis, fratrem & coepiſcopum meum Deuterium obſtringo, ut quemadmodum ſit apud Carthaginem, apud Tagaſtam, apud Conſtantinam, apud Hipponem, apud omnes diligentes Eccleſias, ſic etiam deinceps facere non pigreſcat: Ut annis omnibus, per jejuniorum dies, id eſt Quadrageſima ante Paſcha, quando vobis maxime jejunantibus plus vacat audire, eadem Geſta Collationis per annos ſingulos, univerſa a capite in finem ex ordine recitentur.* Hæc Auguſtinus; qui & in eo laboravit, ut eamdem Collationem, quo ab omnibus ſine tædio legeretur, redigeret in epitomen, quam Breviculum nominavit, ut ipſe teſtatur (l), abſolutam hoc anno, ut tradit in dicta epiſtola ad Marcellinum (m); ubi de ſuis hujus temporis lucubrationibus agens, hæc ait: *Cum enim ab eorum hominum neceſſitatibus aliquantulum vaco, qui me ſic angariant, ut eos nullo modo liceat evitare, nec contemnere oporteat: non deſunt quæ dictanda propono, ſic in articulis temporum conſtituta, ut dilationem non ferant. Sicuti mihi fuit brevitatio Geſtorum Collationis noſtræ ſatis operoſæ*

(k) *Augſt. de geſtis cum Emerito.*
(l) *Aug. Retract. l.* 2. *c.* 39.
(m) *Aug. epiſt.* 158.



gis Commentario tradit, hanc Epiſtolam ad hujus legis interpretationem omnino pertinere. *Stilicone* ſiquidem eo anno interfecto, novæ per Donatiſtas turbæ excitatæ, quaſi eo mortuo legibus ſoluti eſſent; ideoque ad eorum commentum diſſipandum leges ab Honorio eo anno, & ſequenti in eos latæ. Decepit Baronium inſcriptio Epiſtolæ Auguſtini CXII. alias CXXVIII. *ad Donatum Exproconſulem*; in codice enim, quo uſus eſt, legebatur ad *Donatum Proconſulem*. Quare eæ literæ duobus diverſis annis ab Auguſtino ad *Donatum* ſcriptæ; & ultima quidem ante diem XXV. menſis Junii anni CCCCX. ut liquet ex lege ad Macrobium Africæ Proconſulem



*roſæ, cum viderem neminem ſe velle tanto aggeri litterarum legendo committere. Sicut mihi fuit etiam epiſtola ad ipſos laicos Donatiſtas de hac eadem Collatione noſtra, quam modo aliquot lucubrationibus terminavi.* Intelligit enim S. Auguſtinus de libro, cujus eſt titulus, Ad Donatiſtas poſt Collationem. Quanam autem occaſione ille ſcriptus fuerit, modo dicendum.

IX. Concilium Cirtenſe indictum.

Quod enim Donatiſtæ Epiſcopi in eadem Collatione anno ſuperiori victi penitus & confutati, non tantum non acquieviſſent, ſed obſtinatiores atque pugnaciores abſceſſiſſent, & publica vi alii graſſati eſſent, alii vero verbis & ſcriptis complura ſparſiſſent mendacia, nempe corruptum a noſtris fuiſſe Judicem, ſe vero ab eodem compreſſos, neque loqui permiſſos, & alia id genus complura fingentes, quibus populus Donatiſta revocaretur, ne relicto ſchiſmate, ad Eccleſiam Catholicam ſe transferret, ſed contineretur in impietatis officio: res tanta haud diſſimulanda, contemnendaque Patribus viſa eſt. Quamobrem hoc ipſo anno, menſe Junii, ea de cauſa provinciale Epiſcoporum Concilium Cirtæ in Numidia celebrare decernunt, cui interfuerunt Silvanus, qui ejus provinciæ Primatem agebat, Auguſtinus & alii ejus provinciæ Epiſcopi, ut ex Actis ejus conventus & epiſtola inde ſcripta apparet. Sed quid accidit? Cum Numidæ Epiſcopi ad Synodum vocarentur, & inter alios idem S. Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis: ipſe in itinere conſtitutus, cum Tiburſicum perveniſſet, nactus eſt ibi Fortunium ejus civitatis Epiſcopum partis Donatiſtarum, cum quo ſibi congrediendum fuit, publice diſputando de his quæ ſpectarent ad communem cauſam inter Donatiſtas atque Catholicos: quid autem ea Collatione in via obiter habita actum ſit, ex ejuſdem S. Auguſtini ſcriptis intelligemus: ejus extant ea de re datæ litteræ ad Donatiſtas, in quarum exordio hæc leguntur (a):

(a) *Aug. epiſt.* 163.

X. Collatio Auguſtini cum Fortunio.

*Fortunium quem Tiburſicum habetis, Epiſcopum, per eamdem civitatem, quamquam feſtinantiſſime, cum ad Cirtenſem Eccleſiam pergeremus, experti ſumus, ita omnino, ut de illo ſoletis benigniſſime polliceri. Eam ipſam quippe veſtram de illo nobis ſermocinationem cum ei renuntiaremus, volentes eum videre, non abnuit. Venimus itaque ad eum: quia ætati ejus id a nobis deferendum videbatur potius quam exigendum, ut ipſe ad nos veniret prior. Perreximus ergo, comitantibus non paucis, quos forte aggregatos nobis illud tempus invenerat. Cum autem apud eum conſediſſemus, rumore diſperſo, non parva præterea turba confluxit. Sed in tota illa multitudine perpauci apparebant, qui utiliter ac ſalubriter agi cauſam illam, & tantam, reique tantæ quæſtionem prudenter & pie diſcuti cuperent. Cæteri vero magis ad ſpectaculum, quaſi altercationis noſtræ prope theatrica conſuetudine, quam ad inſtructionem ſalutis, Chriſtiana devotione convenerant. Quapropter nec ſilentium nobis præbere, nec intentæ nobiſcum atque modeſte ſaltem & ordinate colloqui potuerunt, exceptis (ut dixi) paucis, quorum religioſa & ſimplex apparebat intentio. Itaque libere pro ſui cujuſque animi motu immoderate loquentium, omnia ſtrepitu turbabantur; nec evincere ſive nos, ſive ipſe rogando, interdum etiam objurgando potuimus, ut nobis modeſtum ſilentium præberetur.*

*Res*



ſulem eo die data, qui ideo Donato in Præfectura Africæ ſucceſſerat. In ea Epiſtola Auguſtinus *Donatum* Exproconſulem hortatur, ut abjecto omni faſtu ſectetur Chriſtum, atque ad Eccleſiæ Catholicæ communionem ſuos alliciat. Quod Epiſtolam Auguſtini CXXXIV. alias CLX. ad *Apringium Judicem*, qui Marcellini frater erat, recte a Baronio collocata; eodemque enim tempore, eademque de re ſcripta hac Epiſtola CXXXIII. ex qua & conſtat, *Apringium* Proconſulem tunc fuiſſe, quem Auguſtinus rogat, ut *Circumcelliones* atrocia confeſſos mitius puniat.

IV. *Auguſtinus incipit libros de Civitate Dei.*

Sed duæ Auguſtini Epiſtolæ ad Macedonium CLIII. & CLV. alias LIV. & LII. a Baronio num. VII. memoratæ, ſcriptæ ſunt circa annum CCCCXIV, ut videre eſt apud Patres Benedictinos in editione operum Auguſtini. *Macedonius* enim in Epiſt. CLII. num. III. aſſerit ſe nondum recepiſſe, quæ ipſi Auguſtinus de ſuis ſcriptis proniſerat, rogatque, ut ea demum tranſmittat. Tum in Epiſtola CLIV. alia LI. ad Auguſtinum data, huic renunciat ſe ſe receptos ejus libros perlegiſſe. Hos autem libros, qui Epiſtolam CLV. alias LII. Macedonio datam inſpexerit, intelliget eſſe libros tres priores Operis de Civitate Dei, qui anno CCCCXIII. prodierunt, & quibus quartum & quintum librum Auguſtinus addidit anno CCCCXV. juxta Epiſtolam CLXIX. alias CII. ad *Evodium* ſcriptam, poſt perfectum ſcilicet librum *de Natura & Gratia*, eodemque anno, quo librum IV. & V. de Civitate Dei, duaſque ad Hieronymum Epiſtolas CLXVI. & CLXVII. alias XXVIII. & XXIX. dictaverat, ut ipſemet profitetur in eadem ad Evodium Epiſtola num. 1. & 13. Ex his corrigenda quæ habet Baronius anno CCCCX. num. XLIII. de tempore librorum de Civitate Dei a Sancto Auguſtino inceptorum: Baronius num. VIII. exiſtimat, Auguſtinum hoc anno ſcripſiſſe librum, cui titulus *Breviculum Collationis*, aliumque inſcriptum *poſt collationem ad Donatiſtas*, de quibus vide dicta anno ſuperiori num. IV.

V. *Concilium Cirtenſe.*

A. num. IX. ad XVI. *Auguſtinus* ſcripſit hoc anno Epiſtolam CXLI alias CIII. ad populum factionis Donatianæ, quomodo illorum Epiſcopi

XI. Collatio integra a Notariis scribi non valuit.

*Res tamen utcumque agi cœpta est, & aliquot horas in alterno sermone protraximus, quantum vocibus interquiescentibus varie tumultuantium sinebamur. Sed in ipso disputationis exordio, cum videremus ea quæ dicebantur, subinde labi de memoria vel nostra, vel eorum, quorum salutem maxime curabamus; & ut esset nobis cautior, modestiorque tractatio, simul ut & vos atque alii fratres qui absentes erant, quid inter nos actum esset, legendo cognosceretis; postulavimus, ut a Notariis verba nostra exciperentur. Ubi diu ab illo, vel ei consentientibus reluctatum est; postea tamen ipse concessit. Sed Notarii qui aderant, atque id strenue facere poterant, nescio qua causa excipere noluerunt. Egimus saltem, ut fratres qui nobiscum erant, quamquam in hac re tardius possent, exciperent; pollicentes nos ibi easdem tabulas relecturos. Consensum est. Cæperunt verba nostra excipi, & aliqua ab invicem ad tabulas dicta sunt. Postea inordinatas obstrepentium interpellationes, & propterea nostram quoque turbulentiorem disputationem Notarii non valentes sustinere, cesserunt, nobis sane non desistentibus, & ut cuique facultas dabatur, multa dicentibus. Ex quibus omnibus verbis nostris quantum recordari potui causæ totius actionem, dilectionem vestram fraudare nolui. Poteritis enim ei litteras meas legere; ut vel approbet, vera me scripsisse; vel ipse vobis, si quid melius recolit, incunctanter insinuet.* Hæc præfatus Augustinus, summam initæ inter eos Collationis eadem ad eos epistola complexus est, quam majori otio tu lector consulere potes. Quæ enim ibi posita est controversia de spurio Concilio Sardicensi, nos cum de eo suo loco egimus, pluribus pertractavimus.

XII. Sed in his hic non prætermittendum, tum ea epistola, tum etiam dum contra (a) Aug. contr. Cresconium agit, duobus potissimum argumentis coarguisse S. Augustinum Concontr. Cresc. l. 3. c. 34. cilium illud ab adversario citatum, non fuisse Catholicorum Episcoporum: Primo quidem, quod in eo Julius Romanus Episcopus legeretur esse damnatus: & secundo, quod litteræ Synodales ab eo datæ legerentur scriptæ ad Episcopum Carthaginensem, non autem (ut moris erat) ad Romanum Pontificem: quibus intelligas, male audisse apud antiquos, quicquid contra Romanum Pontificem dictum, factumve editum legeretur.

XIII. Rom. Pontificis auctoritas cognita. Sed quo loco habitus, & quantæ æstimationis esse deberet ipse Romanæ Ecclesiæ Pontifex; idem S. Augustinus ad eosdem ad quos scripsit dictam de Collatione cum Fortunio epistolam, nempe ad Eleusium, Glorium, Felicem, & alios, cum eodem argumento, de causa nimirum Donatistarum litteras dedit, hæc habet inter alia (b): *Cum* (inquit de Cæciliano) *se videret & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus, & cæteris terris, unde Evangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias litteras esse conjunctum*, &c. Arguens ob id Catholicum Cæcilianum esse cognitum & probatum, quod Romano Pontifici communicatoriis litteris (ut dictum est superius) jungeretur. Porro erant illæ pacis, concordiæ, & unitatis symbolum, & longe diversi generis ab iis quæ ad Gentiles, ut hæreticos a Catholicis scriberentur; de quibus in hac ipsa epistola Augustinus ejus exordio ait: *Factum est, ut etiam ad nonnullos Donatistarum primarios scriberemus non excommunicatorias litteras, quas jam olim propter suam perversitatem ab unitate Catholica, quæ toto Orbe diffusa est, non accipiunt, sed tales privatas, qualibus nobis uti etiam ad Paganos licet.* Sed iter jam Augustini Cirtam versus cum Alypio, qui præsens fuit Collationi cum Fortunio, prosequamur.

(b) Augustin. epist. 162.

XIV. Cirtense Concilium. Convenerunt (ut diximus) Numidæ Episcopi Cirtæ civitatis, non alia ex causa, quam ut consilium inirent, decernerentque quonam pacto occurrendum esset calumniantibus Donatistis, & conantibus mendaciis irritam reddere Collationem anni superioris. Quid autem inter eos transactum sit, & communi sententia decreverint; licet Acta ipsa perierint, Synodalis tamen epistola inde scripta extat ad Donatistas. De qua quidem illud in primis admonendum putamus, ubi in fine ipsius sic legitur (c): *Hæc ad vos scripsimus decimooctavo Kalendas Julias, piissimo Honorio VIII. Cons.* manifeste in numerum errorem irrepsisse, cum octavus pro nono Consulatus sit positus

(c) Apud. Aug. epist. 152.

PAGIUS pi in Carthaginensi Collatione convicti sint; hortaturque, ut nunc demum redeant ad Ecclesiæ Catholicæ communionem. In fine ait, se ea ad eos scripsisse XVIII. Kal. Julias *piissimo Honorio Augusto IX.* id est, Consule ut etiam vitium exemplaris Vaticani recte correxit Baronius, ideoque Concilium *Cirtense*, aut *Zertense*, ut aliqua Augustini exemplaria habent, hoc anno habitum; cum ea Epistola scripta sit nomine Episcoporum, qui ei interfuere. Eidem præsedit *Sylvanus*, qui primus ex Episcopis nominatur his verbis: *Sylvanus senex.* Is cap. 18. Collat. 1. his verbis literas subscripsit. *Sylvanus primæ sedis Provinciæ Numidiæ subscripsi.* Quare recte Baronius *Xantippum* Primatem Numidiæ ante Sylvanum posuit; ille enim anno CCCCI. jam Numidiæ Primas erat, ut alio loco ostendi.

Quoad



fitus: quod quidem mendum ex eadem ipsa epistola redarguimus. Dum enim in ea mentio habetur Collationis habitæ anno superiori Carthagine sub Marcellino, quomodo adnotari epistola illa potuit sub octavo Honorii Consulatu, qui incidit in annum ante Urbis excidium? Quod vero paulo post Collationem eamdem Cirtensem Synodum esse habitam, ex litteris ad Marcellinum datis apparet; nonus Consulatus pro octavo, & non alius restituendus erit. Porro in epistola illa Synodali ad laicos Donatistas data causa hujus cogendi Concilii aperitur his verbis:

XV. Lucubrationes Augustini post Collationem contra Donatistas. *Cum in auribus nostris fama crebresceret, hoc vobis vestros Episcopos dicere, Cognitorem præmio fuisse corruptum, ut contra eos sententia proferretur: vos autem ista facile credere, ac propterea multos vestrum adhuc nolle acquiescere veritati: placuit nobis, cogente Domini charitate, ex Concilio nostro hæc ad vos scripta dirigere, quibus primitus admoneremini, illos vobis victos atque convictos hæc mendacia jactare. Qui etiam in suo mandato, quod pro illa Collatione fecerunt, & suis nominibus atque subscriptionibus firmaverunt, nos illic traditores & persecutores suos esse dicentes, in falsitate atque mendacio manifestissimo detecti atque convicti sunt*, &c. Plura enim, certaque subdit, quibus ipsi Episcopi Donatistæ apertissimi essent redarguendi mendacii. Hæc quidem Patres ex Synodo. Privatim autem S. Augustinus Breviculum scripsit, sed ante dictam epistolam datam ad Marcellinum (a), in qua (ut vidimus) mentio habetur de epistola ad laicos Donatistas, necnon de Breviculo. Postea vero elucubravit eadem ex causa S. Augustinus commentarium ad eosdem laicos Donatistas, post Collationem inscriptum; cujus est exordium: *Quid adhuc Donatistæ seducimini ab Episcopis vestris?* &c. Quæ omnia simulatque absolvisset, se scripsisse dictam ad Marcellinum epistolam, Augustinus ipse testatur.

(a) Augustin. epist. 139.

XVI. Sed & subdit, dedisse se tunc duas epistolas, alteram ad ipsum Marcellinum, ad Volusianum vero alteram: extant ambæ (b), atque dignæ ut in eis aliquantisper oratio immoretur: etenim pro dignitate argumenti ipsæ ad Volusianum

(b) Apud August. epist. 1. & 3.

PAGIUS VI. Colloquium Tiburcicense ante annos XV. habitum. Quoad *Tiburcicense* colloquium cum Fortunio Episcopo Donatista illud ante annos circiter XV. habitum. Pertinet enim ad annum CCCXCVII. ut tardius ad annum CCCXCVIII. incipiendum, ut demonstrant Em. Card. Norisius lib. 2 Hist. Pelag. cap. 8. & Patres Benedictini in Ordine Chronologico Epistolarum Divi Augustini, ad Epistolas XLIII. & XLIV. alias CLXII. & CLXIII. Cum itaque Tiburcico Augustinus pergeret, ut habet Epistola XLIV. n. 1. id iter agebat, non quidem, quod putavit Baronius, occasione *Synodi Cirtensis*, sed Episcopi ordinandi causa eo vocatus, ut disertis verbis ipse testatur Augustinus in eadem Epistola cap. VI. num. XIII. Porro sufficiendus erat successor, si non ipsi *Fortunato*, qui anno CCCCXVI. Cirtensem Ecclesiam adhuc regebat, cum Milevitanæ Synodo subscripserit, certe *Profuturo*, qui

datæ litteræ primum locum inter multiplices ejusdem Augustini epistolas meruerunt. Erat Volusianus Gentilis homo, inter Romanos nobilitate nulli secundus, & philosophicis disciplinis imbutus, inter primos philosophos adnumerandus: cujus mater Christiana femina religiosissima erat, quæ occasionem nacta profectionis Marcellini in Africam, apud ipsum solicite egit, ut ageret cum Augustino (quem fama sciret omnium diligentissimum) ut scriptis suis Volusianum filium ad fidem Christianam amplexandam, omni studio adhibito, conaretur adducere. Quænam autem fuerit mater Volusiani, nobis hactenus incompertum est. Scimus tamen, Volusianum usque ad obitum in Ethnicismo inflexo animo perseverantem patruum fuisse Melaniæ Junioris; per quam ad fidem Christi capessendam jam diem obiturus tandem persuasus est, ut suo loco dicturi sumus. Putamus quidem, fuisse Volusianum fratrem matris Melaniæ Junioris, quam Albinam nomine dictam fuisse meminimus; patris vero nomen ignoratum, qui filius fuit Melaniæ Senioris: sæpe enim patruus invenitur pro avunculo usurpatus: ut nihil obstet quin matris ejus potius fratrem fuisse dixerimus.

Volusiani mater laborat pro filii conversione.

Genus Volusiani & ætas.

XVII. Quod autem ad genus & familiam Volusiani pertinet: extant quidem de his memoriæ in veteribus inscriptionibus (c), ut de Volusiano Præfecto Urbis sub Valentiniano Imperatore, in quibus & nomen ejus inscribitur, Cajus Cœjonius Rufius Volusianus. Ut autem hunc eumdem cum illo fuisse dicamus, tempora non repugnant; utpote qui sub Valentiniano juvenis erat, sub Honorio & Theodosio senex vixerit & obierit. Hunc enim Proconsulatum in Africa gessisse puerum, Rutilius Numatianus, intima illi conjunctus amicitia, docet his versibus:

(c) Smet. antiquar. inscript. pag. 58. n. 5. 11. 12.

*Jamque aliis Romam redeuntibus hæret eunti*
*Rufius Albini gloria viva patris:*
*Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen,*
*Et Reges Rutilos, teste Marone, refert.*
*Hujus facundæ commissa Palatia linguæ*
*Primævus meruit Principis ore loqui.*
*Rexerat ante puer populos pro Consule Pœnos.*

Ac

*Ac qualis Tyriis, terror, amorque fuit.*
*Sedula promisit summos imitatio fasces:*
*Si fas est meritis fidere, Consul erit;*

Hæc ipse.

Erant Rutilius, & Volusianus ambo Gentiles, & tum rei litterariæ tum etiam religionis arctis vinculis amicitia mutuo fœderati. Porro alium Rufium Volusianum, præter hunc de quo agitur, æque eruditione ac nobilitate pollentem, hujus temporis invenimus neminem: ut plane fateri quodammodo cogamur, unum eumdemque esse cum eo de quo agimus; quem quidem disertissimum fuisse, ex Augustini atque Marcellini litteris satis perspectum habetur. Quæ autem hoc anno inter ipsum Volusianum & Augustinum mutuis scriptis transacta sint, videamus.

XVIII. Augustinus laborat in conversione Volusiani.

Interpellatur igitur S. Augustinus litteris Marcellini, & ipse matris Volusiani precibus fatigatur, qui & ad ejus conversionem addixit animum: cum alioqui præsens eum ipse Marcellinus, ut cum eo differet, & Christianum faceret, convenire soleret. Nam ipse in litteris ad Augustinum (*a*): *Est* (inquit) *nobis cum eodem Volusiano quotidiana pro viribus nostris & pro ingenii paupertate disputatio: sanctæ siquidem matris ejus precatione compulsus, cura mihi est eum frequenter salutandi gratia convenire: licet vicem in hac parte reddere etiam ipse dignetur.* Degebat (ut apparet) Volusianus Carthagine, ubi & Marcellinus manebat. Provocavit, aperuitque Augustinus illi viam, ut de Christianæ fidei veritate solicitius inquireret. Unde ad eum primis litteris (*b*); *De salute tua* (inquit) *quam & in hoc sæculo & in Christo esse cupio, sanctæ matris tuæ votis sum fortasse etiam ipse non impar:* hortatur enim eum divinas Scripturas legere, & si quid in illis oboriatur quæstionis, ad se scribere. His acceptis litteris (*c*) Volusianus, initi ante congressus mentionem faciens, ex alterius persona, quæ in fide Christiana sibi viderentur absurda, declarat, eamdemque solvenda propo-

(*a*) *Apud. Aug. epist.* 4.

(*b*) *August. epist.* 1.

Volusiani mater pro filii salute solicita.

(*c*) *August. epist.* 2.

nit; nimirum, videri sibi Deo indignum, carnem susceptisse humanam, aliaque ad hæc spectantia operatum. Atque ad postremum de ipso Augustino, magnæ etiam apud Gentiles famæ, Volusianus hæc subdit: *Interest famæ tuæ, ut quæsita noverimus. Utcumque absque detrimento cultus divini in aliis sacerdotibus toleratur insciția: at cum ad Antistitem Augustinum venitur, legi deest, quicquid contigit ignorari.* Hæc ipse.

XIX. Augustinus respondet quæstionibus Volusiani.

Quæ autem ad hæc humanarum rerum sapientissimo Augustinus rescripserit, ipsa quæ extat tanto auctore digna epistola patefacit (*d*): ex qua ipsum vehementer Augustinum esse admiratum, Marcellinus (*e*) testatus est: ad quem ut rursus Augustinus scribat, idem rursus hortatur: qui & novas illi solvendas quæstiones ab eo expetitas proponens, significat Volusianum Apollonii Tyanæi & Apuleii magnorum studiosum fuisse: ut non mirum sit, si tardius, & nonnisi in extremo vitæ spiritu contigerit ipsum fieri Christianum. Sed expetiit rursus ab eodem sancto Augustino Marcellinus, ut illi quoque objectioni responderet: *Cur sub Christianis Principibus tot tantaque mala invaserint Romanum Imperium?* Præstitit hæc quidem (ut dictum est) disertissime Augustinus, qui & ad mensuram addidit culmen, dum hanc Gentilium calumniam garrula loquacitate ubique jactatam, egregio commentario illo (ut diximus) de Civitate Dei, statuit confutandam. Quod igitur ad Volusianum pertinet: ut sic in cultu deorum ad obitum usque manserit, prava mens ejus ob cultum magorum in transversum acta, in causa fuit: quod vero tandem divinæ gratiæ in credendo compos fieri, & fidei sigillo per baptismum muniri in fine meruerit, matris ejus pro salute ipsius ardentissimæ ad Deum preces feliciter impetrarunt: sed quomodo id acciderit, suo loco dicendum erit.

(*d*) *August. epist.* 3.

(*e*) *Apud Aug. ep.* 4.

XX. Hæc vero de litteris ad Volusianum, & Marcellinum hoc anno esse transacta, ex alia illa post Collationem data præsenti anno ad eundem Marcellinum (*f*) epistola (ut diximus) demonstratur; ubi & de

(*f*) *Aug. epist.* 158.

PAGIUS qui Episcopatum anno CCCXCIV. aut insequenti adeptus brevi post tempore defunctus est. *Profuturo* autem successit ipse *Fortunatus*, cujus ordinatio ultra initium anni CCCXCVIII. vix remitti potest, ut Scriptores laudati ostendunt, qui plura hac de re habent.

VII. *Epistola Augustini ad Honoratum.*

A. num. XX. ad XXVII. Anno superiori num. XIII. ostendimus *Augustinum*, hoc anno scripsisse Epistolam CXL. alias CXX. ad Honoratum *de quæstionibus quinque*, quas hic ei proposuerat. Legenda quæ ibidem hac de re diximus.

VIII. Epocha Concilii *Carthaginensis*, *in quo Cælestius* Pelagii discipulus damnatus est, accurate

*Concilium Carthaginense adversus Cælestium.*

a Baronio constituta; sed ejus narratio nobis hic supplenda. Postquam *Pelagius* Hierosolymam profectus est, *Cælestius* hæresim palam prædicare cœpit, deprehensusque apud Aurelium Primatem Carthaginensem, aliosque episcopos accusatus est, Quare *Aurelius* mox Concilium coegit, cui quidem multi Episcopi interfuere, non tamen Augustinus, quia post Collationem anno superiori habitam Hipponem profectus nondum Carthaginem redierat. Testatur hoc ipsemet Augustinus lib. 2. Retract. cap. 33. ubi ait: *Cælestius vero discipulus ejus jam propter tales assertiones apud Carthaginem in Episcopali judicio, ubi*



Augustini hujus anni scripta.

(*a*) *Aug. Retr. l. 2. cap. 36.*

(*b*) *August. epist.* 120.

& de alia anni hujus lucubratione, quam tunc elaborabat, ista subdit: *Nunc in manibus habeo librum ad Honoratum nostrum de quæstionibus quibusdam quinque quas mihi proposuit, & per litteras intimavit. Eo ipso tempore* (idem ait Augustinus (*a*)) *quo contra Donatistas vehementer exercebamur, & contra Pelagianos exerceri jam cœperamus: amicus quidam mihi misit quinque a Carthagine quæstiones, &c.* Extat de his epistola (*b*) ad Honoratum, immo (ut ait in fine ipsius) prolixus liber. Ex quinque autem illis quæstionibus una erat spectans ad hæresim Pelagianam de Gratia novi Testamenti: Carthaginem enim ejusmodi quæstiones per Cœlestium primarium Pelagii discipulum sunt allatæ hoc ipso anno, atque pugnaciter defensæ, sed cum auctore etiam judicio Ecclesiastico condemnatæ. Quomodo autem ista se habuerint, enarremus: sed primum temporis certa ratio demonstretur.

Quando Cælestius Carthaginem venit.

XXI. Cum enim Synodus Carthaginensis celebrata anno Domini quadringentesimo decimosexto sub Theodosii septimo Consulatu cum collega Palladio (ut suo loco dicetur) anno ab hinc ferme quinto, epistolam habeat Synodalem datam ad Innocentium Romanum Pontificem, in eaque dicatur ante annos ferme quinque judicium super Cælestio Pelagiano agitatum: ad hunc ipsum annum illud refe-



rendum esse, nemo non videt. Sunt hæc verba epistolæ Concilii Carthaginensis: (*c*) *Factum est, ut recensendum peteremus, quid ante ferme quinquennium super Cælestii nomine hic apud Ecclesiam Carthaginensem fuerit agitatum.* Hæc ibi. Nec est etiam, quod hujusmodi terminus ferme quinquennii ab anno superiori numerari debeat. Nam (ut diximus) adhuc, quod auctores minime proderentur, sine auctorum nomine hæresis impugnabatur. Præterea nulla penitus memoria est, ut eo anno, quo ab Episcopis totius Africæ celebrata est magna illa Collatio, ibidem, eodemque anno exercitatum fuerit judicium contra Cælestium. Merito ergo ex assertione Carthaginensis Concilii, hoc anno Cælestii causam ponimus. Hæc ad tempus insinuandum satis.

(*c*) *August. epist.* 90.

XXII. Sed quid adversus Cælestium hoc anno actum est Carthagine, investigemus. Periere Acta ipsa hoc anno in Episcopali judicio Carthagine habita, ex quibus tantummodo supererat fragmentum a S. Augustino contra Pelagium, & Cælestium recitatum de Peccato originali, quod nos hic reddendum putavimus. Sed ante sciendum, adversus Cœlestium disputasse Paulinum diaconum; quod eadem Acta produnt, quæ sic se habent, præmissis his quæ S. Augustinus ea recitaturus ita præfatur (*d*):

(*d*) *Aug. de pecc. orig. cont. Pelag. lib. 2. c. 2, 3.*

PAGIUS *ubi ego non interfui, excommunicationem meruerat.* Sed idem Augustinus in libro de Gestis Pelagii Aurelio Carthaginensi Episcopo dicato cap. 23. postquam retulit quæ Pelagio objecta fuerant, ait: *Hæc ita objecta sunt, ut etiam apud Carthaginem a Sanctitate tua & ab aliis secum Episcopis diceretur audita atque damnata. Ubi quidem, ut recolis, ipse non fui, sed postea cum venissem Carthaginem, eadem gesta recensui, ex quibus aliqua memini.* Is tamen nihil eorum ad nos transmisit, præter fragmentum & partem libelli a Cælestio Romæ editi, gestisque Ecclesiasticis ab eodem allegatis.

IX. Dogmata VII. damnantur.

In Concilio stetit adversus Cælestium *Paulinus Diaconus*, qui cum detulerat ad Aurelium. Hunc Paulinum esse illum, qui Sancti Ambrosii vitam elucubravit, recte subodoratus est Baronius; id enim disertis verbis tradidit Marius Mercator in Commonitorio super nomine Cælestii Theodosio Aug. inscripto, ubi & inquit eum Paulinum accusasse, *tanquam hæc non solum ipse doceret, sed & per provincias conspirantes, sibi diversos, qui hæc per populos disseminarent, misisset, ideoque Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, moriturus fuisset. Quoniam peccatum Ade ipsum solum læsit, & non genus humanum. Quoniam Parvuli qui nascuntur, in eo statu sunt in quo Adam fuit ante prævaricationem. Quoniam neque per mortem, vel prævaricationem Ade omne genus hominum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne hominum genus resurgat. Quoniam Lex sic mittit ad Regnum Cælorum quomodo & Evangelium. Quoniam & ante adventum Domini fuerunt homines impeccabiles, ideoque sine peccato. De quibus omnibus capitulis suprascriptis, septem patribus Synodalium gestorum Patres & Episcopi regionis illius restiterunt Cælestio, & jusserunt ut eadem condemnaret, quia essent hæretici sensus.* His sex capitulis deest septimum, quod tamen ipsemet Mercator in Commonitorio adversus hæresim Pelagii his verbis exprimit: *Quoniam infantes etiamsi non baptizentur, habeant vitam æternam.* Sed apponenda virgula post hæc verba, *Capitulis suprascriptis*, uti a nobis factum, quia Mercator denotat adversus *Cælestium* capitula pari numero confecta fuisse. Porro ad capitulum II. & ad tertium *Cælestius* ea neque confiteri ausus est, neque rursus voluit inficiari, sed ejusmodi quæstiones in utramque partem disputari posse dixit; cum plurimos, ut ajebat, ex ordine Presbyterorum, atque in his maxime *Rufinum* Sancti Pammachii convictorem nosset, qui originis peccatum negarent. Addit tamen se semper dixisse, infantes egere Baptismo, ut Augustinus lib. 2. de peccato originali cap. 2. testatur, cujus verba Baronius recitat.

X. *Cælestius Ephesi suam hæresim docet.*

Cælestius a Synodi sententia ad Apostolicam Sedem appellavit, ut Mercator in Commonitorio de nomine Cælestii his verbis declarat. *Sed Cælestius nullo modo acquiescens, quin imo resistens Actis iisdem, quibus frequenter auditus est, Ecclesiastica communione privatus est; a qua sententia ad Romani Episcopi examen credidit appellandum. Quæ mox idem ipse appellatione neglecta, Ephesium Asiæ urbem, contendit, ibique auctus est per obreptionem locum Presbyterii petere;* quæ appellatio ab eo interjecta, non tantum ut latam contra se sententiam declinaret; sed etiam ne uti hæreticus palam traduceretur.

*Cælestius quidem in hoc extitit errore liberior, usque adeo, ut neque in Episcopali judicio apud Carthaginem damnare voluerit eos qui dicunt, quod peccatum Adæ ipsum solum læserit, & non genus humanum: & quod infantes qui nascuntur, in eo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem.* Et paulo post ita describit Acta judicii Carthagine habiti: *De Gestis enim Ecclesiasticis Carthaginensibus hic ejus verba describimus.*

XXIII. Acta Judicii Episcopalis contra Cælestium.

*Aurelius Episcopus dixit: Sequentia recitentur*, libelli videlicet Cælestii. *Et recitatum est: Quod peccatum Adæ ipsi soli obfuerit, & non generi humano. Et cum recitatum esset, Cælestius dixit: Dixi de traduce peccati me dubium esse, ita tamen, ut cui donavit Deus gratiam peritiæ, consentiam; quia diversa ab eis audivi, qui utique in Ecclesia Catholica constituti sunt presbyteri. Paulinus diaconus dixit: Dic nobis nomina ipsorum. Cælestius dixit: Sanctus presbyter Ruffinus, Romæ qui mansit cum S. Pammachio. Ego autem audivi illum dicentem, quod tradux peccati non sit.* Ecce tibi, qui latere diu conatus est Ruffinus, a suo discipulo publice proditur: ut hac ex parte Cælestio plurimum debeamus, quod qualis Ruffinus visus effet, retecta facie, ejecta superimposita larva; justo Dei judicio, omnibus notum fecerit: ut hoc uno teste satis possit intelligi, quam juste S. Hieronymus in hominem sæpe commotus sit, quamque vera certaque essent quæ de ipsius dolosis artibus scriptis prodidit. At observa & illud, citari a Cælestio non Pelagium ipsum, ex quo hæresis nomen accepit, sed Ruffinum, ut coryphæum, atque sectæ antesignanum. Disce & Ruffini in occultanda impietate dexteritatem: quippe qui cum talia sentiret, atque suis intimis communicaret, tamen ad conciliandum sibi nomen absque ulla suspicione Catholicum, Romæ apud S. Pammachium virum maxime pium atque disertum habitare aliquando delegit. Sed reddamus pauca, quæ reliqua sunt publicorum Actorum:

Ruffinus detectus Dux Pelagianorum.

XXIV. Acta Judicii Carthaginensis contra Cælestium.

*Paulinus diaconus dixit: Est aliquis alius? Cælestius dixit: Audivi & plures dicere. Paulinus diaconus dixit: Dic nomina ipsorum* (talia cum Ruffino sentientium.) *Cælestius dixit: Non tibi sufficit unus sacerdos? Et post aliqua, alio loco: Aurelius Episcopus dixit: Reliqua libelli legantur. Et recitatum est: Quod infantes qui nascuntur, in eo statu sint, in quo fuit Adam ante transgressionem: usque ad finem libelli minoris superius inserti. Aurelius Episcopus dixit: Docuisti, Cæleste, aliquando (ut dixit: diaconus Paulinus) quod infantes qui nascuntur, in eo statu sint, in quo Adam ante transgressionem? Cælestius dixit: Exponat quid dixit, ante transgressionem. Paulinus diaconus dixit: Tu nega hoc te docuisse. Unum est ex duobus: aut neget se docuisse: aut jam damnet istud. Cælestius dixit, jam dixi, exponat quo modo dixit, ante transgressionem. Paulinus diaconus dixit: Nega te illa docuisse. Aurelius Episcopus dixit: Rogo quid collegerim ego ex hujusmodi objectione, dico, Adam constitutus in Paradiso, quod ante dicatur interminabilis factus, postea per transgressionem præcepti factus est corruptibilis. Hoc dicis, frater Pauline? Paulinus diaconus dixit: Hoc, domine. Aurelius Episcopus dixit: Status certe infantum hodie baptizandorum utrum talis sit, qualis fuit ante transgressionem*

PAGIUS Multos *Ephesi* docuit hæresim *Cælestius*, quorum ope vicinas insulas infecit, sed *Rhodum* maxime, ut scribit Hieronymus in Præfat. lib. 4. in Jeremiam. Sed cum *Ephesi* non se continerent Cælestiani, Catholici merito commoti illos per tumultum ejecerunt, ut ex his Prosperi in Carmine de Ingratis versibus deducit Garnerius in notis ad Mercatorem.

*Præterea quanto fuerit bene mota tumultu*
*Clara Ephesos, non passa fuit consistere lectis*
*Vasta ira & morbi flatus, & femina mortis.*

Quibus nominibus significati videntur, & ii qui errorem imbiberant, & ii qui veluti contagione inficiebant alios, & ipsum maxime *Cælestium* primum mali pestiferi auctorem. Quæ contigisse existimandum quatuor illis annis, qui a præsenti ad CCCCXVI. quo Pelagianorum causa iterum examinata, effluxere.

XI. *Hierosolymis meratus non est.*

Utrum aliquando Hierosolymis *Cælestius* moratus sit cum Pelagio, in dubium venire potest propter hæc Orosii verba in Apologia cap. 2. *Stat etiam immanissimus superbia Goliath carnali potentia tumidus, omnia per se posse confidens,*

XII. *Pelagius hæresim suam disseminat.*

*caput, manus, totum insuper corpus plurimo apparatu vestitus, habens post se armigerum suum, qui etsi ipse non edimicat, cuncta tamen ei defervi suffragia subministrat.* Multi enim *armigeri* nomine Cælestium intelligunt. Verum Mercatoris auctoritas, inquit Garnerius citatus pag. 142. in contrarium facit, qui cum Cælestii fugam ex Africa, peregrinationemque consecutam describeret, non meminit Hierosolymorum; cum tamen maxime debuisset, sive propter societatem *Pelagii*, sive ob res gestas in Concilio Diospolitano. Certe Hieronymus nunquam fecit mentionem *Cælestii*, velut hominis a se visi; neque ullus sive in Conventu Hierosolymitano, sive in Synodo Diospolitana sermo habitus est de Cælestio, tanquam de præsenti, aut etiam de eo, qui, cum in provincia consisteret, facile posset evocari. Atque hinc egregie refellitur causa dubitandi mox allata; loquitur enim Orosius de armigero Pelagii, qui præsens foret; aberat vero *Cælestius*.

Parte altera *Pelagius*, qui anno superiori Hierosolymam profectus est, suos sibi discipulos ibidem facere, perinde ac aliis in locis incepit, imo & *Joannis* Episcopi Hierosolymitani



*sionem Adæ; an certe de eadem origine peccati, de qua nascitur, transgressionis culpam trahat? Hoc vult diaconus Paulinus audire. Paulinus diaconus dixit: Utrum docuit hoc, an non neget. Cælestius dixit: Jam de traduce peccati dixit, quia intra Catholicam constitutos plures audivi destruere, necnon & alios astruere: licet quæstionis res sit ista, non hæresis. Infantes semper dixi egere baptismo, ac debere baptizari. Quid quæris aliud?* Hactenus Acta judicii Carthaginensis ex Augustino.

XXV. Cælestii hæresiarchæ fraudes.

Sed quid est quod Cælestius ait, hæreses a se editas, assertiones fuisse quæstionis, & non hæreses? Attende vafrum consilium. Ut enim suas ipsius pravas sententias, adversantiaque fidei Christianæ hæresum capita promulgaret, ita ea libello tractavit, quasi per quæstiones veritatem inquireret: idque ea fecit arte, ut ab hæresis crimine se excusare posset. Extant ipsæ quidem quæstiones, ad S. Augustinum ab Eutropio & Paulo in Galliis Episcopis, quas acceperant in Sicilia, missæ (*a*); quibus singulis ipse

(*a*) *Aug. de perfect. just.*

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

B 2

PAGIUS ni gratiam aucupari. Illum *Joannes* benigne excepit, quod adversus *Hieronymum* opportuno præsidio sibi futurus videretur. Unde *Pelagius* editos a Divo Hieronymo in Pauli Epistolam ad Ephesios, Commentarios carpere cœpit. Hieronymus vero Commentariis in Ezechielem absolutis, *Jeremiam* Prophetam novis expositionibus illustrandum suscepit; prima enim prioris libri Præfatio anno sequenti edita videtur, quo scilicet Pelagius Commentarios in Epistolas Pauli in Oriente vulgabat.

XIII. *Hæresis Pelagiana primum a Sede Apostolica damnata.*

Non facile est explicare versus Prosperi in Carmine de Ingratis a Baronio num. XXVI recitatos, Sedem scilicet Apostolicam primam fuisse quæ damnaverit Pelagianam hæresim; cum eam *Aurelius* quinque ante annis, præsenti scilicet, proscripserit. Baronius confugit ad Joviniani, Rufinique condemnationem ab Innocentii prædecessoribus factam, quasi furculus in radice excisus a Prospero dictus sit. Verum Prosper de alia longe diversa a posteriore condemnatione locutus videtur, de ea nempe quæ excepit sparsum a Britanno colubro venenum, & quæ tunc fieret.

*Talia cum demens late diffunderet error*
*Commentisque rudes traheret lethalibus aures,*
&c.

Opinatur itaque Garnerius citatus pag. 9. noluisse Prosperum prius a Sede Apostolica damnatam hæresim, quam ab aliis Episcopis, id enim aperte falsum: sed facta collatione inter Occidentem & Orientem, hinc a prima Petri Sede, quæ Romæ est, inde ab Orientalibus Patribus, qui apud Diospolim congregati, eam compressere. Facundus vero lib. 7. cap. 3. quando de Innocentio ait: *Pelagianam hæresim primus condemnavit*, manifeste intelligit *Innocentium* fuisse primum ex summis Pontificibus qui Pelagium condemnavit.

XIV. Marca in dissert. de Vet. Collect. Canonum cap. 15. alio modo hanc difficultatem solvit,

respondet, ac confutat. Ex his etiam cum illud proditur, noluisse Cælestium damnare eos qui dicerent peccatum Adæ ipsum solum læsisse, nec transfusum in posteros; cumque ex dictis ipsius manifeste innotuerit, Ruffinum illius fuisse erroris præcipuum assertorem: utique affirmandum est eodem Episcopali judicio una cum Cælestio condemnatum quoque fuisse Ruffinum. Damnatus aut eodem judicio Cælestius quid agit? subterfugia captans, appellandum putavit Innocentium Romanum Pontificem: sed hæc specie tenus, ne illo judicio stringeretur: cæterum quod sciret Innocentium æque sibi adversantem fore experturum, appellationem minime prosecutus est: sed eo defuncto, ad ejus successorem Zosimum Romam se contulit, ut ex ejusdem Paulini libello Zosimo Papæ oblato constat, quem suo loco reddemus. At de rebus contra Cælestium hoc anno Carthagine gestis, satis.

XXVI. Pelagii hæresis primo damnata Romæ.

Quod audis de Cælestii Carthagine primo judicio; haud velim existimes ipsam Pelagianam hæresim in Synodo Carthagi-

nensi

*Judicium Synodi Carthaginensis privatim in Cælestium censura fuit.*

& arbitratur a Sede Apostolica primum *Pelagii* atque *Cælestii* dogma proscriptum, tanquam fidei Catholicæ contrarium, generali decreto. Sane Carthaginensis Synodus hoc anno repulit *Cælestium* a Presbyterio, & ab Ecclesiæ communione, quod errores *illos* spargeret. Sed hæc erat privata in eum hominem censura, quam ille appellatione ad Romanam Sedem se se elusisse putabat; ipsique adeo Africani ad eam referendum tunc quoque censuerant; a qua proinde totius rei definitio expectabatur. Itaque Prosper non immerito Romanæ Sedi primam Pelagianæ hæreseos damnationem tribuit his versibus loco citato.

*Pestem subeuntem primæ recidit*
*Sedes Roma Petri quæ Pastoralis honoris*
*Facta caput mundo, quidquid non possidet armis*
*Religione tenet. Non senior inde Orientis*
*Rectorum cura emicuit.*

Hic agitur de Damnatione ab Innocentio edita, & de nulla alia; ne quis cum Baronio referat ad sententiam *Siricii* adversus Jovinianum; qui licet Pelagio præisse videri posset, teste Hieronymo, hic tamen de Pelagiana hæresi loquitur Prosper, & de judicio Innocentii, quod postea Zosimus secutus est.

XV. *Explicatur locus Prosperi de Pelagianorum damnatione.*

Enim vero non leve Viris eruditis negotium facessit, prosequitur Marca, quod subjungit *Prosper*, Palæstinorum Episcoporum in Oriente judicio, id est, Synodi Diospolitanæ, dogma quoque Pelagianum condemnatum; quod cum actum fuerit anno CCCCXV. & rescripta Innocentii ad Synodos Africanas promulgata sint anno CCCCXVII. primi videntur Episcopi illi hac de re decrevisse. Sed facilis est responsio. *Pelagium* illi non condemnarunt, absolverunt per ignorantiam facti: & quamvis gratiam Christi probarent, seque illius vindices gererent, non damnaverunt ignotos sibi per *Pelagii* versutiam errores. Eorum itaque cura profuit Ecclesiæ ad asse-

nensi primum fuisse damnatam. Etenim S. Prosper hæc spectans oculis, constanter affirmat, primitus contigisse Romæ damnari: cecinit enim hoc ipsum his versibus (*a*):

(*a*) *Prosper de Ingratis.*

*Adfuit, exhortante Deo, provisa per Orbem*
*Sanctorum pia cura Patrum, non dispare motu*
*Conficiens diros jaculis cælestibus hostes.*
*Hisdem namque simul decretis Spiritus unus*
* *primo.* *Intonuit, Pestem subeuntem prima* * *recidit*
*Sedes Roma Petri: quæ pastoralis honoris*
*Facta caput mundo, quicquid non possidet armis,*
*Religione tenet:*

Hæc Prosper.

More majorum igitur factum est, ut nova emergens hæresis primum omnium a prima sede examinaretur, atque pariter damnaretur: de qua antiqua in Ecclesia consuetudine consule quæ a nobis suo loco superius dicta sunt. Sed quando damnata? non quidem in Pelagio, sed in Joviniano primario hæresiarcha: Pelagius enim sub pallio latebat Catholico, sub quo diu Romæ delituit: detectus vero abiit in Siciliam: indeque (ut diximus) navigavit in Palæstinam. Cæterum ante hæc tempora eas hæreses fuisse Romæ damnatas, non autem auctores ipsos, intelligas; quod illi (ut vidimus) nondum se prodidissent, latentes adhuc sub tegmine ovis lupi. In Joviniano enim hæresiarcha olim damnatam fuisse Pelagii hæresim Romæ, S. Hieronymus (*b*) testatur, ubi alloquens Pelagium ipsum sub persona Critoboli, ait: *Non erubescis explosam atque damnatam Joviniani sententiam sequi? Et ille enim his testimoniis, tuisque utitur argumentis: Immo tu illius inventa sectaris; in Oriente docere desiderans, quæ olim Romæ, dudum in Africa condemnata sunt.* Hæc ipse. Quod igitur inventi sunt errores Cælestii atque Pelagii in Joviniano hæresiarcha fixas habere radices, in ipsum conversa est justa Imperatoris vindicta. Etenim sub hujus anni Consulibus datum ipsius Honorii reperitur scriptum (*c*) adversus Jovinianum hæresiarcham, de ejus relegatione in insulam Boam, quod alia occasione a nobis superius recitatum est. Ad hæc usque tempora, magno Ecclesiæ detrimento, licet sæpe rejectus, permansit tamen in Italia dogmatistes impurus. Postea autem in insulam deportatus, numquam amplius auditus est. De cujus obitu ex Paulo presbytero Gennadius (*d*) hæc habet: *Meminit Joviniani hæretici, & voluptatum & libidinum prædicatoris; cui in tantum continentis vitæ & castæ institutio contraria fuit, ut inter luxuriosas epistolas* * *animam eructaret.* Hæc ipse.

(*b*) *Hier. cont. Pelag. l. 2. in princ.*

Jovinianus relegatus in Insulam.

(*c*) *l. 53. hæret. Cod. Theod.*

(*d*) *Gennad. de Vir. illust. cap. 75.*

* *epulas.*

Curæ fuit præterea Honorio Imperatori, ut reliqui in Africa existentes hæretici pœnis gravissimis afficerentur, ita adversus eos ad Heraclianum Comitem Africæ rescribendo (*e*): XXVII.

(*e*) *l. 56. de hæret. Cod. Theod.*

*Sciant cuncti, qui ad ritus suos hæresis superstitionibus obrepserunt sacrosanctæ legis inimici, plectendos se pœna & proscriptionis & sanguinis, si ultra convenire per publicum exercendi sceleris sui temeritate tentaverint: neque vera divina-*

PAGIUS

asserendam gratiam, sed nullo eorum decreto hæresis ignota proscribi diferte potuit. Gravior est quæ procedit ex unico apud Prosperum verbo difficultas, a qua se eruditissimus Petavius expedire non potuit. Videtur enim significare post damnatam *Pelagii* hæresim, in Oriente Palæstinos Episcopos judicasse, *Inde Orientis Rectorum curæ emicuit*, cum certum sit judicium Diospolitanum antecessisse duobus annis Romani Pontificis decretum. *Inde* hoc in versu non tempus, ut putant, sed locum significat. Scribebat Prosper in Occidente, & habita ratione climatum ait, *Inde Orientis Rectorum curæ emicuit*; ac si diceret: *Hinc* in Occidente pestis adversus Gratiam recisa est, & *Inde* in Oriente ejus quoque rei curam gesserunt Episcopi Palæstini. Quæ omnia ex Marca excripta.

XVI. *Augustinus scribit librum de spiritu & litera.*

Augustinum hoc anno scripsisse librum *de spiritu & litera* ad Marcellinum, nunc inter omnes convenit. Is enim scriptus post libros *de peccatorum meritis* qui ad hunc annum pertinent, ut anno superiori num. XIV. ostendimus, & ante mortem Marcellini, mense Septembri sequentis Christi anni occisi. Ejus principio innumera, quæ neque extitere, neque extabunt unquam, tamen maxime esse possibilia

Augustinus demonstrat: Inter alia *legas*, inquit, *fieri potuisse, ut semel genter exterminarentur a terra, quæ dabatur filiis Israel, Deum tamen paulatim fieri voluisse: & alia sexcenta possunt occurrere, quæ fieri vel potuisse, vel posse fateamur, & eorum tamen exempla quod facta sint, proferre nequeamus.* Verum cum reponere posset *Marcellinus* exempla illa in operum Divinorum numero censenda esse, justitiæ vero perfectionem in homine ad opus ipsius hominis pertinere: hoc Augustinus quidem agnoscit, sed simul eam perfectionem opus esse Divinum contendit, indeque occasione accepta de adjutorio gratiæ Dei differit.

XVII. *Lex Honorii adversus Donatistas.*

Honorius dedit legem 53. Cod. Theod. *de hæreticis* prid. Non. Mart. Mediolani, in *Jovinianum* hæreticum, qui jam inde ab anno CCCXC. Mediolanensi Urbe profugus ad Diœcesim Romanæ Urbis se se contulerat, ibidemque extra muros ejusdem Urbis Conventus agebat. Jubet ergo Imperator, eum in insulam *Boam*, quæ in Dalmatia sita, exiliis hoc tempore famosa erat, deportari, plumbatis prius cæsum: ac ministris ejus & participes in alias pariter insulas inter se diversas.

XVIII.

A num. XXVII. ad XXXII. in Codice Theodosiano lex 56. *de hæreticis* Heraclianо Comiti Afri-



*vinaque reverentia contagione temeretur. Dat. VIII. Kal. Septembris, Honorio X.* * *& Theodosio VI.* * *AA. Coss.* Hic vero admonendum putamus lectorem, irrepsisse mendum in numerum horum Consulatus, ut loco decimi, nonus, & pro sexto quintus Consulatus restituendus sit: ratio enim evidens est: nam ante decimum Honorii & Theodosii sextum Consulatum, qui post triennium contigit, Heraclianus (ut suo loco dicetur) jam tyrannus factus, e medio sublatus erat. Contra vero accidisse videmus, ut rescriptum (*a*) illud Honorii de nece Heraciano inferenda, datum inveniatur sub hujus anni Consulibus: cum constet ejus tyrannidem nequaquam hoc anno cœptam, sed post ipsius Consulatum (quem gessisse liquet anno sequenti) ut tradit Orosius (*b*); sicque videas inversum prorsus esse numerum Consulatus, & restituendum esse, ut in margine positus est: hæc quidem ex iis, quæ de eodem dicentur inferius, manifestiora reddentur: restituenda sunt igitur sub suis data rescripta Consulibus; ne ex illapsis erroribus, rerum gestarum veritas confundatur.

* IX. * V.

(*a*) *l. 21. de pœnis Cod. Theod.*

(*b*) *Oros. l. 7. cap. 42.*

XXVIII. Adjecit pius Imperator pro rebus, & personis Ecclesiasticis dare rescripta (*c*), ne scilicet bona Ecclesiastica diversis aliis præter canonicam pensionem teneantur obligata muneribus, neve clerici apud alios judices quam Episcopos judicio postulentur. Voluit enim Honorius Ecclesiasticum judicium Episcopis in omnibus illibatum servari, & ut sacrosanctum inviolatum custodiri. Porro non clerici tantum, sed & laici, & qui inter eos magistratibus fungerentur, si quid in Deum peccassent, vel jura Ecclesiastica violassent, habebant Episcopos judices, qui Ecclesiasticorum confectione Actorum, ipsorum causas judicabant. Quorum judicium tanti ponderis æstimabatur, ut licet injustam excommunicationis sententiam reos aliquando subire contigisset; haud tamen contemnendam putarent; sed ad alios talia passi Episcopos recurrerent, agentes supplicibus votis, ut injuste lata sententia, ab eo qui eam tulerat, scinderetur. Est de his exemplum egregium apud S. Augustinum in epistola (*d*) ad Auxilium.

(*c*) *l. 40. 41. de Ep. & cleric. Cod. Theod.*

Judicia Episcoporum adversus omnes in Deum delinquentes.

(*d*) *Aug. ep. 75.*

PAGIUS

*Lex Honorii qua hæreticorum cœtus prohibentur.*

Africæ inscripta, qua cœtus rituque hæreticorum Honorius Imp. per Africam rursum prohibet, dicitur *dat. VIII. Kalend. Septemb. Honorio X. & Theod. VI. AA. COSS.* ideoque anno CCCCXV. Et tamen Heraclianus, cui ea inscribitur, anno sequenti cæsus est: quare Baronius hanc legem ad hunc annum referendam existimavit, id est, *ad Honorium IX. & Theodosium V AA: COSS.* Verum Gothofredus in ejus Commentario rectius censet, nihil mutandum esse: nempe Heraciano tyranno cæso, & memoria ejus aboleri jussa, Donatistæ & eam-

Sed quod in his versamur: illud hujus temporis Ecclesiastici judicii moris insinuandum putamus. Cum criminis accusatus, haud adeo plene, ut damnari posset, convinceretur, neque ejus innocentia ita perspicua appareret, ut absolvi reus penitus posset: consuevisse hujusmodi tum reum, tum actorem, per juramentum purgandos, ad sepulcra sanctorum martyrum mitti, illorum præsertim, quorum virtus in miraculorum editione omnibus nota esset. Habes de his in primis exemplum ab eodem S. Augustino descriptum ad suos Hipponenses (*e*) de judicio Bonifacii presbyteri. Quid autem in ambiguitate judicii ipse decreverit, audi: *Elegi* (inquit) *aliquid medium, ut certo placito se ambo constringerent, ad locum sanctum se peregrinaturos, ubi terribiliora opera Dei non sanam cujusque conscientiam multo facilius aperirent, & ad confessionem vel pœna, vel timore compellerent. Ubique quidem Deus est, & nullo continetur, vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum a veris adoratoribus in spiritu, & veritate oportet adorari: ut in occulto audiens in occulto etiam justificet, & coronet. Verumtamen ad ista quæ hominibus visibiliter nota fiunt, quis potest ejus consilium perscrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi beati Felicis Nolensis corpus conditum est: quo volui ut pergerent, quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest, quicquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum.* Hæc Augustinus, Nolam ad S. Felicis ablegans reum, & accusatorem. XXIX. Purgatio per juramentum ad reliquias martyrum.

(*e*) *Aug. ep. 137.*

Mediolani quoque eam viguisse consuetudinem jurandi super loculum sanctorum martyrum, idem sanctus Augustinus subdit his verbis: *Nos novimus, Mediolani apud Memoriam sanctorum ubi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur; furem quemdam, quia ad ejus locum venerat, ut falsum jurando deciperet, compulsum fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat, reddere.* Hæc ipse. XXX. Martyrum reliquiæ vindices veritatis.

Fuisse Romæ etiam eamdem consuetudinem, & perduravisse adhuc temporibus Gre- XXXI.

simul legem, quæ ad *Heraclianum* anno CCCCX. adversum se lata fuerat, id est, legem 51. *de hæreticis*, pariter infirmandam & infirmatam jactasse videntur: haud aliter atque gesta sub *Marcellino* post ejus mortem irrita buccinabant. Quare *Honorius* recantari hanc legem voluit, & in Africa proponi, cum eadem inscriptione ad *Heraclianum*, ut ita Donatistis liqueret, quamlibet infirmatis aliis sub Heraciano gestis, non ideo tamen eam legem 51. *de hæreticis* infirmatam: multumque interesse inter ea quæ ipse gessisset, vel etiam a privatis sub eo gesta, a publi-

Gregorii Papæ, ipse suis scriptis sæpius fidem facit: nam de basilica sanctorum martyrum Proceſſi, & Martiniani, ubi eorumdem condita erant corpora, hæc habet (*a*): *Ad extincta namque eorum corpora viventes ægri veniunt, & sanantur: perjuri veniunt, & a dæmonio vexantur: dæmoniaci veniunt, & liberantur.* Hæc ipse. Confirmat id exemplo de S. Pancratio Romæ in perjuros acerrimo ultore Gregorius Turonensis (*b*): sunt etiam de his alia innumera exempla; sed hæc modo satis. Jam vero, quæ reliquæ sunt anni hujus res gestæ, prosequamur.

(*a*) *Greg. hom. 32. in Evan.*

(*b*) *Greg. Turon. de Glor. mart. cap. 38.*

XXXII. Hoc eodem anno, iisdem Consulibus, Prosper (*c*) Aquitanus hæc præsens spectans oculis, tradit, Gothos ab Italia penitus recedentes, sub Athaulpho Rege Gallias invasisse: confirmat id ipsum Cassiodorus: Magna quidem Dei vindicta, contigit hoc sæculo universum ferme Romanum Imperium dedi barbaris incursandum, deprædandum, ac cæde hominum devastandum; cujus quidem divini judicii pondus etsi grave videri possit; si tamen ubique delinquentium scelera in alteram libræ lancem conjicias, nihil est quod mireris, sed potius cum Propheta occinas (*d*): *Justus es Domine, & rectum Judicium tuum.* Hæc autem ut aperte percipias provoco te ad octo libros hoc argumento, hoc ipso tempore, hac etiam ex causa a Salviano Episcopo Massilienſi conscriptos: a quo in primis sicut generatim, ita ista summatim accipe (*e*): *Ipsa* (inquit) *Dei Ecclesia, quæ in omnibus debet esse placatrix Dei, quid est aliud quam exacerbatrix Dei? Aut præter paucissimos quosdam qui mala fugiunt, quid est aliud omnis cœtus Christianorum, quam sentina vitiorum? Quotum enim quemque invenies in Ecclesia aut non ebriosum, aut non helluonem, aut adulterum, aut fornicatorem, aut raptorem, aut gaeonem, aut latronem, aut homicidam? & quod his omnibus pejus est, præter hæc, cuncta sine fine. Interrogo enim Christianorum omnium conscientiam: ex his vel flagitiis, vel sceleribus, quæ nunc diximus, quotus quisque hominum non aliquid est eorum? at quotus quisque non totum?*

(*c*) *Prosper. in Chron.*

Gothi invadunt Gallias.

(*d*) *Psal. 118.*

(*e*) *Salvi. de vero jud. & Providid. Dei lib. 3.*

*Facilius quippe invenies, qui totum sit,* XXXIII. *quam qui nihil. Et quod diximus, nihil, nimis fortasse gravius videatur esse censuræ: plus multo dicam. Facilius invenias reos malorum omnium, quam non omnium; facilius majorum criminum, quam minorum, id est, facilius qui, & majora crimina cum minoribus, quam qui minora tantum sine majoribus perpetrarit. In hanc enim probrositatem morum prope omnis Ecclesiæ plebs redacta est, ut in cuncto populo Christiano genus quoddam sanctitatis sit, minus esse vitiosum.* Addit his alia plurima, in quibus diutius immorari, instituti ratio haud finit. Sed non prætermittendum, quod firmiter asseverat, adeo excrevisse magistratuum iniquitate pauperum oppressionem in Romano Imperio, ut optabiles visi sint barbari venientes, immo & complures eos prævenerint ad ipsos confugiendos: nam ait (*f*) *Interea vastantur pauperes, viduæ gemunt, orphani proculcantur; in tantum, ut multi eorum, & non obscuris natalibus orti, & liberaliter instituti ad hostes fugiant, ne persecutionis publicæ afflictione moriantur, quærentes scilicet apud barbaros Romanam humanitatem, qui apud Romanos barbaram immanitatem ferre non possunt.* Hæc & alia plura Salvianus: qui & parvo negotio palam facit & definit, longe præstantioribus moribus enituisse his temporibus barbaros, quam Romanos.

(*f*) *Salv. lib. 5.*

Sed hæc generatim ad omnes (ut diximus) spectant, quæ hujus temporis inspector, & scriptor vir sanctissimus posteris tradidit. Verum quod peculiariter ad Gallias pertinet, quas hoc anno Gothus; ante Burgundio, Wandalus, Francus, Hunnus, & reliqua barbarorum colluvies ad radices usque depasta est: quales Gallorum horum temporum mores fuerint, idem auctor Galliarum accola pluribus prosecutus est, atque in primis suorum Aquitanorum, in quos primo barbaricus furor irrupit; de quibus ipse: *In omnibus quippe Gallis sicut divitiis pri-*

XXXIV.



*primi fuere, sic & vitiis. Nusquam enim improbior voluptas, nusquam improbior vita, nusquam corruptior disciplina. Hanc pro muneribus sacris dederunt Domino retributionem, ut in quantum beneficiis suis ille ad se illexerat ad propitiandum, in tantum illi flagitiis suis laboraverint ad exacerbandum. An forte falsum est, & odiose potius quam vere ista dicuntur? Non oratoria probatione, quæ uti alii in causis solent, utar, ut producam quoscumque ad probandum, aut paucos, aut extraneos, aut minus idoneos testes: ipsos interrogemus, a quibus acta sunt: falsum sit quod diximus, si negarint: fatentur enim, & quidem (quod est gravius) sic fatentur, ut in ipsa confessione non doleant: idem enim nunc est animus in fatentibus, qui in agentibus fuit: sicut tunc non puduit flagitia committere, sic nunc omnino non pœnitet flagitiosa fecisse. Exceptis tamen perpaucis ferme sanctis, atque insignibus viris, qui (ut quidam de numero ipsorum ait).*

*——sparsis redemerunt crimina nummis.*

intelligit enim Eucherium Lugdunensem, Salonium Viennensem, ad quem scribit, Hilarium Arelatensem, & ejus prædecessorem Honoratum, Prosperum Regiensem cognomento Aquitanum, & alios alumnos monasterii Lerinensis (*a*) *Exceptis, inquam, his* (subdit ipse) *quos loquor, utique etiam in illa tunc generali admodum colluvione vitiorum, recte minorum criminum reos fuisse credimus qui corrigi a Divinitate meruerunt: non enim penitus Dominus lædit suum, cui propinatio servatur. Et quid plura? puto quod semper Deum & in ipso errore respexerit, a quo obtinere potuit ne diutius erraret.*

(*a*) *Salv. lib. 7.*

XXXV. *Cæteri autem, & plurimi ferme ac nobilissimi, prope idem omnes, pene unus garges omnium gula, pene unum lupanar omnium vita. Et quid dicam de lupanaribus? minoris etiam criminis lupanar puto: meretrices enim, quæ illic sunt, fœdus connubiale non norunt, ac per hoc non maculant, quod ignorant: impudicitiæ enim piaculo sunt obnoxiæ, sed reatu tamen adulterii non tenentur. Adde huic, quod & paucæ ferme sunt lupanaria, & paucæ quæ in his vitam infelicissimam damnavere meretrices. Apud Aquitanos vero quæ Civitas in locupletissima ac nobilissima sui parte non quasi lupanar fuit? quis potentum ac divitum non in luto libidinis vixit? quis non se barathro sordidæ colluvionis immersit? quis conjugii fidem reddidit? immo quantum ad passivitatem libidinis pertinet, quis non conjugem in numerum ancillarum redegit, & ad hoc venerabilis connubii sacramenta dejecit, ut nulla in domo ejus vilior videretur in maritali despectione, quam quæ erat princeps matrimonii dignitate? & de viris: Quis autem Aquitanorum divitum non hoc fuit, quem non sibi ancillæ impudicissimæ aut adulterum aut maritum jure dixerunt? Equi enim emissarii (ut Scriptura ait b) in feminas facti sunt: unusquisque ad uxorem proximi sui inhiabat.* Addit & plura alia. At exhorrescit stylus jam, ac resilit, atque refugit ulterius in turpitudinum cloacam intingi.

(*b*) *Hier. 3.*

Sed attendamus lacrymas Aquitanici XXXVI. viri sanctissimi Aquitaniæ stragem lugentis, Prosperi inquam, qui eodem argumento carmen lugubre cecinit, cum inter alia de Aquitanicis suis (*c*)

(*c*) *Prosp. in prolog. l. de prov. Dei.*

*Cumque animum patriæ subiit fumantis imago.*
*Et stetit ante oculos quicquid ubique perit:*
*Frangimur immodicis, & pluribus ora rigamus:*
*Dumque pios agimus, vertimur in querulos.*

lugebat ista ipse decem annorum spatiis: nam inferius:

*——— Heu cæde decenni*
*VVandalicis gladiis sternitur & Geticis.*
*Non castella petris, non oppida montibus altis*
*Imposita, aut urbes amnibus æquoreis*
*Barbarici superare dolos atque arma furoris*
*Evaluere omnes: ultima pertulimus.*

Hæc & alia plura de patriæ clade. Huic junge alium nobilissimum Aquitanum, qui privatas est prosecutus suas calamitates, notis quidem lugubribus & carminibus luctuosis, dum incensa patria ex ditissimo evasit pauperrimus, necessarius egens, & profugus cum suis Vasatas concessit.

Cæterum sciendum est, eodem quoque XXXVII. auctore, haud hanc fuisse improvisam Gothorum invasionem: sed cum juncti fœdere essent Attalo, ut amici & auxiliares excepti sunt: cum continuo, illo spreto, in rapinas & incendia urbium conversi sunt: unde ipse de se Paulinus Consularis agens.

*Pars ego magna fui, quorum privatus & ipse*
*Cunctis quippe bonis propriis, patriæque superstes.*
*Namque profecturi Regis præcepto Athaulphi,*
*Nostra ex urbe Gothi fuerant in pace recepti,*
*Non aliter nobis quam belli jure subactis*
*As-*



publicis atque Imperatoriis gestis, atque adeo constitutionibus ad eum directis.

XIX. *Lex Honorii qua Privilegia Clericorum confirmantur.*

Porro idem Imperator hoc anno *VIII. Kalend. Jun.* dedit legem 40. Cod. Theod. *de Episcopis*, qua immunitatis nominatim ab extraordinariis & sordidis muneribus Ecclesiarum Privilegia confirmavit, recensu eorum facto. Tot enim legibus ad hanc rem opus fuit, publicis necessitatibus hujus sæculi hoc flagitantibus. Declaravit itaque Ecclesias immunes esse a sordidis muneribus; ab itinere muniendo, ab extraordinariis superindictisve; a Pontium instauratione; ab auri similiumve collatione, a translationum sollicitudine. Denique non nisi canonicas illationes & pensitationes præstare Ecclesiam, nullas adventitias. Legendus Gothofredus in Commentario, ubi hæc omnia egregie exponit, sicuti & legem 41. *de Episcopis* hoc anno *III. Id Decemb.* emissam.

XX. *Initium regni Gothorum in Galliis.*

A num. XXXII. ad XXXVIII. Prosper in Chronico scribit: *Gothi Rege Athaulpho Gallias ingressi;* quod & Cassiodorus in Chronico habet. Athaulphus Alarici successor, postquam Italiam devastavit, in Gallias venit, ibique confirmato regno substitit. Quare ab hoc anno initium regni *Gothorum* in Gallis inchoatum. Hi vero Gothi *Vesigothi* appellati, id est, Occidentales ac occidui.

*Aspera quæque, omni urbe, irrogavere, cremata, &c.*

Hæc Paulinus Consularis in carmine Eucharistico, cui titulus falso habetur inscriptus nomine S. Paulini Nolani Episcopi.

XXXVIII. De Paulino Junio-re.

At quisnam iste Paulinus fuerit auctor carminis Eucharistici; ex notis quibusdam, quas ibi de suo genere, & ætate reliquit impressas, aliquid saltem possumus opinari. Explosa igitur illorum errore, qui hunc ipsum putarunt esse Pontium Paulinum, postea Nolanum Episcopum, eo quod nomine & patria convenire videantur, nempe quod Paulini nomine & ipse appellatus, & Burdigalæ educatus, diuque versatus sit; cum re vera compluribus differentiis discriminentur ab invicem: nostra hac de re opinatio illa est, ut existimemus, hunc de quo agimus Paulinum natum esse Paulino illo parente, de quo extat in ejus obitu Parentale carmen Ausonii (*a*); qui fuit maritus filiæ sororis ejusdem Ausonii, ut ipse in eo testatur: quippe qui loco generi (ut idem ibi ait) ipsi Ausonio fuerit, unde & avus Ausonius dictus filiorum ejus, inter quos Paulinus, de quo agitur, adnumeratur; cum tamen potius proavus dicendus fuisset, Paulinus vero pronepos nominandus. Consentiunt quidem plura, ut istud ipsum dicamus. Nam quod ad genus spectat, hæc de eo Ausonius.

(*a*) *Auson. Paren.* 24.

Paulinus Ausonii pronepos.

(*b*) *Paul. in carm. Eucharist. extat tom. 9. Bibl. sanct.*

*Stirps Aquitaniæ mater tibi: namgenitori*
*Cossio Vasatum municipale genus.*

Sed audi Paulinum filium in dicto carmine Eucharistico (*b*):

*Exacto lustris patriis, tectisque crematis,*
*Obsidio hostilis vicina excepit in Urbe*
*Vasatis, patria majorum & ipsa meorum.*

Sed & quod se avum habuisse Consulem dicit, cum trium esset annorum, ubi ait (*c*): (*c*) *Paul. ibid.*

*Tunc & avus primum illic † sit mihi cognitus anni*
*Ejusdem Consul, nostra trieteride prima.*

† *nempe Burdigalæ.*

his ipsum Ausonium Consulem intelligere temporis quoque certa ratio manifestat. Dum enim subdit post multa, annorum se fuisse ætatis triginta, cum barbari rupto cum Romanis fœdere, sese in Italiam infudere; plane numerando ab anno tertio ante Consulatum Ausonii, quo senatum dicit, usque ad ejus ætatis trigesimum, invenies hunc esse annum Domini quadringentesimumsextum, vel septimum, quibus vidimus Alaricum Italiam tentare cœpisse: quo pariter anno cum se patre orbatum dicat, relicta adhuc superstite matre; utique consentiunt quæ de eodem patre Paulino Ausonius habet, dum ait, defunctum esse, cum annum suæ ætatis septuagesimum secundum implesset, nimirum decem & octo Olympiadas, ut ait his versibus:

*Inter concordes vixisti fidus amicos*
*Duodeviginti functus Olympiadas.*

Paulini patris ætas.

ex quibus etiam licet Ausonii Consulis æstimare longævam ætatem, qui superstes vixit marito filiæ fororis, licet ætate pares fuisse superius dicat his versibus.

*Æquævus Paulinus mihi: natamque fororis*
*In-*

Hesperio prognatum dicere potuit; unica enim Ausonio filia fuit; præterea Ausonius in Protreptico ait:

*Hæc gradiere via, qua nos præcessimus, & quæ*
*Proconsul genitor Præfectus avunculus instat.*

Quo loco avunculus est *Hesperius*, ad quem illud Eidyllium Ausonius nittit; alius itaque *Hesperius* a patre Paulini. Hunc vero Africæ Proconsulem fuisse, docet ipsemet Paulinus in Eucharistico num. XXXV. Nec obstat, quod in Epistolæ protreptico præfixæ limine Ausonius Auctorem Eucharistici *Ausonium* appellet; Paulinus enim utrumque nomen habere potuit, ut variis conjecturis Barthius adstruit. Inter omnes tamen convenit, *Ausonium* avum fuisse Paulini, qui natus est ante diem Iduum Septembris, ut Ausonius in Genethliaco ad eum scripto v. 27. indicat, idque tertio anno ante Consulatum Ausonii, ut in Eucharistico Paulinus v. 49. docet, adeoque anno Christi CCCLXXVI: Ausonii enim Consulatus in annum CCCLXXIX. incidit. Cumque Paulinus *Eucharisticon* octogenario major scri-



*Indeptus thalamo, sit mihi pene gener.*

ex qua cum quatuor liberos idem Ausonius Paulinum suscepisse dicat (*a*) recenseatque duorum nomina defunctorum, Paulini & Dryadiæ, dicatque duos matri remansisse superstites; æque hæc conveniunt nostro Paulino; qui se, defuncto patre, relictum ait cum fratre parum liberali homine, quocum fuit paterna hæreditas litiganda. Tot igitur in unum convenientibus, signis, nemo me, puto, vanum conjectorem fuisse redarguet.

(*a*) *Auson. Parent.* 13.

XXXIX. Porro huic Paulino, cujus est carmen Eucharisticum, duo incidere parum digna nobilitate sua, quorum alterum excusat, alterum purgavit pœnitentia. Etenim conspirationis cum Attalo tyranno suspicione laboravit, quod ab eo, cum imperaret creatus fuerit Comes Privatarum largitionum; quod sic ipse excusat (*b*):

(*b*) *Paul. in carm. Eucharist.*

*Attalus absentem casso honorarat honoris*
*Nomine, Privatæ Comitivam largitionis*
*Dans mihi, quam sciret nullo subsistere censu.*

& paulo post:

*Unde ego non partes infirmi omnino tyranni,*
*Sed Gothicam fateor pacem me esse secutum.*

hoc sic ipse primum excusat. Alterum vero deterius, quod perperam factum diluit per pœnitentiam, illud fuit, quod ad improbata fidei dogmata Christianus homo diverterat: nam de se ait:

Paulinus reddit ad Ecclesiam ex hæresi.

*Sed tua magna manus, divina & provida virtus*
*Consilium sanctorum cuncta operanda peregit,*
*Suadentum mihi tum morem servare vetustum,*
*Quem semel invectum majorum traditione,*
*Nunc etiam servans Ecclesia nostra teneret.*
*Confessusque igitur .....*
*Proposita studui constrictus vivere lege,*
*Non digno fortasse pians commissa labore:*
*Sed rectam servare fidem non inscius ipse,*
*Errorum discendo vias per dogmata prava,*
*Quæ reprobans sociata aliis nunc resuo culpis.*
*Post autem exacta jam trieteride quinta,*
*Rite recurrente statuto tempore Paschæ,*
*Ad tua, Christe Deus, altaria sacra reversus.*
*Te miserante, tua gaudens sacramenta recepi. &c.*

Sed quibusnam hic hæresis vinculis tamdiu obstrictus permansit? Quod ipse dicat errores illos sociatos fuisse cum aliis culpis: equidem facit ut existimem, hunc Priscillianistarum fuisse turpibus hæresibus implicitum. Etenim testificatione Severi & aliorum vidimus in ea provincia clarissimos viros ac feminas a Priscilliano & ejus sectatoribus fuisse seductos: quos merito divina secuta est ultio, ut per barbaros bonis fuerint spoliati, ac complures ipsorum vita privati. Considerasti ne lector, provinciarum clades suboriri solitas post emergentes hæreses; & quod ubi Gallia a Priscillianistis & a Vigilantio hæresiarchis infecta est nefandis hæresibus, mox ipsam deprædandam traditam esse barbaris? Quid ergo miraris, si nostro tempore Gallias pessumdari videas? Sed reliqua prosequamur.

XL. Erat his temporibus ad expellendos per Constantinum immissos in Gallias barbaros (ut vidimus anno superiori) Constantius dux exercitus Honorii Imperatoris, cujus primordia Deus præclaris victoriis illustravit: felix plane, felicioribusque progressionibus exaltandus, si tantam molem solidis pietatis fundamentis consolidasset. Sed dum adversus sanctos Episcopos aggressus est inire certamen, expertus est pariter Deum ad postremum suis conatibus adversarium. Sed quid hoc eodem anno in sanctissimum Episcopum egerit, audiamus Prosperum rem gestam paucis narrantem: *Eodem tempore* (inquit) nempe sub his Consulibus, *Heros vir sanctus & beati Martini discipulus, cum Arelatensi oppido Episcopus præsideret, a populo ipsius civitatis insons, & nullis insimulationibus obnoxius pulsus est, inque ejus locum Patroclus ordinatur amicus & familiaris Constantis * Magistri militum, cujus per ipsum gratia quærebatur. Eaque res inter Episcopos regionis illius magnarum discordiarum causa fuit.* Hæc S. Prosper. Quomodo autem diu laborandum fuit Romanis Pontificibus Bonifacio atque Leoni, suo loco dicturi sumus. Jam vero res Orientalis Ecclesiæ invisamus.

Heros Arelatensis Episcopus pellitur.

* Constantii.

XLI. Hoc eodem anno iisdem Cons. Theophilus Alexandrinus Episcopus ex hac vita migravit, cum sedisset annos viginti septem.

C

PAGIUS XXIII. scripserit, ut ipsemet. v.12. prodit, liquet Opus illud DCXVI. versibus constans anno Christi CCCCLV. evulgatum esse.

Ad num. XLI. & seqq. Socrates lib. 7. cap. 7. de Theophili Episcopi Alexandrini morte loquens, ait eam accidisse τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ ὀκτωβρίου μηνὸς, id est, *Idibus Octobris*, vel hodierno loquendi modo, die XV. Octobris. Nec in Notis ad eum locum Valesius aliam lectionem extare memorat. Et tamen Christophorsonus in sua versione Latina habet, Theophilum die XV. *Kal.* Novembris vita functum esse; sed illud errori Ty-

*Moritur Theophilus Episc. Alexandrix.*

Theophili Episcopi Alexandrini obitus.

ptem. De ejus ex hac vita transitu mira hæc ex Isidoro diacono Joannes Damascenus recenset (*a*) *Theophilus ob illud peccatum* (quod scilicet numquam Joannes Chrysostomi nomen passus esset in ecclesia recitari) *non poterat animam agere, donec allata ei fuit imago Chrysostomi; quam ille cum adoraſſet, spiritum emisit*. Sic quidem Deus magna suæ dispensatione misericordiæ operatus est, ut tantus vir Catholica Ecclesia (ut vidimus) ob expulsionem Origenistarum & alia benemeritus, non decederet ex hac vita absque ejus delicti pœnitentia, cujus causa (ut vidimus) indignationem quoque Romani Pontificis incurrisset. Sed & apud Vitas Patrum hæc de eodem (*b*): *Sanctæ memoriæ Theophilus Archiepiscopus, cum moriturus esset dixit: Beatus es Abba Arseni, quia semper hanc horam ante oculos habuisti*. Reliquit sui ingenii monumenta post se Theophilus, quæ Gennadius numerat, ubi ait (*c*): *Scripsit adversum Origenem unum & grande volumen, in quo omnia pene ejus dicta & ipsum pariter damnat: similiter docens, non a se eum primum, sed ab antiquis Patribus & maxime Heracla fuisse & a presbyterio ejectum, & de ecclesia pulsum, & de civitate fugatum. Sed & Anthropomorphitas hæreticos, qui dicunt Deum humana figura & membris constare disputatione longissima confutans, & divinarum Scripturarum testimoniis arguens, & convincens eos, ostendit Deum incorruptibilem & incorporeum justa Patrum fidem credendum*: & post alia *Paschalem etiam recursum, quem Magna apud Nicæam Synodus, post nonagintà & quinque annos agi in tempore & die & Luna, secundum suum statum invenerat, additis quibusdam ipsius festivitatis rationibus & expositionibus, Theodosio obtulit. Legi & tres de Fide libros sub nomine ejus titulatos: sed quia lingua inconsonans est, non valde credidi*. Hæc Gennadius.

(*b*) *Vit. sanctorum Patrum de compunct.*

(*c*) *Gennad. de Vir. illust. c.* 10.

Theophili scripta.

XLII. Theophili liber de sacris supellectilibus.

His addimus, scripsisse Theophilum de Sacris mysteriis, vel de Sacris supellectilibus Ecclesiæ Dei; quem quidem librum Ecclesiæ utilissimum fuisse intelligere potes ex fragmento epistolæ S. Hieronymi ad ipsum Theophilum datæ, cum commentarium illum Latinitate ab ipso rogatus donavit; quod in Collectione veteri diversorum auctorum legitur verbis istis: (*d*) *In opere tuo utilitatem spectavimus Ecclesiarum, eruditi testimonits Scripturarum, qua deberant veneratione sancta suscipere, & altaris ministerio deservire: sacrosque calices & sancta velamina, & cætera quæ ad cultum Dominicæ pertinent passionis, non quasi inanima & sensu carentia, sanctimoniam non habere: sed ex consortio corporis & sanguinis Domini, eadem qua corpus ejus & sanguis, majestate veneranda. Suscipe igitur librum tuum, immo meum, & ut verius dicam, nostrum; cumque mihi faveris tuus fautor eris. Tibi enim meum sudavit ingenium, & facundiam Græcam Latinæ linguæ nolui paupertate pensare. Neque vero, ut diserti interpretes faciunt, verbum verbo reddidi: nec adnumeravi pecuniam, quam mihi per partes dederas; sed pariter attendi, ut nihil desit ex sensibus, cum aliquid desit ex verbis. Epistolam autem tuam idcirco in Latinum verti, & huic volumini præposui; ut omnes qui legerint, sciant, me non temeritate ac jactantia, sed præceptis beatitudinis tuæ suscepisse onus ultra vires meas. Quod an consecutus sim; tuo judicio derelinquo: certe si imbecillitatem reprehenderis voluntati veniam commodabis. Vale*. Hæc tibi sint, lector, pro libro Theophili, qui excidit una cum integra Hieronymi epistola, qua majore ex parte temporis edacitate corrosa, vix pauca hæc ab ejus faucibus eruta, posteritati sarta tecta relinquimus.

(*d*) *Extat in Hæresologia.*

XLIII. Scripsisse fertur librum de Hæresibus in Epiphanium (*e*) extant etiam complures ejusdem Ecclesiastici canones (*f*) tres præterea Paschales epistolæ, a S. Hieronymo Latinitati redditæ: cum alioqui per singulos annos singulas dare soleret; ut ex brevi hac ad eum Synesii epistola possumus intelligere, quæ sic se habet (*g*):

(*e*) *Memini Trithem. de Vir. illust.*

(*f*) *Extat in Bibl. sanct. t.* 1.

(*g*) *Syn. ep.* 9. Paschales Theophili.

*Utinam profunda & plena senecta te expectet, sanctissime & sapientissime Theophile: nam & in aliis vitæ commodus fueris, si ferveris; & maximum additamentum contigit Scholæ Christi ex Panegyricorum librorum numero, qui in annos tecum augescit. Sic sane quæ hoc anno dimissa est oratio, & jucunde affecit civitates, & profuit partim magnitudine sententiarum, partim gratia verborum*. Hactenus

PAGIUS Typographi attribuendum. In Historia Patriarcharum Coptitarum dicitur *Theophilus* sedisse annos XXVII. dies LXXXVII. Sedem autem inierat die vicesima Julii anni Christi CCCLXXXV. Quare Auctor Anonymus illius Historiæ sedis Theophili tempus accurate supputavit; cumque asserat Theophilum mortuum esse *die XVIII. Babi*, qui dici XV. Octobris nostri respondet, diem illum enumerationem excludit. Præterea Socrates subjungit, *tertio post obitum Theophili die* Cyrillum ordinatum esse, ideoque die decima octava Octobris, in quam festum Sancti Lucæ Evangelistæ incidebat.

XXIV. *S. Chrysostomus in diptycha relatus.*

Nicephorus lib. 14. cap. 6. exhibet Epistolam *Attici* Episcopi C. P. ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum datam de inscribendo Sancti Joannis Chrysostomi nomine in Sacris diptychis, Eam Epistolam recitat Baronius num. XLVII. & seqq. Id tandem præstitit Cyrillus, sed nonnisi postquam divina visione admonitus est. Cum vero



hactenus Synesii epistola, qua Panegyricas orationes non dubium est vocare Paschales illos tractatus, quorum tres tantum habemus a S. Hieronymo in Latinum versos, illos scilicet adversus Origenem editos. Sed & in his observa S. Hieronymi prudentiam, abstinuisse ipsum a singulorum post editorum tractatuum, quam cæperat, versione, postquam Theopilus Romano Pontifici de restituendo in Diptyca Joannis Chrysostomi nomine obniti cœpit.

XLIV. Ad postremum autem hæc de eodem Theophilo minime prætermittenda sunt: quod licet ei ob Joannis Chrysostomi causam a Romano Pontifice (ut vidimus) fuerit communio denegata; tamen quod constiterit in obitu emendasse, quod vivens pertinax deliquisset; commemoratione rerum ab eo bene gestarum adversus Origenistas, recepta est post obitum ejus memoria in Ecclesia Catholica cum honore: etenim S. Leo Papa in epistola ad Marcianum Imperatorem ita de eo (*a*): *Sanctæ memoriæ Theophilus Alexandrinæ Ecclesiæ urbis Episcopus, &c.* Idemque in epistola ad Episcopos (*b*) Galliarum hæc de Ecclesia Alexandrina: *Postea* (inquit) *recentioribus a nostra ætate temporibus, Athanasium, Theophilum, & proxime Cyrillum probatissimos Præsules habuit*. Sed & Paulus Emesenus Episcopus, sequester pacis inter Joannem Antiochenum & Cyrillum Alexandrinum Episcopos tempore Nestorii hæresis, hæc inter alia pro concione ad populum Alexandrinum: *Est* (inquit) *patris vestri hæc doctrina: est vobis hic thesaurus avitus, beati Athanasii dogmata, magni Theophili doctrina, columnarum videlicet rectæ doctrinæ*. Ista ille: ut plane videas Theophili nomen post obitum magna æstimatione retentum. Sed de Theophilo hactenus.

(*a*) *Leo ep.* 64.

(*b*) *Leo ep.* 52.

XLV. Cyrillus electus Episcopus Alexandriæ.

Post triduum autem ab ipsius Theophili obitu subrogatus est in locum ejus Cyrillus ipsius fratris filius, non sine controversia, cum alii peterent Timotheum archidiaconum, cui favebat studebatque Abundantius Præfectus militum: hæc ex Socrate (*c*) Simulac autem Cyrillus Alexandrinus Episcopus creatus est, ad eam Ecclesiam ab omnibus hæresibus expur-

(*c*) *Socr. l.* 7, *c.* 7.



gandam adjecit animum; atque qui hactenus Alexandriæ tolerati fuerant, Novatianos ab ipsorum ecclesiis expulit. Meminit horum omnium subinsense Socrates & ipse quidem secta Novatianus, cum ait (*d*): *Post mortem Theophili Cyrillus in sede Episcopali collocatus Episcopatu potitus est, majore que principatum, quam umquam Theophilus habuisset, pariter sibi assumpsit. Etenim ex illo tempore Episcopus Alexandrinus, præter sacri cleri dominatum, rerum præterea sæcularium principatum acquisivit. Quapropter Cyrillus statim cum Novatianorum ecclesias, quæ erant Alexandriæ, occlusisset, non modo omnem sacrum thesaurum, qui in illis fuit, penitus abstulit, verum etiam Theopemptum illorum Episcopum omnibus suis fortunis privavit*. Hæc Socrates, sed ob ejus sectæ patrocinium fide suspectus.

(*d*) *Socr. ibid.*

XLVI. Atticus restituit nomen Chrysostomi in Diptycha.

Cum autem, vivente Theophilo, cujus quodammodo vinculis tenebatur obstrictus Atticus Episcopus Constantinopolitanus, ne in tabulas Ecclesiasticas nomen Chrysostomi restitueret, ob id secessus a communione Romani Pontificis (ut dictum est superius) permaneret, sicut & ipse Theophilus usque dum vixit: eo ex hac vita sublato, idem Atticus faciliorem se præbuit, admonitus novo Theophili casu, & periculo concitati in ipsum populi: qui insuper ad eadem quoque vota Cyrillum nuper creatum Episcopum Alexandrinum, quantumlibet renitentem, pertraxit tamen; factumque est, ut ab utroque Chrysostomi nomen sacris Diptychis, totius Orientis, & Occidentis consensu, magna gloria redderetur, sed & ipsæ pariter totius Orbis Ecclesiæ mutuo inter se pacis fœdere jungerentur: licet obtorto (ut dicitur) collo ad id Atticus perductus fuerit, obtemperans Imperatori id cupienti, & populo expetenti. At præstat audire, quibus progressibus res tam longo temporis spatio pertractata, optimum ex sententia finem fuerit consecuta. Quomodo autem hæc se habuerint, referant nobis atque omni fide significant litteræ Attici atque Cyrilli hac de causa ultro citroque datæ, quas hic tibi integras describemus: habent enim horum temporum rerum ge-



PAGIUS vero Atticus in sua Epistola scribat, *religiosissimum Antistitem Antiochiæ Theodotum a populo, ut nomen Joannis in Fastos referret, coactum esse*, & Baronius existimaret, *Theodotum* anno superiori sedem Antiochenam adeptum, præsenti anno Divum Chrysostomum in diptycha relatum, & utramque, aliasque quas in eandem rem recitat litteras, datas credidit. Verum ex anno CCCCXX. scriptæ, eodemque Chrysostomi nomen in mysticis tabulis ab Attico inscriptum. Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alex. CCCCXII. Kal. Septemb. anni Christi CCCCXIX. inchoato, scribit: *Hoc anno Atticus Episcopus extra Ecclesiam Conventus celebrantes conspicatus, Joannis Chrysostomi nomen ex Ecclesiæ diptychis memorari præcepit: unde & plures hoc pacto Ecclesiæ restituit*. Theodotum ante annum CCCCXX. Ecclesiam Antiochenam non administrasse, certis infra argumentis demonstrabo. Bollandus ad diem VIII. Januarii in Elogio Historico Sancti *Attici* Episcopi CP. paragrapho VI. putat, circa annum Christi CCCCXXI. id contigisse, quod Cedrenus in Chronico testetur, id factum anno XIV. Theodosii, quem a Kalendis Septemb. anni Christi CCCCXXI. inchoat. Sed Theophanis longe major hac in re fides, quam Cedreni.

starum historiam multaque alia notatu digna. Sed primum quam ad Cyrillum Aticus epistolam dedit, sic se habet (a).

(a) *Apud Nicephor. l. 14. c. 26.*

XLVII. Epistola Attici ad Cyrillum de restituendo Joannis nomine.

*Atticus Cyrillo felicitatem. Incidimus eo quo non putaveramus, & acquiescimus necessitate in eo quod minus ex nostra sententia processit, utilitatem justitiæ præponentes. Etenim cognitionibus nostris ad populi concordiam inclinati canonibus quidem Patrum detrimentum nullum afferimus, exactæ autem verborum observationi universi Orbis pacem præferimus. Non ignoro equidem & beatum Paulinum, cum Ecclesiasticas ederet constitutiones, sapienter occasionibus provida dispensatione usum esse. Scio etiam, qui in sanctorum numero censetur, patrem tuum Apostolicum Theophilum, in confusione & turba a Græcæ superstitionis studiosis excitata, exactam ad breve tempus observationem paci posthabuisse. Maximæ enim quæque urbes pelago fluctibus exagitato persimiles, ex sententia civium non tam summa legum & constitutionum observatione, quam expeditissimis consiliis atque judiciis ad pacem & concordiam facientibus, regi atque administrari solent. Qua vero de causa litteras hasce scribam, accipe. Novit sanctitas tua, ac potius illis ipsis oculis, quibus qui in sanctis est, pater noster Theophilus conspexit, qualis & quam ingens turba magnam hanc invaserit urbem; atque in ea ut sanctior fides & pietas (ne funditus everteretur) periclitata sit: adeo etiam, ut populus majore ex parte per factionem scissus, extra muros conventus egerit: & plerique sacerdotes & collegæ nostri Episcopi a mutua communione desciscentes, bonam plantationem Domini Jesu Christi, parum abest, quin evulserint, pacis commoditate scilicet aliquantulum distracta. Sed enim multo sane labore, multo sudore, & periculis multis desperationis plenis; plurima & maxima quæque communium Patrum nostrorum atque etiam pietatis tuæ precibus & conspiratione sopita sunt mala; & turba quidem illa conquievit, concordia vero & serena tranquillitas in Orbis universi Ecclesiis obtinet.*

XLVIII. Theodotus Episcopus Antioch. conatus recitare nomen Joannis.

*Cum vero nonnulli nomen tantum beati Joannis in mysticis tabulis inscribi vellent: beatus Episcopus Alexander, Antiochenum istum dico, Constantinopolim venit, & multa ore confidenti verba fecit, vehementerque excitare populum voluit, ut vel nobis invitis necessario ejus quem diximus nomen ita inscriberetur. Quam rem accurate prorsus pietati tuæ ministri Dei, religiosissimi diaconi, Petrus & Ædesius exposuerunt. Præterit longum tempus; & nos necessitate, ea quæ a populari rerum administratione provenit, premi inspiciebamus, neque tamen quicquam schismatis & dissidii relinquias curabamus: cum ad nos ex Oriente Dei amantissimus Acacius litteras dedit, religiosissimum Antistitem Antiochiæ Theodotum a populo, ut nomen Joannis in Fastos referret, coactum esse; ut veniam rei, quam necessitate ille adductus fecisset, daremus, petens. Et tum bonus ille qui litteras ad nos pertulit presbyter causam adventus sui indicans, rem hanc in vulgus magnæ urbis propalavit; & sententiam datæ ad nos epistolæ populo vulgavit: adeo ut parum abfuerit, quin tumultu plebis universæ repleta urbs sit. Ibi vero ego ibi demum perturbatus, & de rebus maximis discrimen summum veritus, piissimum Imperatorem adii, & cum eo de pace & tranquillo rerum statu egi. Atque ille, nihil esse periculi aut incommodi, respondit, si defuncti viri nomen, tranquillitatis, pacis, & populi concordiæ gratia inscriberetur.*

XLIX. Atticus cogitur restituere nomen Joannis.

*Itaque ego ea re persuasus (quomodo enim necessitate præventus id non facerem?) ne religionis nostræ res ex multitudinis arbitrio exemplo uno permisso, penderent, neve urbem ipsam populari administratione assuefaceremus; nomen id in Album referri jussi. Quare (ut quidem puto) neque in sacros canones commisi, neque judicio Patrum fraudem feci. Mentio namque ejus sit cum defunctis non solum Episcopis, sed & presbyteris, diaconis, & laicis ipsis, mulieribusque, cum quibus omnibus nobis sacerdotii communio, aut earum rerum quæ in sacra mensa mystice percipiuntur, participatio non est. Magna enim est inter defunctos & superstites differentia; ita ut etiam libri propter differentem eorum, quorum memoria conservatur, statum discreti sint. Nihil enim Davidi obfuit honorifica Saulis sepultura, neque Apostolis Arii impietatis sectator Eudoxius sub eadem sacrificii sanctiore ara positus, neque Paulinus & Evagrius Ecclesiæ, qui schismatis & dissidii duces in Ecclesia Antiochena fuere, quod post obitum non paucis hinc ab annis propter populi pacem & concordiam mysticis tabulis sunt inscripti.*

L. *Quamobrem ipse quoque Ægypti Ecclesiis, Ecclesiarum Orbis totius pacificandarum gratia, ut mortui illius nomen inscribant, præcipe. Ita enim cum Patrum canones non transgrediere, tum Ecclesiarum simul omnium concordiam plurimi facies. Te vero ea nobis quæ convenit, rescripturum esse ad communem consensum & fraternitatem respicientem, persuasum habeo. Fraternitatem quæ tecum est, omnem ego, quique mecum sunt, salvere jubeo.* Hactenus Attici ad Cyrillum epistola: qua quidem vides ipsum eructare adhuc amaritudinem, nondum purgato pectore concepto semel odio in Joannem; invitumque ac renitentem ad-



actum, ut quem fuerat acriter persecutus, ejus nomen in tabulas referri juberet. Quod vero in Romanam Ecclesiam, a cujus jamdiu communione rejectus fuerat, esset perinsensus, Paulinum & Evagrium defunctos Episcopos, qui illi communicarant schismaticos nominat. Quæ autem inter hæc idem Atticus scripserit ad Petrum & Ædesium diaconos, accipe (a).

(a) *Apud Nicephor. l. 14. c. 26.*

LI. Alii Attici epistola de iisdem.

*Ad Dei amantissimum Cyrillum Episcopum fratrem nostrum, ut decuit, per epistolam scripsimus ea quæ nomine Joannis in Ecclesiasticas tabulas relato acta sunt. Nihilo vero minus & ad pietatem vestram scribimus, quæ melius quam alit res nostras novit: ad pacem videlicet & ad tranquillitatem eas evasisse de sententia piissimorum Principum, & omnium deinde Orientalium Episcoporum, ipsorumque adeo Occidentalium quoque de Joanne sacris tabulis non ut Episcopo, sed qui aliquando Episcopus fuerit, inserta ut memoria ejus propter communem universi Orbis pacem coleretur. Scribimus autem, ne concordia (ut ita dicam) ubique obtinente, solis nobis ei non adstipulantibus, simul & piissimis Principibus adversari videamur, & summe necessariis rebus nostris, ventis aliquibus adversis obortis, & Ecclesiæ Christi noceamus. De his hactenus.* Quid vero Cyrillus rem aversatus ad Atticum referipserit, litteræ ipsius declarant, quæ sic se habent (b).

(b) *Apud Nicephor. l. 14. c. 27.*

LII. Cyrilli epistola de non rescindendo Joannis nomine.

*Lectis quæ a pietate tua ad me missæ sunt litteris: Joannis nomen sanctis inscriptum esse tabulis, intellexi. Ubi vero eos qui inde ad nos venere, interrogavi: non in laicorum, sed Episcoporum catalogo adscriptum esse audivi. Porro dispicienti mihi, atque animo repetenti, an qui hoc fecere, Nicænorum Patrum decretum sequantur, & aliquantulum mentis luminibus in magnam illam Synodum intenderim, universum sanctorum illorum Patrum collegium quibusdam veluti oculis venuere & viribus omnibus quo minus ad rem eam comprobandam occurram, obsistere videtur. Quomodo namque inter sacerdotes Dei censebitur, illorumve feret sortem, cui sacerdotalis dignitas abrogat est? Quomodo vero in catalogo sacrorum ministrorum erit, qui Ecclesiasticis mœniis ejectus est? Aut enim professione nostra indignum est, ut sacerdotii nomen nihil esse, & rem ipsam communem omnibus esse, quæ tamen eis solis qui ad eam vocati sunt, asservata est, dicamus: aut si magnum quiddam est, quod sacerdotalem functionem a populi multitudine dirimit; non miscenda quæ miscere non possunt; sed eorum quæ diximus, quod vis in ordine suo conservandum & honore debito cohonestandum nobis erit. Quomodo igitur aut inter Episcopos laicus, aut inter germanos, & legitimos, qui talis non est, consistet? Honora te hortor, eos qui magnarus, & splendidarum rectæque actarum rerum tulere testimonium, ne contumelia sanctorum Patrum chorum afficias.*

LIII. *Considera eos qui superstites adhuc in vita manent, quomodo rem hanc acceperint. An non illi dolore se omni repletos esse, recte dicant, si in eundem cum eis ordinem is cui dignitas adempta est, referatur? Verum id pietati quoque tuæ persuasum esse puto. Quamobrem & illis, & nobis mœroris abole causam, tolle omnem tristitiæ occasionem. Nam facile & expedite ea quæ præter opinionem accidunt, disponere & administrare, boni & sapientis esse dixerim: sed tum demum, cum nihil detrimenti afferant. Non enim quamvis gregem Christi propagare, frequentioremque efficere studeamus, examina hæresum, si errorem suum non repudiant, recipimus: & proinde non omnino prompta quadam dispensatione facilem cum eis amplecti pacem debemus, adversus quos pugnare præstet. Dispensationis sanæ laudatæ opus fuerit, si quandoque ita a debita ratione deflectere videamur, ut in rebus utilibus, & commodis detrimentum evitemus. Sic & beatus Paulus omnibus factus est omnia, non ut exiguum quicquam lucrifaceret, partem autem, quampiam damno afficeret, sed ut omnes lucraretur. Videamus ergo ejusmodi rerum investigationi insistentes, an non plus huic causæ insit mali, quam illa videatur habere boni. Tot jam præteriere anni, ex quo pietas tua thronum suum tenuit; neque quisquam est, qui conventus in Ecclesia tuos vitet: Quin etiam si ab initio nonnulli dissidendi amore se ipsos ab illis segregarunt: tamen & illi per vim, & gratiam Christi revocati sunt. Ex magistratibus vero quis non pietatis tuæ dictis audiens est? quis ob hanc ipsam causam est, qui extra Ecclesiam maneat? nemo mehercule est: non enim hoc dat Deus.*

LIV. *Itaque quemnam ad salutem revocans, aut ad legitimos in Ecclesia conventus reducens, quin omnem potius Ecclesiæ mœnibus ejiciens Ægyptum, & regionem etiam Augustalem, & Arcadiam, & Thebaidem, & Lybiam, & Pentapolim, & tot Ecclesias dolore afficis? non ut quemquam lucrifacias: omnes namque lucrifecit gratia Salvatoris. Remitto te hac in re ad ipsam pietatis tuæ doctrinam. Ne contra te ipsum celebres, & illustres eos, qui adversandi studio in partes discesserе, neque umquam justum descriptis judicium accipiunt. An ita connivere, & cessare nos pietas tua suspicatur, ut non diligenter de præclara fama tua, & quomodo Salvatoris greges regantur, atque*

ma-

*manu ducantur, inquiramus? Una namque hæc, etiam si locorum intercapedine disjuncti sint, Episcoporum est cura. Sed enim ne in hoc prolixior esse, & pietati tuæ contrariæ sentire videar: esto ut pauci admodum adhuc sint seditiosi, qui se pro illius malignitate periculo exponunt: apud nos autem tot sunt Ecclesiæ, quæ de Joanne decreta obtinere debere contendunt. Quibus igitur suffragari æquum est? Quinam, ut lætentur, Deo placitum est? illi ne qui Joanni patrocinantur, cum tanta designaverit, an qui pœnam homini irrogarunt ei, qui cum alios dolore afficeret, pro nihilo duxit?*

LV. Cyrillus in Joannem minus æquus.

*Quod si concordiam Ecclesiarum conservare, minime contemnendum videtur: solve id, rogo, quod eam scindit: mitte gladium in vaginam suam: jube ex Episcoporum nomenclatura Joannis nomen eximi. Nam si parvi id facimus, & dicimus: Non affert dolorem Apostolorum choro Judas proditor in eodem cum illis ordine census: Judæ autem nomine in eorum numerum relato, quo deinde loco Matthias nobis ponetur? Cum igitur nemo, Matthia ejecto, Apostolorum choro Judam adscripserit: maneat & servetur hortor, posti celebris memoriæ Nectarium, secundus laudatissimi Arsacii gradus: ne quid per vim perperam, & illegitime inductum, memoriam beati viri explodat. Sed pauci fortasse hoc ægre ferunt (permitte autem mihi, ut libere quæ volo, dicam) omnes equidem salvos fieri optem. Si quis vero imperitia sua ab Ecclesia secedit, & illius constitutionibus refragatur: quæ ejusmodi hominis est jactura? An non ipse quoque Salvator nos id ipsum docens, & formam in omnibus præponens conducibilia quidem ad eos qui eum accesserunt locutus est, inobedientes autem & renuentes discedere permisit? Atque tantum abest, ut aliquam talium hominum rationem habuerit, ut etiam ad ipsos dixerit discipulos: An & vos vultis abire?*

LVI. *Obsequentibus sane multam nos impendere curam, æquum est. Adversarius autem & inobediens malevolentiam ipse suam accusat, medicinam odio habens. Audiet vero ille justum Judicem dicentem: Quandoquidem locutus sum, & non obedivistis mihi; & extendi sermones, & animum non advertistis: & quæ sequuntur. Nos quidem, qui docemus quibusnam rebus quis laudem sibi apud Deum paret, studiose admodum id facere atque instituere decet, atque cum Paulo resistentibus dicere: Obsecramus per Christum, reconciliamini Deo. Inobedientes vero potestati Dei condemnare, illud usurpantes: Curavimus Babylonem, & non est sanata; relinquamus eam, quoniam pervenit in cœlum judicium ejus. Consequens igitur non est, propter adversos quorumdam sermones (si quidem prorsus aliqui sunt) funditus Ecclesiasticas sanctiones convelli, ut laicus sacerdotali dignitate enitentibus adnumeretur, & honorem eumdem consequatur. Neque enim communem Orbis universi pacem, sed concisionem potius quidam vocent. Ego quidem tum demum obtinere debere & nomen, & rem ipsam pacis censeo, cum sanctorum sententiis non adversemur, neque illorum decretis repugnemus. Quod si enim beatus Alexander, confidentis prorsus oris vir, juxta pietatis tuæ verba aliquos ex religiosissimis fratribus, & collegiis nostris Orientalibus Episcopis inani dictorum fuco decepit, & ad hujus rei comprobationem raptos pertraxit: non propterea morbus hic prorsus obtinere, & animos omnium depascere; sed potius veluti quædam lippitudo Ecclesiæ oculum infestans, a vobis repurgari debet: ut illa rursum directe ad Patrum decreta respiciens, merito a Christo audiat: Oculi tui columbarum.*

LVII. *Accepi & ego a Dei amantissimo, qui ad extremam feliciter pervenit senectutem, Acacio litteras: in quibus religiosissimum Antiochiæ Antistitem vi coactum a quibusdam esse, ut Joannis memoriam celebraret, asseverat: atque illud aperte commemorat, valde eum virum ea in re dolore affectum fuisse, viamque quæ tam præfracta audacia liberaretur, quæsivisse; & litteras hac de causa a nobis & pietate tua, ne simul cum quibusdam in eumdem errorem duceretur, neve hujusmodi consilia agitantibus cederet, impetrare voluisse. At nos, qui ad curam, & medicinam faciendam vocati sumus (da enim hoc mihi, ut pro animi mei dolore libere dicere possim) ne accessio vulnerum fiamus; sed potius opinionem eam quam temeritatem aliorum secuti esse videri possimus, fugiamus.*

LVIII. *Demiror vero hoc quoque, si Alexander quem diximus, ad dicendum promptus, & copiosus, & qui non parvo tempore istic vobiscum versatus sit, aliquos ad hanc rem suasione sua adducere non potuisse visus est, quam tabellarius unus efficere tantum (sicuti rumoribus fertur) potuit, ut populum commoverit, causamque tempore longiore sopitam denuo exciarit; quod omnino est incredibile. Verum sit hoc quoque, & ita factum esse credatur. Sed novi pietatem tuam præclaram in eloquentia esse; docebit ea prorsus, quæ opus est homines ad tumultum excitatos: uberem habes sacrarum doctrinarum gratiam: persuadebis, scio, piissimis etiam Principibus, ut more suo in canonum decretis acquiescant. Quod enim vere pietatis studiosi, & Christi amantes sunt constitutionibus suis Ecclesias administrari permittent; paternæque virtutis æmu-*



*æmulatores, majorum exempla imitabuntur. Ne igitur Jechonias rejectus, cum Davide, & Samuele Prophetis censeatur: neque si quibusdam inique placitum est, ut Eudoxii reliquias in eo quo scripsistis reponerent loco, propterea nos quoque profanum, ut sacrum, in Album referamus. Oportuit namque a nobis res illius corrigi, non illum nobis præscribere, & quæ post eum acta sunt constituere.*

LIX. *Atque hæc dicimus, non quod jacenti, & mortuo illi insultemus; non enim hoc det Deus: neque quod alienis (sicuti scriptum est) lætemur malis; non enim Christianorum hoc est consilium & institutum; sed qui id quod homini condolemus, ad utilitatem Ecclesiæ conferimus, canonibus illius nihil præstabilius esse ducentes. Si namque illos sartos tectos conservare, atque exauctoratum inter Episcopos censere liceret: recte profecto, qui id quo minus fieret, impedirent, feri atque immites dicerentur. Quandoquidem vero altero obtinente, alterum consistere non posse, necesse sit: sanctiones Ecclesiæ vincant, & ex sacro catalogo qui sacrorum ministeri non est, moveatur: hoc enim Ecclesias ad pacem servandam conjungit; hoc animorum consensum omnem perficit. Itaque illud nobis dato, ut pure nos conventus agere, & communicare cum pietate tua possimus: atque tu unius ejusque defuncti amorem post eorum qui adhuc vivunt, dilectionem, ac potius post Ecclesiæ sanctiones habeas.* Hucusque Cyrilli ad Atticum epistola.

LX. Cyrillus reveritus Romanum Pontificem.

Consideres hic velim, lector, quam infensissimo animo Cyrillus in Joannem Chrysostomum fuerit, qui nec defuncto pepercerit, & acre bellum jam ornaret adversus eos qui pro restitutione ipsius nominis laborarent; in quos hac epistola invectus est: sed cum hoc animo compositus esset, haud tamen præ reverentia ausus est aperte quicquam loqui adversus Innocentium Romanum Pontificem, quem superius suo loco diximus de restituendo Joannis nomine fuisse præcipuum architectum, auctorem, & in renitentes ultorem; ob quam causam sedis Apostolicæ communionis Theophilum ejus prædecessorem expertem fecerat. Sed non permisit Deus, eum qui recti quadam specie deceptus fuit, in eodem diutius errore versari; quin eum cælitus per visum admonuit. Quomodo id acciderit: recitatis his litteris nuper redditis, subdit ista Nicephorus (*a*):

(*a*) *Niceph. li. 14. c. 28.*

LXI. *Hæc quidem Cyrillus de sacro Chrysostomo, & scripsit, & sensit præsumptæ opinioni inserviens, quam dudum patruum suum Theophilum secutus conceperat. Quoniam vero dissidium hoc quidem ex zelo, quamvis non secundum scientiam non autem ex invidia, neque diabolica contentione manavit: non oportere virum & doctrina, & virtute præstantem, hac una in re claudicare, quo minus ad summam perfectionem perveniret, Deo visum est. Homines enim illi erant, & humanis affectionibus obnoxii. Quapropter aliquanto post Cyrillus cum magno illo viro etiam post ejus mortem in gratiam rediit, erroremque suum correxit, cum tum multis aliis concitantibus, tum maxime Isidoro Pelusiota, nunc reprehensione, nunc admonitione eum cohortante.* Extant ipsius Isidori ad Cyrillum eo argumento conscriptæ litteræ, scitæ quidem & perjucundæ, quæ sic se habent (*b*):

(*b*) *in Append. ad Liberat. diacon.*

LXII. Isidori ad Cyrillum.

*Terrent me divinarum Scripturarum exempla; & tamen quæ necessaria sunt, compellor dicere, & scribere. Sive enim pater sum, ut ipse dicis: Heli (c) condemnationem metuo, quia peccantes filios non coercuit. Sive filius tuus sum, sicut magis scio: pœnam Jonathæ (d) formido, qui patrem non prohibuit ventriloquam requirentem; & prior illo qui peccaverat, quia non prohibuit quod potuerat, in bello defunctus est. Ut ergo & ego non judicer, ipseque non judiceris a Deo: depone contentiones ob injuriæ propriæ ultionem, quam tibi a mortuo deberi putas; ne viventem Ecclesiam dissipes, ut æternam dissensionem ei sub pietatis prætextu concinnes.* Recitat eamdem Nicephorus, (*e*) estque inter alias Isidori (*f*) epistolas nuper cusas.

(*c*) *1. Reg. 2.*

(*d*) *1. Reg. 28.*

(*e*) *Nicep. li. 14. c. 53.*

(*f*) *Isid. li. 1. ep. 370.*

LXIII. Quomodo autem per visum idem Cyrillus ad meliorem frugem fuerit restitutus, hæc ab eodem accipe (*g*). *Non solum enim litteris Isidori, sed & divina etiam & secretiore quadam revelatione accedente, correxit. Videre namque* (inquit) *visus est, se ipsum sacris ædibus expulsum a Joanne, comitatu, & divino quod circa eum erat satellitio maxime freto, & Matrem Domini pro ipso deprecantem; atque cum multa etiam alia, tum illud præcipue, quod pro ipsius gloria plurimum ille decertarit, sicuti dicetur, referentem, ut in sacra templa reciperetur, orare. Hanc visionem cum S. Cyrillus cogitabundus animo secum volveret, se ipsum, quod in sanctum virum invectus esset, damnavit: & deinde ipse quoque, re cognita, Ecclesiæ Chrysostomi addictus, virum eum admiratus est; valdeque ipsum, quod contra illum imprudens prorsus irritatus fuerit, pœnituit. Proinde diversum omnino a priore consilio faciens, Synodum provincialem coegit, & Joannis nomen simul & ipse, & reliqui magnarum sedium Antistites in sacro Albo proposuerunt.* Hæc de reddito per Cyrillum Joannis nomine in Diptycha ex Niceta Nicephorus.

(*g*) *Nic. li. 14. c. 28.*

Visio Cyrillo divinitus ostensa.

Cyrillus conciliatus Chrysost.

LXIV. Haud dubium divina eum oportuit visione admonitum, qui adeo se ea in re hacte-

hactenus refractarium exhibuerat. Subdit vero ex eodem auctore ista Nicephorus. *Illi vero minus vere dicere videntur, qui Cyrillum libros alios magni Patris abolevisse perhibent. Nam si quæ scripta ejus abolenda erant; hæc quæ adhuc extant, quod consilium institutumque ejus in eis maxime expressum est, abolita oportuisset: nisi Deus utilitatis hominum curam gerens ea conservasset.* Sed potuit fortasse Cyrillus, quæ apud se essent scripta Chrysostomi, incendio damnasse; quæ vero penes alios plures plura reperirentur exemplaria, haud valuit. Subdit Nicephorus. *Hoc cum in arcana Nicetæ philosophi (qui & David dictus est) historia & apud alios item invenerim, operi huic meo inferendum esse quoque duxi: ne cui ambigere in mentem veniat, quomodo tanta luminaria inimicitias mutuas exercentia, ambo ad summam sanctitatem pervenerint, & Ecclesiæ columnæ extiterint, inimicitiis hujusmodi nullum illorum gloriæ detrimentum afferentibus.* Hactenus auctor. Hæc quidem hoc anno ipsius Cyrilli sedis exordio cœpta, in sequentem quoque annum esse propagata videntur.

JESU CHRISTI ANNUS 413. INNOCENTII PAP. ANNUS 12. HONORII 19. IMPP. THEODOSII 6.

I. Heraclianus Consulatus, & tyrannis.

QUi sequitur annus Christi decimus tertius supra quadringentesimum, unius tantum Lucii Consulatu in Fastis reperitur adscriptus, necnon in rescriptis Imperatorum: Quod quidem accidisse scias, non quod præter consuetum morem unus dumtaxat Consul creatus fuerit; sed quod ejus collega, qui fuit Heraclianus Comes in Africa, tyrannus evasit: cujus rei gratia expunctum est ipsius nomen e publicis monumentis; quod vidimus superius alias factum, cum abolito eamdem ob causam Ruffini nomine, solus sine collega relictus est Theodorus.

II. De Consulatu enim Heracliani assertores sunt Orosius atque Prosper, suorum temporum ambo scriptores: nam hic in Chronico sic habet. *Hujus collega* (nempe Lucii) *in Consulatu fuit Heraclianus* (non Herodianus ut plerique codices legunt) *qui novarum in Africa rerum reus, & honorem amisit & vitam.* Orosius item hæc de ipso habet (a). *Heraclianus interea Africæ Comes missus* (eo magistratu ab Honorio donatus, quod Stilichonem interfeciisset) *cum idem Attalus umbram gestaret imperii, Africam strenue adversum Duces *ab eo missos tutatus, Consulatum assecutus est: quo elatus supercilio, Sabinum domesticum suum, virum ingenio callidum, industriaque solertem, & sapientem nominandum, si animi vires tranquillis studiis accommodavisset, generum allegit: cum quo quorumdam periculorum suspiciones cum patitur, fecit. Atque aliquandiu Africana annona extra ordinem retenta: ipse tandem cum immensa, certe temporibus nostris satis incredibili classe navium Romam contendit: nam habuisse tunc tria millia septingentas naves dicitur; quem numerum ne apud Xersem quidem præclarum illum Persarum Regem, nec Alexandrum Magnum, vel quemquam alium Regum fuisse, historiæ ferunt. Is simul ut agmine militum ad Urbem pergens, littore egressus est, occursu Comitis Marini territus, & in fugam versus, arrepta navi, solus Carthaginem rediit, atque ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener ejus Constantinopolim fugit; unde post aliquantum temporis retractus, exilioque damnatus est.* Hæc Orosius: porro Heraclianus interitum anno sequenti contigisse sub Consulatu Constantii, & Constantis, Marcellinus tradit in Chronico. Extat Honorii Imperatoris adversus Heraclianum tyrannum hujusmodi rescriptum (a):

(a) Oros. li. 7. c. 42.

* Judices.

Apparatus Heraclianus.

(a) l. 21. de pœnis. Cod. Theod.

III. Rescripta in Heraclianum.

*Heraclianum hostem publicum judicantes, digna censuimus auctoritate puniri, ut ejus resecentur infaustæ cervices. Ejus quoque satellites pari intentione persequimur. Sed hanc omnibus privatis atque militantibus licentiam damus, ut omnes prodendi in medium habeant liberam facultatem. Nec invidiam metuat, qui ad publicum deduxerit criminosum: cum illud specialiter caveamus, ne ullus alienum eorum aut subtrahendum judicet, aut celandum: neve ex eorum facultatibus vel depositæ deneget, vel accepta non prodat. Dat. III. Non. Julii, Ravennæ, post Consulatum Honorii nonum, & Theodosii quintum.* Ita quidem restituendum pro Consulatu decimo Honorii, & Theodosii sexto, qui contigit post sequentem annum: datum enim esse hujusmodi ab Honorio rescriptum hoc anno post fugam Heracliani, satis potest intelligi ex his quæ tum anno superiori, quo rescriptorum Consulatus inversos diximus, tum etiam ex his quæ ex Orosio, & Marcellino nuper hoc anno sunt dicta: sed id certius demonstrat sequens ab eodem Honorio Imperatore datum de abolendo nomine Consulis Heracliani rescriptum ad Adrianum Præfectum Prætorio (b):

(b) l. 13. de infirm. his quæ sub tyran. C. Theod. IV.

*Heracliani vocabulum nec privatim nec publice ulla memoria teneat: ideoque submovenda esse censemus, quæcumque sub eo gesta esse dicuntur. Libertates quoque (quoniam certum est scelere ejus solemnitatem Consulatus esse pollutam) in melius revocamus: sciatque dominorum voluntas, iterandum esse, quod illo auctore advertit stare non posse. Semel tamen mutatæ conditionis beneficium implendum esse, præcipimus; & ita repeti manumissionum consuetudines nunc jubemus, ut nullus sub hac occasione incipiat nolle, quod voluit. Dat. III. Non. Aug. Rom. post Cons. Honorii IX. Theodosii V. AA. Conss.*

Sed quid lugubre accidit post cladem Heraclianam? illud dolendum, quod Ma-

V.





Heraclianus fugatus, & occisus.

*mi vires tranquillis studiis accommodavisset, generum allegit: cum quo quorumdam periculorum suspiciones cum patitur, fecit. Atque aliquandiu Africana annona extra ordinem retenta: ipse tandem cum immensa, certe temporibus nostris satis incredibili classe navium Romam contendit: nam habuisse tunc tria millia septingentas naves dicitur; quem numerum ne apud Xersem quidem præclarum illum Persarum Regem, nec Alexandrum Magnum, vel quemquam alium Regum fuisse, historiæ ferunt. Is simul ut agmine militum ad Urbem pergens, littore egressus est, occursu Comitis Marini territus, & in fugam versus, arrepta navi, solus Carthaginem rediit, atque ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener ejus Constantinopolim fugit; unde post aliquantum temporis retractus, exilioque damnatus est.* Hæc Orosius: porro Heraclianus interitum anno sequenti contigisse sub Consulatu Constantii, & Constantis, Marcellinus tradit in Chronico. Extat Honorii Imperatoris adversus Heraclianum tyrannum hujusmodi rescriptum (a):

(a) l. 21. de pœnis. Cod. Theod.

III. Rescripta in Heraclianum.

*Heraclianum hostem publicum judicantes, digna censuimus auctoritate puniri, ut ejus resecentur infaustæ cervices. Ejus quoque satellites pari intentione persequimur. Sed hanc omnibus privatis atque militantibus licentiam damus, ut omnes prodendi in medium habeant liberam facultatem. Nec invidiam metuat, qui ad publicum deduxerit criminosum: cum illud specialiter caveamus, ne ullus alienum eorum aut subtrahendum judicet, aut celandum: neve ex eorum facultatibus vel depositæ deneget, vel accepta non prodat. Dat. III. Non. Julii, Ravennæ, post Consulatum Honorii nonum, & Theodosii quintum.* Ita quidem restituendum pro Consulatu decimo Honorii, & Theodosii sexto, qui contigit post sequentem annum: datum enim esse hujusmodi ab Honorio rescriptum hoc anno post fugam Heracliani, satis potest intelligi ex his quæ tum anno superiori, quo rescriptorum Consulatus inversos diximus, tum etiam ex his quæ ex Orosio, & Marcellino nuper hoc anno sunt dicta: sed id certius demonstrat sequens ab eodem Honorio Imperatore datum de abolendo nomine Consulis Heracliani rescriptum ad Adrianum Præfectum Prætorio (b):

(b) l. 13. de infirm. his quæ sub tyran. C. Theod. IV.

*Heracliani vocabulum nec privatim nec publice ulla memoria teneat: ideoque submovenda esse censemus, quæcumque sub eo gesta esse dicuntur. Libertates quoque (quoniam certum est scelere ejus solemnitatem Consulatus esse pollutam) in melius revocamus: sciatque dominorum voluntas, iterandum esse, quod illo auctore advertit stare non posse. Semel tamen mutatæ conditionis beneficium implendum esse, præcipimus; & ita repeti manumissionum consuetudines nunc jubemus, ut nullus sub hac occasione incipiat nolle, quod voluit. Dat. III. Non. Aug. Rom. post Cons. Honorii IX. Theodosii V. AA. Conss.*

Sed quid lugubre accidit post cladem Heraclianam? illud dolendum, quod Ma-

V.



PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5906.

SÆC. V. Olymp. 298 Anno Eræ Hispan. CCCCLI. A.C. 413.

⊙ 2. E. ☽ 15. P. 6. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 413.

INNOCENTII PAPÆ 13.

HONORII IMP. 21. & 19.

THEODOSII JUN. 12. & 6.

I. Consules.

[1] COSS. *Lucius*, & *Heraclianus*, primus in Oriente, alter in Occidente creatus, ut ex legibus hoc anno datis colligitur, sed Heracliani nomen e Fastis erasum est, ut Baronius ostendit.

A num. I. ad V. Idacius in Chronico anno Abrahami 2429. qui Kalend. Octobris superioris Christi anni inchoatur, ait: *Jovinus & Sebastianus oppressi ab Honorii ducibus Narbona interfecti sunt. Gothi Narbonam ingressi vindemia tempore. Heraclianus movens exercitum de Africa adversus Honorium Utriculo in Italia in conflictu superatus effugit in Africam, cæsis in loco supradicto L. millibus armatorum. Ipse post Carthagine in æde Memoriæ per Honorium percussoribus missis occiditur.* Quæ omnia currenti anno contigere præter ingressum Gothorum in Gallias, qui ad superiorem pertinet, ut ibidem diximus. *Jovinum* enim & *Sebastianum* hoc anno occisos, liquet ex dictis anno CCCCXI. num. VI. ----- & ex Prospero sub hujus anni COSS. Olympiodorus hæc singularia de Jovino & Sebastiano scribit: *Jovinus fratrem suum Sebastianum: invito Adaulpho Imperatorem creans, in ejus odium incurrit. Adaulphus itaque per internuncios capita se tyrannorum missurum, pacemque initurum Honorio pollicetur. Hi domum ubi redierunt, & jusjurandum præstitum est, Sebastiani mox caput Imperatori mittitur. Jovinus etiam ipse ab Adaulpho obsessus se dedidit, missusque ad Imperatorem est: quem Dardanus Præfectus sua manu percutiens interemit.* Ex quibus liquet, primo *Ataulfum* hoc anno in Gallis fuisse, & jam pacem iniisse cum Honorio Augusto. Secundo, *Dardanum*, qui anno CCCCIX. Præfectus Prætorio Galliarum fuit, ut demonstrat lex 171. *de Decurionibus*, secundam Præfecturam hoc anno gessisse, quam duplicem Præfecturam memorat Hieronymus in fine Epistolæ CXXIX. exhibetque celebris inscriptio relata a Sirmondo in Notis ad Epistolam 8. Sidonii lib. 3. Pseudo-Prosper in Chronico Imperiali ad annum Honorii XIX. loquitur de *Jovini* tyrannide, de *Sallustii* & *Sebastiani* morte, ac de *Dardano*, aitque *Valentiam* Galliarum civitatem, *ad quam fugiens se Jovinus contulerat*, a Gothis effractam esse.

II. Varii tyranni in Galliis profligati.

III. Heraclianus tyrannus in Africa profligatus.

Venio nunc ad *Heraclianum*, qui hoc anno, ut docet Orosius lib. 7. cap. 42. tyrannidem in Africa arripuit, eodemque occisus est, ut tam Prosper in Chronico, quam Idacius in Fastis docent, imo & Marcellinus in Chronico sub Lucii Consulatu, cujus tamen interitum Baronius num. II. in annum sequentem ab eodem Marcellino dilatum, perperam scribit. Præterea Lex 13. Cod. Theod. *de infirmandis his quæ sub tyrannis* III. Non. Julii Ravennæ data, & a Baronio num. III. recitata, demonstrat, *Heraclianum* ante diem quintam mensis Julii currentis anni debellatum fuisse. Idem ostendit Lex 21. ejusdem Cod. Theod. *de Pœnis*, postridie ab Honorio data, & a Baronio ibidem relata, qui utriusque legis subscriptionem in Codice Theodosiano mendosam recte restituit. Hac ultima Lege Honorius *Heraclianum* hostem publicum judicat, eumque ejusque satellites capite plecti jubet.

IV. Marcellinus Tribunus & Notarius injuste cæsus.

Ad num. V. & seq. Augustinus in Epistola CLI. alias CCLIX. ad Cæcilianum scripta narrat, magnam potestatem *Marini* Comitis fuisse, postquam Heraclianus vicit ac obtruncavit, & plurimorum cædes non modo rebellium, sed & aliorum, qui procul a crimine fuerant, secutæ fuissent, Marino faciles aures delatoribus dante. Cæcilianus Africæ Præses Divi Augustini precibus motus eidem promisit, se Marcellini Tribuni & Notarii, de quo supra egimus, salutem a Marino petiturum. Sed secus res accidit; nam, ut ibidem scribit Augustinus: *Postero die quo illius parturitionis nefarius fœtus est ortus, cum esset nobis reponte nunciatum, illos e carcere ad eum judicem ductos, quamquam perturbati fuerimus, tamen ego considerans, & quæ nobis pridie dixeras, & qui esset post illum exorturus dies, quoniam B. Cypriani erat pridiana solemnitas, existimavi quod etiam elegerit Deus, quo*

NOTÆ [1] COSS. *Lucius & Heraclianus.* Prosper editus: *Luciano V. C. Cos. Hujus collega in consulatu Heraclianus fuit, qui novarum in Africa rerum reus, & honorem amisit, & vitam.* Prosper MS. *Lucio V. C. consule h p & collega Heraclianus rebellans Africæ & honorem amisit, & vitam. Jovinus & Sebastianus F F. in Gallias regno arrepto perempti ------- exercuit.* Vide quid de *Jovino*, & *Sebastiano* fratribus, ac item de *Heracliani* nece habet hoc anno Pagius n. II. & III. *Sigla h p* apud Prosperum: *hujus pariter* significare arbitror, prout duo FF, *fratres*. Marcellinus: *Lucio solo cos.* Fasti Idatiani: *Post consulatum Honorii IX. & Theodosii V. Lucio cos.* de *Heracliani* nomine e Fastis erasо, vide l. XIII. cod. Theod. de infirmandis his, quæ sub tyrann. & Oros. lib. VII. cap. XLII. Paschalis vero laterculus in fine Gennadii: P. C. VIIII. & V. ideest: *Post consulatum nonum Honorii, & quintum Theodosii.*

Marcellinus innocens occiditur.

rinus Dux exercitus trajiciens in Africam, perduelles Imperii persecuturus, Marcellinum illum Tribunum, & Notarium, Cognitorem missum & sequestrem conciliationis inter Donatistas atque Catholicos, virum eruditione spectatum, & pietatem insignem proditione Donatistarum, calumniam passum studuisse parti Heraclianæ, occidi jusserit: hoc quidem est quod S. Hieronymus de eo ait (*a*): *Marcellinus sub invidia tyrannidis Heraclianæ ab hæreticis innocens cæsus est.* Sed quinam hi hæretici in Africa, nisi Donatistæ in ipsum infensissimi? Ob id igitur titulo martyrii in Ecclesiasticas tabulas referri meruit, & anniversaria memoria honestari: de eo enim ita in Romano Martyrologio VIII. Id Aprilis: *Carthagine S. Marcellini martyris, qui ob Catholicæ fidei defensionem ab hæreticis occisus est;*

(a) Hier. cont. Pelag. lib. 3.

VI. De eo etiam hæc Orosius (*b*): *Marcellinum Marinus Comes apud Carthaginem (incertum est, zelo stimulatus, an auro corruptus) occidit. Qui continuo revocatus ex Africa, factusque privatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiam conscientiæ suæ dimissus est.* Hæc Orosius. Putaverunt enim Donatistæ, una cum Marcellino se extinguere, & abolere potuisse, quæ eo præsente confecta essent adversus ipsos Acta publica: sed Honorius voluit eadem sarta tecta atque firmiter in perpetuum custodita, cum anno sequenti ad Julianum in Africa Proconsulem adversus eos ita rescripsit (*c*):

(b) Oros. lib. 7. c. 42.

Res gestæ sub Marcellino servatæ integræ.

*Notione & solicitudine Marcellini spectabilis memoriæ viri contra Donatistas gesta sunt ea, quæ translata in publica monumenta habere volumus perpetuam firmitatem. Neque enim morte Cognitoris perire debet publica fides. Dat. III. Kalend. Septembr. Constantio, & Constante Coss.* Quantum vero Honorio Imperatori, Christianoque Senatui displicuerit obitus Marcellini; inde accipere potes, quod Marinus ipse Dux, qui ob ingentem sine sanguine partam victoriam, atque Africam Romano Imperio restitutam, ipsamque Rempub. a sævissimo tyranno liberatam, nobilem fuisset jure consecuturus triumphum; Romam reversus, non solum eo privatus est, sed exutus militia, in ordinem redactus, ad pœnitentiam pro expiando gravi scelere dumtaxat fuit in vita relictus; sed & fuisset vindice legum gladio truncatus capite, nisi indecens visum esset, sanguine sontis, insontis martyris ulcisci sanguinem. Sed de Marcellino hactenus.

(c) l. 55. de hæret. Cod. Theod.

Quod

PAGIUS *quo & tibi postulata concederet, & universam Christi Ecclesiam repente lætificans, ad locum tanti Martyris ascendere voluerit parcendi voluntate, quam occidendi potestate sublimior; cum ecce nobis nuncius irruit, quo prius percussos esse nossemus, quam quomodo audirentur, quærere valeremus.* Quare, ut observavit E. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 5. Sancti Marcellini Martyrium contigit *Idibus Septembris*, cui diei succedebat pridiana solemnitas B. Cypriani, qui capite plexus occubuit die decima quarta mensis Septembris. Ita enim accipi ab Augustino pridianum, vel ex ipso contextu patet. Baronius in recognitione Martyrologii Romani eidem addidit *Marcellinum*, qui antea in nullo Martyrologio legebatur, ut notat Henschenius ad diem VI. Mensis Aprilis, quo de Sancto Marcellino agit, & quem diem elegit Baronius qui hunc temporis characterem non observarat, sicuti nec Henschenius. Non legitur etiam nomen Marcellini in antiquissimo Kalendario Ecclesiæ Carthaginensis a Mabillonio Tom. 3. Vet. Analect. publicato, in quo continentur dies Natalitiorum martyrum & depositiones Episcoporum, quos Ecclesia Carthaginensis ante sequens sæculum celebrabat: Licet enim in Africa Sancti populares annuo cultu celebrarentur, nonnulli tamen ex Italia & ex Hispania in eo Martyrologio commemorantur.

V. Marcellini elogium. Fuit Marcellinus vir sanctissimus, de quo Augustinus in laudata Epistola scribit: *Quanta illi probitas in moribus, in amicitia fides, in doctrina studium, in religione sinceritas, in conjugio pudicitia, in judicio continentia, erga omnes charitas, in beneficiis præstandis facilitas, in petendis pudor, in recte factis amor, in peccatis dolor? quantum decus honestatis, qui splendor gratiæ, quæ cura pietatis, quæ in subveniendo misericordia, in ignoscendo benevolentia, in orando fiducia? quod salubriter sciebat, qua modestia loquebatur, quod inutiliter nesciebat, qua diligentia scrutabatur? Quantus in eo contemptus rerum præsentium? Quanta spes & desiderium bonorum æternorum?* Honorius, ut famam Marcellini vindicaret, dedit legem 55. Cod. Theod. *de hæreticis* III. Kal. Septemb. Ravennæ, Constantio & Constante COSS. anno scilicet sequenti, in qua Marcellinum *spectabilis memoriæ virum* vocat, & gesta simul sub ejus notione contra *Donatistas* confirmat. Nempe Donatistæ, ut recte Gothofredus in hujus legis commentario, *Marcellino* mortuo contendebant, gestorum quoque sub ejus notione fidem perire debere; ac maxime quod ipsum tamquam *Heracliani* tyranni partium e medio sublatum contenderent. Verum, ut auctor mortis ejus *Marinus* Comes, qui Rempublicam ab Heracliano tyranno liberarat, ab Honorio ex Africa revocatus est, quod scribit Orosius lib. 7. cap. 42. ita idem Imperator hac constitutione Marcellini famæ consuluit, & Donatistas repressit.

VI. Munus eorum, qui Tribuni simul & Notarii erant. Aliqui viri docti titulum *Tribuni & Notarii* Marcellino in Collatione Carthaginensi, alibique datum perperam intellexere; recte tamen Gothofredus in Commentario Legis 1. Cod. Theod. *de mandatis Principum*, observat ea mandata a Principe data fuisse, inter alios Tribunis, Notariis, & Comitibus, ac *de Tribunis & Notariis simul* multa extare exempla. Sic enim anno CCCLXXXVI. *Dalmatius* Tribunus & Notarius ad Sanctum Ambrosium a Valentiniano Jun. cum *mandatis* missus, Collationis cum Auxentio Ariano instituendæ causa, teste ipsomet Ambrosio Epist. 32. Ita *Dulcitius* Tribunus & Notarius ab Honorio missus ad Leges suas exequendas cura perficiendæ unitatis; de quo Augustinus contra Gaudentium, lib. 2. cap. 59. Ita *Aristo-*



VII. Quod rursus ad Heracliani tyrannidem pertinet: ad hanc plane referenda sunt, quæ S. Hieronymus, tacito nomine, de eodem scribit in epistola ad Demetriadem; quam quidem hoc ipso tempore datam esse, inde certum deduces argumentum, quod idem S. Hieronymus in eadem epistola testatur, se ante annos circiter triginta scripsisse epistolam ad Eustochium de Virginitate, quam ab ipso elaboratam fuisse anno Domini trecentesimo octogesimo tertio, superius suo loco demonstratum est. De Heracliani enim enormibus vitiis ex S. Hieronymo superius diximus, cum de Probæ, Julianæ, & Demetriadis in Africam ex Urbe appulsu egimus. Porro hoc tempore contigit ab eadem Demetriade edi egregium Christianæ pudicitiæ specimen, cum ipsa virgo oppignerata jam sponso, ex inopinato cum habitu mutans vitæ statum, monastico habitu est professa vitam monasticam. Quam autem admirandi id fuerit exempli, haud intelliges, nisi in memoriam revoces, quæ de horum nobilissimo genere ad calcem tomi quarti superius dicta sunt. Didicit hæc S. Hieronymus a clarissimis feminis Gallicanis, quæ fugientes barbaros anno superiori (ut vidimus) grassantes in Gallias, navigaturæ in Palæstinam ad loca sancta, vi ventorum in Africam jactatæ fuerunt. Factum vero egregium a S. Hieronymo ita describitur (*a*).

Egregium factum Demetriadis Virginis.

(a) Hier. ep. 8.

VIII. Clarissimæ feminæ ex Gallia extorres ob barbaros. *Ajunt sanctæ, & nobiles feminæ, quæ eam* (nempe Demetriadem) *viderunt, quæ norunt, quas de littore Galliarum ad habitationem sanctorum locorum, hostium per Africam compulit sæva tempestas: noctibus & secreto, consciis tantum virginibus Dei, quæ in matris, & aviæ comitatu erant, numquam eam linteaminum, numquam plumarum usam mollite, sed cilicio-lum in nuda humo habuisse pro stratu, jugibus faciem rigasse lacrymis, Salvatoris mente genibus advolutam, ut suum reciperet propositum, ut impleret desiderium, ut aviæ animum matrisque molliret. Quid ultra differo? Cum jam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur: secreto & absque arbitris, noctemque habens pro solatio, talibus se fertur armasse consiliis: Quid agis Demetrias? cur pudicitiam tanto pavore defendis? libertate opus est & audacia. Quæ sic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetiendo? Quæ tuorum vultum ferre non potes, quomodo sustineres tribunalia persecutorum? Si te virorum exempla non provocant; hortetur, faciatque securam beata martyr Agnes, quæ & ætatem vicit, & tyrannum, & titulum castitatis Martyrio consecravit. Nescis, misera nescis cui virginitatem tuam debeas?*



*Dudum inter barbaras tremuisti manus: aviæ matrisque sinu & palliis tegebaris: vidisti te captivam, & pudicitiam tuam non tuæ potestatis: horruisti truces hostium vultus: raptas virgines Dei gemitu tacito conspexisti. Urbs tua, quondam Orbis caput, Romani populi sepulcrum est: & tu in Libyco littore exulem virum exul ipsa accipies? quam habitura pronubam? quo deducenda comitatu? stridor Punicæ linguæ procacia tibi Fescennina cantabit. Rumpe mores omnes: Perfecta (b): Dei dilectio foras mittit timorem. Assume (c) scutum fidei, loricam justitiæ, galeam salutis: procede ad prælium. Habet & pudicitia servata martyrium suum. Quid metuis aviam? quid formidas parentem? forsitan & ipsæ velint, quod te velle non credunt. His & aliis compluribus inflammata stimulis, omnem corporis cultum, & habitum sæcularem, quasi propositi sui impedimenta projecit: pretiosa monilia, & graves censibus uniones, ardentesque gemmæ redduntur scriniis: vili tunica induitur, viliori tegitur pallio, & insperata aviæ genibus repente provolvitur: fletu tantum, & planctu, quæ esset ostendit.* IX.

(b) 1. Joan. 4.

(c) Ephes. 6.

Demetrias vestes monasticas induit.

X. *Obstupuit sancta, & gravis femina, Proba avia, alienum habitum in nepte conspiciens: mater gaudio stabat attonita: utraque verum non credere, quod verum esse cupiebat: hæsit vox faucibus, & inter ruborem & pallorem, metumque atque lætitiam cogitationes variæ nutabant. Succumbendum est huic loco; neque narrare aggrediar, quod dicendo minus faciam. Ad explicandam incredibilis gaudii magnitudinem, & Tulliani fluvius siccaretur ingenii, & contortæ Demosthenis, vibratæque sententiæ tardius langui-*



PAGIUS *stolaus* Tribunus & Notarius eodem fine missus a Theodosio Jun. teste Cyrillo Epist. ad Acacium Melitenæ Episcopum pag. 110. & Joanne Episcopo Antiocheno ad Cyrillum pag. 154. 112. inter Opera Cyrilli; & Cyrilli Epist. ad Donatum CLV. & CLVI. Ex quibus apparet, Tribunos hos & Notarios in negotio nominatim religionis cum mandatis a Principibus emitti solitos, sicuti & aliis passim necessitatibus explicandis. Quin imo & ad Reges exteros iidem Tribuni & Notarii missi cum Imperatoris scriptis; cujus rei exemplum habemus in *Spectato Tribuno & Notario* apud Ammianum lib. 17. pag. 104. & *Joanne* apud Zosimum lib. 5. pag. 815. ut non adeo absimiles hac parte videantur Tribuni, hi & Notarii iis, quos sequior ætas vocavit *Missos Dominicos*, qui scilicet in Provincias mittebantur a Regibus. Sed de his Tribunis, Notariis & Comitibus legendus Gothofredus citatus.

VII. A num. VII. ad XVII. Epistola Sancti Hieronymi VIII. ad *Demetriadem Virginem* quando monasticam vitam professa est, a Baronio num.

VIII.

*diuſque ferrentur. Quicquid poteſt cogitare animus, quicquid ſermo poteſt explicare illo in tempore factum eſt. Certatim in oſcula neptis, & filiæ mater, & avia ruunt: ubertim flere præ gaudio, jacentem manu attollere, amplexarique trepidantem: agnoſcere in illius propoſito mentem ſuam, & gratulari, quod nobilem familiam virgo virginitate ſua nobiliorem faceret: inveniſſe eam quod præſtaret generi, quod Romanæ urbis cineres mitigaret.*

XI. Demetriadis exemplo auctus Virginum numerus.

*Jeſu bone, quid illud in tota domo exultationis fuit: Quaſi ex radice fœcunda multæ ſimul virgines pullularunt: exemplum patronæ, & dominæ ſecuta eſt clientum turba hac famularum. Per omnes domos fervebat virginitatis profeſſio, quarum cum impar eſſet in carne conditio, unum erat præmium caſtitatis. Parum loquor. Cunctæ per Africam Eccleſiæ quodam exultavere tripudio: non ſolum ad urbes, oppida, viculoſque, ſed ad ipſa quoque magalia celebris fama penetravit: omnes inter Africam, Italiamque inſulæ hoc rumore repletæ ſunt, & inoffenſo pede longius gaudia cucurrere. Tunc lugubres veſtes Italia mutavit, & ſemiruta urbis Romæ mœnia priſtinum ex parte recepere fulgorem, propitium ſibi exiſtimantes Deum in alumnæ converſione perfecta. Putares extinctam Gothorum mamum & colluviem perfugarum atque ſervorum, Domini deſuper intonantis fulmine, concidiſſe:* Et paulo poſt: *Penetravit hic rumor Orientis littora, & mediterraneis quoque urbibus, Chriſtianæ gloriæ triumphus auditus eſt. Quæ virginum Chriſti non hujus ſe ſocietate jactavit? Quæ mater non tuum, Juliana, beatum clamavit uterum?* Hæc & alia Hieronymus, qui & de virginis dote ſumma Chriſto ſponſo collata ſubdit:

XII. Demetriadis dos ingens collata pauperibus.

*Fertur* (inquit) *& omnium Chriſtianorum laude celebratur: quicquid fuerat nuptiis præparatum; a ſancta Chriſti ſynoride* (Proba ſcilicet ac Juliana) *virgini traditum; ne ſponſo fieret injuria; immo ut dotata priſtinis opibus veniret ad ſponſum, & quod in rebus mundi periturum erat domeſticorum Dei ſuſtentaret inopiam.* Poſt hæc autem S. Hieronymus de ejuſdem generis nobilitate plura, quæ nos alia occaſione ſuperius. Quod vero maxime omnium profuturum virgini exiſtimavit, idem S. Hieronymus ea epiſtola ipſam admonuit, ut Origenianæ hæreſis venena vitaret: cur autem hoc dicemus poſtea. Cum vero exordia repetit delatæ ex Oriente Romam hæreſis, dum ſub Anaſtaſio Papa per Ruffinum advectum eſt Romam Periarchon Origenis, hæc adiicit. *Et quia vereor, immo rumore cognovi, in quibuſdam adhuc vivere, & pullulare venenata plantaria: Illud te pio charitatis affectu præmonendam puto, ut S. Innocentii, qui Apoſtolicæ cathedræ & ſupradicti viri ſucceſſor & filius eſt* (nempe Anaſtaſii Papæ) *teneas fidem, nec peregrinam (quamvis tibi prudens, callidaque videaris) doctrinam recipias. Solent enim hujuſcemodi per angulos muſſitare, & quaſi juſtitiam Dei quærere: Cur illa anima in illa eſt nata provincia? Quid cauſæ extitit, ut alii de Chriſtianis naſcantur parentibus, alii inter feras, & ſæviſſimas nationes, ubi nulla Dei notitia eſt? &c.* Monet vehementer, ut caveat Origeniſtas, eoſdemque in Pelagianos nomine commutatos. Sed in his illud conſidera: Quid eſt quod ſcribens ad virginem in Africa agentem, ubi adeſt S. Auguſtinus tantopere ipſius Hieronymi litteris commendatus, ut Innocentii Papæ fidem teneat, & ſequatur, nec meminit Auguſtini? niſi quod ſciret, illibatam eam in ſede Petri certius cuſtodiri; ſicque e fonte ipſo puro potius quam ex rivis aquam ſalutis petendam eſſe demonſtrans: quod ipſe exemplo & verbis docuit, cum de fidei veritate Damaſum Papam ſæpe conſuluit. Sed ad Demetriadem.

XIII.

Hæc igitur profeſſa domi S. Demetrias ſolemni ritu palam poſtea in Eccleſia ex præſcripto Eccleſiaſtico more perfecit; de quibus iſta idem S. Hieronymus habet (*a*): *Scio quod ad imprecationem Pontificis flammeum virginale ſanctum operuerit caput, & illud Apoſtolicæ vocis inſigne celebratum ſit: Volo* (*b*) *autem vos omnes virginem caſtam exhibere Chriſto. Quando* (*c*) *aſtitit Regina a dextris ejus, in veſtitu deaurato, circumdata varietate: qua veſte polymita* (*d*) *& multarum virtutum diverſitate contexta indutus fuit & Joſeph, & Regum quondam utebantur filiæ. Unde & ipſa ſponſa*

(*a*) *Hier. ead. epiſt.* 8.
(*b*) 2. *Cor.* 11.
(*c*) *Pſal.* 44. Solemnes ritus conſecrationis virginis.
(*d*) *Gen.* 37.

PAGIUS VIII. & ſeqq. recitata, anno præſenti, aut quod longe veroſimilius eſt, inſequenti data, ſicuti & Epiſtola Auguſtini CL. alias CLXXIX. occaſione ejuſdem conſecrationis ad *Probam* aviam, & *Julianum* matrem Demetriadis, nobiles viduas ſcripta, ut Patribus Benedictinis obſervatum. Hieronymus autem ipſo ſuæ Epiſtolæ initio indicat, ſe eo tempore jam perveniſſe ad caput XLIII. Commentarii ſui in Ezechielem, & non multo poſt loquitur de *Hereliano* tyranno, quem in tio menſis Julii hujus anni jam ab Honorianis in fugam verſum, & ab Imperatore morti adjudicatum vidimus. Hieronymus Demetriadem præmonet ut Innocentii Papæ fidem teneat, nec *peregrinam doctrinam*, recipiat, Origeniſtarum ſc. & Pelagii, qui inter eos hoc tempore recenſebatur, licet in nonnullis ab eis diſſentiret, ut recte Hieronymum interpretatur Em. Card. Noriſius lib. 1. Hiſt. Pelag. cap. 5.

*Demetrias vitam monaſticam profitetur.*

A num.



(*a*) *Cant.* 1. *ſa lætatur, ac dicit* (ipſa videlicet quæ a Deo dicatur virgo) *Introduxit* (*a*) *me Rex in cubiculum ſuum. Sodalitumque reſpondet chorus: Omnis* (*b*) *gloria filiæ Regis intrinſecus.* Hæc pauca referat ex antiquis in velandis virginibus Eccleſiæ cærimoniis S. Hieronymus.

(*b*) *Pſal.* 44.

XIV.

Sed unde tanta hæc Demetriadi? Exquirendus quidem eſt tantæ molis ſapientiſſimus architectus. Fuit hic S. Auguſtinus qui de ſancta virginitate cum illa ſermonem habuit, puto ante annum, cum occaſione publicæ cum Donatiſtis Collationis Carthaginem ſe contuliſſet: ipſe enim Auguſtinus in epiſtola, quam poſtea dedit ad Julianam ejus matrem, hæc habet (*c*): *Miniſterii noſtri, adjuvante gratia, & miſericordia Salvatoris, in domo noſtra tantus fructus exortus eſt, ut humanis nuptiis jam paratis, ſancta Demetrias ſpiritualem ſponſi illius præferret amplexum, cui ſpecioſo præ filiis hominum ad habendam Spiritus uberiorem fœcunditatem, nec ad amittendam carnis integritatem virgines nubunt. Neſciremus autem quemadmodum noſtra illa tunc exhortatio a fideli & nobili virgine fuiſſet accepta, niſi nobis profectis, cum poſt paulum profeſſa fuiſſet ſanctimoniam virginalem, hoc ingens Dei donum, quod per ſervos quidem ſuos plantat* (*d*) *& rigat, ſed per ſe ipſum dat incrementum, nobis operariis proveniſſe, veſtrarum litterarum lætiſſimo nuncio & veraci teſtimonio diſceremus.* Hæc Auguſtinus. Ipſæ namque Proba, & Juliana reddiderunt de his omnibus certiorem quamprimum S. Auguſtinum, quem ſcirent magnopere adgaviſurum: donumque ad eumdem nuptiale miſerunt, quo ipſe accepto, gratulatorias has perbreves litteras reddidit (*e*).

(*c*) *Ep.* 143.

(*d*) 1. *Cor.* 3.

(*e*) *Aug. ep.* 179.

XV. Auguſtini de conſecratione Demetriadis Epiſtola.

*Impleſtis gaudio cor noſtrum, tanto jucundius, quanto carius; tanto gratius, quanto citius. Veſtræ namque ſtirpis ſanctimoniam virginalem, quam, quacumque innotuiſtis, ac per hoc ubique famæ celeberrima prædicat, velociſſimum volatum ejus fideliore atque certiore litterarum nuncio præveniſtis; & prius nos feciſtis exultare de cognito tam excellenti bono, quam dubitare de audito. Quis verbis explicet? quis digno præconio proſequatur, quantum incomparabiliter gloriоſius ac fructuoſius habeat ex veſtro ſanguine feminas virgines Chriſtus, quam viros Conſules mundus? Nam volumina temporum ſi magnum atque præclarum eſt nominis dignitate ſignare; quanto eſt majus atque præclarius, cordis, corporis integritate tranſcendere? Magis itaque gaudeat puella nobilis genere, nobilior ſanctitate, quod ſit per divinum conſortium præcipuam in cælis conſecutura ſublimitatem, quam ſi eſſet per humanum connubium prolem propagatura ſublimem. Generoſius quippe elegit Aniciana poſteritas tam illuſtrem familiam beare, nuptias neſciendo, quam multiplicare pariendo, & in carne jam imitari vitam Angelorum, quam ex carne adhuc numerum augere mortalium. Hæc eſt uberior fœcundiorque felicitas, non ventre graveſcere, ſed mente grandeſcere; non lacteſcere pectore, ſed corde candeſcere: non viſceribus terram, ſed cœlum orationibus parturire. Dominarum honore digniſſimæ filiæ, perfruamini in illa quod defuit vobis: perſeveret uſque in finem adhærens conjugio, quod non habet finem. Imitentur eam multæ feminæ dominam, ignobiles nobilem, fragiliter excelſæ excelſius humilem. Virgines quæ ſibi optant Aniciorum claritatem, eligant ſanctitatem: illud enim quantalibet cupiditate quando aſſequentur? hoc autem ſi plene cupierint, mox habebunt. Protegat vos incolumes, & feliciores dextera Altiſſimi; domine honore digniſſimæ, & præſtantiſſimæ filiæ. Pignora ſanctitatis veſtræ, præcipue ipſam ſanctitatem præcipuam debito veſtris meritis officio dilectione Domini ſalutamus. Velationis apophoretum gratiſſime accepimus.* Hactenus Auguſtinus.

XVI.

Sed & S. Proſper quo celebravit elogio Deo dicatam Virginem Demetriadem? accipe: *Valde* (inquit *f*) *mirabile erat, & inter præcipua divinæ gratiæ exempla adnumerandum, quod virgo Aniciа ſuper omnes ad faſtigium beatæ nobilitatis evecta, de cujus fœcunditate avis atque atavis reſponſura poſteritas & familiæ votis expectabatur & patriæ, converſo repente animo, deſiderio cæleſtium nuptiarum, declinaſti mortale conjugium: & ut omnem proſapiam tuam etiam hujus virtutis titulo conſecrares, primam ſtirpis tuæ perpetuam & virginem filio virginis ſpopondiſti.* Hæc & alia S. Proſper in epiſtola quam ad ipſam ſcripſit Demetriadem Deo ſacratam virginem. Vides quot quantiſque ſanctorum Patrum præconiis, ſpiritualium nuptiarum epithalamiis, Demetriadis dicata Deo virginitas, fuerit celebrata: ut intelligas quo pretio ſemper in Eccleſia fuerit ſancta virginitas, ex qua ſublimis quæque nobilitas decorem accipit & ornamentum.

(*f*) *Apud Ambr. ep.* 84. S. Proſper laudes texuit Demetriadis.

Sed quid accidit? crocitare importune graculus voluit inter canentes olores, & in tanta cæleſtium nuptiarum feſtiva ſolatia

XVII.

PAGIUS VIII. Anum. XVII. ad XXVI. Non ſolum Auguſtinus & Hieronymus *Demetriadem*, poſtquam virginitatis velum ſuſcepit, laudibus exornarunt, ſed etiam *Pelagius*, ut ſibi aliquam gloriam inde compararet. Is tunc Epiſtolam *de Inſtitutione Virginis*, quæ eſt Epiſtola XVII. in Appen-

*Ad eam ſcribit Pelagius.*

Pelagius ſcribit ad Demetriadem.

latia conatus eſt inter lilia ſerpens latenter lubricus anguis irrepere. Pelagius enim etſi per præconem ſuum Cæleſtium propoſitis quæſtionibus (ut vidimus anno ſuperiori) hæreſis venena ſpargeret; ipſe tamen ſub ſanctitatis pallio adhuc latebat occultus: qui congratulaturus novæ Chriſti ſponſæ, quaſi ſponſale munus eidem exhibiturus, epiſtolam paræneticam, ſeu dixerimus potius librum (ita enim nominat Auguſtinus) ad ipſam miſit quæ hactenus extat: ſed cum apud ſanctos Hieronymum, & Auguſtinum inter eorum opera edita reperiretur, a ſimplicioribus eadem vel Hieronymi, vel Auguſtini credita eſt: verum licet eorum non eſſe, ſed hæretici potius hominis ſcriptio cognita fuerit: ſub incerti tamen adhuc auctoris titulo in rejectaneam appendicem ad eorumdem Patrum opera relata, tamquam quiſquiliæ & ſordes, in angulo manet (*a*). Cæterum vere Pelagii eſſe, non ſolum Pelagii errores in ea poſiti Pelagianis omnibus communes indicant, ſed teſtificatione S. Auguſtini, immo & ipſius Pelagii, habetur expreſſum. Eſt autem epiſtolæ ſeu libri ad Demetriadem (utroque nomine eam vocatam invenimus) ejuſmodi exordium: *Si ſummo ingenio, parique fretus ſcientia, &c.*

(*a*) *Apud S. Hier. & Aug. to. 2. in append. edit. 7. Plantin.*

XVIII. Pelagius clandeſtina infundit venena.

Quod autem proprium eſt hæreticorum, clandeſtinis, inſtar colubri, ſpiris irrepere? in eodem quem ad Demetriadem librum ſcripſit, ſuum tacuit nomen: ſed voluit Deus, ut per aliam ab eo ſcriptam epiſtolam, tum ſuum, tum & Julianæ virginis matris nomen expreſſerit: id enim S. Auguſtinus in epiſtola ad ipſam Julianam ſcripta docet, dum de eodem libro agit his verbis (*b*): *In quo* (inquit) *quamvis nec ipſius, nec tuæ reverentiæ nomen expreſſerit; tamen a matre virginis, ut ad eam ſcriberet, a ſe poſtulatum eſſe, commemorat. In quadam vero epiſtola ſua idem Pelagius, ubi & nomen ſuum apertiſſime ponit, nec nomen ſacræ virginis tacet, dicit ad eam ſe ſcripſiſſe; & ejuſdem ſui operis teſtimonio probare nititur, ſe gratiam Dei, quam vel tacere vel negare aſſeritur, apertiſſime confiteri. Sed utrum ipſe ſit liber, in quo de ſpiritalibus divitiis illa verba poſuit, vel utrum ad veſtram pervenerit ſanctitatem, reſcriptis veſtris petimus nos dignemini facere certiores.*

(*b*) *Aug. ep. 143.*

Auguſtinus inſurgit contra ſcripta Pelagii.

Hæc ipſe: cum alioqui ſcriptum librum eſſe Pelagii, cum confutat poſitas in eo blaſphemas ſententias, in libris de Gratia Chriſti Auguſtinus ſæpe affirmet, ſicut fecit in dicta epiſtola ad Julianam, in qua ponit verba Pelagii eadem atque refellit, ut inter alia cum in libro illo hæc leguntur: *Scribimus enim, petente ſancta matre ejus, immo jubente.* Quæ quidem verba magnopere ipſius Auguſtini animum perculerunt, veriti, ne tum mater tum filia Babylonis aureo calice potarentur. At num id verum eſſet, quod haud ita exploratum haberetur, (cum hæretici multa ejuſmodi fingere conſueverint) id diſcere ab eis ipſe ſtuduit Auguſtinus.

XIX.

Sed eſto, rogarit ac juſſerit, ut ea ad Demetriadem ſcriberet, Juliana Pelagium; haud tamen in ſuſpicionem adducenda eſt hæreſis Pelagianæ. Quod enim hactenus Pelagii nomen, utpote monachi, bene audiſſet etiam apud ſanctos viros, & inter alios apud ipſum quoque S. Paulinum Nolanum Epiſcopum (ut ſuo loco ſuperius diximus) haud crimine hæreſis ipſa infamanda eſt Juliana, ſi quid ab eo ad virginem ſcribi, litteris poſtulavit: nam de ſacris filiæ nuptiis (ut vidimus) ad S. Auguſtinum quoque litteras dedit, & ad alios etiam (ut puto) magni nominis viros. Cæterum ipſe S. Auguſtinus ut hæc accepit, ne hauſtum ex epiſtolæ illius lectione venenum mortem eiſdem afferret, e veſtigio paravit atque propinavit antidotum, ſcribens

PAGIUS Appendice Tom. II. Operum Sancti Auguſtini a Patribus Benedictinis recuſorum, in qua exhibentur aliquot Epiſtolæ Auguſtini nomine falſo prænotatæ, ad eandem ſcripſit. Sed cum lucubrationi ſuæ nomen ſuum non ſcripſiſſet, idem liber forſan ea de cauſa ſuppoſitus fuit Hieronymo jam inde a temporibus Bedæ, ut videre eſt in hujus Præfatione in Cantica cap. 5. Verum Oroſius in Apologia anno CCCCXV. edita eam *Pelagio* tribuit, niſi quod ſermonem ab alio ei ſuppeditatum fuiſſe tradit. Adverſus illam poſt Sanctum Auguſtinum ſcripſit Proſper in Epiſtola ad Demetriadem, quam tamen Queſnellus Tom. II. Operum Sancti Leonis Magni indiſſert. IV. huic Pontifici adſcribendam contendit; quod inquit, ita concinat ſtylus Epiſtolæ ad Demetriadem ſtylo librorum de Vocatione Gentium, ut idem hactenus Auctori utrumque Opus merito tributum ſit, ſive Ambroſio, ſive Proſpero; & quod eadem verborum conſtructio & congeries, figurarumque uſus, quæ Leoni familiaria ſunt, in eadem Epiſtola videre ſit. Verum Antelmius in diſſert. de Veris Operibus SS. Leonis M. & Proſperi Aquitani diſſert. III. demonſtrat, illud opuſculum indubitatum Proſperi fœtum eſſe: non ſolum enim inter Opera Proſperi cum libris de Vocatione gentium adſcriptum eſt in MSS. codicibus; ſed etiam in probatis editionibus, niſi quod ſicuti in aliis indubiis Proſperi Operibus, ita & in iſto *Epiſcopi* nomen perperam additum eſt. Quod ſi locutiones Sancti Leonis magnam cum ſtylo ſcriptoris Epiſtolæ ad Demetriadem, affinitatem habent; locutiones Sancti Proſperi longe majorem cum ſtylo ſcriptoris Epiſtolæ ad Demetriadem ſimilitudinem præferunt.

IX. *Epiſtolam Pelagii refellit Proſper.*

Neceſſitudinem & familiaritatem, quæ Demetriadi Virgini cum Sancto Leone interceſſit, non mediocriter ſententiæ ſuæ patrocinari arbitratus eſt Queſnellus; ex qua etiam, inquit, hanc



bens ad Julianam, quæ ab ipſius Auguſtini ore pendebat, epiſtolam, (*a*) qua ſparſas in illo Pelagii libro hæreſes ſpongia terſit.

(*a*) *Aug. epiſt. 143.*

XX. Confutatur ubique ab Auguſtino Pelagius.

Nec id ſibi ſatis eſſe Auguſtinus exiſtimavit, una epiſtola confutaſſe Pelagii in eo libro conſcriptas hæreſes: ſed addidit alia, multuſque fuit in his: nam libro poſtea ſcripto adverſus Pelagium & Cæleſtium de Gratia Chriſti, eadem ſcripta ſæpe refellit, ubi ejuſdem epiſtolæ ſeu libri ſæpe meminit. Demum eo procaciæ ventum eſt, ut nec ipſe Pelagius negarit illum eſſe ſuum, ſed gloriaretur: nam ita de eo Auguſtinus (*b*): *Sicut de gratia Dei ſentit in eo libro, quem ad ſacram virginem ſcripſit, cujus etiam commemorationem facit in litteris, quas Romam miſit.* Citabat ipſum ſuum librum Pelagius, his ſcilicet verbis ab eodem Auguſtino (*c*) redditis: *Legant etiam* (inquit) *quam ad ſacram Chriſti virginem Demetriadem in Oriente conſcripſimus epiſtolam, & invenient nos ita hominis laudare naturam, ut Dei ſemper gratiæ addamus auxilium.* Sed quam perperam abuteretur ille nomine patriæ, pluribus docet. Hæc & alia perlegens Beda (*d*), abſque controverſia epiſtolam illam ad Demetriadem, novit Pelagii eſſe fœtum: ſicut & intellexit S. Proſperi eſſe epiſtolam illam ad eamdem virginem Demetriadem, quæ hactenus ſcripta in codicibus epiſtolarum S. Ambroſii, ipſi tributa eſt S. Ambroſio, cujus eſt exordium (*e*): *Cum ſplendidiſſimæ ſanctimoniæ tuæ propoſitum, &c.* Qua quidem nihil aliud vir ſanctiſſimus & fidei Catholicæ propugnator acerrimus conatus eſt, quam Pelagii aſſertionibus adverſariam ſtabilire doctrinam, & confirmare ſolidam veritatem.

(*b*) *Aug. de Grat. Chriſti l. 1. c. 12.*

(*c*) *Eod. l. cap. 37.*

(*d*) *Bed. in præfat. in Cant.*

(*e*) *Apud Ambroſ. ep. 84.*

XXI.

Quod rurſus ad Julianam Demetriadis matrem ſpectat: quam procul abfuerit ab omni hæreſis ſuſpicione, qua videri poterat ex Pelagii litteris aſperſa fuiſſe; ipſa his verbis ad Auguſtinum antea ſcribens profeſſa fuit (*f*): *Noverit* (inquit) *ſacerdotium veſtrum longe me ac domunculam meam ab hujuſmodi perſonis eſſe diſecretam: omniſque familia noſtra adeo Catholicam ſequitur fidem, ut in nullam hæreſim aliquando deviaverit, nec umquam lapſa ſit, non dico in eas ſectas quæ vix expiantur, ſed nec in eas quæ parvos habere videntur errores.* Hæc ipſa, plane ſignificans caruiſſe penitus domum ſuam hæreſibus illis, quibus Dei ipſius labefactaretur natura atque potentia, ut Arianorum, Macedonianorum, & horum ſimilium, vel Manichæorum, quorum comparatione reliquæ hæreſes parvi cenſeri viderentur erroris: licet S. Auguſtinus ipſam poſtea docuerit, haud fuiſſe Pelagii leves errores. Quæ igitur hactenus una cum ſuis integra, puraque ab omni hæreſis vel leviſſima tinctura vixerat, ab Auguſtino admonita, eodem candore reliquum vitæ tempus exegit.

(*f*) *Apud Aug. ep. 143.* Julianæ fides ſincera.

XXII.

Quod enim poſt hæc tempora plurimis annorum curriculis eadem Pelagiana hæreſis cum ejus ſectatoribus, Patrum ſcriptis, ſacriſque ſæpe Conciliis tum in Oriente, tum in Occidente, Romæ, atque Carthagine & in Palæſtina celebratis, ſub Innocentio & ſucceſſoribus Urbis Pontificibus fuerit ventilata; confutata, damnata, atque proſcripta; neque poſthac de eadem Juliana ſit aliqua querela: eadem qua antea, ſemper perſeveraſſe integritate, jure meritoque cenſenda eſt: ſicut & ſancta Proba, quæ cum hoc tempore eſſet in Africa, ea bene uſa occa-

Auguſtinus quæ ſcripſit ad Julianam & Probam.

PAGIUS hanc fiduciam ſumſit, ut ipſam impelleret ad conſtruendam Baſilicam ſub Sancti Stephani invocatione conſecrandam. Pro quo Platinam citat hæc referentem, & Breviarium Romanum. Verum neque Breviarium Romanum, neque Platina Demetriadem, ſed Demetriam eam nuncupant, cujus ſumptibus fundatam Baſilicam aſſerunt, quod etiam in Anaſtaſio Bibliothecario, e quo ſua mutuatus eſt Platina, diſerte legitur. Præterea *Demetria* apud Anaſtaſium & Platinam dicitur *ancilla Dei*, vel *Chriſti*, quibus nuncupationibus intelligi non poteſt celebris *Demetrias* Aniciæ profapiæ, cælibatuſque ſancta profeſſione inclyta, nec alia Virgo, verum pia aliqua femina liberalitate ſua commendabilis. Sed hac de re plura Antelmius citatus. Baronius num. XX. ait, Epiſtolam ad Demetriadem a Beda lib. 1. in Cantica Proſpero adſcriptam fuiſſe. Verum Beda Epiſtolæ ad Demetriadem a Proſpero ſcriptæ nullam mentionem facit: Ait præterea Baronius Bedam Epiſtolam contra divinam gratiam ad Demetriadem datam Pelagio attribuere. Verum eo loco Beda Pelagii Epiſtolam *Juliano* adſcribit, ſi tamen expoſitio illa in Cantica opus Bedæ ſit, quod non ſine fundamento negavit Baronius.

X. *Auguſtinus ſcribit ad Julianam Demetriadis matrem.*

Divus Auguſtinus dedit Epiſtolam CLXXXVIII. alias CXLIII. ad Julianam Demetriadis matrem, ex qua aliqua refert Baronius num. XVIII. & XXI. Verum hæc Epiſtola ſcripta ab Auguſtino poſt acceptas in Africa Pelagii literas ad Innocentium Papam, in quibus utebatur teſtimonio ſuæ ad Demetriadem Epiſtolæ, ut ſe ſe defenderet: *In quadam ſua Epiſtola Pelagius*, inquit Auguſtinus, *ubi & nomen ſuum apertiſſime ponit* (loquitur de Epiſtola Pelagii ad Innocentium Papam), *nec nomen ſacræ Virginis tacet, dicit ad eam ſe ſcripſiſſe, & ejuſdem ſui operis teſtimonio probare nititur, ſe gratiam Dei, quem vel tacere, vel negare aſſeritur, apertiſſime confiteri.* At Pelagii literæ, de quibus ſermo eſt, ſcriptæ ſunt in Oriente initio anni CCCCXVII. acceptæ a Zoſimo Papa Romæ initio menſis Septembris, miſſæ in Africam ejuſdem menſis die XX. acceptæ in Africa circiter initium Octobris. Non potuit itaque Auguſtinus ad Julianam ſcribere Epiſtolam illam CLXXXVIII. ante dictum tempus. Ea mittitur

occasione, ab eodem S. Augustino, quem sciret eximium in Ecclesia fulgere doctorem, de orando Deo ab ipso commentarium petiit, quem & consecuta est (*a*): itemque ipsa Juliana eumdem Augustinum interpellans, de bono viduitatis ab eo tractationem accepit: id quidem post hæc tempora factum esse, quæ in fine ejusdem commentarii idem S. Augustinus habet, declarant his verbis (*b*): *Ordinatissime quippe provenit, ut matri vestræ jam grandævæ de oratione epistolam scriberem; ad ipsum quippe maxime pertinet orando concertare pro vobis, quæ de se minus est solicita quam de vobis: & ut ad te potius quam ad illam hoc de continentia viduali opusculum facerem; quia tibi superare adhuc restat, quod jam ætas illius superavit. Virgo autem sancta proles vestra, si aliquid de sua professione desiderat, ex laboribus nostris habet grandem librum de sancta virginitate, quem legat.* Hæc ad Julianam Augustinus, quam & litteris Innocentii Papæ magnopere scias esse laudatam: quas ipsas eadem ex causa, qua S. Augustinus ad eam scripserat, esse datas intelligas: sunt hujusmodi, perbreves ipsæ quidem (*c*).

(*a*) *Aug. ep.* 121.

(*b*) *Aug. de bono viduitatis in fin.*

(*c*) *Epist. Rom. Pont. epist.* 11.

XXIII. Innocentius Papa scribit ad Julianam.

*Singulare membrum Ecclesiæ, tuæ religionis amplitudinem existere, & a nobis reverentissime coli, satis est omnibus manifestum. In ipso enim apice nobilitatis multo nobiliorem Ecclesiæ devotionem impendis, & magis læta Christi agnitione, præceptis ejus obtemperas, & de fide potius exultas, quam tanti generis flore jactaris. Summæ virtutis est, vicisse gloriam carnis; & magnæ est Christi gratiæ, nobilitatem moribus superasse, domina filia merito illustris. Certa igitur & *ista* *existens. hujus vitæ (quæcumque sunt) spatia æternis divinisque officiis illustrare contende; ut qui insignem te præstitit, reddat sibi per sæcula clariorem.* Hactenus Innocentii Papæ ad Julianam epistola.

XXIV. Odoraris ne, lector, cur hanc Innocentius epistolam scripserit, ac percipis quo ejusdem argumentum tendat? intelligis in ea, tamquam in pharetra, abscondi sagittam, ad feriendum Pelagium? Quidnam virus ille in epistola ad Demetriadem, quod tantopere displicuit Augustino? accipe (*d*): *Spiritales vero* (inquit) *divitias nullus tibi, præter te,*

(*d*) *Apud Aug. ep.* 143.

*conferre poterit. In his ergo jure laudanda, in his merito cæteris præferenda es, quæ nisi ex te & in te esse non possunt.* Hæc Pelagius, in quem Augustinus: *Cernis nempe, quanta in his verbis sit cavenda pernicies. Nam utique quod dictum est, Non possunt esse ista bona nisi in te: optime & verissime dictum est: iste plane cibus est. Quod vero ait, Nonnisi ex te: hoc omnino virus est, &c.* Innocentius igitur Romanus Pontifex, cum sibi innotuisset vulgata illa Pelagii ad Demetriadem epistola: & ipse occurrit antidoto, & quam mira arte compositum propinavit illud, cum uno ductu calami, quid sentiendum esset, quid sancte pieque Romana custodiret Ecclesia, verbis illis significavit: *Magnæ est Christi gratiæ, nobilitatem moribus superasse, domina filia.* Vidisti verborum antithesin? & tantæ vocis tonitrum consideraști, quo illam redditam cautiorem impietatis officio contineret, & insilientem lupum sub ovina pelle conficeret? Sic igitur tum litteris Augustini & Prosperi, tum brevi illa Innocentii Papæ epistola factum est, ut sancta familia ab irrepente clanculo hæresiarcha fuerit custodita, atque in omnibus illæsa servata. Inde etiam evenisse scias, ut scribens postea S. Hieronymus ad eandem virginem Demetriadem, illa de inhærendo doctrinæ Innocentii Papæ magnopere inculcarit, quæ dicta sunt superius, hic autem (quod rerum exigat argumentum) utiliter repetenda: *Illud* (inquit) *te pie charitatis affectu præmonendam puto, ut sancti Innocentii, qui Apostolicæ cathedræ & supradicti viri successor & filius est, teneas fidem, nec peregrinam (quamvis tibi prudens & callida videaris) doctrinam recipias, &c.*

XXV. Præterea autem scripsit & idem Pelagius ad viduam quamdam, blanditiis eam atque adulatione demulcens: ex qua epistola hæc S. Hieronymus recitat, atque subsannat (*e*): *Eidem adulans viduæ, non erubescis dicere, pietatem quæ nusquam reperitur in terra, & veritatem quæ ubique peregrina sit, in illa potissimum commorari.* Et paulo post: *Docere est hoc, an occidere? levare de terra, an præcipitare de cælo? id mulierculæ tribuere, quod Angeli non audeant usurpare? Si autem pietas, veritas, atque*

(*e*) *Hier. contra Pelag. l.* 3.

PAGIUS tur nomine Alypii & Augustini, qui certiores fieri cupiunt, an a Pelagio profectus sit Anonymus ad Demetriadem liber, de quo suprà egimus. In Opere de Gratia Christi librum eundem Pelagio tribuit Augustinus tanquam Auctori plane comperto & comprobato. Quam ob rem prodiit hæc Epistola ante dictum Opus de Gratia anno CCCCXVIII. elaboratum ideoque anno antecedenti, ut rectè Patres Benedictini & ante eos Garnerius in Notis ad Opera Mercatoris in dissert. 6. pag. 347. qui pag. 157. jure merito miratur Epistolam Pelagii ad Demetriadem virginem Deo sacram ante annum CCCCXVII. in manus Augustini non venisse, sed eo tantum tempore, quo is acceptis Pelagii ad Innocentium Papam literis, scripsit *Juliana*, Demetriadis, matri, de cavendo veneno ingeniose in Epistola abscondito.

Hos



*que justitia non inveniuntur in terris nisi in una muliere; ubi erunt justi tui, quos absque peccato in terris esse jactabas?* Quod igitur hoc anno Pelagius, qui hactenus per Cælestium, Scelestum dicendum potius, hæresim (ut vidimus) aggressus fuerat promulgare; jam quid sentiret, vulgata ea ad Demetriadem epistola, penitus innotuerit: inde accidit, ut sub anni hujus Lucio Consule idem qui supra S. Prosper in Chronico tradat, Pelagii hæresim hoc anno innotuisse, quam tamen in Cælestio scimus Carthagine fuisse damnatam. Reliqua autem de Pelagio dicemus anno sequenti, & aliis, ut ratio temporis exiget.

Pelagii hæresis hoc anno penitus patefacta.

XXVI. Hoc eodem anno Burgundiones partem Galliæ Rheno proximam obtinuisse, idem Prosper testatur in Chronico, necnon Cassiodorus. Hos olim a Valentiniano Imperatore solicitatos adversus Scotos invadentes Romanum Imperium anno Domini trecentesimo septuagesimo, sub Consulatu Valentiniani atque Valentis tertium, autor est Ammianus (*a*); qui ait Burgundios (*b*) fuisse populos in Germania confines Alemannis, eosdemque inter se mutuo pro finibus certare consuevisse (*c*), gloriarique solitos se sobolem Romanam, quemadmodum Batavi & Ædui se Romanorum fratres dixe-

(*a*) *Ammian. lib.* 28.
(*b*) *Idem l.* 18.
(*c*) *Idem l.* 28.

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS XI. *Augustinus scribit Pelagio.*

Hoc circiter anno *Pelagius* scripsit ad Sanctum Augustinum cum plurimum laudans; hic vero sic ab ejus laudatione temperavit, ut etiam illum, quoad fine offensione aut quæstionis illius commotione licuit, de Dei Gratia rectè sapere admonuit, licet hæresim illius sparso rumore ac sermone intellexisset, ut ipsemet in lib. de Gestis Pelagii cap. 26. qui post Baronii mortem lucem vidit, testatur: *Jam enim audieram*, inquit Augustinus, *contra gratiam, qua justificamur, quando hinc aliqua commemoratio fieret, apertæ eum contentione conari.* Ea Augustini Epistola inter Augustinianas est CXLVI. in qua Augustinus ait: *Gratias ago plurimum, quod me literis tuis exhilarare dignatus es, & certum facere de salute vestra, retribuas tibi Dominus bona, quibus semper sis bonus, & cum illo vivas in æternum* &c. Pelagius, ut in Diospolitana Synodo anno CCCCXV. habita suam fidem probaret, has literas, aliasque ab Orthodoxis Episcopis sibi directas protulit, ut in eodem Opere narrat Augustinus, qui consilium sententiæque Epistolæ suæ aperit.

XII. *Burgundionum regni in Galliis initium.*

Ad num. XXVI. & seq. Prosper in Chronico ad Lucii Consulatum scribit: *Burgundiones partem Galliæ propinquantem Rheno obtinuerunt*, seu, ut Cassiodorus in Chronico tradit, *Rheno conjunctam*. Quare non Æduorum & Sequanorum regio, quæ Arari Rhodanoque conjuncta, processu temporis Burgundia appellata, data hoc anno Burgundionibus fuit, cum Romani pacem cum Barbaris Galliam devastantibus iniere, sed regio in prima Germania posita, ut colligitur ex his Olympiodori verbis: *Jovinus apud Mundacium* (legendum, Moguntiacum) *Germaniæ alterius urbem, studio Goaris Alani, & Guntiarii Burgundionum Præfecti tyrannus creatus est,*

re, quadam ostentatione barbarica: quomodo vero sint dicti Burgundiones a Burgis, Orosium (*d*) consule, licet dicta ab eo haud omnibus placeant. De ipsorum vero Burgundionum Christianitatis origine ac tempore Socrates (*e*) agit, atque Orosius; sed minime inter se consentiunt: etenim quod ad tempus pertinet, alter sub Honorio, alter sub ejus successore Valentiniano Augusto, ejus nominis tertio, refert: sed præstat, mea sententia, audire Orosium, qui Honorii Imp. res gestas cum prosequitur, de Burgundionibus jam ad Christi fidem conversis meminit, ubi hæc ait de iisdem jam in Galliis sedem habentibus: *Providentia Dei, omnes Burgundiones Christiani modo facti, Catholica fide, nostris clericis quibus obedirent, receptis, blande, mansuete, innocenterque vivunt, non quasi cum subjectis Gallis, sed vere cum fratribus Christianis.* Hæc Orosius. Ex quibus intelligas, errore lapsum Socratem (*f*) qui eorum ad Christi fidem conversionem refert (ut diximus) ad tempora Valentiniani Tertii Imperatoris, qui successit Honorio: nam ista scripsit Orosius (ut ipse testatur) (*g*) vivente adhuc Honorio, ante octo annos quam Valentinianus imperaret, anno Domini quadringentesimo decimoseptimo: quod

(*d*) *Oros. l.* 7. *c. ult.*
(*e*) *Socr. l.* 7. *c.* 32.
(*f*) *Socr. l.* 7. *c.* 30.
(*g*) *Oros. l.* 7. *c. ult. & l.* 1. *c.* 1.



anno nempe CCCCXI. quo ideo tempore Alani & Burgundiones in prima Germania ac prope Moguntiam sedes suas habebant. Præterea Sidonius in Panegyrico Aviti V. 234. loquens de gestis ab Aetio Romanorum Præfecto, circa annum CCCCXXXV. ait: *Belgam, Burgundio quem trux presserat absolvit*; quod de Germania prima e qua facile Burgundiones Belgas impetere potuere, pronum est intelligere. Erant antea Burgundiones in Germania ad Mœnum fluvium, & sub finem anni CCCCVI. cum Vandalis, Alanis, aliisque Barbaris Gallias ingressi sunt, uti jam diximus.

XIII. *Burgundiones filiunt Christiani.*

Quia vero, ut Ammianus lib. 28. cap. 5. scribit, jam inde a priscis temporibus sobolem se esse Romanam dicebant Burgundiones, fidem Christianam facile amplexi sunt. Orosius enim libr. 7. capit. 19. qui Historiam suam anno CCCCXVII. absolvit, de illis scribit: *Eorum esse prævalidam & perniciosam manum, Galliæ hodieque testes sunt: in quibus præsumpta possessione consistunt, quamvis providentia Dei omnes Christiani modo facti, Catholica fide nostris Clericis, quibus obedirent, receptis, blande, mansuete, innocenterque vivunt, non quasi cum subjectis Gallis, sed vere cum fratribus Christianis*; Hinc Baronius hoc anno num. XXVI. rectè ait, Socratem lib. 7. cap. 30. errasse quoad tempus, quo Burgundi ad Christi fidem accesserе; eorum enim conversionem refert ad annum circiter CCCCXXX. Verum non in eo tantum hallucinatus est Socrates, sed in eo etiam quod scribit de Burgundionum victoria post acceptum Baptisma: *Exinde fidenti animo adversus Hunnos progressi sunt: nec spes eos fefellit: etenim Rege Hunnorum, cui nomen erat Optar, præ nimia ciborum ingluvie nocte quadam suffocato,*

ex eo perspicue colligitur, dum ibi in fine operis numerat ab origine mundi quinquies mille sexcentos decem & octo annos, & Christum natum tradit anno quinque millesimo centesimo nonagesimonono.

XXVII. Quomodo vero contigerit Burgundionum ad Christianam religionem conversio, ab ipso Socrate ita describitur (*a*). *Rem plane memorabilem, eodem ferme tempore gestam, hoc loco commemorabo. Est gens quædam barbara, locum trans Rhenum fluvium incolens, quos vulgo Burgundiones vocant. Isti vitam a Republica gerenda remotam perpetuo degunt, sunt autem fabri lignarii omnes, & ex ea arte mercedem, qua sustentant vitam, acquirunt. Hunnorum gens crebro in eorum fines invasionem faciens, agros depopulata est, & complures illorum non raro trucidavit. Itaque illi non ad hominem ullum auxilii petendi causa confugiunt; sed Dei alicujus potestati se totos permittere in animos inducunt. Ac cum mente complecterentur, Romanorum Deum illis, qui eum metuunt & reverentur, firmum afferre præsidium: omnes communi consensu ad credendum in Christum se contulerunt: atque ad civitatem quamdam Galliæ profecti, postulant ab Episcopo, ut Christianorum baptismo donentur. Is cum illis septem dies præscripsisset ad jejunandum, eosque in fide eruditisset, octavo die lavacro baptismatis tinxit, & cum pace dimisit. Illi vero animo fidenti contra tyrannos gradiuntur: nec spes eos fefellit. Quippe Uptaro Hunnorum Rege nocte, cum se cibo nimio ingurgitasset, medio disrupto, Burgundiones Hunnos duce carentes adorti, pauci cum permultis (tria enim millia contra decem impetum faciunt) commisso prælio, victoriam consequuntur. Ex illo tempore gens ea Christianam religionem ardenti studio excoluit.* Hactenus Socrates. Cæterum bellicosissimos fuisse Burgundiones, & multitudine ac viribus præstasse, tradit Ammianus (*b*). Quod vero ad tempus hujusmodi ipsorum conversionis ad fidem spectat: ante Anastasium Papam dicendum esset contigisse Burgundionum Christianitatem, si in omnibus legitima demonstrari posset, quæ extat ejus nomine epistola ad Episcopos Germaniæ & Burgundiæ.

(*a*) Socr. l. 7. c. 30.

De conversione Burgundionum.

(*b*) Ammian. lib. 28.

Hoc eodem anno in Oriente Theodosius Imp. Eunomianos sæpe damnatos, novo rescripto (*c*) exagitavit, simulque Anabaptistas ultimo supplicio afficiendos. Idemque adversus Novatianos illos, qui ab aliis Novatianis divisi schismate, Pascha alio modo quam Novatiani reliqui, cum Ecclesia Catholica celebrandum suscepissent, ob idque Protopaschitarum sibi nomen imposuerant proscriptione & deportatione damnavit (*d*). Porro horum Novatianorum inter se his temporibus confli-

XXVIII.

(*c*) l. 7. ne sanct. bapt. iter. C. Theod. & C. Justin. eod. tit.

(*d*) l. 6. ne sanct. bapt. iter. C. Theod.



(*a*) Socr. l. 7. c. 9.

ctantium schismatis Socrates (*a*) meminit, nosque suo loco superius diximus, nimirum quod ii Pascha alio modo celebrandum dicebant, nempe in azymis: quorum auctor Sabbatius erat, a quo Sabbatiani iidem sunt appellati. Accidit namque, ut hoc tempore (sicuti vidimus) Novatiani ipsi a Cyrillo Alexandrino Episcopo, & ab Innocentio Romano Pontifice exagitarentur, pellerenturque ex ecclesiis, quas in hanc usque diem tolerati in pace possederant. Sed & divino quoque judicio iidem ostensi sunt esse repulsi, miraculo nempe illo, quod a S. Paulino describitur in carmine ad Cytherium, ubi agit de Martiniano naufrago, vecto nave Novatiani hominis, cum ipsa navis absque aliqua maris tempestate soluta compagibus, ebibens undam digluditur a mari, Novatianis omnibus atque cæteris infidelibus, qui in ea erant, pereuntibus, Catholicis fidelibus tantummodo liberatis, & qui illis inhæserunt credentes: ita ut magno prodigio casus ipse omnes discreverit, qui pii, quive impii essent: de his enim S. Paulinus hæc inter alia cecinit (*b*):

Novatiani ejecti terra marique.

(*b*) Paulin. ad Cyther. epist. 42.

*Et ecce variis dividuntur casibus*
*Ad mortem, & ad vitam dati.*
*Quod ne putaretur forte permixtim bonis*
*Simul tributum, vel malis:*
*Constat periisse Christianum neminem,*
*Et interiisse perfidos.*
*Namque aut malignus corde Judæus perit,*
*Reus aut superbi schismatis.*
*Quemcumque Christi recta signavit fides,*
*Hunc vita cognovit suum.* &c.

At de Novatianis hactenus.



PAGIUS

*Cato, Burgundiones in Hunnos duce destitutos subito irruentes, paucique plurimos aggressi, victoriam reportarunt. Cum enim ipsi duntaxat tria hominum millia essent, Hunnorum decem circiter millia interfecerunt.* Hæc enim Burgundionum victoria plane commentitia: & tantum abest, ut Burgundiones Hunnos superarint, ut hi Gundicarium Burgundionum Regem *cum populo suo atque stirpe* deleverint, ut Prosper, qui hoc seculo vivebat, in suo Chronico ad annum CCCCXXXV. prodit, & post eum Cassiodorus in Chronico. Idem ac Socrates narrat Nicephorus lib. 14. cap. 40. sed uterque, sicuti & reliqui Græci Historici, de rebus apud Latinos gestis non raro male edocti.

Cur Salvianus Burgundionum non meminerit.

Barbarorum Gallias incolentium mores atque Religionem fuse describit, sed Burgundionum nullam mentionem facit. Lib. 4. ait: *Omnes Barbari aut pagani sunt aut hæretici. Pagani sunt hi; gens Saxonum fera, Francorum infidelis, Gepidarum inhumana, Hunnorum impudica. Sed numquid tam criminosa est Hunnorum impudicitia quam nostra? nunquid tam accusabilis Francorum perfidia quam nostra? aut tam reprehensibilis impietas Alemanni, quam ebrietas Christiani? aut tam damnabilis rapacitas Alani, quam rapacitas Christiani?* Hæc & plura de Barbaris paganis Salvianus. De hæreticis autem lib. 7. sic loquitur: *Omnes autem hæretici aut Vandali sunt, aut Gothi. Sed ipsa quondam hæreses Barbarorum de Romani magisterii pravitate fluxerunt.* Buchetius lib. 13. Belgii Rom. cap. 4. existimat, ideo de Burgundionibus nihil apud Salvianum haberi, quod cum is libros suos scriberet circa annum CCCCXLII. vix ulli superessent, paulo ante cum Rege suo *Gundicario* pene extincti. Verum hujus silentii ratio eum fugit; neque enim tota gens cum Rege suo perit; cum, ut infra visuri sumus, *Sabaudia* eis postea a Romanis fuerit attributa, & varii Reges *Gundicario* successerint. Salvianus itaque *Burgundionum* non meminit, quia ante annum CCCCXVII. Christiani effecti fuerant, & cum idololatria barbariem & feritatem deposuerant. Maneat itaque, Vandalis & Gothis in hæresi Ariana, aliisque in infidelitate permanentibus, *Burgundiones* Christo nomen dedisse.

XIV. *A quo Baptismum acceperint incertum.*

Existimo tamen hæc quæ ibidem Socrates de Burgundionum conversione habet, vera esse: *Ad quandam Galliæ civitatem, profecti postulant ab Episcopo, ut Christianum Baptismum suscipiant. Ille cum septem dies jejunare eos jussisset, ac fidei rudimentis instituisset, octavo tandem die baptismo donatos dimisit.* Hadrianus Valesius lib. 3. Rer. Franc. pag. 138. arbitratur, neminem alium Burgundiones initiasse & tinxisse, quam *Severum* Trevirorum Episcopum magnæ sanctitatis virum; quod Constantius in lib. 2. de Vita Sancti Germani Autisiodorensis Episcopi, doceat *Severum* antequam in Britanniam ad resurgentis hæresis Pelagianæ incendium extinguendum una cum Sancto Germano proficisceretur, *Gentibus primæ Germaniæ*, hoc est Burgundionibus, in ea Provincia confidentibus *verbum Dei prædicavisse*. Verum Sanctus *Severus* anno CCCCXLVIII. populis primæ Germaniæ verbum Dei prædicavit, &, uti tradit Brouverus in Annalibus Trevirensibus, anno CCCCXXXVI. ad Archiepiscopatum Trevirensem evectus fuit, ideoque Valesii conjectura subsistere non potest; cum Burgundiones ante annum CCCCXVII. uti mox diximus, religionem Christianam susceperint. Ait itaque Episcopus Moguntinus, aut Episcopus Trevirensis Burgundiones sacris undis abluerit, prorsus incertum. Certum tamen falli Gregorium Turonensem, qui lib. 2. cap. 9. scribit, *Burgundiones* Arianorum sectam secutos esse. Hi enim antequam e Germania in Gallias venirent, gentiles erant, & postquam fidem amplexi sunt, Reges Orthodoxos habuere usque fere ad tempora Clodovei Magni Francorum Regis, ut infra videbimus. Porro Burgundiones, qui ex Germania prodiere, diversi sunt a Burgundionibus, qui anno CCCCLI. *Attilam* Hunnorum Regem in Galliam venientem secuti sunt, de quibus Sidonius in Panegyrico Aviti v. 320.

*Gepida trux sequitur, Scyrum Burgundio cogit.*

Hi enim Scythæ erant, & ultra Danubium habitabant, a Ptolemæo *Frugundiones* dicti & in Sarmatia Europea positi, de quibus plura Valesius citatus. lib. 1. Rer. Franc. pag. 50. Fallitur enim Agathias lib. 1. pag. 14. ubi eos Burgusiones vocat, aitque: *Natio hæc Gothica est per se laboriosa & bellica laude clara*, quo & in errore fuit Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 28. qui Regum Burgundionum originem repetit ab *Athanarico* Gothorum Rege Ariano de quo egimus sæculo superiori.

Salvianus, qui libros suos de Gubernatione Dei anno CCCCXL. aut insequenti absolvit,

XV.

Bar-

I. QUadringenteſimus decimus quartus Chriſti annus, Conſtantii, & Conſtantis patris & filii, Conſulatu adſcribitur Faſtis: ob res enim in bello adverſus tyrannos & barbaros feliciter geſtas iisdem Conſulatum promeruere, necnon adſciri ab Honorio in collegas Imperii: ſed hæc poſtea. Conſtantii vero virtus hoc anno in expellendis e Gallia Gothis enituit. *Hoc enim anno, qui quartus a capta ab iiſdem Gothis Urbe numeratur* (inquit Oroſius *a*) *Conſtantius Comes apud Arelatum Galliæ urbem conſiſtens, magna rerum gerendarum induſtria Gothos Narbona expulit, atque abire in Hiſpaniam coegit, interdicto præcipue atque intercluſo omni commeatu navium, & peregrinorum uſu commerciorum.* Hæc Oroſius, male tamen numerans ab Urbe condita annos mille centum ſexaginta octo, cum numerandus eſſet ſexageſimus ſextus: ſicuti perperam agit numerans ſexageſimumquartum poſt milleſimum centeſimum, cum ab Alarico capta eſt Urbs, cum ſexageſimus ſecundus ſit numerandus ab ipſo, qui Chriſtum natum habet anno ab urbe ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo. Subdit autem idem Oroſius hæc de Gothorum ipſorum Rege Athaulpho: *Cumque eidem paci petendæ atque offerendæ ſtudioſiſſime inſiſteret, apud Barcinonem Hiſpaniæ urbem dolo ſuorum* (ut fertur) *occiſus eſt.* Sed id anno ſequenti accidiſſe, Proſper affirmat: cujus corpus Barcinone ſepultum ejujmodi fuit epithaphio honeſtatum (*b*):

Gothi pelluntur e Galliis.

(*a*) Oroſ. *l.* 7. *c.* 43.

(*b*) *Apud Ambroſ. Moral. l.* 11. *Chron. Hiſpan.*

BELLIPOTENS VALIDA NATUS DE GENTE GOTHORUM
HIC CUM SEX NATIS REX ATAVLPHE IACES.
AUSUS ES HISPANAS PRIMUS DESCENDERE IN ORAS:
QUEM COMITABANTUR MILLIA MULTA VIRUM
GENS TUA TUNC NATOS ET TE INVIDIOSA PEREMIT:
QVEM POST AMPLEXA EST BARCINO MAGNA GEMENS.

quibus habes, non ipſum tantum Regem Ataulphum, ſed & ſex ejus filios tum a Gothis peremptos eſſe . Quod autem Romani in Gothos, quos pacis ſtudioſos & auxiliarios habere cœperant, copias moverint, illa præceſſiſſe cauſa vigia. *Conſtantium* Fl. dictum patet ex Zoſimi literis anno CCCCXVIII. datis.

Ad num. I. Idatius in Chronico anno Abrahami 2430. qui Kalend. Octobris ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ait: *Ataulfus apud Narbonam Placidiam duxit uxorem: in quo Prophetia Danielis putatur impleta, qui ait filiam Regis Auſtri ſociandam Regi Aquilonis: nullo tamen ejus ex ea ſemine ſubſiſtente.* Tempus ſignantius Olympiodorus memorat: *Adaulphus de Placidiæ nuptiis fatagens, Conſtantio eam poſtulanti graviores pretexit poſtulationes, ut ſi compos illarum non fieret, illa juſte retenta videretur. Conſtantius olim deſignatus, Conſul Ravennæ aliquando creatur*, &c. *Adaulpho, ſtudio ac conſilio Candidiani, nuptiæ cum Placidia conveniunt. Januario menſe nuptiis dictus dies, Narbonæ Galliæ urbe, in domo Ingenii cujuſdam, primarii ejus urbis viri*, &c. *Hinc verſus canuntur epithalamii, Attalo præcinente*, &c. Jornandes (ſive Jordanes) quidem de Reb. Get. cap. 31. ſcribit, Adaulphum *in Forojuli Æmiliæ civitate ſuo matrimonio* copulaſſe Placidiam. Verum Adaulphus jam a biennio in Galliis erat, ideoque Jornandes hac in re erravit, errorque illi natus, quod tunc *Adaulphus* Placidiam ſibi uxorem poſtularit. Poſt

II. *Adaulphus Placidiam ducit uxorem.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5907.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CCCCLII. A. C. 414. — ☉ 3. D. ☽ 16. P. 22. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 414.

INNOCENTII PAPÆ 14.

HONORII IMP. 22. & 20.

THEODOSII JUN. 13. & 7.

I. *Vicennalia Honorii.* [1] COSS. Fl. *Conſtantius* Occident. & *Conſtans* Orient. teſte Olympiodoro, qui ſcribit: *Conſtantius Conſul Ravennæ creatur, cum quo Conſtantinopolitanum Conſulatum Conſtans geſſit.* Hunc Theodoſius Jun. Magiſtrum militum per Thracias anno CCCCXII. conſtituit, ut liquet ex leg. Un. Cod. Theod. *de Luſoriis Danuvii*, eidem inſcripta. Quare fallitur Baronius qui ait, *Conſtantem* hunc fuiſſe filium Conſtantii, qui poſtea imperavit, & Placidiam Honorii ſororem uxorem duxit. *Vicennalia* Honorii poſt Theodoſii patris mortem imperantis in hunc annum incidunt, quorum varia hoc anno indicabimus veſti-

NOTÆ [1] COſſ. *Fl. Conſtantius & Conſtans* Proſper editus: *Conſtantio V. C. Conſ.* Marcellinus: *Conſtantio & Conſtante Coſſ.* Faſti Idatii: *Conſtantio V. C.* Vide Rupertum in hiſtor. univerſ. pag. 470. Proſperi chronicon MS. *Conſtantio, & Conſtante. Attalus Gothorum præſidio tyrannus ſit in Gallias.* Paſchalis laterculus in fine Gennadii: *Conſtantio*, omiſſo collega conſule orientali.



videtur, quod Attalus ille tyrannus, qui ab iiſdem Gothis Imperium deponere coactus eſt, hoc anno (ut idem Proſper ait) eorumdem Gothorum conſilio tyrannidem reſumit in Galliis: ſed anno ſequenti relictus a Gothis, captus Conſtantio vivus traditus eſt.

II. Honorius exagitat Donatiſtas. Ut vero Gothi hoc anno expugnarentur atque fugarentur e Gallis, tyrannuſque Attalus redivivus opprimeretur, Honorius Imp. præſtitit: dum enim pro religione certans in Africa expugnat hæreticos, Romanus exercitus in Galliis ſuperat barbaros: ut plane viſi ſint beneficiis mutuo certaſſe Deus optimus maximus, & Honorius Imperator, iſte hæreticos exagitando, ille barbaros atque tyrannos debellando. Sed reddamus hic datum ab eodem Honorio adverſus Donatiſtas hoc anno reſcriptum: cujus quidem ſanciendi, atque accelerandi, recentem præbuere cauſam iidem diutiſſime tolerati impii Donatiſtæ, quorum arte (ut vidimus) ſanctiſſimus vir Marcellinus a Duce Romani exercitus anno ſuperiori fuit occiſus. Porro cum putarent una cum eis morte periiſſe pariter Acta adverſus eos in publica Collatione confecta: ea perpetuo in ſuo robore conſervanda, idem Imp. hoc anno dato ob eam cauſam reſcripto ſanxit (*a*): recitavimus illud opportuniori occaſione ſuperius. Quod vero hoc eodem anno adverſus eoſdem reſcripſit ita ſe habet (*b*).

(*a*) *l.* 55. *de hæret. C. Theod.* (*b*) *l.* 54. *de hæret. C. Theod.*

III. Epiſcopi & alii Eccleſiæ miniſtri Donatiſtæ quibus pœnis mulctandi. *Donatiſtas atque hæreticos quos patientia clementiæ noſtræ nunc uſque ſervavit, competenti conſtituimus auctoritate percelli, quatenus evidenti præceptione ſe agnoſcant & inteſtabiles, & nullam poteſtatem alicujus hæreditatem ineundi habere, ſed perpetua inuſtos infamia a cœtibus honeſtis & a conventu publico ſegregandos. Ea vero loca, in quibus dira ſuperſtitio nunc uſque ſervata eſt, Catholicæ venerabili Eccleſiæ ſocientur: ita ut Epiſcopi, presbyteri, omneſque, Antiſtites eorum & miniſteri ſpoliati omnibus facultatibus, ad ſingulas quaſque inſulas atque provincias exulandi gratia dirigantur. Quiſquis autem hos fugientes propoſitam ultionem, occultandi cauſa, ſuſceperit, ſciat & patrimonium ſuum Fiſci noſtri compendiis adgregandum, & ſe pœnam quæ his propoſita eſt, ſubiturum.* Hæc adverſus Antiſtites eorum, reliquoſque miniſtros: adverſus vero reliquas perſonas iſta decrevit:

IV. Laici Donatiſtæ quibus pœnis mulctandi. *Damna quoque patrimonii, pœnaſque pecuniarias evidenter imponimus viris, mulieribus perſonis ſingulis, & dignitatibus pro qualitate ſui quæ debeant irrogari. Igitur Proconſulari, aut Vicariano, vel Comitivæ primi ordinis quiſquis fuerit honore ſuccinctus, niſi ad obſervantiam Catholicam mentem propoſitumque converterit, ducentas argenti libras cogetur exolvere Fiſci noſtri utilitatibus adgregandas. At ne id ſolum putetur ad reſecandam intentionem poſſe ſufficere: quotieſcumque ad communionem talem acceſſiſſe fuerit confutatus *, toties mulcta exigatur. Et ſi quinquies eumdem conſtiterit nec damnis ab errore revocari: tunc ad noſtram clementiam referatur, ut de ſolida ejus ſubſtantia ac de ſtatu acerbius judicemus, &c.* Addit de pœna pecuniaria cæteris inferioris ordinis pro conditione cujuſque infligenda, deque ſervis & colonis verberibus coercendis. Datæque ponitur Ravennæ X. Kalend. Julii, Conſtantio, & Conſtante Conſſ. Miſit hujus legis executorem in Africam Honorius Imperaror Dulcitium Tribunum & Notarium (ut teſtatur Auguſtinus *c*) de quo paulo poſt dicturi ſumus.

* computatus.

(*c*) *Aug. Retract. lib.* 2. *c.* 59.

Cum autem hujuſmodi Honorii Imperatoris reſcriptum in Africa promulgatum fuiſſet: Donatiſtæ Epiſcopi, quid agendum ſibi eſſet mutuo conſulturi, quam celerrime conventum congregant vicinorum Epiſcoporum. Convenerunt ad hanc ipſorum Synodum pluſquam triginta Donatiſtarum Epiſcopi. Ubi apud eos tractata cauſa, nullum aliud apparet ipſos firmaſſe decretum, quam de non deſerendis eccleſiis, nec patiendo in inſulas externaſve regiones exules deportari; ſed cum vis Præfectorum ingrueret (o portentum!) antevertere debere eorum co-

V. Synodus Donatiſtarum.

PAGIUS III. *Gothi ab Honorianis Narbona expulſi.* Poſt illud matrimonium Conſtantius, qui Placidiam ducere voluerat, Gothos Narbona expulit, ut narrat Oroſius cap. ult. dicens: *Anno ab Urbe condita MCLXVIII. Conſtantius Comes apud Arelatum Galliæ urbem conſiſtens, magna gerendarum rerum induſtria Gothos a Narbona expulit; atque abire in Hiſpaniam coegit*, &c. ubi Oroſius utitur ſupputatione Capitolina, ut liquet ex Idatio in Chronico, cujus verba anno ſequenti referemus, ex quibus manifeſtum fiet, id hoc anno contigiſſe. Quod vero hic habet Baronius de *Ataulfi* morte, pertinet ad annum ſequentem, quo & ipſe recte eam collocat.

IV. A num. II. ad X. *Honoritus* Imp. animadvertens Donatiſtarum veſaniam poſt Collationem Carthaginenſem in immenſum excreviſſe, ut paſſim teſtis eſt Auguſtinus, die X. *Kalend. Jul.* dedit legem 44. Cod. Theod. *de hæreticis*, recitatam a Baronio, qua decem pœnis, in Africa Proconſulari, cui Julianus Proconſul præerat, & ad quem lex directa, Donatiſtas ſubiici jubet. Primo, inteſtabiles declarantur, hoc eſt, teſtamenti factione privantur. II. Conventicula eorum ſociantur Eccleſiæ Catholicæ. III. Sacerdotes & Miniſtri eorum bonis proſcriptis deportantur. IV. ut & eorum occultatores. V. mulcta Donatiſtis irrogatur, qui in grege Donatiſtarum inventi fuerint, & in hæreſi permanere voluerint. VI. mulcta etiam irrogatur iis, qui loca præberent in alienis prædiis ad myſteria celebranda. VII. ut etiam privatis Dominis prædiorum, ſi conductores ſuos errantes

*Donatiſtæ legibus Honorii repreſſi.*

conatus voluntaria morte sic ratos, fore, ut vel si manus sibi violentas inferre contingeret, a suis colerentur ut martyres; vel Judicum commiseratione talia ab eis fieri exhorrentium, finerentur in suis ipsorum ecclesiis permanere: ista sunt quæ callidissimi illi in ipsorum Concilio statuere. Hæc autem omnia ex Augustino perspicua fiunt, quem contigit ejusdem legis sæpius meminisse: nam quod ad eam pertinet partem rescripti, qua Imperator eadem prosequitur pœna qui eos occultarent, hæc ipse contra Gaudentium:

(a) Aug. cont. Gaudent. l. 1. c. 37. (a) *Cum vos hoc tempore talem persecutionem perpeti dixistis, qualis numquam fuit; id est ut loca desint, quo confugere atque ubi latere possitis.* Hæc de vetita eorum occultatione.

VI. Donatistæ se ipsos necant.

De Concilio autem ab eis celebrato subdit mox ista: *Tamen Concilia faciatis; ordinetis Episcopos, etiam in eorum locum qui suis ignibus perierunt, iterum tales qui suis ignibus perire parati sunt. In Concilium autem, tantæ (ut putatis & jactatis) persecutionis tempore, amplius etiam quam triginta convenire potuistis, ubi & Petilianus fuit, qui persecutionis tempore nec duodecim convenire potuisse clamabat.* De uno autem Donatistarum Episcopo, Donato nomine, sese ne duceretur in exilium, occidere sæpe tentante, meminit idem Augustinus in epistola ad ipsum data, ut ab hujusmodi furore impium revocaret: nam ait (b): *Si posses videre dolorem cordis mei, & solicitudinem pro salute tua; fortassis misereris animæ tuæ placens Deo in audiendo verbo:* & paulo post: *Quid enim volumus, nisi te comprehendi, & præsentari, & servari, ne pereas? Quod autem in corpore læsus es: ipse tibi fecisti, qui jumento tibi mox admoto uti noluisti, & te in terram graviter collisisti:* & post multa: *Modo quod te in puteum, ut morereris, misisti utique libera voluntate fecisti. Sed quam crudeles essent, servi Dei, si huic malæ tuæ voluntati te permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparet? quis non impios recte judicaret? Et tamen tu te volens in aquam misisti, ut morereris: illi te nolentem de aqua levaverunt, ne morereris,* &c. Contigisse quidem hæc his temporibus, ipse Augustinus eadem epistola haud obscure significat, dum hæc post Collationem illam magnam evenisse declarat, & post editas leges adversus ipsos, quibus ii teneri, & ad exilium duci juberentur. Fuisse alios ex ipsis Episcopos qui se ignibus tradidere, quæ ex eodem Augustino adversus Petilianum sunt dicta declarant, cum ait, suffectos ab eis alios Episcopos in locum eorum qui se in ignem conjicientes periere.

(b) Aug. epist. 204.

Insania Donati Episcopi Donatistæ.

VII.

Cum autem frequentia essent ejusmodi infausta Donatistarum funera; hæc omnia in invidiam Catholicorum redundabant, perinde ac si ipsi eos in mortem adigerent: adversus vero hæc sic ipse item Augustinus contra Gaudentium (c): *Mitiora* (inquit) *in vos constituit Imperator propter mansuetudinem Christianam exilium vobis voluit inferre non mortem. Sed vos homines docti, considerantes quid debeatur merito, & quid minus sit in supplicio, non de judicio illius, sed de vestro additis mortem.* Rursum vero de iisdem hæc ad Bonifacium Comitem (d): *Qui autem* (inquit) *nesciunt consuetudinem illorum putant eos modo se ipsos occidere, quando ab eorum insanissima dominatione per occasionem legum istarum, quæ pro unitate sunt constitutæ, tanti populi liberantur. Qui autem sciunt & ante ipsas leges quid facere soleant, non eorum mirantur mortes, sed recordantur mores &c.* Quod vero spectat ad pecuniariam pœnam ex eodem rescripto laicis inflictam: sic illa exigebatur, ut tamen eisdem reddenda servaretur, redderetur-que, si ad Catholicam Ecclesiam redire vellent: hinc idem Augustinus hæc ait adversus Gaudentium, (e) *Verum de his pecuniariis laboribus facilior causa est. Ecce quotidie, si quis ad nos transitum facit, cum etiam illi quorum erant, ad pacem Catholicam transeunt, reddimus pecuniam, vestem, fructus, vasa, rara, tecta vestrorum.* Hæc Augustinus.

(c) Aug. contr. Gaudent. l. 1. c. 19. Mansuetudo Christianorum cum hæreticis.

(d) Aug. epist. 50.

(e) Aug. cont. Gaudent. l. 1. c. 38.

VIII. Gaudentius Donatista paratus se cum suis incendere.

Quid autem eodem tempore transactum sit inter Gaudentium Donatistarum Episcopum & Dulcitium Tribunum & Notarium missum in Africam ab Imperatore Executorem ejusdem adversus Donatistas rescripti, S. Augustinus declarat his verbis (f): *Per idem tempus Dulcitius Tribunus & Notarius hic erat in Africa Executor Imperialium jussionum contra Donatistas datarum. Qui cum dedisset litteras ad Gaudentium Thamugadenden-*

(f) Aug. Retract. lib. 2. c. 59.

PAGIUS tes non correxerint. VIII. mulctantur etiam officiales Judicum in eo errore deprehensi. IX. Coloni servique verberibus cohiberi jubentur, & perseverantes tertia peculii parte mulctantur. X. omnia, quæ ex locis vel mulctis percepta fuerint, Principis ærario attribuuntur. Quæ omnia Gothofredus in hujus legis commentario singularibus observationibus illustrat. Quoad legem ejusdem Cod. 55. *de hæreticis*, etiam hoc anno datam, anno superiori ea explicata. Hæ leges pietatis *Honorii* ejusque *Vicennalium illustria monumenta*.

*Augustinus* Epistolam CCIV. alias LXI. a Baronio num. IX. memoratam, *Dulcitio*, Tribuno & Notario, Imperialiumque jussionum adversus Donatistas datarum executori ex lib. 2. Retract. cap. 59. qua significat, abunde jam satisfactum fuisse querelis *Donatistarum*, & eorum

V. *Epistola Augustini adversus Donatistas.*



*densem Donatistarum Episcopum, unum illorum septem, quos in nostra Collatione auctores suæ defensionis elegerant, exhortans eum ad unitatem Catholicam, & dissuadens incendium, quo se ac suos cum ipsa in qua erat ecclesia consumere minabatur: addens etiam, si se justos putarent, fugerent potius secundum præceptum Domini Christi, quam nefandis se ignibus concremarent. Ille rescripsit epistolas duas; unam brevem, festinante (ut asseruit) perlatore; aliam prolixam, quasi plenius diligentiusque respondens: has mihi supra memoratus Tribunus existimavit mittendas, ut eas potius ipse refellerem; quas ambas uno libro redargui.* Extant ipsæ ambæ epistolæ ab eodem Augustino eidem suo adversario libro intextæ. Si legeris, miraberis insanire hominem de mente concepta inani martyrii gloria ex nece voluntaria comparati. Addidit autem Augustinus etiam secundum librum adversus ejusdem Gaudentii responsionem.

IX. Dulcitius consulit Augustinum.

Anceps vero Dulcitius cui executio dati in Donatistas rescripti mandata fuerat, territus voluntariis mortibus Donatistarum; quid sibi agendum esset litteris consuluit Augustinum eodem tempore, quo adversus Gaudentium ut scriberet, eum rogasset. Quid autem ad ipsum hæc rogantem responderit, epistola ad eumdem Dulcitium scripta, suo ipsius exordio, declarat his verbis (a):

(a) Aug. epist. 61. Quid ad Dulcitium Augustinus.

*Non debui contemnere petitionem tuam, qua desiderasti a me institui, quemadmodum te oportet hæreticis respondere, quorum salus in Domini misericordia instantia quoque tuæ strenuitatis inquiritur. Quamvis enim ingentes eorum multitudines (unde plurimum gratulamur) quid sibi beneficii conferatur, intelligant; quidam tamen eorum & Deo & hominibus miserabili instinctu furoris ingrati, nisi suis cædibus nos vastare non possunt, suo nos exitio terrere se credunt; aut lætitiam suam quærentes de mortibus nostris, aut tristitiam nostram de mortibus suis. Sed non debet tot tantorumque populorum salutem furiosus error hominum impedire paucorum. Quid eis velimus, non solum Deus & prudentes homines, verum etiam ipsi, cum sint nobis inimicissimi, sentiunt: cum enim sua pernicie terrendos putant, non dubitant nos timere ne pereant. Sed quid faciamus, videntes quod multi, adjuvante Domino, per occasionem vestram, viam pacis inveniant? Numquid prohibere nos possumus, vel debemus ab hac unitatis instantia; dum metuimus ne quidam durissimi & in se ipsos crudelissimi, non nostra, sed propria voluntate se perdant?* Et paulo post: *Procul dubio melius incomparabili numerositate plurimis ab illa pestifera divisione & dispersione redintegratis atque collectis quidam suis ignibus pereant, quam pariter universi sempiternis ignibus gehennarum merito sacrilegæ dissensionis ardebunt &c.* Hæc Augustinus, qui eumdem admonet, leviterque objurgat, quod ad Gaudentium Donatistam scribens, honorificis verbis nimis egisset cum hæretico. Sed quid post hæc? Equidem apparet mitius cum eis esse transactum, quod non omnes Donatistarum Episcopi solum vertere jussi sunt: plures enim eorum in Africa remansisse, quæ inferius dicenda erunt, demonstrabunt. At de his modo satis. Sane quidem quod ad Dulcitium pertinet; virum ipsum fuisse disertum, intelligere potes ex libro ad eum scripto de octo quæstionibus, ubi idem Augustinus meminit se ante ea tempora scripsisse Enchiridion ad Laurentium.

X. Hæreses illatæ in Hispanias a duobus Avitis.

Hoc eodem anno contigit Pauli Orosii legatio ex Eutropio & Paulo in Hispania Episcopis ad S. Augustinum in Africam. Hujus autem decernendæ legationis in causa fuere hæreses, quæ tunc temporis dire Hispanias infestabant: nam præter Priscillianistarum errores, quos singulos idem Orosius in libello consultationis Augustino oblato enumerat; novas addit hæreses nuper inventas, ex Origene & Victorino prognatas, allatas vero in Hispanias a duobus Avitis Hierosolymis atque Roma profectis. Extat ipse Orosii consultationis libellus ad S. Augustinum, in quo post recensitos dictos Priscillianistarum errores Hispaniæ Ecclesias labefactantes, hæc subdit (b): *Tunc duo cives mei, Avitus, & alius Avitus, cum jam tam turpem confusionem & per se ipsam veritas sola nudaret, peregrina petierunt: nam unus Hierosolymam, alius Romam profectus est. Reversi, unus retulit Origenem, alius Victorinum: ex his duo-*

(b) Apud Aug. ante ejus librum adver. Priscillian.

PAGIUS rum ostendit vesaniam, qui sibi necem ultro consciscebant, non scripsit ante annum Christi CCCCXX. ut recte Patribus Benedictinis observatum. Constat enim ex num. IV. & IX. ejusdem Epistolæ datam fuisse paulo ante libros contra *Gaudentium* Thamugadensem Episcopum Donatistam. Porro libri duo contra *Gaudentium*, in quorum priori duæ ad *Dulcitium* Epistolæ referuntur, recensentur in lib. 2. Retract. cap. 59. proxime ante libros de Anima ejusque origine, de adulterinis conjugiis, contra adversarium Legis & Prophetarum, ideoque anno circiter CCCCXX. publicati fuere. Quare quæ Baronius hoc anno num. V. & seqq. ex libro priori contra *Gaudentium* recitat, ad illum Christi annum revocanda.

VI. *Orosius in Africam venit.*

A num. X. ad XV. Hoc anno *Paulus Orosius* ex Hispania in Africam ad Sanctum *Augustinum* venit, ut nonnullarum difficultatum solutionem ab eo impetraret. Cum enim Syracusis *Pelagii* discipuli nova dogmata publicantes graves turbas darent, *Hilarius* quinque quæstiones *sibi* explicandas

*duobus alter alteri cessit; Priscillianum tamen ambo damnarunt. Victorinum parum novimus, quia adhuc pene ante editiones suas Victorini sectator cessit Origeni. Cæperunt ergo ex Origene magnifica plura proponi, quæ ex modica occasione veritas ipsa præcederet. Didicimus enim de Trinitate doctrinam satis sanam; omnia quæ facta essent, a Deo facta esse, & omnia bona valde, & facta de nihilo; tunc deinde Scripturarum solutiones satis sobrias. Omnia hæc statim a sapientibus fideli pristinorum expurgatione suscepta sunt. Remansit sola offensa de Nihilo. Credere enim persuasum erat, esse animam; non tamen persuaderi poterat, factam esse de nihilo: argumentantes, quia voluntas de nihilo esse non possit. Hoc pene usque ad nunc manet. Isti vero Aviti duo, & cum his S. Basilius Græcus, qui hæc, beatissime, docebant, quædam ex libris ipsius Origenis non recta, ut nunc perintelligunt, tradiderunt, &c.* Recenset enim Origenis errores ex ejus Periarchon redditos, & alios superaddita: nimirum antequam Verbum carnem assumeret, omnium ordinum Angelorum sumpsisse formam, cum in cælo singulis prædicaret.

XI. Quisnam nominatus superius Victorinus fuerit, quisve Græcus iste Basilius, qui in Hispaniam veniens, Origenis hæreses cum Avitis ambobus docere cœpit, nobis hactenus incompertum est. De altero autem Avitorum ex S. Hieronymi litteris illud innotescit (*a*): ipsum expetiisse a S. Hieronymo, ut Origenis Periarchon ab ipso pure translatum ad se mitteret: quod perlibenter Hieronymus fecisse demonstrat in epistola ad eum scripta, qua etiam illud addidit, ut moneret eum, quos cavere deberet Origenis errores, & in fine ejusmodi contestationem adjecit: *Quisquis igitur hos voluerit legere libros* (nempe Origenis Periarchon) *& calceatis pedibus ad terram repromissionis pergere, necubi a serpentibus mordeatur & arcuato scorpii vulnere verberetur, legat prius hunc librum* (nempe ipsam epistolam ad Avitum datam, qua erroribus Origenis præfixit antidotum) *& antequam ingrediatur viam, quæ sibi cavenda sint, noverit.* Hæc S. Hieronymus. Quonam autem tempore ista ad Avitum scripserit, colligi potest ex ejusdem epistolæ exordio, cum ait: *Ante annos circiter decem sanctus vir Pammachius ad me cujusdam schedulas misit, quæ Origenis Periarchon interpretata volumina continerent, &c.* Cum igitur decennium interlapsum dicat ob eo tempore, quo Pammachius ab ipso Hieronymo petiit sincera reddi fide Latinæ linguæ, quæ Græcæ in Periarchon scripserat Origenes (quod factum esse superius diximus anno Domini trecentesimo nonagesimo nono) affirmare opus est, dictam ad Avitum epistolam datam esse ante quinquennium, nimirum a Christo nato quadringentesimonono. Intelligis ex his, lector, quanto periculo libri legantur hæreses continentes; cum non satis sit ad cavendum venenum, antidotum prægustasse. Etenim Avitus quamvis una cum Origenis Periarchon accepisset ex Hieronymi epistola securum remedium; tamen evomuit pharmacum, & potatum venenum visceribus inclusum retinuit ad sui certum miser interitum.

(*a*) *Hier. epist. 59.* Avitus promulgator Hæresis Origenis.

XII. Augustinus contra Priscilliani & Origenis Hæreses pugnat. Quod autem ad S. Augustinum pertinet: non defuit officio, sed accepto ab Orosio consultationis libello, brevissime quidem, ac plane disertissime adversus Priscilliani atque Origenis errores magna

PAGIUS plicandas ad Augustinum e Sicilia transmiserat. Hic autem scripsit ad eum Epistolam CLVII. alias LXXXIX. qua pluribus demonstrat neminem in hac vita vivere posse sine peccato: liberum arbitrium absque gratiæ auxilio non posse mandata divina servare; damnari infantes sine baptismo ex hac vita migrantes: non teneri divites, ad universa bona pauperibus eroganda: neminem denique esse debere ad jurandum proclivem. Nondum erat id temporis *Hilarius* Episcopus, cum, ut observat Em. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 6. in epigraphe Epistolæ *filius* a Sancto Doctore nominetur. Baronius anno CCCCXI. num. XLIX. eam ad *Hilarium* Epistolam eo anno datam esse existimavit. Verum Card. Norisius citatus recte eam hoc anno collocavit, uti & Patres Benedictini, & nos probavimus eo anno num. XII.

VII. *Augustinus scribit adversus Pelagianos.* Eodem fere tempore, ut habet Card. Norisius, cum *Paulus* & *Eutropius* Episcopi Gallicani plurium hæreseon commonitorium *Augustino* detulissent, libellum etiam eidem dederunt Pelagianis ratiunculis contextum, quem ex Sicilia acceperant, & *Cælestii* nomine circumsebrebatur. *Augustinus* cum nusquam novos Pelagianorum motus intelligeret, ingens ac jamdiu meditatum Opus inchoarat, nempe Expositionem *Psalmorum*, simulque volumen *de Civitate Dei* prosequebatur. Vix autem tres Psalmos interpretatus fuerat, duosque libros prioribus tribus *de Civitate Dei* addiderat, cum ad Pelagianos stylum convertere coactus est. Quod deducit Cardinal. Norisius ex Epistola Augustini CLXIX. alias C. ad *Evodium*. Verum, ut anno CCCCXII. num. XII. & seqq. jam ostendi, hæc in annum sequentem differenda.

VIII. *Liber de perfectione justitiæ.* Non convenit inter Scriptores, a quonam *Paulus Orosius* ad Augustinum missus fuerit. Alii qui missum putant ab *Erote* & *Lazaro* Galliæ Episcopis, Baronius vero *Eutropium* & *Paulum* memoratos hujus peregrinationis auctores facit. Sed Em. Card. Norisius citatus demonstrat ex Epistola Orosii ad Augustinum, quæ præfixa est libris adversus Priscillianistas sub nomine Consultationis sive Commonitorii Orosii ad Augustinum, in Tomo VIII. Operum Sancti Augustini juxta novam editionem, *Orosium* sua sponte & a nemine missum ad Augustinum in Africam pro-



gna fiducia disputavit, edito commentario ad eundem Orosium (ut inscriptio præfefert) adversus Priscillianistas & Origenistas. Extat eodem quoque argumento, nempe contra Priscillianam hæresim ejusdem Augustini epistola ad Ceretium (*a*). Meminit & ipse sanctus Augustinus dictæ nuper lucubrationis adversus Priscillianistas; deque ipso Orosio ad Evodium scribens Episcopum Uzalensem, qui hoc tempore in Africa claruit, hæc habet (*b*): *Occasionem quippe cujusdam sanctissimi & studiosissimi juvenis presbyteri Orosii, qui ad nos ab ultima Hispania, id est ab Oceani littore, solo sanctarum Scripturarum ardore inflammatus advenit, amittere nolui: cui ut ad illum quoque pergeret* (nempe Hierosolymam ad S. Hieronymum) *persuasi. Huic etiam ipsi Orosio ad quædam interrogata, quæ illum de Priscillianistarum hæresi & Origenis quibuldam opinionibus, quas non recipit Ecclesia permovebant, uno libro non grandi quanta potui brevitate & perspicuitate, respondi, &c.* Addit de libris a se tunc scriptis adversus Pelagianos & aliis lucubrationibus antea editis.

(*a*) *Aug. epist. 253.*

(*b*) *Aug. epist. 102.*

XIII. Quod vero ad Priscillianistas spectat: illud non omittendum, S. Augustinum repressisse Catholicos illos homines, qui ad inquirendos Priscillianistas mendaciorum atque perjuriorum involucris delitescentes, dicebant artem contraria arte deludendam esse; atque ob eam causam ne magno fidei detrimento iidem Priscillianistæ occulti manerent, licere mendaciis mendacia prodere, nempe mentiri se quoque esse Priscillianistas, ut qui vere essent Priscillianistæ, detegerent, sicque ab hujusmodi pravis fruticibus expurgare possent Ecclesiam. Hæc vero cum S. Augustinus accepisset, execratus est facinus, quod Christiano homini nec in levibus mentiri liceat: quamobrem adversus ea afferentes ad Consentium librum scripsit contra mendacium (*c*).

(*c*) *Aug. Retract. lib 2. c. 60.*

Permansit autem hoc anno Orosius apud S. Augustinum cupiditate discendi, sequenti vero (ut suo loco dicemus) navigavit Hierosolymam. Porro eidem Orosio ipse S. Augustinus injunxit opus ut historiam scriberet adversus Paganos; quod ille officiosissime præstitit, ut ejusdem Orosii præfatio libris affixa docet: de quo ista Gennadius (*d*). *Hic est Orosius qui ab Augustino pro discenda animæ ratione ad Hieronymum missus, rediens reliquias B. Stephani primi martyris tunc nuper inventas primus intulit Occidenti. Claruit extremo pene Honori Imp. tempore.* Quando autem Orosius absolverit opus, quod, rogante S. Augustino, elaborandum susceperat, ipse his verbis in fine declarat, ubi ait (*e*): *Explicui, adjuvante Christo secundum tuum præceptum, beatissime pater Augustine, ab initio mundi usque in præsentem diem, hoc est, per annos quinque mille sexcentos decem & octo, &c.* Hic est annus Domini secundum initam ab eo numeri rationem quadringentesimus decimusseptimus.

Orosii Historia.

(*d*) *Gennad. de Vir. illustr. c. 39.*

(*e*) *Oros. l. 7. c. ult.*

XV. Habebat præ manibus hoc tempore S. Augustinus (ut ipse in dicta ad Evodium (*f*) epistola tradit) libros de Civitate Dei, & ex eis quinque absolverat, necnon de Trinitate commentarios, longo

(*f*) *Aug. ep. 102.*



PAGIUS profectum esse. In ea enim Consultatione ait Orosius: *Ad te per Deum missus sum, de te per eum spero, dum confidero, qualiter actum est, quod huc venirem. Agnosco cur venerim, sine voluntate, sine necessitate, sine consensu. De patria egressus sum, occulta quadam vi actus, donec in istius terra littus allatus sum. Hic demum in esum resipui intellectum, quod ad te venire mandabas, impudentem non judices, si accipis confitentem.* Imo ipse Augustinus in Epistola citata ad Evodium de Orosio scribit: *Ad nos ab ultima Hispania, idest ab Oceani littore, solo Sanctarum Scripturarum ardore inflammatus advenit.* Ex quo & constat, Baronium qui hanc Orosii peregrinationem in Africam huic anno affigit, Epistolam illam ad Evodium perperam cum anno Christi CCCCXI. copulasse. Erat in animo *Orosio* tradere sancto Doctori Commonitorium illud de pravis Priscillianistarum, atque Origenistarum sententiis, quibus Hispaniæ agitabantur. Sed cum quotidie tantis occupationibus *Augustinum* obrutum videret, rem procrastinabat, cum *Eutropius*, & *Paulus* supervenere, plurium Cælestii ratiocinationum confutationem sanctum Doctorem rogaturi.

*Anno sequenti editus.*

X. *Augustinus scribit adversus Priscilliani stas & Origenistas.* Orosius tamen de origine animæ certius aliquid

IX. Orosius quidem in ea Epistola scribit: *Eutropius & Paulus Episcopi, eadem qua & ego puer*

Quæstionem de animarum origine Hieronymo solvendam mittit Augustinus.

tempore (ut ait) elaboratos: sed & se absolvisse ait expositiones in tres psalmos, sexagesimum septimum, septuagesimumprimum, & septuagesimum septimum. Insuper in fine ejusdem epistolæ ad Evodium habet, se mittere Orosium ad S. Hieronymum, rogaturum de origine animarum quæ ipsius ea de re esset firma sententia: occasione enim quæstionum, quæ per ejus libellum ad Augustinum de hæresibus Priscilliani & erroribus Origenis refricatæ sunt; cum quid de eo sentiret, ut in re magni momenti, ipse Augustinus suam sententiam, suspendisset (quod profitetur in fine libri ad eumdem Orosium adversus Priscillianum & Origenem conscripti) Hieronymo refudit tantæ quæstionis sententiam, quem & Marcellinus antea (ut vidimus) eadem interrogatione pulsaverat. Vide plane, & admirare tanti Patris modestiam in non definiendo quæstionem, quæ tanti ponderis videretur, & ejus animi demissionem atque candorem cum observantia erga S. Hieronymum, ut nec vel levis pulvis offensionis in ejus corde resederit penitus ex præteritis multorum annorum dissensionibus.

XVI. Ex erroribus Origenis pullulantes rami.

Sed quid post hæc accidit? illud quidem, ut cum prominens pessimæ plantæ truncus ex Origenis Periarchon productus, scriptis sanctorum Patrum & decretis sacrorum Conciliorum (ut vidimus) succisus esset; pullulaverint tamen ex eo hinc in inde virgulta S. Augustini falce postea succidenda. Etenim quod ait Orosius in dicto consultationis libello, ex Origene de damnatorum ad æternum ignem salvatione post aliquam purgationem, deque etiam ipsius diaboli restitutione per Avitos in Hispania prædicatis: licet in his quæ ad salvationem dæmonum spectant, minime assensum fuisset; apparet quidem, quod quæ de damnatis venia impertienda dicta essent, haud rejecta fuere, sed accepta a pluribus, ita tamen, ut pro diversitate animi cujusque sententiæ, diversæ fuerint eorumdem assertiones, quas omnes recitavit atque confutavit idem postea Augustinus, qui post primam (*a*) rejectam eorum sententiam, qui crederent damnatos fore omnino salvandos, ista subdit (*b*). *Sunt etiam, quales in collocutionibus nostris ipse sum expertus, qui cum venerari videantur Scripturas sanctas, moribus improbandi sunt, & agendo causam suam multo majorem quam isti misericordiam Deo tribuunt erga humanum genus. Dicunt enim de malis, & infidelibus hominibus divinitus quidem verum prædictum esse, quod digni sunt pœna: sed cum ad judicium ventum fuerit, misericordiam esse superaturam. Donabit enim eos (inquiunt) misericors Deus precibus & intercessionibus sanctorum suorum.* Cum in die Judicii pro illis rogaturi sunt Deum: & post multa recensita, quæ illi dicerent, ut hæc probarent subdit (*c*) alia ab aliis jactari solita, his verbis.

(*a*) *Aug. de Civit. Dei lib. 21. c. 17.*

(*b*) *Aug. ib. c. 18.*

(*c*) *Aug. ib. c. 19.*

XVII. De salvatione damnatorum errores.

*Item sunt alii, ab æterno supplicio liberationem nec ipsis saltem omnibus hominibus promittentes, sed tantummodo Christi baptismate ablutis, qui participes fiunt corporis ejus, quomodolibet vixerint, in quacumque hæresi, vel impietate fuerint; propter illud quod ait Jesus* (*d*): *Hic est panis qui de cælo descendit, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur &c.* Addit ad hæc & de alia horum classe: *Item sunt qui hoc nec omnibus habentibus baptismatis Christi, & ejus corporis sacramentum, sed solis Catholicis, quamvis male viventibus, pollicentur: quia non solo sacramento, sed re ipsa manducaverunt corpus Christi, in ipso ejus corpore constituti:* Rursus & de aliis addit (*e*). *Sunt*

(*d*) *Joan. 6.*

(*e*) *Aug. de Civit. Dei lib. 21. c. 21.*

PAGIUS ab Augustino cognoscere desiderabat, sed is diu hac dubitatione agitatus, solutionem desperans, eam ab Hieronymo petere decrevit, Orosiumque monuit, ut hac de re *Hieronymum* adiret. Quare prolixam Epistolam de *Origine animæ* ad Hieronymum dedit, in qua omnes ea de re sententias examinat, quibusve in singulis difficultatibus prematur, exponit; ac præterea alteram de loco Jacobi: *qui offenderit in uno factus est omnium reus*'. Prior Epistola inter Augustinianas est XXVIII. alias CLXVI. altera XXIX. alias CLXVII. Utramque Epistolam secum detulit *Orosius*.

XI. *Librum de Natura & Gratia scribit.*

Quoad librum Augustini de *Natura & Gratia contra Pelagium*, scripsit illum Augustinus, cum *Timasius & Jacobus* Pelagii discipuli librum quendam, quem affirmabant esse *Pelagii* Sancto Doctori tradidissent, ut illi responderet, obtestantes. Quare Augustinus librum illum elucubravit, & duobus illis adolescentibus dicavit. Verum non curenti anno, ut citati Cardinales Baronius & Norisius existimarunt, sed sequenti. Nam jam inchoatus erat liber ille, quamvis nondum perfectus, cum *Orosius* ex Africa navigavit in Palæstinam, verna scilicet tempestate sequentis Christi anni; cum paulo postquam illuc pervenit, in Hierosolymitano conventu exeunte mense Julio habito, cui præsens Pelagius adfuit disertis verbis affirmarit, *contra librum Pelagii Beatum Augustinum, discipulis ipsius Pelagii prodentibus ac petentibus, plenissime respondere.* Ad hæc Divus Hieronymus in Dialog. III. contra Pelagii hæresim, inquit: *alios quoque libros specialiter tuo nomini cudere dicitur*, ubi de alio Opere adversus Pelagium loqui non potest Hieronymus, quam de libro *de Natura & Gratia*. Quare cum Dialogi illi ab Hieronymo anno tantum sequenti elucubrati fuerint, ut infra videbitur, dubium esse non potest, quin liber ille de Natura & Gratia ad annum sequentem pertineat. Denique Augustinus in Epistola CLXIX. alias CII. ad Evodium Episcopum, num. XIII ait: *scripsi grandem quendam librum adversus Pelagii hæresim, cogentibus nonnullis fratribus, qui-bus*



(*a*) *Mat. 24.*

*Sunt autem qui propter id quod scriptum est* (*a*): *Qui perseveravit usque ad finem, hic salvus erit: nonnisi in Ecclesia Catholica perseverantibus, quamvis in ea male viventibus, hoc promittunt:* atque demum: (*b*) *Comperi etiam quosdam putare eos tantummodo arsuros illius æternitate supplicii, qui pro peccatis suis facere dignas eleemosynas negligunt, juxta illud Apostoli Jacobi:* (*c*) *Judicium autem sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. Qui ergo fecerit* (*inquiunt*) *quamvis mores in melius non mutaverit, sed inter ipsas suas eleemosynas nefarie ac nequiter vixerit, judicium illi cum misericordia futurum est, ut aut nulla damnatione plectatur, aut post aliquod tempus, sive parvum, sive prolixum, ab illa damnatione liberetur.* Hi sunt qui his temporibus exciso utero Origenianæ viperæ progressi sunt colubri, quos omnes S. Augustinus verbi Dei virtute confecit, adversus eosdem accurate differens in libris de Civitate Dei (*d*), quos (ut diximus) his diebus ipse scribebat.

(*b*) *Aug. ibid.*

(*c*) *Jacob. 2.*

(*d*) *Aug. de Civit. Dei li. 21. c. 23. 24. 25. 26. 27.*

XVIII. (*e*) *Aug. ep. 102.* Timasius, & Jacobus discipuli Pelagii reddiderunt Catholici.

Hoc eodem tempore idem S. Augustinus (ut ipse testatur in eadem dicta superius Epistola ad Evodium *e*) adversus Pelagianos edidit commentarium, illum, cujus est titulus, De Natura, & gratia, ad Timasium, & Jacobum, quos ex Pelagii discipulis reddidit Catholicæ Ecclesiæ filios. At quomodo hæc se habuerint, ex ejusdem Augustini scriptis dicendum erit. Ac primum quid de eo commentario in dicta ad Evodium epistola dicat, cum de Orosio, & aliis hujus anni scriptis recensitis mentionem habuit: *Scripsi* (inquit) *etiam grandem quemdam librum adversus Pelagii hæresim, cogentibus nonnullis fratribus, quibus contra gratiam Christi opinionem perniciosissimam ille persuaserat.* Ex his namque fuisse Timasium & Jacobum; idem (*f*) Augustinus Epistola ad Innocentium (*f*) Romanum Pontificem tradit, ubi ait:

(*f*) *Aug. ep. 95.*

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS *bus contra gratiam Christi opinionem perniciosissimam ille persuaserat*, ubi de libro de Natura & Gratia ad Timasium & Jacobum, sermonem habet, ut inter omnes convenit; ideoque cum ea Epistola exeunte anno sequenti ad *Evodium* data fuerit, liber de Natura & Gratia ante illum annum ab Augustino non exaratus.

XII. *Synodus Macedoniæ.*

Ad num. XIX. Epistola Innocentii Papæ, qua rata habet, quæ gesta sunt a Synodo in Macedonia celebrata, data est *Idibus Decemb. Constantio V. C. Cos.* inscripta vero Rufo, Eusebio, Eustathio, Claudio, Maximiano, & aliis Episcopis Macedonibus, estque XXII. inter Epistolas Innocentii I. Ea Synodi provincialis in Macedonia habitæ gesta confirmantur. Sed cum post præfatam Synodum *Innocentius* scripserit Epistolam XVI. ad Maximianum Episcopum, *de Attico Episcopo Constantinopolitano*, quem ut Innocentius in communionem reciperet, rogabat Maximianus, & denegabat Innocentius, (quod Di-

*Misimus reverentiæ tuæ librum quem dederunt quidam religiosi, & honesti adolescentes, servi Dei, quorum etiam nomina non tacemus; nam Timasius & Jacobus vocantur: qui (sicut audivimus, & jam nosse dignaris) ipsius Pelagii exhortatione spem quam habebant in sæculo reliquerunt, & nunc continenter Deo serviunt. Qui cum eodem errore tandem aliquando per qualemcumque operam nostram, Domino inspirante, caruissent, protulerunt eumdem librum Pelagii esse dicentes: & ut ei responderetur, impendio rogaverunt. Factum est. Ad eosdem rescripta est ipsa responsio. Agentes gratias rescripserunt. Utrumque misimus, & cui responsum est, & quod responsum est.* Hæc ad Innocentium. De eodem quoque commentario inter alios libros intellexisse putamus Hieronymum ad finem commentarii contra Pelagianos, dum de Sancti Augustini scriptis adversus eosdem post alios nominatim recensitos, hæc habet (*g*): *Alios quoque specialiter tuo nomini* (nempe contra Pelagianos expresse) *cudere dicitur.* Meminit ejusdem quoque commentarii idem Augustinus in epistola ad Joannem; ubi de amborum illorum Pelagii discipulorum Timasii atque Jacobi conversione agit: misitque una cum epistola dictum Pelagii librum cum responsione, & confutatione ad eosdem. Perlibenter enim ejusmodi inscriptionem suam idem S. Augustinus evulgandam curavit: nam eam tum Romam, tum Hierosolymam misit: quod iisdem in locis idem Pelagius mentita larva se Catholicum exhibuerat, effugiens eo modo Ecclesiæ, quam ut hæresiarcha commerebatur, sententiam anathematis. At de his modo satis: sequenti autem anno pro temporis ratione de eodem Pelagio prolixior erit prosequenda narratio.

(*g*) *Hier. cont. Pelag. li. 3. in fin.*

XIX. Synodus in Macedonia.

Hoc eodem anno collecta est provincialis Synodus in Macedonia, ex qua pro confirmatione rerum gestarum missa est



vum Chrysostomum sacris tabulis Atticus nondum adscripsisset;) *Communio enim suspensa*, inquit Pontifex, *restituitur demonstranti causas, quibus id acciderat, jam esse detersas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos, ut prædixi, Atticus missis aliquibus suorum, vel dicere voluit, vel demonstrare completum, quemadmodum Antiochena Ecclesia frater, & Coepiscopus noster Alexander, digna legatione, & prosecutus est, & probavit*, liquet Baronium anno CCCCVIII. num. XL. & seqq. perperam ad eum annum hanc Innocentii ad Maximianum Epistolam retulisse. Eam enim nonnisi post Synodum Macedoniæ scriptam esse Bollandus ad Diem VIII. Januarii in Elogio Historico Sancti Attici Episcopi CP. paragrapho 5; ex ipsamet deduci, recte observavit. Innocentius quippe in principio Epistolæ de Attico scribit: *a quo nec missas ullas saltem Epistolas ad nos, vel ad vestram Synodum* (Macedoniæ nempe

legatio ad Innocentium Papam per Vitalem Archidiaconum. Constant quidem hæc ex litteris ejusdem Romani Pontificis ad eos redditis (*a*), quibus ipse eos nonnihil reprehendit, & ab eis haud rectè facta rescidit, in cujus exordio ista habet: *Adverti, Sedi Apostolicæ, ad quam relatio quasi ad caput Ecclesiarum missa currebat, fieri injuriam, cujus adhuc in ambiguum sententia duceretur. Unde de quibus jamdudum scripsisse me memini, nunc iterare formam argumentis evidentibus relationis vestræ geminata percontatio compellit, &c.* Vides ex his, quanta effulgeret in sede Apostolica cum auctoritate majestas, ut loco injuriæ duceretur, si oporteret eadem semel impertita iterare mandata.

(*a*) *Innoc. ep.* 27.

Hoc item anno, qui Cyrilli Episcopi Alexandrini sedis secundus inchoatus numeratur, die vigesimaoctava Julii ab eodem facta est translatio partis reliquiarum sanctorum martyrum, nempe S. Marci Evangelistæ, Cyri atque Joannis, in Canopum, ubi jam sedes vigebat idololatriæ. Licet enim destructum fuis-

XV. Translatio reliquiarum.

PAGIUS pe) *utique pertulisti*. Imo aliæ Innocentii Epistolæ ibidem a num. XXXIII. ad XL. a Baronio recitatæ ad præsentem annum revocandæ; cum *Alexander* anno superiori Episcopatum Antiochenum adeptus sit, & in iis literis memorentur quæ eo jam Episcopo contigere.

XIII. *Translatio Reliquiarum SS. Cyri & Joannis martyrum.*

Ad num. XX. Bollandus ad diem XXXI. Januarii, quo Sancti *Cyrus* & *Joannes*, qui sub Diocletiano martyrium fecere, coluntur, antiqua eorumdem Acta recitat, perperamque scribit, Baronium in solemni illorum Translatione narranda peccare primo, in eo quod ait Translationem partis Reliquiarum Sanctorum Martyrum Marci Evangelistæ, Cyri atque Joannis factam esse hoc anno primo *Cyrilli Alexandrini Episcopi*. Baronius enim diserte asserit, hunc annum secundum esse Cyrilli inchoatum, non vero primum, qui tamen rectius scripsisset, esse annum Cyrilli secundum exeuntem. Optime tamen observat Bollandus, perperam Baronium affirmare eam Translationem die XXVIII. mensis Julii a Cyrillo peractam; cum Acta eam XXVIII. mensis Junii, uti etiam Menæa, cæteraque Martyrologia factam tradant. Eum errorem hausit Baronius a Metaphraste & a Surio. Recte pariter notat, non bene scribere Baronium, eas Reliquias *Canopum* translatas esse: cum ex Actis constet, eas non *Canopum*, sed Canopo vel Alexandria *Menuthen* delatas. Est autem *Canopum* urbs Ægypti stadiis decem aut duodecim Alexandria distans, quam Cyrus ac Joannes suo Martyrio nobilitarunt: *ab urbe autem Canopo duobus stadiis vicus distat, cui Menuthe nomen, dæmonum olim domicilium*, inquit Auctor Anonymus Actorum SS. Cyri & Joannis, qui addit, Cyrillum illuc Reliquias illas transtulisse *ad vici tutelam, ad dæmonum fugam, ad morborum remedium*. Licet vero is Anonymus annum Sedis Cyrilli non memoret, non dubium tamen, quin ea translatio ad secundum ejus Sedis, præsentemque pertineat; cum dies XXVIII. Junii incidat in dominicam, qua die Sanctarum Reliquiarum Translationes fieri jam incipiebant. *Theophilus*, quo Episcopatum gerente, Reliquiæ inventæ, morte interveniente, earum Translationem perficere non potuit. Ea porro Vicennalium Honorii indicium.

XIV. *Pulcheria dicitur Augusta.*

Baronius anno CCCXV. num LI. scribit *Pulcheriam* Theodosii Aug. sororem eo anno Augustam appellatam; quam in rem Marcellini Chronicon laudat. Verum mendosa hujus Chronici exemplari Cardinalem doctissimum usum esse jam sæpius monuimus; non solum enim Marcellinus, sed etiam Auctor Chronici Alexandrini Pulcheriam hoc anno Augustam nuncupatam produnt. Hæc Chronici Alexandrini verba: *His Coss. Pulcheria soror Theodosii Jun. Nobilissima Augusta dicta est, mense Panamo, IV. nonas Julias. Eodem anno dedicata sunt tria Statharia seu pectoralia in Senatu* (id est, pectorales imagines, seu statuæ Principum) *Honorii & Theodosii Augustorum, & Pulcheriæ Augustæ ab Aureliano iterum Præfecto sacrorum Prætoriorum ac Patricio, mense Appellæo III. Kal. Januarias*. Quæ duo Vicennalium Honorii argumenta. Annis enim hujusmodi solemniis dicatis, uxores aut sorores Imperatorum Augustæ de more dictæ, & statuæ Imperatoribus, in Oriente maxime, ingenti passim sumptu erectæ. Gothofredus in Comment. Cod. Theod. *de imaginibus Imperialibus* putat id factum fuisse, diebus ferme festis. Verum hoc anno dies III. Kalend. Januarias cum feria quarta concurrit, & dies quartus mensis Julii in sabbatum incidit. Quare eæ statuæ aliis plerumque diebus collocatæ, & nuncupationes Imperatorum aut Cæsarum diebus dominicis nondum fieri solitæ, ut etiam infra patebit.

XV. *Initium persecutionis trieennalis in Persida excitatæ.*

Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. CCCCV. qui Kalend. Septemb. anni Christi CCCCXII. inchoatur, scribit: *Hoc anno Antiochus Persa e vivis excessit: beatissima vero Pulcheria supremam & absolutam rerum administrationem exercuit*. Verum in notatatione temporis Theophanes, & in versione ejus Interpres errant. In Græco enim legitur, ἐκ πολλῶν χρόνων, id est, *rebus amotus est*, ut recte vertit Combefisius; velut jam Theodosio grandiore, & ut ipse imperium sine curatore administrare posset. *Antiocho* Theodosium regente Christiana religio per Persidem plurimum amplificata fuit. Verum postquam hoc anno is a rerum administratione summotus est, quod etiam Cedrenus ad annum V. Theodosii scribit, *Isdigerdes* Persarum Rex pacem quidem cum Romanis ad mortem usque coluit, sed tamen in Persida adversus Christianos persecutionem excitavit, quæ annos triginta duravit, sc. ad annum usque CCCCXLIV. cujus initium & finem hactenus ignota ex collatione Theophanis cum Theodoreto anno CCCCVIII. num. III. & seqq. deduxi, ideoque quæ ibidem de ea in medium protuli, & Baronius habet, huc revocanda. Martyrum in longa hac persecutione passorum Acta, quod me legisse meminerim, non extant, ejus tamen in Auctoribus, qui hoc sæculo scripsere, aliqua supersunt vestigia, de quibus infra.

XVI. *Attalus Imperium resumit.*

Prosper in Chronico sub hujus anni Coss. scribit: *Attalus Gothorum consilio & præsidio tyrannidem resumit in Gallis*, sed anno sequenti captus traditus est Honorio Imp. ut ibidem videbimus.

XVII. *Roma paulatim frequentari cœpta.*

Philostorgius lib. 12. num. 5. postquam Urbis excidium & Ataulfi mortem narravit, scribit: *Post hæc autem Roma a gravissimis malis paululum respirans, incolis frequentari cœpit*. Quam in rem Olympiodorus habet: *Post Romam a Gothis ca-*



fuisset quod illic famosissimum erat idoli fanum & a Theophilo Ecclesia supererecta: dæmones tamen adhuc ibidem permansisse, infestatio ipsorum satis significabat. Cessavit autem, penitusque extinctus est eorum conatus, & vis evanuit, ubi eædem sunt translatæ reliquiæ, quibus illi victi, sedes antiquas prorsus relinquere coacti sunt. Hæc habentur satis aperta ex Actis eorumdem sanctorum martyrum Cyri atque Joannis in posteriore Concilio Nicæno cognitis, & a S. Joanne Damasceno, & aliis comprobatis.

JESU

PAGIUS *captam, Albinus Urbis Præfectus, quod jam eadem ad pristinum rediret statum, scripsit non sufficere præbitam populo partem* (sc. frumenti publici quod viritim publice populo Romano distribuebatur) *multitudine jam aucta civitate*: additque uno die numerum initum esse civium quatuordecim millium. *Albinus* autem hoc anno Præfectus Urbis fuit, ut liquet ex Leg. ult. Cod. Theod. *de navicularis*, qua annonæ Urbis Romæ Honorius consuluit, idque occasione suorum Vicennalium; annis enim hujusmodi solemniis dicatis Imperatores civitatibus populisque gratias largiri soliti erant, indeque Honorius leg. 8. Cod. Theod. *de Indulg. debit.* indulgentiam quandam debitorum navicularii per Africam tribuit.

*Epistolæ Augustini & Hieronymi huc transferendæ.*

Scripsit hoc anno Augustinus Epistolam ad Hilarium Syracusanum, ut anno CCCCXI. ostendimus, & Hieronymus Epistolam ad Ctesiphontem, ut ibidem monstravimus.

I. Inventio reliquiarum S. Stephani Protomartyris.

CHristi annus quadringentesimus decimus quintus, duobus Augustis, Honorio decimum, & Theodosio sextum Consulibus, feliciter illuxit Ecclesiæ: quo magnus ille protomartyr Stephanus rursus in miraculis redivivus apparuit, faciens signa atque prodigia magna in populo, cum ejus venerandum corpus (quod olim magno planctu humatum fuit) divinitus facta revelatione detectum, inventum, atque translatum est. Quod autem in primis ad tempus spectat: irrepsisse mendum in Bedam (a) & errasse alios eum secutos, apparet, dum anno septimo Honorii Imp. id factum, apud eosdem legitur: cum extent ejusdem inventionis Acta Luciano presbytero scripta, in quibus expresse ponuntur dies & Consules, quibus id accidisse hoc ipso anno, apertissime declaratur; quod & Marcellinus in Chronico absque aliqua dubitatione confirmat. Ex quibus etiam corrigendus est Niceta philosophus, (b) qui eamdem inventionem refert ad tempora Constantini.

(a) *Bed. lib. de sex ætat. Sigebert. & alii.*

(b) *Nicet. de martyrio, & invent. S. Steph.*

II. His itaque de tempore cognitis; de Luciani epistolæ, qua cuncta narrantur, fide agendum est. Adstipulantur quidem ipsi ex Græcis idem qui supra Marcellinus (c), Nicephorus (d), & alii recentiores auctores, Latinorum vero plurimi, sed qui instar omnium est, Gennadius (e) cum hæc sua ætate facta potuerit certius cognovisse, qui ita de ipso: *Lucianus presbyter, vir sanctus, cui revelavit Deus temporibus Honorii, & Theodosii Augg. locum sepulcri, & reliquiarum corporis S. Stephani martyris primi scripsit ipsam revelationem ad omnium Ecclesiarum personas Græco sermone.* Hæc ipse: Subdit autem hæc de ejus in Latinum translatione facta per Avitum, & in Hispaniam missa (f): *Avitus presbyter homo Hispanus genere ante relatam Luciani presbyteri scripturam in Latinum transtulit sermonem, & addita epistola sua, per Orosium Occidentalibus edidit.* Quinam fuerit Avitus iste, num alter duorum qui male audit in epistola Orosii ad Augustinum, quem ut hæreticum Originistam Orosius ipse vitasset omnino, haud penitus dixerim. Rem gestam aggressuri ab ipsius Aviti epistola ad Balchonium Bracharensem Episcopum sumamus exordium, a quo Latinis, & Occidentalibus omnibus Luciani scriptio illa impertita est, digna quidem hujus contextu historiæ quod & ex ipsa quoque hujusce temporis status His-

(c) *Marc. in Chron.*
(d) *Nic. l. 4. c. 9.*
(e) *Gen. de Vir. illus. c. 46.*
(f) *Gen. de Vir. illus. c. 47.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5908.

SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CCCCLIII. A. C. 415.

☉ 4. C. ☽ 17. P. 11. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 415.

INNOCENTII PAPÆ 15.

HONORII IMP. 23. & 21.

THEODOSII JUN. 14. & 8.

I. *Quindecennalia Theodosii.*

[1] COff. *Honorius* Aug. X. & *Theodosius* Aug. VI. ille propter *Vicennalia* anno superiori exhibita, hic propter *Quindecennalia* imperii vivente patre suscepti. Hoc enim anno in Chronico Alexandrino, legitur: *His Coss. Theodosius Junior Augustus Quinquennalia Constantinopoli mense Audynæo, III. Idus Januarii peregit, sed loco* κυινκυεννάλια, legendum, κυινδεκεννάλια, idest, *quindecennalia*. Error etiam videtur irrepsisse in diem, & loco, *III. Idus Januarii*, legendum, *IV. Idus Januarii*, quo die hujus Chronici Auctor jam scripserat, Theodosium Augustum ab Arcadio patre nuncupatum esse.

II. *Inventio Reliquiarum S. Stephani.*

A. num. I. ad XIX. Inventionem Reliquiarum Sancti *Stephani* Protomartyris, quam pluribus descripsit Lucianus Presbyter in Epistola a Baronio num. VI. & seqq. recitata, paucis verbis perstringit Idacius in Fastis ad Consulatum Honorii X. & Theodosi VI. hoc anno gestum: *His Coss. Sanctus Stephanus primus Martyr revelatur Sancto Presbytero Luciano die VI. Feria, qua fuit tunc III. Non. Decembris in Hierosolymis Sancto Joanne Episcopo præsidente: & extant ex his gestis Epistola supradicti Presbyteri, & Sancti Aviti Presbyteri Bracarensis, qui tunc in Hierosolymis degebant.* Porro hoc anno dies tertius Decembris in feriam sextam incidit. Literas Aviti Presbyteri refert Baronius num. III. & seqq. qui ait, se misisse *Balconio*, Episcopo & clero ac plebi Ecclesiæ Bracarensis; ad quos illa Epistola directa, aliquas Reliquias de corpore ejusdem beati Protomartyris.

NOTÆ [1] COff. *Honorius Aug. X. & Theodosius Aug. VI.* Fasti Idatiani, Prosper editus & MS. itemque Marcellinus: *Honorio X. & Theodosio. VI.* Inscriptiones Basilicæ S. Pauli n. 236.

......KAL. MAJAS
Honorio X. & THEODOSIO. VI. CONSS.

Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Hon. X. & Theod. Aug. P. C. Paulini.* Nescio quid sibi velit hoc loco; *Post Paulini consulatum.*



Hispaniæ afflictatæ a barbaris referetur.

Aviti epistola ad Balchonium.

*Beatissimo, dilectissimoque semper in Domino Papæ Balchonio, atque universo clero & plebi Ecclesiæ Bracharensis, Avitus presbyter, salutem in Domino æternam.*

III. *Memores mei esse vos cupio, & deprecor; sicut & ego, in quantum valeo, memoriam vestri habere non cesso, tribulationibus vestris meo dolore compatiens, & pro dissidio patriæ nostræ in locis sanctis incessabiles lacrymas fundens ut aut vobis Dominus restituat libertatem, quos admonere voluit, aut illis tribuat mansuetudinem, quos prævalere permisit. Et ego quidem, beatissimi fratres (teste Domino nostro Jesu Christo) loquor frequenter volui venire ad vos ut vobiscum, vel mala tolerarem, vel bonis fruerer: sed impeditum est desiderium meum, per totas jam Hispanias hoste diffuso. Veritus enim sum, ne & sancta loca relinquens, & ad vos forte non perveniens, ubicumque interceptus, irrationabilis audaciæ pœnas luerem. Sed quoniam misericors Deus, meo voto vestroque merito procurante, dignatus est indulgentiæ suæ gratiam, primum ut dilectissimus filius, & compresbyter meus Orosius usque ad has partes ab Africanis Episcopis mitteretur, cujus mihi charitas, & consolatio vestrum omnium præsentiam reddidit. Deinde ut in diebus ipsis, quibus jam ipse reditum incredibili desiderio parabat; beatus & vere sanctus, corona gloriæ nostræ in Christo Jesu primus martyr Stephanus se revelare, & manifestare signis, & virtutibus evidentissime sequentibus dignaretur: quem ego tantarum rerum ordinatoris Dei occasione perceptum, dignius duxi charitati vestræ præmittere, ut ipse præsens advocatus, & patronus obsequentium sibi petitionibus dignaretur assistere, qui cum pateretur, etiam pro inimicis orare dignatus est.*

IV. Reliquiæ S. Stephani missæ in Hispaniam.

*Itaque beatissimi, & dilectissimi fratres memoriam vestri incessabiliter agens & tam congruentem ordinantis Dei dispositionem videns promptus fui de presbytero cui revelatum fuerat, partem aliquam inventi corporis promereri; quam festinato expetitam, secretoque perceptam, ad vos dirigere non distuli. Quamobrem misi vobis per sanctum filium, & compresbyterum meum Orosium reliquias de corpore beati Stephani primi martyris, hoc est, pulverem carnis atque nervorum, & quod fidelius certiusque credendum est ossa solida atque manifesta sui sanctitate novis pigmentis, vel odoribus pinguiora. Ut autem nulla possit esse dubitatio; ipsam ad vos subditam scriptis meis sancti presbyteri, cui hæc revelata sunt, epistolam conscriptionemque transtuli, quam me pro fide veritatis plenius cognoscendæ rogante, & expetente, dictavit Græco primum ipse sermone, sed per me postea in Latinum versa est. Quæ & vos sancti, & beati fratres quam veraciter gesta sunt tam fideliter suscepta habeatis, imploro. Certus sum enim, quia sicut ipse beatus martyr dignatus est nunciare, & pro salute mundi periclitanti se manifestare, auxilio & præsentia tanti patroni, si vos tale pignus digno studio diligatis, tuti ex hoc quietique vivatis. Gratia Domini nostri Jesu Christi & sancti Spiritus vobiscum, dilectissimi in Domino. Amen.* Hæc Avitus Senior.

V. Pauli Orosii in Palæstinam adventus & profectio.

Ex qua quidem epistola in primis intelligas, recolasque memoria quæ anno superiori de Paulo Orosio dicta sunt, de ejus nempe in Africam adventu & ejusdem hoc anno Hierosolymam profectione: reditum vero in patriam post inventas, & acceptas sancti protomartyris reliquias anno sequenti suo loco dicemus. Quæ vero spectant ad ea quæ sanctus Augustinus per eundem Orosium rogavit S. Hieronymum doceri de altissima quæstione originis animarum, post institutam de inventione reliquiarum Sancti Stephani narrationem dicturi sumus. Hic modo reddamus ipsius Luciani libellum, seu epistolam eo argumento conscriptam, qua totius rei gestæ series exacte descripta recolitur: quam cum quatuor libris Vaticanis collatam, & fideliter, quantum licuit, emendatam cudimus. Ne fastidias, tu velim, styli simplicitatem, & simpliciorem ex Græco factam translationem: cum maxima quæque fidei sacramenta Deus ejusmodi simplici dicendi genere voluerit hominibus nota fieri. Sed rem sic habet (a):

(a) *Apud Sur. to. 4.*

VI. Luciani epistola circularis.

*Lucianus misericordia Dei indigens, & omnium hominum minimus, presbyter ecclesiæ Dei quæ est in villa Caphargamala, in territorio Hierosolymorum, sanctæ Ecclesiæ, & omnibus sanctis qui sunt in Christo Jesu in universo mundo, in Domino salutem.* Considera hic, lector, in inscriptione prima illa verba consultissime posita: *Lucianus misericordia Dei indigens.* Ita quidem, ut adversarium se demonstret hæresi Pelagianæ, quæ tunc ibi grassabatur: degebat enim hoc tempore Pelagius ipse Hierosolymis; quocum nullam se habere participationem ut omnibus ostenderet auctor prima illa verborum suorum sententia jugulat ipsam hæresim Pelagianam. Sed reddamus epistolam:

VII. *Visio quæ apparuit meæ pusillitati a Deo ter de revelatione reliquiarum beati & gloriosi protomartyris Stephani & primi diaconi Christi, & Nicodemi, qui in Evangelio (b) scriptus est, & Gamalielis*

(b) *Joan. 3.*

lis, qui in Actibus Apostolorum (a) nominatur, necessarium duxi pandere vestræ in Christo dilectioni, imploratus, ac magis jussus a sancto Dei cultore patre Avito presbytero, ut secundum fidem consummatam interroganti quasi filius obediens, sicut cognovi, cum omni simplicitate impiger integre indicarem omnem veritatem. (a) Act. 3. 2.

Visio prima, quæ apparuit Luciano.

Die igitur parasceve, hoc est, feria sexta tertio Nonas Decembris, Consulatu Honorii decies & Theodosii sexies Augustorum, adveniente nocte, dormienti me in cubili meo, in loco sancti Baptisterii, in quo consuetudo mihi erat dormire, & custodire Ecclesiastica quæ erant in ministerio; hora tertia noctis, quæ est prima custodia vigiliarum, quasi in extasi semivigilans, vidi virum senem, longum, dignum sacerdotem, canum, barbam prolixam habentem, palliatum alba stola, cui inerant gemmulæ aureæ habentes intrinsecus sanctæ Crucis signum, & virga auream in manu tenentem. Venit & stetit ad dexteram meam, & aurea virga pulsavit, me, ter vocans me nomine meo, dicens, Luciane, Luciane, Luciane: & dixit mihi Græco sermone: Vade in civitatem quæ dicitur Ælia (quæ est Hierusalem) & dic Joanni qui est in ea Episcopus: Quamdiu clausi sumus, & non aperis nobis? & maxime quod in temporibus tui sacerdotii oportet nos revelari? Aperi nobis festinanter monumentum ubi in negligentia positæ sunt reliquiæ nostræ, ut per nos aperiat Deus & Christus ejus & Spiritus sanctus ostium clementiæ suæ in hoc mundo. Periclitatur enim sæculum ex multis casibus qui fiunt in eo quotidie. Et non tantum solicitus sum pro me, quantum pro his qui sunt mecum positi sancti, & multi honoris digni.

VIII. Gamaliel apparet Luciano.

Et respondi ei, dicens: Quis es tu domine, & hi qui tecum sunt? Et respondit mihi: Ego sum Gamaliel, qui Paulum Apostolum Christi nutrivi, & legem docui in Hierusalem, & qui mecum in Orientali parte monumenti jacet, ipse est dominus Stephanus qui lapidatus est a Judæis & principibus sacerdotum in Hierusalem pro Christi fide, foris portam quæ est ad Aquilonem, quæ dicitur, Ad Cedar: ubi die ac nocte jacuit projectus ut sepulturæ non daretur secundum mandatum impiorum principum, ut a feris consumeretur corpus ejus. Ex Domini autem voluntate non tetigit eum unum ex his, non fera bestia, non avis, non canis. Ego Gamaliel compatiens Christi ministro festinavi habere mercedem in Domino, & partem cum sancto viro fidei. Misi per noctem, quantos poteram religiosos Christianos & in Christo Jesu fideliter credentes, habitantes Hierusalem in medio Judæorum, & hortatus sum eos, & necessarias substantias ministravi & persuasi illis ire occulte, ut portarent corpus ejus meo vehiculo in villam meam, hoc est, Caphargamala, quod interpretatur, Villa Gamalielis, viginti millia habens * a civitate: & ibi feci illi planctum fieri diebus septuaginta, & poni eum in meo monumento novo in Orientali theca: & præcepi meis, ut quæcumque necessaria erant pro ejus planctu, de meo darent. * absens.

IX.

Ipse autem dominus Nicodemus in alia theca positus est: qui venit ad Salvatorem Jesum noctu, & catechizatus est, ab eo audiens (a): Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum cælorum. Et abiens baptizatus est a Christi discipulis. Et cognoscentes Judæi, amoverunt eum a principatu suo, & anathematizaverunt eum, & de civitate exulare fecerunt. Hunc ego Gamaliel, quasi persecutionem pro Christo passum, sustuli eum in agrum meum, & alui & vestivi usque ad finem vitæ ejus, & defunctum sepelivi juxta dominum Stephanum. Similiter Abibus filius meus dilectissimus, qui mecum baptismum Christi accepit ab ejus discipulis & viginti annorum existens, ante me mortuus est, in tertia theca excellentiori jacet, in qua & ego ipse postea defunctus sum applicitus. Mea vero uxor Ethna * habens nomen, & Ledemias primogenitus meus, quia noluerunt esse Christi fidei cultores, in alia villa matris suæ sepulti sunt, hæc est in Caphar-semelia. Hic, lector, ut cuncta facilius assequaris, mente recole quæ suo loco superius dicta sunt, Judæos in speluncis, ibique excavatis in lateribus loculis, instar thecarum, (ut contigit videre in cœmeteriis Romæ positis) corpora defunctorum condere consuevisse. Pergit vero Lucianus: (a) Joan. 3. Revelatio reliquiarum Sanctorum. * Anna.

X. Luciani contestatio.

Interrogavi autem ego Lucianus humilis presbyter, dicens: Ubi vos quæremus? Qui dixit: In medio Proastio, quod potest intelligi, agro suburbano; qui est proximus villæ ager, qui dicitur Delagabri, id est, Virorum Dei. Et evigilavi, & deprecatus sum Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, si hæc visio ex te, & non est illusio; fac ut iterum ac tertio appareat mihi quando vis, & quomodo vis. Cœpi ergo jejunare, & siccas escas sumere usque ad aliam parasceven. Et iterum dominus Gamaliel eadem similitudine, eodemque schemate apparuit mihi, sicuti in prima visione, dicens: Quare neglexisti ire, & dicere sancto Episcopo Joanni? Et ego respondi: Timui, domine, mox ire a prima visione & hæc renunciare, ne viderer seductor esse. Deprecatus sum autem, ut si a domino

Secunda visio Luciano ostensa.



mino missus fuisses ad me, denuo ac tertio appareres mihi. Dixit autem ad me: Acquiesce, acquiesce mihi. Et iterum ait mihi: Quoniam requisisti de reliquiis singulorum, quomodo & ubi positæ sint, appone sensum, & vide diligenter quæ ostendentur tibi. Et dixi: etiam domine. Et statim attulit quatuor calathos, tres aureos, & unum argenteum: tres eorum pleni erant rosis; duo albas rosas, tertius rubicundas habebat coloris sanguinei: quartus vero calathus, qui erat argenteus, plenus erat croco bene olente, & posuit eos ante me. Et ego dixi ei: Qui sunt isti domine? Et dixit mihi: Lipsana nostra sunt. Qui rubeas habet rosas, ipse est dominus Stephanus, qui a dextris positus est ad Orientem ab introitu monumenti secundus calathus, dominus Nicodemus est, positus contra ostium: tertius vero calathus ipse est meus: quartus vero calathus ille argenteus Abibus filius est meus, qui immaculatus ex utero matris suæ excessit e mundo: propterea in similitudinem argenti mundissimi apparuit: numquid non vides crocum, qui in ipso est, suavissimi esse odoris? & ipse conjunctus est meo calatho in excelso loco, ubi ambo positi sumus, quasi gemini. Et cum hæc dixisset, denuo ex oculis meis evanuit.

XI. Tertia visio facta Luciano.

Cumque expergefactus fuissem, gratias egi Deo omnipotenti & consuetis jejuniis operam dedi usque ad tertiam revelationem. In tertia igitur septimana, eadem die & hora venit supradictus vir comminans, & fremebundus, & dixit mihi: Quare usque nunc dissimulasti, & noluisti pergere, & dicere Episcopo Joanni, quæ tibi dicta sunt, & ostensa? Quam excusationem habebis apud Deum, aut quam veniam pro hoc contemptu sperabis in die Judicii? Numquid non vides quanta siccitas est & tribulatio in toto mundo, & tu negligenter agis? Numquid non consideras, quia multi meliores te sint per eremum sancti viri, quos prætereuntes, per te voluimus innotescere? Ideo namque te ex alia in hac villa voluimus esse sacerdotem, ut per te manifestaremur. Exurge igitur, & vade, & dic illi, ut aperiat nobis, & faciat locum orationis, ut intercessione nostra misereatur Dominus populo suo. Et cum ad ejus verba intremuissem, dixi: Non negligens fui, domine mi, sed præstolabar tertium adventum tuum. Nunc vero hinc * crastina die pergam, omnia quæ mandasti mihi, dicturus. Et cum indignans adversum me staret, videbar mihi quasi in altero mentis excessu devenisse Hierosolymas, & quasi in conspectu astarem Episcopo Joanni, narrans ei omnem visionem. A quo videbar audire: Si hæc, sic se habent, ut dicis carissime, & Dominus tibi revelavit hæc * absens.

temporibus nostris: oportet me colligere de possessione illa bovem illum maximum aratorem, qui & carro & aratro aptus sit; & dimittere tibi possessionem cum omnibus cæteris. Ad quem ajo: Ut quid mihi possessio, domine mi, si non habeo bovem, per quem regatur, & aretur possessio? Et dixit mihi Episcopus: Ita placuit, carissime; quoniam Civitas nostra vehiculis ministratur, & unum bovem illum maximum ad carrum minus habemus, quem tu diceris in possessione tua cælare: oportet namque ut in Civitate celeberrima sit magis, quam in parvula possessione. Numquid non tibi sufficiunt duo residui boves minores ad excolendam terram vehiculo tuo? Cum hæc lector, de bobus intelligis dicta esse de sanctis, in mentem revoca a divina Scriptura ejusmodi factam esse collationem, & ab Apostolo Paulo elucidatam interpretationem, cum illud declarat (a): Non alligabis os bovi trituranti. Subdit vero Hæc Lucianus: (a) Deut. 25.

XII. Lucianus convenit Joannem Episcopum.

Cum hoc in extasi, hoc est in excessu mentis audissem; statim expergefactus, benedixi Dominum & perrexi ad Civitatem ad S. Joannem Episcopum. Et cum illi omnia quæ videram renunciassem: reticui de visione bovis expectans quid audirem ab eo. Intellexeram enim quia S. Stephanus ipse esset bos maximus: quia carri illi, de quibus dicebat, sanctæ essent Ecclesiæ; & Sion prima Ecclesia, ipsa esset carrus major, & quia sanctus Episcopus habebat a me petere benedicti Stephani reliquias: ideo de visione bovis Episcopo dicere nolui. Cumque hæc audisset Joannes Episcopus, lacrymatus est præ gaudio, & dixit: Benedictus Dominus Deus Filius Dei vivi. Si hæc (ut dicis, carissime) & audisti, & Deus tibi revelavit: oportet me inde tranferre B. Stephanum primum martyrem, & Archidiaconum Christi (b): qui primus adversus Judæos Dominica bella bellavit, & Deum in sua majestate, in terris positus, in cœlo vidit stantem, & tamquam Angelus in concione hominum apparuit. Hæc autem omnia, ut vidi, ita evenerunt, & consona sibi apparent universa. Dixit autem mihi sanctus Episcopus: Vade, fode in acervo, qui est in ipso agro: & si inveneris, nuncia mihi. Et ego dixi ei: Perambulavi agrum, & vidi acervum minutorum lapidum in medio, ubi arbitratus sum eos esse. Et dixit mihi Papa: Jam dixi tibi: Vade & fode, & si inveneris, sedens custodi locum, & manda mihi per diaconum, ut veniam ad locum. Et ita me dimisit. Hic attende, lector, non ex divina revelatione hæc de acervo lapidum locutum esse Joannem, & opinatum esse Lucianum subpter eum esse recondita sanctorum corpora, ubi non erant: (b) Act. 6. 7.

rant: ſed ex conſuetudine Hebræorum qui acervo lapidum conſuevisſent conſignatas memorias poſteris tradere: cujus antiqui uſus plura in divina etiam Scriptura exempla ſuppetunt. Sed pergit Lucianus?

XIII. Lucianus curat inventionem reliquiarum.

*Et cum veniſſem ad villam miſi præcones, ut omnes habitatores villæ diluculo conſurgerent, & foderent in acervo. Eadem vero nocte apparuit ipſe dominus Gamaliel cuidam monacho, nomine Nygetio *, innocenti & ſimplici viro, eadem ſimilitudine, qua mihi apparuit: & dixit ad eum: Vade, dic Luciano presbytero: Vane laboras in acervo illo: modo ibi non ſumus: ſed tunc ibi poſiti fuimus, cum lamentarentur nos ſecundum conſuetudinem antiquorum: propter quod ibi acervus in teſtimonium planctus factus eſt. Sed quære nos in alia parte, quæ eſt Boran, & loco qui dicitur Syra lingua Dabatalia, quod interpretatur in Græco, Ανδρῶν ἀλαθῶν quodnos poſſumus dicere, Virorum fortium. Diluculo vero conſurgens ad hymnos; inveni monachum prædicantem omnibus fratribus. Hymnis deinde dictis, cæpi dicere: Eamus ad acervum, illum, & fodiamus in illo. Tum quidam dixerunt mihi: Audi primum quid dicat monachus Nygetius. Et advocato monacho Nygetio exquiſivi ab eo quid eſſet quod vidiſſet. Ille autem univerſa ſigna, quæ videram, domini Gamalielis, dixit mihi; & quemadmodum vidiſſet contra Auſtrum agrum ſitum, & monumentum in eo quaſi neglectum, & ruinoſum, ibi vidiſſet tres lectos aureos ſtratos, & unum ex eis altiorem cæteris, in quo erant duo jacentes, unus ſenex, & unus juvenis: & in aliis duobus lectis erant ſinguli. Et reſpondit qui erat in excelſiori lecto & dixit mihi: Vade, dic presbytero Luciano: Quoniam nos domini loci ſumus: Si vis magnum & juſtum invenire; ipſe ab Orientali plaga poſitus eſt. Et hæc audiens a monacho, glorificavi Deum, quoniam inventus eſt alius teſtis in revelatione.*

* Nygetio.

Alia viſio oſtenſa Nygetio.

XIV.

*Nos igitur ivimus ad acervum, & fodientes nihil invenimus. Convertimus autem nos ad monumentum illud, ubi monacho ipſa nocte apparuerat, & fodientes invenimus tres thecas, ſecundum quod apparuerat mihi in typo calathorum. Invenimus igitur altiſſimis litteris ſcriptum, lapidem obrutum, habentem, Celiel, quod interpretatur, Servus Dei, & Apaan, Dardan, quod interpretatur Nicodemus, & Gamaliel: hoc interpretatus eſt Papa Joannes, ſicut audivi ab ipſo ſancto Epiſcopo.*

Vocatur Joannes ex Synodo ad reliquias.

*Statim ergo renunciavi Epiſcopo cum eſſet in Lidda, quæ eſt Diospolis, Synodum, agens.* Hæc eſt, lector, illa Synodus Dioſpolitana, cujus meminerunt S. Hieronymus, Auguſtinus, & Proſper, in fine anni hujus (ut ex libello Luciani intelligis) celebrata, in qua coactus eſt Pelagius ſuas hæreſes condemnare: dicemus nos de ea pluribus poſt recenſita hæc de inventione Stephani protomartyris, & ſociorum. Ad hæc Lucianus:

XV.

*Qui aſſumpſit ſecum* (Joannes videlicet Epiſcopus Hieroſolymorum) *duos alios Epiſcopos, Eleutherium de Sebaſte, & Eleutherium * de Hiericho: & venerunt ad locum. Qui cum aperuiſſent Domini Stephani thecam: ſtatim terræmotus factus eſt, & tanta ſuavitas, & fragantia odoris inde egreſſa eſt, quantum nullus hominum ſe meminit vel audiſſe, vel ſenſiſſe: ita ut putaremus nos in amœnitate paradiſi eſſe poſitos. Multitudo namque populi aderat nobiſcum; inter quos erant plurimi infirmi variis languoribus. Et ipſa hora mox de odore ſuavitatis ejus ſeptuagintatres animæ curatæ ſunt: ab aliis fugati dæmones: aliorum fons reſtinctus eſt ſanguinis: alii ſtrumis, & furunculis liberati: alii a ſtringio * ſanati, alii a tertianis, & quartanis: alios febris reliquit, alios morbus regius: alii a cephalea curati, & emicranea: nonnulli a viſcerum occulto dolore liberati: & multas alias curationes ſenſerunt homines, quas enumerare longum eſt.*

* Futhonium.

* ſtringio.

XVI. Tranſlatio reliquiarum S. Stephani.

*Et exoſculantes ſanctas reliquias, iterum clauſerunt. Et tunc cum Pſalmis, & hymnis portaverunt reliquias B. Stephani in ſanctam Eccleſiam Sion, ubi & Archidiaconus fuerat ordinatus; derelinquentes nobis de membris ejus parvos articulos, immo maximas reliquias, terram cum pulvere, ubi omnis caro ejus conſumpta eſt: cætera aſportaverunt. Ex his ergo reliquiis tranſmiſi beatitudini veſtræ. Quas cum ſuſceperitis, orate pro exiguitate mea, ut dignus inveniar in conſpectu domini, fultus beatiſſimi martyris Stephani meritis, & veſtris orationibus. Tranſlatæ ſunt autem reliquiæ ipſius martyris VII. * Kalendas Januarii: & tunc in tempore jugis, & infinita ſiccitas erat. Sed eadem hora pluvia magna deſcendit, & abundanter inebriata eſt terra; & homines glorificabant ibi Dominum propter ſanctum ejus Stephanum, & propter cœleſtem ejus theſaurum miſericordiæ & pietatis, quem periclitanti ſæculo aperire dignatus eſt Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hactenus Luciani epiſtola, ſive libellus: ex quo in nonnullis Nicetas eſt corrigendus, cum eamdem hiſtoriam narrat (*a*). Meminit earumdem reliquiarum inventionis S. Auguſtinus cum ait (*b*): *Latuit tanto tempore corpus ejus: proceſſit, quando Deus voluit: illuminavit terras, tanta mi-*

* VIII.

(*a*) *Extat apud Metaph. die 2. Aug. & Lipom. t. 6.*

(*b*) *Aug. de diver. ſerm. 51.*



*miracula fecit; mortuus vivos facit mortuos, quia nec mortuus, &c.*

XVII. Dei Conſilium in revelatione reliquiarum S. Stephani.

Vidiſti, lector, quot teſtibus primi Chriſti ſanguine teſtis Stephani meruerit inventio conſignari? Apparuit Gamaliel non uni tantum Luciano, ſed & S. Nigetio monacho: ſatis hoc quidem, quod in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum: ſed terra tremore teſtata id ipſum eſt, & cœlum inſperatam diuque fruſtra expetitam dans pluviam: fidemque fecerunt ſeptuaginta illi tres e diverſis languoribus ſanitati priſtinæ reſtituti: ſed & dæmones ipſi ex aliquorum illorum corporibus fugati, inviti licet, virtutem martyris profiteri coacti ſunt. At hæc adeo multa, magna & inſignia, pauca & perexigua eſſe intelliges, ſi conferas cum illis, quæ in orbe Occidentali per ejuſdem protomartyris reliquias voluit edi miracula, de quibus ſequenti anno dicturi ſumus. Ut plane magno Dei conſilio factum appareat, quod tepeſcente in nonnullis Chriſtiana fide, quæ hiſce (ut vidimus) præſertim temporibus, Gentilium eſſet exagitata blaſphemiis, quod tempore Chriſtianæ religionis Urbs a barbaris capta eſſet, quæ tempore cultus deorum ſecura conſiſtens fuerat ipſis barbaris dominata: hoc, inquam, tempore, Chriſtiani unius ante quadringentos ferme annos vita functi tenuis pulvis, & oſſa tot tantaque præſtarent, ut ea ſola ſatis efficacia eſſe potuiſſent (etſi cætera ad fidei confirmationem edita miracula deſuiſſent) non tantum ad titubantes conſolidandos, ſed & Ethnicos omnes ad Chriſtianam religionem, reluctantes licet dummodo non obſtinatos, omnino pertrahendos. At hæc anno ſequenti ſuo loco manifeſtius apparebunt.

XVIII.

Nova hæc, & plane admiranda bella elegit Dominus ad expugnandos, & confundendos adverſarios ſuos. Expugnavit impietatem Juliani Apoſtatæ Imperatoris reliquiis S. Babylæ martyris: vicit & proſtravit Arianam impietatem reliquiis Gervaſii, & Protaſii, Mediolani (ut vidimus) tempore S. Ambroſii apparentium. Sed & ſanctorum martyrum reliquiis extinctam fuiſſe in Ægypto idololatriam, anno ſuperiori vidimus. Quibus etiam armis modo uſus eſt Dominus ad Ethnicos, & hæreticos atque ſchiſmaticos expugnandos. Ecce tibi quam feliciſſimis auſpiciis progreſſus eſt Stephanus; cum videlicet coactus eſt impius Pelagius hæreſiarcha in Concilio Liddæ habito, quas hactenus docuiſſet hæreſes, condemnare. Quomodo autem hæc ſe habuerint, jam aggrediamur enarrare.

XIX. Concilium Dioſpolitanum.

Dioſpoli (ipſa eſt Lidda antiquiori nomine dicta, Civitas in Palæſtina) collecta eſt provincialis Synodus Epiſcoporum ejus regionis. Hujus Synodi meminit S. Auguſtinus, ubi ait (*a*): *Per idem tempus in Oriente, hoc eſt in Syria Palæſtina, Pelagius a quibuſdam Catholicis fratribus ad Epiſcopalia Geſta perductus: eiſque abſentibus qui de illo libellum dederant, quoniam ad diem Synodi non potuerunt occurrere, ab Epiſcopis quatuordecim auditus eſt: ubi eum dogmata ipſa damnantem, quæ inimica gra-*

(*a*) *Aug. Retract. lib. 2. c. 47.*



PAGIUS III. Concilium itierosolymitanum adverſus Pelagianos.

A num. XIX. ad XXV. Fuſe hic agit Baronius de Synodo *Dioſpolitana* contra *Pelagium* in Palæſtina coacta. Sed Synodi Hieroſolymitanæ, quæ eam antecеſſit, nullam mentionem facit, quod ſine dubio eam ſinceram & genuinam non putaret. Imo Acta ejus ab Oroſio capp. 2. 3. & 4. Apologiæ ſuæ recitata Wiſtellius Carmelita Tom. II. Vindiciarum lib. 3. ſect. 5. ab hæretico quopiam Novatiano ſcripta aſſerit, & Janſenius Yprenſis eam Apologiam Oroſio ſuppoſitam fuiſſe autumat. At cum omnia quæ *Oroſius* in ſua Apologia habet, iteret quoque Auguſtinus in libro de Geſtis Pelagii poſt Baronii mortem publicato, nullus fere hodie hunc Hieroſolymitanum confeſſum coram *Joanne* Epiſcopo Hieroſolymitano in dubium revocat. Fuit ille Presbyterorum duntaxat, non item Epiſcoporum, ut ex mox dicendis planum fiet. Neque cogendorum tunc temporis Epiſcoporum ulla fuit auctoritas penes *Joannem*, cum neque diœceſim haberet, imo neque provinciam: ſed in Antiochena diœceſi cenſeretur, & Cæſarienſi Epiſcopo totius Palæſtinæ Metropolitano ſubeſſet. Scriptum quidem Oroſii in Apologiæ formam vulgatum, eos, qui adfuere titulo *Beatiſſimi Sacerdotes* nunquam non compellat, ſed non dubium, quin his verbis Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Presbyteros, qui colloquio interfuerant, intelligat, ideoque quin fallantur Viri Doctiſſimi, qui Presbyteros hoc ſæculo nunquam ſolitarie *Sacerdotes*, ſed tantum Sacerdotes ſecundi ordinis appellatos fuiſſe ſibi perſuaſere. Hoc enim vel ſola iſta Apologia alienum a veritate eſſe demonſtrat.

IV. Pelagius in eo anathematis.

Cum itaque conventus iſte, qui ſecundum Concilium adverſus Pelagianos habitum cenſeri debet, in Annalibus deſideretur, ii nobis ſupplendi ſunt ex Cardinali Noriſio lib. 1. Hiſt. Pelag. cap. 7. Garnerio Tom. I. Operum M. Mercatoris diſſert. 2. & Patribus Benedictinis in Præfatione ad Tomum X. Operum Sancti Auguſtini num. IX. ubi quæ de eo Oroſius narrat, optime elucidarunt. Tempus habitæ Synodi indicat Oroſius, qui verno tempore in Palæſtinam appulit, quique ſcribit *poſt dies quadraginta & ſeptem, primo Encœniorum die* ad obſequium Joannis Epiſcopi ſalutationis cauſa poſt Synodum ſeſe acceſſiſſe. Loquitur de Encœniis Eccleſiæ Hieroſolymitanæ die XIV. Septemb. ea in urbe celebrari ſolitis, ut alibi oſtendimus. Dies autem XLVII. poſt habitam Synodum in diem XXX. Julii incidit. Oroſius in locum Conventus ingreſſus, jubente Epiſcopo ſedit; rogatuſque, *ut ſi quid ſuper hæreſi, quam Pelagius & Cæleſtius ſeminarant, in Africa geſtum eſſe cognoſceret, fideliter ac ſimpliciter indicaret*, Cæleſtium a Concilio Carthaginenſi damnatum fuiſſe declaravit, additique, *contra librum Pelagii beatum Auguſtinum, diſcipulis ipſius Pelagii prodentibus ac petentibus pleniſſime reſpondere.* Quare Auguſtinus hoc tempore Librum de *Natura & Gratia* commentabatur. Subjunxit Oroſius, habere ſe in manibus Epiſtolam, quam nuper in Sicilium Au-

*tiæ Dei adversus eum de libello legebatur, Catholicum pronunciaverunt.* Hæc Augustinus: Idemque alibi eosdem Episcopos, qui Synodo interfuerunt, nominat, ubi ait (*a*): *Habemus alios Orientales Episcopos quatuordecim, Eulogium, Joannem, Ammonianum, Porphyrium, Euthonium, Porphyrium, Fidum, Zosimum, Zebænum, Nymphidium, Chromatium, Jovinum, Eleutherium, Clematium, quos uno loco simul inventos in istum confessum introducere valeamus, illos ipsos, qui Pelagio Judices præsiderunt: eumque ut homines, nullo ex altera parte urgente adversario, putantes Catholicum; tamquam Catholicum pronunciarunt.* Hæc ipse: Porro qui primus ordine recensetur Eulogius, hic fuit totius provinciæ Palæstinæ Metropolitanus Episcopus Cæsariensis, qui successit in locum Joannis successoris Gelasii, de quo superius quarto tomo Annalium mentio facta est. Secundus ordine Joannes, hic est ille Episcopus Hierosolymorum, cujus mentio in recitatis nuper Luciani, litteris habetur; penes quas etiam qui fuerint Eleutherius, & Euthonius, alias Eleutherius itidem dictus, innotescunt, nempe priorem Episcopum Sebastiæ (ipsa est Samaria) posteriorem vero Hierichuntinæ civitatis Antistitem fuisse. Itidem alterum duorum Porphyriorum existimamus fuisse Gazensem illum Episcopum sanctitate celebrem, de quo plura superius. Zebænus & ipse

(*a*) *Aug. cont. Julian. li. 1. cap. 5.* Episcopi qui Synodo interfuerunt.

PAGIUS Augustinus miserat, quam & jussus est recitare. Ea est Epistola Augustini CLVII. ad Hilarium Syracusanum. His actis *Joannes* Pelagium introduci postulavit, hunc que omnes una voce interrogarunt, an opiniones quas Augustinus confutasset, docuisset? quibus ille confestim respondit: *Et quis est mihi Augustinus.* Cumque universi acclamarent blasphemantem in Episcopum, cujus opera hæreseon monstra suffocata fuerant, *Joannes* eum non solum e conventu non ejecit, sed hominem laicum, & in crimine hæreseos deprehensum inter Presbyteros sedere jussit, & deinde dixit: *Augustinus ego sum;* ut scilicet persona quasi præsentis assumta, dolentium animos temperaret. Verum Joanni statim ab Orosio repositum: *si Augustini personam sumis Augustini sententiam sequere.*

V. *Joannes Episcopus Hierosolymitanus Pelagio favet.*

His ita gestis scisitatus est Joannes, an quæ legerentur ex Epistola citata Augustini Pelagium peterent, an alium quempiam, simulque adiecit, si Pelagius impugnaretur, posse eos, quæ in illo reprehenderentur, declarare. Tum annuentibus reliquis dixit Orosius: *Pelagius mihi dixit, dicere se hominem posse esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit.* Ad hæc Pelagius respondit: *Hoc & dixisse me, & dicere, negare non possum.* At Orosius reposuit: *Hoc in Cælestio Africana Synodus detestata est: hoc Augustinus Episcopus scriptis suis, sicut audistis exhorruit; hoc in ipsius nunc Pelagii scriptis sua responsione* (nempe libro de natura & gratia) *condemnat: hoc & beatus Hieronymus, cujus eloquium universus Occidens, sicut vos in vel-*

titulo sanctitatis clarus, Episcopus fuit Eleutheropolis, cujus mentio est apud Sozomenum (*b*); ei enim revelata divinitus fuisse veneranda corpora sanctorum Prophetarum Habacuc atque Michææ, testatur. Qui vero Jovinus hic nominatus habetur, Palladius, (*c*) auctor est, ipsum fuisse Episcopum Ascalonis, reliquorum autem obscura memoria est.

(*b*) *Soz. l. 7. c. 28.*

(*c*) *Pall. in Lausiac. c. 42.*

De rebus vero gestis in Synodo, jam breviter accepimus ab Augustino, nimirum ibi Pelagium damnantem suas hæreses, & fidem Catholicam profitentem fuisse absolutum, Catholicaque communicatione dignatum: sed quod id dolose egerit, hanc ob causam S. Hieronymus cum hujus conventus meminit, miserabilem Synodum appellat: ad Alypium enim & Augustinum scribens, hæc ait: (*d*) *Quicquid enim in illa miserabili Synodo Diospolitana dixisse se denegat, in hoc opere confitetur.* Sed Pelagio quidem ipsi miserabilis fuit, utpote in qua suam ipsius coactus est hæresim comdemnare, cujus intrinsecus erat obstinatus assertor. Cæterum utcumque res acciderit, constat quidem in eo Concilio tunc erectum esse trophæum de hæresis Pelagianæ prostratæ victoria. Hinc igitur S. Prosper de eadem Synodo ista cecinit (*e*):

XX. Pelagius damnans suas hæreses absolvitur.

(*d*) *Hier. ep. 79.* Qualis Synodus Diospolitana.

(*e*) *Prosp. lib. de Ingratis.*

——— *Non segnior inde Orientis*
*Rectorum cura emicuit: captumque nefandi*
*Dog-*

*lus, expectat (multi enim jam hæretici cum dogmatibus suis ipso oppugnante supplosi sunt,) in Epistola sua quam nuper ad Ctesiphontem edidit condemnavit; similiter & in libro quem nunc scribit, collata in modum Dialogi altercatione confutat.* Institit Joannes Orosio, ut ageret accusatorem seque tunc judicem acturum. Sed ut ipsemet Orosius scribit: *Responsum sapissime est ab universis: nos accusatores hujus non sumus, sed quid fratres tui, Patres nostri senserint & decreverint super hac hæresi, quam nunc Laicus vulgo prædicat, intimamus.* Cum vero Joannes, eos ad personam accusatoris fumendam pertrahere vellet, huc unum ab illis responsum tulit: *Nos filii Ecclesiæ Catholicæ sumus; non exigas a nobis Pater, ut Doctores super Doctores esse audeamus, aut judices super judices. Patres quos universa per Orbem Ecclesia probat, quorum communione nos adhærere gaudemus, damnabilia hæc esse dogmata decreverunt: illis probantibus nos obedire dignum est:* Ex his verbis, *quid fratres tui, Patres nostri senserint*, evidenter colligi potest nullos in eo conventu urbano præter Joannem, adfuisse Episcopos, quod tamen aliqui perperam credidere; cum Orosius, aliique qui in confessu erant, Episcopos *Patres* suos, Joannis vero Episcopi Hierosolymitani *Fratres* appellent.

VI. *Causa Pelagii ad Innocentium Papam delata.*

*Orosius* Latine Græce *Joannes* loquebatur, sic ut uterque interpretis opus haberet, & neuter neutrum intelligeret. Qui vero interpretis partes obeundas susceperat, neque *Orosio* notus erat, neque officium suum implebat; alia enim alio, quam dicta fuerant, sensu reddebat, alia aliis



*Dogmatis auctorem constrinxit lege benigna*
*Commentum damnare suum: nisi corpore Christi*
*Abjungi, & sancto mallet grege disociari.*
*Lene quidem hoc, nimiumque malos tolerasse videtur*
*Judicium: sed sancta fides examine in illo*
*Vicit oborturam diro de semine prolem.*
*Prospectum namque est divino & munere cautum,*
*Ut licet in stantem declinans bestia pœnam,*
*Perfidiæ secum sensus tenuisset eosdem,*
*Ipsa tamen proprium germen damnando necaret,*
*Ore malam extinguens sobolem, quam protulit ore:*

Synodus Diospolit. damnat hæreses Pelagii.

(*a*) *Prosp. adver. Collat.*

Hæc S. Prosper de Synodo Palæstina, in qua licet dolo effugerit pœnam ipse Pelagius, hæreses tamen ejus sunt penitus ab ipso etiam auctore damnatæ. Rursus vero de eadem Synodo Diospolitana idem Prosper agens, ita Pelagianos compellat (*a*): *Erraverunt Orientales Episcopi, in quorum judicio Pelagius eos qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari, ut Catholicus posset videri anathematizare compulsus est?* Cæterum postquam ejusmodi Acta Synodi de purgatione Pelagii Innocentio Romano Pontifici innotuerunt, nequaquam ipse probare ac confirmare voluit, ut S. Augustinus testatur, cum ait (*b*): *Fefellit enim judicium Palæstinum ipse Pelagius; propterea ibi videtur esse purgatus. Romanam vero Ecclesiam, ubi eum esse notissimum scitis, fallere usquequaque non potuit, quamvis & hoc fuerit utrumque conatus: sed (ut dixi) minime valuit.* Et inferius recitat verba epistolæ Innocentii Papæ ad hæc spectantia, quæ sic se habent: *Unde non possumus illorum Episcoporum* (qui scilicet eidem Synodo interfuerunt) *nec probare, nec culpare judicium: cum nesciamus utrum vera sint Gesta; aut si vera sunt, constet, magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse.* Subdit Augustinus: *Videtis certe in his verbis, quemadmodum Papa beatissimus Innocentius non tamquam de incognito loqui videatur. Videtis qualem tulerit de illius purgatione sententiam.* Hactenus ipse: qui postquam tandem accepit Acta ejusdem Synodi Palæstinæ, scripsit de illis librum ad AureliumEpiscopum Carthaginensem, ut ipse testatur, eumdem librum citans (*c*): de quo etiam cum in Re-

(*b*) *Aug. de pecc. orig. l. 2. c. 8. 9.*

Innocent. Papa noluit probare Synodum Palæstinam.

(*c*) *Aug. l. 2. c. 14. de peccato origin.*

PAGIUS aliis dictis mutabat, nonnulla omittebat; atque ita responsiones *Orosii* plerasque omnes aut corrumpebat, aut supprimebat. Quapropter cum interprete tam parum commodo tamque parum æquo judice uti se intelligeret *Orosius* palam professus est, Latinum esse hæreticum, se itidem Latinum, hæresim denique Latinis partibus magis notam ejusdem linguæ judicibus reservandam: *Joannem* judicem minus idoneum videri, quod cum accusatorem ageret nemo, ipsemet se se ad judicandum ingereret. *Orosio* suffragati complures libere testati sunt; non posse eundem & advocatum esse & judicem. Multis demum ultro citroque actitatis, *Joannes Episcopus*, inquit Orosius, *novissimam sententiam protulit, confirmans tandem postulationem intentionemque nostram, ut ad beatum Innocentium Papam Romanum fratres & Epistolæ mitterentur, universi quod ille decernere secuturi. Sed, ut hæreticus Pelagius imposito sibi eatenus silentio conticesceret, & ut nostri ab insultatione convicii Joannis confusique temperarent, universi in hanc sententiam consensimus: gratiarum actione celebrata, pace facta, & consummata ad pacis testimonium oratione discessimus.* Ita Orosius.

VII. *Concilium Diospolitanum ad versus Pelagium.*

Venio nunc ad Synodum *Diospolitanam*, de qua Baronius a num. XIX. ad XXV. quamque hic exponere juvat verbis Divi Augustini in libro de *Gestis Pelagii*, citatis in margine locis ex quibus desumpta sunt. Quod nobis præter morem faciendum, ut Pelagianorum errores & dogmata certius innotescant. Non multo post conventum Herosolymitanum *Pelagius* hæresis nomine apud Palæstinos Antistites denunciatus. Ejus accusatores fuere *Heros* Arelatensis, & *Lazarus* Aquensis Episcopi, qui suis sedibus tunc pulsi erant, quousque *Zosimus* Papa, quo tempore Pelagii ac Cælestii contra eosdem calumniis fallendum se se præbebat, durissime prorsus habuit. Prosper tamen in Chronico ad annum CCCCXII. *Herotem virum sanctum* appellat, B. Martini discipulum, qui, ait, cum Arelatensi oppido Episcopus præsideret, a populo ipsius civitatis, insons & nullis insimulationibus obnoxius, pulsus est. Errores illi in libellum retulerunt ex Pelagii & Cælestii libris Collectos, sed redactos in compendium. His adjecere tum eos articulos, quorum causa damnatus fuerat *Cælestius* a Concilio Carthaginensi, tum etiam illos, quos *Hilarius Syracusanus* e Sicilia ad Augustinum miserat. Scriptum idiomate Latino huncce libellum obtulere *Eulogio* Cæsareæ Episcopo, quem Antistitem aliis tredecim Diospolitanæ Synodi Episcopis, ipsemet etiam *Joanni* Hierosolymitano semper præponit Augustinus in libro de Gestis Pelagii, ubi hujus Concilii Historiam narravit. Concilii tempus ex relatione Translationis Sancti Stephani Protomartyris a Baronio hoc anno recitata, certo colligitur. Nam prima revelatio facta *die III. Decemb.* posterior *die X*, tertia *die XVII.* Joannes Hierosolymis erat *die XVIII.* cum eum *Lucianus* adiit. *Die XIX. aut XX.* fodit Lucianus, inventisque Reliquiis *Lydam*, quæ eadem est cum Diospoli, perrexit, ubi erat Joannes Synodum agens, & unde rediit ante diem XXV. Quare Concilium a die XX. Decemb. ad XXIII. celebratum.

VIII. *Comparet Pelagius in Synodo.*

*Pelagius* præsentem se Concilio sistitit: *Heros* autem ac *Lazarus* eo venire propter gravem alterius ægritudinem non potuerunt. Aberat similiter *Orosius*; nec omnino quisquam aderat, qui partes actoris obiret in *Pelagium*. Quod non sine occulta quadam conspiratione factum vide-

(a) Aug. in Retract. l. 2. c. 47. Retractationibus meminit, ita ait (a); *Sed cum in manus nostras eadem Gesta venissent, scripsi de his librum; ne illo velut absoluto, eadem quoque dogmata putarentur Judices approbasse, quæ ille nisi damnasset, nullo modo ab eis nisi damnatus exiisset*. Hæc Augustinus: verum periit ipse liber.

XXI. Sed videamus singula capita proposita in eadem Synodo, ex libello adversariorum recitata quæ Pelagius damnare ne ipsa damnaretur, compulsus est. Invenimus ea in Collectione Cresconii recitata post epistolam Aurelii Episcopi Carthaginensis ad Episcopos provinciæ Bizacenæ, quam suo loco reddemus. Inscriptio autem capitibus istis prænotata legitur, adjecta ab Africanis Episcopis perbrevi præfatione.

*Incipiunt capitula excerpta ex Gestis habitis contra Pelagium hæreticum, & alia de libellis ejus, quæ in Palæstina Synodo sibi objecta damnare compulsus est.*

*Quod ad Hierusalem volentem colligere filios suos dominus clamat: hoc nos clamamus adversus eos, qui filios volentes Ecclesiæ colligi, nolunt; nec saltem post judicium, quod de ipso Pelagio factum est, collegerunt: de quo damnatus exiisset, nisi objecta contra Dei gratiam dicta, quæ obscurare non potuit, ipse damnasset. Præter illa enim, quæ quoquo modo potuit, ausus est qualicumque ratione defendere, objecta sunt quædam, quæ nisi remota omni tergiversatione anathematizaret, ipse anathema sit factus.*

XXII. Errores Pelagii ab ipso in Concilio condemnati. *Primo objectum est enim, cum diceret, Adam mortalem factum; qui sive peccasset, sive non, mortuus esset.*

*Secundo, quod peccatum ipsius ipsum solum læserit, & non genus humanum.*

*Tertio, & quod infantes nuper nati, in illo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem.*

*Quarto, & quod per mortem, vel prævaricationem Adæ, non omne genus humanum moriatur: & quod non per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat.*

*Quinto, infantes, etiam si non baptizentur, vitam æternam habere possunt.*

*Sexto, & divites baptizatos, nisi omnibus abrenuncient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnum Dei.*

*Septimo, & gratiam Dei atque adjutorium non ad singulos actus donari, sed de libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina.*

Octa-

PAGIUS videtur, quam licet *Augustinus* ignorare non potuerit, tamen memoriæ tradendam non putavit. *Joannes* ab Episcopis rogatus, ea quæ præsente se in Conventu Hierosolymitano gesta fuerant, exponeret, orationem quæ ex parte ab Augustino citato refertur, habuit, qua non modo Christi gratiam admitti a *Pelagio* contendebat; verum etiam in *Herotem* & *Lazarum*, in *Orosium*, & in quosdam alios invehebatur. *Pelagius* vero Joannis præsidio non contentus complures sanctissimos viros sibi junctos amicitia jactitavit, multasque Antistitum, a quibus eximie prædicabatur, protulit Epistolas. Quarum nonnullas curavit in Synodo recitari, in quibus & Augustini una fuit.

IX. *Tria priora capitula Pelagio objecta.* Tandem lectus est libellus, in quo *Heros* & *Lazarus* sententias Pelagii perscripserant. Interpretis opera utebantur judices Latinæ dictionis ignari: at *Pelagius* ad sibi objecta responsiones eloquio Græco reddebat. In his quæ de libello recitata sunt, & objecta Pelagio, illud primum est, *Non posse esse sine peccato, nisi qui legis scientiam habuerit*. Quo recitato Synodus dixit: *Tu hoc edidisti, Pelagi?*

Hieron. Dial. 1. in Pelagianos. Respondit is: *Ego quidem dixi, sed non sicut illi intelligunt: non dixi non posse peccare, qui scientiam legis habuerit; sed adjuvari per legis scientiam ad non peccandum, sicut scriptum est, Legem in adjutorium dedit illis*. Hoc audito Synodus dixit: *Non sunt aliena ab Ecclesia quæ dicta sunt a Pelagio*. Adjecit Episcopalis Synodus, *legatur & aliud capitulum*. Et lectum est in eodem libro suo posuisse Pelagium, *Omnes voluntate propria regi*. Quo lecto Pelagius respondit; *Et hoc dixi propter liberum arbitrium, cui Deus adjutor est eligenti bono; homo vero peccans, ipse in culpa est, quasi liberi arbitrii*. Quo audito Episcopi dixerunt: *Neque hoc alienum est ab Ecclesiastica doctrina*. Item recitatum est quod in libro suo Pelagius posuerat: *In die judicii iniquis & peccatoribus non esse parcendum, sed æternis eos ignibus exurendos*. Respondit Pelagius: *Hoc secundum Evangelium dixi, ubi dicitur de peccatoribus, illi ibunt in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam; & si quis aliter credit Origenista est*. Synodus dixit: *Alienum non est ab Ecclesia.*

Augustinus de Gestis Pelagii c. 3.

X. *Tria alia Capitula Pelagio objecta.* Objectum & illud Pelagio, tanquam in suo libro scripserit: *malum nec in cogitationem venire*. Respondit: *Hoc non ita posuimus, sed diximus debere studere Christianum, ne male cogitet*. Episcopi approbarunt. Recitatum est & aliud, quod & in suo libello scripsit, *Regnum Cælorum etiam in veteri Testamento promissum*. Ad quod Pelagius; *Hoc & per Scripturas probari possibile est, hæretici autem in injuriam veteris Testamenti hoc negant. Ego vero Scripturarum auctoritatem secutus dixi, quoniam in Propheta Daniele scriptum est, & accipient Sancti regnum Altissimi*. Synodus dixit: *neque hoc alienum est a fide Ecclesiastica*. Pelagio etiam objectum, quod in eodem libro suo scripserit, *posse hominem si velit, esse sine peccato*: & quod scribens ad Viduam adulatorie dixerit: *Inveniat apud te pietas, quæ nusquam invenit locum; inveniat ubique peregrina in te sedem justitia: veritas quam jam nemo cognoscit domestica tibi & amica fiat: & lex Dei, quæ ab omnibus prope hominibus contemnitur, a te sola honoretur*. Et iterum ad ipsam; *o te felicem & beatam si justitia, quæ in Cælo tantum credenda est, apud te solam inveniatur in terris*. Et in alio ad ipsam libro post Orationem Domini & Salvatoris nostri docens, quemadmodum debeant Sancti orare, ait: *Ille ad Deum digne elevat manus, ille orationem bona conscientia effundit, qui potest dicere; Tu nosti, Domine, quam sanctæ & innocentes & mundæ sint ab omni molestia & iniquitate & rapina, quas ad te extendo manus; quemadmodum justa & munda labia, & ab omni mendacio libera*

Aug. ibid. cap. 3.



*Octavo, & gratiam Dei secundum merita nostra dari.*

*Nono, & filios Dei non posse vocari, nisi omni modo absque omni peccato fuerint effecti.*

*Decimo, & non esse liberum arbitrium, si Dei indigeat auxilio: quoniam in propria voluntate habet unusquisque facere aliquid, vel non facere.*

*Undecimo, & victoriam nostram non esse ex Dei adjutorio, sed ex libero arbitrio.*

*Duodecimo, & quod petentibus veniam, non detur secundum gratiam & misericordiam Dei, sed secundum merita & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia.*

*Hæc omnia Pelagius sic anathematizavit (quod satis gesta ipsa testantur) ut nihil ad ea quoquo modo defendenda disputationis attulerit. Unde fit consequens, ut quisquis sequitur Episcopalis auctoritatem judicii, & in ipsius Pelagii confessione tenere debeat, quæ tenuit Catholica Ecclesia.* Sequitur Catholica Pelagii confessio post recensita ex libello adversariorum capita in eum objecta, quæ omnia confutavit.

XXIII. Catholicæ assertiones adversus Pelagianos. *Primo, quod Adam, nisi peccasset, non fuisset moriturus.*

*Secundo, quod peccatum ejus non ipsum solum læserit, sed & genus humanum.*

*Tertio, quod infantes nuper nati, non sint in illo statu, in quo Adam fuit ante prævaricationem.*

*Quarto, ut ad ipsos etiam pertineat quod breviter ait Apostolus (a): Per unum hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* (a) 1. Cor. 15.

*Quinto, quod infantes non baptizati, non solum regnum cælorum, verum etiam vitam æternam habere non possint.*

*Sexto, ut confiteatur, divites baptizatos, etiam si divitiis suis non careant, & sint tales quales ad Timotheum describit Apostolus, dicens (b): Præcipe divitibus hujus mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum suarum, sed in Deo vivo; qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum: divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam: non eos a regno Dei posse privari.* (b) 1. Tim. 6.

*Septimo, ut fateatur gratiam Dei & adjutorium etiam ad singulos actus dari, eumque non dari secundum merita nostra.*

*Octavo, ut re vera sit gratia, id est, gratis data per ejus misericordiam, qui dixit (c): Misereor cujus misertus ero, & misericordiam præstabo cui misertus fuero.* (c) Rom. 9.

*Nono, ut fateatur filios Dei vocari posse illos, qui quotidie dicunt (d): Dimitte nobis debita nostra: quod utique non veraciter dicerent, si essent omnino absque peccato.* (d) Mat. 9.

deci-

PAGIUS *bera, quibus offero tibi deprecationem, ut mihi miserearis.*

XI. *Aliud Pelagii dogma.* Aug. ibid. cap. 6. Ad hoc Pelagius respondit: *posse quidem hominem sine peccato esse, & Dei mandata custodire, si velit, diximus; hanc enim possibilitatem Deus illi dedit; non autem diximus, quod inveniatur aliquis ab infantia usque ad senectam, qui nunquam peccaverit; sed quoniam a peccatis conversus proprio labore & Dei gratia possit esse sine peccato; nec per hoc tamen in posterum inconversibilis. Reliqua vero quæ subjecerunt neque in libris nostris sunt, neque talia unquam diximus*. His auditis Synodus dixit: *Quoniam negas te talia scripsisse, anathematizas illos qui sic tenent?* Pelagius respondit: *Anathematizo, quasi stultos, non quasi hæreticos; siquidem non est dogma*. Deinde judicaverunt Episcopi dicentes: *Nunc quoniam propria voce anathematizavit Pelagius incertum stultiloquium, recte respondens, hominem cum adjutorio Dei & gratia posse esse sine peccato, respondeat & ad alia capitula.*

XII. *Dogmata Cælestii Pelagio objecta.* Aug. ibid. cap. 11. Tum objecta sunt Pelagio quæ in doctrina Cælestii discipuli ejus referebantur inventa: *Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret moriturus esset. Quoniam peccatum Adæ ipsum solum læserit & non genus humanum, quoniam Lex sic mittit ad regnum quemadmodum Evangelium. Quoniam ante adventum Christi fuerunt homines sine peccato. Quoniam infantes nuper nati in illo statu sunt in quo Adam ante prævaricationem. Quoniam neque per mortem vel prævaricationem Adæ omne genus moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat*. Hæc ita objecta sunt, ut etiam apud Carthaginem ab Aurelio & ab aliis cum ipso Episcopis dicerentur audita atque damnata. Deinde objecta & alia quædam capitula commemoratione nominis Augustini interposita, & quæ ipsi de Sicilia missa fuerant, cum ibi fratres Catholici hujusmodi quæstionibus turbabantur, quibus per librum ad Hilarium Syracusanum scriptum idem ipse responderat. Sunt autem ista: *Posse hominem sine peccato, si velit, esse. Infantes etsi non baptizentur habere vitam æternam. Divites baptizatos, nisi omnibus abrenuncient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, neque regnum Dei posse eos habere*. Respondit Pelagius: *De posse quidem hominem sine peccato esse, dictum est superius: de eo autem quod fuerint ante adventum Domini homines sine peccato, dicimus & nos, quoniam ante adventum Christi vixerunt quidam sancte & juste, secundum Scripturarum sanctarum traditionem. Reliqua vero & secundum ipsorum testimonium a me dicta non sunt, pro quibus ego satisfacere non debeo: sed tamen ad satisfactionem sanctæ Synodi, anathematizo illos, qui sic tenent, aut aliquando tenuerunt*. Post hanc responsionem Synodus dixit: *ad hæc prædicta capitula sufficienter & recte satisfecit præsens Pelagius, anathematizans ea, quæ non erant ejus*. Objectum est Pelagio quod diceret, *Ecclesiam hic esse sine macula & ruga*. Ad hoc respondit: *dictum est a nobis sed ita, quoniam lavacro ab omni macula & ruga purgatur Ecclesia, quam velit ita Dominus permanere*. Ad quod Synodus dixit: *Hoc & nobis placet.*

XIII. Deinde objecta sunt de libro *Cælestii*, quid in uno-

*Decimo, ut fateatur esse liberum arbitrium, etiamsi divino indigeat adjutorio.*

*Undecimo, ut fateatur, quando contra tentationes, concupiscentiasque illicitas dimicamus, non ex propria voluntate, sed ex adjutorio Dei provenire victoriam: non enim aliter verum est quod Apostolus ait (a): Non volentis, non currentis, sed miserentis est Dei.*

(a) Rom. 9.

*Duodecimo, ut fateatur secundum gratiam & misericordiam Dei veniam pœnitentibus dari non secundum merita eorum quemadmodum etiam ipsam pœnitentiam, donum Dei dixit Apostolus, ubi ait (b): Ne forte det illis Deus pœnitentiam. Hæc omnia simpliciter sine ullis fateatur ambagibus.*

(b) 2. Tim. 2.

XXIV. *Si quis contra auctoritatem Catholicam & ipsius Pelagii expressa Ecclesiasticis Gestis verba consentit, atque in illa quæ his sunt contraria veraciter, credit; anathema esse tenendum est; nisi quæ alli contraria sunt, sido corde teneantur, & aperta confessione promantur.* Hactenus ibi ex Actis Synodo Diospolitanæ. Recitat istas assertiones ex Actis ejusdem Synodi S. Augustinus agens de peccato originali (c), necnon in epistola (d) ad Paulinum. Porro alii errores Pelagii reduntur ab eodem Augustino in eodem libro de peccato originali his verbis (e): *Quoniam lex sic mittat ad regnum, quemadmodum & Evangelium. Quoniam fuerint homines ante adventum Christi sine peccato.* Desideratur hic aliud caput ejusdem hæresis corollarium, cujus idem S. Augustinus (f) sic meminit. *Destruunt rationes quas facit Ecclesia sive pro infidelibus & doctrinæ Dei resistentibus, ut convertantur ad Deum; sive pro Fidelibus, ut augeatur in eis fides, & perseverent in ea: hæc quippe non ab ipso accipere, sed a se ipsis homines habere contendunt, gratiam Dei, qua liberamur ab impietate, dicentes secundum meritæ nostra dari. Quod quidem Pelagius in Episcopali Judicio Palæstino, damnari metuens, damnare compulsus est: sed in posterioribus suis scriptis hoc invenitur docere.* Hæc Augustinus. Erant & aliæ blasphemiæ Pelagii scriptis insertæ, quæ non sunt ad publicum illud examen productæ

(c) Aug. de peccato orig. lib. 2. c. 11.

(d) Aug. ep. 106.

(e) Aug. de peccato orig. lib. 2. c. 11.

(f) Aug. lib. de hæres. ad Quodvultdeum c. 88.

PAGIUS

unoquoque capitulo contineatur, magis secundum sensum, quam secundum verba; quæ quidem ille latius exequitur; sed tunc subjicere omnia, qui libellum adversus *Pelagium* dederunt, se non potuisse dixerunt. Ergo in primo capitulo libri Cælestii hoc scriptum esse posuerunt: *Quoniam plus facimus, quam in Lege & Evangelio jussum est*. Pelagius respondit: *Hoc quasi nostrum posuerunt; dictum est vero a nobis secundum Apostolum de virginitate, de qua Paulus dicit. Præceptum Domini non habeo*. Synodus dixit: *Hoc & Ecclesia recipit*. Hinc objiciuntur Pelagio alia Cælestii capitula capitalia. In tertio capitulo scripsisse Cælestium: *Gratiam Dei & adjutorium nos ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege ac doctrina*. Et iterum, *Dei gratiam secundum merita nostra dari; quia si peccatoribus illam det, videtur esse iniquus*: & his verbis intulisse, *Propterea & ipsa gratia in mea voluntate posita est, sive dignus fuerim, sive indignus. Si enim per gratiam omnia facimus; quando vincimur a peccato nos non vincimus, sed Dei gratia, quæ voluit nos adjuvare omni modo, & non potuit*. Et iterum ait: *Si gratia Dei est, quando vincimus peccata; ergo ipsa est in culpa, quando a peccato vincimur, quia omnino custodire nos, aut non potuit, aut noluit*. Pelagius respondit: *Hæc utrum Cælestii sint, ipsi viderint qui dicunt ea Cælestii esse; ego vero nunquam sic tenui, sed anathematizo qui sic tenet*. Synodus dixit: *Recipit te sancta Synodus ita verba reprobæ condemnantem*. Cum de quinto capitulo libri Cælestii Pelagio fuisset objectum, quod *asserment, unumquemque hominem omnes virtutes posse habere & gratias; & auferant diversitatem gratiarum, quam Apostolus docet*: Pelagius respondit: *dictum est a nobis, sed maligne & imperite reprehenderunt: non enim auferimus gratiarum diversitatem; sed dicimus donare Deum ei qui fuerit dignus accipere, omnes gratias, sicut Paulo Apostolo donavit*. Ad hoc Synodus dixit: *consequenter & Ecclesiastico sensu & ipse sensisti de dono gratiarum, quæ in Sancto Apostolo continentur*.

PAGIUS *Alia Cælestii dogmata.* Aug. ibid. cap. 13.

Ibid. c. 14.

In VI. capitulo Cælestii libri positum, objectum est, *Filios Dei non posse vocari, nisi omni modo absque peccato fuerint effecti*. Unde secundum ipsum dictum est, neque Apostolum Paulum esse filium Dei, qui dixit, non quod jam acceperim, aut quod jam perfectus sim. In VII. capitulo, *oblivionem & ignorantiam non subjacere peccato, quoniam non secundum voluntatem eveniunt, sed secundum necessitatem*. in X. capitulo, *Non esse liberum arbitrium, si Dei indigeat auxilio; quoniam in propria voluntate habet unusquisque aut facere aliquid aut non facere*. In XII. capitulo, *Victoriam nostram, non ex Dei esse adjutorio, sed ex libero arbitrio*. Quod inferre dictus est his verbis: *Nostra est victoria, quoniam propria voluntate arma suscepimus; sicut e contrario nostrum est, quando vincimur, quoniam armari propria voluntate contemsimus*. Et de Apostolo Petro posuit testimonium, *Divinæ nos esse consortes naturæ*: & syllogismum facere dicitur: *Quoniam si anima non potest esse sine peccato, ergo & Deus subjacet peccato, cujus pars, hoc est anima, peccato obnoxia est*. In XIII. capitulo dicit: *Quoniam pœnitentibus venia non datur secudum gratiam & misericordiam Dei, sed secundum merita & laborem eorum, qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia*.

XIV. *Alia Cælestii dogmata.* Ibid. c. 18.

His recitatis Synodus dixit: *quid ad hæc quæ lecta sunt capitula dicit præsens Pelagius Monachus? Hoc enim reprobant sancta Synodus, & sanctæ Dei Catholicæ Ecclesiæ*. Pelagius respondit: *Iterum dico, quia hæc & secundum ipsorum testimonium non sunt mea; pro quibus, ut dixi, satisfactionem non debeo: quæ vero mea esse confessus sum, hæc recta esse affirmo: quæ autem dixi non esse mea, secundum judicium sanctæ Ecclesiæ reprobo, anathema dicens omni contravenienti & contradicenti sanctæ Ecclesiæ Catholicæ doctrinis. Ego enim in unius substantiæ Trinitatem credo, & omnia secundum doctrinam sanctæ Catholicæ Ecclesiæ: si quis vero aliena ab hac sapit, anathema sit*. Synodus dixit: *Nunc quoniam sa-*

XV. *Pelagius absolutionem subscriptionis est.* Ibid. c. 19.



ctæ: recitat vero eas S. Hieronymus in tribus illis dialogorum libris, quos contra Pelagianos conscripsit post dictam Synodum Diospoli celebratam, ut S. Prosper (a) testatur, qui postquam ejusdem Synodi meminisset, mox ista subinfert de ipso S. Hieronymo:

(a) Prosp. de Ingrat.

*Tunc etiam Bethlei præclari nominis hospes,*
*Hebræo simul & Grajo, Latioque venustus.*
*Eloquio, morum exemplum, mundique magister,*
*Hieronymus libris valde excellentibus hostem.*
*Dißeruit; noscique dedit, quo turbine veram.*
*Vellent exortæ lucem obscurare tenebræ.*

Hæc S. Prosper, & quidem scite aperit ejusdem Hieronymi in scribendo consilium.

XXV. Hieronymi consilium in scribendo dialogos contra Pelag.

Etenim cum vidiffet ipse Hieronymus versutum Pelagium captiosis artibus Synodum decepisse, & tamquam in scœna, mentita larva, personarum histrionem Catholici hominis specie superinducta lusisse, sicque veritatem offusis tenebris obscurasse: prudens illud excogitavit inventum, ut dialogos scriberet, & sub Critoboli nomine Pelagium significaret, quem Catholicus homo, Attici nomine, exquisitissimis interrogationibus cogeret latens intus venenum in medium perspicuum cunctis proferre; sicque palam omnibus demonstraret, qualis ille esset, qui errores damnans, videri voluisset ab omnibus in Synodo probatus omnino Catholicus: novum ergo illud per dialogos scribendi genus arripuit, a se hactenus intentatum; quod id res & tempus exposceret. Etenim invidiosum nimis ac odiosum, & forte etiam temerarium videri poterat, in hominem ex adverso concitatum insurgere, qui damnatis omnibus præpositis damnandis hæresibus, jam fuisset in ipsa Synodo consensu omnium absolutus. Hinc etiam & prudentissime illud egit, ut numquam ea scriptione ejusdem Synodi expresse voluerit meminisse: ne si ab illa acta probasset, Pelagium in ea absolutum probasse pariter videretur; vel si damnasset, ipse potius hæresis redarguendus esset, qui damnantem hæreses Synodum arguisset. Sic igitur generatim rem agens, non unum absolutum Pelagium insectari videtur, sed Pelagianos, dum unius Pelagii caliginis densitate repletas latebras aperit, cunctisque easdem proponit aspiciendas, dialogos illos edens, in quibus inter alia ista præfatur Hieronymo sane digna (b) *Adversus eos autem qui me dicunt hoc opus inflammatum invidiæ facibus scribere: breviter respondebo, numquam me hæreticis pepercisse, & omni egisse studio, ut hostes Ecclesiæ, mei quoque hostes fierent*, Hæc ipse. Sed unde invidiæ calumniam adversarii impegerunt, nisi quod ante faciem ejus fuisset ipse Pelagius absolutus?

(b) Hier. adverss. Pelag. in præfat.

XXVI. Quæ autem ex ejusdem Pelagii scriptis eruta, idem Hieronymus (c) foris expansa omnibus intuenda proponat, audi. Quod enim ille ad impeccantiam asserebat opus esse divinæ legis scientia, eademque esse mulieres imbuendas; hinc

(c) Hier. cont. Pelag. lib. 1.



PAGIUS

*tisfactum est nobis prosecutionibus præsentis Pelagii monachi, qui quidem piis doctrinis consentit, contraria vero Ecclesiæ fidei reprobat, & anathematizat, communionis Ecclesiasticæ eum esse, & Catholicæ confitemur*. Pelagius itaque per crebra mendacia damnationem declinavit, missisque in Provincias Epistolis sua dogmata approbata fuisse non paucis persuasit. Quare Sanctus Hieronymus Epistola CCII. alias XXIV. ad Alypium & Augustinum, quæ inter Augustinianas legitur, loquens de *Anniano* Celedensi Pelagiano ait: *quidquid in illa miserabili Synodo Diospolitana dixisse se denegat, in hoc Opere profitetur*. Hæc Synodus tamen ab Augustino aliisque celebratur, veluti prima de hac hæresi Ecclesiæ victoria, cum tantum absit, ut in ea absolutus fuerit Pelagius, ut potius suo semet ore damnarit, quod frequenter Pelagianis exprobrat Augustinus.

XVI. *Hieronymus tres libros Dialog. adversus Pelagium scribit.*

A num. XXV. ad XXXI. Hieronymus in Epistola ad *Ctesiphontem*, commodius se plura contra *Pelagium* scripturum promiserat, & hoc anno promissa præstitit, tribus Dialogorum libris adversus Pelagium in lucem emissis, idque paulo ante Synodum Diospolitanam inter diem XX. & XXIII. mensis Decembris celebratam, ut recte Cardinalis Norisius laudatus cap. 7. & Garnerius citatus in Dissert. 6. observarunt. Orosius enim in Apologia, quam post Septembrem contra Pelagium publicavit, de Hieronymo scribit: *similiter & in libro, quem nunc collatæ in modum Dialogi altercatione, confutat*. Idemque Hieronymus respondens literis Augustini per Orosium acceptis: *certe*, ait *in Dialogo, quem nuper edidi, tuæ Beatitudinis, ut dignum fuerat, recordatus sum*. Orosius autem mense Decembri iter in Africam maturabat, & initio statim anni sequentis in Africam navigavit. Inchoati libri illi ante finem mensis Julii; cum *Orosius* in Conventu Presbyterorum die XXX. Julii laudata verba protulerit, *similiter & in libro &c.* Cumque in suo Opere nullam mentionem faciat *Hieronymus* Diospolitanæ Synodi, cujus non minus quam Carthaginensis sub Aurelio meminisset si jam celebrata esset; imo cum fermo fiat in eodem Opere de impositio a *Joanne* partibus silentio, proculdubio Dialogi absoluti sunt, eo temporis intervallo, quod inter Conventum Hierosolymitanum & Diospolitanum Concilium interjectum est, scilicet inter diem XXX. Julii, & XXIII. Decembris. Quare perperam Baronius num. XXV. tradidit, hos Dialogos post Synodum Diospolitanam elucubratos. Nam quod Auctorem citat Prosperum, qui post mentionem factam *Synodi Diospolitanæ* meminit scriptorum ab Hieronymo adversus Pelagianos, nihil omnino evincit. Si enim ordo ille

Feminis in Ecclesia non psallendum.

in eum hæc ipse Hieronymus: *Verum tu tantæ es liberalitatis, ut favorem tibi apud Amazones tuas concilies, ut in alio loco scripseris, scientiam legis etiam feminas habere debere; cum Apostolus* (a) *doceat esse tacendum mulieribus in ecclesia, & si quid ignorant, domi viros suos debere consulere. Nec sufficit tibi dedisse agmini tuo scientiam Scripturarum, nisi earum voce & canticis delecteris: Jungis enim & ponis in titulo, quod & feminæ Deo psallere debeant. Quis enim ignorat, psallendum esse feminis in cubiculis suis, & absque virorum frequentia & congregatione turbarum?* Hæc ipse.

(a) 1. Tim. 2.

XXVII. Porro quod in eam dementiam superbus iste elatus fuerit, ut assereret esse hominis, vi liberi arbitrii non tantum non peccare, sed etiam non tentari: hinc i pse Hieronymus ex persona Pelagii ejusque verbis hæc ait (b) *Alii clausi cellulis, & feminas non videntes, quia miseri sunt, & verba mea non audiunt, torquentur desideriis: ego etiamsi mulierum vallor agminibus, nullam habeo concupiscentiam: de me enim dictum est* (c): *Lapides sancti volvuntur super terram, & ideo non sentio, quia liberi arbitrii potestate Christi trophæum circumfero.* Hujusmodi plane hæreticos visus est idem S. Hieronymus alibi fugillasse, dum ait: (d) *Si nota fecissent verba mea populo meo, non blandientes eis, & adulatione perdentes, ut dicerent: Non habetis peccata, perfectam justitiam possidetis, sanctitas & pudicitia atque justitia in vobis tantummodo reperiuntur: & ego non tradidissem eos in immunditiam & ignominiam, ut facerent quæ non conveniunt, & sequerentur cogitationes suas pessimas. Contemplemur hæreticos, quomodo semel desperantes salutem, gulæ se tradant & deliciis: vescantur carnibus, frequentes adeant balneas: musco fragrent, unguentis variis delibuti, quærant corporis pulchritudinem, &c.* ☞ Præstringens in hunc modum S. Hieronymus Pelagium atque Pelagianos, & haud dubium inter alios fugillat Palladium Gallatam Episcopum Helenopolis in Bithynia, de quo sæpe superius, cujus disertis verbis meminit in præfatione in eosdem libros adversus Pelagium scriptos, quod cum versari soleret assidue cum feminis religiosis, magna tamen jactantia gloriaretur, quod omnis esset penitus concupiscentiæ expers: ita quidem ipse, cum præsertim in Ægypto visitans monachos, junctus feminis peregrinaretur. Quo nomine redargutus est etiam per Epistolam ab Isidoro Peluſiota, dignam illam quidem, quæ hic recitetur, utpote tanti viri profuturum omnibus monumentum, sic enim se habet (e).

(b) Hier. contr. Pelag. l. 2.

(c) Zach. 9.

(d) Hier. in Hierem. l. 4. c. 23.

(e) Isid. ep. 284 l. 2.

*Palladio Episcopo.*

XXVIII. *Mulierum congressus vir optime, quantum fieri potest, fuge. Nam eos qui sacerdotii munere funguntur, sanctiores ac puriores illis esse oportet, qui ad montes se contulerunt: siquidem illi & sui, & plebis; hi autem sui dumtaxat curam gerunt: Atque illi in hujusmodi dignitatis fastigio collocati sunt: omnesque vitam eorum perscrutantur & explorant: hi autem in spelunca sedent, aut sua vulnera curantes, aut vitia obtegentes, aut etiam coronas sibi ipsis texentes. Quod si etiam, ut cum illis congrediaris, necessitas aliqua te obstringat: Oculos humi dejectos habe, atque ipsas quoque quonam pacto spectandum sit, doce: non enim dumtaxat docendum est, quonam modo cernere oporteat, sed etiam, ut oportet, cernere. Cumque pauca, quæ ipsarum animos astringere atque illustrare queant, locutus fueris: statim evola, ne forte diuturna consuetudo vires tuas emolliat, & infringat, atque velut horrendum quemdam & elatum leonem nacta, comtm quidem, quæ leonem vere leonem efficit, regiamque dignitatem ipsi conservat, amputet; dentes autem eripiat, atque ungues (quorum adminiculo robustissimas etiam feras vincit) evellat, ac deinde deformatum ac ridiculum redditum, animal inquam illud horrendum ac intolerandum ac vel solo rugitu montem percellens, pueris etiam se illudendum præbeat.*

XXIX. *Quod si a mulieribus honore affici cupis (maxime quidem hoc spiritualem virum*

PAGIUS præjudicium faciat temporis, quo scripta sint singula; quæ recensentur Opera, Diospolitanam Synodum Epistola ad Ctesiphontem secuta esset, *Innocentii* sententia præcessisset, quod nemo sane dixerit: hanc enim ante Synodum Prosper meminit, illam postea. Pari eademque ratione Socrates, Sozomenus, & Theodoretus quæ prius contigere, sæpe posteriori loco referunt, & ad rationem temporis ex ordine, quem in suis narrationibus servant, nullum certum argumentum deduci potest.

XVII. Hieronymus servata Socratis consuetudine, quod diceretur, vel dici posset, exponens, *Attici* & *Critobuli* nomina induxit secum invicem disputantium, ut & Catholicæ sententiæ, & adversariorum dicta exponerentur majori, quafieri posset brevitate, ac claritate. In illis Dialogis variis Scripturæ Sacræ locis Pelagianos insequitur Hieronymus. Divinam gratiam commendans atque vanam hæreticorum apathiam jugulans. De peccato originali suam tantum in fine libri tertii sententiam his verbis, quibus Opus suum claudit, posuit: *Scripsit dudum vir sanctus & eloquens Episcopus Augustinus ad Marcellinum, qui postea sub invidiæ tyrannidis Heracliana ab hæreticis innocens casus est, duos libros*

*In iis Augustinum laudat.*



*rum haud quaquam decet:) ut ut autem res se habeat; nihil tibi cum feminis commercii sit, ac tum ab illis honorem consequeris. Tum enim hoc præsertim nobis aderit, cum a nobis minime quæretur: solet enim quivis eos quidem a quibus colitur ac delinitur, aspernari; eos autem a quibus assentatione minime demulcetur, admiratione prosequi. Ac muliebris natura huic potissimum affectui obnoxia est. Intolerandam enim se præbet, cum quis ipsi blanditur; ac contra eos omnium maxime suspicit, & admiratur, qui majore libertate præditi sunt, amplioreque authoritate apud eas utuntur.*

XXX. *Quod si te frequenter cum ipsis versari, nec ullo inde detrimento affici dixeris; id quidem fortasse mihi persuaderi finam. At illud idem velim omnibus fidem adhiberi, aquis lapides, extenuari, ac rupem aquæ guttis continenter cadentibus excavari dicunt. Quorum verborum hujusmodi sensus est: Quid rupe durius fingi queat? Quid item aqua mollius & quidem aquæ guttula? & tamen assiduitas naturam vincit. Quod si natura, quæ ægre dimoveri potest dimovetur; idque quod minime habebat perpetitur; qua tandem ratione voluntas quæ facile movetur, a consuetudine non vincatur & evertatur?* Hucusque Isidorus, optima ratione & exemplo destruens quod assererent illi voluntatem nostram sui natura posse, si velit evitare peccatum absque gratiæ adminiculo, immo nec etiam posse tentari si nolit: quandoquidem docuit Isidorus vinci assiduitate naturam ☞.

XXXI. Rursum vero de iisdem prodigiosis Pelagii inventis, dum omnes homines crassioribus, ut monachos, uti vestibus vellet, hæc ait (a). *Unde adjungis gloriam*

(a) Hier. cont. Pelag. l. 1.

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS *libros de infantibus baptizandis, &c.* Quare concludit novo sibi labori supersedendum esse, ne sibi illud Horatii objectetur, *In sylvam ne ligna feras*: aut enim dicturum se, inquit, eadem, quæ Augustinus ex superfluo, aut si nova, *a clarissimo ingenio occupata* esse *meliora*.

XVIII. *Pelagius se absolutum fuisse jactitabat.* A num. XXXI. ad XXXV. Augustinus librum de *Natura & Gratia* hoc anno in lucem emisit, ut superiori num. XI. ostendimus; *Pelagius* vero publicationem eorum, quæ acta fuerant in Synodo Diospolitana, prævertit Epistola vanitatis plenissima, quam passim disseminari omni studio curabat: ac jactitabat inter alia id quod dixerat, *posse hominem sine peccato esse, & Dei mandata facile custodire, si velit* XIV. Episcoporum sententia comprobatum: *quæ sententia*, inquiebat ille apud Augustinum lib. de gestis Pelagii pag. 210. *contradictionis os confusione perfudit, & omnem in malum conspirantem societatem ab invicem separavit.* Sicque Divinam gratiam, quam in Synodo confiteri coactus fuerat, silentio prætermittebat. Addebat hic & vocem istam *facile*; cujus mentio nulla in Synodi gestis.

XIX. Quoad Epistolam *Augustini* ad *Joannem Episcopum Hierosolymitanum* ordine CLXXIX. alias CCLII. ea anno sequenti data. Nam, ut ob-

*vestium & ornamentorum Deo esse contrariam? Quæ sunt, rogo, inimicitiæ contra Deum, si tunicam habuero mundiorem, si Episcopus presbyter, & diaconus, & reliquus ordo Ecclesiasticus in administratione sacrificiorum cum candida veste processerint? Cavete clerici, cavete monachi; viduæ & virgines periclitamini, nisi sordidas vos atque pannosas vulgus aspexerit. Taceo de hominibus sæculi, quibus aperte bellum indicitur, & inimicitiæ contra Deum, si pretiosis atque nitentibus, utuntur exuviis.* Hactenus ipse qui quidem post multa ex Pelagii scriptis in medium allata & confutata, postremo ad exterrendos adversarios, validissimum, plane commilitonem, qui jam ante adversus eamdem grassantem impietatem gladium spiritus exeruisset, ostentat, ipsum nimirum sanctissimum atque doctissimum Augustinum; dum recenset ab eo adversus Pelagianos scriptos commentarios ad Marcellinum tres numero, quartum vero ad Hilarium; atque subdit: *Alios quoque specialiter tuo nomini cudere dicitur, qui necdum in nostras venere manus. Unde supersedendum huic labori censeo, ne dicatur mihi illud Horatii: In silvam ne ligna feras. Aut enim eadem dicemus ex superfluo: aut si nova volüerimus dicere a clarissimo ingenio occupata sunt meliora.* Hæc Hieronymus, plurimum (vides) deferens Augustino. At quænam essent quæ audisset ab eo cudi peculiariter contra ipsum Pelagium: certe inter alia librum illum, cujus ipsum meminisse diximus in epistola ad Evodium, (b) fuisse scimus, cujus est titulus. *De Natura & gratia*, de quo paulo ante pluribus egimus. Sed non hic finis. S. Hieronymi adversus Pelagianos

Vestimentorum ornatus pro dignitate personæ.

Hieronymus gloriatur consortio Augustini.

(b) Aug. epist. 102.



servant Patres Benedictini, Diospolitanæ Synodi Gesta, nondum receperat Augustinus, cum Epistolam illam Joanni perferendam dedit, ut liquet ex num. VII. Sed jam viderat conscriptam a *Pelagio*, atque ad Africanos istorum gestorum loco transmissam Apologiam quandam, qua se ille ad Herotis & Lazari objecta responsisse jactabat; scripseratque jam *Augustinus* alteram ad Joannem Epistolam super eadem causa, post Orosii reditum, ut videtur. Quippe num. I. rescripta sibi a Joanne credit non reddita, quod ipsi perlator defuerit *Joanni Augustinus* transmittit, & scriptum a Pelagio de viribus Naturæ librum, & suum *de Natura & Gratia*, quem priori isti refellendo lucubravit. Demonstrat illum in suo libro plane diversa tradidisse ab iis, quæ a se in Diospolitano Concilio responsa assereret in chartula defensionis suæ. Petit denique a Joanne, ut vera ejusdem Concili Acta ad se dirigat, non uni sibi, sed aliis quoque plurimis Episcopis, a quibus illa etiam expeterentur, gratiam facturus. Quare cum *Concilium Diospolitanum* die XXIII. mensis Decembris currentis anni absolutum fuerit, hanc Epistolam anno sequenti datam esse necesse est, ut etiam recte Garnerius in *dissert. VI.*

*Augustinus scribit ad Joannem Hierosolymitanum de Pelagio.*

certaminum : pugnandum enim sibi fuit adversus Anianum diaconum Pelagianum qui contra epistolam ipsius Hieronymi ad Ctesiphontem adversarios libros conscripserat. At de his inferius suo loco dicendum erit.

XXXII. Pelagius quas damnavit, repetit hæreses.

Sed ad Pelagium redeamus : Quem cum hoc anno in Palæstina Synodo suas damnasse hæreses & Catholicas adversus eas assertiones professum fuisse, dixerimus : quomodo inquies, rursus ausus est in medium prodire, & eadem virulenta dogmata prædicare ? Audi ex S. Augustino quibus se spiris serpens involvens alia captaverit diverticula : de ipso enim atque Cælestio primario ejus discipulo agens ipse Augustinus, hæc ait (a). *In tantum inimici sunt* gratiæ Dei scilicet, *ut sine hac posse hominem credant facere omnia divina mandata. Cum si hoc verum esset, frustra* (b) *Dominus dixisse videretur* Sine me *nihil potestis facere. Denique Pelagius a fratribus increpatus* ( nempe in Concilio, quod diximus, Palæstino ) *quod nihil tribueret gratiæ Dei ad ejus mandata facienda, correctioni eorum hactenus cessit, ut non eam libero arbitrio præponeret, sed infideli calliditate supponeret, dicens ad hoc eam dari hominibus, ut quæ facere per liberum jubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam : dicendo utique, Ut facilius possint ; voluit credi, etiam, si difficilius, tamen posse homines sine divina gratia facere jussa divina. Illam vero gratiam Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis præcedentibus meritis ab illo accepit nostra natura ; ad hoc tantum existimantes ipsum adjuvantem per suam legem atque doctrinam, ut discamus quæ facere & quæ sperare debeamus.* Hæc & alia Augustinus, affirmans inferius eumdem Pelagium contrariis scriptis iis quæ in hac Synodo Palæstina damnasset, quæ ibi professus fuerat, destruxisse.

(a) *Aug. ad Quod vult. de hæres. c. 88.*

(b) *Joan. 15.*

XXXIII. Accidit autem, ut cum hoc anno ( ut vidimus ) Pelagius in dicta Synodo Palæstina suas, quibus infamabatur, hæreses condemnasset ; atque ob eam causam ab Episcopis qui illi conventui interfuerant, ad communionem acceptus esset : ipse Joannes Hierosolymitanus Episcopus quod diceretur amicus Pelagii factus esse, apud Occidentales male audire cœperit : hinc S. Augustino postea suppeditatum est argumentum, ad eumdem Joannem scribendi ( c ), exposcendique ab eodem ejusdem Synodi Palæstinæ Acta : extat quidem ipsa epistola : & licet ad quemnam Joannem Episcopum scribat, in titulo desideretur ; tamen ad Joannem Hierosolymitanum eam esse datam, quæ in ea habentur, perfacile docent. Doluit vehementer S. Augustinus, subdolum hominem Pelagium tectum ovina pelle, lupum qui intus latebat, occultasse, & sic inter oves lupum allectum a pastoribus id nescientibus confoveri : quamobrem, ut ipsum caveret, eumdem Joannem certiorem reddendum putavit : ad quem etiam ipsius Pelagii secretum librum illum, quem ab ejus discipulis Timasio, atque Jacobo haud pridem ad fidem conversis acceperat, misit cum adversaria responsione a se edita ; ut ex his Pelagius Orientalibus plenius innotesceret, detectumque omnes caverent.

( c ) *Aug. ep. 252.*

Joannes Episcopus Hierosolymitanus admonetur a S. Augustino.

XXXIV. Habet autem hæc in primis Augustinus ad eumdem Joannem de ipso ( d ) : *Pelagium vero fratrem nostrum, filium tuum, quem audio quod multum diligis : hanc illi, suggero, exhibeas dilectionem, ut homines qui eum noverunt & diligenter audierunt, non ab eo tuam sanctitatem existiment falli. Nam quidam ex discipulis ejus adolescentes honestissime nati, & institutis liberalibus eruditi, quam habebant in sæculo exhortationem dimiserunt, & se ad Dei servitium contulerunt. In quibus tamen cum apparuissent quædam sanæ doctrinæ adversantia, quæ Salvatoris Evangelio continetur, & Apostolicis sermonibus declaratur ; idest, cum inventirentur contra Dei gratiam disputari, propter quam Christiani sumus, & in qua spiritu ex fide spem justitiæ expectamus ; & admonitionibus nostris inciperent emendari : dederunt mihi librum, quem ejusdem Pelagii esse dixerunt, rogantes ut ei potius responderem, &c.* inferius rursum de eodem Pelagio : *Si diligitis Pelagium : diligat etiam vos ipse, immo magis se ipsum, ut non vos fallat. Cum enim auditis eum confiteri gratiam Dei & adjutorium Dei, putatis hoc eum dicere, quod & vos qui Catholicam regulam sapitis ; quoniam quid in libro suo scripserit, ignoratis. Propter hoc ipsum librum misi & meum, quo ei respondi.* Et post nonnulla : *Peto etiam nobis transmittere, quibus perhibetur esse purgatus, Ecclesiastica ea Gesta, digneris : quod ex multorum Episcoporum desiderio peto, quos mecum de hac re fama incerta perturbat.* Hæc ipse de Actis hujus anni Concilii Diospolitani. Petierat & id ante aliis litteris Augustinus, & non accepisse doluit, ubi paulo inferius ait : *Pro quibus Gestis jam nobis misit non ullam quidem partem Gestorum, sed quamdam a se conscriptam veluti defensionem suam, qua se dixit objectis respondisse Gallorum.* Sed quando ea tandem Synodi Acta Augustinus acceperit, suo loco dicemus.

( d ) *Aug. epist. 252.*

Augustinus petit acta Diospolitana.

XXXV. Jam vero ad Orosium, cui credita sunt ab Avito sacra protomartyris pignora in Occidentem deferenda ( ut polliciti sumus ) se convertat oratio, ut intelligamus quid per eum hoc anno venientem Hie-



Quid sanctus Augustinus per Orosium cum S. Hieronymo.

Hierosolymam sanctus Augustinus, cum S. Hieronymo litterarum internuncio pertractarit. Atque primum illud in memoriam revocandum, agitatam esse his temporibus in Ecclesia perdifficilem quæstionem de animarum origine, de qua Marcellinum vidimus per litteras consuluisse Hieronymum & Augustinum. Porro ejusmodi quæstio ea occasione oborta est, quod Origenes in ea admodum deliraſſet, cum dixisset animas sicut Angelos in cœlo peccasse, in corpora vero ad luendum supplicium tamquam in carcerem quemdam esse demissas : quod cum veluti ingentem blasphemiam Ecclesia Catholica condemnasset, inde de inquirenda animarum origine occasio dimanavit. Augustinus igitur Christiana modestia, licet de eadem quæstione pluribus differuisset, tamen ( ut testatur in epistola ad Evodium *a* ) de hoc ipso per Orosium presbyterum consulendum putavit S. Hieronymum. Extat quidem ipsa epistola ( *b* ), in cujus exordio ista habet, quæ declarant quanta observantia ipse S. Augustinus coluerit S. Hieronymum : ait enim : *Deum nostrum, qui* ( *c* ) *nos vocavit in suum regnum & gloriam, & rogavi, & rogo, ut hoc quod ad te scribo, sancte frater Hieronyme, consulens te de his quæ nescio, fructuosum esse nobis velis. Quamquam enim te multo quam ego sum ætate majorem, tamen etiam ipse jam senex consulo. Sed ad discendum quod opus est, nulla mihi ætas sera videri potest : quia etsi senem magis decet docere quam discere ; magis tamen discere, quam quid doceat, ignorare. Nihil quidem molestius fero in omnibus angustiis meis, quas patior in difficillimis quæstionibus, quam in tam longinqua tuæ charitatis absentia, ut vix possim meas dare, vel recipere litteras tuas per intervalla non dierum, non mensium, sed aliquot annorum : cum si fieri posset, quotidie præsentem te habere vellem, cum quo loquerer quicquid vellem. Nec ideo tamen non debui facere quod potui, si non potui totum quod volui. Ecce venit ad me religiosus juvenis, Catholica pace frater ætate filius, honore compresbyter noster Orosius, vigil ingenio, paratus eloquio, flagrans studio, utile vas in domo Dei esse desiderans, ad refellendas falsas pernitiosasque doctrinas, quæ animas Hispanorum multo infelicius, quam corpora barbaricus gladius trucidarunt. Nam inde ad nos usque ab Oceani littore properavit : fama excitus, quod apud me posset de his quæ scire vellet, quicquid vellet, audire. Neque nullum cœpit adventus sui fructum : primo ne de me multum famæ crederet. Deinde docui hominem, quod potui : quod autem non potui, unde discere posset admonui, atque ut ad te iret, hortatus sum. Qua in re consilium vel præceptum meum cum libenter acciperet, rogavi eum, abs te veniens, ut per nos ad propria remearet : quam ejus pollicitationem tenens occasionem mihi credidi a Domino esse concessam, qua tibi scriberem de his quæ per te scire cupio, &c.* Hæc de profectione Orosii, & petitione sua qua Hieronymum de animarum origine Augustinus rogavit.

( *a* ) *Aug. epist. 102.*

( *b* ) *Aug. epist. 28.*

( *c* ) *1. Thess. 2.*

Per Orosium S. Augustinus consulit S. Hieronymum.

XXXVI. Contigisse autem hoc anno profectionem ipsius Orosii in Palæstinam ad Sanctum Hieronymum, quæ recitata sunt ex epistola Aviti perspicue satis docent. Porro ea epistola S. Augustinus quamvis disertissime multa de quæstione illa disputet ; ad finem tamen, se nescire profitetur, atque addit : *Multa enim alia similiter nescio, quæ connumerare non possum.* Vides verecundiam Ecclesiastici tractatoris longe longius ab hæreticorum arrogantia cuncta se scire profitentium abhorrentis. Quinetiam ( ut idem ipse alibi *d* ) testatur ) per eumdem Orosium alia scriptione consuluit ipsum S. Hieronymum de sensu illorum verborum epistolæ Jacobi (*e*) : *Qui in uno offendit, factus est omnium reus.*

( *d* ) *Aug. ep. 29. & ep. 102. Retract. lib. 2. cap. 45.*

( *e* ) *Jacob. 2.*

XXXVII. At quid S. Hieronymus, cum missa ab Augustino scripta perlegit ? Eadem quoque ipse modestia, ne doctorem docere videretur, voluit tacuisse ; excusans, quod impedito aliis rebus, in enodationem quæstionis minime sibi incumbere licuisset ; cum alioqui ( ut ipse testatur ) timeret, ne si diversa inter se sentirent, hæreticis inde daretur occasio detrahendi : sic vitans scopulos, in quos olim impingens pene fracta fuerat amicitia. Sed Augustinus modestiam modestiæ rependit, & verecundiam verecundia compensavit, dum vivente S. Hieronymo noluit quicquam amplius de ea quæstione scriptis, mandare, expectans fore aliquando ut tantus Ecclesiæ magister suæ petitioni per Orosium litteris semel factæ satisfaceret. Id enim in Retractationibus ipse professus est, ubi ait ( *f* ) : *Scripsi etiam duos libros ad Hieronymum presbyterum sedentem in Bethlehem, unum de origine animæ hominis :* & inferius : *Rescripsit autem laudans eamdem consultationem meam : sibi tamen ad rescribendum otium non esse, respondit. Ego vero, quousque esset in corpore, hos libros edere nolui ; ne forte responderet aliquando, & cum ipsa responsione ejus potius ederentur. Illo autem defuncto, ad hoc edidi priorem, &c.* Extat vero ipsa S. Hieronymi ( *g* ) epistola, quam ad eumdem S. Augustinum per ipsum Orosium reddidit, cujus exordium hic describemus ; ut ex eo, quæ dicta sunt, firmius comprobentur : sic enim se habet.

( *f* ) *Aug. Retract. li. 2. cap. 45.*

( *g* ) *Hier. ep. 92. apud Aug. ep. 30.*

XXXVIII. *Virum honorabilem fratrem meum, filium dignationis tuæ Orosium presbyterum, & sui*

Hieronymi rerum status.

*& sui merito, & te jubente, suscepi; sed incidit in tempus difficillimum, quando mihi tacere melius sit, quam loqui; ita ut nostra studia cessarent, & juxta Appium, canina exerceretur facundia.* Hæc namque scripsisse videtur S. Hieronymus, cum in Synodo Diospolitana sciisset jam Pelagium absolutum, & Episcoporum in se odium convertisset, quod quem illi fidem Catholicam profitentem absolvissent ipse scriptis adversariis laceraret: etenim ante datas has ad Augustinum litteras, adversus Pelagianos se dialogum scripsisse testatur, ubi hæc primum de sua ipsius erga Augustinum observantia: *Mihi autem decretum est, te amare, te suscipere*, colere, mirari, tuaque dicta quasi mea defendere. Certe & in dialogo, quem nuper edidi, tuæ beatitudinis (ut dignum erat) recordatus sum, &c.* Hæc enim sequenti anno ipsum Hieronymum scripsisse oportuit: nam cum constet reliquias protomartyris Stephani ad finem anni hujus inventas, quas ab Avito accepit Orosius reversurus in Occidentem: ejus e Palæstina discessionem non ante opportunum navigationis tempus sequentis anni contigisse, certum est. Eadem quoque epistola ipse Hieronymus eidem Augustino, nomine Eustochii atque Paulæ; nempe Junioris, Senioris vero neptis, salutem impertiit his verbis: *Sanctæ ac venerabiles filiæ tuæ Eustochium, & Paula, & genere suo, & exortatione tua digne gradiuntur, specialiterque salutant beatitudinem tuam.* Quid autem eædem Eustochium & Paula ab adversariis passæ sint, sequenti anno dicturi sumus.

* *suspicere.*

XXXIX. Difficillima quæstio de origine animarum.

Quod vero ad propositam pertinet de animarum origine quæstionem: non Augustino tantum atque Hieronymo visa est eadem perdifficilis, sed ante eos Gregorius Theologus (*a*) eam ejusmodi esse existimavit, quam non satis sint humanæ vires, ut assequi valerent; cum quid definiret de eadem quæstione totus ambiguus, rem integram Deo committendam tradit, qui ipsas creavit animas. Sed quod magis miteris; cum per tot sæcula totque doctissimorum patrum ore versata ea quæstio fuerit; tamen adhuc temporibus Gregorii Magni Romani Pontificis indecisa remanserat; nec quid de ea esset definiendum, ipse ausus est proferre sententiam: ad Secundinum enim scribens hæc ait (*b*): *De origine animæ inter sanctos Patres requisito non parva versata est: sed utrum ipsa ab Adam* (per traducem scilicet) *descenderit, an certe singulis detur, incertum remansit.* Hæc ipse. Cæterum in S. Hieronymi sententiam S. Ecclesia visa est esse propensior, qua dicitur easdem recens a Deo creari, atque infundi corporibus; quod professus est ipse in epistola ad Marcellinum,

(*a*) *Greg. Naz. in carm. de anim. edit. Lavencl.*

(*b*) *Greg. li. 7. ep. 53.*

de qua superius dictum est; quam tamen sententiam haud affirmare se audere, ipse in epistola ad Hieronymum scripta testatus est Augustinus (*c*), cum petit ab ipso id dilucidius explicari, ubi ait: *Quid si ideo adhuc ista nescimus, & ea neque orando, neque legendo, neque cogitando, & ratiocinando invenire potuimus: ut probemur, non solum indoctos quanta charitate doceamus, verum a doctis etiam quanta humilitate discamus? Doce ergo, quæso, quod doceam: doce quod teneam, &c.* Hæc ipse ad S. Hieronymum. Verum & ipsum Augustinum postea in Hieronymi sententiam abiisse constat; quam & adversus ei adversantes doctissime propugnavit, scriptis eodem argumento quatuor libris (*d*).

(*c*) *Aug. ep. 28.*

(*d*) *Aug. Retract. li. 2. c. 56. & de orig. anim.*

XL.

Jam vero ex Palæstina in Ægyptum oratio migret; & quæ hoc anno res gestæ fuerint a Cyrillo Alexandrino Episcopo disquiramus. Hoc igitur anno, iisdem Consulibus hæc Alexandriæ contigisse, Socrates auctor (*e*) est, qui rem gestam descripsit: ad cujus ingressum monendus es, lector, historiam a Novatiano homine, in Cyrillum parum æquo ob pulsos (ut dictum est) Alexandria Novatianos, scriptis perinfenso animo traditam esse: ut non mireris, si ab eodem auctore audias Cyrillum sæpe perstringi, & in crimen vocari scelerum patratorum: caute igitur a Socrate scripta perlege, cum de Cyrillo indigna prorsus offendis: sic enim se habet (*f*): *Eodem tempore Judæorum gens a Cyrillo Episcopo Alexandriæ hanc ob causam ejecta est. Populus Alexandrinus præter cæteros seditionibus delectatur, in quibus si quando sit oblata illarum conflandarum occasio, scelera eduntur prope intolerabilia: quippe sine sanguine numquam populi impetus sedatur. Id temporis tumultus, non de causa aliqua necessaria, sed de studio saltatores spectandi (quod malum per omnes Civitates serpit) in ipsa multitudine forte ciebatur. Nam die sabbati ingens turba ad quemdam saltatorem spectandum confluxit. Et quoniam Judæi, qui illo die feriantur, non legi audiendæ, sed spectaculis, & ludis scænicis contemplandis totos se dedebant; dies ille populi factionibus inter se mutuo dimicandi causa extitit. Ac quamquam populi discordia a Præfecto Alexandriæ quodammodo tum pacificata fuit: nihilominus tamen Judæi, alteri populi factioni adversarii esse non destiterunt. Atque tametsi Judæi Christianis erant semper infensi; tum tamen propter saltatores multo in eos infensiores facti sunt.*

(*e*) *Socr. li. 7. c. 13.*

(*f*) *Socr. lib. 7. c. 13.* Res gestæ Alexandriæ.

XLI.

*Itaque cum Orestes Præfectus Alexandriæ πολιτείαν (sic enim publica Præfecti edicta appellant Alaxandrini) in theatro proponendam curaret, aderant etiam Cy-*



*Cyrilli Episcopi necessarii, ut edicta a Præfecto publicata considerarent. Inter quos erat vir quidam, nomine Hierax, humilioris litteraturæ magister, qui attentissimus auditor Episcopi Cyrilli fuit, & in concionibus ejus plausum diligentissime excitare consuevit. Hunc igitur Hieracem, ut primum multitudo Judæorum in theatro conspicata est, extemplo vociferari cœpit, eum ob nullam aliam causam ad theatrum accessisse, quam ut populum ad seditionem concitaret. Orestes autem, etsi ante Episcoporum potestas illi odio propterea fuerat, quod per eos nonnihil de auctoritate eorum, qui ab Imperatore ad magistratus gerendos designati erant, admodum detractum fuit: tamen tum vel maxime, quod Cyrillus videbatur in ejus edicta curiose inquirere. Proinde Hieracem palam in theatro comprehensum, gravibus divexavit suppliciis. Qua re intellecta Cyrillus Judæorum primarios accersit: illis, si contra Christianos tumultus ciere non desistant, debitas pœnas se irrogaturum minatur. At multitudo Judæorum, cognitis Episcopi minis, multo majore iracundiæ æstu exardescere, machinasque ad Christianis nocendum exagitare cœpit: quas quidem præcipuam causam Judæos Alexandria exturbandi fuisse, jam ostendam.*

Judæi in Christianos contumelioſi.

XLII. Judæi grassantur in Christianos.

*Judæi cum tesseram ipsi sibi dedissent, nimirum, ut quisque annulum ex cortice palmæ confectum gestaret, nocturnam pugnam contra Christianos instituunt. Itaque nocte quadam per universas urbis regiones a quibusdam conclamandum curant, totam Ecclesiam Alexandri nomine nuncupatam igni conflagrare. Quo audito, Christiani, alius aliunde concurrunt, ut Ecclesiam ab incendio liberent. Tum Judæi protinus, impetu in Christianos facto, eos trucidant. Atque ut a suis, annulis demonstratis, manus abstinebant; sic Christianos, qui ipsis forte obviam facti erant, e medio tollebant. Ubi autem illuxit dies, sceleris auctores minime obscuri, & incogniti fuerunt. Qua de re Cyrillus graviter commotus, cum ingenti manu ad Judæorum synagogas (sic enim earum templa vocantur) recta peregit, & ex Judæis nonnullos neci dat, alios expellit e Civitate, eorumque fortunas a multitudine diripi permittit. Itaque Judæi, qui usque ab Alexandri Macedonis temporibus illam urbem incoluerant, tum universi inde ejecti, alii in alia loca dispersi vixerunt.*

XLIII. Orestes Præf. in Cyrillum infensus.

*Adamantius ex numero Judæorum, qui medicinam docebat, Constantinopolim profectus, ad Atticum Episcopum se contulit. Qui postquam Christianam religionem professus erat, Alexandriæ denuo habitavit. Orestes illius urbis Præfectus illud Cyrilli facinus valde iniquo animo tulit, magnumque cœpit dolorem, tam præclaram Civitatem tanta hominum multitudine prorsus orbatam esse. Quamobrem ad Imperatorem de rebus ibi gestis refert. Cyrillus etiam Imperatori Judæorum scelera per litteras significat: & nihilominus tamen de amicitia concilianda (ad illud namque faciendum populus Alexandrinus illum impulerat) cum Oreste agit. Verum ubi Orestes de amicitia ne audire quidam voluit: Cyrillus librum Evangeliorum (hunc enim illum reveriturum putavit) ei manu porrexit. At cum Orestis animus, ne hoc modo quidem deliniri posset, sed inter eum, & Cyrillum capitales inimicitiæ semper intercederent; hæc clades, quam deinceps commemorabo, inde consecuta est.*

XLIV. Pseudomonachorum audax facinus.

*Nonnulli ex monachis qui Nitriæ montem incolebant, ingenio ferventiore præditi, sicut jampridem idem ipsum declararunt, exorsi a Theophili temporibus, quando erant ab illo contra Dioscorum, & ejus fratres inique armati: sic ad id temporis quoque æmulationis ardore inflammati, prompto & alacri animo pro Cyrillo dimicare constituerunt. Itaque viri ad quingentos numero ex monasteriis egressi, urbem Alexandrinam contendere, Præfectum rheda circumvectum observare, eum adire, sacrificum, Gentilem, & aliis pluribus contumeliosis nominibus appellare cœperunt. Ille suspicatus sibi a Cyrillo insidias collocatas esse: exclamare, se Christianum esse, & ab Attico Episcopo Constantinopoli baptizatum. Verum ubi monachi ejus verba videbantur contemnere; unus forte ex illorum numero, nomine Ammonius, caput Præfecti lapide percussit. Præfectus illo vulnere inflicto, totus sanguine manare. Quapropter Præfecti apparitores, exceptis paucis, omnes se clam inde subduxere, alius alio se in multitudinem abdere, præcaventes ne lapidum jactu interimantur.*

XLV. Ammonius dat pœnas sceleris.

*Interim populus Alexandrinus frequens eo confluere, monachos Præfecti causa animo prompto ulcisci: quos omnes præter Ammonium in fugam vertunt: ipsum ad Præfectum deduxere. Præfectus palam (uti leges postulant) de eo quæstiones exercuit, tormentis tantisper afflictavit, dum extremum spiritum edidit. Quæ res non diu post ad Imperatorum aures perlata est. Quinetiam Cyrillus eamdem rem illis, sed secus expositam, omnino per litteras significavit. Corpus quoque Ammonii capit, inque Ecclesia quadam recondit, at non Ammonii, sed Tamnasii nomine nuncupavit; & cum in Ecclesia magnitudinem animi illius, utpote grave certamen pro pietate perpessi, laude & prædicatione extulisset, jussit Martyrem appellari. Verum qui modestiores erant, etiam ex ipsis Christianis, Cyrilli studium erga Ammonium mi-*

*minime approbarunt; nam exploratum habebant, Ammonium non in tormentis interiisse, ne Christum denegare cogeretur, sed temeritatis suæ pœnas dedisse. Quocirca Cyrillus ipse illud ipsius facinus silentio in oblivionem pedetentim venire passus est.*

XLVI. *At ne adhuc quidem acerba illa inter Cyrillum, & Orestem susceptа contentio sedata est: quippe alia clades huic non dissimilis, quam jam jam narraturus, eam renovat. Mulier quædam Alexandriæ. Hypatia vocata, filia Theonis philosophi, hæc tantos in litteris fecit progressus, ut omnes philosophos sui temporis longe superaret: ac non modo in scholam Platonicam a Plotino deductam succederet; verum etiam omnes philosophorum omnium præceptiones, & disciplinas, omnibus qui eam audire volebant, explicaret. Quapropter quotquot philosophiæ studio incendebantur, undique ad illam confluebant. Quinetiam propter gravem animi fidentiam, quam ex doctrinæ fontibus hauserat, etiam in conspectum Principum summa cum modestia venire non dubitavit. Neque illam pudebat in mediam hominum frequentiam prodire: omnes enim eam ob singularem animi moderationem cum reverentia quadam, & verebantur, & suspiciebant.*

XLVII. Hypatia philosophorum celeberrima necatur. *Itaque invidiæ flamma tum contra eam incensa est. Etenim cum crebrius cum Oreste in colloquium veniret: populus Ecclesiæ illam cœpit insimulare, quod Episcopo ad amicitiam Orestis reconciliandam aditum penitus intercludebat. Proinde certi homines, qui erant natura paulo ferventiores, quibus Petrus lector in illa Ecclesia ducem se præbuit, uno consensu mulierem domum alicunde redeuntem observant; de curru quo vehebatur, deturbant; ad Ecclesiam, quæ Cæsareum dicitur, rapiunt: exutamque vestibus, testis acutis, ad necem usque dilacerant, ejus membra discerpunt, discerptaque in locum qui Cinaron dicitur, comportant, atque igni comburunt. Hoc facinus cum Cyrillo, tum Ecclesiæ Alexandrinæ non exiguam labem aspersit infamiæ. Nam qui religionem Christianam profitebantur, a cæde, pugnis & id genus aliis omnino alieni esse debent. Hæ res gestæ sunt quarto anno Episcopatus Cyrilli ad decimum Consulatum Honorii & Theodosii septimum, mense Martii, cum observabantur, jejunia.* Hæc Socrates. In quo primum quod ad consignatum tempus spectat, errore ponitur septimus Consulatus Theodosii, cum Consulatu decimo Honorii: nam sextus ponendus est; siquidem septimus ejus Consulatus non cum Honorii decimo contigit, sed sequenti anno, cum solus absque collega eo munere functus legitur. Quod vero quartum Cyrilli hunc numerat sedis annum, ipsum intelligas tantummodo attigisse: siquidem idem ipse (*a*) testatur, sub nono Honorii Consulatu & Theodosii quinto, XV. Kalend. Novemb. defunctum esse Theophilum, ac triduo post creatum esse Cyrillum: qua ratione dicendum est, eumdem Cyrillum hoc anno, dicta die Octobris, absolvisse sedis suæ annum tertium, & inchoasse quartum.

(*a*) *Socr. l. 7. c. 7.*

XLVIII. Quod vero ad Hypatiam ipsam pertinet: celeberrimam quidem omnium hujus sæculi philosophorum claruisse, ex Synesio (*b*) philosopho, de quo plura superius, possumus intelligere, cujus ad eamdem plures extant epistolæ, in quibus ipsam sæpe magistram & dominam vocat. Plura de eadem Suidas, quam virginem æque castissimam prædicat; quam & amantem discipulum novo invento ab amore retraxisse tradit. Quid autem adversus hujusmodi factiosos Theodosius Imperator rescripserit, dicemus anno sequenti, quo idem datum reperitur esse rescriptum: hic autem quæ rursus de Judæis hoc eodem anno Socrates narrat, ordine describamus: ait enim (*c*):

(*b*) *Synes. ep. 10. 15. 16. 23. 81. 124. 154.*

(*c*) *Socr. li. 7. c. 16.*

XLIX. Quid Judæi in Christianos ausi. *Brevi tempore post Judæi pro scelere nefario rursus contra Christianos ab ipsis admisso pœnas persolverunt in loco quodam Chalcidem & Antiochiam interjacente, qui Inmestar dicitur. Judæi cum more suo ludos facerent, & inter ludendum multa absurda admitterent: tandem præ ebrietate e mentis potestate egressi, non Christianos solum, verum etiam ipsum Christum in suis ludis contumelia afficere cœperunt: Cru-*



*Crucem etiam, eosque qui in crucifixo spem ponunt, habere ludibrio, & propterea tale quoddam facinus moliri. Puerum scilicet Christianum comprehendere, cruci alligare, in sublime suspendere. Quo facto, primum irrisione illudere, cachinnos in eum tollere: paulo post insania correpti, illum usque eo verberibus cædere aggrediuntur, quoad præ cruciatu vitam amittat. Hac de causa gravis inter eos, & Christianos concertatio oritur. Quinetiam Imperatores de facinore certiores fiunt. Qui per litteras provinciæ illius magistratibus significant, ut facinoris auctores & conquirendos curarent, & debitis suppliciis coercendos. Itaque Judæi qui ibi habitabant, pro scelere, quod joco conficerant, ferio pœnas luerunt.* Hæc Socrates. At licet Theodosii rescriptum hac de re datum non appareat, extat tamen aliud hoc anno ad Aurelianum Præfectum Prætorio missum, quo jussit præfecturam honorariam abrogari Gamalieli. Etenim quod Christiani Principes de perfido hominum genere curassent bene mereri, Judæi fastu elati talia tantaque adeo nefanda aggredi ausi sunt. Ipsum autem rescriptum sic se habet (*a*):

(*a*) *l. 22. de Judæis C. Theod.*

L. De Gamaliele Judæorum Præfecto. *Quoniam Gamalielus existimavit se posse impune delinquere, quod magis est erectus fastigio dignitatum: illustris auctoritas tua sciat nostram serenitatem ad virum illustrem Magistrum Officiorum direxisse præcepta, ut ab eo codicilli demantur honorariæ præfecturæ: ita ut in eo sit honore, in quo ante præfecturam fuerat constitutus: ac deinceps nullas condi faciat synagogas: & si quæ sint in solitudine, si sine seditione possint deponi, perficiat: & ut in Christianos nullam habeat copiam judicandi. Et si qua inter eos ac Judæos sit contentio, a Rectoribus provinciæ dirimatur. Si Christianum, vel cujuslibet sectæ hominem, ingenuum, servumve Judaica nota fœdare tentaverit, vel ipse, vel quisque Judæorum, legum severitati subdatur. Mancipia quoque Christianæ sanctitatis, si qua apud se retinet, secundum Constantinianam legem Ecclesiæ mancipentur. Dat. XIII. Kalend.. ... Constantinop. Honorio X. & Theodosio AA. Conss.* Hunc autem illum existimo Gamalielem Patriarcham Judæum, cujus est mentio apud Sanctum Hieronymum (*b*).

(*b*) *Hier. ep. 101.*

LI. Qui igitur Judæos audaces compescendos curavit Theodosius Imperator, hæreticos quoque novis infrenavit edictis. Extat enim ejusdem rescriptum (*c*) hoc anno datum adversus iterum emergentes Montanistas, dictos hæreticos Cataphrygas. Eunomianos præterea magna pertinacia baptismum iterantes, alia edita (*d*) sanctione compescuit. Quo pariter anno (ut Marcellinus (*e*) est auctor) idem Theodosius Imperator novo facto hactenus intentato nobilitavit Imperium, cum majorem natu sanctam sororem in Imperii consortium allegens, creavit Augustam, virginem sane prudentissimam, sicut nobilitate, ita & religione cæteris præferendam, ætatem sapientia superantem, agentem annos sexdecim: nam sub Consulatu Theodori, & Eutropii (est is annus Domini trecentesimus nonagesimus nonus) natam esse, idem auctor affirmat: licet Sozomenus ei tribuat quatuordecim tantum annos, cum habenas capessivit Imperii, qui hæc de ipsa habet (*f*): *Divina potentia universi conditrix, tum ipsius Theodosii, tum Imperii procuratricem constituit Pulcheriam sororem: quæ quidem nondum annum decimumquintum agens, super ætatem sapientissima, ac divinum spiritum accepit. Ac primum Deo virginitatem suam devovit: deinde & sorores suas ad idem vitæ institutum educavit: ne forte virum quemquam alium Imperio subinduceret, sed potius omnem invidiæ, & insidiarum occasionem præcideret. Ut igitur ea quæ constituerat, consignaret, ac Deum ipsum, & sacerdotes, omnesque subditos testes faceret voluntatis suæ; ex auro gemmisque pretiosis admirabile quoddam donarium, & spectaculum omnium pulcherrimum pro virginitate sua, & Imperio fratris, sacram mensam Ecclesiæ Constantinopolitanæ dicavit: idque ipsum ut cunctis esset conspicuum, in fronte ejusdem mensæ litteris expressit.*

(*c*) *l. 57. de hæret. Cod. Theod.*

(*d*) *l. 58. de hæret. Cod. Theod.*

(*e*) *Marc. in Chron.* Pulcheria creatur Augusta.

(*f*) *Sozom. lib. 9. c. 1.*

Pulcheria vovit virginitatem.



PAGIUS XX. *Hypatia occiditur.* Anum. XLVIII. ad LI. *Hypatiæ* Alexandrinæ, Theonis Philosophi filiæ mortem Baronius hoc anno ex Socrate lib. 7. cap. 15. consignat; sed cum Socrates annum non definierit, audiendus Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. CCCCVI. qui Kalend. Septemb. anni Christi CCCCXIII. inchoatur, ubi ait: *Hoc anno Hypatiam Theonis Philosophi filiam in Philosophiæ studiis exercitatissimam violento mortis genere nonnulli sustulerunt.*

XXI. Idem Theophanes annno CCCCVIII. secundum Alex. qui Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoatur, ait: *Hoc anno Judæi puerum Christianum ad Ivanum comprehendentes, ludibriis exercendis, ac Crucis deridendæ causa puerum eundem de ligno suspendentes, cruciatibus interfecerunt: de quo Imperator certior factus Judæos dignis suppliciis ultus est.* Hinc cum Judæi per hæc tempora Christianæ religionis incrementis indolerent, variæ sequentibus annis adversus eos constitutiones datæ. Theodosius hoc anno dedit legem 22. Cod. Theod. *de Judæis*, idque XIII. Kalend. Novemb. qua Patriarchæ eorum *Gamalielis* audaciam reprimit, & quia dignitate Præfecturæ honorariæ qua cohonestatus fuerat, abusus est, eam ei adimi jussit, vetuitque ne novas Synagogas condi curaret, quod jam ei aliis legibus vetitum fuerat: quin & in solitudine positas Synagogas deponere jubet, si sine seditione possint deponi. Præterea quia hic Patriarcha inter Christianos & Judæos judicare præsumpserat, id ei de cætero interdicitur, ac proinde si qua inter Christianos & Judæos sit contentio, Rectori Provinciæ hæc cognitio attribuitur. Ad hæc idem *Gamaliel* ut Christiani aliique circumciderentur curare ausus fuerat, quod etiam hac lege omnino prohibetur. Denique Christiana mancipia apud se retinuerat, & hos Ecclesiæ mancipari jubet Theodosius Junior.

*Judæorum insolentia legibus Theodosii Imper. repressa.*

XXII. A num. LI. ad LVI. *Pulcheria* anno superiori Augusta a Theodosio fratre nuncupata, & in consortium Imperii adscita, ut ibidem num. XIV. ostendimus. Locuti etiam sumus de lege Cod. Theod. 56. *de hæreticis*, Heracliano Comiti Africæ inscripta, & ab Honorio Imp. hoc anno data. Quare videnda quæ anno CCCCXII. num. XVIII. diximus. Denique Theodosius *prid. Kalend. Novemb.* dedit legem Cod. Theod. 57. *de hæreticis*, adversus Montanistas, quos prohibet cœtus agitare & Clericos creare, jubens ut eorum Ecclesiæ una cum Donariis Ecclesiis Catholicorum addicantur. Et hæc secunda est Theodosii Jun. in Montanistas constitutio, adversus quos tertiam dedit anno CCCCXXVIII. ut infra videbitur.

*Pulcheria fit Augusta.*

LII. Pulcheria qualiter Theodosium instituit.

*Postquam autem principatus curam susсepisset, rectissime, & magno cum decore Romanum Imperium gubernavit, cum & bene consuleret, & consulta expedite perageret ac scriberet: diligentem enim operam impenderat, ut Romana, Græcaque lingua proprie loqueretur ac scriberet. Rerum porro gerendarum dispositionem fratris auctoritate fulciebat, atque id curabat, ut is pro ætate disciplinis idoneis ex Imperatoriæ majestatis dignitate quam maxime institueretur. Itaque equestris quidem pugnæ, ac reliquam in armis ac litteris scientiam ab earum rerum professoribus discebat: ut vero in processu ornate se ac regulariter gereret, a sorore erudiebatur: de qua videlicet hoc discebat, quid in vestitu, quid in sedendo, quid in ingressu decorum esset; quomodo exhibere risum: & pro re nata tum amabilis, tum formidabilis esse; & eos qui peterent, apposite audire deberet. Haud minime autem eum ad pietatem instituebat; assuescens, ut & continenter oraret, & Ecclesias frequenter accederet, & donariis ac cymeliis templa honoraret, & in pretio haberet sacerdotes ac cæteros viros bonos, & eos qui sapientiam Christianorum legibus approbatam sectarentur. Quinetiam cum per doctrinas adulterinas videretur esse turbanda religio, studiose ac prudenter obstitit: nam quod nostra memoria novæ hæreses non insurrexerint, ipsum potissimum in causa fuisse comperiemus sicut in consequentibus videbimus. Et sane quam magna reverentia Deum coleret, dicere longum foret. At quæ & quot templa magnifice illa construxerit; quotque pauperum diversoria, & conventus monasticos instituerit, perennes his ipsis largita sumptus ad suppeditandum incolentibus alimentum: si quis de harum rerum veritate experientiæ suæ credere malit, quam verbis meis: comperiet me neque false, neque ad gratiam hæc scribere; si modo apud ejus Curiæ Præfectos conscriptam perlegerit harum rerum historiam, & ex Actis publicis æstimet, an scriptis nostris res gestæ consonent.* Hæc Sozomenus: reliqua vero ab eodem de ipsa memoriæ commendata dicemus inferius, reddentes singula singulis annis.

LIII. Sed quantum profecerit ipse Theodosius consuetudine, & cura atque exemplo, educationeque ipsius majoris natu sororis Pulcheriæ, ex Socrate (a) ista accipe. *Primum, tametsi in ipsa Regia natus, educatusque erat; nihil tamen ex illa educatione omnino contraxit mollitiei, tarditatisve; sed adeo solers, & prudens fuit, ut illis qui cum eo sermones conferebant, multarum rerum experientiam consecutus videretur. Deinde tanta corporis, & animi tolerantia fuit, ut tum algorem, æstumque forti, & virili animo, sustineret, tum crebro jejunaret, & maxime diebus Mercurii, & Veneris, quas Græci τετράδας ϗ παρασκευὰς ἡμέρας vocant. Atque hoc ab eo factitatum fuit, dum Christianam vivendi rationem cumulatissime explere contenderet. Ejus Regia non dissimilis fuit monasterio. Nam primo diluculo ille ipse cum sororibus suis hymnos alternatim decantatos recitavit. Quinetiam sacras literas memoriter pronunciavit. Nam cum Episcopis, perinde ac si sacerdos jam olim designatus esset, de iisdem disseruit. Libros etiam, tum qui sacra Dei eloquia complectebantur, tum qui ab eorumdem interpretibus conscripti erant, multo diligentius quam Ptolemæus Philadelphus olim, in unum colligendos curavit. Porro autem patientia, & mansuetudine omnes longe superavit. Nam Imperator Julianus quamquam studium philosophiæ profitebatur: tamen odium contra eos, qui Antiochiæ ejus nomen perstrinxerant, minime compressit, sed Theodoro uno ex illorum numero gravissima tormenta imposuit. At Theodosius, subtilitate ratiocinationum Aristotelicarum penitus derelicta, philosophiæ studium rectis vitæ officiis sedulo excoluit.*

(a) Socr. lib.7.c.22.

Theodosii junioris immensa religio.

LIV. Theodosii virtutes.

*Iram cohibere didicit, dolorem toleranter ferre; neminem qui eum injuria affecerat, ulcisci; immo vero nemo umquam illum ira incensum aspexit. Itemque cuidam ex necessariis aliquando sciscitanti, cur neminem, qui intulisset injuriam, morte aliquando mulctasset, sic respondit: Utinam potius mihi potestas esset, eos qui mortui sunt, ad vitam denuo revocandi.* Sed hæc alii tribuunt avo Majori nempe Theodosio, a quo probe dictum nepos didicit, & imitatione perfecit: subdit vero Socrates: *Alteri etiam de eadem re interroganti dixit:* Non *magna res est, neque ardua, ut qui homo sit, mortem oppetat: sed eum qui semel obierit, nemo omnino, licet se de ejus morte maxime pœniteat, nisi solus Deus possit ad vitam revocare. Adeo firme istud ipsum ab eo observatum fuit, ut si quisquam crimen, quod esset capitis supplicio mulctandum, aliquando commisisset, ne ad portas usque Civitatis versus locum ubi mortis subiret supplicium, abduci passus est; quin misericordia commotus, illum revocaverit. Accedit eo, quod cum Constantinopoli in amphitheatro pugnas cum bestiis quodam tempore pro spectaculo ederet, populusque sublato clamore postularet, ut aliquis ex eorum numero, quorum insigniter eminebat audacia, cum fera bestia decertaret; respondit: An non explorate cognitum habetis, nos ita assuefactos esse, ut nulla crudelia spectacula contemplari possimus? Quæ cum populus ex ejus ore audivisset, de reliquo*

quo



*quo a crudelitatis spectaculis abstinere didicit. Quinetiam adeo pius fuit, ut omnes Dei sacerdotes honorifice coleret, eosque potissimum, quos intellexerat pietate in primis excellere.*

LV. Theodosii pietas.

*Fertur præterea saccum, quo Episcopus Chebrorum, qui Constantinopoli mortem obiit, indutus erat, quæsivisse: eumque quantumvis sordidatum, induisse; persuasum nimirum, se aliquid ex mortui sanctimonia inde percepturum. Quodam anni tempore procelloso admodum, & turbido, consueta statutaque spectacula, populo ea flagitante, in Circo edidit. Ubi autem Circus hominibus refertus fuit, tempestas cœpit esse vehementior: ac cum magna vis nivis præceps delaberetur, tum Imperator præcipue declaravit quo animo erga Deum affectus esset: sic enim populum per præcones compellavit: Quin multo satius est, ut neglecto spectaculo, omnes uno ore Deum precemur, uti ab imminente procella conservemur incolumes. Vix hæc verba protulerat, cum omnes in Circo uno animorum consensu, summaque cum alacritate Deo preces fundere cœperunt, totaque Civitas quasi una Ecclesia fuit. Tum Imperator in media populi frequentia privati hominis habitu incedens, hymnos recitare exorditur: nec spes certe eum frustrata est: nam aer serenus factus est, & annonæ caritas Dei benignitate in omnium rerum affluentiam commutata. Si quando bellum concitabatur, Davidis exemplum imitatus, ad Deum confugit, pro certo persuasus eum bellorum administratorem esse: precumque subsidio adjutus, ea prospere, & feliciter gessit.* Hactenus Socrates: ex quibus plane intelligis, quantum valeat in recte administrando, securoque servando Imperio erga Deum pietas, & exacte custodita religio: cum tantam molem puer unus atque puella summa tranquillitate ab omni barbarorum, & tyrannorum timore securam (quod nec temporibus bellicosissimorum Imperatorum concessum est) feliciter rexerint, Deo nimirum ejusdem Imperii habenas manu apprehendente, atque sua providentia moderante, atque protectione custodiente, posito in eo ipso Salvatore muro (a), & antemurale. At hæc dicta sunt occasione Pulcheriæ, Theodosio bonorum omnium conciliatricis; ab ipso hoc anno creatæ insigni virtutum merito Augustæ; quam quidem ipse Theodosius suis a se dari solitis rescriptis, Venerabilem Augustam, nominare consuevit (b).

Pietas regit Imperium.

(a) Isai. 26.

(b) L.11. de lustr. col. C. Theod.

LVI. At cum tantorum religione Principum tot tantisque bonis Orientale Imperium fuerit locupletatum; illud ad bonorum cumulum accessit additamentum, dum (quod Sozomenus jure considerat) præclara sanctorum corpora Deus ad opitulationem Fidelium voluit e terra emergere, atque non secus ac vivos perennesque gratiarum fontes erumpere: sic enim ait (c): *Interea Orientale Imperium ostibus liberatum fuit, ejusque provinciæ multo cum decore administrabantur, præter omnium sententiam: erat enim adhuc juvenis Imperator. Sed Deus præsenti hoc Imperio manifeste declarari videbatur, qui non solum præter expectationem (quod ad hostes attinet) ita disponeret, verum etiam multorum sancta corpora manifestaret ex his qui olim ob pietatem illustres extiterunt. Cujusmodi utique, & illud est, quod tunc accidit in Zacharia vetusto Propheta, & in Stephano diacono ab Apostolis ordinato. Utriusque autem inventionis, cum miraculosa sit ac divina, modum exponere, necessarium esse duxi.* Hæc ipse. Quoto autem Theodosii Junioris Imperii anno Zachariæ corpus inventum sit, penitus ignoratur: sed quod ab eodem auctore primo loco recenseatur inventio Zachariæ, inde opinandi manavit occasio, ut ante S. Stephani, & sociorum corpora, Zacchariæ reperiri contigerit. Nos vero, recensita superius, quæ hujus anni Consulibus consignata erat, inventione S. Stephani, de Zacharia, ex eodem auctore Sozomeno reddamus historiam.

(c) Soz. lib. 9. c. 16.

Imperium Theodosii felix ob insignem Principis pietatem.

LVII. *Exordiar* (inquit *d*) *a Propheta Zacharia. Cophar villa est in Territorio Eleutheropolis Palestinæ. Huic Præfectus erat agri ipsius conservus Calimerus quidam domino quidem suo fidelis, sed morosus interim ac difficilis, & in contermino agricolas iniquus. Quamvis autem talis esset: Propheta tamen ei vigilanti clara luce apparens, se ipsum revelavit. Et horto quodam demonstrato: Age quæso* (inquit) *hic fodito, ab hac sepe in hortum mensura ducta ad cubitos duos, juxta viam quæ ducit ad Civitatem Betherebin. Reperies enim arcam duplicatam, ligneam interiorem in exteriori plumbea, & propter hanc arcam, vitreum item vas aquis plenum, & duos etiam serpentes amplitudine mediocres, mites, & innoxios, adeo ut mansueti videri possint. Calimerus igitur ad locum indicatum ex Prophetæ mandato profectus, operi gnaviter incubuit. Et cum secundum prædicta signa jam in apertum producta, & reclusa esset arca sacra: apparuit divinus Propheta, candidam stolam indutus, utpote qui (ut opinor) sacerdos etiam fuerit. Sub pedibus autem ejus extra arcam jacebat puer regali apparatu sepultus: habebat enim in capite coronam auream, & aurea in pedibus calceamenta, & vestem pretiosam.*

(d) Soz. li.9.c.ult.

Zachariæ Prophetæ corpus inventum.

LVIII. *Disquirentibus igitur tum sapientibus ac sacerdotibus de isto puero, quisnam, & unde esset, & cur sic ornatus esset?*

*Fertur Zachariam, qui tum in Geraris conventui monastico præerat, in vetustum quoddam, sed non canonicum Judæorum scriptum forte incidisse, quo tradebatur, quod Joas Rex Judææ non multo post quam Prophetam Zachariam interfecisset, in domum suam ingentem calamitatem acceperit. Quandoquidem septimo post interfectum Prophetam die, filius admodum ipsi carus repente interiit. Colligens igitur se propter iram divinam in hujusmodi calamitatem incidisse, sub illius pedibus puerum sepelivit, quasi hac ratione sese purgaret illis quæ adversus Prophetam deliquerat. Atque hæc quidem ego sic accepi. Propheta vero tametsi sæculis jam plurimis sub terra jacuisset: vivus tamen adhuc apparebat, capite raso, naso oblongo, barba modice prominenti, capite breviusculo, oculos habens aliquantulum profundos ac superciliis contectos.* Hucusque Sozomenus: desiderantur cætera, quæ de inventione S. Stephani protomartyris se fore dicturum pollicitus fuerat. Non enim ista tantum operi desunt, sed plurimorum annorum res gestæ: siquidem in præfatione ipse testatur, perduxisse scriptam a se historiam usque ad Consulatum decimumseptimum ejusdem Theodosii Imperatoris, nempe usque ad annum Christi quadringentesimum undequadragesimum.

Historiæ Sozomeni terminus.

LIX. Hoc item anno sub eisdem Consulibus Sanctus Prosper in Chronico hæc accidisse in Occidente refert: *Attalus* (qui Imperium semel abdicatum in Galliis iterum sumpsit) *a Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, & præsidio carens capitur, & Constantio Patritio vivus offertur:* de quo hæc etiam Orosius (*a*): *Attalus itaque tamquam inane Imperii simulacrum, cum Gothis usque ad Hispaniam portatus est. Unde discedens * navi, incerta moliens, in mari captus, & ad Constantium Comitem deductus, deinde Imperatori Honorio exhibitus, truncata manu, vitæ relictus est.* Hæc Orosius. Vides Christiani Principis mansuetudinem erga tyrannum, dum perduellem Christianæ religionis & Imperii, mille mortibus addicendum, tam leviter mulctatum voluit. Pepercisset omnino etiam, nisi iram militum timuisset. Hic tandem finis impii hominis Christianæ religionis nequissimi proditoris, & vana deorum pollicitatione Imperium ad Gentilitium cultum restituere satagentis, quique instar Juliani, ablegato Labaro, in quo Christi nomen, & signum fulgebat intextum, ad pristinum Romanum usum militaria signa restituta erexit, atque in nummis expressit: nam loco Labari Victoriam, & pro Cruce puram hastam effigiandam curavit, ipsamque mediam Romam novam, ut indicant hinc inde posita in figura numismatis elementa.

Attali Tyranni casus.

(*a*) Oros. li. 7. c. 42.

* descendens.

Post

PAGIUS XXIII. *Ataulfus Gothorum Rex occiditur.*

Ad num. LIX. & seqq. Baronius Ataulfi Gothorum Regis mortem recte consignat. De eo Idatius in Chronico ad annum Abrahami 2432 qui Kalend. Octobris hujus Christi anni inchoatur ait: *Ataulfus a Patricio Constantio pulsatus, ut relicta Narbona Hispanias peteret, per quendam Gothum apud Barcinonam inter familiares fabulas jugulatur. Cui succedens Vvallia in regno, cum Patricio Constantio pace mox facta, Alanis, , & Vandalis Silingis, in Lusitania & Batica sedentibus adversatur.* Mense Septembri hujus anni Ataulfus occisus. Auctor enim Chronici Alexandrini sub hujus anni COSS. scribit: *Mense Gorpiæo VII. Kalend. Octob. die Veneris nuncius allatus est de cæde Ataulfi Barbari, in partibus superioribus*, scilicet Hispaniarum. Hoc vero anno feria sexta in diem XXIV. Septembris incidit. Jornandes de Reb. Get. cap. 31. eum etiam Barcinonæ occisum tradit, *tertio anno postquam Gallias Hispaniasque domuisset*, ideoque anno CCCCXII. Ataulfus in Galliam venerat. Isidorus in Chronico Ataulfo annos regni sex attribuit, quos ab Alarici morte deducit. Porro ex his locis inter se collatis apparet Idacium annum a Kalendis Octobris exordiri.

XXIV. *Vvallia succedit Ataulfo.*

Olympiodorus singularia quædam de Ataulfo narrat: *Adaulphum* inquit, *nato sibi e Placidia filio, cui Theodosio nomen dedit, Romanam amplius Rempublicam amare videbatur. Verum Constantio, cujusque affectis repugnantibus, ejus & uxoris Placidiæ (pacis ineundæ) conatus frustra fuerunt. Extinctum autem postea infantem vehementer uterque parens luxit, argenteaque capsa conditum Barcinonem in templo quodam sepelierunt. Interficitur deinde & Adaulphus ipse (dum equos suos in stabulo, de more, contemplatur) a Gotho quodam ejus domestico. Dobbii nomine, &c. moriens Adaulphus fratri suo injunxit, Placidia ut (Honorio) redderetur, utque si quo modo possent, Romanæ sibi gentis concordiam (Gothi) societatemque conciliarent: at qui successit Sari frater Singeribus (studio potius ac vi, quam successione, aut lege creatus) Adaulphi e priori conjuge liberos, vi e sinu Sigesari Episcopi abreptos, occidit; atque ipsam Placidiam Reginam, in Adaulphi scilicet contumeliam pedibus ante equum una cum cæteris captivis ambulare coegit, idque toto illo spatio, quod est ab Urbe ad duodecimum usque lapidem. Septem ille dies cum imperasset, interemptus est, & Gothorum Dux Valias constituitur.* Philostorgius lib. 12. num. 4. refert *Adaulphum*, quando Placidiam sponsam accepit, repudiasse priorem uxorem, ex qua proinde nati erant illi filii, de quibus loquitur Olympiodorus. Baronius anno CCCCXIV. num. I. refert ex Ambrosio Morale Adaulphi Epitaphium, in quo dicitur conditus Barcinone cum sex filiis.

XXV. *Pax Gothorum cum Honorio Imper.*

Philostorgius ibidem Adaulphi cæde narrata, ait: *Exinde Barbari fœdus cum Honorio percusserunt, & Placidiam sororem atque Attalum Imperatori Honorio tradiderunt, cum prius ipsi annonas ab Imperatore, & partem Galliæ ad agros excolendos accepissent.* Audiendus etiam Olympiodorus, qui scribit: *Euplutius Magistrianus ad Valium* (seu Waliam) *Gothorum Præfectum mittitur, qui pacis fœdera iniret, Placidiamque reciperet. Illa vero commode recepit, missaque frumentatione sexcentorum millium, Placidia Euplu-*



(*a*) *Extat Romæ apud Latium Pasqualin.*

LX. Ataulphi Gothorum Regis obitus.

Post hæc narrata de Attalo, ista subdit S. Prosper in Chronico sub iisdem Consulibus: *Athaulphus* (ipse Rex Gothorum, qui successerat Alarico) *a quodam suorum vulneratus interiit: regnumque ejus Uvallia filius, qui idem cupere intelligebatur, invasit.* Orosius vero Segericum successisse tradit Athaulpho, & post Segericum Uvalliam adeptum fuisse Gothorum regnum. Ait enim hæc de Athaulpho: (*b*) *Cumque eidem paci petendæ atque offerendæ studiosissime insisteret, apud Barcinonem Hispaniæ urbem, dolo suorum (ut fertur) occisus est. Post hunc Segericus Rex a Gothis creatus, cum itidem judicio Dei ad pacem pronus esset, nihilominus a suis interfectus est. Deinde Uvallia successit in regnum, ad hoc electus a Gothis, ut pacem infringeret; ad hoc ordinatus a Deo, ut pacem confirmaret. Hic igitur territus maxime judicio Dei, quia cum magna superiori abhinc anno Gothorum manus instructa armis navigiisque transire in Africam moliretur, in duodecim millia passuum Gaditani freti tempestate correpta miserabili exitu perierat: memor etiam illius acceptæ sub Alarico cladis, cum Gothi in Siciliam transire conati, in conspectu suorum miserabiliter arrepti atque demersi sunt: pacem optimam cum Honorio Imperatore, datis lectissimis obsidibus, pepigit: Placidiam Imperatoris sororem honorifice apud se honesteque habitam fratri reddidit.* Hæc Orosius.

(*b*) Oros. li. 7. c. 43.

LXI. Gothi expilantes urbem male periere.

In quibus illud primum observatione dignum considera, Gothos illos, qui Urbem deprædati sunt, duplici naufragio brevissimi maris spatio fuisse punitos tum in freto Siculo, tum Gaditano, præter alias clades, quibus confecti sunt. Istud ipsum plane aliis postea diversis temporibus accidisse ejusdem Urbis invasoribus, & prædatoribus, accuratus lector inveniet: nimirum, qui id facere ausi fuerunt, semper Dei vindicta haud tarda male periisse, prorsusque deletos esse: sed & cladem Borbonicam, quæ hoc nostro sæculo accidit, in exemplum adducere possemus: verum quod prolixiorem requirant ista sermonem suis locis relinquimus pertractanda.

Quod

PAGIUS

*plutio tradita, ad Honorium fratrem remittitur.* Jam antea Ataulfo quædam frumenti transmissio promissa fuerat, quæ quia ei præbita non fuit, hunc Placidiæ retinendæ prætextum Ataulfus habuerat, eodem Olympiodoro teste. Quod vero ait Philostorgius, *Gothos* portionem aliquam Galliarum ad inhabitandum adeptos, anno CCCCXIX. quo illud contigit, explicabimus. Cæterum pax Romanos inter & Gothos, non hoc anno, ut recte Baronius num. LX. & seqq. sed sequenti sancita, ut non solum Cassiodorus & Prosper in Chronicis, sed etiam Orosius affirmant. Is Historiam anno Christi CCCCXVII. absolvens, ut infra videbimus, ait, *Vvalliam* Gothorum Regem cum Romanis pacem pepegisse, & Honorio Imper. Placidiam sororem reddidisse, quæ dicit facta, *anno superiore*, ideoque anno Christi CCCCXVI. quod sub illius anni initium contigisse, ostendit Lex ult. Cod. Theod. *de infirmandis his quæ sub tyrannis*; dicitur enim data *Ravennæ Kalend. Mart. Theodosio Aug. VII. & Palladio Coss.* scil. anno CCCCXVI. Ea constitutione pacatis jam rebus Honorius criminum impunitatem iis concedit, qui se ad deprædandum cum hostibus conjunxerant. Ex qua deducitur, jam ante Kalendas Martias anni CCCCXVI. pacem cum Gothis factam fuisse, magisque confirmantur quæ diximus *Ataulfum* nempe currenti anno interiisse, & Vandalos sub finem anni CCCCVI. Gallias intrasse. Prosper enim in Præfatione librorum de Providentia, Galliam & Aquitaniam a Vandalis & Gothis *per annos decem* depopulatam tradit; & Castella rupibus, Oppida montibus præaltis, Urbes magnis fluminibus impositas, Barbarorum dolis aut virtuti patuisse; ab anno quippe CCCCVI. exeunte ad CCCCXVI. ineuntem anni decem, scilicet utrimque incompleti interjiciuntur. Ex dictis liquet primo, *Vvalliam*, cujus initium Baronius in annum sequentem differt, hoc anno regnum iniisse; cum die XXIV. Septemb. *Ataulfi* mors nunciata fuerit, & *Sigericus* qui ei successit, intra paucos dies interierit. Liquet secundo, anno sequenti Gothos *Placidiam* & *Attalum* Honorio Imper. reddidisse, & fœdus cum illo pepigisse, ideoque errasse Prosperum in Chronico qui Attalum hoc anno Gothis reddium scribit; manifestum enim est, majorem hac in re Philostorgio, quam Prospero fidem habendam.

XXVI. Cæterum Constantius anno tantum CCCCXVII. Placidiam uxorem duxit. Scribit enim Olympio-

LXII. Quod vero ex Orosio vidimus successisse Athaulpho Segericum; quod brevissimo tempore regnum tenuerit, videtur a Prospero prætermissus. Etenim, quod a Uvallia dicit redditam Gallam Placidiam Honorio: id quidem sequenti anno factum tradit ipse Prosper in Chronico: ut ex his intelligas, hoc anno occiso Athaulpho, & Segerico successore cito e medio sublato, Uvalliam sequenti anno jam adeptum administrasse regnum, eodemque anno tentasse in Africam transitum, atque passum esse naufragium. Nam quod ait, id accidisse superiore anno a tempore quo illa scribebat: cum constet ejus assertione, opus illud expleisse (ut ait) anno ab origine mundi quinque millesimo sexcentesimo decimoctavo: plane intelligis, secundum initam prius ab ipso rationem supputationis, illa absolvisse anno Domini quadringentesimo decimoseptimo, & quem ait annum ante illud tempus, perspicue significare sequentem annum Domini quadringentesimum decimumsextum. Subdit hæc autem de ejusdem Uvalliæ studio erga Romanum Imperium (a): *Romanæ securitati periculum suum obtulit, ut adversus cæteras gentes, quæ per Hispanias consedissent, sibi pugnaret, & Romanis vinceret. Quamvis & cæteri Alanorum, Uvandalorum, Suevorumque Reges eodem nobiscum placito depacti forent, mandantes Imperatori Honorio: Tu cum omnibus pacem habe, omniumque obsides accipe: nos nobiscum confligimus, nobis perimus, tibi vincimus: immortalis vero quæstus erit Reipublicæ tuæ, si utrique pereamus. Quis hæc crederet, nisi res doceret? itaque nunc quotidie apud Hispanias geri bella gentium, & agi strages ex alterutro barbarorum, crebris certisque nunciis discimus: præcipue vero Uvalliam Gothorum Regem insistere patrandæ paci ferunt.* Hæc Orosius: ut plane ex his videas quam abundanti mensura Deus Honorii Imper. religionem sæpius compensaverit. (a) Oros. lib. 7. c. 43.

Hoc enim anno Honorius Imp. quos sciret in Africa esse Gentiles, ab eis omnes sumptus abstulit, quibus illos superstitioni hactenus inserviisse scivit: extat de his (a) rescriptum ejusdem Imperatoris his Consulibus datum. (a) L. 20. de Pag. Cod. Theod.



I. Concilia Carthaginense, & Milevitanum.

QUadringentesimo decimoquinto Christi anno Theodosius Augustus septimum adiit Consulatum, collegam nactus Palladium: Quo adversus Pelagianos celebratum est Concilium Carthaginense, ubi Pelagius atque Cælestius hæretici damnati sunt. Itemque aliud eodem anno Milevi in Numidia adversus eosdem Concilium habitum est. Ex ambabus Synodis ad Innocentium Romanum Pontificem litteræ Synodales scriptæ sunt.

Dicturi cum simus de utroque Concilio hoc eodem anno, eadem quoque ex causa celebratis, primum omnium, ex instituto, temporis ratio firmanda est, cum hac in re plerosque sciamus erasse. Ut igitur absque ambiguitate certo certius asseramus, hoc anno utramque Synodum in Africa habitam, alteram Carthagine, Milevi, alteram, illam prius, hanc vero posterius; ex dictis litteris ad Innocentium Papam scriptis, & aliis ejusdem Pontificis ad eas redditis possumus perspicue intelligere. Atque illud primum: paulo ante celebratam esse Synodum illam Carthagine, postea vero istam Milevi, inde affirmari posse videtur, dum in litteris Milevitani Concilii ad Innocentium hæc habentur expressa in fine (b): *Hæc ad sanctitatem tuam de Concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensis provinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem Apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus.* Hæc ibi. Et ne putes, quas citant Patres litteras Carthaginensis Concilii, alias voluisse intelligere ex alio Concilio jam diu ante præsentem annum datas, ac proinde non hoc anno illud celebratum fuisse, sed eodem ferme tempore: accipe quod Innocentius Papa ad eos rescribens affirmus. Fuit is Præfectus Prætorio Italiæ & Proconsul Africæ Honorio imperante, ut liquet ex Prosopographia Codicis Theodosiani, ideoque & Consul Occidentalis. Theodosius vero ob *Decennalia* Imperii mortuo patre suscepti Constantinopoli exhibita, Consul processit. (b) Apud Aug. ep. 82. & to. 1. ep. Rom. Pont. inter epist. Innoc.

A num. I. ad XVI. Orosius initio præsentis anni e Palæstina in Africam navigavit. Avitus enim apud Baronium anno CCCCXV. num. III. ait, eum ad reditum jam accinctum fuisse, quando sancti Stephani Protomartyris Reliquiæ detectæ sunt, die scilicet XVII. mensis Decembris, *in diebus ipsis, quibus jam ipse* (nempe Orosius) *reditum incredibili desiderio parabat.* Literas ab Herote & Lazaro Episcopis Gallis, quæ gesta in Synodo Diospolitana declarabant, detulit, & Africæ Proconsularis Episcopis, qui ipso tempore consuetam ac solemnem Synodum Carthagine agebant, exhi- II. *Pelagius in Synodo Carthaginensi ab Herote & Lazaro accusatus.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5909.

SÆC. V. Anno Æræ Hispan. CCCCLIV. A. C. 416. ☉ 5. BA. ☽ 18. P. 2. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 416.

INNOCENTII PAPÆ 16.

HONORII IMP. 24. & 22.

THEODOSII JUN. 15. & 9.

I. *Quindecennalia Theodosii Jun.*

[1] COss. *Theodosius* Aug. VII. & *Junius Quartus Palladius*, ut appellatur in Edicto recitato a Baronio anno CCCCXX. num. IV. ubi tamen vitiosa interpunctione *Junium Quartum* distinguit a *Palladio*, ut tunc videbimus. Fuit is Præfectus Prætorio Italiæ & Proconsul Africæ Honorio imperante, ut liquet ex Prosopographia Codicis Theodosiani, ideoque & Consul Occidentalis. Theodosius vero ob *Decennalia* Imperii mortuo patre suscepti Constantinopoli exhibita, Consul processit.

NOTÆ [1] COss. *Theodosius Aug. VII. & Junius Quartus Palladius.* Lapis vetus apud Panvinium in Fastis:

JUNIUS. QUARTUS. PALLADIUS
V. C. COS. ORD.

Item Reinesius cl. VI. pag. 422.

Vulgares Fasti: *Theodosio VII. & Palladio.* Ita Prosperi chronicon editum & MS. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Theod. A. VII. & Palladio.* Epistola Innocentii I. ad Concilium Carthaginense data A. D. 417. apud Constantium pag. 894. ex veteribus codicibus: *data VI. Kal. Feb. post consulatum Theodosii Aug. VII. & Junii Quarti V. C.*



PAGIUS *Constantius Placidiam ducit uxorem.* piodorus: *Honorius Augustus XI. & Constantius iterum Consules creati* (anno nempe CCCCXVII. *Placidiæ nuptias conciliant. Sed has ipsa nuptias cum vehementer detrectaret, effecit ut ipsius famulis indignaretur Constantius. Tandem nihilominus ipso, quo Consulatum iniit die, manu ipsam arreptam Honorius Imperator frater ejus invitam Constantio in manum tradit, nuptiasque splendidæ celebrantur.* Quare Prosper quando sub sequentis anni Coss. tradit *Placidiam* a Wallia Honorio redditam, ejusque nuptias *Constantium* promereri, res duobus annis gestas, epitomatorum more uno tenore recitat; sicuti & Idatius in Chronico, qui anno Abrahami 2432. & mortem Ataulphi, & conjugium Placidiæ cum Constantio recitat.

XXVII. *Lex Honorii adversus ritus Gentilitios.* Honorius *III. Kalend. Septemb.* emisit legem 20. Cod. Theod. de *Paganis*, qua Ludos Gentilitios per Africam nominatim permittit, sed jubet *Sacerdotales* Africæ, post *Sacerdotales* in Metropolitanis urbibus ludorum editiones, ad proprias civitates redire. Erant *Sacerdotales*, ii qui Sacerdotio provinciæ functi fuerant. Quod factum putat Gothofredus in hujus legis Commentario, ne *Sacerdotalibus* hujusmodi cum purpura & infulis in urbibus Christianis diu consistentibus, non tantum illicitum quid moliendi ansa præberetur; verum & sola ipsorum præsentia diutius ante ora Ecclesiarum & fidelium urbium Christianarum & Metropolitanarum veluti principis Carthaginensis aspectus fædaretur, & quasi religio contaminaretur, cui rei præstat aliquod argumentum canon LX. Codicis Africani. Præterea simulacra a lavacris & publicis aspectibus separari, deponi, seu dilui jubentur, simulacra scilicet sacrata sacrificiis, idest sacrificiis coli solita: simulacra enim in publicis locis passim occurrebant. Sed de aliis in eadem lege memoratis legendus Gothofredus citatus.

XXVIII. *Translatio reliquiarum Josephi filii Jacob & Zachariæ patris Joannis Baptistæ.* Auctor Chronici Alexandrini, qui Theodosium Jun. *Quindecennalia* exibuisse nos edocet, tria etiam eorum indicia profert, quorum ope quæ annis hujusmodi solemniis dicatis fieri solita erant, intelligimus: *Eodem anno dedicata est Ecclesia magna Constantinopoli, mense Gorpiæo, VI. Idus Octob. die Dominica, translataque sunt Constantinopolim per scalam Chalcedonensem Reliquiæ Josephi filii Jacob, & Zachariæ patris S. Joann. Baptistæ mense Gorpiæo VI. nonas Septembres, die Sabbati gestantibus pignora in duabus arculis Attico Patriarcha Constantinopolitano, & Mose Antaradeno Phœnicis Episcopo, sedentibus ipsis in burrichalibus, qua in magna Ecclesia deposuerunt, pompam præcedente Urso Urbis Præfecto cum universo Senatu. Dedicata quoque statua est aurea, in Senatu, Imperatoris Theodosio Jun. Augusti ab Aureliano iterum Præfecto Prætorio & Patricio.* Verum locus corruptus est; *Gorpiæus* enim non Octobri, sed Septembri nostro, respondet, ideoque loco, *VI. Idus Octobr.* legendum, *pridie Idus Septembr.* cum quo feria prima hoc anno concurrebat. Præterea loco, *mense Gorpiæo, VI. Nonas Sept.* legendum *mense Hyperberetæo, VI. Nonas Octobr.* Hyperberetæus enim Octobri respondet, qui habet Nonas VI. non vero mensis September: & denique Reliquiarum Translationem dedicatio Ecclesiæ præcedere debuit. Porro *burrichales*, seu *burichi* sunt equi breviores & admodum viles, quæ vox ab antiquioribus etiam usurpata retenta est in hac Gallo-provincia, & aliis quibusdam Galliæ, sed tantum ad asellos significandos, quos vulgo *bourriques* appellant. Certe Paulinus in Epistola XXIX. ad Severum, alias X. num. XII. asellos & buricos distinguit, aitque Melaniam seniorem ex Oriente Romam venisse *macro & viliore asellis burico sedentem.* De hac voce legendus Ducangius in Glossario mediæ & infimæ Latinitatis.

XXIX. *Dedicatio Magnæ Ecclesiæ Constantinopoleos.* Magna illa Ecclesia primum a Constantino Magno ædificata fuerat, & postea a Constantio ejus filio ad majorem amplitudinem perducta; sed cum conflagrasset anno, quo Sanctus Chrysostomus in exilium actus, postmodum a Theodosio Juniore restaurata est & ab *Attico* Episcopo CP. hoc anno dedicata. Conflagravit tunc & *Senatus*, uti narrat Zosimus lib. 5. pag. 801. qui cum instauratus fuisset, posita in eo fuit imago pectoralis Theodosii Jun. aureas enim statuas in Senatu erigi solitas, ostendunt illæ, quæ & Romæ & Constantinopoli Symmacho viro consulari erectæ sunt *Gratiano* imperante.

XXX. *Obitus Thermuntiæ uxoris Honorii Imp.* *Renunciata mors est Thermuntiæ Imperatoris Honorii Aug. conjugis mense Panæmo, III. Kal. Augusti feria VI.* inquit Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. Erat Thermantia altera Honorii Imp. uxor, & filia Stiliconis, sicut fuerat Maria prior ejusdem Imperatoris uxor.

firmat, nimirum per eundem legatum Episcopum ab utraque Synodo, Carthaginensi scilicet & Milevitana, se litteras accepisse. Ait enim (a): *Frater & coepiscopus noster Julius dilectionis vestræ litteras, quas ex Milevitano Concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit. Carthaginensis etiam Synodi querelæ parilis scripta subjungens, &c.* Factum namque esse videtur, ut Aurelius Carthaginensis Episcopus de his quæ decreta essent in Concilio Carthaginensi litteras scripserit ad Romanum Pontificem, jusserituque Julium, quem ad eas perferendas legavit Episcopum, in Numidiam proficisci, & e Concilio etiam Milevitano, quod eadem ex causa collectum sciebat, alias accipere ad eumdem Innocentium Papam litteras.

(a) Innoc. ep. 32. apud Aug. ep. 93.

II. De tempore utriusque Concilii.

Cum igitur ex his appareat, eodem ferme tempore, eodemque anno duo hæc fuisse in Africa Concilia celebrata, paulo tamen ante Milevitanum Carthaginense: ut hoc ipso anno sub dicto Consulatu Theodosii atque Palladii eadem esse habita affirmemus, inde evidens suppetit argumentum, quod Innocentius Papa, his acceptis litteris Synodalibus ad eosdem qui dederant rescribens Episcopos mense Januarii anni sequentis sub Consulatu Honorii atque Constantii, demonstrat hoc anno dictas Synodos esse habitas, ex quibus hoc anno eam legationem acceperit: monstrant id enim quæ redditæ sunt ab ipso Innocentio ad Concilium Milevitanum, cum datæ habeantur sexto Kalendas Februarii, dictis Honorio & Constantio Consulibus, quos constat sequenti anno eo munere insignitos. Unde ex his affirmari posse videtur, utrumque Concilium, primum Carthagine, deinde Milevi autumnali tempore celebratum: ex quibus ante hiemem legatio missa, ad Innocentium pervenerit hiemis tempore: quod enim mense Januarii anno sequenti mox ad eos rescripsit Innocentius, haud pridem se eas accepisse demonstrat, quibus etiam significat Julium ipsum legatum ex Carthaginensi & Milevitano Conciliis eas litteras attulisse,

III.

Hæc cum adeo evidenti ratione subsistant ex his primum corrige qui dixerunt Milevitanum Concilium contra Pelagium atque Cælestium celebratum esse (b Arcadio & Honorio Augustis Consulibus, anno Christi quadringentesimo secundo. Nam Milevitanum illud Concilium longe diversum ab isto, de quo agitur, est, ut suo loco superius demonstravimus: siquidem eo tempore nulla erat Pelagii vel Cælestii in Africanis Ecclesiis mentio: constatque illud præterea habitum a Xantippo Numidiæ Primate; præsens autem, de quo est sermo, nulla de Xantippo habita mentione, primo loco positum habet Silvanum, utpote ejusdem provinciæ Primatem: sed accidit vitio librariorum, seu potius Collectorum incuria, ut duo hæc Milevitana Concilia unum idemque esse rati, simul in unum conflaverint, effecerintque ex duobus unum, quod apparet typis excusum (c) in cujus exordio præfixa habetur nota diei & Consulis, quæ est prioris Milevitani Concilii, cui interfuit (ut vidimus) Aurelius Carthaginensis Episcopus, & cætera quæ habentur, usque ad illa verba: *Ideoque pariter:* quæ vero hæc sequuntur Acta, hujus de quo agimus, sunt Milevitani Concilii, usque ad octavum canonem: reliqui vero qui sequuntur ad finem usque, diversorum esse apparent Concilio-

(b) Extat to. 1. Conc. vet. edit. pag. 481.

Milevitanum Concilium posterius cum priore confusum.

(c) Item to. 1. Conc.

rum



rum Africanorum canones: ipsamque ad finem appositam subscriptionem longe diversam ab hoc Concilio Milevitano, qui nomina legerit Episcoporum qui huic Synodo interfuerunt, intelliget: adeo ut unum videas corpus ex diversis membris esse compactum, cujus caput, pedes & reliqua membra sint ex aliis diversis corporibus compaginata: quæ nisi quis accurate perspexerit, in ambages inextricabiles & nodos insolubiles incidat necesse est.

IV. Occasio cogendæ Synodi Carthaginensis.

His igitur elucidatis, jam de ipsis agamus Conciliis, ac primum de Carthaginensi: cujus quidem celebrandi ea occasio ante suppeditata fuisse videtur; quod Orosius presbyter, qui anno superiori (ut vidimus) profectus in Palæstinam ad S. Hieronymum, cum ibi esset, mense Decembris celebratam viderit Synodum Diospolitanam, in qua sciisset Pelagium cum decepisset involucro verborum Episcopos, ab eisdem fuisse absolutum, & in communionem acceptum, adversus quem pariter sciisset S. Hieronymum scriptis editis reclamasse: ipse, inquam, Orosius hoc ipso anno, veris tempore solvens e Palæstina, in Africam ex condicto rediens, & cuncta referens, excitavit Africanos Episcopos ad hæresim penitus debellandam, quam ipsi ante in Cælestio Carthagine (ut vidimus) condemnassent. Facile id fuit illis omnibus persuadere, tum exemplo & cohortatione S. Hieronymi litteris ab eo redditis ad Augustinum, tum ex imminenti periculo, quod libere scirent agere ut Catholicum, jam absolutum Pelagium in Concilio Palæstino, cujus decreto rescindi viderentur, quæ ipsi Episcopi Africani jam ante adversus Cælestium statuissent. Adjecit ad hæc Orosius, ut quas secum haberet datas ad se litteras Episcoporum Herotis & Lazari, eas Africanis Episcopis dederit inspiciendas, scriptas haud dubium adversus Pelagium atque Cælestium: fuisse autem Herotem & Lazarum in Gallia Episcopos, magnoque animi ardore infectatos esse ambos hæresiarchas, quæ inferius dicturi sumus, perspicue declarabunt. Porro Gallorum animos adversus Pelagianos incensos fuisse, S. Augustinus sæpe testatur.

V. Africani Episcopi excitati contra Pelagium.

Hæc quidem haud a nobis inani intelliges esse imaginatione conficta, si Africanorum Episcoporum hoc anno datas ad Innocentium Papam litteras exacte perlegeris. Nam absoluto a Synodo Palæstina Pelagio, iidem Africani Episcopi sunt conquesti litteris illis, quæ Aurelii, Alypii, Augustini, & aliorum nomine hoc anno (ut dicemus) sunt redditæ ad Innocentium (a), & aliis (b) ad eumdem a Milevitana Synodo datis contra eosdem Pelagianos, quibus & adversus eosdem S. Hieronymi studium commendatur, sed & Pelagii libertas ex fraude comparata pariter nunciatur, his scilicet verbis: *Pelagius vero (sicut a quibusdam fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ) Hierosolymis constitutus nonnullos fallere asseritur. Verumtamen multo plures, qui ejus sensus diligentius indagare potuerunt adversus eum pro Christi gratia & Catholicæ fidei veritate confligunt, sed præcipue sanctus filius tuus & frater & compresbyter noster Hieronymus.* Hæc ibi. Et de editis ab Orosio Gallorum Episcoporum epistolis, Synodales litteræ Carthaginensis Concilii aperte docent his verbis in earum exordio (c): *Cum ex more ad Carthaginensem Ecclesiam solemniter veniremus, atque ex diversis causis congregata ex nobis Synodus haberetur: com-*

(a) Apud Aug. ep. 95. & to. 1. ep. Rom. Pont.

(b) Apud Aug. ep. 92. & to. 1. ep. Rom. Pont.

(c) Apud Aug. ep. 90. & to. 1. ep. Rom. Pont.



PAGIUS exhibuit. Convenerant ad hanc Synodum Episcopi LXVIII. qui lectis iis, quæ *ante ferme quinquennium* contra Cælestium statuta fuerant, & gestis in Palæstina sedulo consideratis, Pelagii ac Cælestii personæ parcentes, horum errores anathemate confixerunt. *Heros & Lazarus* coram isto Concilio instaurandum esse judicium duxerunt, quia cum juxta Canones Antiochenos major Synodus minorem discutere „ debeat, certum est, inquit Marca in Dissert. „ de veter. collect. Canonum cap. 14. Pelagii „ causam vel apud Orientis universi Exarchum, „ Antiochenum Episcopum, agendam fuisse, vel „ sane apud Romanum Pontificem, cum causa „ communis esset & universalem Ecclesiam contingeret, Hoc ergo consilium ceperunt, „ *Hieronymo*, sine dubio auctore, ut per *Orosium* Presbyterum in Africam redeuntem Epi„ piscopos Africanos literis monerent, de gravi discrimine in quo vera fides versabatur „ ob *Pelagii* absolutionem præpropere & præ„ postere factam. Non se contulere Carthagi„ nem, tum quia eorum præsentia necessaria „ non erat, cum rei absentes essent, tum quia „ ex ægritudine nondum erant restituti. Quo „ alludit *Zosimus* Papa cum illis exprobrat „ iratus quod otiosi & delicati in lectulis suis „ resedissent.

„ Adeundorum Africanorum hic color fuit, „ quod ea causa ante quinquennium adversus „ *Cælestium* ea decrevissent, quæ absolutione „ Pelagii subverti videbantur. Veritatis ergo „ Christianæ tuendæ, suique decreti propugnan„ di causa in hæresim istam Carthagine Syno„ dus coacta sub *Aurelio* inquisivit, & statim „ ejus exemplo Synodus quoque Numidiæ Mi„ levi habita, cui interfuit *Augustinus*. Utra„ que Synodus, discusso negotio relationem „ misit ad *Innocentium* Papam, ut ipse sua au„ ctoritate firmaret quod Episcopi censuissent „ de damnando Pelagio & Cælestio eorumque „ hæresi. Non dissimulanda est, subdit Marca, „ quæ in contrarium promi potest objectio, E„ piscopis Africanis nihil competivisse juris in „ *Pelagium*, nec retractandæ ejus absolutionis, „ quam impetraverat a Synodo Diospolitana, „ in quam Concilium Carthaginense nullam „ poterat exercere jurisdictionem. Hoc quidem „ ultimum certum est, cum illa jurisdictio soli „ Antiochenæ, vel Apostolicæ Sedi competeret. At-

III. *Synodus Carthaginensis & Milevitana Pelagium damnandum censuere.*

PAGIUS IV. *Temperamentum a Patribus Carthagin. & Milevit. in hac damnatione adhibitum.*

„ Attamen cum de *Cælestio* judicium olim su„ scepisset Carthaginensis Synodus, poterat in „ correum ejusdem criminis *Pelagium*, ne con„ tinentia causæ divideretur, inquirere & con„ stituere quid agendum videretur, præcipue „ cum de fide mota esset quæstio, quæ omnes „ tangit, & cujus conservandæ sollicitudo om„ nibus Episcopis imposita est. Sed observan„ dum est temperamentum quod prudenter & „ necessario adhibent in dijudicando negotio. „ Referunt ad Papam *Innocentium*, ut ipse sum„ mo jure decernat. Prorsus eo modo se ges„ serunt, quo solebant Præsides Provinciarum „ agere ergi Principem, ad quem graviores „ & difficiliores causas referebant, sententia „ sua ad eum cum litis actis transmissa, ante„ quam litigatoribus pronunciaretur, ut Prin„ ceps aut decerneret ipse, aut quid decernen„ dum a Præside, referiberet. Extant tituli de „ *relationibus & consultationibus* in Corpore ju„ ris, & earum usus apud Plinium, quæ du„ plex illud nomen sortitæ, quia referebatur „ ad Principem, & ipse consulebatur. Rela„ tionum quoque Synodicarum Orientis & Oc„ cidentis ad Romanam sedem exempla super„ sunt, de quibus lib. I. de Concordia Sacer„ dotii & Imperii cap. 10.

„ Quare expendenda sunt Synodi Carthagi„ nensis verba, *censuimus hujusmodi persuasionis* „ *auctores, Pelagium & Cælestium anathemati*„ *zari oportere*. Definiunt, quid agendum vi„ deatur, sed non pronunciant: id summæ Se„ di reservant, cujus auctoritas per universam „ Ecclesiam expansa porrigitur. Quod docent „ verba sequentia: *Hoc itaque gestum, Domine* „ *frater, sanctæ charitati tuæ intimandum duxi*„ *mus, ut statutis nostræ mediocritatis etiam* „ *Apostolicæ Sedis adhibeatur auctoritas pro tuen*„ *da salute multorum, & quorundam etiam per*„ *versitate corrigenda*. Eodem tendit Synodica „ Concilii Milevitani, quæ Episcoporum culpæ „ imputandam fore ait, si quæ sunt suggeren„ da Sedi Apostolicæ pro Ecclesiæ commodo, „ tacuerint. Quapropter de nova hæresi ad „ Innocentium referibunt, ut ipse Pastoralem „ diligentiam magnis periculis adhibeat: *Quia* „ *te Dominus gratia sua præcipuo munere in Se*„ *de Apostolica collocavit, talemque nostris tem*-

V. *Utraque Synodus in hac causa eodem modo se gerit.*

po-

*presbyter noster Orosius nobis literas sanctorum fratrum & consacerdotum nostrorum dedit Herotis & Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam, &c.* Qui autem convenerunt Carthagine Episcopi, numerati habentur septuagintaseptem.

VI. Quæ acta sint in Concilio Carthaginensi contra Pelagium.

Cum igitur allatæ per Orosium dictæ Gallorum Episcoporum litteræ Synodo exhibitæ essent, & causa Pelagii atque Cælestii tractanda proposita esset in ipso Concilio Carthaginensi; ad pleniorem causæ cognitionem, jussa sunt edi in Synodo Acta Ecclesiastica ante quinquennium (ut dictum est) adversus Cælestium Pelagii antesignanum Carthagine quoque confecta: quibus diligentius inspectis atque examinatis, conclamata est ibidem utriusque damnatio, nisi iidem parati essent suas ipsorum hæreses condemnare. Testantur id quidem litteræ ad Innocentium ab eadem Synodo datæ, quibus dicitur (*a*): *His ergo electis, Pelagium & Cælestium auctores nefarii prorsus & ab omnibus nobis anathematizandi erroris advertimus. Unde factum est, ut recensendum peteremus quid ante ferme quinquennium super Cælestii nomine hic apud Ecclesiam Carthaginensem fuerit agitatum.* Et paulo post, quid statutum sit, subdunt: *Nisi hæc apertissime anathematizaverint, ipsos anathematizari oportere. Ut si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui decepti sunt ab eis, vel decipi possunt, cognita sententia quæ in eos lata est, sanitas procuretur.* Hæc acta sunt adversus Pelagium & Cælestium in Concilio Carthaginensi: quæ per Julium Episcopum, datis ad eum litteris, significanda curarunt Episcopi ejusdem concilii Carthaginensis Innocentio Romano Pontifici, ab eodem iisdem litteris postulantes, quicquid ea de re fuisset decretum in Synodo, confirmari: expetierunt enim id ipsi verbis hisce: *Hoc itaque gestum, domine frater, sanctæ charitati tuæ intimandum duximus, ut statutis nostræ mediocritatis etiam Apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorum, & quorumdam etiam perversitate corrigenda.* Hæc ipsi.

(*a*) *Ead. epist. 90.*

VII. Timor Orthodoxorum ne Synodus Palæstina confirmaretur a Papa.

Quod insuper timerent, ne ab eodem Romano Pontifice Acta Synodi Diospolitanæ in Palæstina, quibus Pelagius, quasi damnasset errores, fuerat absolutus, confirmarentur: in sua ipsorum ad eumdem Innocentium Papam scripta epistola Synodali addiderunt, ut si adduci ipse non posset ut damnaret hominem, quem probatum Catholicum Synodus absolvisset, hæreses saltem ejus damnare minime recusaret: nam subdunt: *Si ergo Pelagius Episcopalibus Gestis, quæ in Oriente confecta dicuntur, etiam tuæ veneration i juste visus fuerit absolutus: error tamen ipse, & impietas quæ tam multos assertores habet per diversa dispersos, etiam Apostolicæ sedis auctoritate anathematizanda est. Consideret enim sanctitas tua, & pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quam sit pestiferum, & exitiale ovibus Christi, quod istorum sacrilegas disputationes necessario sequitur, ut nec orare debeamus ne intremus in*

PAGIUS

„ *poribus præstitit, ut nobis potius ad culpam*
„ *negligentiæ valeat, si apud tuam Venerationem;*
„ *quæ pro Ecclesia sunt suggerenda, tacuerimus,*
„ *quam ea tu posses vel fastidiose, vel negligen-*
„ *ter accipere. magnis periculis infirmorum mem-*
„ *brorum Christi Pastoralem diligentiam, quæsu-*
„ *mus, adhibere digneris. Nova quippe hæresis &*
„ *nimium perniciosa tentat assurgere inimicorum*
„ *gratiæ Dei.*

VI. *Utramque causam ad sedem Apostolicam refert.*

Hanc Marcæ sententiam Divus Augustinus in Epistola centesima octogesima sexta, alias CVI, ad Paulinum Episcopum Nolanum anno sequenti data extra controversiam ponit. Nam de Pelagianis loquens, ait: *Missa sunt itaque de hac re ex duobus Conciliis Carthaginensi & Milevitano, Relationes ad Apostolicam Sedem, antequam Gesta Ecclesiastica, quibus apud Episcopos provinciæ Palæstinæ Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus vestras, vel in Africam pervenissent. Scripsimus etiam ad beatæ memoriæ Papam Innocentium prater Conciliorum Relationes, literas familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas erat atque oportebat Apostolicæ Sedis Antistitem;* ubi loquitur Augustinus de tribus Innocentii Papæ Epistolis, de quibus sermo est, quæ inter Augustinianas sunt CLXXXI. CLXXXII, & CLXXXIII. Blondellus in lib. contra Primatum Ecclesiæ pag. 285. & seqq. mirum in modum se torquet, ut ostendat ex hoc Episcoporum Africanorum erga Romanum Pontificem agendi modo inferri non posse hunc ab eisdem tanquam supremum & universalem Ecclesiæ Pastorem agnitum fuisse. Verum ictum declinare non potest; cum ea in re jure quodam supremo Pontifex Romanus uteretur, & ad ejus Sedem Episcopi relationes mitterent, tanquam ad eam, in qua residebat Principatus Sedis Apostolicæ, ut etiam ex iis quæ ipsemet refert, demonstrari potest. Sed hac de re mox plura.

VII. *Nulli Canones in Synodo Milevitana. II. conditi sunt.*

In Collectione Conciliorum referuntur Acta Synodi Melevitanæ II. cum Præfatione his verbis incepta: *Gloriosissimis Imperatoribus Arcadio & Honorio Augg. viris clarissimis Coss. VI. Kalend. Septemb.* &c. Verum hæc est Præfatio Synodi Milevitanæ primæ anno CCCCII. sub illo Consulatu habitæ. Sequuntur postea canones XXVII, quorum plures adversus Pelagianos editi sunt, octo scilicet priores. Sed, ut Baronius anno CCCCII. num LV. observavit, nulli in ea Synodo canones contra Pelagianos statui potuere, cum eo tempore eorum hæresis nondum innotesceret. Præterea recte monet ibidem Baronius, farraginem illam XXVII. canonum uni Synodo Milevitanæ inscriptorum, ad diversa Concilia Africana pertinere. At quod hoc anno num. III. habet, partem Præfationis & VIII. priores Canones esse Synodi Melevitanæ II, subsistere non potest; illi enim Canones in Collectione Africana, excepto solo canone XXIII, diversis aliis Conciliis tribuuntur, re-



*in tentationem, &c.* Hæc sunt quæ in Synodo Carthaginensi adversus Pelagium atque Cælestium, eorumdemque hæreses decreta fuerunt, quæ per Julium Episcopum (ut dictum est) ad hoc legatum per litteras eidem Romano Pontifici significanda curarunt.

VIII. (*a*) *Prosp. de ingrat.*

De hujusmodi Africanorum Episcoporum adversus recens emergentem impietatem accenso præ cæteris incomparabili zelo S. Prosper his agit carminibus (*a*):

Africanorum Episcoporum Zelus adversus Pelagianos.

*Tu causam fidei flagrantius Africa nostræ*
*Exequeris: tecumque suum jungente vigorem*
*Juris Apostolici solio, fera viscera belli*
*Conficis, & lato prosternis limite victos:*

& quod non uno Concilio, sed duobus eadem in hæresiarchas decreta fuerint, nempe Charthaginensi atque Milevitano, ista mox subjicit:

*Convenere tui de cunctis urbibus almi*
*Pontifices geminoque senum celeberrima cetu*
*Decernis quod Roma probet, quod regna sequantur:*

nisi magis hæc intelligenda sint de gemino Concilio Carthaginensi, nempe præ-



senti, & alio sub Zosimo Papa, de quo suo loco dicendum erit. Quod insuper eædem Synodi non præcipiendo tantum, damnandoque hæreses cum hæreticis, sacerdotalem exercuerint auctoritatem; sed etiam in docendo exhibuerint magisterium, cunctas latebras captantium tenebras hæreticorum aperiendo, ac sinuosos omnes illorum gressus cunctis palam faciendo, ne quis ab illis deciperetur: idcirco subdit hæc Prosper:

Quæ decreta in Conciliis Africanis adversus Pelagianos.

*Nec sola est illic Synodorum exerta potestas,*
*Ceu quos non possent ratione evincere nostri,*
*Vi premerent: Discussæ artes, viruspue retectum est*
*Hæretici sensus: nullumque omnino relictum,*
*Doctæ fides quod non dissolveret argumentum.*
*Condita sunt & scripta manent, quæ de cataractis.*
*Æterni fontis fluxere, undante meatu,*
*Et trecentenis procerum sunt edita linguis.*
*Sic moderante suam legem bonitate severa,*
*Ut qui damnato vellent de errore reverti,*
*Acciperent pacem pulsis quæ prava tenerent:*

PAGIUS

recteque scripsit Garnerius in dissert. 2. de Synodis in causa Pelagian. præter Epistolam Synodicam nihil Synodi Milevitanæ II. remanere, & canones istos eo nomine tantum vocatos esse: propter solam veteris Collectoris præjudicatam auctoritatem. Addit Schelstratius in dissert. 3. de Ecclesia Africana cap. 11. Patres Milevitanos in sua ad Innocentium I. Synodica duo tantum hæresis Pelagianæ capita retulisse, non octo, subdentes reliqua quæ ad *Pelagium* spectant, ex Synodica Carthaginensi Pontificem posse cognoscere. Denique Em. Card. Norisius l. 1. Hist. Pelag. c. 10. pluribus ostendit, octo illos Canones contra Pelagianos adscribi non posse Synodo posteriori Milevitanæ.

VIII. *Quod ex D. Augustino probatur.*

Augustinus enim docet quidem Pelagianos decreto utriusque Synodi damnatos fuisse, sed nunquam asserit aliquos de Gratia canones in eisdem conditos. In Epistola CLXXVII. alias XCV: *De Conciliis duobus*, inquit, *Provinciæ Carthaginensis, atque Numidiæ ad tuam Sanctitatem a non parvo Episcoporum numero subscriptas literas misimus contra inimicos gratiæ Christi.* Quod si canones de Gratia condidissent, eorundem mentionem fecissent Aurelius aliique tres cum Augustino Episcopi in ea ad Innocentium Epistola. Rursus Epistola CLXXVIII, alias XCIV, ad Hilarium, Augustinus ait: *Jam enim, cum illa scriberem, cognoveramus in Ecclesia Carthaginensi adversus eos Episcopalis Concilii conditum fuisse decretum per Epistolam Sancto & Venerabili Papæ Innocentio dirigendum, & nos de Concilio Numidiæ ad eandem Apostolicam Sedem jam similiter scripseramus.* Antea præ-



miserat hæc verba: *Nova quædam hæresis inimica gratiæ Christi conatur exurgere, sed nondum evidenter ab Ecclesia separata est.* Porro Decretum Carthaginensis Concilii, ibi ab Augustino laudatum, in hæc verba in Epistola Synodali conceptum legitur: *Id communi deliberatione censuimus, ut hujusmodi persuasionis auctores, quamvis ad presbyterium idem Cælestius postea pervenisse dicatur, nisi hac apertissime anathematizaverit, ipsos anathematizari oportere, ut si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui ab eis decepti sunt, vel decipi possunt, cognita sententia, quæ in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaque gestum, domine frater sancte, charitati tuæ intimandum duximus, ut statutis nostræ mediocritatis etiam Apostolicæ Sedis adhibeatur auctoritas.* Ex quibus constat Africanos, nullos de Gratia canones statuisse, sed Pelagianos ni palinodiam errorum canerent, a fidelium communione removendos duxisse. Et tamen octo illi Canones a Baronio his Synodis provincialibus Africæ deputati anathemate figillatim clauduntur, ut jam ea sentientes, quæ per illos damnantur, *evidenter ab Ecclesia separati* appareant, cujus tamen oppositum contigisse Augustinus Hilario per literas contestatus est. Idem Augustinus in Epistola ad Paulinum CLXXXVI. alias CVI, ait: *Missa sunt itaque de hac re ex duobus Conciliis, Carthaginensi & Milevitano relationes ad Apostolicam Sedem.* Quare Africani nullos canones condidere, sed integram Pelagianorum causam ad Romanam Ecclesiam detulere, ut supra ostendimus. His addit Card. Norisius, Cælestinum Papam, ut vulgo putant,

in

Hæc S. Proſper, proculdubio alludens ad canones, qui in iiſdem Conciliis ſunt conſtituti, ſed deſiderantur.

IX. Commendantur Aurelius, & Auguſtinus.

Atque demum in laudem Aurelii, qui præfuit Concilio Carthag. & Auguſtini, qui magna pars fuit Concilii Milevitani, hæc addit;

*An alium in finem poſſet procedere ſanctum*
*Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque*
*Auguſtinus erat: quem Chriſti gratia cornu*
*Uberiore rigans, noſtro lumen dedit ævo,*
*Accenſum vero de lumine? Nam cibus illi,*
*Et vita & requies Deus eſt; omniſque voluptas*
*Unus amor Chriſti eſt; unus Chriſti eſt honor illi.*
*Et dum nulla ſibi tribuit bona, ſit Deus illi*
*Omnia, & in ſancto regnat ſapientia templo.*

Hæc de Auguſtino & alia quæ inferius oportuniori occaſione reddituri ſumus. Sed tranſeamus ad Milevitanum Concilium.

X. Concilium Milevitanum.

Convenerunt igitur Milevi in Numidia ſexaginta & unus Epiſcopi (tot enim numerati habentur in ipſorum epiſtola ad Innocentium Papam) ſed fortaſſe tum in Milevitano, tum in Carthaginenſi non omnes recenſiti reperiuntur, cum ſanctus Proſper a trecentenis Epiſcopis dicat ea definita fuiſſe. Porro qui Milevi convenerunt Patres, de damnanda hæreſi Pelagiana (ut factum ſciebant in Carthaginenſi Concilio) unanimes in eamdem conſpiravere ſententiam. Extant eo argumento canones octo, perperam (ut dictum eſt) relati ad aliud Concilium Milevitanum antea celebratum ſub Conſulatu Arcadii & Honorii, omneſque adverſus eamdem Pelagianam hæreſim editi (*a*). Dederunt præterea litteras ex eadem Milevitana Synodo ad ipſum Innocentium Romanum Pontificem, quæ extant (*b*), eodem plane argumento quo ſcripta fuit epiſtola Synodalis a Concilio Carthaginenſi: quibus primum illud ingerunt, moris eſſe in Eccleſia Catholica, gravis ponderis cauſas deferre ad Romanum Pontificem; ſic enim exordiuntur epiſtolam: *Quia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in ſede Apoſtolica collocavit, talemque noſtris temporibus præſtitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam veneracionem, quæ pro Eccleſia ſunt ſuggerenda, tacuerimus, quam ea tu poſſis vel faſtidioſe vel negligenter accipere: magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti paſtoralem diligentiam, quæſumus, adhibere digneris.* Hæc ibi.

(*a*) *Conc. Milev.* 1.

(*b*) *Apud Aug. ep.* 92. *& to.* 1. *ep. Rom. Pont.*

XI. Miſſæ ſunt eædem litteræ Concilii Milevitani per eumdem Julium legatum, qui miſſus fuerat a Concilio Carthaginenſi, ut litteræ Innocentii ad eos redditæ docent (*c*). Porro de duorum Conciliorum litteris ad Innocentium ſimul datis hæc habet S. Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium (*d*): *Miſſæ ſunt itaque de hac re ex duobus Conciliis, Carthaginenſi & Milevitano, relationes ad Apoſtolicam ſedem, antequam Geſta Eccleſiaſtica, quibus apud Epiſcopos provinciæ Palæſtinæ Pelagius perhibetur eſſe purgatus, vel in manus noſtras, vel in Africam perveniſſent.* Hæc ipſe. Sed obſerva antiquum loquendi uſum, per Apoſtolicam ſedem, præ dignitate & ſui excellentia, intelligi ſemper Romanam Eccleſiam.

(*c*) *Innoc. epiſt.* 32.

(*d*) *Aug. ep.* 106.

Aliæ litteræ ad Innocentium.

Subdit vero idem Auguſtinus: *Scripſimus etiam ad beatæ memoriæ Papam Innocentium, præter Conciliorum relationes, litteras familiares, ubi de ipſa cauſa aliquanto diutius egimus.* Ita ipſe. At quænam ſunt iſtæ familiares litteræ? & quid opus poſt Synodicas adiicere familiares? Conſidera morem priſtinum. Quod enim quantumvis magnarum ſedium Epiſcopi cum aliis ſuffraganeis maximo honore proſequerentur Romanum Pontificem, Apoſtolicæ ſedis primarium Antiſtitem: ſi quæ eſſent ſcribenda, quæ quoquo modo pertingerent, atque quavis ex cauſa perſtringerent ipſum Romanum Antiſtitem; ne verenda parris retegere viderentur, non publicis illa credebant Synodicis, ſed privatis iiſdemque familiaribus litteris, quaſi amici ad aures ſermone loquentis: quod modo videmus factum per Auguſtinum, ut ipſe teſtatur: ſunt illæ quidem ab Auguſtino ſcriptæ, nomine tamen quinque magnæ exiſtimationis Epiſcoporum, Aurelii, Alypii, ipſius Auguſtini, Evodii, atque Poſſidii.

(*a*) *Aug. epiſt.* 95. *& to.* 1. *epiſt. Rom. Pont.* XII.

Quæ autem illa eſſent, de quibus Innocentius ſecreto admonendus erat, ex eorumdem familiaribus litteris accipe (*a*):



*Audivimus* (inquiunt) *eſſe in urbe Roma, ubi ille* (Pelagius videlicet) *diu vixit, nonnullos, qui diverſis cauſis ei faveant: quidam ſcilicet, quia vos talia perſuaſiſſe perhibent: plures vero, qui eum talia ſentire non credunt: præſertim quia in Oriente, ubi degit. Geſta Eccleſiaſtica facta eſſe jactantur, quibus putatur eſſe purgatus, &c.* At non parva quidem calumnia hæc, qua Innocentius Papa vocaretur in crimen tacitæ cum Pelagio conniventiæ: ſed calumnioſe iſta, ex more ſuo, ſparſerant in vulgus hæretici, quo gloriarentur ſe primæ ſedis Epiſcopi communione fulciri: quod ab aliis ſæpe factum vidimus. Cæterum quod Pelagiani Romæ verſari dicerentur; id ſe neſciente accidere potuiſſe, ipſe Innocentius ad eos reſcribens, excuſat his verbis (*b*): *Seu hac illi in urbe ſint; quod neſcientes, nec manifeſtare poſſumus, nec negare; cum etſi ſunt, lateant, nec aliquando audeant vel illum prædicantem iſtæ defendere, vel talia aliquo noſtrum præſente jactare; & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile, nec alicubi poſſit agnoſci: ſive in quovis terrarum loco degant, &c.* Quod vero pertinet ad judicium Palæſtinum, quæ ſua ipſius, ſit de eo ſententia, iſta ſubdit:

De hæreticis Romæ conſiſtentibus quid Innocentius.

(*b*) *Innoc. ep.* 33. *to.* 1. *epiſt. Rom. Pont.*

XIII. Quid Innocentius de judicio Palæſtino.

*Nobis tamen nec perſuaderi poteſt eum eſſe purgatum: quamvis ad nos a neſcio quibus laicis ſint Geſta perlata, quibus ille auditum ſe crederet, & abſolutum. Quæ utrum vera ſint, dubitamus; quod ſub nulla illius Concilii proſecutione venerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac*

PAGIUS

in literis ad Gallicanos Epiſcopos cap. 10. ſcribere: *Illud etiam quod intra Carthaginenſis Synodi decreta conſtitutum eſt, quaſi proprium Apoſtolicæ Sedis ampleCtimur, ſtatimque Cæleſtinus* ſubjungit, quoſdam canones Milevitano Concilio a Baronio attributos, qui tamen Carthaginenſi ibidem adſcribuntur, & quidem Plenario ex univerſa Africa coacto.

IX. *Synodus Milevitana* II. *fuit Provincialis.*

Hanc ſecundam Synodum *Milevitanam* non fuiſſe Concilium generale, quod arbitratur Baronius fuiſſe primum Milevitanum, ut videre eſt anno CCCCII. numer. LIV. liquet ex epigraphe Epiſtolæ CLXXVI. alias XCII. inter Auguſtinianas, quam Milevitani Concilii Patres ad Innocentium Papam ſcripſere. Quod ſi Canon XXVI. inter Milevitanos, *de Velandis Virginibus in caſu neceſſitatis*, citetur tanquam Milevitanum a Synodo Turonenſi II. inde tantum inferri poteſt auctorem farraginis anteriorem fuiſſe Synodo Turonenſi. Imo Ferrandus in Collectione canonum tit. 30. recitat canonem illum, quo vigente neceſſitate Virginis conſecratio ante annum XXV. permittitur, appellatque non Synodum Milevitanam, ſed Carthaginenſem, licet inter Canones Milevitanos ſit XXVI; Eſt autem Canon XVIII. Synodi Carthaginenſis anno CCCCXVIII. celebratæ, & recte ab eodem Ferrando, uti Canon XVIII. ejuſdem Concilii adducitur. *Ferrandus* vero anno DXLVIII. viginti ſcilicet aut circiter annos ante celebrationem Concilii Turonenſis II. adhuc in vivis erat. Denique verſus Proſperi in Carmine de Ingratis, quibus dicitur, hæreſiarchas *gemino cœtu* damnatos fuiſſe, quos Baronius de iſto Concilio Carthaginenſi & Milevitano II. numer. VIII. interpretatur de duabus Synodis anno CCCCXVIII. adverſus Pelagianos habitis intelligendi ſunt, ut eo anno videbimus.

X. *Epiſtolæ quinque Epiſcoporum ad Innocentium non eſt Synodica.*

Præter Synodicas Conciliorum Carthaginenſis & Milevitani Epiſtolas, Præfules quinque Africani, ſcilicet Aurelius, Alypius, Auguſtinus, Evodius, ac Poſſidius, aliam communi nomine eidem Innocentio Epiſtolam ſcripſere, qua totam Pelagii cauſam uberius apud illum expoſuere, aſſerentes ipſius Innocentii præſertim intereſſe, huic tanto malo mederi; propterea quod in Urbe plurimi eſſent Pelagiani Dogmatis ſectatores. Garnerius loco laudato exiſtimat, hanc Epiſtolam datam eſſe in tertio Concilio incerto loco hoc anno celebrato, quod Marius Mercator in Commonitorio a ſe Theodoſio Auguſto oblato, de damnatione Pelagii & Cæleſtii ſcribat: *Ut autem a ſancta recordationis Innocentio damnarentur, talis extitit cauſa. Poſt Romanæ Urbis vaſtationem in Palæſtina degebat Pelagius. Inventi ſunt a quibuſdam ſtudioſis Epiſcopis libri ejus, in quibus multa & varia adverſus fidem Catholicam conſcripta eſſe videntur. Hi cum litteris in Africam Patribus & Epiſcopis miſſi ſunt; ubi tribus Conciliis congregatis, memorati lecti ſunt libri. Exinde relationibus Romam miſſis, qui quoque libris pariter deſtinatis, Apoſtolica ſententia reſcribentis ad prædicta Conciliæ emanavit, quæ eoſdem ipſos Cæleſtium, Pelagiumque Eccleſiaſtica communione privavit; quarum ſcriptorum exemplaria habemus in manibus.* Verum tria illa Concilia alia non ſunt, quam Carthaginenſe anno CCCCXII. habitum, & Carthaginenſe ac Milevitanum II. hoc anno celebrata, ut Queſnellus Tom. II. Operum S. Leonis Magni in Diſſert. 13. & Schelſtratius in Diſſert. 3. de Eccleſia Africana cap. 11. jam obſervarunt. Licet enim prior illa Synodus relationem ad Innocentium non miſerit, ejus tamen geſta ab altera Carthaginenſi directa ſunt ad eumdem, ut clare habetur in utraque Synodica: *unde factum eſt* inquit Carthaginenſis hoc anno coacta, *ut recenſendum putaremus, quid ante ferme quinquennium ſuper Cæleſtii nomine hic apud Eccleſiam Carthaginenſem fuerit agitatum: quo recitato, ſicut ex ſubſequentibus advertere poterit Sanctitas tua, quamvis judicatio manifeſta conſtaret*, &c. Idem habet Synodus Milevitana II. Imo Auguſtinus in Epiſtola ad Valentinum CCXV. alias XLVII. eam Epiſtolam, non Synodicam, ſed *Familiarem* appellat, dum Valentino ejuſque Monachis Legendum perſcribit: *Quod ſcriptum eſt ad Papam Innocentium Romanæ urbis Epiſcopum de Concilio provinciæ Carthaginenſis; & de Concilio Numidiæ, & aliquanto diligentius a quinque Epiſcopis.* &c.

XI. *Sed tantum Epiſtola familiaris.*

Et manifeſtius in Epiſtola CLXXXVI. alias CVI. ad Paulinum num. II. ubi ait: *Scripſimus etiam ad beatæ memoriæ Papam Innocentium, præter Conciliorum relationes, Literas Familiares, ubi de ipſa cauſa aliquanto diutius egimus.* Quare cum Epiſtola illa non ſit Synodica, ſed *familiaris*, commentitia eſt Synodus illa. Hinc recte obſervat Queſnellus citatus, eam Epiſtolam ubique & in excuſis & in MSS. Codicibus familiarem Epiſtolam inſcribi, ut etiam nos ipſimet vidimus in variis MSS. præſertim in Victorino, ubi inter Epiſtolas Innocentii primi habetur cum hac inſcriptione: *Epiſtola familiaris quinque Epiſcoporum.*

XII. *Reſcriptum Innocentii ad Synodicas Patrum utriuſque Concilii.*

Ad laudatas Epiſtolas Synodicas Conciliorum Carthaginenſis & Milevitani II. & Epiſtolam familiarem quinque Epiſcoporum, reſcripſit Innocentius Papa *VI. Kalend. Februarii*, *Honorio & Conſtantio Coſſ.* die ſcilicet XXVII. menſis Januarii ſequentis Chriſti anni. Hæc ejus verba, quæ Marca laudatus recte interpretatus eſt: *Inquirendo de his rebus quas omni cum ſollicitudine decet a Sacerdotibus, maxime a vero juſtoque*

&

*hac re litteras, apud quos istius rei iste præstitit causas. Quod si de sua ille potuisset purgatione confidere; hoc magis credimus quod egisset, quod multo verius esse poterat, ut illos cogeret epistolis suis quid judicaverant, indicare. Verum cum sint aliqua in ipsis posita Gestis, quæ objecta partim ille vitando suppressit, partim multa in se verba retorquendo, tota obscuritate confudit; aliqua magis falsis argumentis, quam vera ratione (ut ad tempus videri poterat) purgavit, alia negando, alia falsa interpretatione vertendo. Sed utinam (quod magis optandum est) etiam ille se ad veram Catholicæ fidei viam ab illo sui tramitis errore convertat, ut cupiat velitque purgari, considerans quotidianam Dei gratiam, adjutoriumque cognoscens; ut videatur vere & approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus non Gestorum judicio, sed ad Catholicam fidem corde converso. Unde non possumus illorum nec approbare, nec culpare judicium, cum nesciamus utrum vera sint Gesta: aut si vera sunt, illum constat magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse. Qui si confidit, novitque nostra dignum esse damnatione, quod dicat jam hoc totum se refutasse quod dixerat: non a nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare, ut possit absolvi, &c.* Jam enim prædamnatum Pelagium fuisse Romæ ante Judicium Palæstinum, auctoritate S. Prosperi superius dictum est.

XIV. Innocentii Papæ fides impolluta.

In hanc ferme sententiam idem Innocentius Papa rescripsit duas epistolas per eumdem Julium legatum, alteram ad Concilium Carthaginense, ad Milevitanum vero alteram, quas vitandæ nimiæ prolixitatis gratia hic describere prætermittimus. Insuper privatas dedit ad quinque Episcopos, a quibus item privatas acceperat; necnon quartam ad Aurelium Episcopum Carthaginensem, respondens privatis ab eo acceptis litteris, deditque eamdem eidem Julio; extant (*a*) ipsæ perspicuæ omnibus, quibus plane omnis e cordibus Africanorum Episcoporum suspicio penitus sublata fuit. Nam S. Augustinus de iisdem agens in epistola ad Bonifacium hæc ait (*b*): *Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas erat, atque oportebat Apostolicæ sedis Antistitem.* Hæc ipse; eademque sæpe testatur (*c*). Et ut in re non ambigua, quam acerrimus insectator Pelagianorum fuerit Innocentius, intelligere potes testificatione S. Hieronymi in epistola ad Demetriadem (de qua superius) cum eam Pelagii epistola pulsatam admonet, ne sibi sapiens videatur, sed fidem sectetur, quam Innocentius Romanæ Ecclesiæ Pontifex profitetur. Laudat æque ac prædicat S. Prosper (*d*) ejusdem Papæ integritatem in fide incorrupta servanda: cujus quoque assertione liquet ejusdem Innocentii sententia damnatum fuisse Pelagium, & eamdem a successoribus comprobatam: nam adversus Collatorem hæc ex verbis Zosimi Papæ refert: *Constituimus in Pelagium atque Cœlestium per venerabilem Episcopum Innocentium de beatissimi Apostoli sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur gratiam Dei*, &c. sane quidem Gennadius (*e*) testatur, ab Innocentio scriptum esse decretum adversus Pelagium, illudque post ejus obitum a Zosimo promulgatum.

(*a*) *Innoc. ep.* 31. 32. 33. 34. *to.* 1. *epist. Rom. Pont.*
(*b*) *Aug. ep.* 106.
(*c*) *Aug. ep.* 147. *contra Julian. l.* 1. *c.* 4. *Retract. li.* 2. *cap.* 50. *de pecc. orig. l.* 2. *c.* 8.
(*d*) *Prosp. adversf. Collat.*
(*e*) *Gennad. de Vir. illustr.*

XV. Quod autem spectat ad Africanos Episcopos: adeo vehementi studio ad expugnandam Pelagianam hæresim incubuerunt, ut post duo hæc Concilia eodem hoc

PAGIUS *& Catholico tractari Concilio, antiquæ traditionis exempla sectantes, & Ecclesiastica memores disciplina, vestræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea cum pronunciaretis veneratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbastis esse judicium, scientes quid Apostolicæ Sedi (cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum) debeatur, a quo ipse Episcopatus & tota auctoritas nominis hujus emersit.*
„ Ex duplici capite, inquit Marca, eos Innocentius laudat, tum quod olim in hac causa pronunciassent, nempe adversus Cælestium, tum quod nunc venerationem debitam Sedi „ Apostolicæ conservent, eam consulendo, & „ omnia ad ejus judicium referendo. Quam „ quidem venerationem etiam cum adversus Cælestium pronunciarent, custodisse testatur Innocentius. Quod significat eadem sententia „ constitutum, ut gesta ad Sedem Apostolicam „ mitterentur pro more in causa communi totius Ecclesiæ observari solito; quem a Diosp politanis judicibus omissum miratur Innocentius, ut statim patebit. Referendo autem ad „ Sedem Apostolicam, *Patrum instituta* custo-

„ disse illos asserit, *quæ illi non humana, sed „ divina decrevere sententia, ut quidquid quæn„ vis de disjunctis remotisque provinciis ageretur „ non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus sedis „ notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate „ justa quæ fuerit pronunciatio firmaretur, inde„ que sumerent cætera Ecclesia quid præcipere, & „ quid vitare deberent.*

XIII. „ Ut autem manifestius sit, discussam fuisse „ ab Episcopis quæstionem, hæresim quoque „ damnatam, sed nondum promulgatum sen„ tentiam, quæ decreto Sedis Apostolicæ pro„ cul dubio egebat, ut omnes teneret, addit: „ *Gratulor igitur, fratres carissimi, quod per fra„ trem & Coepiscopum nostrum Julium literas ad „ nos destinatis; & cum pro illis curam geri„ tis quibus præsidetis Ecclesiis, sollicitudinem „ vestram pro omnium utilitate monstratis, & „ per cunctas totius Orbis Ecclesias quod omni„ bus prosit decernendum esse una depositis; ut „ suis constabilita regulis Ecclesia, & hoc „ quod illos caveat, pronunciationis justa firma„ ta decretalibus patere non possit, qui perversis „ instructi, imo destructi verborum argutiis, sub ima-*

*In utroque Concilio hæresis damnata, sed Sententia non promulgata.*



Augustinus a duobus Conciliis præficitur Scriptioni.

(*a*) *Aug. ep.* 110.

hoc anno Carthagine & Milevi in Numidia congregata, S. Augustino delegaverint opus, ut suis scriptis nefandam hæresim penitus infectaretur, testatur id quidem ipse Augustinus (cum de populo suo conqueritur, quod non sinerent eum a negotiis feriatum, ut injunctæ posset insudare provinciæ) in Actis Ecclesiasticis de institutione Eradii (*a*) successoris; ait enim: *Nostis ante aliquot annos quid facere voluerim, & non permisistis. Placuit mihi & vobis propter curam Scripturarum, quam mihi patres & fratres mei coepiscopi duobus Conciliis Numidiæ & Carthaginis imponere dignati sunt, ut per quinque dies nemo mihi molestus esset. Gesta confecta sunt: placuit, acclamastis: recitatur placitum vestrum, & acclamatio vestra. Parvo tempore servatum est circa me: & postea violenter irruptum est, & non permittor ad quod volo, vacare. Ante meridiem & post meridiem occupationibus hominum teneor.* Hæc Augustinus, quibus intelligas ingruentia negotia sanctissimi Patris. Porro injunctum sibi ab Episcopis duorum Conciliorum opus quam naviter atque accurate impleverit, sua ipsius scripta eo argumento edita fidem faciunt: ut nihil uberius, doctiusve & eloquentius dici potuerint, appareatque cum in aliis scriptis alios superet, in tractatibus contra Pelagianos se ipsum penitus superasse. Ad hæc plane S. Augustini scripta S. Prosper allusit, ubi post recensita duo hæc

(*b*) *Prosp. de Ingrat.* adversus Pelagianos Concilia in Africa celebrata, de ipso Augustino ista pergit versibus dicere (*b*).

*Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto*
*Insanas pepulere feras, industria major.*
*Majus opus, totum præstantius imbuit Orbem.*
*Nam quocumque gradum convertit callidus hostis,*
*Quaque per ambages anceps iter egit opertas,*
*Hujus ab occursu est præventus, mille viarum*
*Insidiis aditum non reperientibus ullum.*
*Cumque foris rabies avidorum exclusa luporum*
*Frenderet, inque omnes mendacia verteret artes:*
*Ne mentes ullarum ovium corrumpere posset,*
*Neu dubia obliquis turbaret corda querelis,*
*Istius ore viri fecit Deus, istius ore*
*Flumina librorum mundum effluxere per omnem:*
*Quæmites, humilesque bibunt, campisque animorum*
*Certant vitalis doctrinæ immittere rivos.*

Quanta Augustinus adversus Pelagianos præstiterit.

Hæc S. Prosper de S. Augustino; cujus, cum ista ex duobus dictis Conciliis tractarentur, extat de his ipsis tunc gestis data epistola ad Hilarium (*c*).

(*c*) *Aug. epist.* 94.

Sed jam ad Orosium redeamus, quem hoc anno cum reliquiis Protomartyris Stephani venturum in Hispaniam, acceptis ab Avito litteris ad Balchonium Brachare-

XVI.

PAGIUS *imagine catholicæ fidei disputantes totam ve„ ri dogmatis quærunt evertere disciplinam.* Qui „ locus integer describendus fuit, ut ostende„ retur, rem discussisse, & quid decernendum „ esset ab Innocentio posciisse, ut universa „ Ecclesia generali constituto stabiliretur. Interim corrigenda sunt verba, quæ in om„ nibus exemplaribus perverse leguntur, & „ sic reponendum: *Ut suis constabilita regulis „ Ecclesia, & habeat quo illos caveat, & pro„ nunciationis justæ firmata decretalibus pate„ re non possit iis, qui* &c. Cæterum quemadmodum decreta Principis dicebantur, quæ „ cognitione habita controversiam dirimebant, „ sic quoque Romani Pontifices sua rescripta, „ quibus aliquid in perpetuum & generaliter „ constituebatur, *decreta & decretalia* vocave„ re. Unde Siricius in Epistola ad Himerium „ ait; missa ad provincias a Liberio prædeces„ sore suo generalia decreta. Et idem Innocentius *decretalia constituta* appellat. Hæc „ Marca, sed locus quem corrigit, purus le„ gitur in Codice Canonum Romanæ Ecclesiæ cap. 7. his verbis: *Ut suis constabilita regulis Ecclesia, & quo illos caveat pronunciationis justa firmata decreto, talibus patere non possit, qui perversis* &c.

XIV. Ex hac egregia Marcæ observatione facile est explicare locum Gennadii in lib. de Viris illustr. qui doctorum Virorum ingenia torsit: *Innocentius*, inquit Gennadius cap. 43. *urbis Romanæ Episcopus scripsit decretum Occidentalium Ecclesiarum, & Orientalium adversus Pelagianos datum, quod postea successor ejus Papa Zosimus latius promulgavit*, ut habent vulgatæ *Gennadii* editiones, quæ cum mihi corruptæ viderentur, scripsi ad eruditissimum Bernardum Montfauconum, a quo propediem habebimus novam & accuratam editionem Operum Sancti Athanasii; rogavique, ut locum illum conferret cum veteri MS. suæ Bibliothecæ Sangermanensis, qui respondit, ita in eo legi: *Innocentius urbis Romæ Episcopus. Scripsit decretum Occidentalium & Orientalium Ecclesiis adversus Pelagium datum. Post quem successor ejus Papa Zosimus latius promulgavit*; ita enim Antiqui interpunctionibus loca distinguebant. Hæc verba legens Baronius num XIV. putavit *Innocentium* præter literas adversus Pelagianos ad Africanas Synodos datas condidisse etiam *decretum* contra eosdem, quod postea Zosimus ad universos Orbis Episcopos direxit. Verum E. Card. Norisius laudatus cap. II. hanc sententiam refellit, quod hujus decreti nunquam mentionem fecerit Augustinus. Is Epistola laudata CCXV. alias XLVII. scribit ad *Valentinum*, mittere se omnia decreta in causa Pelagianorum, ibique numerat *tres* Afrorum Epistolas, itemque tria *Innocentii* ad pos-

*Explicantur Gennadius Auctor libelli Pontificalis & Possidius.*

Orosius primus reliquias S. Stephani in Occidentem tulit.

rensem Episcopum, Hierosolymis recessisse diximus, & unde postremo solverat, in Africam divertisse. Id quidem tum, quæ superius dicta sunt, manifeste declarant, tum etiam Marcellinus in Chronico, cum de eo hæc affirmat sub anni hujus Consulibus: *Orosius presbyter, Hispanus genere, septem libros historiarum descripsit. Missus ab Augustino Episcopo idem Orosius pro discenda animæ ratione ad Hieronymum presbyterum, reliquias beati Stephani nuper inventas, rediens, primus intulit Occidenti.* Hæc ipse. Primus quidem ipse tulit: nam & testificatione quoque sancti Augustini (*a*) certum est, ante hæc tempora numquam visas, nec auditas sancti Stephani reliquias in Occidentalibus oris, nisi unum ex lapidibus illis, quibus idem sanctus percussus martyrium consummavit, a nauta allatum Anconam, ad mare Hadriaticum sitam Italiæ civitatem; ut suo loco, cum de ejus martyrio actum est, dixisse meminimus. Quo in loco multa miracula edi solita, haurientibus Fidelibus mel de petra, oleumque de saxo durissimo, idem S. Augustinus memoriæ prodidit (*b*).

(*a*) *Aug. de divers. serm.* 32.

(*b*) *Aug. de divers. serm.* 31.

XVII. A quibus primum in Africa acceptæ reliquiæ S. Stephani.

Acceperunt ex iisdem reliquiis partem ab Orosio traditam, qui ex Palæstina attulit, inter alios sanctus Augustinus Episcopus Hipponensis, Possidius Episcopus Calamensis, & Evodius Episcopus Uzalensis, a quibus in Protomartyris memoriam erectæ fuerunt ecclesiæ, in iisdemque eædem sacræ reliquiæ collocatæ, ab Evodio primum, inde a Possidio, ac postea ab Augustino, ut ipse testatur his verbis (*c*): *Nondum est autem biennium, ex quo apud Hipponem Regium cœpit esse ista Memoria*, Stephani Protomartyris scilicet: *& multis (quod nobis certissimum est) non datis libellis de iis quæ mirabiliter facta sunt; illi ipsi qui dati sunt, ad septuaginta ferme numerum pervenerunt, quando ista conscripsi.* Erant libelli ipsa facti miraculi certa scriptis mandata testificatio; subdit autem: *Calamæ vero, ubi & ipsa Memoria prius esse cœpit, & crebrius dantur, & incredibili multitudine superant. Uzali etiam, quæ colonia Uticæ vicina est, multa præclara per eumdem martyrem facta cognovimus; cujus ibi Memoria, longe prius quam apud nos, ab Episcopo Evodio constituta est.* Fuit hic clarus inter Africæ Episcopos, ad quem extant litteræ S. Augustini; unusque ex quinque illis Episcopis, quorum habentur privatæ litteræ ad Innocentium Romanum Pontificem, quarum nuper mentio facta est.

(*c*) *Aug. de Civit. Dei l.* 22. *c.* 8.

XVIII. Multæ memoriæ S. Stephani in Africa.

At non hi tres tantum Episcopi ex reliquiis Protomartyris acceperunt, nec ab his solum erectæ sunt Memoriæ S. Stephano, sed ab aliis pluribus. Accepit enim & eas Projectus Episcopus, detulitque ad Aquas Tibilitanas, ibique Memoriam extruxit eidem: itemque Lucillus Episcopus, qui itidem in castello Sinicensi ejusdem Protomartyris nomine memoriam pariter excitavit, quarum idem meminit S. Augustinus (*d*). Est mentio apud eumdem Augustinum alterius ejusmodi S. Stephani Memoriæ in Africa in agro Auduritano (*e*). Vides, lector, sanctorum Patrum de sacrarum reliquiarum religiosissimo cultu antiquum usum, ut cum reliquias martyrum nacti essent in eorum honorem ecclesias, sive intra ecclesias altaria erigerent, ubi conderent sacra pignora, eisdemque Memorias Deo dicarent. Fecerunt hæc quidem inter alios qui tunc erant in Africa sanctissimi atque doctissimi Episcopi, ne quis eos superstitiosos inclamet, & simplicitatis nomine sugil-

(*d*) *Aug. eod. l. c.* 8.

(*e*) *Aug. ibid.*

PAGIUS eosdem rescripta: rursus Concilii Africani literas ad Zosimum datas, ejusdemque ad universos Episcopos rescriptum; ubi altum de hoc asserto *Innocentii* decreto silentium. Sed nec putandum est, idem decretum ab Innocentio morte prævento non fuisse publicatum, quod postea *Zosimus* præstitit; etenim cur *Zosimus* initio Pelagianis credebat? Et quidem cum *Cælestius*, fraudibus per Africanos palam nondum factis, iterum a *Zosimo* audiretur, Pontifex Innocentii tantum literas ad Carthaginensem & Milevitanam Synodum objecit. Augustinus enim lib. 2. de peccat. Orig. cap. 7. testatur Zosimum instasse Cælestio, *ut Sedis Apostolicæ literis, quæ a sanctæ memoriæ suo prædecessore manaverant, præberet assensum*. Sane Innocentii *Decretum* Zosimus Cælestio opposuisset, si in Ecclesiasticis scriniis illud invenisset. Quare Card. Norisius, licet laudatum Marcæ opusculum non vidisset, recte concludit, *Gennadium* nomine *Decreti* illud tantum intellexisse dicendum esse, quod in memoratis Innocentii literis ad Africanos Patres contra Pelagianos statutum fuerat.

XV. Garnerius tamen qui etiam illud Opusculum non legerat, in dissert. IV. quæ est de subscriptionibus exactis in causis Pelagianorum cap. VI. & in dissert. II. Baronii opinionem amplectitur, aitque *Decretum* illud, de quo Gennadius, non differre a constitutione, de qua loquitur Prosper contra Collatorem cap. 10. ubi pro canonibus Africanis scribit: *Cum ducentis quatuordecim Sacerdotibus, quorum constitutionem contra inimicos gratiæ Dei totus mundus amplexus est veraci professione*, &c. Eamque constitutionem eam ipsam censet Garnerius, qua Patres Africani apud Prosperum loco citato dicunt: *Constituimus in Pelagium atque Cælestium per venerabilem Episcopum Innocentium de beatissimi Apostoli Petri sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur*, &c. Denique ait Garnerius, *Decretum* Innocentii a Tractoria Zosimi in eo tantum fuisse diversum, quod illud pressius, ista latius doctrinam Catholicam contineret. Verum hæ similesque conjecturæ ex dictis vanæ esse demonstrantur, liquetque non solum *Gennadium*; sed etiam Auctorem libri Pontificalis, & Possidium in Vita Sancti Augustini de literis decretalibus ab Innocentio Papa datis intelligendos esse. In Libro Pontificali ubi de Innocentio Papa agitur, habetur: *Hic consti-*

*Rejicitur explicatio Garnerii.*



sugillare valeat: sed profecto non id ipsi recens in Ecclesiam invexerunt; verum quæ a majoribus tradita invenerunt, ut pia sanctaque sectati etiam opere impleverunt: quæ Deus innumerorum operatione miraculorum ad Gentilium retundendam impietatem & Hagiomachorum hæreticorum perfidiam convincendam, atque obstinati animi duritiem infringendam, voluit notis amplissimis perspicua cunctis reddi, eademque ab iisdem, qui præsentes fuerant religiosissimis Antistitibus omni fide testata relinqui.

XIX. De memoria Uzalensi erecta S. Stephano.

Sed age mecum, lector, has lustrare Memorias ne te pigeat; & quo ordine eædem dicuntur esse constructæ, easdem invisamus. Adeundaque nobis erit in primis Memoria, quam primam omnium ab Evodio Uzalensi Episcopo esse erectam sancti Augustini assertione didicimus. Non sic quidem ab Uzalensi Memoria inchoamus, quod prior cæteris ejus Episcopus Evodius acceperit reliquias Protomartyris: sed quod licet tardius nactus esset, ipse tamen primus Memoriam eamdem erexerit. Etenim post biennium ab hoc tempore perlatas ad eum a presbytero easdem reliquias Hierosolymis, prior liber de Miraculis illic editis fidem facit, ubi dicitur (*a*), tunc perlatas eas in Ecclesiam fuisse, cum recitarentur publice literæ Severi Episcopi Minoricensis insulæ: quas ex Consulibus in eis signatis scriptas fuisse post annum sequentem apparet, de quibus suo loco acturi sumus.

(*a*) *Evod. de mirac. S. Step. l.* 1. *cap.* 2. *apud Aug. to.* 10.

XX. Quæ autem illuc sunt perlatæ reliquiæ, fuisse in ampulla sanguinem cum tenuissimis, aristarum instar, fragmentis ossium, visio ibi descripta declarat: quæ postea tempore Wandalici belli per S. Gaudiosum Episcopum, facta migratione, est translata Neapolim, ubi ad hanc quoque diem conspicitur coruscare miraculis: egimus de his in Notis ad Romanum Martyrologium (*b*). Extant duo libri de Miraculis in dicta Uzalensi Memoria ad reliquias ejusdem Stephani editis tunc cum agerentur, descriptis: qui quidem licet inscribantur nomine Evodii Episcopi Uzalensis, & ita citari consueverint, sicut & nos citasse meminimus; tamen non ab ipso, sed ad ipsum potius scriptos, accuratus lector inveniet (*c*): cæterum scriptos fuisse constat ab aliquo ejusdem Ecclesiæ clerico, atque ad omnes veritatis numeros elucubratos. Testatur & S. Augustinus de miraculis in eadem Memoria fieri solitis ubi primum ait (*d*): *Apud Uzalim, ubi est Episcopus frater meus Evodius, quanta miracula ibi fiant, quærite, & invenietis*, &c. Recitat ibi de matre rogante Protomartyrem pro filio absque baptismo defuncto, ad gratiam baptismi suscipiendam resuscitato. Et in libris de Civitate Dei (*e*) egregiam narrat historiam de clarissima femina, Petronia nomine, ab incurabili ulcere protinus libera reddita. Sed multo plura duobus illis libris complexus est auctor: in quibus quidem voluminibus præter recensita ibi miracula, multa suppetunt memoria digna vetera monumenta; nempe inter alia illud, afferri & incendi solitos ad Memorias martyrum cereos (*f*).

(*b*) *Die* 2. *Aug.*

(*c*) *Evod. li.* 1. *c.* 1. & 7.

(*d*) *Aug. de divers. ser.* 32. 33.

(*e*) *Aug. de Civit. Dei lib.* 22. *c.* 8.

(*f*) *Evod. l.* 1. *c.* 2. 4. & *li.* 2. *c.* 1.

XXI. Insuper & illud quidem agit observatione dignum: cum sub altari sacræ reconderentur reliquiæ, fenestellam (ita enim nominat auctor *g*) in eo fieri solitam ad hunc usum, ut per eam dimitterentur velamina, quæ admoverentur capsulæ, in qua sacra pignora clauderentur, quibus Deus ex virtute sacrarum reliquiarum multa soleret operari miracula. Quod enim hic habet auctor, *Fenestella*, in litteris Hormisdæ Romani Pon-

(*g*) *Eod. li.* 1. *cap.* 12.

De fenestella, & foramine in sepulcris martyrum.



PAGIUS *stitutum fecit de omni Ecclesia*; in Vita vero Sancti Augustini cap. 18. Possidius de Innocentio & Zosimo, qui Pelagianos damnarunt, loquens, ait: *At illi tantæ sedis Antistites, suis diversis temporibus eosdem notantes, atque a membris Ecclesiæ præcidentes, datis literis & ad Africanas Occidentis, & ad Orientis partis Ecclesias, eos anathematizandos, & devitandos ab omnibus catholicis censuerunt*; ubi vides Possidium, quod Gennadius *Decretum*, & Auctor libri Pontificalis constitutum vocant, *literas* appellare, easque tam in Africam quam in Orientem missas esse, diserte asserere.

XVI. *Innocentius dogma Pelagianum damnavit & ejus auctores a communione separavit.*

Porro *Innocentius* post longam disputationem duo quædam constituit, rescriptis suis ad Synodum Carthaginensem & Milevitanam II. datis; ac primum quidem nefarium dogma Pelagii condemnat, ut regulæ fidei contrarium: *quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententiæ, quo dicat adjutorio nobis non opus esse divino, inimicum se Catholicæ fidei & Dei beneficiis profitetur indignum*, inquit in Epistola ad Synodum Carthaginensem. Deinde auctores hæreseos a communione separat, donec resipiscant, quos nominatim appellat in rescripto ad Concilium Milevitanum. *Quare Pelagium Cælestiumque, idest, inventores vocum novarum, quæ, sicut dicit Apostolus, ædificationis nihilum. Sed magis vanissimas consueverunt parere quæstiones, Ecclesiastica communione privari Apostolici vigoris auctoritate censemus, donec resipiscant a diaboli laqueis a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem, eosque interim dominico ovili non recipi, quoad ipsi perversæ viæ, quam secuti sunt, tramitem deserere voluerint.*

XVII. *Innocentius quinque Episcopis quid responderit.*

Quia vero Aurelius, Alypius, Augustinus, Evodius, & Possidius Episcopi Epistola familiari eum monuerant, *Pelagii* causam a pluribus in Urbe foveri, & Diospolitanam Synodum ab eo delusam ambigua gratiæ significatione, adiicientes quoque consilium suum, ut aut *Pelagium* evocaret Romam, aut cum eo literis ageret, ut responderet quam intelligeret gratiam, huic Epistolæ respondit Innocentius, ut refert „ Marca, nescire se an in Urbe sint; qui *Pe-* „ *lagii* doctrinæ faveant, saltem latere, nec simi-

Pontificis (de quibus suo loco agemus inferius) *Foramen* appellatur, ubi agitur de altare S. Petri Apostoli, in quo non unum *Foramen* inerat, sed duo, superius & inferius; illudque extrinsecus positum, ad illud quod erat interius, pervium: paucis autem, & nonnisi pro magno munere atque gratia, ad secundum Foramen concedebatur demitti ad sanctificationem hauriendam velamina: cujus quidem usus plurima exempla suppetunt: sed de illis dicendum suis temporibus. Audi modo, quid de muto ex paralysi facto idem ibi auctor enarret: *Exuens* (inquit) *sibi manicam tunicæ suæ, eo quod orarium non haberet, per fenestellam Memoriæ ad interiora loca sanctarum reliquiarum manu injecta mittebat, atque exinde rursum dexteram reducens ori suo admovebat, & linguam contingendo paulatim nodos loquendi gratia fidei persolvebat, &c.* Illud etiam non prætereat, quod ibidem recensetur, solitum fuisse pulverem colligi qui adjaceret loco ubi sacræ reliquiæ conderentur, eodemque curatos esse languores (*a*). Itidem & de oleo (*b*) sanctificato ad curationem morborum testimonium habes, necnon usum sacrarum imaginum divinitus comprobatum (*c*):

(*a*) *Ibid. l. 1. c. 12.* (*b*) *Ibid. l. 2. c. 2.* (*c*) *Ibid. l. 2. c. 4.*

XXII. Quod autem in eodem commentario, dum recensetur divina miracula in Megetia clarissima femina per reliquias Protomartyris impetrata, mentio fit (*d*) de Avitiano ejusdem Megetiæ socero, homine idololatra: in mentem venit Avitianus ille æque impius, cujus crudelitas nota facta est scriptis Severi in rebus gestis (*e*) S. Martini; num idem ille sit, cum nomine, moribus, & professione consentiant; qui etsi tunc in Galliis ageret Præfecturam, accidere tamen potuit, ut invadentibus barbaris illas provincias (sicut de aliis pluribus vidimus) una cum suis ipse in Africam transmigraverit: certe quidem id asserere, nihil est quod repugnet.

(*d*) *Ibid. l. 2. c. 2.*

(*e*) *Sever. dialog. l. 3.*

XXIII. Sed non prætereat, quod cum in eadem tractatione auctor ipso exordio hæc profiteatur: *Ipsorum quoque hominem verba, sicut ab eis dicta sunt, simpliciter ponere non debemus erubescere:* Observatione dignum esse, quod vox, *Domnus*, & *Domna*, ab eodem aliorum verbis frequentius repetitur, eademque tributa clarissimis viris ac feminis, necnon etiam sanctis, ut ipsi sancto Protomartyri Stephano: nam ibi sæpe, *Domna Megetia*, sæpius, *Domnus Stephanus*, & illud, *Domnus meus Uzalensis*, primarium virum loci illius intelligens: cum vero de Deo dicendum est, ipse non *Domnus*, sed *Dominus* ponitur: ut appareat, usu loquendi, vocem *Dominum* tribui solitam Deo tantum, *Domnum* vero communem sanctis, vel clarissimis viris ac mulieribus, non Episcopis solum, vel cæteris inferioris ordinis clericis, ut alii putaverunt: cæterum non id ipsum semper ubique, & ab omnibus observatum. At hæc modo obiter observasse, & attigisse satis. Domnus & Domna.

XXIV. Sed quod jam diutius te detinui in Memoria Uzalensi, transeamus jam ad Calamensem secundam ordine temporis ædificatam, ac etiam ad Hipponensem; non quidem (quod nec de Uzalensi præstitimus) ut cuncta in eis miracula edita, victi eorum multitudine, recensere velimus, quod non valemus: nam S. Augustinus id sibi visus implere non posse, de iisdem Memoriis ista præfatur (*f*): *Non hic possum omnia commemorare, quæ scio: & proculdubio plerique nostrorum cum hæc legent, dolebunt me tam multa prætermisisse, quæ utique mecum sciunt. Quos jam nunc, ut ignoscant, rogo, & cogitent quam prolixi laboris sit facere, quod me hic non facere, suscepti operis necessitas cogit. Si enim miracula sanitatum (ut alia taceam) ea tantummodo velim scribere, quæ per hunc martyrem, id est, gloriosissimum Stephanum facta sunt in Colonia Calamensi, & in nostra: plurimi conficiendi sunt libri, nec tamen omnia colligi poterunt, sed tantum de quibus libelli dati sunt.* Et paulo post de Calamensi Memoria: *Crebrius dantur*, libelli scilicet miraculorum, *increditibili multitudine superant.* Eos scilicet, quos datos sciret libellos de Memoria Hipponensi, numero ferme septuaginta, absque aliis ibi editis miraculis, de quibus nullus scriptus libellus esset. De Memoria ejusdem Protomartyris ad Aquas Tibilitanas agens, magna populi multitudine dicit frequentatam fuisse; de qua hæc obiter tantum: *Ibi cæca mulier, ut ad Episcopum portantem sacra pignora duceretur, oravit: flores, quos ferebat, dedit, recepit, oculis admovit, protinus vidit: stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducem ulterius non requirens.* De Memoria vero Auduritana ista subiicit: *Puerum quemdam parvulum cum in area luderet, exorbitantes boves, qui vehiculum trahebant, rota obtriverunt, & confestim palpitavit expirans: hunc mater arreptum ad eamdem Memoriam posuit, & non solum revixit, verum etiam illæsus apparuit.* Subdit de quatuor aliis defunctis virtute ejusdem S. Stephani reliquiarum revocatis ad vitam: quæ tantum miracula, omissis cæteris, hic describere sat erit; ait enim:

(*f*) *Aug. de Civit. Dei li. 22. c. 8.* De aliis Memoriis & multitudine miraculorum S. Stephani.

XXV. De sex defunctis revocatis ad vitam. *Sanctimonialis quædam in vicina possessione, quæ Caspaliana dicitur, cum ægritudine laboraret ac desperaretur, ad eamdem Memoriam tunica ejus allata est: quæ antequam revocaretur, illa defuncta est: hic tamen tunica operuerunt cadaver ejus parentes: & recepto spiritu, salva facta est. Apud Hipponem Bassus, quidam Syrus ad Memoriam ejusdem martyris orabat pro ægrotante & periclitante filia, atque secum vestem ejus detulerat. Cum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nunciarent. Sed cum, orante illo, ab amicis ejus exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum rediisset, jam suorum ejulatibus personantem; & vestem filiæ, quam ferebat, super eam projecisset; reddita est vitæ. Rursus ibidem apud nos Irenæi cujusdam Collectarii filius ægritudine extinctus est; cumque corpus jaceret exanime, atque a gementibus, & plangentibus exequiæ pararentur: amicorum ejus quidam inter aliorum consolantium verba suggessit, ut ejusdem martyris oleo corpus perungeretur: factum est, & revixit. Itemque apud nos vir Tribunitius Eleusinus super Memoriam martyris, quæ in suburbano ejus est, ægritudine exanimatum posuit infantulum filium suum: & post orationem, quam cum multis lacrymis ibi fudit, viventem levavit.* Ista ibi de quinque mortuis revocatis ad vitam: de alio vero in dicta Calamensi Memoria reddito item vitæ idem superius agit; cui addit de alio ex morte animæ (quod majus videri potest) revocato ad vitam, & relato in gloriam sempiternam: reddamus hic ipsum:

XXVI. De Martiali ex Ethnico reddito Christiano. *Fuit* (inquit) *ibi vir in ordine suo primarius, nomine Martialis, ævo jam gravis, & multum a religione abhorrens Christiana. Habebat sane fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum. Qui cum eum ægrotantem multis, & magnis precibus, & lacrymis rogarent, ut Christianus fieret: prorsus abnuit, eosque a se turbida indignatione submovit. Visum est genero ejus, ut iret ad Memoriam S. Stephani, ut illic pro eo, quantum posset, oraret, ut Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Christum. Fecit hoc ingenti gemitu, & fletu, & sinceriter, ardente pietatis affectu. Deinde abscedens, aliquid de altari florum quod occurrit, tulit; eique cum jam nox esset, ad caput posuit. Tunc dormitum est: & ecce ante diluculum clamat, ut ad Episcopum curreretur, qui mecum forte tunc erat apud Hipponem. Cum ergo audisset eum absentem, venire presbyteros postulavit. Venerunt, & statim se credere dixit. Admirantibus atque gaudentibus omnibus, baptizatus est. Hic quamdiu vixit, in ore habebat, CHRISTE ACCIPE SPIRITUM MEUM: cum hæc verba beatissimi Stephani (a), quando lapidatus* (a) *Act. 7.*





PAGIUS „ similia jactare. Quod attinet ad purgationem „ Pelagii in Oriente actam, habere se quidem „ ait gesta Episcopalia a laicis hominibus ad se „ perlata, sed dubitare an vera sint, *quod nul-* „ *la sub illius Concilii prosecutione venerunt, nec* „ *eorum aliquas accepimus de hac re literas,* „ *apud quos istius rei iste præstitit causas. Quod* „ *si de sua illa potuisset purgatione confidere,* „ *hoc magis credimus quod egisset quod multo* „ *verius esse poterat, ut illos cogeret Episcolis* „ *suis quid judicaverant indicare.* Nullam Actorum Synodi Diospolitanæ rationem habet, „ quoniam Episcoporum relatione (ut debuit „ cum de causa communi ageretur) de iis certior factus non esset. Præterea vero hanc adjungit causam, nempe quod ex gestorum lectione pateat, judicibus subreptum fuisse per „ cavillatorias Pelagii responsiones; atque adeo „ *aliqua magis falsis argumentis*, inquit, *quam* „ *vera ratione, ut ad tempus videri poterat,* „ *purgavit, alia negando, alia falsa interpre-* „ *tatione vertendo.* Quare recte concludit, ne „ judicum gravitatem lædat, nec suæ auctoritati detrahat, totumque damnationis pondus „ refundat in reum: *Unde non possumus illorum* „ *nec approbare nec culpare judicium* (quod alio- „ qui in ejus potestate situm erat, qua statim „ utitur) *cum nesciamus utrum vera sint gesta,* „ *aut si vera sunt, illum constet magis subter-* „ *fugisse, quam se tota veritate purgasse.* Illum „ itaque non habet pro absoluto & purgato ab „ accusatione, quam Episcopi Gallicani institue-

PAGIUS XVIII. *Pelagium Romam cur evocare noluerit.* „ tuerant, etsi a Synodo Diospolitana absolu- „ tus fuisset.

„ Noluit autem Innocentius *Pelagium* evocare Romam, aut cum eo per literas agere, „ ut monebant quinque Episcopi, sed suo ipsius libro convictum communione privavit. „ Nefas putabit aliquis & alienum a judiciorum „ ordine, inauditum hominem damnare. Sed si „ quis expendat veterem usum, inveniet scelleris alicujus, homicidii puta, per testes convictum, statim communione abstentum, nulla admonitione prævia, qua vocaretur ad se „ purgandum; ut censura illa coactus, ad Episcopum accederet, aut innocentiam suam probaturus, aut confessione crimen agnoscens, „ beneficium pœnitentiæ petiturus. Quod tanto accuratius observandum erat in hæreseos „ crimine, quanto diligentius est huic morbo „ occurrendum. Recte itaque & juxta vetustum „ illum morem subjungit Innocentius de Pela- „ gio loquens: *Qui si confidit, novitque non* „ *nostra dignum damnatione quod dicat jam hoc* „ *se totum refutasse quod dixerat, non a nobis* „ *accersiri, sed ipse debet potius festinare, ut* „ *possit absolvi*, scilicet ab excommunicatione, „ qua nunc illum *Innocentius* percellit, non ab „ aliqua anteriore, quam Baronius commi- „ scitur hoc anno num. XIII, & anno CCCCXII. „ num. XXVI. Ex iis quæ retuli, patet, primam, quæ Pelagio inflicta est, damnationem „ ab Apostolica fede processisse. Addo etiam ab „ eadem fede primum Pelagii atque Cælestii „ illius discipuli dogma proscriptum, tanquam „ fidei catholicæ contrarium, generali decreto, „ uti ex eodem Marca anno CCCCXII. num. „ XIV. & seq. explicavimus.

Garnerius tres has literas ab *Innocentio in-* XIX. *Africam* missas, in Synodo aliqua *Romana* ab eo

*tus est a Judæis, ultima fuisse nesciret, quæ huic quoque ultima fuerunt: nam non multo post etiam ipse defunctus est.* Prætermittimus (quod alio tendimus) alia tunc temporis miracula edita, ab eodem Augustino tum in libris de Civitate Dei, (a) *Aug. de diverf. fer.* 32. 33. tum in sermonibus (*a*) recensita, in quibus de alio mortuo cathecumeno ad vitam revocato agitur: ut plane numeres ex Augustino tunc temporis septem mortuos Stephani reliquiarum virtute revocatos ad vitam.

XXVII. Adversus Hagiomachos jure invehitur Auctor.

Huc accedant rebelles lumini, perfricta fronte Hagiomachi adversus sanctorum reliquias bella gerentes: Quid habent quod his juste possint objicere, quæ a tanto viro conscripta, non in angulo, sed nota omnibus palam facta miracula, tum ad Gentiles confutandos habentur, tum pro concione populo prædicata? quæ nec ex S. Augustino edita tantum habes, sed & ex duobus libris ad Evodium Episcopum Uzalensem conscriptis, quin & a Severo Minoricensis Ecclesiæ Episcopo, publica epistola eodem argumento toto Orbe vulgata, quam suo loco inferius prodituri sumus: adeo ut de veritate certa fide testata, omnique testificatione firmissime roborata, nulla vel levis quidem *possit de mendacio* suboriri suspicio. Plane videre tunc fuit Stephanum primarium Ecclesiæ sanctæ diaconum, more majorum, ex eminentiori suggestu Evangelium, quod omnes crederent, populo decantare, fidemque Catholicam & Apostolicam præconio nunciare, eamdemque sequentibus signis reddere obsignatam.

XXVIII. (b) *Act.* 6. 7.

Sed quid? Edente rursus Stephano (*b*) prodigia & signa magna in populo: renovantur rursum adversus eum ab impiis antiqua certamina: rursum insurgunt synagogæ perfidorum, blasphemiæ eum arguunt; iterum falsos subintroducunt testes: rapiunt iterum qui dissecantur cordibus adversarii, stridentibus dentibus, continent aures, impetum faciunt, ejiciunt extra civitatem, atque tandem blasphemiarum lapidibus obruunt: sed occidi non potest, qui regnare se virtute miraculorum ostendit in cœlis: Cum semel impii occiderint corpus, non habent amplius quid faciant: jactent licet furentes odio in cælum lapides; eosdem in suum ipsi caput excipient; quod scriptum (c) *Eccl.* 27. sit (*c*): *Qui in altum mittit lapidem, super ejus caput cadet.*

Rogo te, lector, perpende, quanto Hagiomachi isti etiam æternis mancipatis supliciis, a Deo rejectis inferno addictis hominibus sint nequiores. Dixit unus ex illis (*d*) *Si quis ex mortuis ierint ad eos, pœnitentiam agent:* unum mortuum revocatum ad vitam fidem certam facturum viventibus putans; istis vero nec satis sunt sex e mortuis excitati virtute reliquiarum Stephani Protomartyris. Sed roget Deum iterum pro deploratis his miseris Stephanus (*e*): *Domine, ne statuas illis hoc peccatum:* (siquidem *f*) aquæ multæ non valent extinguere charitatem, nec flumina obruunt illam) ut potentissimis ejus precibus omnes ex Saulo (*g*) convertantur in Paulum.

(d) *Luc.* 16.
(e) *Act.* 7.
(f) *Cant. ult.*
(g) *Act.* 7.

XXIX. Reliquiæ S. Stephani ad diversas Ecclesias missæ

Sed missis his, jam reliqua prosequamur. Divisit namque ipse sanctus, quas ab Oroso accepit Augustinus reliquias Protomartyris Stephani, eisdemque alias ecclesias impertivit: extat enim ejus epistola (*h*) ad Quintianum Episcopum, qua significat easdem ad ipsum reliquias mittere: de aliis autem alio missis, præter ea quæ dicta sunt superius, ignoramus. Cæterum qui perlaturus eas in Hispaniam Orosius accepit; cum licuit in eas reverti provincias, munus expleſse *suum certum est:* de quo constat, navigatione appulisse in Minoricam insulam, ejusdemque loci Episcopo Severo ex eis partem aliquam reliquisse. Sed de his suo loco inferius dicturi sumus.

(*h*) *Apud Augustin. ep.* 103.

XXX.

Jam vero ad res Innocentii Romani Pontificis hoc anno gestas revocemus orationem. Cum enim scisset, in Africa ab Episcopis quibusdam immeritos ordinari: his occurrens, scribens ad Primatem totius Africæ Aurelium Episcopum Carthaginensem litteris (*i*) conquestus est, datis hoc anno, quarto Nonas Junii. Certe quidem magnam fuisse penuriam clericorum in Africa, quæ ex litteris ejusdem Aurelii superius dicta sunt, dum petiit vel a Romana, vel Mediolanensi Ecclesia mitti in Africam sacrorum ministros, satis ostendunt. Emendanda autem epistola ipsa est in alterius Consulum nomine, dum alius quam Theodosius Palladii collega ponitur. Elucet vero in ea epistola Romani Pontificis erga omnes Ecclesias cura propensior, cum & erga transmarinas quoque provincias pastorali solicitudine vigilet. Quo etiam anno idem Romanus Pontifex ad consultationes Decentiii Episcopi Eugubini respon-

(*i*) *Innoc. ep.* 30. Innoc. Pap. cum Aurelio expostulat de immeritis ordinatis.

PAGIUS *Synodus Romana sub Innocentio fictitia.*

eo coacta, datas fuisse putavit in differt. *de Synodis* in causa Pelagianorum habitis, hoc fundamento nixus, quod prædecessoribus sive successoribus ejus solemne fuerit decretales Epistolas, de dogmatibus præsertim, in Concilio scribere, & inde in universum Orbem mittere. Has literas etiam in Synodo Romana scriptas existimat Marca lib. 7. de Concordia cap. 12. num. 5. Sed quia hujus Synodi Romanæ nullus Antiquorum meminit, neutri hac in re assentio; cum Augustinus lib. 4. ad Bonifacium cap. 12. respondens ad Pelagianos, qui postquam a *Zosimo* damnati fuissent, provocabant ad Concilium, tradat: *Aut vero congregatione Synodi opus*



(a) *Innoc. epist.* 29. XXXI.

pondit (*a*) de quibus a nobis superius alia occasione tractatum est.

Quod igitur summi munere Pontificii universum circumspectaret Catholicum orbem, idem Innocentius Papa Joannem Hierosolymitanum Episcopum, epistola ad eum scripta, redarguit de his quæ in familiam sanctarum virginum Eustochii atque Paulæ Junioris ab impiis impie fuissent admissa: quænam ista fuerint, ipsæ litteræ Innocentii ad ipsum Joannem scriptæ declarant, quæ sic se habent (*b*):

(b) *Innoc. ep.* 24. *facta collatione cum alio scripto codice.* * *clementia.* Innoc. admonet Joannem Episcopum Hierosol.

*Dilectissimo fratri Joanni Innocentius. Direptiones, cædes, incendia, omne facinus extremæ dementiæ *, generosissimæ sanctæ virgines Eustochium & Paula deploraverunt in locis Ecclesiæ tuæ perpetrasse diabolum: nomen enim hominis, causamque reticuerunt. Quod etsi ambiguum non sit, & a quo commissum: oportuit tamen custodire germanitatem tuam, & gregi illius solicitius providere, ne quid hujusmodi oriretur, quod cum aliorum periculo tua lacessit negligentia admittere in gregem Domini, & tales agnos, quos incendio, armis & persecutionibus nudas, debiles post suorum cædes & mortes vix vivere audivimus. Nihil movet pietatem illam sacerdotii tui de tanta diaboli in te atque in tuos potestate admissa: in te, inquam: prorsus enim sacerdotii gravitatem condemnat: tantum nefas in Ecclesia fuisse completum. Ubi provisiones tuæ? Ubi certe, si casus evenerant, auxilia, vel consolationes? Cum plus se adhuc metuere dicant, quam conqueruntur esse perpessas. Altius censerem, si essent aliquid de hac re mecum apertius collocutæ. Vide, frater, antiqui hostis insidias; & spiritu boni rectoris pervigila, ut hæc quæ ad nos opinione magis, quam accusatione manifesta delata sunt, vel corrigantur, vel retundantur; ne jus Ecclesiasticum de labefactatis causis eum qui non defenderit, præstare compellat.* Hæc ad Joannem Innocentius, cum idem Joannes suspicione conniventiæ de perpetrato scelere apud ipsum vehementissime pulsaretur, quod sciret eum semper adversatum esse Hieronymo, eidemque sæpe ante negotium facessisse, sub cujus regimine sanctissimæ illæ feminæ erant.

Quæ passæ Eustochium & Paula.

XXXII. Joannes jure in suspicionem adductus.

Suspicio, inquam, vehemens illa erat, quod cum (ut dictum est, & ex litteris Sancti Augustini superius declaratum) ipse Pelagium foveret quasi Catholicum, quem ante idem S. Hieronymus scripta

PAGIUS

*pus erat, ut apertæ pernicies damnaretur: quasi nulla hæresis aliquando nisi Synodi congregatione damnata sit: cum potius variissimæ inveniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit. Multoque sint atque incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari damnarique*

epistola ad Ctesiphontem, & post absolutionem ejusdem Pelagii in Concilio Palæstino tribus dialogorum libris vehementer infectatus esset; vindictæ causa in Bethlehemiticum monasterium, ipsius nutu, ab impiis Pelagianis ea tam nefanda fuerint perpetrata, quorum gratia eædem sacræ virgines apud Innocentium Romanum Pontificem conquestæ essent. Sed prædicanda plane illarum modestia, cum sic detulerint, ut tamen delinquentium nomina tacuisse voluerint: quod eadem quoque virtute S. Hieronymus præstitit in litteris eadem ex causa datis ad eumdem Romanum Pontificem, ut idem Innocentius significat litteris eo argumento ad ipsum S. Hieronymum redditis, quæ sic se habent:

*Dilectissimo filio Hieronymo presbytero Innocentius Episcopus.*

XXXIII. Innoc. Pap. consolatur S. Hieronymum. * aspicitur

*Numquam boni aliquid contentionem fecisse in Ecclesia, testatur Apostolus: & ideo hæreticorum correctiones primum fieri jubet, magisque diuturna duci collatione. Quæ regula dum negligenter accipitur *, malum non vitatur, quod, cavendum est, sed augetur. Tamen quoniam dolor gemitusque tuus ita quatit viscera nostra, ut ratio non tractandi consulendique sit: primum constantiæ tuæ alloquor fidem: pro veritate quisque injuria, aut (ut dicis) periculo percelletur, qui expectat beatitudinem, multis sæpe narrastis; & tuæ verbis prædicationis, te bene memorem admonemus. Itaque excitati tanta malorum scœna, arripere auctoritatem sedis Apostolicæ ad omne comprimendum nefas festinavimus: sed in quem insurgeremus, nec nomine appellatum legimus, nec criminis aliqua ratione taxatum. Quod ergo possumus, condolemus. Si deposueris autem apertam manifestamque in homines aliquos accusationem: aut judices competentes tribuam: aut si quid urgentius, solicitiusque a nobis fieri potest, non retardabo, fili dilectissime. Tamen Episcopo fratri meo Joanni scripsi, ut circumspectius agat: ne quid circa Ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid fiat, quale prævidere, & propellere ne accideret, vel ne accidat, etiam ipsi sit, & postea molestissimum.* Hucusque Innocentius ad S. Hieronymum.

XXXIV.

Idem vero Innocentius Papa ad Aurelium (Episcopum Carthaginensem puto) cujus diligentia perlatas ipsas S. Hieronymi litteras accepisset, ista paucis rescripsit (*c*):

(c) *Innoc. epist.* 26.

*Di-*

*meruerunt, atque inde per exteras terras devitanda innotescere potuerunt.* Imo ipsi Pelagiani, postquam ab Innocentio, & postea a Zosimo hæretici declarati sunt, de Romanis Clericis tantum questi inveniuntur, ut videre est apud Augustinum lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. & 4.

Ad

*Dilectiſſimo fratri Aurelio Innocentius.*

Innocent. epiſtola ad Aurelium.

*Piiſſimam etiam ad nos perveniendi tuam affectionem bene compresbyter noſter credidit Hieronymus. Compatimur gregis noſtri membro: & quod faciendum duximus, vel facere potuimus, ſumus velociter executi. Germanitas tua, frater cariſſime, citius litteras memorato reddere feſtinet.* Hæc Innocentius ad Aurelium, ad quem litteras ſuperius recitatas Hieroſolymam mittendas dedit. Sæpe enim accidiſſe vidimus, ut ex Africa Fideles navigarent in Palæſtinam: his vero temporibus Innocentius item nomine presbyter (ut indicant litteræ S. Heronymi ad Auguſtinum, (*a*) de quibus dicemus inferius) eodem ſe contulit [1].

(*a*) *Hier. epiſt. 79.*

XXXV. Joann. Epiſc. Hieroſ. obitus, & Praylii electio.

At divini quidem diſpenſatione judicii factum eſt, ut inter hæc ipſe Joannes Hieroſolymitanus Epiſcopus ad Dei tribunal rationem de omnibus redditurus, ex hac vita morte ſubductus, ſe ſiſtere cogeretur. Hoc namque anno eumdem Joannem mortuum eſſe, inde perfacile intelligi poteſt, quod anno ſequenti ejus in ſede ſucceſſoris ſunt redditæ litteræ ad Romanum Pontificem, quibus inter alia ſignificatur, jam ipſum Joannem haud recens eſſe defunctum. Tenuit ipſe ſedem illam annis triginta: tot enim numerantur ab obitu S. Cyrilli ejus prædeceſſoris. Subrogatus vero in ejus locum fuit Praylius; ita enim nominatus reperitur in litteris Zoſimi Papæ anno ſequenti recitandis, ſicut pariter nominat eum Theodoretus, dum ait (*b*): *Poſt Joannem illum admirabilem mortuum, Praylius, qui nomini ſuo pulchre reſpondebat* (ob manſuetudinem ſcilicet) *illius Eccleſiæ regimen capeſſit.* Hæc ipſe: ex quibus omnibus corrigendum eſt Nicephori Chronicon, ubi loco Praylii, legitur Paulinus Joannis ſucceſſor: vel alii emendandi, qui pro Praylio dixerunt Cyrillum.

(*b*) *Theod. li. 5. c. 27.*

XXXVI.

*His Conſulibus* (inquit Marcellinus Comes in Chronico) *Atticus Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſcripſit ad Reginas*, filias ſcilicet Arcadii Imperatoris *librum de Fide atque virginitate, opus valde egregium, in quo præveniens dogma Neſtorii impugnavit.* Hæc ipſe. Mira quidem res: filiæ ipſæ quatuor Arcadii Imperatoris, Pulcheria, Placilla, Arcadia, atque Marina, omnes paribus votis excoluere cælibem vitam, virginitatem Deo dicantes, in Palatioque perinde ac in monaſterio monaſticam vitam agentes: quarum omnium S. Pulcheria Auguſta, & ſanctitate, & prudentia præcipuum locum tenens, facta eſt cæteris ſancti inſtituti autrix, & moderatrix.

Filiæ Arcadii omnes virginitatem ſectatæ.

XXXVII.

Reſcripſerunt hoc item anno Imperatores adverſus Gentiles his verbis (*c*); *Qui profano Pagani ritus errore ſeu crimine polluuntur, hoc eſt, Gentiles, nec ad militiam admittantur, nec Adminiſtratoris, & Judicis honore decorentur. Dat. VII. Id. Decem. D. N. Theodoſio VII. & Palladio Conſſ.* Quam juſto Dei judicio factum apparet, ut Gentiles, qui ſibi in Attalo Imperium vindicare ſtuduerant; iidem ab omnibus excluderentur magiſtratibus atque militia.

(*c*) *l. 42. de Pagan. Cod. Theod.*

XXXVIII. De Parabolanis reſcriptum Imper.

Quod rurſum ſpectat ad Imperatorum reſcripta hoc anno data: Theodoſius Imperator ad reprimendos Alexandrinos tumultus, quos anno ſuperiore diximus excitatos, edidit ſanctionem. Quod enim ſciret Corpus eorum qui adſcripti erant ægrotantium curæ, in numerum haud mediocrem excreviſſe, nec contemnendæ audaciæ eſſe, eoſdemque omnes adverſus Præfectos ſtudere Cyrillo, de his reſcripſit ad Monaxium (*d*) Præfectum Prætorio, illud admonens, ne Corpus illud ex-

(*d*) *l. 42. de Epiſc. & cler. Cod. Theod.*

cederet numerum quingentorum, eoſdemque non ex divitibus, ſed pauperibus allegendos; quos & vetuit publicum quodlibet adire ſpectaculum, neve ad Curiam accederent, niſi ſinguli, & urgente neceſſitate. Hæc omnia cum hoc anno cavenda Imperator indixerit; certe quidem non aliunde, quam ex ſuperioris anni tumultibus iſta ipſa ſanxiſſe putatur.

Vix enim credi poteſt, quæ eſſent vires Epiſcoporum Alexandriæ, cum illis ipſi homines faverent, quos idem Imperator nominat Parabolanos, tum in præſenti edicto hoc anno dato, tum in alio ſub duodecimo Honorii Conſulatu edito.

(*a*) *l. 43. de Epiſc. & cler. Cod. Theod.*

(*a*) Fuiſſe autem hos minoris ordinis clericos allectos, exordium dati hoc anno reſcripti inſinuare videtur, in quo iſta verba leguntur: *Placet noſtræ clementiæ, ut nihil commune clericis cum publicis Actibus, vel ad Curiam pertinentibus habeant.*

XXXIX.

Cæterum quod ad ipſum nomen ſpectat, conſentiunt recentiores, vocem hanc, Parabolanos, vel, ut habet Julius Firmicius, Parabolarios, ſive Parabolos, ut habet Socrates, & ex eo Caſſiodorus, a voce Græca παραβολος derivari, qua ſignificatur homo ad ſubeunda pericula præceps, quales putabantur qui curæ omnis generis ægrotantium, peſtis quoque tempore, præeſſent. Verum quod ex charitate ejuſmodi primo manavit officium, qua nulla major videri poterat, cum poneret quis animam ſuam pro amicis ſuis; tranſivit in factionem, cum iidem pro Epiſcopis pugnaturi, negotium faceſſerent quoque Præfectis; cujus avertendæ rei cauſa Theodoſius, anni ſuperioris (ut vidimus) malis admonitus, ea adverſus ejuſmodi genus hominum ſtatuere opus habuit. Qui ergo diſſidia anni ſuperioris inter Oreſtem Præfectum, & Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum ignorarunt, quorum cauſa hæc ſancita eſſe noſcuntur, pariter hallucinatos eſſe oportuit in ejuſdem ſanctionis interpretatione. Reſcripſit vero poſtea idem Theodoſius, (*b*), ut iidem qui ſub numero quingentorum fuerant ſua ſanctione reſtricti, quod curæ infirmorum non ſatis eſſe viderentur, ad ſexcentos excreſcerent, quibus in omnibus præeſſet Epiſcopus Alexandrinus. Sed de his hactenus.

(*b*) *l. 42. de Epiſc. & cler. Cod. Theod.*

Qua-



PAGIUS militare prohibuerat, ut ſuo loco oſtendimus. Ad hæc *III. Kal. Octob.* Theodoſius dedit legem 42. Cod. Theod. *de Epiſcopis*, qua ad reprimendos *Parabolanos*, eoſque in quiete continendos, illis vetat ne ſe ſe publicis actibus miſceant, jubet ut divites eligantur, & eorum numerum coarctat. Erant porro *Parabolani* de clericorum numero, deputati ad curanda debilium ægra corpora. Cui conſtitutioni occaſionem præbuit Legatio Curiæ Alexandrinæ, ut præter hanc legem docet etiam leg. 15. Cod. Theod. *de legatis*, hoc anno data. Petierant illi Legati, ut Epiſcopus Alexandrinus *aliquo non exiret de Alexandrina civitate*, ut ejus præſentia eos in officio retineret. Verum *Theodoſius* illud remedium inutile judicavit, & ad frænandam eorum audaciam præfata ſtatuit. Eo enim audaciæ jam proceſſerant, ut publicos actus & Curiales interventu ſuo turbarent, & quo vellent etiam verterent in Curia Alexandrina & in plebe. Qua de re legendus Gothofredus in ejus legis Commentario. Huic tamen legi Theodoſius anno CCCCXVIII. lege 43. Cod. Theod. *de Epiſcopis* in aliquibus capitibus derogavit. Porro occaſione *Quindecennalium* Theodoſii ea Legatio Alexandrinorum facta, & utraque lex ab eo emiſſa.

XXII. *Ludi ob Attalum devictum Conſtantinopoli editi.*

Auctor Chronici Alexandrini ſub hujus anni Coſſ. ſcribit: *Celebrati ſunt ludi theatrales ab editore Urſo Præfecto Urbi ob victoriam de Attalo tyranno reportatam menſe Dæſio, IV. Kalendas Julias. Alii item ludi equeſtres in Circo ob eandem victoriam menſe Panemo, Nonis Juliis. Eodem anno Dominus Theodoſius Junior Heraclea Conſtantinopolim reverſus in foro Theodoſiano aurea corona ab Urſo Præfecto Urbi & Senatu, menſe Septembri, pridie Kalendas Octobris, die Sabbati ornatus eſt.* Ex quibus liquet, Attalum hoc tantum anno Honorio traditum fuiſſe, ut anno ſuperiori oſtendimus, ubi & diximus hoc etiam anno pacem Romanos inter & Gothos ſancitam, Placidiamque Honorio Auguſto ejus fratri redditam. Theodoſius aurea corona ornatus eſt ob ſua *Quindecennalia*, indeque in lege 15. citata *de legatis* coronarii auri præſtationi a Curia Alexandrina formam certam *præſtituit*; aurum enim coronarium ad Imperatores per legatos mitti ſolebat, ut teſtatur Ammianus de Tripolitanis lib. 28. & quidem annis, quibus hujuſmodi ſolemnia exhibebant, ut innumeris exemplis liquet.

XXIII. *Vallia Gothorum Rex pro Romanis militat.*

Idatius in Chronico anno Abrahami 2433. qui Kalend. Octobris hujus Chriſti anni inchoatur, ſcribit: *VVallia Rex Gothorum Romani nominis cauſa intra Hiſpanias cades magnas efficit Barbarorum.* Wallia enim quando Placidiam reddidit, & pacem pepigit cum Honorio, *Romanæ ſecuritati periculum ſuum obtulit; ut adverſus cæteras gentes, quæ per Hiſpanias conſediſſent, ſibi pugnaret, & Romanis vinceret*, &c. *Itaque nunc quotidie apud Hiſpanias geri bella gentium, & agi ſtrages ex alterutro Barbarorum.* (nempe Vandalorum & Suevorum) *crebris certiſque nunciis diſcimus; præcipue VValliam Gothorum Regem inſiſtere patrandæ paci ferunt*, inquit Oroſius in fine ſuæ Hiſtoriæ anno ſequenti ab eo publicatæ. De geſtis a Vallia in Hiſpaniis loquitur Sidonius in Panegyrico Anthemii, poſtea Imperatoris Occidentis, dum laudat *Ricimeremn* Anthemii generum, patre Suevo, matre Gotha Valliæ Regis filia natum. Hoc enim verſ. 360. canit.

*Nam patre Suevus,*
*Agenitrice Gethes, ſimul & reminiſcitur illud,*
*Quod Tarceſſiacis avus hujus Vallia terris*
*Vandalicas turmas, & junctı Martis Alanos*
*Stravit & occiduam texere cadavera Calpen.*

Calpe a pleriſque creditur eſſe hodierna *Gibraltar* in ora freti Herculei poſita. Valeſius tamen in Excerptis ex Nicolao Damaſceno pag. 72. exiſtimat, eam urbem eſſe quæ nunc *Carteja* vulgo appellatur, ſita in monte Calpe, unde & conjunctim Calpe Carteja appellatur in Itinerario Antonini. Quæ urbs fuerit *Tarteſſus*, parum liquet, ut ibidem apud Valeſium videre eſt.

PAGIUS

XX. *Moritur Joannes Epiſc. Hieroſolymitanus.*

Ad num. XXXV. *Joannes* Epiſcopus Hieroſolymitanus, ad quem hoc anno Auguſtinus Epiſtolam ſcripſit, de qua anno ſuperiori num. XIX. egimus, mortuus eſt, poſtquam ſediſſet annos triginta, non vero annos XVI, ut perperam habet Nicephorus in Chronico, & *Praulium* ſeu *Praylium* ſucceſſorem habuit. Dies emortualis *Joannis* a nullo Veterum notatus; de ejus libris legendus Labbeus in Diſſert. de Script. Eccl.

Ad num. XXXVII & ſeqq. Theodoſius Jun. *VII. Idus Decemb.* dedit legem 21. Cod. Theod. de *Paganis*, qua militia, & adminiſtratione, omnique judicis poteſtate gentiles arcet, licet a Conſtantini Magni temporibus ad hæc uſque, & ad militiam & ad ſummas imperii, Palatiique dignitates admiſſi fuiſſent. Jam ab Anno CCCCVIII. *Honorius* per Occidentem Catholicæ ſectæ inimicos, non hæreticos tantum; ſed & Paganos intra Palatium & inter Scholas Palatinas & Domeſticos mi-

XXI. *Theodoſius Parabolanorum audaciam reprimit.*

NOTÆ [1] Epiſtolæ Innocentii ad *Aurelium*, *Hieronymum*, & *Joannem Hieroſolymitanum* datæ ſunt A. D. 417. ut probat Conſtantius in Monito prævio ad has epiſtolas §. II. pag. 905. Ex epiſtola ad Aurelium non ſatis conſtat, *Hieronymi Euſtochii*, & *Paulæ* ad Innocentium litteras ab Aurelio Romam perlatas fuiſſe, ſed ut perferrentur Aurelium operam dediſſe; ita Conſtantius in notis ad Epiſtolam Innocentii ad Aurelium pag. 907.

In Epiſtola ad Jo: Hieroſolymitanum Baronius legit: & *tales agnos*, *quos incendio* &c. nudas, perinde ac ſi vox *nudas* ſit ſecunda perſona *verbi nudo*. Conſtantius pag. 900. ex veterum codicum auctoritate ita exhibet: *quod cum aliorum periculo tua laceſſit negligentia admittere in gregem Domini: & tales agnas, incendio, armis, & perſecutionibus, nudas, debiles, poſt ſuorum cædes & mortes, vix vivere audivimus.*

I. Pelagius dolose purgare se studet apud Innoc. Pap.

QUadringentesimus decimus septimus Christi annus Honorio Augusto undecimum, & Constantio secundum Consulibus aperitur: Quo Pelagius hæresiarcha, cum accepisset non esse receptam ab Innocentio Romano Pontifice purgationem suam habitam in Concilio Palæstino, sed priori apud eum adstrictum teneri damnatione; ut eum falleret, omnem adhibuit fallendi artem: etenim ipse ad Innocentium Papam litteras dedit, quibus profiteretur, se vere esse Catholicum. Dedit & alias de hoc ipso Praylius Hierosolymitanus, quibus legitime factam Pelagii purgationem significaret. Adjectum, ut una cum his mitteretur Romam, qui æque esset hæresis infamatus Cælestius ejus discipulus suam causam acturus, suosque accusatores ad sedis Apostolicæ judicium, quasi calumniis exagitatus, provocaturus; quo declararet se non aliter credere, quam quod Catholica teneret Ecclesia. Quantum autem opinari licet cum his omnibus, & ad hæc omnia videtur etiam legatus fuisse Palladius Galata Episcopus Helenopolitanus, quem Pelagio favisse, testificatione S. Hieronymi superius dictum est. Ipse enim Palladius in dialogo quem scripsit de rebus S. Joannis Chrysostomi, ipso ejus exordio de se testatur, venisse Romam sub Zosimo Papa. Sed agamus de singulis eodem quo gesta sunt ordine, atque in primis de ipsis ad Innocentium Papam Pelagii litteris hoc ipso anno e Palæstina, ubi degebat, datis.

II.

Quod enim ipse Pelagius Hierosolymis habitare tandem elegerit: illud animi ejus consilium fuisse creditur, ut ibi moraretur, quo ex toto Orbe Christiano concurrerent gentes, ut ibi errores docens, universam simul totius Orbis Ecclesiam macularet. Sed quod ad datas ab eo literas ad Romanum Pontificem pertinet: S. Augustinus earumdem litterarum Pelagii Romam ad Innocentium Papam missarum crebrius mentionem habens, tempus quo dedit, exacte significat, dum eas scriptas ad Innocentium tradit, acceptas autem, eo tunc defuncto, ab ejus successore Zosimo, hoc nempe anno, quo Innocentius (ut dicemus) ex hac vita decessit. Ipse igitur agens contra eumdem Pelagium in commentario de peccato originali, hæc inter alia (*a*): *Quomodo autem Pelagius obrepere tentaverit ad fallendum etiam Apostolicæ sedis Episcopale judicium, in hac ipsa quæstione de Baptismate parvulorum diligenter attendite. In litteris enim, quas Romam misit ad beatæ memoriæ Papam Innocentium; quoniam eum in corpore non invenerunt, & S. Papæ Zosimo datæ sunt, atque ad nos inde directæ: dicit se ab hominibus infamari, quod neget parvulis baptismi sacramentum, &c.* Fuisse quidem eam Pelagii epistolam apologeticam pro sui defensione, & excusatione, idem Augustinus inferius declarat illis verbis (*b*):

(*a*) *Aug. de pecc. orig. c. 17.* Pelagius se excusat, & defendit apud Innocentium Papam.

(*b*) *Aug. c. 21.*

III.

*Ista ejus verba Romam pro magna ejus purgatione transmissa, tam sunt ambigua,* quam Tricennalia anno CCCCXXII. exhibita manifestum faciunt, inde enim necessario sequitur, eum vel quinta Quinquennalia vel Tricennalia distuliisse. Cum autem constet, eum *Tricennalia* legitimo tempore edidisse, id de quintis ejus Quinquennalibus omnino asserendum.

II. *Pelagius scribit ad Innocentium PP.*

A num. I. ad IV. *Innocentius* Papa die XXVII. mensis Januarii rescripsit ad Patres Concilii Carthaginensis & Concilii Milevitani II. & ad quinque Episcopos, qui familiarem ad eum Epistolam dederant, seque Pelagianos damnasse significavit, ut anno superiori num. XVI. & seqq. ostendimus. Currenti etiam anno ut habet Baronius, *Pelagius* ad Innocentium Papam literas dedit, quia eum nondum vita functum audierat, libellumque suæ fidei misit & Epistolam *Praylii* Joannis in sedem Hierosolymitanam successoris, qua plurimum commendabatur. Antea ediderat *Pelagius* quatuor libros de libero arbitrio, ut verbis in speciem Catholicis sensum hæ-

---

PAGIUS SÆC. V. Olymp. 299. An. V. C. 2170. Anno Eræ Hispan. CCCCLV. A. C. 417.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5910.

☉ 6. G. ☽ 19. P. 22. April. aliis 25.

Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 417.

ZOSIMI PAPÆ 1.

HONORII IMP. 25. & 23.

THEODOSII JUN. 16. & 10.

I. *Honorii quinta Quinquennalia.*

[1] COSS. *Honorius* Aug. XI. & Fl. *Constantius* II, uterque in Occidente creatus. Honorius ob *quinta Quinquennalia* Imperii vivente patre suscepti Consulatum iniit, sed ea solemnia distulit; quod tam ejus Vicennalia anno CCCCXI,

NOTÆ [1] COSS. *Honorius Aug.* XI. & *Fl. Constantius II.* Fasti Idatii, Prosper editus & MS. ac Marcellinus: *Honorio XI. & Constantio II.* Paschasini epistola ad Leonem Papam: *anno Consulatus Honorii Aug. undecies, & Constantii secundi.* Paschalis laterculus, in fine Gennadii: *Hon. XI. & Constantio II.*



*ut possint eorum dogmati præbere latibula.* Idemque rursus Augustinus in libris ad Albinum, & Pinianum atque Melaniam datis de Gratia Christi, earumdem Pelagii litterarum frequenter meminit: immo & alligasse eidem epistolæ fidei suæ confessionem, declarat his verbis (*a*): *Ut ergo hæc interim omittam: nempe ipse Pelagius, & litteras nuper, & libellum Romam suæ fidei misit, scribens ad beatæ memoriæ Papam Innocentium, quem defunctum esse nesciebat.* Hæc ipse. Porro eumdem libellum, seu confessionem Pelagii, nos tandem nacti describemus inferius opportuniori loco. Sed & ex S. Augustini etiam recitatis superius verbis facile intelligi potest tempus ipsum, quo ad Albinum, & socios libros illos conscripsit, nempe anno sequenti, ut suo loco dicemus: reliqua autem de Praylii Episcopi Hierosolymitani epistola ad Innocentium Papam, & Cælestio ad eum veniente, agemus inferius, cum de Zosimo Papa, qui Innocentio successit, erit sermo. Interea vero de ipsius Innocentii obitu, qui intercessit, agamus.

(*a*) *Aug. de Grat. Chr. lib. 1. c. 30.*

IV. De obitu Innocentii Papæ.

Hoc igitur anno, quinto Kalendas Augusti idem Innocentius Papam diem obiit, cum sedisset annos quindecim, mensem unum, & dies decem: ea enim die finem imposuisse præsenti vitæ, non solum liber de Romanis Pontificibus tradit, sed & Romanum Martyrologium fidem fa-

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

cit, dum eadem ipsa die celebrat ipsius ad Deum transitum. Quod autem re vera hoc anno ipse Innocentius mortuus sit, adversus assertionem eorum qui eum anno superiori defunctum volunt: istud quidem evidenter demonstrant litteræ ejus hoc anno datæ sub dictis Consulibus Honorio atque Constantio ad Concilium Milevitanum (*b*) sexto Kalendas Februarii, quarum ante meminimus. Accedit præterea Marcellini Comitis auctoritas, qui sub hujus anni Consulibus collocat Zosimum Innocentio subrogatum. Porro hunc minime prætergressum esse annum Innocentium, litteræ Zosimi Papæ datæ hoc anno manifeste declarant. Rationem vero temporis sedis ipsius Innocentii ex dictis superius in ejusdem ingressu facile colliges; intelligesque omni ex parte constare, quam nuper certo anorum, mensis, & dierum numero consignavimus.

(*b*) *Innoc. epist. 32.*

V.

Antequam autem ad ingressum Zosimi deveniamus, quæ de eodem Innocentio scripta feruntur, absque tamen temporis nota hic ex more reddenda putavimus. In libro enim de Romanis Pontificibus hæc in primis de eo habentur: *Hic constitutum fecit de omni Ecclesia, & de regulis monasteriorum, & de Judæis, & Paganis.* Quod hic dicitur, *Constitutum de omni Ecclesia*, idem est, ac decretum ad universalem Ecclesiam spectans: & illud ipsum putamus, cujus Gennadius M his

PAGIUS hæreticum dissimularet; quod opus in lucem emiserat post Concilium Diospolitanum ipso fine anni CCCCXV. celebratum. Epistolæ ad Innocentium partem non minimam servavit Augustinus in libro de gratia Christi cap. 30. & seqq. quam Garnerius in Appendice ad Dissert. de Scriptis pro hæresi Pelagiana pag. 380. ex eodem libro, & ex libro de peccato originali excerpsit. Verum ex ea Epistola manifeste apparet, nihil eum aliud sentire de Gratiæ auxilio, quam id quod in Palæstino Concilio damnasse videbatur. Quidquid vero ibi pro Gratia videbatur dicere, id omne ad naturam & legem referri poterat, ac existimari auxilium gratiæ tamquam ex abundanti concedi velle, cum illic *ideo dari hominibus* diceret, *ut quod facere per liberum jubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam*, ut testatur Augustinus in Epistola CLXXXVI. num. XXXV.

III. *Augustinus promulgat librum de Gestis Pelagii.*

Interim *Augustinus*, postquam Palæstinæ Synodi gesta diu expetita amicorum ope accepit, quod vulgo in ea *Pelagius* absolutus diceretur, quasi illi Episcopi a quibus judicio dimissus fuerat, ejus sententiam amplexi essent, librum confecit, quo quæ in ea gesta fuissent, exposuit, & pios illos ac doctos Præsules, quos fama erat Pelagianos errores approbasse, defendit, *ne illo velut absoluto eadem quoque dogmata putarentur judices approbasse, quæ ille nisi damnasset, nullo modo ab eis nisi damnatus existeret*, inquit Augustinus de Pelagio loquens lib. 2. Retract. cap. 47. Liber ille inventus in Fesulana Canonicorum regularium Bibliotheca a Velfero editus primum fuit Augustæ Vindelicorum sæculi hujus initio, hoc titulo: *de Gestis Pelagii contra adversarios gratiæ D. N. I. C. ad Aurelium Episcopum Carthaginensem liber*; ipse tamen Augustinus, qui ei titulum fecit *de Gestis Pelagii*, illum aliquando *de Gestis Palæstinis* appellat. Ibi singula eorum capita Pelagio apud Palæstinam Synodum objecta, cum ejusdem ad illa responsis, minutatim excutit, probatque eum Synodi sententia sic fuisse absolutum, ut ipsa nihilominus hæresis damnata fuerit. Quanti momenti sit liber iste, qui post Baronii mortem lucem vidit, ex eo intelligi potest, quod Synodi Acta, quæ *Pelagium* spectant, eaque ab Augustino recensita, contineat, & quidem ad demonstrandum, quomodo *Pelagius* illusissset Patribus Diospolitanis, dogma tamen Catholicum profiteri coactus esset, quod verbis postea & scriptis negabat. In eo libro nulla mentio Epistolarum ab Innocentio ad Africanos adversus Pelagianos scriptarum, ideoque vel sub finem superioris anni vel hujus initio promulgatus est; alioquin tam celebrem Pelagianorum damnationem Augustinus non tacuisset.

IV. *Innocentius PP. moritur.*

A num. IV. ad XII. *Innocentium* Pontificem Romanum paulo post Pelagianorum damnationem, ex qua tantam gloriam consecutus est, ut nulla ei accessio imposterum fieri posse videretur, Deus Cœlo vindicavit, *ne quid post illud divinum immortale factum mortale faceret*, ut verbis utar Plinii in Panegyrico Trajani cap. 10. loquentis de morte Nervæ Imperatoris, quæ tribus post adoptionem Trajani mensibus contigit. Illum anno CCCCI. & quidem *die XXI. Decembris*, supremum Ecclesiæ regimen suscepisse, contra communem sententiam asseruimus. Reliquum est ut argumentis ex ejus

his verbis meminit (*a*): *Innocentius urbis Romanæ Episcopus scripsit decretum Occidentalium Ecclesiarum, & Orientalium adversus Pelagianos datum: quod postea successor ejus Papa Zosimus Latinis promulgavit.* Hæc ipse. Porro cætera decreta de regulis monachorum, Judæis atque Paganis, desiderantur. Subditur vero ibi: *Multos Cataphrygas invenit, quos in exilio Monasterii relegavit. Hic invenit Pelagium, & Cælestium hæreticos, & damnavit eos; & hoc constituit, ut qui natus fuerit de Christiana, denuo nasci debeat per baptismum, hoc est, baptizari: quot Pelagius damnabat.* Hæc ibi: sed perperam quidem dicta esse videri possunt, si ipsum Pelagium auscultemus, etenim suis ad Innocentium litteris conquestus est, quod de his calumniose infamaretur: recitat ejus verba S. Augustinus, quæ sunt hujusmodi (*b*): *Dicit se ab hominibus infamari, quod neget parvulis baptismi sacramentum, & absque redemptione Christi aliquibus cælorum regna promittat. Sed non sic illis hæc objiciuntur, ut posuit: nam neque parvulis negant baptismi sacramentum, neque absque redemptione Christi aliquibus cælorum regna promittunt. Itaque unde se queritur infamari, eo modo proposuit, ut facile posset crimini obiecto, salvo suo dogmate, respondere. Objicitur autem illis, quod non baptizatos parvulos nolunt damnationi primi hominis obnoxios confiteri, & in eos transisse originale peccatum regeneratione purgandum.* Hæc Augustinus eademque sæpe in eo libro, quem ad Albinum scripsit de Gratia Christi (*c*). Quod ergo ibidem dicitur, negasse Pelagium baptismum infantium; sic illud accipiendum est, quod si non verbis, re ipsa tamen damnasse videri poterat, dum peccatum negaret originale; cujus rei gratia necessarium etiam infantibus baptismum esse, Ecclesia semper tenuit, & Innocentius decreto firmavit.

(*a*) *Gen. de Vir. illust. c.* 43.

Decretum Innoc. Pap. adversus Pelagium.

(*b*) *Aug. de pecc. orig. c.* 17. Quomodo dicendus Pelagius negasse Baptismum parvulorum.

(*c*) *Aug. de Grat. Chr. c.* 30. 31.

Rursum vero de eodem Innocentio ubi supra: *Eodem tempore dedicavit basilicam sanctorum Gervasii, & Protasii ex devotione testamenti cujusdam illustris feminæ Vestinæ, laborantibus presbyteris Ursicino, & Leopardo ac diacono Libyano. Quæ femina suprascripta testamenti paginam sic ordinavit, ut basilica sanctorum martyrum ex ornamentis, & margaritis venditis justis æstimationibus construeretur: & constructa est usque ad perfectum. Quo in loco beatissimus Innocentius ex delegatione illustris feminæ Vestinæ Titulum Romanum constituit, & in eadem domo obtulit patenas argenteas duas, pensantes singulas libras viginti, &c.* Pergit recensere alia sacra vasa & fundos ac domos eidem Titulo adscriptos. Quod vero ibi subjicitur. *Hic constituit sabbato jejunium celebrari: quia sabbato Dominus in sepulcro positus est, & discipuli jejunarunt:* non sic quidem accipiendum est, ut hujus decreti auctoritate jejunii sabbati ipse auctor fuerit Innocentius: sed quod de his rescripserit ad Decentium Episcopum Eugubinum, qui jejunii sabbati causam edoceri, datis litteris, expetierat. De eodem hæc ibi etiam: (*e*) *Hic constituit basilicam S. Agnetis martyris a presbyteris Leopardo, & Paulino solicite ac digne gubernari & tegi & ornari:* & paulo post: *Hic fecit ordinationes, quatuor in Urbe per mensem Decembrem, constituit presbyteros triginta, diaconos quindecim, & Episcopos per diversa loca quinquagintaquatuor:* hactenus de rebus ab eo gestis ibidem recensitis.

VI. De institutione tituli Vestinæ.

(*d*) *Innoc. ep.* 29. *edit. Rom.*

Ad calcem vero illa explodenda est de Innocentio vulgata nonnullorum credulitas ex temporum ratione non adhibita male parta, qua feruntur duæ quæ extant S. Basilii epistolæ ad Innocentium quemdam scriptæ, ad hunc ipsum Romanum Pontificem esse datæ. Quas quidem litteras germanas esse S. Basilii non negave-

VII. De epistolis S. Basilii ad Innocentium.

PAGIUS ejus sedis duratione, die emortuali, ac successoris ordinatione petitis, hoc extra omnem dubitationem ponamus. [1] Anastasius tam in codicibus vulgatis, quam in pluribus MSS. docet eum sedisse *annos quindecim menses duos, dies viginti*; quod confirmant Marianus Scotus, Regino, Ordericus lib. 2. Honorius Augustodunensis, Ado, & Beda, non quidem genuinus, sed vulgatus, uterque in martyrologiis, Catalogus Palatino-Vaticanus, alius a Papebrocio, aliusque a Mabillonio editi ac vari Catalogi huic Operi subjuncti, in quibus omnibus Innocentio attribuuntur anni XV. menses II. dies XX. nisi quod aliqui ex iisdem Auctoribus ac Catalogis habent dies XXI. Ad hæc Prosper juxta editionem Scaligerianam scribit Innocentium sedisse annos XV. menses II. dies XXI. In Chronico quidem Prosperi Bibliothecæ Colbertinæ, qui quingentorum circiter est annorum, num. 1286. dicitur *Innocentius* Ecclesiam Romanam gubernasse *annos XV. menses II. dies XXII.* sed errore Librarii unus & alter dies ibi plus numeratur. Quare cum *Innocentius* die duodecima mensis Martii currentis anni ad Deum migrarit

NOTÆ [1] *INnocentius* obiit, ut ex Martyrologiis vetustioribus liquet die XII. Martii A. D. 417. *Zosimus* probabiliter ordinatus est die XVIII. ejusdem mensis, qui in Dominicam incidebat. Vivendi finem fecit, ut ex Symmachi Præfecti Urbis relatione colligitur, A. D. 418. die XXVI. Decembris.



gaverim; sed ad alium potius Innocentium Episcopum esse scriptas, ipsa temporis diversa ratio palam facit: cum longe post obitum S. Basilii sedere cœpisse Innocentium, certum sit. Sed ut hæc cuncta facilius innotescant, & unde errandi occasio sumpta sit appareat, easdem hic epistolas reddere haud otiosum putamus: prior autem sic se habet:

VIII. Basilii prior epistola ad Innocentium.

*Basilius Innocentio Episcopo. Quem vero alium par erat, & timidis fiduciam afferre, & dormientes excitare, quam tuam qui dominus noster es, sanctitatem? Qui perfectionem tuam in omnibus hac quoque in re demonstrasti, quod sustinueris submittere te nobis qui abjecti sumus. Dignatus es enim tu quoque ministrare nobis spiritualem jucunditatem, & præclaris litteris animos nostros recreare, & tamquam puerorum infantiam magnitudinis tuæ ulnis excipere. Petimus igitur a bono animo tuo: ut preceris, ut nos quoque digni simus, qui percipiamus a vobis, qui magistri estis, utilitates; accipiamus os, & sapientiam, ut audeamus respondere vobis, qui agimini a Spiritu sancto: cujus te amicum esse, & discretionem ejus habere veram audientes, magnas gratias agimus de tua erga Deum firma, & constanti charitate: orantes ut pars nostra reperiatur una cum veris adoratoribus, quorum e numero persuasum habemus esse perfectionem tuam. Idque ut ita sit oramus magnum illum & verum Episcopum, qui omnem terram sui adoratione complevit, Dominum nostrum.* Hactenus prior epistola: quæ cum adeo submisso animo a Basilio scripta appareat, qui erat Archiepiscopus Cappadociæ, inde oborta est opinandi occasio, ut non ad alium quam ad Innocentium Romanum Pontificem potuerit esse data. Posterior autem, quæ sequitur, his verbis concepta legitur:

IX. (*a*) *Ex Cod. Card. Sirleti manuscripto.* Basilii posterior Epistola ad Innoc.

*Innocentio Episcopo Basilius* (*a*). *Quanta sum affectus lætitia, postquam litteras charitatis tuæ accepi; tantam ex eo molestiam cepi, quod nobis curas graves & super vires nostras imposueris, quomodo in tanto locorum intervallo a tanto gubernatoris munere salvi evadere possimus. Nam dum vos Ecclesia habet, tamquam in propriis fundamentis conquievit. Sed si Dominus aliquid de vita vestra dispo-*



PAGIUS rit, ordinatus fuerat anno CCCCI. die XXI. Decembris; sic enim sedit annos XV. menses II. dies XX. & sepultus est die XIII. Martii. Chronicon Prosperi & aliquos Catalogos, in quibus duratio sedis *Innocentii* augetur vel minuitur, Librarii corrupere.

V. *Et quidem die XII. Mensis Martii.* *Innocentium* vero die XII. Martii vita functum, deducitur ex Martyrologiis, Romano a Rosweido publicato, omnium quæ ad nos pervenere, vetustissimo, Hieronymiano a Florentinio e tenebris eruto, alio vetusto Sancto Hieronymo attributo, quod legitur Tom. IV. Spicilegii Dacheriani, alio antiquissimo edito ab Holstenio cum Actis SS. Martyrum Felicitatis & Perpetuæ, ex Martyrologio Adonis, Notkeri Bedæ, non quidem genuino, sed vulgato, ex Appendice Adonis, ex Manuscriptis antiquis apud Galesinium, & Martyrologio MS. Reginæ Sueciæ, aliisque pluribus MSS. a Bollando ad diem XII. Martii in Vita SS. Innocentii & Rasi Episcoporum recitatis. Quare Anastasius, qui dicit, Innocentium sepultum esse ad *Ursum pileneret: quos vobis æquiparandos hinc fratrum curam mandare posset, id quod per litteras postulasti? Prudenter profecto dum vivis, eum videre cupiens, qui post te electum Domini gregem recturus sit: quod beatus Moyses optavit & vidit. Postquam igitur & locus magnus & fama celebris est, & opera tua notæ, & tempora difficilia indigentia magno gubernatore ob continuas procellas & fluctuationes Ecclesiæ imminentes: haud tutum animæ meæ futurum esse existimavi, si hoc munus negligenter & perfunctorie capesserem; eorum præsertim quæ scripsisti, recordatus, quod scilicet coram Domino tamihi diem de neglectu Ecclesiarum dicens, contra me, staturus es. Itaque ne tuum judicium ingrediar, sed potius te defensionis meæ consortem coram Christo inventam; totum presbyteratus in urbe confessum perlustrans, pretiosum vas selegi, hominem scilicet quondam nepotem beati illius Hermogenis: qui in Magno Concilio egregiam & ineffabilem fidem scriptis tradidit, Ecclesiæ multis annis presbyterum, honestis moribus compositum, canonum peritum, accuratum in fide, commendatam & continentia ac exercitatione usque ad hæc tempora vitam ducentem: & si quod roboris in corpore supererat, summa vitæ duritie perdomuit: qui ita mendicus est, & omnis in terra facultatis expers, ut nec pane quidem abundet, nisi quantum ejus & fratrum qui cum eo sunt, manibus cistas contexendo, sibi suppeditet. Hunc ad te mittere in animo habeo, si nunc tali viro & tibi sit opus, & non alio quopiam juniore, qui ad mittendum huc atque illuc, necnon ad alios usus vitæ necessarios exequendum aptus sit.*

X.

*Propterea quamprimum dabitur occasio, mihi scribere dignaberis; & hunc virum Dei electum muneri peragendo idoneum, conversationibus reverendum, cum mansuetudine docentem ad te mittam: quem etiam statim mittere potuissem, sed quoniam tu præveniens, virum in aliis quidem probum, & nobis carum, a prædicto autem multo differentem efflagitasti, meam opinionem tibi apertam facere volui; ut si tali viro indigueris, aliquem vel ex fratribus, qui eum his jejunii diebus suscipiant, mittas; vel si non habes qui viæ usque ad nos laboret sufferre valeat, no-*

*bis scribas*. Hactenus Basilius ad Innocentium Episcopum.

XI. Auctor Epistolarum Basilius Cæsariensis.

In primis vero, quod ad Basilium pertinet, nulla debet esse dubitatio hunc esse Basilium Cæsariensem Episcopum: nam de Hermogene mentionem habet, quem ejusdem Civitatis Cæsariensis Episcopum fuisse, idem Basilius Cæsariensis in suis epistolis (ut quarto Annalium tomo dictum est) asseverat: Innocentium vero aliquem puto fuisse ex Episcopis Cappadociæ eidem Basilio subditis ætate, & sanctitate venerandum, qui probatum aliquem ad se mitti presbyterum rogavit eumdem Basilium, ut munere Corepiscopi ipsi in functionibus Episcopalibus adjutor accederet, qui post obitum ejus in sedem successor eligi posset. Cujus autem Civitatis Innocentius iste Episcopus fuerit, haud nobis compertum satis habetur: scimus tamen Basilii sedis tempore vixisse Innocentium, ad quem (*a*) *Basil. ep. 3. in. addit.* alia ejusdem S. Basilii extat epistola (*a*). Meminit & S. Athanasius in epistola ad Palladium de Innocentio in Cappadocia viro insigni, necnon de ipso Basilio Episcopo Cæsariensi: ut plane in eam sententiam adducar, non alium illum esse Innocentium, quam eum ad quem S. Basilius dictas scribit epistolas.

XII. De Augustini Epistola ad Paulinum.

Hoc ipso tempore post obitum Innocentii Papæ, antequam crearetur ejus successor Zosimus, vel decreta Innocentii adversus Pelagium promulgarentur, S. Augustinus ad Paulinum Episcopum adversus ejusdem Pelagii errores conscripsit: hunc fuisse S. Paulinum Nolanum, idem Augustinus in commentario de Bono perseverantiæ ad Prosperum, & Hilarium expresse testatur, cum ejusdem suæ ipsius epistolæ meminit (*b*): id ipsum de Paulino Nolano affirmat S. Prosper (*c*), cum recenset ejusdem Augustini lucubrationes adversus Pelagianos editas, & inter alia dictam ad Paulinum Nolanum epistolam. Quod autem post obitum Innocentii hoc tempore data fuerit, illud certum est argumentum, quod ejusdem Innocentii mentionem faciens, beatæ memoriæ Innocentium nominat. Sed quod nondum creato Zosimo successore id acciderit, inde perspicue etiam poteris intelligere, quod cum Apostolicæ sedis decreta adversus Pelagium recenset, nonnisi de ipsius Innocentii litteris ad Africanos Episcopos redditis meminit; haud dubium dicturus de ejusdem Innocentii novissimo decreto sancito & per Zosimum promulgato, si id factum sciisset, quod maxime ad rem, de qua ageret, necessarium esse videret. Reddam autem ipsius ad Paulinum hic verba (*d*): *Missæ sunt itaque hac de re ex duobus Conciliis Carthaginensi & Milevitano relationes ad Apostolicam sedem, antequam Gesta Ecclesiastica, quibus apud Episcopos provinciæ Palæstinæ Pelagius profiteretur esse purgatus, vel ad manus nostras, vel in Africam pervenissent. Scripsimus etiam ad beatæ memoriæ Papam Innocentium, præter Conciliorum relationes, litteras familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas est atque oportebat Apostolicæ sedis Antistitem. Quæ omnia modo legere poteris*

(*b*) *Aug. de Bono persever. lib. 1. cap. 21.*

(*c*) *Prosp. cont. Collat. prope fin.*

(*d*) *Aug. epist. 106.*



*veris, si eorum forte ad te vel nulla, vel non cuncta pervenerant: ubi videbis, servata erga hominem moderatione quæ debuit, ne damnaretur, si prava damnaret; ipsum tamen novellum & perniciosum errorem sic Ecclesiastica auctoritate compressum, ut multum miremur esse adhuc quosdam, qui per quemlibet errorem gratiæ Dei conentur obsistere*. Hæc ipse.

XIII. Nolæ Pelagiani nonnulli.

Quod vero de his Augustinus Paulinum putaverit esse monendum, hanc inferius sui instituti rationem affert his verbis: *Quod propterea commemoravimus, quoniam quidem apud vos, vel in vestra potius civitate (si tamen verum est quod audivimus) tanta pro isto errore quidam obstinatione nituntur, ut dicant, facilius esse ut etiam Pelagium deserant atque contemnant, qui hæc sentientes anathematizavit, quam ab hujus sententiæ, sicut eis videtur, veritate discedant*. Hæc ipse. Sed unde ista contagio serpsit in Nolanam Ecclesiam? Inde quidem, quod antequam Pelagius palam detegeretur hæreticus, insinuaverat se in ejusdem Paulini amicitiam, a quo & ut Dei servus, quem præseferebat verbis & habitu, amabatur, ut ejusdem Augustini epistola ipsius exordio docet. Quinetiam ad ipsum Paulinum Pelagius epistolam dedit, sed qua ipse videri posset esse Catholicus, ne a tanto viro ut hæreticus reiiceretur: etenim ipse Pelagius in libello, quem nuper ad Innocentium Papam pro sua defensione dedit, hæc inter alia scripsit: *Legant* (inquit) *illam epistolam, quam ad sanctum virum Paulinum Episcopum ante duodecim fere annos scripsimus, quæ trecentis fere versibus nihil aliud quam Dei gratiam & auxilium confitetur, nosque nihil omnino boni facere posse sine Deo*. Hæc Pelagius, quæ recitat Augustinus (*a*) in commentario ad Albinum & socios de Gratia Christi.

(*a*) *Aug. de Grat. Christi l. 1. c. 35.*

XIV.

Cæterum hæc adversus Pelagium ad Paulinum visus est Augustinus scribere voluisse, non quidem ipsius Paulini causa, tamquam illis indigeret, quem sciret probe Catholicum & veritatis Catholicæ propugnatorem; sed ad convincendos eos qui Pelagii errores mordicus defendendos suscepissent; id fortasse etiam ipso Paulino poscente. Etenim de fide impolluta Paulini hæc idem sanctus Augustinus ad eum (*b*): *Oremus ergo pro illis, sancte frater: cernis quippe nobiscum quam malo errore teneantur. Fragrant enim epistolæ tuæ odore suavissimo Christi, ubi germanissimus gratiæ ipsius dilector & confessor appares. Sed quod diu tecum de hac re loquendum putavimus: Primo, quia jucundissimum est, fecimus: quid enim debet esse jucundius vel infirmis gratia qua sanantur, vel pigris qua excitantur, vel valentibus gratia qua juvantur? Deinde, ut si quid nostra disputatione, Deo adjuvante, possemus, tua non fides, sed fidei contra tales adminiculetur assertio: sicut nos quoque in hanc facultatem tuæ germanitatis litteris adjuvamur, &c.* Laudat insuper Paulinum idem sanctus Augustinus, quod scriptis suis adversus Pelagianos errores sit firmus assertor Catholicæ veritatis. At de Paulino hactenus.

(*b*) *Aug. epist. 106.* Paulinus Nolanus Catholicæ veritatis assertor.

XV.

Inter hæc autem accidit, ut Valerianus quidam nefandissimus Pelagianus ex Occidente migrarit Alexandriam: ut cum ibi

PAGIUS

*Iectum V. Kalend. Augusti*, intelligendus de aliqua ejus Translatione. Auctor Martyrologii Hieronymiani, qui depositionis ejus meminit, & ad diem XII. Martii, & ad diem XXI. Decemb. tam diem ejus (mortualem, quam diem alicujus alterius Translationis memorat, indeque valide confirmatur observatio a nobis facta SS. Pontificum Translationes, diebus quibus ordinati fuerant, quandoque peractas esse, quod multos Viros doctos decepit. In eo enim Martyrologio ad diem XXI. Decemb. Innocentii natalem habetur: *Romæ depositio S. Innocentii Episcopi*, ubi depositio, sicuti sæpe alibi, de Innocentii Translatione, non vero de ejus morte, ut perperam Papebrocius, interpretanda. Vide dicta anno CCCXIII.

VI. *Sententiæ nostræ contrariæ refelluntur.*

Baronius, qui diem sepulturæ vel Translationis ab Anastasio descriptum pro die emortuali de more intelligit, *Innocentii* mortem usque in diem XXVIII. mensis Julii, & *Zosimi* ejus successoris initium usque ad diem XIX. mensis Augusti differt, sed ex rescripto ejusdem Zosimi, de quo paulo post agemus, hunc die vigesima quinta Martii præsentis anni jam Ecclesiam Romanam rexisse certo constabit. Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum Romanorum, *Innocentium* die XXI. Decembris anni superioris in Martyrologio Hieronymiano notato, demortuum existimavit. Verum præterquam quod constat, illum ab hujus anni initium vitam protraxisse, cum mense Januario Pelagianos damnaverit, eo pacto sedisset tantum annos XIV. menses XI. dies XXI. quod Auctores & Catalogi citati, ut existimamus, non patiuntur, licet id Vir doctissimus sine auctoritate alicujus codicis Anastasiani, aut alicujus Catalogi Pontificum Romanorum persuasum habeat. De *Zosimi*, Innocentii successoris, ordinatione paulo post fermo erit.

A num. XII. ad XV. Augustinus literas ad *Innocentium* Papam ab Africanis Episcopis datas, Paulino Episcopo Nolano misit, una cum ejusdem Innocentii responsis, scripta ad eum Epistola CLXXXVI. alias CVI. ut ad Pelagianos vitandos cautus esse, & ad eos convincendos, qui eorum hæreses defenderent, armis instrueret. *Pelagius* enim antequam ejus hæresis innotesceret, a Paulino amabatur, ut scribit Augustinus in ea Epistola num I. & multorum sanctorum virorum amicus erat. In ea etiam Augustinus refert, se hujus hæresiarchæ Epistolas ad eum misisse, in quibus se satis gratiam agnoscere ajebat *Pelagius*, quod a Deo nobis insitam esse voluntatem, liberumque arbitrium fateretur, & hoc sufficere putaret. Cæterum *Paulinus* a Pelagianorum erroribus abhorrebat, ipseque Augustinus loco laudato eos refellit ex Epistolis Paulini ac præcipue ex trigesima, a-

VII. *Augustinus ad Paulinum scribit, ut eum armis adversus Pelagianos instruat.*

PAGIUS

lias VIII, ad Severum: *Flagrant enim*, inquit Augustinus ad eum num. 39. *Epistolæ tuæ odore sinceriissimo Christi, ubi germanissimus gratiæ ipsius dilector & confessor appares. Sed quod diu tecum ex hac re loquendum putavimus, primo quia jucundissimum est, fecimus*, &c. *Deinde ut si quid nostra disputatione Deo adjuvante possemus, tua non fides, sed fidei contra tales adminiculetur assertio, sicut nos quoque in hanc facultatem tuæ germanitatis litteris adjuvamur*. Quare Garnerius in dissert. VI. pag. 347. perperam scripsit, *Paulinum* Pelagianis Nolæ existentibus favisse, & eo usque Pelagii amicitiam coluisse, *ut ab Augustino debuerit moneri graviter de periculo in quo versaretur*, ubi loquitur de hac Augustini ad eum Epistola. Verum quidem est, Augustinum num. 29. scribere: *Quod propterea commemoravimus, quoniam quidem apud vos, vel in vestra potius civitate, si tamen verum est quod audivimus, tanta pro isto errore quidam obstinatione nituntur, ut dicant facilius esse, ut etiam Pelagium deserant atque contemnant, qui hæc sentientes anathematizavit, quam ab hujus sententia, sicut eis videtur, veritate discendant*, sed inde Paulinum Pelagianis favisse, inferri non potest.

VIII.

Ea Augustini ad Paulinum Epistola hoc anno exeunte data, cum scripta sit post acceptas Pelagii ad Innocentium literas, quas *Zosimus* Roma die XX. mensis Septembris ad Patres Africanos misit. In hac Augustini ad Paulinum Epistola num. I. legitur: *Quod etiam quibusdam literis* (Pelagius nempe) *ad tuam venerationem datis, ubi dicit se non debere existimari sine gratia Dei defendere liberum arbitrium; cum possibilitatem volendi atque operandi, sine qua nihil boni velle atque agere valeremus, a Creatore nobis insitam diceret*, &c. Hæc enim ad ea spectant, quæ Pelagius in literis ad Innocentium scripserat: *legant illam Epistolam, quam ad Sanctum virum Paulinum Episcopum, ante duodecim fere annos, scripsimus*, &c. quæ verba ex Epistola Pelagii ad Innocentium excerpta refert Augustinus lib. de gratia Christi cap. 35. Quare Augustini ad Paulinum Epistola post mensem Septembrem currentis anni data; cum Pelagii literæ ad Innocentium scriptæ, & a Zosimo in Africam transmissæ in Augustini manus pervenire non potuerint ante mensem Octobrem. Hinc Baronius num. XII. perperam scribit eas Augustini ad Paulinum literas nondum creato Zosimo exaratas esse.

*Tempus quo ea Epistola data.*

IX. *Eusebius Cremonensis Valerianum Pelagianum Alexandriæ fellendum curat.*

Ad num XV. Cum Sanctus *Eusebius* Cremonensis in Italiam venisset ex Oriente, ac *Valerianum* Valerii Comitis servum, hominem gulæ deditum, ac Pelagianorum erroribus infectum ex

ibi qualis esset, minime perspectus haberetur, securius degens, insinuaret se Cyrilli Alexandrini Episcopi amicitiæ: cujus rei causa Eusebius quidam (puto Cremonensem illum S. Hieronymi scriptis haud modice illustratum) ut hominem ejiceret, ad ipsum Cyrillum ejusmodi epistolam dedit (*a*):

(*a*) Ex cod. Cavd. Sirleti manuscript. Eusebius monet Cyrillum de Valeriano Pelagiano.

*Domino sancto, omnique honore colendo ac beatissimo Papæ Cyrillo Eusebius in Christo frater.*

*Gratias egi Deo meo, quod beatitudinis tuæ dulciora melle epistolaris officii eloquia promerui: quia percutienti retinnire dignatus es, domine sanctæ, omnique honore colende beatissime Papa. Unde quæso, ut libenter meæ parvitatis suscipere sermonem digneris; & libertatem, quam in fide Christi habere videmur, superbiam non reputes. Alexandrina sedes, ex quo Christi nomen universo Orbi innotuit, præ cæteris provinciis, semper Italiæ Christi glutino cohæsisse cognoscitur. Quomodo nunc, cum beatæ memoriæ Innocentius Pelagium, Cælestiumque cum suis capitibus condemnans, cunctis eos abjicientibus Orientalibus, Alexandrina Ecclesia in communionem receperit, quæ sola & prima inter comprovinciales suos tales refutare debuerat? Sed ille est pestifer, de quo sanctitudini tuæ ante annum scripseram, signifer & confœderatus eorum Valerianus ventriloquus, qui gulæ operam præbens, quicquid otiosum suæ adulationis invenerit, ibi sanctas ac fidelissimos nunciat. Sed non illum liberum putet tua beatitudo: servus est Ariminensis possessionis illustrissimi Valerii Comitis: quem propter reverentiam tui amoris, repetendum a te, interim fieri siluimus. Magis orare pro nobis dignare, & tales a consortio abjicere, scriptum recordatus Prophetæ sancti: Carnes ligatas in pallio * sacerdos, cum pollutum non sanctificet, a polluto ipse contaminatur: quæ lex est probatio sacerdotum. Sed dare veniam dignaberis meæ audaciæ & parvitati, ut supra ante rogavi. Incolumem beatitudinem tuam, meique memorem inviolabilis Trinitas tueri dignetur sancte Papa.* Hactenus Eusebius. Cæterum quod ad Cyrillum spectat; insectatum etiam ipsum esse Pelagianos in Concilio Ephesino, quæ de ipso suo loco dicturi sumus, satis aperte declarant.

XVI. De Aniano seu Valeriano Celedensi. (*b*) *Hier. epist. 79.*

Quod vero ad hunc ipsum Valerianum pertinet: equidem hunc illum ipsum fuisse conicio, qui mendose apud sanctum Hieronymum, loco Valerianus, Annianus legitur in epistola ad Alypium & Augustinum (*b*). Adjuvat conjecturam, quod ibidem etiam de Eusebio habetur mentio, qui hujus scripta ad S. Hieronymum miserat, ut adversus ea scriberet: sunt hæc enim verba ipsius Hieronymi: *Quod autem quæritis, utrum rescripserim contra libros Anniani pseudodiaconi Celedensis, qui copiosissime pascitur, ut alienæ blasphemiæ verba frivola subministret: sciatis me ipsos libros in schedulis missos a sancto fratre nostro Eusebio presbytero suscepisse non ante multum temporis; & exinde vel ingravescentibus morbis, vel dormitione sanctæ & venerabilis filiæ vestræ Eustochii ita doluisse, ut propemodum contemnendos putarem, &c.* Hæc ipse ea epistola, quam post biennium esse ab eo scriptam, suo loco dicemus. Quod vero Annianum, seu potius Valerianum, S. Hieronymus di-



dicat fuisse pseudodiaconum Celedensem; absque dubio depravatus est textus, cum de Ecclesia Celedensi nusquam fit mentio: habet alia lectio, Arelatensis: sed proprius accedit, ut legendum sit loco Celedensis, Cenetensis. Verum missis his, jam ad successoris Innocentii institutionem Zosimi transeamus.

XVII. Zosimi Papæ creatio.

Post Innocentii obitum interlapsis diebus vigintiduobus interregni, Zosimus natione Græcus, Abrahami filius, subrogatus est die decimanona mensis Augusti: quantum autem temporis federit, suo loco in fine ipsius dicturi sumus. Quid vero ipsius sedis exordio acciderit, primo loco narremus. Meminisse debemus, Cælestium Pelagii hæresiarchæ antesignanum, tamquam novæ hæresis promulgatorem, jam diu ante damnatum ab Episcopis Africanis in Concilio Carthaginensi, appellasse Apostolicam sedem. Verum quod se sciret experturum Innocentium Papam sibi adversantem, appellationem nequaquam prosequi voluit: ipso autem defuncto, ad successorem illius Zosimum se contulit, ut ab ipso audiretur, non quidem prosecuturus appellationem (ut in suo libello Paulinus testatur) elapso jam appellandi tempore, sed adversus accusatores querelas illaturus. Quod vero etiam sciret & ab ipso Zosimo fore damnandum, si qualis esset, detegeretur hæreticus; ea arte concinnavit scriptum a se libellum, ut non posset, etiam si Zosimus vellet, ab ipso reiici, sed suscipi cogeretur, utpote qui post enarrata quæ de fide sentiret, ejusmodi ad finem apposuit verba: *Si forte* (ut hominibus) *quispiam ignorantiæ error obrepserit vestræ sententiæ corrigatur.* Recitat hæc quidem S. Augustinus (*a*).

(*a*) *Aug. de pecc. orig. c. 6.*

XVIII. Adjecit autem prudenter Zosimus ad explorandam hominis fidem, interrogare eum quam exactissime, si assentiretur epistolæ adversus errores Pelagii ab Innocentio prædecessore ad universam Ecclesiam datæ: cui se idem consentire professus est. Testatur id ipsum ubi supra S. Augustinus, & ad Bonifacium de Zosimo Papa ait (*b*): *Insuper etiam Cælestium se purgare molientem, ad consentiendum supradictis sedis Apostolicæ, id est, Innocentii Papæ litteris, crebra interlocutione constrinxerit.* Qua de causa (ut idem subdit) accidit ut ipse Zosimus lenius cum Cælestio egerit, spem concipiens eum Ecclesiæ Catholicæ restituturum. Idemque Augustinus paulo superius æque demonstrat, haud erraſſe Zosimum Papam, dum scripsit Cælestii libellum esse Catholicum: agit enim de iisdem adversus Julianum Pelagianum (*c*), probans Zosimi factum, cum Cælestium lucrari cupiens, cum eodem benigne se gessit. Cum tamen non sic hominem susceperit, ut ad Catholicam communicationem admiserit. Immo adhuc eam adhiberi voluit, ne ab eo deciperetur, ex abundanti, cautelam, ut in Africam scriberet, ut si quid illi contra Cælestium quod proferrent haberent, Romam mitterent. Affirmat id namque idem S. Augustinus, Zosimum semper laudans & excusans, dum ait (*d*): *A vinculis tamen excommunicationis nondum est creditus esse solvendus: sed interposito duorum mensium tempore, donec rescriberetur ex Africa, respiscendi ei locus sub quadam medicinali sententiæ lenitate concessus est.* Hæc S. Augustinus. Sed de his fusius agemus inferius, cum calumnias Juliani Pelagiani in Zosimum, ex ipsius Augustini verbis parata defensione, confutabimus.

(*b*) *Aug. contr. ep. Pelag. l. 2. c. 5.*

(*c*) *Aug. contra Julian. Pelag. li. 6. c. 12.*

(*d*) *Aug. de pecc. orig. c. 8.*

His de Zosimi rebus gestis cum Cælestio, subiicimus litteras ejusdem Romani Pontificis ad Episcopos Africanos hoc anno eadem occasione conscriptas; quas nobis Vaticanus vetus codex exhibuit: ut ex ipsis, quæ de eodem Zosimo S. Augustinus conscripsit; intelligas, pariter-

XIX.

PAGIUS ex Italia Alexandriam aufugisse cognovisset, egit per literas cum Sancto Cyrillo, ut nequissimum nebulonem ex Ægypto pelleret, in quibus cum legatur: *Quomodo nunc, cum Beatæ memoriæ Innocentius Pelagium, Cælestiumque cum suis capitibus condemnavit, cunctis eos abiicientibus Orientalibus, Alexandrina Ecclesia in communionem recepit.* Cardinalis Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 19. recte infert, eas initio Pontificatus Zosimi ante latam ab eodem in Pelagianos sententiam, datas esse: alioquin & Zosimi celeberrimum judicium nominasset.

X. *Eusebius Cremonensis comes individuus S. Hieronymi.*

Ad num. XVI. eodem fere tempore cum *Eusebius* libros *Anniani* Diaconi Celedensis Pelagiani nequissimi adversus Epistolam Hieronymi ad Ctesiphontem reperisset, eosdem in Asiam in schedulis ad eumdem transmisit, quibus Hieronymus morte præventus respondere non potuit, uti speraverat. Fuit *Eusebius* patria Cremonensis, teste Hieronymo in Epistola ad Pammachium, forenses causas agitavit, ut ait Rufinus in Invectiva priori, *& a tergiversatione illa actuum publicorum ad Monasterium conversus adhæsit Magistro nobili*, nempe Hieronymo. Diu eidem Sancto Doctori, in Monasterio Bethlemitico comes fuit; exortis vero postea inter Rufinum & Hieronymum dissidiis, *Eusebius* uti a Rufino pluribus calumniis perstrictus fuit; ita ab Hieronymo in priori sua Apologia acerrime defensus est. Denique cum *Rufino*, atque Origenistis *Pelagius* ac discipuli successissent, partibusque & forte gravioribus Hieronymum odiis exercerent, *Eusebius* pro Magistri, atque amici honore excubavit. Ejus memoria colitur Cremonæ, ut videre est apud Bollandum ad diem V. Martii, ubi Vitam ejus a Francisco Ferrario Canonico Cremonensi hujus sæculi initio scriptam, in qua tamen varia dubia ac incerta sunt, recitat.

XI. *Annianus famosus Pelagianista.*

Hieronymus in Epistola LXXIX. ad Alypium & Augustinum, quæ inter Augustinianas est CCII, alias XXIV, refert se accepisse *libros Anniani pseudo-Diaconi Celedensis missos a sancto fratre Eusebio Presbytero*. Baronius loco *Anniani*, Valerianum substituendum existimat, & Eusebium de Valeriano tam ad Cyrillum, quam ad Hieronymum literas dedisse. Verum, ut observat ibidem Eminent. Card. Norisius, *Annianus* a Valeriano valde diversus fuit, ejusque opera primum *Pelagius*, dein *Orontius* Episcopus ad sectam promovendam usi sunt. Pelagii lateri adhærens in Asiam se contulit, suamque eidem operam in Diospolitana Synodo commodavit; nam de eo in laudata Epistola scribit Hie-

PAGIUS Hieronymus num. II: *Quicquid in illa miserabili Synodo Diospolitana dixisse se denegat, in hoc Opere profitetur.* Eo Conventu dissoluto, causaque ad Innocentium Papam devoluta, quo Pelagio consuleret, in Italiam reversus Hieronymi Epistolam ad Ctesiphontem datam editis contra illam libris impugnavit, qui quidem periere. Quia vero Pelagiani Sancti *Chrysostomi* lacinias sese occultare conabantur, *Annianus* ejus Homilias e Græco in Latinum sermonem vertit. Ex illis quindecim nunc habentur, octo scilicet priores in Matthæum, quibus præfigitur Epistola Anniani ad *Orontium* Episcopum, & septem de laudibus Pauli *Evangelo* Presbytero dicatæ. Fuit *Orontius* unus de Episcopis ob hæresim Pelagianam postea ex Italia ejectis; *Evangelus* vero ejusdem factionis Presbyter. Utraque Epistola non tantum convitiis in Catholicos, & præsertim in Augustinum; sed etiam sententiis artibusque Pelagianorum referta est, scilicet laudibus naturæ humanæ, liberi arbitrii, ac possibilitatis mandatorum Dei exaggeratione, ut accurate ostendunt Emin. Card. Norisius laudatus & Garnerius in Dissert. I. de primis auctoribus hæresis Pelagianæ cap. 7. qui primi ex Historiæ Pelagianæ Scriptoribus hunc Pelagianum cognoverunt, ac observarunt eum ab Orosio in Apologia cap. 2. dictum esse armigerum Pelagii: *Stat*, inquit, *immanissimus superbia Goliath, carnali potentia tumidus, omnia se per se posse confidens, caput, manus, totum insuper corpus plurimo apparatu vestitus, habens post se armigerum suum, qui, etsi ipse non dimicet; cuncta tamen aris & ferri suffragia subministrat*, quia scilicet Pelagius in Latina lingua minus exercitatus, eo utebatur.

XII. *Zosimus fit Papa.*

A num. XVII. ad XL. post *Innocentii* Papæ mortem Anastasius scribit, cessasse Episcopatum *dies viginti*. Verum totidem dierum inter pontificium, quod per hæc tempora semper obtrudit, illud eum latuisse ostendit. Cum enim *Zosimus natione Græcus* Innocentii successor dedeci-

terque Zosimi ipsius sensum epistolæ ex eodem S. Augustino percipias, quæ sic se habet:

Epistola Zosimi ad Africanos de Cælestio.

*Zosimus Aurelio & universis Episcopis per Africam constitutis dilectissimis fratribus in Domino salutem.*

*Magnum pondus examinis magnæ desiderat, ut non sit rebus ipsis quæ geruntur inferior libra judicii. His accedit Apostolicæ sedis auctoritas, cui in honorem beatissimi Petri Patrum decreta peculiarem quamdam sanxere reverentiam. Orandum igitur, & incessanter orandum, ut continua gratia, perennique adjutorio Dei pax ex hoc fonte in totum Orbem fidei & Catholicæ societatis nullis nubibus interfuscata mittatur. Charitas enim, quæ (sicut scriptum est) Deus est, perfectæ plenitudinis abundantia gratulatur: cum si quid vel suspicionis habuerit fidei intentionis solicita, vel in longum perducta contentione aut emendatione corrigitur.*

XX. Consistorium in S. Clementis Basilica.

*Cælestius presbyter nostro se ingessit examini, expetens ea quæ de se Apostolicæ sedi aliter quam oportuit, essent inculcata, purgari. Et licet multæ occupationes majoribus vinculis Ecclesiasticorum negotiorum curam nostram, solicitudinemque distraherent: tamen ne paternitatis vestræ de adventu ac discussione prædicti diutius penderet expectatio, posthabitis omnibus, die cognitionis resedimus in sancti Clementis basilica, qui imbutus beati Petri Apostoli disciplinis, tali magistro veteres emendasset errores, ratosque profectus habuisset, ut fidem quam didicerat, & docuerat etiam martyrio consecraret: scilicet ut ad salutiferam castigationem, tanti sacerdotis auctoritas præsenti cognitioni esset exemplo. Omnia igitur quæ prius, fuerant acta discussimus, sicut Gestorum huic epistolæ cohærentium instructione discetis. Intromisso Cælestio, libellum ejus, quem dederat, fecimus recitari. Nec hoc contenti: Utrum hæc quæ scripsisset, corde loqueretur, an labiis, sæpenumero exploravimus, cum de occultis animorum solius Dei nostri possit esse judicium, cui non tantum cogitata, sed cogitanda jam præsto sunt. Quid voces ejus contineant, compendiosius duximus ad sanctitatem vestram legenda cognosci. Unum sane movet nos, ut cum in præsenti ibi Cælestium habueritis, nihil liquido judicatum sit. Ad litteras Herotis, & Lazari priori relatione destinata, equidem hoc fervore fidei præfestinatum esse promptissimum est.*

XXI. De causa Herotis & Lazari Episcoporum Gallorum.

*Sed cum de his interrogaretur, asseruit nullum sibi de talibus contentionibus umquam cum antedictis fuisse sermonem, nec ante sibi, quam de se scriberent, visum fuisse compertos: Lazarum sane in transitu cognitum, Herotem vero etiam satisfactione interposita, quod secus de ignoto & absente sensisset, cum gratia recessisset. Jam caduca ad nullæ fundamina criminationis ignotæ proculdubio iræ fuit, ut persona talium, quæ tam ventosa & levis extiterat, quæreretur, si saltem illis loci sui ratio vitæque constaret, ut fides absentibus in absentes debuerit adhiberi, tantumque pondus in litteris eorum, ut auctoritatem testimonii mererentur. Patuit hos inobservatis ordinationibus, plebe cleroque contradicente, ignotos, alienigenas intra Gallias sacerdotia vendicasse, quibus se ipsi propria abdicavere sententia; nosque licet & alia, tum eorum de se pœnitudinem secuti, sacerdotali eos loco & omni communione submovimus. Satis urget causam, a talibus processisse per litteras in absentes ejus accusationem, qui se præsens tuetur, qui exponit fidem, qui provocat accusantem, numquam piguit in melius retorsisse judicium. Adolescens & sancti Spiritus executor, qui Susannam seniorum falsitate damnatam, invenit innocentem; reducitur a suppliciis casta per puerum, quæ per grandævos fingitur impudica. Non ergo omni (sicut cautum est) spiritui credendum, sed diu appensius examinandum est, præsertim de fide hominis, ubi status ejus & vita perpetua est. Nec Salomonem fefellit in puerperii rixæ mentis* * *indago: non enim duabus feminis inter se jurgantibus unum pignus induxit, sed ibi arbiter fide cunctabundus invenit, ubi veræ pietatis intellexit affectum. Perquam rarum sit, ut longa & castigata cunctatione ad veri cubile perveniat. Optimæ mentis indicium est, prava difficilius credere: nam plerique, quorum de se bonæ con-*

* veritatis.



*confessionis pignus adhibetur fides, in nullius erroris abruptum necessitate coguntur, & irremediabile vulnus efficitur, quod desperatur sanari.*

XXII. Instauratur judicium inter Cælestium & accusatores.

*Unde in præsenti causa nihil præcox, immaturumque censuimus, sed innotescere sanctitati vestræ super absoluta Cælestii fide nostrum examen; cui etiam prior libellus ab eo intra Africam testimonio apud nos esse debuisset; ne inexploratis, famaque jactantibus tam facile crederetur. Quare intra secundum mensem aut veniant qui præsentem redarguant aliter sentire, quam libellis & confessione contexuit; aut nihil post hæc tam aperta & manifesta quæ protulit, dubii sanctitas vestra residisse cognoscat. Ipsum sane Cælestium & quoscumque qui eo tempore ex diversis regionibus aderant sacerdotes admonui, has tendiculas quæstionum & inepta certamina, quæ non ædificant, sed magis destruunt, ex illa curiositatis contagione profluere, dum unusquisque ingenio suo & intemperanti eloquentia suprascripta abutitur: Cum in hoc etiam magnorum virorum nonnumquam cum ipsis auctoribus scripta periclitantur post permultam temporis miseriam, interpretantis arbitrio: ut divine præfatum sit (a): Ex multiloquio non vitari peccatum. Et sanctus David (b) postularet circumstantiam labiis suis, orique custodiam. Charitatem vestram tam Apostolicæ sedis auctoritate, quam mutua amoris affectione commoneo, ut jam ingenia vestra sanctarum omnium Scripturarum, quæ secundum traditionem Patrum atque majorum præcepta sunt, præceptis, observationibusque sufficiant. Quid illic non abundans? quid non Dei spiritu & vocibus plenum sit? nisi libet, unumquemque plus sibi credere, suoque de se uti judicio. Data .... Honorio Aug. XI. & Flavio Consl. Coss.* Hactenus Zosimi litteræ ad Africanos Episcopos causa Cælestii hoc anno datæ.

(a) Prov. 10.

(b) Psal. 140.

XXIII. Quibus plane intelligis Cælestium hominem versipellem, involventem cuncta mendaciis, quo Catholicus valeret existima-

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

N

PAGIUS *Zosimo Episcopo tota festinatione perrexit: ubi aliis (quorum exemplaria habemus) interrogatus, cum ab illo cognitore aliquatenus terreretur, crebris responsionibus, & prosecutionibus suis spem præseminavit, condemnare se illa capitula, de quibus apud Carthaginem fuerat accusatus, promittens. Id enim & instantius jubebatur, ab eoque vehementius ut id faceret, expectabatur, atque ob hoc ipsum nonnulla illius sancti Sacerdotis humanitate digna est habitus; & sic Epistolam quandam benignitatis plenam ad Afros Episcopos meruit* (incertum an Mercator de priori vel de posteriori Zosimi ad Africanos Epistola loquatur) *qua ille abusus, vel adhuc abutitur ad multorum ignorantium deceptionem. Episcopis vero ex Africa referentibus, omnemque causam qua apud eos facta fuerat exponentibus, missis etiam gestis exinde, qua fuerant tunc*

De causa Herotis & Lazari.

*ri.* Nam quod ad dogmata pertinet, qualis re vera esset, excussa larva, a Zosimo postea detectus est, ostensusque Cælestius scelestissimus hæreticorum. Quod vero spectat ad Lazarum & Herotem, quos adeo vehementer infamat: quam insigniter & in his idem Cælestius mentitus sit, possumus ex his intelligere, quæ de altero ipsorum Prosper (c) affirmat, nempe de Herote, cum ait: *Heros vir sanctus beati Martini discipulus, cum Arelatensi oppido Episcopus præsideret, a populo ipsius civitatis, insons & nullis insimulationibus noxius, pulsus est, inque ejus locum Patroclus ordinatur amicus & familiaris Constantii Magistri militum, cujus per ipsum gratia quærebatur: eaque res inter Episcopos regionis illius magnarum discordiarum causa fuit.* Hæc Prosper in Chronico, nosque suo loco superius, quo facta sunt anno, retulimus: hic autem ad convincenda Cælestii mendacia iterum recitasse non piguit. De Lazaro remansit obscura memoria, sed ex Herote Lazarum disce: quos enim calumnia par involvit, eamdem decorasse æqualem virtutem putandum, cum nonnisi bonos consueverint odisse mali, & hæretici vexasse Catholicos. Sed ad res Pelagii hoc anno cognitas transeamus.

(c) Prosp. in Chron.

XXIV. Pelagius se purgare videri voluit apud Zosimum.

Qui igitur eadem erant fuligine tincti, eadem ambo usi sunt ad fallendam sedem Apostolicam arte, Cælestius, atque Pelagius: sicut enim ille, ita iste in litteris, quas datas diximus ad Innocentium Papam, & eo defuncto acceptas a Zosimo successore, nihil præterea magis conatus est, quam ab ipso Romano Pontifice videri atque probari Catholicus: id quidem litteris, idque libello fidei professionis eisdem juncto, dolo atque fallacia præstitit: adeo ut non potuerit a Zosimo reiici ut hæreticus; utpote qui scriptis professus sit, se in omnibus paratum esse eadem de fide sentire, quæ Romanus Pontifex sentienda proponeret: quibus persuasus Zosimus, sicut fecerat de Cælestio, ita etiam de Pelagio

*cum illo vel de illo confecta, vocatus ad audientiam pleniorem, ut qua promiserat, festinaret implere, ideo, ut damnatis prædictis capitulis, sententia Afrorum Pontificum, qua fuerat communione privatus, absolveretur, non solum non adfuit; sed etiam ex memorata Romana Urbe profugit: atque ob hoc a beata memoria prædicto Zosimo Episcopo scriptis amplissimis vel longissimis per damnatus est, in quibus & ipsa capitula, de quibus accusatus fuerat, continentur, & omnis causa tam de Cælestio suprascripto, quam de Pelagio magistro ejus prævius videtur esse narrata; quorum scriptorum & nos hic habemus exemplaria, & ad Orientales Ecclesias, Ægypti Diœcesim; & Constantinopolim & Thessalonicam & Hierosolyma similia eademque scripta ad Episcopos transmisse esse suggerimus.*

PAGIUS decima octava mensis Martii, in quam Dominica incidebat, ordinatus fuerit, ut ex dicendis in morte ejus liquebit, vacavit sedes dies tantum sex, & initium ac finis Pontificatus Zosimi a diebus & annis, cum quibus utrumque alligavimus, nullo modo removeri potest. *Zosimum* die XXII. mensis Martii jam Pontificatum adeptum esse num. XXI. demonstrabo. Quare Dominica antecedenti die scil. XVIII. ejusdem mensis consecratus fuerat, cum die XII. Martii S. Innocentius spiritum Deo reddiderit.

XIII. Cælestius audita morte Innocentii ex Orien-

te Romam statim advolavit, ut Marius Mercator in Commonitorio his verbis nos docuit: *Inde* (Epheso nempe, quo anno CCCCXII. postquam Carthagine damnatus fuit, se se contulerat) *post aliquantos annos, sub sanctæ memoriæ Attico Episcopo urbem Constantinopolitanam petiit, ubi in similibus detectus magno studio sancti illius viri ex prædicta alma Urbe detrusus est, literis super ejus nomine & in Asiam, & Thessalonicam, & Carthaginem ad Episcopos missis, quarum exemplaria habentes proferre summus parati. Prædictus tamen Cælestius etiam hinc ejectus ad Urbem Romanam sub sanctæ memoriæ Zosi-*

Cælestius Romam venit.

lagio jam Catholico (ut videri poterat) reddito, dedit litteras ad eosdem Episcopos Africanos, quarum exemplum sumptum ex eodem Vaticano codice hic tibi quam fidelissime exscribendum putavimus, quod est hujusmodi:

XXV. Epistola Zosimi Papæ de Pelagio.

*Zosimus Episcopus Aurelio & universis Episcopis per Africam constitutis dilectissimis fratribus in Domino salutem.*

*Postquam a nobis Cælestius presbyter auditus est, & quid de fide sentiret evidenter expressit; eadem quoque quæ in libello contulerat, repetitis crebro professionibus, roboravit: de ejus nomine plenius ad dilectionem vestram scripta direximus. Ecce epistolam Hierosolymitani Episcopi Praylii, qui in locum quondam sancti Joannis Episcopus est ordinatus, accepimus, qui causæ Pelagii enixius adstipulator intervenit. Litteras quoque suas idem Pelagius purgationem continentes abundantissime misit: quibus & professionis suæ fidem, quid sequeretur, quidve damnaret, sine aliquo fuco, ut cessarent totius interpretationis insidiæ, cumulavit. Harum recitatio publica fuit: omnia quidem paria, & eodem sensu sententiisque formata, quæ Cælestius ante protulerat, continebant. Utinam ullus vestrum, dilectissimi fratres, recitationi litterarum interesse potuisset. Quod sanctorum virorum, qui aderant, gaudium fuit? Quæ admiratio singulorum? Vix fletu quidam se & lacrymis temperabant. Tales etiam absolutæ fidei infamari potuisse? Est ne ullus locus, in quo Dei gratia vel adjutorium prætermissum sit? quod quisquis potest præter eamdem vel mente concipere, nec illi supernæ sententiæ subjectus, quæ de sancto Spiritu lata est, quod neque hic, neque in futuro venia vel remissione donetur?*

XXVI. *Video etiam hunc Pelagium, Herote & Lazaro scribentibus, infamari. Ita ne, fratres dilectissimi, ad aures vestras, qui sint isti turbines Ecclesiæ vel procellæ, nec opinione pervenit? Ita vero vos latuit vita * horum atque damnatio? Et quamquam specialis illos Apostolicæ sedis auctoritas omni communione submoverit: discite & in hac epistola, licet strictim, hominum mores. Vetus Lazaro consuetudo est innocentiam criminandi: per multa Concilia in sanctum Britium coepiscopum nostrum Turonicæ civitatis diabolicus accusator inventus est. A Proculo Massiliensi in Synodo Taurini oppidi sententiam calumniatoris excepit. Ab eodem Proculo fit post multos annos sacerdos, tyrannici judicii defensor civitatis Aquensium: cum contrairet afflicto, in ipsum penetrabile * & sacerdotale solium sanguine innocentis pene respersum irrupit: fletique in eo hactenus umbra sacerdotii, donec tyranno imago staret Imperii: quo loco post internecionem patroni, sponte se exuit, & propria cessione damnavit.*

Heros & Lazarus accusatores Pelagii quales.

* vitia

*De Herote vero omnia similia, idem tyrannus, patronus cædis, turbæ presbyterorum contradicentium, vincula & custodiæ, & totius civitatis addictio, similis pœnitentia de abdicatione sacerdotii. Mirum est, si isti laicum virum ad bonam frugem longa erga Deum servitute nitentem falsis litteris percellere noluerunt, qui in fratres & coepiscopos tanta machinati sunt, qui tot tempestates Ecclesiæ reddiderunt. Non decet Episcopalem auctoritatem, & præcipue prudentiam vestram, ad levium susurrorum scripta pendere. Ecce Pelagius, Cælestiusque Apostolicæ sedi in litteris suis & confessionibus suis præsto sunt. Ubi Heros? Ubi Lazarus? erubescenda facta & damnationibus nomina. Ubi illi adolescentes Timasius & Jacobus, qui scripta quædam, ut asserebatur..... *... ...? Vos conicite, si, qui talia in sede Apostolica confitentur, illa quæ de iisdem a pravis ac levibus auctoribus ac dubio rumore jactata sunt, oporteat credi. Amate pacem, diligite charitatem, studete concordiæ: nam scriptum est: Diliges (a) proximum tuum tamquam te ipsum. Qui magis alter alteri proximi sumus, quam omnes qui in Christo unum esse debemus. Non omnis qui aures vestras ventus ingreditur, nuncius est veri. Ideoque animo præsule & in excubiis constituto semper opus est, ne totum famæ, totum testibus liceat. Recensete sacras litteras & divina tabularia: maximam partem falsi testes occupavere, ubi sanctorum aut accusationem, aut pericula reperimus: maximam dico, immo totam, cum in ipsum Do-*

XXVII.

* 

(a) Marc. 12.



*Dominum nostrum Salvatorem totius mundi hostiam & Pontificem salutarem falsi testes insurrexerunt, qui se ejus blasphemiam audisse confingerent. Æstimate quid jam possit præterire fallaciam, quæ in Deum fidei, immo in ipsam fidem ac veritatem perjuriis impetum fecit.*

XXVIII. De judicio exhibendo magna cautela. (x) Psal. 118.

*Hæc ideo scripsimus, ut de cætero si qui absentes, minusque noti de quolibet talia ex libidine mentiantur, fixi sint pedes vestri adversus arietem fraudulentiæ. Unde & (x) lucernam pedibus suis ac lumen semitis suis vir sanctus exorat? Scilicet ne inter fallaces tenebras sint cæca nobis & errabunda vestigia. Et in Evangelio: Numquid (b) lex nostra judicat hominem, nisi ab ipso audierit prius & cognoverit? Etiam in veteri Testamento: Non credas auditui vano, & non consenseris cum iniquo fieri testis injustus. Et ne forte multitudini detrahentium ante examinationem judicii crederetur, addit, dicens: Non eris cum pluribus in malitia, & non accipies per eos peccatum. Et iterum alibi: Priusquam (c) interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripe juste. Et iterum: Quæ viderunt oculi tui, loquere. Et in Actibus Apostolorum adversus principes sacerdotum & seniores Judæorum postulantes absentis Pauli Apostoli damnationem, justissimam sententiam Gentilis Festus Tribunus protulit, quam convenit etiam nos in facie credentium objicere verecundiam, dicens (d): Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Si hanc igitur moderationem extra septum fidei nostræ positus tenuit contra sacerdotalem pudorem inclinatio, credulitas de absentibus in absentes: quotus quisque immunis invenietur a vulnere, si ad omnem ferientis ictum credulum pectus aperitur?*

(b) Joan. 7.

(c) Eccl. 11.

(d) Act. 25.

XXIX. Exemplo judicum secularium causæ reorum tractandæ.

*Doceat nos terrena moderatio, quæ sæcularibus arbitriis & causis primum de ipsis judicibus eligendis, repudiandisque sit. Et quanta cunctatio, quot interpositæ dilationes? quoties adhibita comperendinatio etiam sub ipso fine certaminis ampliare judicia cum innocenti reo? confugitur ad mare & extramarina documenta; ut fides, quæ in præsenti plerumque arctioribus strangulatur angustiis, saltem eminus veniat. Hæc omnia mentior, nisi in patrocinium tuendæ innocentiæ reperta sint. Tolerabilius est enim innocentem, quemlibet tardius inveniri, quam cito pro nocente damnare. Grave fuit Lazaro & Heroti, litterarum suarum pedissequos esse? An nesciebant dilectionem vestram ad sedem Apostolicam relaturam? Huc certo calumniæ compendio navigassent. Ubi de Episcopatu abdicando agitur, maria terraque lustrantur, nec ulla suffragia prætermittunt: ubi vero innocentium fama percellitur, otiosi & delicati, sive accusatores, sive testes (in utroque enim fallentibus nomen infame est) in cubilibus & lectulis suis litteris abutuntur; & totam Africam, universumque tranquillum Catholicæ serenitatis innubilant ad libidines suas duæ pestes. Ante tribunal Christi omnes stabimus, nemo illic abesse poterit, nec Domini, cujus immensitas omnibus locis ac rebus intervenit, declinare judicium.*

XXX. Pelagius probatus Catholicus.

*Si Deo nostro cordi fuit: propter oves perditas, Verbum carnem fieri, & ex Domino formam servientis induere, ut diu interceptam redderet libertatem: sit vobis gaudium, eos quos falsi judices criminabantur, agnoscere a nostro corpore & Catholica veritate numquam fuisse divulsos. Certe hoc quod nostra expectatio desiderabat, eluxit, ut damnanda damnarent, & sequenda sequerentur. Si pater familias (e) reditu filii gratulabatur, qui mortuus fuerat & revixit, perierat & inventus est; & jubet in usum ejus stolam mundam, hoc est, insigne candidæ mentis afferri, & vitulum saginatum: quantum hæc uberior exultatio est fidei, non mortuos esse, nec periisse, de quibus falsa vulgata sunt? Misimus igitur ad dilectionem vestram exemplaria scripturarum, quas Pelagius misit: quarum lectionem non ambigimus parem vobis in Domino de absoluta ejus fide esse lætitiam. Dat. XI. Kalend. Octobris.* Hactenus Zosimus ad Africanos.

(e) Luc. 15.



PAGIUS *Zosimi tempore pax inter Romanam & Orientalem Ecclesiam conciliata non est.*

vivebat, & quæcumque in Pelagiana causa gesta fuerant, præ manibus habuit, discimus *Cælestium* aliquot annis, post suam damnationem *Ephesi* commoratum esse, cumque inde Constantinopolim venisset, & in ea Urbe hæresim suam clanculum disseminaret, *Atticum* Episcopum Constantinopolitanum eum inde ejecisse, & ad Episcopos Asiæ, Thessalonicæ, & Carthaginis adversus illum literas dedisse; non tamen ad Pontificem Romanum, cum quo non communicabat, quod Chrysostomi nomen in Diptycha Atticus non retulisset. Cardinalis quidem Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 6. his Mercatoris verbis innixus; *Et ad Orientales Ecclesias, Ægypti Diœcesim, & Constantinopolim, & Thessalonicam, & Hierosolyma, similia eademque scripta* (Zosimi nempe Papæ) *ad Episcopos transmissa suggerimus*, infert, anno primo *Zosimi* inter Romanam & Orientis Ecclesiam pacem conflatam, quia, inquit, Zosimus ad Ecclesias Alexandriæ, Antiochiæ, & Constantinopolis de Pelagianis „ ab se damnatis scripsit. Unde licet Cyrillus „ & Atticus id temporis nondum Chrysostomi „ nomen in Diptycha retulissent, noluit tamen „ Zosimus Innocentii vestigiis inhærere, sed ea „ dissensione omissa, eosdem per literas convenit, nit. De Zosimi enim Epistola scribit Mercator: *quæ & Constantinopolim, & per totum Orbem missa subscriptionibus sanctorum Patrum est roborata*. Verum Zosimus non alio modo se gessit erga Episcopos Orientales memoriæ Chrysostomi inimicos, quam se se Innocentius gesserat; neque pax Romanam inter Ecclesiam & Orientalem restituta ante *Bonifacii* Pontificatum. Sed cum duæ istæ Ecclesiæ schismate divisæ non essent, *Zosimus* damnatis Pelagianis Tractoriam suam non minus ad Orientales, quam ad Occidentales Episcopos misit.

XV. Orientales itaque post Chrysostomi exilium suspensi sunt a communione & literis Ecclesiæ Romanæ; sed hanc suspensionem Morinus in Exercitat. Ecclesiast. lib. 2. cap. 17. & seqq. docet hoc tempore plurimum usitatam fuisse, & fere intra aliqua sequentium capitum constitisse; ut scil. cum Coepiscopis neque civiliter, neque religiose communicaret is, cui negata erat communionis & literarum gratia; ab eo commendati Clerici non susciperentur; ei non esset cum collegis formatarum commercium; auctoritate denique suffragii & consessu in Conciliis abdicaretur. Interim tamen in Ecclesia & Diœcesi propria auctoritatem & dignitatem, cum clericis & plebe diœcesana communionem integram & illibatam retineret. De hac abstentione legendæ etiam Epistola Augustini CCIX, alias CCLXI. ad *Cælestinum* Papam, & Epistola Leonis

*Pontifex Romanus suspendebat tantum Orientales a literarum Apostolicarum gratia.*

XXXI. His subjiciendæ fuissent ipsæ Pelagii litteræ, quarum exemplaria ad eos eidem alligata epistolæ se mittere eodem nuncio profitetur; sed eas minime integras nacti sumus: extant tamen ex eisdem a S. Augustino recitata fragmenta, quæ compaginare simul earum cupidus lector poterit. Reddemus hic tamen ipsum fidei ipsius professionis libellum, quem (ut superius dictum est) Pelagius litteris junxit, qui hoc titulo in eo codice reperitur exscriptus:

Libellus fidei a Pelagio missus ad Innocentium, acceptus & cognitus a Zosimo Papa.

*Libellus fidei Pelagii ad Innocentium cum epistola transmissus.*

*Credimus in Deum Patrem omnipotentem, cunctorum visibilium & invisibilium conditorem. Credimus in Dominum nostrum Jesum Christum, per quem creata sunt omnia, verum Deum unigenitum, & verum Dei Filium, non factum, aut adoptivum, sed genitum, & unius cum Patre substantiæ, quod Græci dicunt ὁμοούσιον atque ita per omnia æqualem Deo Patri, ut nec tempore, nec gradu nec potestate possit esse inferior: tantumque confitemur esse illum qui est genitus, quantus est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a Patre Filium divina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus adscribimus; sed nec Patrem aliquando cœpisse, nec Filium. Nec enim aliter confiteri possumus æternum Patrem, nisi confiteamur etiam coæternum Filium: ex Filio enim Pater dicitur, & qui semper Pater fuit, semper Filium habuit.*

XXXII. *Credimus & in Spiritum sanctum, verum Deum ex Patre procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in Trinitate gradus; nihil quod inferius, superiusve dici possit; sed tota Deitas sui perfectione æqualis est: ut exceptis vocabulis, quæ proprietatem personarum indicat, quicquid de una persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confutantes Arium, unam eamdemque dicimus Trinitatis esse substantiam, & unum in tribus personis confitemur Deum; ita impietatem Sabellii declinantes, distinguimus, non ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi Spiritum sanctum esse dicentes; sed alium Patris, aliam Filii, aliam Spiritus Sancti esse personam: non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas, velut Græci exprimunt ὑποστάσεις, hoc est, subsistentias confitemur. Nec Pater Filii aut Spiritus sancti personam aliquando excludit: nec rursus Filius aut Spiritus sanctus Patris nomen personamque suscepit; sed Pater semper Pater est, Filius semper Filius est, Spiritus Sanctus semper Spiritus Sanctus est. Itaque substantia unum sunt, personis ac nominibus distinguuntur.*

*Ipsum autem Dei Filium, qui absque* XXXIII.
*initio æternitatem cum Patre, & Spiritu sancto possedit, dicimus in fine sæculorum perfectum nostræ naturæ hominem suscepisse ex Maria semper Virgine; & Verbum carnem esse factum, assumendo hominem, non permutando Deitatem: nec (ut quidam sceleratissime opinantur) Spiritum sanctum dicimus fuisse pro semini, sed potentia ac virtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in Christo unam Filii esse personam, ut dicamus duas esse perfectas atque integras substantias, id est, Deitatis, & humanitatis, quæ ex anima continetur, & corpore. Atque ut condemnamus Photinum, qui solum, & nudum in Christo hominem confitetur; ita anathematizamus Apollinarem, & ejus similes, qui dicunt Dei Filium minus aliquid de humana suscepisse natura, & vel in carne, vel in anima, vel in sensu assumptum hominem his, propter quos assumptus est, fuisse dissimilem: quem absque sola peccati macula, quæ naturalis non est, nobis confitemur esse conformem.*

*Illorum quoque similiter execramur bla-* XXXIV.
*sphemiam, qui novo sensu asserere conantur, a tempore susceptæ carnis, omnia quæ erant Deitatis in hominem demigrasse, & rursum quæ erant humanitatis in Deum esse transfusa, ut (quod nulla unquam hæresis dicere ausa est) videatur hac confusione utraque exinanita substantia, Deitatis scilicet, & humanitatis, & a proprio statu in aliud esse mutata, qui tam Deum imperfectum in Filio, quam hominem confitentur, ut nec Deum verum, nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus, susceptum ita a Deo Filio passibile nostrum, ut Deitas impassibilis permaneret. Passus est enim Dei Filius non putative, sed vere, omnia quæ Scriptura testatur, id est, esuriem, sitim, lassitudinem, dolorem, mortem, & cætera hujusmodi. Secundum illud, passus est quod*

PAGIUS nis Papæ LX, alias XL, ad *Anatolium* Patriarcham Constantinopolitanum. Cum ergo Episcopi Orientales hac tantum pœna affecti essent, debuit *Zosimus* Tractoriam suam ad eosdem sicuti & ad Occidentales, inscribere, quod & præstitit, ut non tantum Mercator laudatus; sed etiam Cælestinus Papa testatur in Appendice Epist. ad Episcopos Galliarum c. 8. ubi citans quemdam locum ejusdem Zosimi, inquit: *In quam nos sententiam dirigit beata recordationis Papa Zosimi regularis auctoritas cum scribens ad totius Orbis Episcopos, ait,* &c. Imo *Innocentius*, ut prodit Gennadius lib. de script. Ecclesiast. cap. 43. *Urbis Romæ Episcopus, scripsit decretum Occidentalium & Orientalium Ecclesiis adversus Pelagium datum, post quem successor ejus Zosimus latius promulgavit.* Quare ex eo quod *Zosimus* Tractoriam suam ad Episcopos Orientales misit, non bene, meo judicio Eminent. Cardin. Norisius eum aliter se erga eos ac *Innocentium* ges-



*quod pati poterat, id est, non secundum illam substantiam quæ assumpsit, sed secundum illam quæ assumpta est. Ipse enim Dei Filius secundum Divinitatem impassibilis est ut Pater, incomprehensibilis ut Pater, invisibilis ut Pater, inconvertibilis ut Pater. Et quamvis propria persona Filii, id est, Dei Verbum susceperit passibilem hominem; ita tamen ejus habitatione secundum suam substantiam Deitas nihil passa est, ut tota Trinitas, quam impassibilem confiteri necesse est. Mortuus est ergo Dei Filius secundum Scripturas, secundum id quod mori poterat. Resurrexit tertia die. Ascendit in Cœlum. Sedet ad dexteram Dei Patris, manente ea natura carnis, in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit: non enim exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata, & in æternum cum Deitate mansura. Accepta ergo a Patre omnium potestate, quæ in cœlo sunt, & in terra, venturus est ad judicium vivorum ac mortuorum, ut & justos remuneret, & puniat peccatores.*

XXXV. Condemnatio Origenis errorum. *Resurrectionem etiam carnis confitemur, & credimus: ut dicamus, nos in eadem in qua nunc sumus veritate membrorum esse reparandos; qualesque semel post resurrectionem fuerimus affecti, in perpetuum permansuros. Unam esse vitam sanctorum omnium, sed præmia pro labore diversa: e contrario pro modo delictorum, peccatorum quoque esse supplicia. Baptisma unum tenemus, quod iisdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus, asserimus esse celebrandum. Hominem, si post baptismum lapsus fuerit, per pœnitentiam credimus posse salvari. Novum & vetus Testamentum recipimus in eo librorum numero, quem sanctæ Catholicæ Ecclesiæ tradit auctoritas. Animas a Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus; anathematizantes omnes qui animas quasi partem divinæ dicunt esse substantiæ. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas ante peccasse, vel in cœlis conversatas fuisse dicunt, quam in corpora mitterentur. Execramur etiam eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini a Deo præ-*

PAGIUS gessisse, & primo Pontificatus sui anno pacem cum illis pepigisse. Porro ex eo quod Mercator laudatus ait, *Atticum* Episcopum Constantinopolitanum *Cælestium* Constantinopoli ejecisse, *literis super ejus nomine & in Asiam, & Thessalonicam, & Carthaginem ad Episcopos missis*, liquet Atticum, licet cum Pontifice Romano non communicaret, communionem tamen habuisse cum Ecclesia Africana, & cum Episcopo Thessalonicensi Sedis Apostolicæ in Illyrio Vicario, ideoque & qui cum Romana Ecclesia communicabant, communionem quandoque cum illis Episcopis habuisse, quos illa a sua suspenderat.

XVI. Ubi *Cælestius* Romam pervenit, *Zosimus* Papa in Sancti Clementis Basilica confessum habuit, & quidquid ad eam usque diem in ejus causa actum fuerat, excussum est, introductusque etiam *Cælestius*, ac lectus libellus, quo fidem suam testabatur, ut scribit Zosimus in Epistola hoc anno ad *Aurelium* & universos Episcopos Africæ data, & a Baronio recitata num. XIX. & seqq. in qua Consules leguntur, sed dies & mensis desiderantur. Ejus Professio *Zosimo* visa est Catholica, non quod, quæ dogmata Cælestii continebat, ipse approbaret; sed quod Apostolicæ Sedis judicium amplecti se paratissimum ille exhiberet: *In homine acerrimi ingenii*, ait Augustinus lib. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. *Zosimus Cælestium innocentem putavit.*

ceptum esse, & mandata Dei non a singulis, sed ab omnibus in communi posse servari: vel qui primas nuptias cum Manichæo, vel secundas cum Cataphrygis damnant.

*Anathematizamus etiam illos, qui Dei* XXXVI.
*Filium necessitate carnis mentitum esse dicunt, & eum propter assumptum hominem* Condemnatio Joviniani errorum
*non omnia facere potuisse quæ voluit. Joviniani quoque damnamus hæresim, qui dicit nullam in futuro meritorum esse distantiam, nosque eas ibi habituros esse virtutes, quas hic habere neglexerimus. Liberum sic esse confitemur arbitrium, ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio; & tam illos qui cum Manichæis dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos, qui cum Joviniano asserunt hominem non posse peccare, uterque enim tollit libertatem arbitrii. Nos vero dicimus, hominem semper & peccare, & non peccare posse, ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hæc est fides, Papa beatissime, quam in Ecclesia Catholica didicimus, quamque semper tenuimus, & tenemus. In qua si minus perite, aut parum caute aliquid forte positum est; emendari cupimus a te, qui Petri & fidem, & sedem tenes. Sin autem hæc nostra confessio Apostolatus tui judicio comprobatur; quicumque me maculare voluerit, se imperitum, vel malevolum, vel etiam non Catholicum, non me hæreticum comprobabit.* Hactenus libellus Pelagii confessionis.

Ista mecum ipse considerans, & singu- XXXVII.
la accurate perpendens, obstupesco: quo- Pelagius non potuit non recipi ut Catholicus.
modo impius hæresiarcha, cum se ab Innocentio Papa fore damnandum sensit, mox, ut mentiretur se non esse lupum quem gereret, & agni in omnibus speciem præseferret, Catholica confessione tamquam ovinam pellem, qua totus Catholicus appareret, superinduxit; atque adeo, ut ne pilum quidem inesse videri posset hæretici. Etenim est quod minus plene, quod ad singula capita suæ hæresis condemnanda, ejusmodi professio adversariis, linceis oculis ejus errores singulos perscrutantibus, videri potuisset: in eo tamen, quod sententia illa ad finem

nem posuit coronidem totius confessionis, adversantium ora clausit, strepitumque compescuit: ut nullus plane, qui in eam velut hæreticum jure mutiret, inveniri posset, dum videlicet verba illa subjunxit: *Si minus perite, aut parum caute aliquid forte positum est; emendari cupimus a te, qui Petri fidem, & sedem tenes.* Quidnam reliquum accusatoribus, ut in eum afferre possent, qui ad normam fidei perfectionem expectare se profiteatur a Catholicæ sedis Antistite? Vel quam Judici in eum sententiam ferre jam liberum esset, qui se eadem velle sentire, quæ ipse sentiat, tam firmiter asseveret? Quomodo inter hæreticos relinquendus Pelagius erat, & non inter Catholicos adscisCendus, qui Catholica professione, Catholica sapere declararit, & hæreticum esse non posse, contestatione illa apposita significarit? Ejusmodi plane fuit techna Pelagii, ut non potuerit, ea confessione præmissa, ut hæreticus condemnari: unde merito, quod de Leviathan habet divinus sermo (*a*), congrue de Pelagio dici possit: *Quis revelabit faciem indumenti ejus?* certe nonnisi Deus.

(*a*) *Job.* 41.

XXXVIII. Expedit hæreticorum pœnitentiam tarde recipere.

Vidisti, lector, vafriciem versipellis hæresiarchæ, ovina pelle undique circumtecti, omnique ex parte ovem præseferentis lupi admisceri se cum grege conantis? Docuit plane rerum usus, haud facile in Ecclesiam admittendos hæreticos, quantumlibet pœnitentiam præseferant; sed diu multumque ante probandos, atque discutiendos esse; ut & interdum expediat, simulata repulsa, simulate ne agant, cautius experiri: etenim vere pœnitentes quo magis se vident rejici, eo instantius pulsant fores Ecclesiæ, miserabilius ingemiscunt, lamentabilius lugent, seque dirius cruciant, bonis insuper operibus urgent, ac denique invicta perseverantia cogunt sibi Ecclesiæ ostia reserari. Sic namque negat pia mater quem habet præ manibus panem petentibus filiolis, ut provocet eos secum longius ambulare; eadem quoque arte Dominus repulit Chananæam (*b*) & discipulis (*c*) se finxit longius ire. Quod vero ad Pelagium spectat, juxta illud (*d*): *Gaudium hypocrite ad instar puncti.* Quam citissime detecta vafricie impostoris, omne consilium ejus evanuit: quomodo vero id acciderit, dicturi sumus anno sequenti.

(*b*) *Matt.* 15.
(*c*) *Luc.* 24.
(*d*) *Job.* 20.

XXXIX. Cælestius non potuit non audiri atque suscipi.

Ejusmodi plane fuisse Cælestii libellum quem obtulit, ut tamquam hæreticus abjici minime valuisset, tum quæ recitatæ sunt de ipso epistolæ Zosimi indicant, tum etiam exemplum de Pelagio persuadet. Sed habuit illud amplius favorabile causa Cælestii, quod de accusatoribus sceleratis, eisdemque absentibus, qui & adversus absentem crimen objecerint, videret justissimam exceptionem ingessisse, deque eo, quod absque judiciali ordine lata in ipsum in Concilio Carthaginensi sententia, quam justissime videri poterat appellasse. Cæterum (quod est in sacris oraculis *e*) *sicut tela aranea fiducia ejus:* etenim omnia ejus consilia ad lucem veritatis prorsus evanuerunt: quomodo autem id actum sit, scies anno sequenti ex iis quæ de causæ utriusque meritis dicenda erunt; apparebitque unicuique res attente consideranti, quam verissimum esse quod fertur sacra parœmia: *Qui* (*f*) *nititur mendacio, pascit ventum:* & illud Davidicum consecutum: *Perdes* (*g*) *omnes, qui loquuntur mendacium.* Jam vero quæ sunt reliqua rerum gestarum anni hujus prosequamur.

(*e*) *Job.* 8.
(*f*) *Prov.* 10.
(*g*) *Psal.* 5.

XL. Extant ex archivo Arelatensi petitæ litteræ ejusdem Zosimi Papæ hoc anno datæ ad universos Galliarum Episcopos de privilegiis Ecclesiæ Arelatensis conservandis. Quod enim Evangelium in Gallias per S. Petri Apostoli discipulum S. Trophimum allatum fuerit, & per eumdem sedes Arelatensis erecta: ea de causa eadem Ecclesia primaria olim in Gallia habebatur, cum ejus Episcopi non solum pallium acciperent a Romano Pontifice, sed etiam vicem ejus agerent, Vicariique dicerentur ipsius: testantur id plures epistolæ Romanorum Pontificum inferius recitandæ ex ejusdem Ecclesiæ scripto antiquitus codice acceptæ. Sed tu ne imposturam putes, habes eadem omnia expressa testificatione S. Gregorii Papæ in epistola (*b*) ad Virgilium Episcopum Arelatensem, necnon in epistola sequenti ab eodem Gregorio scripta ad universos Galliarum Episcopos; sed audiamus ipsam epistolam Zosimi Papæ.

(*b*) *Greg. lib. 4. ep. 5. Ind. 13.*

Zo-



cap. 3. *qui profecto, si corrigeretur, plurimis profuisset, voluntas emendationis, non falsitas dogmatis approbata est.* Non putavit tamen Zosimus, ejus libellum sibi debere sufficere; sed variis interrogationibus ejus animum exploravit, ut liquet ex laudata Zosimi ad Episcopos Africanos Epistola. Is vero *Cælestium* excommunicationis vinculis, quibus innodatus erat, absolvendum esse non judicavit: *Sed interposito duorum mensium tempore, donec referiberetur ex Africa, resipiscendi ei locus sub quadam medicinalis sententiæ lenitate concessus est*, inquit Augustinus lib. 2. de Pecc. originali cap. 7. quod *Aurelio* cæterisque Episcopis Africanis per literas Zosimus significavit datas *XI. Kalend. Octob.* sub hujus anni COSS. & recitatas a Baronio num. XXV. & seqq. Illis literis Sanctos illos Præsules durius increpuit dolens *Pelagii* ac *Cælestii* vices, qui cum Catholica saperent, hæreseos damnati fuissent.

XVII. *Cælestius de duabus Innocentii literis interrogatus.*

Porro quod habet Baronius num. XVIII, Zosimum scilicet dum *Cælestium* examinaret, interrogasse eum *quam exactissime si assentiretur Epistolæ adversus errores Pelagii ab Innocentio præde-*



*Zosimus universis Episcopis per Gallias & septem provincias constitutis.*

XLI. *Placuit Apostolicæ sedi, ut si quis ex qualibet Galliarum parte, sub quolibet Ecclesiastico gradu ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire disponit, non aliter proficiscatur, nisi Metropolitani Arelatensis Episcopi Formatas acceperit, quibus sacerdotium suum, vel locum Ecclesiasticum quem habet, scriptorum ejus astipulatione perdoceat: quod ea gratia statuimus, quia plures Episcopi, sive presbyteri, sive Ecclesiastici simulantes (quia nullum documentum Formatarum extat, per quod valeant confutari) in nomen venerationis irrepunt, & indebitam reverentiam promerentur. Quisquis igitur fratres charissimi, prætermissa supradicti Formata, sive Episcopus, sive presbyter, sive diaconus, aut deinceps inferiori gradu sit, ad nos venerit: sciat se omnino suscipi non posse. Quam auctoritatem ubique nos misisse manifestum est, ut cunctis regionibus innotescat id quod statuimus omnimodis esse servandum. Si quis autem hæc salubriter constituta temerare tentaverit, sponte sua se a nostra noverit communione discretum. Hoc autem privilegium Formatarum S. Patroclo fratri, & Coepiscopo nostro meritorum ejus speciali contemplatione concessimus.*

XLII. *Jussimus autem præcipuam, sicuti semper habuit, Metropolitanus Episcopus Arelatensium Civitatis in Ordinandis sacerdotibus teneat auctoritatem, Viennensem, Narbonensem Primam, & Narbonensem Secundam provincias ad Pontificium suum revocet. Quisquis vero posthac contra Apostolicæ sedis statuta, & præcepta majorum, omisso Metropolitano Episcopo, in provinciis supradictis quemquam ordinare præsumpserit, vel is qui ordinari se illicite sciverit, uterque sacerdotio se carere cognoscat: quomodo enim potest auctoritatem summi Pontificis obtinere, qui quæ erant Pontificis servare contempsit? Omnes sane admonemus, ut quinque finibus territoriisque suis contenti sint: de qua re ne ad nos querela ulterius redeat, admonemus.*

XLIII. *Dedit enim exemplum Arelatensis Ecclesia, quæ sibi Citharistam, & Gargariam parochias in territorio suo sitas incorporari jure desiderat, ne de cætero ullus sacerdos in alterius sacerdotis præsumat injuriam. Sane quoniam Metropolitanæ Arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus Antistes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus est: idcirco quascumque parochias in quibuslibet territoriis etiam extra provincias suas (ut antiquitus habuit) intemerata auctoritate possideat. Ad cujus notitiam, si quid illic negotiorum emerserit, referri censuimus, nisi magnitudo causæ etiam nostrum requirat examen.* Scias, Lector, in edita nuper Bibliotheca Floriacensi a Joanne a Bosco Monaco Cælestino, recitari Silvestri Papæ nomine hanc eamdem epistolam, in fine additis nonnullis, quæ faveant Ecclesiæ Viennensi, auctoremque adducere in suspicionem, ut falso attributa sit Zosimo Pontifici, quæ est Silvestri. Sed perfto in sententia, ut sit potius Zosimi, quam Silvestri, ut legitimus præsefert recitatæ hic ejusdem epistolæ titulus, ea saltem ratione persuasus, quod tunc temporis non Paschasius, cujus sit ibi mentio, Viennensi præerat Ecclesiæ, sed Verus, ut apparet ex Concilio Arelatensi sub ipso Silvestro Papa celebrato; neque Claudius, ut vult Ado, qui ex nuper citatis Actis ejusdem Concilii erroris redarguitur. Cum alioqui cuncta ista hic recitata magis congruant Ecclesiæ Arelatensi. Scire debes, lector, Zosimum Papam adeo voluisse salva privilegia Ecclesiæ Arelatensis, ut irrita reddiderit quæ in Concilio Taurinensi ante viginti prope annos statuta essent, cum & Narbonensis provincia subdita est Episcopo Massilienſi. Cumque accidisset ut duo Episcopi in ea provincia creati essent absque consensu Patrocli Arelatensis Episcopi: ordinationes eorum cassas reddidit idem Zosimus Papa, circulares de his litteras scribens ad Aurelium Carthaginensem Episcopum, necnon ad alios in Galliis atque Hispaniis constitutos. Scribendi autem ad Aurelium Episcopum Carthaginem ea causa intercessit, quod in hac epistola agitur etiam de Lazaro prædamnato a Proculo Massilienſi



*cessore ad universam Ecclesiam data*, & id testari Augustinum ad Bonifacium in lib. 2. contra Epist. Pelagianorum cap. 3. ubi de Zosimo scribit: *Insuper etiam Cælestium se purgare molientem, ad consentiendum supradictis sedis Apostolicæ, id est Innocentii Papæ literis, crebra interlocutione constrinxerit*, jam supra confutatum est, ubi ostendimus *Innocentium* Papam præter duas Decretales ad Episcopos Africanos missas, nihil aliud adversus Pelagianos scripsisse, ideoque Augustinus citatus, de duabus illis Epistolis intelligendus, quod & Doctissimus Cardinalis Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 12. etiam observavit, & probavit ex ipsa interrogatione *Zosimi* in libello Paulini contenta, ubi Pontifex inquit: *Cognovisti quales literas dederit Sedes Apostolica ad Fratres, & Coepiscopos Africanæ Provinciæ?* nec aliarum literarum ibi mentio ulla fit.

*Zosimus* magis se se præcipitem in causa *Heroris* Episcopi Arelatensis & *Lazari* Episcopi Aquensis, qui severe in illis literis perstringuntur, præbuit; quippe quos absentes & Episcopatu & communione privavit, sive *Cælestii* crimi-

XVIII.

lienſi, qui fuit unus ex Pelagii accuſatoribus, ut nuper dictum eſt. Sed audiamus epiſtolam ipſam, quæ ex eodem Arelatenſi codice accepta ſic ſe habet:

XLIV. *Zoſimus Aurelio, & univerſis Epiſcopis per Africam conſtitutis, univerſis Epiſcopis per Gallias, & ſeptem provincias conſtitutis, univerſis Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, a pari.*

*Cum adverſus ſtatuta Patrum venitur, non tantum illorum prudentiæ atque ſententiæ qui in ævum victura ſanxerunt, ſed ipſi quodammodo fidei, & Catholicæ diſciplinæ irrogatur injuria. Quid enim tam ſanctum atque venerabile eſt quam penitus non exorbitare ab itinere majorum, quorum canonica inſtituta veluti quædam fundamenta ſunt ferendis fidei facta ponderibus? Sed nihil minus ab Urſo, & Terentio, quorum unus aſſiduæ ſedis hujus medicina curatus ad emendati erroris pervenire non potuit ſanitatem: alter vero ante aliquot annos objecta criminatione ſummotus (ſicut civium ſcripta teſtantur, vel ingeſta docuerunt) etiam ab eo ipſo gradum ſummi ſacerdotis accepit, a quo fuerat ante damnatus: cæcus error in utroque, & quod eſt potiſſimum in omnibus, nec vellem aliorum de Terentio, nec ſuam de Urſo tenere ſententiam.*

XLV. *Sed fac ut honeſti mores hominibus eſſent, & probata ſuffragia. Quid illud, quod prætermiſſo fratre noſtro Patroclo Metropolitano Epiſcopo Arelatenſium Civitatis (ſine cujus auctoritate juxta majorum canones nulla penitus potuit ordinatio celebrari) tumultuoſe, & turbide indebitis ſacerdotia impinguntur? nec ſaltem comprovinciales Epiſcopi corrogantur, ut error velamento aliquo tegeretur; ſed Lazarus dudum in Taurinenſi Concilio graviſſimorum Epiſcoporum ſententiis pro calumniatore damnatus, cum Briſſii innocentis Epiſcopi vitam falſis objectionibus appetiſſet, poſt vero indebitum ab eodem Proculo, qui inter cæteros Synodo damnationis ejus acceſſerat, ſacerdotium conſecutus eſt, a quo ſe ipſe vitæ ſuæ conſcientia datis litteris in abdicationem ſui ſponte ſubmovit.*

XLVI. *Revera incongruum fuit, ut illicitum ſacerdotio, omiſſo Metropolitano, ſua confeſſione ſpoliatum ſacerdotem pariter ordinaret, ne nihil cum intempeſtive fieret, ne dies quidem ordinationis adſciſcitur: ſcilicet ut quibus cuncta deerant, etiam legitimum tempus deeſſet. Quid his tot tantiſque improba uſurpatione poſthabitis addi poteſt, niſi illud extremum, quod totum tranſcendit errorem, ut territoria indebita ad Arelatenſem civitatem antiquitus pertinentibus locentur? Unum vitium ſi in cauſis talibus veniſſet, Apoſtolicæ ſedis auctoritas etiam cætera deſtruxiſſet. Hic multa concurrunt, improborum & damnatorum ordinatio, prætermiſſi Metropolitani, nec non & provincialium ſacerdotum, locorumque alienorum impudentiſſima uſurpatio, nec ſaltem diei cuſtodita ſolemnitas, & Lazarus in conſortio illicitæ ordinationis adſcitus: hæc omnia apud nos Geſtis teſtimoniiſque diſcuſſa ſunt.*

XLVII. *Atque utinam in Terentio pravi tantum mores, non etiam Priſcilliana ſuperſtitio patuiſſent, quæ ſedis hujus dudum humanitate & miſericordia in hoc illi conſulere voluit, ut emendatio, de cætero permaneret: quod beneficium ſibi pene præter exemplum præſtitum, ſi diligentius obſervare voluiſſet, erroris illum anteacti oportuit pœnitere, non ita præcipiti impetu ac ſacerdotium feſtinare, ut nec diei veterem ſolemnitatem, quæ cuſtodienda præcipue fuerat, obſervaret, nec indebito loco crederet abſtinendum. Qua de re ad ſanctitatem veſtram & per totum Orbem, ubicumque, & in quacumque terrarum ſonus Catholicæ religionis erit, ſcripta direximus, fratres chariſſimi, ne Terentium & Urſum in communione Eccleſiæ in quocumque Eccleſiaſtico gradu, a qua in totum anathematizati ſunt, ſuſcipiendos eſſe ducatis. Dicuntur enim circulatores eſſe, quod nos ex ſententiis agnovimus in eorum damnatione ſacerdotali auctoritate prolatis, quas in diverſis regionibus exceperunt. Removendæ ſunt a ſancto corpore putridæ carnes, & a maſſa ſanctificationis acidum execrandumque fermentum: de quibus plura ſcribere pudoris fuit, cum illis pudori non ſit tanta feciſſe.*

Huic

PAGIUS *Zoſimus Herotem & Lazarum Epiſcopos Galles damnavit.*

minationibus, ſive *Patrocli* tum temporis ſedem Arelatenſem pro *Herote* occupantis querimoniis motus. *Heros & Lazarus* & coram in Palæſtina contra Pelagium ac Cæleſtium Synodum Dioſpolitanam indicendam curaverant, & poſtea per literas univerſam Africanam Eccleſiam in eoſdem hæreſiarchas concitarant. *Heros* Sancti Martini Turonenſis Epiſcopi diſcipulus fuit, & *Lazarus* Turonenſis etiam Eccleſiæ Presbyter, quod ex eo patet, quod in Taurinenſi Synodo anno CCCCI. coacta *Briccium* Sancti Martini Turonenſis Epiſcopi ſucceſſorem plurium criminum reum detulit. Heros Arelatenſem, Lazarus Aquenſem Eccleſiam Clero populoque contradicente invaſerant; Zoſimus enim in priori Epiſtola ad Africanos Epiſcopos hoc anno data, ait: *Patuit hos inobſervatis conditionibus, plebe cleroque contradicente ignotos alienigenas intra Gallias Sacerdotia vendicaſſe;* quibus ex verbis etiam patet, eos non origine, ſed ſede Gallicanos fuiſſe. Lazarus quidem in eodem Taurinenſi Concilio a *Proculo* Epiſcopo Maſſilienſi uti falſorum criminum delator rejectus fuerat, a quo tamen ſit *poſt multos annos Sacerdos, tyranni judicii defenſor civitatis Aquenſium*, &c. *ſtetitque in eo haſtenus umbra Sacerdotii, donec tyran-*



XLVIII. Huic epiſtolæ is finis imponitur, qui & ſuperiori ſcriptæ per eumdem Zoſimum Papam ad univerſos Epiſcopos per Gallias & ſeptem provincias conſtitutos, ab illis (ſilicet verbis: *Juſſimus autem præcipuam ſicuti ſemper habuit, &c.* Uſque ad illa: *Niſi magnitudo, &c.* In hoc tamen hæc ab ea differt, quod illa ſubſcriptione careat, hæc vero ſic ſubſcripta in dicto antiquo Arelatenſi codice reperiatur: *Data ſub die X. Kal. Octob. Honorio XI. & Conſtantio II. Conſſ.* Addidit his Zoſimus Papa, ut ſublatas ab Eccleſia Arelatenſi provincias Viennenſem, & Narbonenſem, eaſdem reſtituens illi voluerit integre conſervari. Audi ergo quæ ad utriuſque provinciæ Epiſcopos ſcribat:

*Zoſimus Epiſcopis provinciæ Viennenſis, & Narbonenſis Secundæ, a pari.*

XLIX. *Multa contra veterem formam Proculus uſurpaſſe detectus eſt in ordinationibus nonnullorum indebite celebrandis, quas proxime numeroſa cognitione diſcuſſimus. Licet ipſe diu expectatus, faſtidioſe ferens ſibi inducias attributas, convenire diſſimulet: attamen illa præſumptio nos admodum movit, quod in Synodo Taurinenſi, cum longe aliud ageretur, in Apoſtolicæ ſedis injuriam ſubripiendum putavit, ut ſibi Concilii illius emendicata præſtaret obreptio ordinandorum ſacerdotum veluti Metropolitano in Narbonenſi Secunda provincia poteſtatem: & ne ſolis impudentis indebita poſtulando huic ſedi videretur intuliſſe convitium, ſocium ſibi Simplicium Viennenſis Civitatis adſcivit, qui non diſſimili impudentia poſtularet, ut ſibi quoque in Viennenſium provincia creandorum ſacerdotum permitteretur arbitrium. Indecens auſus, & in ipſo veſtibulo reſecandus, hoc ab Epiſcopis ob certas cauſas Concilium agitantibus extorquere, quod contra ſtatuta Patrum, & Sancti Trophimi reverentiam, qui primus Metropolitanus Arelatenſis Civitatis ex hac ſede directus eſt, concedere, vel mutare, ne hujus quidem ſedis poſſit auctoritas. Apud nos enim inconvulſis radicibus vivit antiquitas, cui decreta Patrum ſanxere reverentiam. Et quia redire in ordinem ſuum intermiſſa præcipimus, F. C. Metropolitanus Arelatenſis Civitatis Epiſcopus jam inde a Trophimo ordinationis ſeriem temporibus roboratam inviolabili in utraque Narbonenſi, & Viennenſi auctoritate poſſideat. Data III. Kal. Octob. Honorio XI. & Conſtantio II. Conſſ.* Hæc Zoſimus Papa, qui & eodem hoc anno, & menſe ſcripſit ad Hilarium Epiſcopum Narbonenſem, cum prohibet Epiſcopos in ea provincia ordinari ab alio, quam ab Epiſcopo Arelatenſi: epiſtola autem correctionis acrimonia plena eſt, quæ ex eodem veteri petita codice ſic ſe habet:

*Zoſimus Hilario Epiſcopo Narbonenſis Primæ provinciæ.*

L. *Mirati admodum ſumus, dum nobis ſtudioſius requirentibus relatio tua de ordinandis in provincia Narbonenſi Primæ ſacerdotibus loqueretur, quod dum aſſertioni, & deſideriis tuis cupis eſſe conſultum, prætermiſſa veteri fide, relationem tuam ſub honeſtatis ſpecie coloraſti, aſſerens in aliena provincia ab alio non debere fieri ſacerdotes: cum utique debueris, non quid tibi rectum videtur, ſed, quid habuerit antiqua conſuetudo, ſuggerere. Ideoque vacuato eo quod obtinuiſſe a ſede Apoſtolica ſubreptitie comprobaris, quia ſatis conſtitit Arelatenſis Eccleſiæ ſacerdoti priſcæ id inſtitutione conceſſum, ut non ſolum in provincia Viennenſi, ſed etiam per duas Narbonenſes Epiſcopos faciat: Nam ſanctæ memoriæ Trophimus ſacerdos quondam Arelatenſi urbi ab Apoſtolica ſede tranſmiſſus ad illas regiones tanti nominis reverentiam primus exhibuit, & in alias non immerito ea quam acceperat auctoritate tranſfudit; atque hanc ordinandi conſuetudinem, & Pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus, & juſtus, cuſtoditum uſque in proximum tempus Geſtis apud nos habitis multorum conſacerdotum teſtimoniis approbatur.*

LI. *Ergo licet ſola, quæ in ſede Apoſtolica habita ſunt, potuiſſent geſta ſufficere, tamen etiam hac te auctoritate confringimus, & præſumptioni tuæ, quam ex-*



PAGIUS *tyranno imago ſtaret imperii, quo loco poſt interneccionem Patroni ſponte ſe exuit, & propriæ ceſſione damnavit*, inquit Zoſimus in ſecunda ad Afros Epiſtola laudata num. XXVI. apud Baronium. *Conſtantinus* enim, ut diximus, quem Lazari patronum Zoſimus vocat, anno CCCCXI. depoſita purpura ad *Herotem* confugit, a quo & Presbyter ſtatim ordinatus eſt, ut habet Sozomenus lib. 9. cap. 15. indeque ob tyrannum eo honore decoratum Arelatenſium odium ſibi conciliavit, annoque CCCCXII. populari tumultu ex Arelatenſi Sede dejectus eſt, & *Patroclus* ad eandem evectus, ut ſcribit Proſper in Chronico ad illius anni Conſulatum. *Lazarus* vero anno antecedenti ſponte Aquenſis Eccleſiæ regimine ſe abdicarat, ne quid gravius ob tyranni amicitiam contra ſe ab Honorio Imp. ſtatueretur.

Auguſtinus tamen in lib. de Geſtis Pelagii cap. 1. de eis loquens ait: *Sancti Fratres & Coepiſcopi noſtri Galli, Heros & Lazarus*, & cap. 29. eos *bonos fratres* vocat. Jam cap. 16. ſcripſerat, aliquam quidem de illis apud Dioſpolitanum Concilium habitam a Joanne Hieroſolymitano Epiſcopo querimoniam; ſed illam ad eorum præjudicium nihil valere, neque ullius momenti viſam eſſe Patribus Concilii aſſerit. Denique iidem ab Epiſcopis Concilii Carthagi-

XIX. *Utriuſque Præſulis fama magna fuit.*

*tulisse contra veterem consuetudinem videbaris, modum, noveris justæ præscriptionis indictum: neque æstimes tibi ulterius Pontificatum de ordinandis sacerdotibus vendicandum, cum hoc videas Arelatensis Episcopo Civitatis, & per Apostolicam sedem, & per S. Trophimi reverentiam, & per veterem consuetudinem, & nostra recenti evidentissima definitione deferri. Si quid contra hæc, quæ a nobis sunt sub Dei judicio statuta, tentaveris: non solum quos faciendos credideris, Episcopatum obtinere non posse, sed etiam ipse Catholica communione discretus, sero de illicitis præsumptionibus ingemiscas. Dat. sub die V. Kal. Octob. Honorio XI. & Constantio II. Conss.* Adiecit ad hæc insuper Zosimus Papa, ut vocatum hoc anno Romam Proclum Massilienſem Episcopum ob illicite præsumptas ordinationes damnarit: est de his epistola data ab eodem Pontifice, quæ sic se habet:

*Zosimus Patroclo Episcopo Arelatensi.*

LII. *Quid de Proculi damnatione censuerim, tenet conscientia tua, cum meo interesset examini; nec te gestorum nostrorum auctoritas latet, vel scriptorum, quæ de ipsius damnatione per terrarum diversa loca direximus. Unde Metropolitani in te dignitatem atque personam, etiam Apostolicæ sedis auctoritatem considera, in quem furtive locum per indebita Synodo Proculus usurpatum irrepserat. Quicumque igitur ex Gallicanis undique regionibus veniunt sub quovis Ecclesiastico nomine vel gradu, Formatas per te communiti mittendas esse cognoscant: alioquin sibi imputabunt, si inefficaciter hac solemnitate postposita te inconsulto, ad nos venire tentaverint. Quod ab Episcopis usque ad ultimum Ecclesiasticum gradum observari conveniet: quia nonnulli ex quacumque militia se ad Ecclesiam conferentes, statim saltu quodam summatim locum religionis affectant, qui gradatim per Ecclesiastica stipendia venientes explorata solent dissensione * differri. Idcirco quoniam in nonnullis factum infirmare non possumus; si qui jam ordinati sunt, in eo gradu ad quem saltu subito pervenerunt, perdurare debebunt: sic enim Apostolus (a) neophytum sacerdotio non statim cumulari jubet: & hoc idem canonum statuta sanxerunt. Hoc addimus nostra sententia, ut quisquis de cætero, vel summo sacerdotio, vel presbyterii gradu, vel diaconatus crediderit cumulandum, sciat, & gradus sui subire jacturam, nec in illum valitura esse quæ contulit: ut saltem ab ordinatione præcipiti metus iste summoveat, quos examinata dissensio * coercere debuisset. Scripta nostra in omnium facies notitiam pervenire: ut ne hoc quidem ipsum tibi, quod omnibus interdictum est, licere cognoscas. Dat. III. Kal. Octob. Honorio XI. & Constantio II. Conss.* Revocasse vero suam sententiam Zosimum adversus Viennensem Eccleſiam datam, sequens Epistola docet, data ad Simplicium ejus Civitatis Archiepiscopum his verbis (b):

*Zosimus Episcopus Simplicio Viennensi Archiepiscopo salutem.*

*Revelatum * nobis est, qualiter in Taurinensi Synodo causas tuæ diœceseos prosecutus fueris. Et licet Arelatensi Episcopo, antequam Legatus tuus veniret, propter reverentiam sancti Trophimi, jus & pontificium super tres Provincias habere, scripserimus; tamen si ita est, ut scripta tua nobis missa continent, interim usque dum lucidius ventiletur, potestatem antiquam tibi manere permittimus: ut sicut in Taurinensi gravissimorum Episcoporum Synodo, pacis consilio decretum est; viciniores tibi intra Provinciam civitates vendices, donec plenius rei ordinem charitas Apostolica prosequatur. Lazarum indebite Episcopum, criminatorem fratris ordinatum, scias nostro judicio esse damnatum. Data sub die Kalen. Oct. Honorio*

(a) 1. Tim. 3.

* discussione.

* discussio.

(b) Bibl. Floriac. edit. a Jo. Calest. par. ult. pag. 29.

* f. Relatum.

PAGIUS ginensis in Epistola apud Augustinianas CLXXV. sancti Fratres & Consacerdotes nominantur. Baronius num. XXIII. recte scribit: *de Lazaro remansit obscura memoria, sed ex Herote Lazarum dilige, quos enim calumnia par involvit, eosdem decorasse æqualem virtutem putandum.* Cæterum hoc anno Lazarus in Gallias ex Oriente redierat, ac Proculo Massilienſi adhærebat, etenim cum hic Patrocli Arelatensis jura invasisset, atque *Ursum* & *Tuensum* Episcopos consecrasset, ut videre est apud Baronium num. XLIV. & seqq. Lazarus unus e tribus Episcopis fuit, qui ex antiquo Ecclesiæ ritu, ad Episcopi consecrationem peragendam requiruntur, quæ ubi Zosimus Papa accepit, datis ad Africæ, Galliæ, & Hispaniæ Antistites literis ibidem recitatis *Proculum* graviter increpuit, non modo quod alienæ Diœceſis Episcopos consecrasset; verum etiam quod fuerit *Lazarus in consortio illicitæ ordinationis adscitus*. Nec plura Em. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 12. aliique Historiæ Pelagianæ Scriptores de utroque Pelagii & Cælestii accusatore in veteribus monumentis invenere.

XX. *Pelagius fidei Professionem ad Zosimum mittit.*

Postquam Zosimus pro *Cælestio* scripsit ad Episcopos Africanos, *Pelagius* suam quoque Epistolam, qua hæresis crimen a se depelleret, misit cum adjuncta fidei Professione, in qua sincere quid crederet, quidve respueret, se se declarare prædicabat. In ea Cælestium imitatus, ea capita quorum nemo illum postulabat, multis disputat, sed ubi ad Baptismi quæstionem venit, *baptisma*, inquit; *unum tenemus, quod iisdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus, asserimus esse celebrandum:* quæ verba nihilo minus ipsum ad originalis culpæ confessionem non adstringebant. Sic neque exprimebat qualem gratiam agnosceret, necessariam



*rio XI. & Constantio CC.* Hactenus ad Simplicium Zosimus: At de his hoc anno satis.

LIII. Error illapsus de Paschatis die.

Hoc eodem anno, ut Pascha non suo legitimo die celebraretur in Ecclesia, errore supputationis Paschalis temporis factum est: sed quomodo divino quoque miraculo compertus sit error, ut non fieverit Deus quicquam in Ecclesia agi perperam, Paschasius Episcopus Lilibæi narrat his verbis in epistola ad S. Leonem Romanum Pontificem data (a): *Non ergo* (inquit) *nos dies una longius posita terreat: ne, cum hoc evitamus, incurramus errorem, sicut tempore beatæ recordationis domini mei, prædecessoris vestri Zosimi, Consulatu Honorii Augusti undecimo, & Constantii secundo. Tunc enim, cum declinaretur ne decimo Kal. Maii dies Paschæ teneretur, celebratum octavo die Kal. Aprilis, id est, pro embolismo communis est annus tentus, & error gravissimus est ortus; in tantum ut ministerio certo, quod dono sancti Spiritus ministratur, hæc veritas probaretur. Quod propterea credidi exponendum, quia locus ipse etiam sancto atque a me venerando fratri meo Libanio diacono notissimus est. Cujus mysterii miraculum tale est.*

(a) *Apud S. Leonem epist. 65.*

LIV. *Quædam vilissima possessio Meltinas appellatur, in montibus arduis ac silvis densissime constituta: illic perparva atque vili opere constructa est Ecclesia: in cujus baptisterio nocte sacrosancta Paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur paucisque qui fuerint, consecratis, cum deductorium nullum habeat, ut aqua venerat, ex sese descendit. Tunc ergo (sicut supra diximus) cum sanctæ memoriæ domino quondam meo ac beatissimo Papa Zosimo (cum apud Occidentales error ortus fuisset) consuetis lectionibus nocte sacra discussis, cum presbyter secundum morem baptizandi horam requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati qui baptizandi fuerant, recesserunt. Ut ergo breviter narrem illa nocte quæ lucescebat in diem Dominicam, decimo die Kalend. Maii, fons sacer hora competenti repletus est: Evidenti ergo miraculo claruit, Occidentalium partium fuisse errorem.* Hæc Paschasius.

LV. De fonte baptismatis in Lucania miraculum.

Huic plane simile descriptum extat apud Cassiodorum miraculum, quod hic describere ratio exigit argumenti: hæc enim habet, dum agit de conventu Leucothææ in Lucania, fontemque ibi irriguum ita describit (b): *Est enim locus ipse camporum amœnitate distensus, suburbanum quondam Cosilinatis antiquissimæ Civitatis, qui a conditore sanctorum fontium, Marcilianum, nomen accepit. Hic erumpit aquarum perspicua, & dulcis ubertas: ubi in modum naturalis antri, aspidis fabricata concavitas sic perspicuos liquores emanat, ut vacuum putes lacum, quem non dubitas esse plenissimum. Hic perlucidus usque ad fundum patet, ut aspectibus tuis aerem potius apparere judices, non liquorem. Æmulatur serenam diem aqua subtilissima: nam quicquid in imo geritur, inoffensa aeris claritate monstratur.* Et paulo post: *Longa sunt illius fontis memoranda describere. Veniamus ad illud singulare munus, sanctumque miraculum. Nam cum die sacratæ noctis precem baptismatis cœperit sacerdos effundere, & de ore sancto sermonum fontes emanare; mox in altum unda prosiliens, aquas suas non per meatus solitos dirigit, sed in altitudinem cumulosque transmittit. Erigitur brutum elementum sponte sua, & quadam devotione solemni præparat se miraculis, ut sanctificatio majestatis possit ostendi. Nam cum fons ipse quinque gradus tegat, eosque tantum sub tranquillitate possideat, aliis duobus cernitur crescere, quos numquam præter illud tempus cognoscitur occupare. Magnum, stupendumque miraculum, fluenta labentia sic ad humanos sermones vel stare, vel crescere, ut eis credas audiendi studium minime defuisse. Fiat venerabilis omnium sermone fons iste cælestis. Habet & Lucania Jordanem * suum. Ille exemplum baptismatis præstitit,*

(b) *Cassiod. Var. lect. l. 8. ep. 33.*

* Jornanem



PAGIUS riam, & ex iis quæ Augustinus de Pelagianorum fraudibus tradit, intelligimus illam fidei expositionem, in qua nihil esse prorsus videtur nisi orthodoxum, januam eorum omnibus erroribus patefacere. Ea tamen accepta *Zosimus* scripsit ad Episcopos Africanos supra citatam Epistolam *XI. Kalend.* Octob. datam, in qua ait, liquido purgare se *Pelagium*, ac fidem suam tanta perspicuitate exponere, ut locum malignis interpretationibus nullum relinqueret. Quare *Zosimus* Cælestii verbis plenissimam fidem præbuit, quemadmodum apud se expostulasse Africanos Episcopos ipsemet declarat in Epistola ad eosdem anno sequenti *XII. Kalend. Aprilis* data, & eo anno a Baronio recitata. Verum culpam, quam imprudens admiserat, postea correxit, ideoque *Augustinus* eum quantum in se fuit, excusavit, fassus tamen in variis locis libri secundi de peccato originali *Zosimum* initio verbis fraudulentis Pelagianarum Professionum, ac Cælestii præsertim simulatione, qua se & instrui velle, & *Innocentii* decretis consentire profitebatur, delusum esse. Libellum fidei a Pelagio editum refert Baronius num. XXXI. & seqq.

XXI. *Controversia de Paschate inter Occidentales & Alexandrinos.*

A num. LIII. ad LX. Ex Epistola *Paschasini* Episcopi Lilybetani ad sanctum Leonem Magnum, quæ post priorem ejusdem sancti Leonis Epistolam in nova ejus Operum editione collocatur, liquet *Zosimum* jam ante Pascha currentis Christi anni Pontificatum Romanum adeptum esse. Cum enim Leone Ecclesiam regente

*hic sacrum ministerium annua devotione custodit. Quapropter & reverentia loci & utilitas rei dare debet populis sanctissimam pacem, &c.* Hæc Cassiodorus nomine Athalarici Regis scribentis epistolam ad Severum.

Probe ex his intueris, lector, quam insaniant deploratissimi Novatores, dum baptismalis fontis benedictionem deridents, quam tanto miraculo annis singulis repetito Deus voluit in Ecclesia Catholica, ut sibi placitam consignari.

LVI. Sed quod in his versamur, adiiciamus his aliqua alia id genus miracula ab aliis antiquis auctoribus enarrata: & in primis quæ Gregorius Turonensis eodem ferme argumento ita describit (*a*): *Est & illud illustre miraculum de fontibus Hispaniæ, quos Lusitania provincia profert. Piscina namque est apud Osem campum antiquitus sculpta, & ex marmore vario in modum crucis miro composita opere, sed & ædes magnæ claritatis ac celsitudinis desuper a Christianis constructa est. Igitur cum dies sacer post curriculum anni decedentis advenerit, quo Dominus confuso proditore, mysticam discipulis præbuit cœnam: conveniunt in locum illum cum Pontifice, cives jam odorem sacri præsentientes aromatis. Tunc data oratione, sacerdos ostia templi jubet simul muniri signaculis, adventum virtutis Dominicæ præstolantes. Diem autem tertia (quod est sabbati) convenientibus ad baptizandum populis, adveniens Episcopus cum Civibus suis, inspectis signaculis, ostia reserat clausa. Ac mirum dictu, piscinam quam reliquerat vacuam, reperiunt plenam, sed ita cumulo altiore refertam, ut solet super ora modiorum triticum aggregari: videasque huc illucque latices fluctuare, nec partem in adversam defluere. Tunc cum exorcismo sanctificato, consperso desuper chrismate, omnis populus pro devotione haurit, & vas plenum domi pro salvatione reportat, agros vineasque asperzione saluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarum sine collecto numero hauriatur, numquam tamen, vel cumulum minuit: licet ubi infans primus intinctus fuerit, mox aqua reducitur; & baptizatis omnibus, lymphis in se reversis, ut initio prodiuntur nescio, ita & fine clauduntur ignaro.*

(*a*) *Greg. Turon. de Glor. mart. lib. 1. c. 24.*

De fonte baptismali in Lusitania miraculum.

LVII. De profanante templum miraculum.

*Quidam vero ex hæreticis Deum non metuens, neque venerationem præstans huic loco sancto, neque credens corde miraculum, quod in eo Dominus ad corroborandum suorum fidem præstare dignatus est, non silebo: Venit cum turba equorum solutisque impedimentis, quæ jussit in basilicam poni, equitibusque in ea præsepia præparari, irridens miser quæ de hoc loco narrabantur ab incolis. Igitur media nocte præteunte, a febre corripitur, ac pene exanimis, & tardius quam debuerat, pœnitens, exclamat, equites ab æde expelli: erat enim ei, sub Rege licet, magna tamen in illa regione potestas. Expulsisque e basilica sancta equitibus, ad se reversus cœpit dentibus proprium lacerare corpusculum, nec prorsus retineri a suis ob nimiam poterat debacchationem. Tandemque oppressus inter suorum manus spiritum exhalavit.*

LVIII. Pervestigata miraculi veritas.

*Denique Theodegisilus hujus Rex regionis, cum vidisset hoc miraculum, quod in his sacratis Deo fontibus gerebatur, cogitavit intra se, dicens: Quia ingenium est Romanorum (Romanos enim vocitant homines nostræ religionis) ut ita accidat, & non est Dei virtus. Veniens vero ad annum sequentem, ostium sigillis suis cum Episcopi sigillo munivit: posuitque custodes in circuitu templi, si forte aliquem deprehendere possit fraudis alicujus conscium, per cujus ingenium in fontibus aqua succederet; similiter & alio fecit anno. Tertio vero convocata virorum multitudine, fossas in circuitu basilicæ fieri jussit, ne forte locis occultis lymphæ deducerentur in fontem: fueruntque*

PAGIUS gente magna super Paschate anni CCCCXLIV. controversia inter Alexandrinos & Occidentales orta fuisset, sanctus Pontifex hac de re consuluit Paschasinum, qui in ea quam ad eum rescripsit Epistola, meminit controversiæ currenti anno eadem de re exortæ, aitque: *Non ergo una dies longius posita terreat; ne cum hoc evitamus, incurramus errorem, sicut tempore recordationis Domini mei prædecessoris vestri Zosimi; Consulatu Honorii Aug. XI. & Constantii II. Tunc enim cum declinaretur, ne X. Kal. Maii Paschæ teneretur, celebratum est VIII. Kal. Aprilis, idest, pro embolismo communis annus tentus, & error gravissimus est ortus*, ut videre est apud Baronium. Hoc ergo anno, quo Pascha die XXII. Aprilis celebrari debebat in Occidente, vitio & errore die XXV. Martii peractum est, eoque die Zosimus jam Pontificatum indeptus erat. Controversia quidem de Paschate *Innocentio* sedente mota fuerat, ut ex his Paschasini verbis intelligimus, sed nonnisi Zosimo Ecclesiam Rom. regente illud eo die celebratum. Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni COSS. Pascha legitimo die in Oriente peractum his verbis docet: *His COSS. terra vehementer movit, vesperi die Parasceves, mense Aprili XII. Kalendas Majas. Accidit hoc ipso die, quo Dominus noster Jesus Christus passus est.* De eodem terræ motu loquitur Marcellinus sub hujus anni COSS. Ex feria autem ab Auctore Chronici Alexandrini notata apparet Pascha in Oriente die XXII. Aprilis celebratum fuisse, & quidem sicuti fieri debuit. Imo Zosimus jam die XXII. Martii Pontificatum obtinebat; Epistola enim ejus universis Episcopis per Gallias & VII. Provincias constitutis dicitur *data XI. Kalend. Apriles, Honorio XI. & Constantio II. COSS.*

XXII. Baronius num. LVI. refert ex Turonensi lib. 1. de Gloria Mart. cap. 24. quoddam miraculum, quod is in Lusitania singulis annis hebdo-



*que fossæ in profundo vicenum quinum pedum, in latitudine vero quindenum. Sed nihil abditum potuit reperiri. Tamen vitæ finem faciens, & credo pro hujus inquisitionis temeritate, anni sequentis diem, quo hoc mysterium celebrabatur, videre non meruit, eo quod arcanum virtutis divinæ investigare præsumpsit. Habentur autem in ea reliquiæ S. Stephani Levitæ.* Hæc Gregorius, qui in eodem fonte aliud editum subdit miraculum. Porro S. Stephani reliquias allatas illuc ab Orosio presbytero, præter illa quæ superius dicta sunt, dicemus quoque anno sequenti.

LIX. Sed nec caruit Oriens hisce adeo insignibus editis divina virtute miraculis. Etenim Sophronius eadem de Orientalibus oris scriptis tradidit in hæc verba (*a*): *Soruba* (inquit) *vicus quidam est ad radices montis, in quo sita est Coenanensium civitas. In eo baptisterium est, quod in sanctis Epiphaniis sudat* (baptismus enim ibi eo tempore celebrabatur) *qui sudor per tres horas continuis incrementis augetur, & post baptisma peractum decrescere incipit, & tribus aliis horis sensim deficit. Et in castello Cedebratis, sub monte Ænoandro civitatis situm est baptisterium, quod in prima Paschali sanctæ resurrectionis festivitate, cum sit lapis unus, ex se ipso continuo impletur: duratque aqua illa usque ad Pentecosten; moxque translata Pentecoste, evanescit. Utraque vero ista miracula in provincia Lyciæ fiunt. Si quis autem hæc ita esse non credit; usque ad Lyciam non grande iter est: pergat, & rei veritas fidem illi faciet.* Hactenus ipse; de hisque satis: ut intelligas esse Deum in Israel, & in Ecclesia Catholica semper viguisse miracula, quibus veluti digito Dei, quæ vera sit Ecclesia, consignetur.

(*a*) *Sophr. Prat. spirit. c. 214. 215.*

Miracula de fontibus in Lycia.

*Hoc eodem anno, sub nominatis Consulibus, Honorius* (inquit Prosper) *triumphans Romam ingreditur, præeunte currum ejus Attalo, quem Lyparæ vivere exulem jussit.* Hæc ipse: sed triumphi hujus nullam præterea memoriam extare scimus, nisi in nummis (*b*) quibus repræsentatur Honori Imperatoris imago, in quorum parte adversa effigies inest militaris, sinistra Victoriam, dextera Labarum tenens, captivum supplantans, quo Attalus designatur, qui Christi virtute ipse hostis Christianæ religionis fuerit penitus debellatus. Sed in uno triumpho (si recte inspicis) de pluribus hostibus debellatis celebrantur victoriæ, & gloriosa elevantur trophæa: de Gothis in primis, qui eum (ut vidimus) in Imperium evexere; de Gentilibus deorum cultoribus, qui omnibus favere studiis homini restituturo deorum cultum; de diis ipsis, vanis responsis vanos homines inflammantibus; ac denique de Ariana perfidia, cujus sectæ symbolis cum Gothis Attalus arcto amicitiæ fœdere junctus erat. Tot igitur tantisque victoriæ titulis decorari Deus voluit Christianum Principem maxime pium, paulo ante barbarorum atque Gentilium pedibus compressum, oppressum, ac pene protritum.

(*b*) *Habet Adolph. in Hodor. pag. 387.*

LX.

Chri-

PAGIUS *Fontes Baptismales in Paschate, aqua divinitus impleti.* domada sacra Baptismi occasione fieri solitum fuisse affirmat in piscina quadam *apud Osem campum*, additque Gregorius, Theodegesilum *hujus regionis* Regem fraudem subesse ratum, per tres annos custodes adhibuisse, & nihilominus fontem baptismalem semper impletum fuisse. Verum licet certum sit, similia miracula sæpius alias facti baptismi tempore tam in Hispania quam in Gallia visa esse, narratio tamen Turonensis in plerisque circumstantiis falsa. *Theodegisilus* enim annum tantum unum, & menses septem regnavit, sed non in Lusitania, quæ Suevis Regibus parebat, & præterea *Oppidum* oppidum est agri Hispalensis, quod parebat *Theodegisilo* Gothorum Regi. Quare Turonensis res extra Gallias gestas parum accurate scripsit.

XXIII. *Attalus truncatam manu in exilium mittitur.* Ad num. LX. Honorius, qui Ravennæ Consulatum iniit, *Romam triumphans ingreditur, præeunte currum ejus Attalo*, ut habet Prosper in Chronico, cui suffragatur Philostorgius lib. 12. num. 5. qui ait: *Imperator cum eo* (scilicet Romam) *advenisset manu simul & lingua ædificationem Urbis comprobavit. Cumque supra Tribunal ascendisset, ad primum ejus gradum transire Attalum jussit. Post hæc dextræ manus duos digitos ei abscidit, quorum alter quidem pollex, alter vero index vocatur. Eumque in insulam Lyparam relegavit, nullo alio supplicio eum afficiens, imo cuncta ad vitam necessaria ei subministrans.* Est autem *Lypara* Æoliarum insularum præcipua, a Sicilia non multum dissita. Orosius capite ultimo de Attalo scribit: *In mari captus ad Constantium Comite deductus, deinde Imperatori Honorio exhibitus, truncata manu vita relictus est.* Quare *Orosius* Historiam suam, usque ad hunc annum perduxit, perperamque scripsit Marcellinus in Chronico ad Consulatum Theodosii VII. & Palladii, ad annum scilicet præcedentem, Orosium tunc libros suos descripsisse. Iosemet Orosius in fine sui Operis ait, se digessisse Historiam *per annos 5618. ab initio mundi usque in præsentem diem.* Exaravit illum librum in Hispaniis, qui cum adhibeat Eram mundi secundum LXX. Interpretes, ut vulgo appellatur, apparet eam in Hispaniis per hæc tempora in usu fuisse. Galli ejus initium ducebant a Paschate, ut discimus ex Canone Paschali Victorii Aquitani, quare cum Hispani Eram Hispanicam, quæ annis XXXVIII. Dionysianam antevertit, per hæc & sequentia tempora usurparint, & semper a Kalendis Januarii auspicati fuerint, eosdem ab iisdem Kalendis initium Eræ Mundanæ repetiisse existimo.

I. Concilium Carthaginense in causa Pelagii & Cælestii.

CHristi annus decimusoctavus supra quadringentesimum Consulatu Honorii, duodecimo & Theodosii octavo adscribitur Fastis. *Quibus quidem Consulibus*, (inquit Prosper in Chronico) *Concilio apud Carthaginem habito ducentorum decem, & septem Episcoporum, ad Pontificem Zosimum Synodalia decreta perlata sunt: quibus probatis, per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.* Hæc Prosper. Verum irrepsit error in numerum: nam idem ipse adversus Collatorem ducentos quatuordecim Episcopos numerat. Sed quo potissimum anni hujus tempore idem Carthaginense Concilium celebratum fuerit: inde certum argumentum deduci potest, hoc anno, ipso primo veris initio esse collectum, eo quod ad idem ipsum, cum haberetur, extant Zosimi Papæ litteræ datæ quinto Kal. Aprilis. Porro propagatum illud esse usque ad mensem Maii, sancita in eo decreta significant. At quoniam eodem tempore, quo Carthagine illud ipsum Concilium habebatur Romæ iterum cognoscebatur causa Pelagii atque Cælesti: nos tum de rebus Romæ hoc anno gestis; tum Carthagine in celebri illo Patrum consessu transactis ordine temporum acturi sumus.

II. Cum autem tractaretur Romæ causa Cælestii, placuit Zosimo Papæ ex Africa vocare Paulinum, qui ei fuerat olim sub Innocentio Papa adversatus in Concilio Carthaginensi: qui præmisit libellum adversus Cælestium. Interea vero jussus Cælestius suæ fidei professionem edere, libellum Zosimo obtulit: qui licet in omnibus reliquis potuisset videri Catholicus, in eo tamen reprehensione non caruit, cum originale peccatum reperiri negasset. Verum quod petiisset eodem libello doceri, si quid minus rectum pronunciasset: placuit Zosimo, spe conversionis ipsius, cum eo mitius agere. Sed operam, & impensam perdidit, ut constat ex S. Augustini scriptis, necnon ex libello Paulini, ut modo dicturi sumus.

III. Concilium Chartaginense sequitur Innocentii Pap. decretum.

Inter hæc autem qui convenerant Carthagine rem naviter agunt: & ne esset quid ab adversariis in eos objici posset, professi sunt Patres se Innocenti Papæ consectari atque amplecti decretum, quod anno superiori ab eodem diximus promulgatum: quo uno ictu valido satis iidem sibi visi sunt Patres Pelagium Cælestiumque posse confodere, eorumque errores prorsus extinguere. Hoc igitur communi decreto suffragio, dederunt litteras ad ipsum Zosimum Romanum Pontificem; de quibus quidem S. Prosper his verbis meminit (*a*), cum agit de Conciliis Africanis: *Erraverunt docenti quatuordecim sacerdotes, qui in epistola quam suis constitutionibus protulerunt, ita Apostolicæ sedis Antistitem B. Zosimum sunt allocuti: Constituimus in Pelagium atque Cælestium per venerabilem Episcopum Innocentium de beatissimi Apostoli Petri sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur gratiam Dei per Jesum Christum*, &c. Non extant ipsæ quidem litteræ Synodi Carthaginensis, sed nec quæ a Zosimo ad eamdem tunc redditæ fuere, verum tantum illæ de causa prosequenda conscriptæ.

(*a*) *Prosp. adver. Coll.*

IV. Etenim qui convenere patres Carthagine, subinfenso tulere animo, admisisse Zosimum Papam ad audientiam Cælestium, quem etsi non alia, certe quidem hæresis infamabat: deque his alias dedere litteras, quibus apud eumdem Zosimum querebantur; sed nec ipsæ quidem extant. Certe litteras plurimas cucurrisse, & recurrisse inter Zosimum Papam, & Episcopos Africanos, S. Augustinus (*a*) testatur: idque ex redditis a Zosimo ad eos litteris probe possumus intelligere; describemus nos hic eas ex codice Vaticano depromptas, quæ sic se habent:

Querela Africanorum de appellatione Cælestii admissa.

(*a*) *Aug. contra duas ep. Pelag. l. 2. c. 3.*

*Zosimus Aurelio ac cæteris, qui in Concilio Carthaginensi affuerunt, dilectissimis fratribus in Domino salutem.*

Zosimi Papæ epistola ad Concil. Carthaginense.

*Quamvis Patrum traditio Apostolicæ sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de ejus judicio disceptare nullus auderet, idque per canones semper regulasque servaverit; & currens adhuc suis legibus Ecclesiastica disciplina Petri nomine, a quo ipsa quoque descendit, reverentiam quam debet exolvat: tantam enim huic Apostolo canonica antiquitas per sententias omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque Christi Dei nostri promissione, ut & ligata solveret, & soluta vinciret; par potestatis data conditio in eos, qui sedis beneficium, ipso annuente meruissent. Habet enim ipse cum omnium Ecclesiarum, tum hujus maxime, ubi sederat, curam; nec patitur aliquid privilegii aut aliqua titubare aura sententiæ, cui ipsa sui nominis firma & nullis hebetata motibus constituit fundamenta, & quæ suo sine periculo temere nullus incesset. Cum ergo tantæ auctoritatis Petrus caput sit, & sequentia omnium majorum studia firmaverit, ut tam humanis divinisque legibus & disciplinis omnibus firmetur Romana Ecclesia, cujus locum nos regere & potestatem nominis obtinere non latet vos, sed nostis, fratres carissimi, & quemadmodum sacerdotes, scire debetis: Tamen cum tantum nobis esset auctoritatis, ut nullus de nostra possit retractare sententia; nihil egimus quod non ad vestram notitiam nostris ultro litteris referremus, dantes hæc fraternitati, ut in commune consulentes, non quia quid deberet fieri nesciremus, aut faceremus aliquid quod contra utilitatem Ecclesiæ veniens displiceret; sed pariter vobiscum voluimus habere tractatum de illo qui apud vos (sicut ipse per litteras dicitis) fuerit accusatus, & ad nostram qui se assereret innocentem, non refugiens judicium ex appellatione pristina, venerit sedem, accusatores suos ultro deposcens, & quæ in se crimina per rumorem falso dicebat illata condemnans: omnem ejus petitionem prioribus litteris, quas vobis misimus putavimus ac novimus explicatam: satisque illis scriptis, quæ ad illa rescripseratis credimus esse responsum.*

Sedis Apostolicæ & Romanorum Pont. summa auctoritas.

V. De litteris Carthaginensis Concilii ad Zosimum redditis.

*Sed post missæ per Marcellinum subdiaconum vestrum epistolæ omne volumen volvimus: quo aliquando perlecto, ita totum litterarum comprehendistis textum, quasi nos Cælestio commodaverimus in omnibus fidem, verbisque ejus non discussis, ad omnem (ut ita dicam) syllabam præbuerimus assensum: Numquam temere, quæ sunt diu tractanda, sinuntur; nec sine magna deliberatione statuendum est, quod summo debet discepari judicio. Idcirco noverit vestra fraternitas, nihil nos post illas quas superius vel litteras vestras accepimus, immutasse, sed in eodem cuncta reliquisse statu in quo dudum fuerant, cum hoc nostris litteris vestræ indicavimus sanctitati, ut illa quæ a vobis ad nos missa erat obtestatio remaneret. Subscripsi. Bene valete. Dat. XII. Kalend. Aprilis, Honorio Augusto XII. Conss. Accepta tertio Kalendas Majas.*

Hactenus litteræ Zosimi.

VI. De instaurato Romæ judicio adversus Cælestium.

(*b*) *Aug. de pecc. orig. c. 7. & contr. ep. Pelag. ad Bonif. l. 2. c. 3. & contr. Jul. l. 6. c. 12.*

Quod vero litteris anni superioris (ut vidimus) idem Zosimus Papa Africanis Episcopis significaverat, instaurandum fore Romæ judicium in causa Cælestii, qui ab illis olim damnatus recurrerat ad Apostolicam sedem: pariterque admonuerat, ut si quæ contra ipsum adversarii haberent, proferrent: quamvis ipse Cælestius (quod testatur S. Augustinus *b*) libello suo professus esset, se correcturum si quid corrigendum in eo visum fuisset ipsi Zosimo Romano Pontifici: insuper & contestatus fuisset, sequi se velle quod ab Innocentio Papa sua epistola definitum esset: *Tamen* (inquit idem Augustinus *hoc* [illegible]



PAGIUS Anno Periodi Græco-Romanæ 5911.

SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CCCCLVI. A. C. 418.

⊙ 7. F. ☽ 1. P. 7. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 418.

BONIFACII PAPÆ 1.

HONORII IMP. 16. & 24.

THEODOSII JUN. 17. & 11.

I. *Quinta Quinquennalia Honorii.*

[1] COSS. *Honorius* Aug. XII. & *Theodosius* Aug. VIII, ille propter quinta Quinquennalia Imperii post Theodosii M. obitum susscepti, quæ hoc anno exhibita esse, tam ejus Vicennalia, quam Tricennalia ostendunt; Theodosius vero Consul processit ut Honorii in Consulatu collega esset.

II. *Duo Concilia Carthaginensia.*

Ad num. I. Duo Concilia Carthagine adversus Pelagianos habita, & locum Prosperi a Baronio citatum commodius infra explicabimus.

III. *Causa Cælestii a Zosimo hoc anno recognita non est.*

A num. II. ad XVIII. Baronius putavit, Romæ causam Pelagianorum hoc anno iterum recognitam fuisse, & quidem eodem tempore, quo in Africa pariter retractabatur, additque *Cælestium* hoc anno Libellum fidei *Zosimo* exhibuisse. Verum Em. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 12. recte animadvertit, Cardinalem doctissimum hac in re hallucinatum, & libellum *Cælestii* anno superiori publice coram Zosimo [illegible] per

NOTÆ (1) COss. *Honorius Aug.* XII. & *Theodosius Aug.* VIII. Ita quoque vulgares Fasti. Prosperi Chronicon MS. *Honorio XII. & Theodosio cæties. Constantius ex Vicario Romæ factione Pelagianorum occiditur. Ad Carthaginenses decreta Concilii hæresis Pelagianæ (subaudi damnatur) ubi Senator Valentinianus nascitur.* Paschalis lateculus in fine Gennadii: *Hon. XII. & Theod. VIII.* Zosimi Papæ epistola XII. ad Aurelium; *Data XII. Kal. April. Honorio Aug. XII. Consule.*

PAGIUS simo recitatum fuisse in Basilica sancti Clementis. Illud enim certo liquet ex prioribus Zosimi ad Episcopos Africanos literis *Honorio Aug. XI. & Fl. Constantio COSS.* datis, in quibus Pontifex ait, *die cognitionis refedimus in sancti Clementis Basilica*, &c. *introniso Cælestio, libellum ejus, quem dederat, fecimus recitari*; quod etiam iterat Zosimus, in literis postea *XI. Kalend. Octobr.* sub iisdem COSS. ad illos datis, quæ Carthagine *IV. Nonas Novembr.* illius anni acceptæ sunt; cum eo die per Basilicum Subdiaconum Paulinus se se intellexisse scribat Pontificis mandata, quibus Romam evocabatur. Aurelius Episcopus Carthaginensis statim rescripsit, ne quid innovaretur ante Africanæ Synodi relationem, & Zosimus prioribus ex Africa literis acceptis nihil ea in causa insuper se egisse testatus est in Epistola hoc anno ad Aurelium die XXI. Martii data, & a Baronio num V. & seqq. recitata: *Ideireo noverit Fraternitas vestra, nihil nos post illas, quas superius vel literas vestras accepimus, immutasse; sed in eodem cuncta reliquisse statu, in quo dudum fuerant, cum hoc nostris literis vestræ indicavimus Sanctitati, ut illa, quæ a vobis ad nos missa erat, obtestatio remaneret.* Sic etiam quod Baronius num. VII. scribit, *Cælestium* coactum fuisse, *quid sentiret, publice interroganti Zosimo respondere*, [illegible]

(a) *hoc ut plenius & manifestius in illo fieret, expectabatur ex venturis ab Africa litteris, in qua provincia ejus aliquanto calliditas evidentius innotuerat. Quæ Romam litteræ posteaquam venerunt, id continentes, non sufficere hominibus tardioribus & solicitioribus, quod se generaliter Innocentii Episcopi litteris consentire fatebatur: sed aperte eum debere anathematizare quæ in suo libello prava posuerat: ne, si id non feciſſet, multi parum intelligentes, magis in libello ejus illa fidei venena a sede Apostolica crederent approbata, propterea quod ab illa dictum erat, eum libellum esse Catholicum: quam emendata, propter illud quod se Papæ Innocentii litteris consentire ipse responderat. Tunc ergo cum ejus præsentia poscereturr, ut certis ac dilucidis responsionibus vel astutia hominis, vel correctio diluceſceret, & nulli ambigua remaneret: se subtraxit & negavit examini.* Hæc ipse: verum postea coactus est, quid sentiret, publice interroganti Zosimo respondere: sed de quibus, in primis accipe. Illi quidem ipsi Africani Episcopi, qui convenerunt Carthaginem, non solum literas ad Zosimum Papam dedere adversus Cælestium, verum & libellum inter alia misere Paulini diaconi Carthaginensis adversus Cælestium scriptum, quo capita omnia continebantur, de quibus foret interrogandus ipse Cælestius; quo apparere liquidius posset, hæreticus ne, an Catholicus (quod profitebatur) omnino esset. Compulsus est etiam a Zosimo Papa de fidei suæ professione Cælestius, hoc anno, in posteriori judicio, dare libellum: dedit illum quidem; & licet manifestum continere videretur errorem; tamen quoniam & his verbis contestationem præmiserat, ejus exordio hæc ita scribendo: *Si forte, ut hominibus, quispiam ignorantiæ error obrepserit; vestra sententia corrigatur:* (ista erant ipsius verba, quæ recitat S. Augustinus *b*) haud liberum fuit ex errore damnare hominem, qui se quod Apostolicæ sedi displiceret, ex ejus sententia emendaturum scripto pollicitus esset. Quamobrem in eo Zosimus totus fuit, ut adhibito vulneri oleo, curaret hominem, damnantemque ea quæ in libello perperam effutiisset, Catholicum redditum, Catholicæ compaginare posset Ecclesiæ; a qua aberrans totum fere Catholicum orbem dissensionibus miscuisset. Hæc quidem ita se habuisse, nos non conjectura aliqua e longe petita proferimus, sed testificatione S. Augustini, immo ex Actis publicis, unde ipse cuncta se accepisse testatur: ut cum primo de oblato a Cælestio libello, cujus fragmentum recitat, ista narrat (*c*):

(*a*) *Aug. contr. ep. Pelag. ad Bonif. lib. 2. c. 3.*

(*b*) *Aug. de pec. orig. c. 6. in fin.*

(*c*) *Aug. ib. c. 5. 6.*

VIII. De libello Cælestii oblato Zosimo.

*In libello autem quem Romæ edidit, qui Gestis ibi Ecclesiasticis allegatus est, ita de hac re loquitur, ut hoc se credere ostendat, unde hic dubitare se dixerat: nam verba ejus ista sunt: Infantes autem (inquit) debere baptizari in remissionem peccatorum, secundum regulam universalis Ecclesiæ, & secundum Evangelii sententiam, confitemur: quia Dominus statuit regnum cœlorum nonnisi baptizatis posse conferri: quod quia vires naturæ non habent conferre necesse est per gratiæ libertatem:* Subdit vero hæc ad verba Cælesti Augustinus: *Si nihil de hac re deinceps diceret, quis non eum crederet confiteri etiam infantibus in baptismo originalia peccata dimitti, dicendo eos in remissionem peccatorum baptizari oportere?* & paulo post: *Attendite itaque quid Cælestius apertissime dixerit, & ibi videbitis quid vobis Pelagius occultaverit. Cælestius quippe adjungit, & dicit: In remissionem autem peccatorum baptizandos infantes, non idcirco dicimus, ut peccatum ex traduce firmare videamur, quod longe a Catholico sensu alienum est; quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine; quia non naturæ delictum, sed voluntatis esse demonstratur. Et illud ergo confiteri congruum, ne diversa baptismatis genera facere videamur: & hoc præmunire necessarium est, ne per mysterii occasionem ad Creatoris injuriam malum antequam fiat ab homine trudi dicatur homini per naturam.* Hæc in libello Zosimo oblato Cælestius, quo palam fecit se negare originale peccatum: quæ recitans Augustinus, hæc subdit:

Hunc

PAGIUS pertinet ad judicium anno superiori peractum, in quo eundem a Zosimo interrogatum esse ostendimus. Nam cum hoc anno post allatas Romam Africanorum literas examini sese subduxisset, statim sententia in illum ac socios publicata, nec ad aliud judicium tractus est; quod ex Augustino lib. 2. ad Bonif. cap. 3. patet, & infra explicabimus.

IV. Parte alia Garnerius in dissert. 2. de Synodis in causa Pelagianorum habitis, Synodo IX. observat, Baronium num. IX. & XV. perperam scripsisse, *Paulinum* Diaconum dedisse libellum suum ad Zosimum post damnatos *Pelagium atque Cælestium, pro gratiarum actione; Paulini Diaconi Libellus excusatorius est.*

Paulinus enim ante menses aliquot illum abtulerat, neque is aliud revera est, præter artificiosam quandam excusationem, cur ipsemet ad constitutum diem non adfuerit, imo nec adesse debuerit judicio Sedis Apostolicæ. *Zosimo* quidem gratiæ aliquæ eo in libello a *Paulino* referuntur, sed hac una de causa, quod *Zosimus* inter agendum cum *Cælestio* Paulini mentionem fecisset, eamque tanto honorificentiorem, quanto vehementius institerat, ut *Cælestius* quæcumque Paulinus in libello objecerat, sine circuitu damnaret, si modo Catholicus audire vellet. Pau-



IX. Zosimus revocare nititur Cælestium ab errore.

*Hunc sensum suum vobis aperire Pelagius vel timuit, vel erubuit, quem discipulus ejus palam sine ullis obscuritatis ambagibus apud sedem Apostolicam profiteri non timuit, nec erubuit. Sed multum misericors memoratæ sedis Antistes* (Zosimus scilicet) *ubi eum vidit ferri tanta præsumptione præcipitem, tamquam furentem, donec (si posset fieri) respiscceret, maluit eum sensim suis interrogationibus & illius responsionibus colligare, quam districta feriendo sententia, in illud abruptum, quo jam propendere videbatur, impellere. Ideo autem non dixi, aperte ceciderat, sed propendere videbatur; quia superius in eodem libello suo de hujusmodi quæstionibus locuturus, ante prædixerat: Si forte, ut hominibus, quispiam ignorantiæ error obrepserit; vestra sententia corrigatur. Hanc ejus prælocutionem venerabilis Papa Zosimus tenens, egit cum homine, quæ falsæ doctrinæ ventus inflaverat, ut ea quem illi a diacono Paulino fuerant objecta, damnaret, atque ut sedis Apostolicæ litteris, quæ a sanctæ memoriæ suo prædecessore manaverant, præberet assensum.*

X. *At ille noluit quidem diaconi objecta damnare: sed beati Papæ Innocentii litteris non est ausus obsistere; immo se omnia, quæ sedes illa damnaret, damnaturum esse promisit: atque ita velut phreneticus, ut requiesceret tamquam leniter fotus, a vinculis tamen excommunicationis nondum est creditus esse solvendus, sed interposito duorum mentium tempore, donec rescriberetur ex Africa, respiscendi ei locus sub quadam medicinali sententiæ lenitate concessus est. Quoniam re vera si deposita pervicaciæ vanitate, quod promiserat, vellet attendere, & easdem litteras, quibus se consensurum esse responderat, diligenter legeret, sanaretur. Sed posteaquam ex Africano Episcoporum Concilio rescripta directa sunt, quid fuerit consecutum, ut justissime in eum sententia proferretur, cuncta legite, quia cuncta transmissimus.* Hactenus de causa Cælestii Augustinus: ex quibus plane intelligis certa fide testatum, quæ fuerint partes Zosimi Romani Pontificis in hoc judicio, nempe instar medici Evangelici curare hominem qui inciderat in latrones vulneribus confectum oleum primo infundendo, indeque vinum: ut nihil penitus omiserit, quod & pastoris esset Christianæ mansuetudini & misericordiæ, & quod infracti Judicis esset sedentis in Apostolico throno, dum adhuc indignum noluit excommunicationis vinculo solvere.

Zosimus Pastoris ac Judicis munera egregie explet.

XI. At quoniam Paulini libellum Carthagine missum coram Zosimo editum esse, ut ex eo Cælestius interrogaretur, quæ sunt recensita declarant: licet idem libellus non extet; tamen in alio libello qui ab eodem Paulino ad eumdem Zosimum datus est extremo loco post damnatos Pelagium atque Cælestium, pro gratiarum actione, nonnulla intexta sunt de examine adhibito ab ipso Pontifice, cum Cælestius præsens causam dicturus sisteret se judicio cogeretur: quem hic reddere ex eodem Vaticano codice, operæpretium duximus, est hujusmodi: (1)

XII. Libellus Paulini Diaconi ad Zosimum post damnatos Pelagium & Cælestium.

*Beatitudinis tuæ justitiam obsecro domine Zosime Papa venerabilis. Numquam fides vera turbatur, & maxime in Ecclesia Apostolica, in qua pravæ fidei doctores, ut deprehenduntur facile, ita veraciter puniuntur, ut moriantur in illis nisi*



PAGIUS Paulinus tantam Pontificis instantiam interpretatus est velut honestam vadimonii remissionem. Quid enim superesset causæ, cur judicio se se sisteret, cum jam & ejus fides probata foret, & libellus olim Aurelio Carthagine oblatus pro indubitato litis instrumento acceptus esset? Sed ad majorem evidentiam exscribenda hic pars ultima libelli, qua negotium fere integrum continetur: *Unde oro Apostolatum tuum, ut hunc meum libellum suscipi jubeas, quo gratias referam tantæ Sedi, & sententiis justissimis pro parte mea latis: quem idcirco direxi, quia me, licet sermone, Basilisceus Subdiaconus a tua Beatitudine cum gestis Sedis Apostolicæ directus, Carthagine convenit IV. Nonarum Novembrium die, ut adessem ad Apostolicam Sedem, & tuæ judicio Sanctitatis. Ad quod fuse suggestum est, me promittere non defuturum fore, si adversum me, & non pro me, fuisset lata sententia. Ibi tunc igitur nihil agere potui, quia is qui ad Sedem Apostolicam provocaverat, defuit, quem oportuerat utique meritæ suæ appellationis astruere, maxime cum nihil agente appellatore, secundum etiam humanas leges, superior est ille, qui vicit. Quid enim jam mea intererat, sic mea per Apostolicæ Sedis judicium roborari, ut etiam apud Vestram Reverentiam, prava ejus doctrina adstipulator existerem? De quo congaudere possem, si damnatis his, quæ a me illi objecta fuerant, meruisset absolvi, nec prius se ordinari quam purgari pateretur.* Et postea: *Hunc autem libellum direxi Beatitudini tuæ, per Marcellinum Subdiaconum Ecclesiæ Carthaginensis, datum VI. Idus Novembris.*

V. Ex quibus patet primo, Paulinum vocatum fuisse a Zosimo. *Basiliscets me convenit, ut adessem,* &c. Secundo, Basiliscum Paulinum convenisse *IV. Nonarum Novembrium die.* Tertio, sexto post conventionem die Paulinum dedisse libel-

*Anno superiori ex Africa ad Zosimum PP. missi.*

NOTÆ [1] Libellus, seu Epistola Paulini diaconi adversus Cælestium Zosimo datus, non A. D. 418. sed anno 417. scriptus est, ut in Monito ad hunc libellum docet Constantius pag. 963. In eo Paulinus Zosimo gratias agit, non quod Cælestium damnasset, sed quod in gestis Romæ anno 417. mense Septembri institisset, ut Cælestius ea damnaret capitula, quæ ipsi a Paulino objecta fuerant.

*correxerint, quod deterius perpetrarant; ut in illis vera sit fides, quam Apostoli docuerunt & Romana cum omnibus Catholicæ fidei doctoribus tenet Ecclesia. Quod si, ut cæteri auctores hæreseos, qui jam dudum ab Apostolica sede, vel a Patribus judicati, & extra sinum matris Catholicæ Ecclesiæ effecti perpetua morte pereunt; etiam hi qui nunc deprehensi sunt, vel deprehendentur, in perfidia sua permanent; spirituali gladio, quo interimantur, tradantur: ut nunc Pelagius, Cælestiusque, qui a beatæ memoriæ prædecessore tuæ beatitudinis Papa Innocentio (si rectam respuant fidem & in sua perversa doctrina perdurent) damnati sunt. Cujus sententiam secuta beatitudo tua, Cælestio, cum a sede Apostolica audiretur, inter cætera præcepit his verbis:*

XIII. Judicium Zosimi Papæ de Cælestio.

*Damnas ergo illa omnia, quæ in libello Paulini continentur, hoc est, de quæstionibus? Et in alio loco: Cognovisti quales litteras dederit sedes Apostolica ad fratres & coepiscopos Africanæ Provinciæ? Et adjectum: Damnas illa omnia, quæ damnavimus, & tenes quæ tenemus? Et iterum: Illa omnia damnas quæ jactata sunt de nomine tuo? Et iterum: Vel ea quæ in libello suo exposuit Paulinus? Et cum me diceret, posse ex his quæ illi objecta sunt, hæreticum approbari: sancto repletus Spiritu, Apostolica auctoritate respuistis insanientis & calumniantis verba, hujusmodi proferendo sententiam, qua ipse Catholicus approbarer; illum, si sanari vellet, curares: quæ hujusmodi est: Nolo nos circuitu ducas: Damnas ea omnia quæ tibi objecta a Paulino, sive per famam jactata sunt? Cui non sufficit ista sententia? Quis hanc tam salubrem, tam amplectibilem, tam piam respueret alius, nisi qui a fide devius est? Et ille qui superius professus fuerat, se quæcumque illi objecta fuerant, si contra fidem vindicares, esse damnaturum, audit; Damna; & non solum non damnat, sed ad injuriam tantam * sedis contendit. Unde non ignorat jam Ecclesiā Romana reum suum, qui tam audaci spiritu ausus est contradicere, & non damnare, quæ beatitudo tua damnari decrevit.*

* tantæ.

XIV. *Ego tamen Deo & Christo Domino gratias ago, quod Ecclesiæ suæ causam ita agi voluit, ut sedes Apostolica, a qua oportuit ore duorum Pontificum hæresim condemnari, ea damnanda præcepit, quæ a me Cælestio fuerant objecta: cujus ego non damnationem, sed correctionem semper optavi & opto: cui nunc jam non mecum, sed cum universa Dei Ecclesia causa est, sicut data ad beatitudinem tuam scripta testantur, cum contra Apostolicam sententiam venire nititur, negando originale peccatum, quod in omnes homines pertransiit, & usque ad finem mundi tenet hæreditatem Adæ illius, qui primus peccavit: quod in infantibus nisi per sacramentum baptismi dimittitur, vitam æternam & regnum cælorum habere non possunt. Contra quæ etiam magister suus litigat Pelagius, qui illa ipsa damnavit in judicio Orientali, quæ iste in sedis Apostolicæ cœtu conatur adstruere. Habet adversum se etiam veteres Ecclesiarum doctores Catholicos plurimos Orientales & Occidentales, Meridianæ partis & Septemtrionalis, qui in libris sui illum de originali peccato (si sanari desiderat) possunt docere. Habet B. Cyprianum martyrem, B. Ambrosium confessorem, Gregorium Nazianzenum, B. Papam Innocentium. Habet etiam nunc qui in corpore sibi colluctentur, si ille tamen hos tanto certamini habiles judicat, aut certe qui vos sequi debeat, si vult magis recta discere, quam prava docere. Habet (quod primum est) beatitudinem tuam, cujus illum oportuerat obedire sententiæ, cum audiret; Damna. Habet postremo ipsos lactentes, quibus misereri debeat, si sibi non vult; quibus (ut verbis martyris utar) non propria, sed aliena dimittuntur peccata.*

XV. *Unde oro beatum Apostolatum tuum, ut hunc meum libellum suscipi jubeas, quo gratias referam tantæ sedi, & sententiis justissimis pro parte mea latis: quem idcirco direxi, quia me licet sermone Basiliscus subdiaconus a tua beatitudine cum Gestis sedis Apostolicæ directis, Carthagine convenit quarto Non. Novembris die, ut adessem ad Apostolicam sedem, & tuæ judicio sanctitatis: ad quam me fugisse, suggestum est, nec defuturum fore, promittere, si adversum me & non pro me fuisset lata sententia. Ubi tunc igitur nihil agere potui, quia is qui ad sedem Apostolicam provocaverat, defuit, quem oportuerat utique merita suæ appellationis adstruere; maxime cum nihil agente appellatore, secundum etiam humanas leges, superior est semper ille qui vicit. Quid enim jam mea intererat, ut etiam apud vestram reverentiam pravæ ejus doctrinæ adstipulator existeret, de quo congaudere possem, si damnatis his quæ illi a me objecta fuerant, sic ea per Apostolicæ sedis judicium roborari, meruisset absolvi, nec prius se ordinari quam purgari pateretur? Sed vulpecula fraudibus fuit semper studens, ingenium suum mutare nescit. Non se credidit posse deprehendi, quoniam confidentiam semper in foveis habuit, in quibus demersum caput conscientiæ suæ nititur occultare. Quod jam diutius latere non potuit; sed manifestius publicatum, spirituali per tuam beatitudinem gladio resecatur, ne amplius ferinis dentibus grex Domini secetur in partes, quem pastor bonus solicita & pervigili cautela custodis. Hunc autem libellum direxi beatitudini tuæ per Marcellinum subdiaconum Ecclesiæ Carthaginensis. Dat. sexto Id. Novembris.... Hactenus Paulini libellus pro gratiarum actione missus ad Zosimum, quo res gestæ ab ipso Zosimo adversus Cælestium magna ex parte perspicuæ reduntur. Quæ autem adversus Pelagium Zosimus egerit, jam ex majorum assertione narremus.*

XVI. Certe quidem scriptorum ejus temporis testificationibus laudatur ejusdem Pontificis studium adversus etiam Pelagium hæresiarcham exhibitum: nam inter alios S. Prosper hæc per ironiam habet (*a*): *Erravit sacrosancta benedictio sedis Petri, quæ ad universum Orbem Papam Zosimus ore sic loquitur: Nos autem, tamen instinctu Dei, &c.* Fuerunt ejusmodi litteræ adversus emergentem hæresim scriptæ ab ipso Zosimo Papa ad universam Ecclesiam; quas ipsi qui confidebant Carthagine Episcopi Africani, redditis ad eumdem litteris, summopere laudarunt; nam subdit paulo post ipse Prosper: *Eraverunt Africani Episcopi ad eumdem Papam Zosimum rescribentes, eumque in sententiæ hujus salubritate laudantes, cum ajunt: illud vero, quod in litteris tuis, quas ad universos curasti esse mittendas, posuisti dicens: Nos autem, tamen instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad*

(*a*) *Prosp. contr. Col.*

Quid Zosimus adversus Pelagium.



bellum suum VI. Idus Novembris perferendum Marcellino Subdiacono, Quarto, scripsisse ante fugam Cælestii ex urbe Roma; de eo enim loquitur veluti de præsente: *cum contra Apostolicam sententiam venire nititur*, &c. *In sedis Apostolicæ cœtu conatur astruere*, &c. Quinto, Paulinum tres attulisse causas irriti vadimonii, nempe quod appellatio pristina neglecta fuisset a reo: *defuit quem oportuerat merita suæ appellationis astruere*: quod conditio intra secundum mensem, non prius significata fuerit, quam totum tempus effluxisset: *Convenit IV. Nonarum Novembrium*: Quod significatio facta fuerit, non scripto, ut lege cautum est, sed verbo tantum; Quod nullius momenti, *quia me licet sermone*, &c. Sexto denique, *Paulinum* non egisse gratias de sententia condemnationis ultima, quæ præsenti anno lata est, sed de his solum, quæ acta fuerant ante diem VIII. Novembris anni CCCCXVII. Nam Marcellinus libelli delator Romam appulit ante tertias *Zosimi* literas ad Afros die XXI. Martii præsentis anni scriptas: in ipsis enim fit appulsi Marcellini mentio. Istæ vero literæ datæ sunt ante latam a *Zosimo* supremam in *Cælestium* sententiam, ut ex ipsis aperte constat. Quare optime Garnerius concludit, Baronii opinionem ipsiusmet *Paulini* testimonio confutari; cum ex eo pateat libellum illum anno superiori conscriptum; certumque sit *Cælestium* currenti tantum anno, idque post diem XXI. Martii, quo tertiam ad



*fratrum & coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus, &c.* Et post multa: *Africanorum Conciliorum decretis beatæ recordationis Papa Zosimus sententiæ suæ robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armavit Antistitum.* Hæc Prosper.

XVII. Sed & S. Augustinus hæc ait de Pelagio (*b*): *Fefellit enim judicium Palæstinum, propterea ibi videtur esse purgatus, Romanam vero Ecclesiam, ubi eum esse notissimum scitis, fallere usquequaque non potuit: quamvis & hoc fuerit utcumque conatus; sed (ut dixi) minime valuit. Recoluit enim beatissimus Papa Zosimus, quid imitandus præcessor ejus de ipsis senserit Gestis*, Palæstinis videlicet. *Attendit etiam, quid de illo sentiret prædicanda in Domino Romanorum fides, quorum adversus ejus errorem pro veritate Catholica studia consonantia concorditer flagrare cernebat.* Et paulo post: *Cum venerabili Papæ Zosimo Synodus Africana respondit, quod vestræ charitati cum cæteris institutionibus misimus.* Hæc Augustinus ad Albinum & Pipianum nobiles Romanos Hierosolymis agentes. Addit inferius (*c*), eumdem Zosimum Papam litteris suis, quas ad universas Ecclesias dedit, attexuisse ejusdem Pelagii blasphemias, quas vitarent Fideles omnes. Recitat idem Augustinus fragmentum earumdem adversus Pelagii hæresim Zosimi litterarum de peccato originali in epistola (*d*) ad Optatum. Porro utriusque, nempe Pelagii & Cælestii, damnationem sic constat fuisse conceptam, ut nisi correcti agerent pœnitentiam, damnati toto orbe Christiano penitus censerentur. Meminit Cælestinus Papa de epistola Zosimi adversus Pelagianos data, dum scribit ad Episcopos Galliarum, itemque Gennadius (*e*) Massilienſis, & Possidius.

(*b*) *Aug. de pecc. orig. c. 8.*

(*c*) *Aug. de pecc. orig. c. 22.*

(*d*) *Aug. epist. 157.*

(*e*) *Gennad. l. de Ecclesiast. dogm.*

XVIII. Sixtus presbyter validius insurgit in Pelagium.

Accidit autem & tunc illud Romæ, ut cum adversus Pelagium atque Cælestium in sacro Patrum consessu coram Zosimo sententia lata esset. Sixtus Romanus presbyter, qui postea Pontifex Cælestino successit, primus omnium in eosdem palam inclamaverit anathemate: idque S. Augustinus ea de causa ab eo factum affirmat, quod more suo Pelagiani mentientes, de Sixto sparsissent calumniam, ipsum nimirum favere Pelagianis, jactantes habere



Afros Epistolam Zosimus dedit, Romæ fuisse damnatum.

VI. *S. Augustinus in literis ad Sixtum scribit adversus Pelagianos.*

Ad num. XVIII. Epistolæ divi Augustini CXCI. alias CIV. & CXCIV. alias CV. ad Sixtum Presbyterum, & postea Pontificem Romanum, datæ quidem sunt hoc anno, sed non solum post utramque Synodum Carthaginensem adversus Pelagianos habitam; verum etiam post legationem Sancti Augustini in Mauritaniam, de qua infra

se Sixtum amicum atque patronum; ad quam quidem diluendam calumniam, sanctus presbyter magnis sumptis spiritibus ad debellandam eam haeresim cum auctoribus atque sectariis insurrexit: habes haec omnia satis expressa in epistola ad ipsum reddita a S. Augustino, ubi haec in exordio: (a) *Quod enim fatendum est charitati tuae, tristes eramus nimis, cum fama jactaret inimicis gratiae Christi te favere: sed ut haec tristitia de nostris cordibus tergeretur, primo te priorem anathema eis in populo frequentissimo pronunciasse, eadem fama non tacuit. Deinde cum litteris Apostolicae sedis de illorum damnatione ad Africam missis tuae quoque litterae ad venerabilem senem Aurelium consecutae sunt, quae tametsi breves erant, tuum tamen vigorem adversus eorum errorem satis indicabant. Nunc vero cum*

(a) Aug. epist. 190.

*apertius & latius quid de illo dogmate contraque sentires, in litteris tuis fides ipsa nobiscum Romanae Ecclesiae loqueretur; non solum illud omne tristitiae nubilum fugit de cordibus nostris, sed etiam tantum ibi laetitiae lumen effulsit, ut nihil egisse in nobis videretur ille maeror & timor, nisi successurorum ampliorem flagrantiam gaudiorum.* Haec Augustinus ad Sixtum. Quin etiam & illud ad sui purgationem adjecit, ut adversus eosdem Pelagianos, quibus amicus dicebatur, commentarium scripserit. Testatur id quidem ipse Augustinus (b), laudans hac de re animi ipsius consilium.

(b) Aug. epist. 104.

XIX. Accidit post haec, ut quidam ex clero Romano obnitentes Zosimo Papae, ab eodem fuerint excommunicati: qui furore perciti, ad Imperatorem Honorium de Zosimo conquesturi se contulerunt; quos

PAGIUS infra, *Sixtus* cum falsis Pelagianorum rumoribus eorum patronus publicaretur, ad Augustinum scripserat, cui Augustinus duas literas dedit, quarum posteriores universae catholicae doctrinae contra Pelagianos affertae compendium continent. Nam non solum ultimo ictu Pelagianos confecit, sed & Semipelagianos, antequam orirentur, suffocavit, dum initium fidei ex meritis, & infantium nunquam futura merita, vel demerita irrisit, atque electionem Dei praedestinantis omnia humana merita praecedere asseruit; unde factum est, ut hoc Epistolae Semipelagiani postea acerrime contradixerint, ut prodit Augustinus lib. de Dono persever. cap. 21. In eadem Epistola CXCIV. Augustinus *Sixtum* rogat, ut quae alia Pelagiani adversus Catholicam fidem excogitarent, & quaecumque adversus eos ipse pro fide Catholica ederet, nota sibi faceret: *Haereticorum quippe inquietudine*, inquit Augustinus, *ut Scripturas vigilantius perscrutemur, unde, ne ovili Christi noceant, eis possit occurri, tanquam de somno ignavia nostra excitatur industria.*

VII. *Baronii unum tantum Concilium Carthaginense celebratum asserentis sententia rejicitur.*

A num. XIX. ad XXV. Venio nunc ad explicationem duorum Conciliorum Carthaginensium in causa Pelagianorum hoc anno celebratorum, ex quibus Baronius unum tantum agnovit, num. I. scribens; *Hoc anno ipso primo veris initio esse collectum, eo quod ad ipsum cum haberetur, extant Zosimi Papae litera data XII. Kal. April. Porro propagatum illud esse usque ad mensem Maii, sanctio in eo decreta significant.* Verum duo Concilia Carthagine coacta fuisse, in dubium revocari non potest. Epistola enim Zosimi, de qua loquitur Baronius, hanc praefert inscriptionem: *Zosimus Aurelio ac caeteris, qui in Concilio Carthaginensi adfuerunt.* Quare die XXI. Martii, quo eae literae datae, Concilium Carthaginense jam finitum erat, ideoque illud quod die prima Maii habitum, ab illo diversum fuit. Praeterea Augustinus in Epistola CCXV. alias XLVII. ad Valentinum, enumerans quaecumque in Pelagianorum causa ab anno CCCCXVI. gesta fuerant, ait: *Portant autem secum & alia, quae vobis dirigenda esse credidimus, quibus cognoscatis quemadmodum Catholica Ecclesia, in Dei misericordia Pelagiana haeresis venena repulerit. Quod enim scriptum est ad Papam Innocentium Romana urbis Episcopum de Concilio Provinciae Carthaginensis, & de Concilio Numidiae, & aliquanto diligentius a quinque Epi-*

*scopis, & quae ipse ad tria istae rescripsit: item quod Papa Zosimo de Africana Concilio scriptum est, ejusque rescriptum ad universos totius Orbis Episcopos missum: & quod posteriori Concilio Plenario totius Africae contra ipsum errorem breviter constituimus, &c. Haec omnia misimus vobis.*

VIII. *Duo indicta fuisse docet S. Augustinus.*

Vides Augustinum testari, Zosimo, Ecclesiam Romanam administrante, duo Concilio adversus Pelagianos in Africa indicta fuisse. Ab Augustino Prosper in Chronico non dissentit; in quibusdam enim exemplaribus, & praesertim in codice MS. Augustano, qui inter Opera ejusdem in Bibliotheca Patrum tam editionis Colonien sis quam Lugdunensis legitur, non una Synodus, ut in vulgatis exemplaribus, sed duplex hoc anno Carthagine habita recensetur: *Honorio XII. & Theodosio VIII. COSS. Concilio apud Carthaginem habito CCXVII. Episcoporum* (legendum CCXIV. ut Labbei editio & varia manuscripta habent) *ad Pontificem Zosimum Synodalia decreta perlata sunt, quibus probatis per totum mundum haeresis Pelagiana damnata est. Valentinianus Constantii & Placidiae filius nascitur V. Nonas Julias. Carthaginis Concilium contra Pelagianos.* Quae postrema verba inquit E. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 14. ubi hoc observavit, imprudenter forte Exscriptores eraserunt, ne idem repeteretur; cum tamen ea lectio caeteris verior videatur. Hanc Card. Norisii conjecturam confirmo ex Mariano Scoto in Chronico, ubi Prospero non citato ad eumdem Consulatum scribit: *Concilio apud Carthaginem habito CCXIV. & ea amplius Episcoporum, ad Papam Zosimum Synodi decreta perlata sunt, quibus probatis, per totum mundum haeresis Pelagiana damnata est. Valentinianus Constantii & Placidiae filius nascitur V. Nonis Julii, Carthaginis Concilium contra Manichaeos & Pelagianos.* Quae Marianus Scotus ex Chronico Prosperi sine dubio descripsit.

IX. *Nec Prosper contrarium docuit.*

Antelmius tamen in Differt. VIII. de Operibus SS. PP Leonis Magni & Prosperi Aquitani num. IX. & seq. existimat, unicum tantum Concilium, sed in duas sessiones distinctum; *Zosimo* sedente, in Africa adversus Pelagianos congregatum fuisse, quod Prosper in Carmine de Ingratis cap. 3. Africam alloquens scribat.

*Convenere tui de cunctis urbibus almi*
*Pontifices, geminoque senum celeberrima coetu,*
*Decernis quod Roma probet, quod regna sequantur.*
*Nec sola est illic Synodorum exerta potestas.*
&c. *An*



quos idem Pontifex, datis litteris significavit, sententia excommunicationis damnatos, a nemine suscipiendos: extant ipsae (a) commonitionis Zosimi litterae, quas ad presbyteros & diaconos Ravennam scripsit. Fuisse hos fautores Pelagii, quos idem Zosimus rebelles & perturbatores omnium vocat, possumus intelligere. Cum igitur (ut dictum est) Romae a Zosimo Papa & sacro collegio clericorum Pelagius atque Caelestius damnati essent, ab eodemque Zosimo ad universos Catholicae Ecclesiae Episcopos de ipsorum condemnatione litterae conscriptae essent; mox eas consecutum est Honorii Imperatoris rescriptum adversus eosdem haereticos. Accepimus illud e latebris antiquitatis erutum a viro disertissimo piae memoriae Henrico Gravio professore Lo-

(a) Zosim. ep. 2. lib. ep. Rom. Pont

vanien si, dum Romae ageret sub Gregorio XIV. Rom. Pontifice, jam ante vocatus a Sixto: nactus est ipse ex codice monasterii S. Vedasti Attrebatensis. Et licet mendis nonnullis abundet: meretur tamen ipsa veneranda antiquitas etiam pannis attrita cultum. Est autem ipsum hujusmodi:

Honorius Imp. rescribit contra Pelagium atque Caelestium.

*Impp. Honorius & Theodosius Augg.*
*Palladio Praefecto Praetorio.*

XX. *Ad conturbandam Catholicae simplicitatis lucem puro semper splendore radiantem, dolosae artis ingenio, novum subito emicuisse * versutiam, pervulgata opinione cognovimus: quae fallacis scientiae obumbrata mendaciis & furioso tantum debacchata luctamine, stabilem quietem caelestis conatur attrectare fidei, dum novi acuminis commendata vento, insignem notam*

* emersisse.

Honorii Imp. lex adversus Pelagianos.

PAGIUS *An alium in finem posset procedere sanctum Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque Augustinus erat, &c.*

Ubi Antelmius putat, ultimos versus de unico Concilio mentionem facere, & priores de duplici sessione interpretatur. Verum si plura Concilia ad eundem finem habita unum Concilium appellare potuit Hieronymus in Apologia II. adversus Rufinum defensorem Origenis, contra quem varia in Oriente & in Occidente celebrata fuerant Concilia, quanto magis idem Poetae licuit? Haec autem Hieronymi verba: *Ergo beati Episcopi, Anthanasius* (Pontifex Romanus) *& Theophilus* (Episcopus Alexandrinus) *& Venerius* (Episcopus Mediolanensis) *& Chromatius* (Episcopus Aquileiensis) *& omnis tam Orientis quam Occidentis Catholicorum Synodus, qui pari sententia, quia pari & spiritu, illum* (nempe Origenem) *haereticum denunciant populis*, &c. Illustre etiam hanc in rem exemplum legere poteris anno CCCLXXVIII. ubi *Macedonium* ad Liberium Papam a variis Synodis missi dicunt, se ab *una Synodo* Legatos venisse, & *unius Synodi* Epistolam deferre, quia scilicet omnes illae Synodi eamdem fidem & doctrinam uno consensu declaraverant. Imo Prosper ibidem plures Synodus adversus Pelagianos coactas diserte asserit, cum ait, *Synodos* non solum potestatem & auctoritatem suam in decernendo, sed & sapientiam ac doctrinam haereticorum artificiis detegendis, & eorum argumentis refellendis, ostendisse. Denique Augustinus in laudata Epistola ad Valentinum, primum Concilium Carthaginense *Africanum* appellat, & alibi ter eodem nomine illud exprimit, secundum vero *Plenarium* vocat, ideoque duo Concilia inter se diversa fuisse manifestissime indicat.

X. *Duo Concilia adversus Pelagianos habita, alterum Africanum, alterum Plenarium, appellatum.*

Usserius in Antiquit. Britan. cap. 10. & Vossius in Hist. Pelag. lib. 1. cap. 44. recte quidem duo sub Zosimo Concilia Carthagine contra Pelagianos coacta statuunt; sed perperam unum *Provinciale* putant, alterum *Plenarium* ex universa Africa. Utramque Synodum Plenariam fuisse Em. Card. Norisius colligit ex laudatis Prosperi in Chronico verbis. Ait enim Prosper, literas quibus Pelagianorum versutias Afri aperiebant, missas esse ad Sedem Apostolicam a Synodo CCXIV. Episcoporum, qui sane numerus non erat ex sola Provincia Proconsulari, sed ex universa Africa. Nam anno sequenti in Concilio Plenario de appellationibus interfuere

CCXVII. Episcopi, ut dicemus. Indeque Augustinus priorem sub Zosimo Synodum semper Africanam, nunquam Carthaginensem nuncupavit. Quesnello tamen Dissert. de Conciliis Africanis contra Pelagianos num. XXXV. non probatur quod primum Concilium Carthaginense, vel *Provinciale* vel *Plenarium* dicatur. Non *Provinciale*, inquit, quia non ex una provincia Episcopi CCXIV. convenerunt: quae ratio fuit, cur Carthaginense non dixerit Augustinus, etsi Carthagine habitum: quo nomine priora duo adversus Pelagianos Carthaginensia appellavit pluribus locis. Non item *Plenarium*, quia non ex omnibus Africae provinciis collectum. *Africanum* igitur vocandum censet, ut semper ab Augustino appellatum est; quia cum Plenariam Synodum ex omnibus Provinciis convocari angustiae temporis non sinerent, & duas etiam Provincias spectaret negotium istud, Proconsularem & Numidicam, ideo geminum Concilium Carthaginense & Milevitanum sententiam in *Caelestium* pronunciaverat, indeque probabile putat Quesnellus, utramque illam Synodum in unam coaluisse apud Carthaginem, Episcopis etiam aliis propinquiorum provinciarum advocatis.

XI. *An utrumque Concilium Plenarium dici posset.*

Verum haec quaestio videtur esse de nomine, utrum scilicet prior haec Synodus Carthaginensis possit dici *Plenaria*. Garnerius enim in Dissert. de Synodis in causa Pelagiana habitis, Synodo II. observat, Primatem unius integrae Provinciae Episcopos per Tractoriam aliquando vocasse: ex pluribus vero Provinciis aliquando convenisse Episcopos propter commune negotium, non tamen ex omnibus, cujusmodi fuit *Byzacenum*, ad quod ex Provincia Proconsulari missi sunt Episcopi Legati: denique aliquando ex tota Africae Dioecesi, idest, ex omnibus Africanis Provinciis, accitu Carthaginensis Episcopi, Conventus celebratos esse. Quare secunda Synodus Carthaginensis hoc anno congregata Plenaria dicitur tertio illo sensu, quia nempe ad eam ex omnibus Africae Provinciis Episcopi convenere: prima vero recte *Africana* ab Augustino semper dicta, quia eidem Episcopi variarum Provinciarum interfuere. Et sicut Veteres *Plenaria Concilia* aliquando appellant ipsa quoque Provincialia, prout nitebantur Episcopi, vel omnes unius provinciae apud seniorem suum, vel ex omnibus provinciis ad locum ab Episcopo Carthaginensi constitutum congregabantur; sic Concilia, in quibus Episcopi variarum provinciarum adfuere, *Plenaria* dici possunt.

Non

*tam plebejæ æstimat vilitatis, sentire cum cunctis; ac prudentiæ singularis palmam fore, communiter approbata destruere. Cujus impiæ commentationis auctores Pelagium, Cælestiumque percrebuit extitisse. Hi parenti cunctarum rerum Deo, præcipuæque semper majestati, & ter omnipotenti ultra omne principium transeunti tam trucem inclementiam sævæ voluntatis assignat, ut cum formandi mundi opificem curam sumeret, qualitatemque hominis struendi profunda spiritus conceptione libraret, fundati muneris * fidei anteferret exordium, & mortem præmitteres nascituro, non hanc insidiis vetiti fluxisse peccati, sed exegisse penitus legem immutabilis constituti: ad declinandum lethi exitialis incursum nihil prodesse abstinentiam delinquendi, cujus ita vis putatur adstricta, ut non possit aboleri deinceps: primitivi hominis errorem, in quem captæ mentis inops rationis cæcitas irruisset, dilapsum ad posteros non fuisse: tantumque apud eum, quem malæ suadæ gratiæ infelix rapuisset illecebra, transgressionem interdicti extitisse & discrimnis: Cum evidens Catholicæ legis omnifaria testetur auctoritas, illum interitus om-*

* Et.

PAGIUS XII. *Utrumque hoc anno celebratum.*

Non convenit etiam inter Auctores, an utrumque Concilium hoc anno habitum fuerit: Quesnellus enim loco laudato, & Patres Benedictini in Præfatione ad Tomum X. Operum Sancti Augustini num. XVI autumarunt, Concilium *Africanum* CCXIV. Episcoporum autumno superioris Christi anni celebratum esse. Sed non dubito, quin Em. Cardin. Norisius & Garnerius laudati rectius censuerint, hanc Synodum indictam fuisse Carthagine ab Aurelio *prope Kalendas Februarias*, ut habet Card. Norisius, non vero ante quadragesimam die XX. Februarii hoc anno inchoatam, ut putavit Garnerius qui animum non advertit ad Concilium *Zellense* die XXIV. Februarii celebratum, cui sine dubio interesse debebant aliqui ex Episcopis ad Concilium Africanum vocatis, qui ideo circa medium Februarium absolvi debuit. Parte alia prior Zosimi ad Afros Epistola anno præcedenti data, qua eos monuit, ut mitterent aliquos intra secundum mensem, qui *Cælestium* reum peragerent, consignata fuit *Basilisco* Subdiacono Romanæ Ecclesiæ, qui ipso mensis Novembris initio Carthaginem pervenit, ut liquet ex libello Paulini, in quo dicitur, eum *IV. Nonas Novembris* cum gestis Apostolicæ Sedis directis *Paulinum* sermone convenisse: neque enim verosimile, *Basiliscum*, ubi Carthaginem advenit, omnia *Zosimi* mandata statim executioni non dedisse. Quesnellus quidem, qui contendit hanc Synodum habitam fuisse mense Octobri, vel Novembri anni præcedentis, ex laudatis Paulini verbis infert, *Basiliscum* adhuc Carthagine *IV. Nonas Novemb.* versatum esse, jamdiuque antea in eam urbem perveniisse. Verum ex illis verbis manifeste patet, ea ad Basilisci adventum, non vero ad ejus in urbe Carthaginensi commorationem referenda esse, ideoque eam Synodum ante præsentis anni initium cogi non potuisse. Certe ad congregandam Synodum adeo numerosam, ducentorum nempe quatuordecim Episcoporum, eo longius temporis spatium magis necessarium fuit, quo plures Episcopi e remotis Africæ regionibus vocandi erant, & aliunde mos non ferebat, ut Antistites extra suas Ecclesias Natalem Domini celebrarent; Quare cum die XV. Februarii jam ea Synodus absoluta esse debuerit, ut mox ostendo, congregata fuit medio mense Januario, quia si tardius inchoata fuisset, ante medium Februarium absolvi non potuisset; qua tamen de re dubitare non licet.

XIII. *Africanum circa medium Februa-rium.*

Ex tertiis quippe Zosimi ad Afros literis hoc anno Romæ die XXI. Martii datis, apparet *Marcellinum* Carthaginensis Ecclesiæ Subdiaconum literarum hujus Concilii perlatorem fuisse, ideoque & ex urbe Carthaginensi ante medium Februarium, finito jam Concilio, Romam profectum esse. Cum enim post ejus Romam adventum *Zosimus* die XXI. Martii ad Concilii Africani literas responderit, jam ab octo ad minus diebus *Marcellinus* Romam adventarat, quia prolixissima scripta Concilii fuisse testatur ipse Zosimus in ea Epistola; *post missa*, inquit, *per Marcellinum subdiaconum vestrum Epistolæ omne volumen volvimus; quo aliquando perlecto*, &c. prolixitatis enim indices sunt voces istæ, ut etiam Quesnellus num. XX. observat, & talis, quæ tædii nonnihil crearit Zosimo; quam prolixitatem Marii Mercatoris verba num. XXVII. recitanda etiam testantur. Ex quo sequitur *Marcellinum*, circa *medium* Februarium Carthagine discessisse, postquam scilicet Synodus Africana ad finem perducta fuit; præterquam quod incredibile est, Patres hujus Synodi *Zosimum* de iis, quæ gesta fuerant, non statim certiorem fecisse. Quod si ea circiter medium Februarium finita, profecto post annum præcedentem inchoata fuerat. Hinc corruit quod scribit Quesnellus num. XV. hanc Synodum *autumnalem* fuisse, ex eaque directum *Marcellinum* mense Novembri anni superioris, ejusque omnes institutiones & gesta Synodica per eumdem XII. Kalendas Aprilis currentis anni *Zosimum* recepisse; cum nullo modo verosimile sit, *Marcellinum* menses circiter quinque in itinere fuisse & intra diem XX. & XXI. mensis Martii, & prolixissima Africanorum scripta, Constitutionesque de Gratia ab eis propositas legere ac examinare potuisse, & eum in re tanti momenti ita perfunctorie officio suo functum esse. Quesnellus num. XXXVI. hac ratione refellit opinionem Em. Card. Norisii qui tamen recte existimat anno CCCCXVII. post receptas Zosimi literas nullam in Africa Synodum collectam esse: Profecto, inquit Quesnellus, non ita credimus indormiisse Africanos rebus Ecclesiæ & causæ fidei, imo propriæ, ut tamdiu distulerint congressum Episcoporum, qui quotannis haberi solebat a Primatibus in sua quisque Provincia: cum tamen Synodus, ut jam dixi, citius convocari non potuerit. At juste in eam reprehensionem incurrissent Africani, si tamdiu distulissent Pontificem Romanum monere de gestis in ea Synodo, vel ipse *Marcellinus*, si in eo munere obeundo obdormiisset.

XIV. *Ex Concilio Africano obtestatio ad Zosimum PP. missa.*

Concilio Africano suo tempore reddito, venio ad ea quæ in eo gesta sunt, quæ, monumentis deperditis, nonnisi ex literis Zosimi, ac libris Augustini, Prosperi, ac Marii Mercatoris & ex parte tantum, erui possunt. Permulta enim Roma in Africam, & inde Romam missa fuisse testatur Augustinus lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. *Tot enim & tantis inter Apostolicam sedem*



*omnium fuisse vestibulum, quem divinæ præceptionis sedulum liqueat corrupisse mandatum. Aliaque quamplurima, quæ sermo respuit, lex refutat, quæ perpetuæ cum sit recordari etiam sub dispositione plectendi: quæ maturato remedio & celeritate festina oporteat intercipi, ne corroborato usu nequitiæ adolescentes vix valeant coerceri. Siquidem aures mansuetudinis nostræ recens fama perstrinxerat, intra sacratissimam urbem nostram, aliaque loca hoc pestiferum virus quorumdam inoleviisse pectoribus, ut interrupto directo credulitatis tramite, scissis in partes studiis differendi, monstra impacatæ dissensionis inducta sint; novoque scandali fomite concitato, beatissimæ Ecclesiæ hactenus nutet intentata tranquillitas, aliis iter aliud ancipiti interpretatione sectantibus. At * absoluta sanctorum apicum claritas, ac dilucide quod sequi universitas debeat, explanans, pro captu versipellis ingenii profanam novorum more anserum moventibus quæstionem, Palladi parens carissime atque amantissime.*

XXI. Quæ statuantur adversus Pelagianos.

*Ob quam rem illustris tua auctoritas victura in omne ævum lege nos statuisse cognoscat, ut pulsis ex Urbe primitus capitibus dogmatis execrandi, Cælestio atque Pelagio: Si qui hujus de cætero sacrilegii sectatores quibuscumque locis potuerint reperiri, aut de pravitate damnata aliquem rursus proferre sermonem: a quocumque correpti, ad competentem Judicem pertrahantur: quos, sive clericus sive laicus fuerit, deferendi habeat potestatem, & sine præscriptione aliqua perurgendi, quos relicta communis sententiæ luce, novæ disputationis tenebras introferre deprehenderit, contra Apostolicam scilicet disciplinam, Evangelicamque claram & sine errore sententiam, vafra rudis se*

* Et.

PAGIUS *dem & Afros Episcopos currentibus & recurrentibus scriptis Ecclesiasticis*, &c. Ubi Concilium congregatum, ad Zosimum scripsit, misitque *obtestationem*, qua ne quid innovaretur in causa Cælestii ante relata præsentis Synodi, postulabat. Ex laudata enim Zosimi Epistola die XXI. Martii scripta, discimus Synodum bis ad Zosimum scripsisse, in principio scilicet & in fine, & obtestationem illam misisse. Hæc Zosimi verba: *Noverit vestra Fraternitas, nihil nos post illas, quas vel Superius, vel Nunc literas vestras accepimus immutasse, sed in eo cuncta reliquisse statu, ut illa, quæ a vobis ad nos missa erat obtestatio remaneret*; rescribit enim se priores & posteriores Africanorum literas accepisse. Nefas porro est, credere *Aurelium* unum inconsultis Coepiscopis suis obtestationem illam ad *Zosimum* misisse, licet id aliqui Viri docti arbitrati fuerint. Garnerius præfato Zosimi loco innixus duplicem Synodum constituit, quæ celebratæ fuerint inter primam *Zosimi* Epistolam anno præcedenti ad Afros datam, & tertiam ejusdem die XXI. Martii hujus anni ad illos scriptam priorem mense Decembri, vel etiam Novembri anni præcedentis, posteriorem ante Quadragesimam hujus anni quod, ex prima dicatur *Zosimus* literas accepisse cum obtestatione Afrorum, instrumentisque causæ, quibus literis, non respondit, ex posteriori vero Synodica missa sit, cui responsum illud dedit die XXI. Martii, Verum unicam Synodum intra mensem Octobris anni superioris & Kalendas Maji hujus anni habitam ex ipso Garnerii fundamento, verbisque laudatis demonstrat Quesnellus num. IX. Nam literæ, quas ex diversis Synodis missas Garnerius putat, ex una eademque scriptas docet Zosimus in Epistola die XXI. Martii data. Eandem enim Synodum Zosimus alloquitur, cum ait: *post illas, quas vel superius vel nunc literas vestras accepimus*. Et infra: *a vobis ad nos missa obtestatio*. Rescribit quippe acceptis posterioribus literis & tamen eidem Synodo obtestationem, quæ ad primas literas attinet, attribuit; quod pluries eodem modo in eadem Epistola significatur.

XV. Cum priores illæ Concilii Africani literæ ad *Zosimum* perierint, quid eæ continerent, ex ipsis Zosimi tertiis literis XXI. Martii datis cum Quesnello num. XI. expiscandum. Cum enim utrisque Africanorum literis istæ respondeant priori parte prioribus; posteriori eaque brevissima, posterioribus satisfacit. Apparet igitur duo maxime prioris Africanæ Synodi Epistolæ capita fuisse; unum quo graviter expostulabant adversus *Zosimum*, quod posthabito & Africanæ Ecclesiæ & Romanæ per Innocentium judicio, quo finita Cælestii causa fuerat, ad novum eam examen revocasset. Huc enim spectare videtur Privilegiorum Apostolicæ sedis commendatio, quæ totam fere *Zosimi* implet Epistolam. Secundum Epistolæ caput erat Africanorum Episcoporum *obtestatio*. Scilicet cum intelligerent ex Epistola Zosimi hunc ad Pelagium Cælestiumque absolvendos festinare, nisi accusatores Romam accurrerent, & suæ accusationis capita probarent; obtestatorium libellum interposuerunt, quo suum sibi jus servari postulabant, & ut nihil de sententia in utrumque illum prolata immutaretur, sed in eodem cuncta relinquerentur statu, saltem donec unum e suis Romam mitterent cum idoneis causæ instrumentis, quibus hæreticorum artes aperirentur, docereturque quam legitime & canonice damnati essent. Extrema Epistolæ Zosimi verba hujus obtestatorii libelli testes sunt: *Noverit*, inquit, *Fraternitas vestra, nihil nos post illas, quas vel superius vel nunc literas vestras accepimus, immutatasse; sed in eodem cuncta reliquisse statu, in quo dudum fuerant, cum hoc nostris literis vestra indicavimus Sanctitati, ut illa quæ a vobis ad nos missa erat, Obtestatio remaneret*. Hæc enim verba, *missa erat*, indicant istam obtestationem ad priorem Africanorum Epistolam pertinere.

*Africani adversus Zosimum expostularunt.*

Postquam priores istæ literæ ad *Zosimum* missæ sunt. Episcopi in Synodo Africana coacti, matura deliberatione inter se inquisivere, quid nam facto opus esset, ut hæretici artibus occurreretur. Huic itaque Concilio, ut recte vidit Quesnellus num. XIII. & seqq. tribuenda quæ apud Augustinum, Prosperum, & Marium Mercatorem ex Africano Concilio profecta annotantur, quia ex Synodo Kalendis Maii habita ad Romanum Pontificem scriptum non est ab Africanis Patribus nisi Epistola, qua Patres gratias reddebant Pontifici quæ ad nos non pervenit. Ad hæc constat ex divo Augustino in epi-

XVI. *Omnia gesta in causa Cælestii ad eum miserunt.*

* *fectæ callidi tate pugnantes, involventeſque ſplendentem fidem veri *, ambagibus diſſerendo.*

PAGIUS epiſtola CCXV. ad Valentinum, cujus verba ſupra num. VII --- retulimus, Zoſimi reſcriptum *ad univerſos totius Orbis Epiſcopos miſſum* datum eſſe poſt Concilium Africanum, & ante poſtremum Plenarium. Quare Concilium illud, ex quo omnia cauſæ geſta miſſa dicuntur ad Zoſimum, primum eſt Carthaginenſe, ſeu Africanum, non vero ſecundum ſeu Plenarium, ut perperam ſcribunt Garnerius loco laudato in Synodo XII. & Marca in diſſert. de veter. Collect. Can. cap. 16. Neque etiam audiendus Marca citatus in eo quod duo *Zoſimi* decreta diſtinguit, quorum primum privatum ſit, datumque adverſus *Cæleſtium* tanquam de crimine ſibi impoſito convictum, poſt primam Synodum Carthaginenſem, ſeu poſt Concilium Africanum; aliudque generale, ſeu generalis Epiſtola ad univerſos Epiſcopos adverſus Pelagianam hæreſim, poſt receptos ſecundæ Synodi Carthaginenſis canones, quod Proſperum in Chronico cujus verba num. VIII. recitavimus docere arbitratur.

XVII. *Zoſimus unico decreto Cæleſtium & Pelagianos damnat.*

Decepere Præſulem doctiſſimum vulgatæ editiones Chronici Proſperi, ubi non tantum unius Concilii Carthaginenſis mentio habetur; ſed etiam librariorum errore dicitur illud fuiſſe ducentorum decem & ſeptem Epiſcoporum, loco ducentorum quatuordecim Epiſcoporum. Exiſtimavit enim Proſperum ibi loqui de Concilio Plenario Kalendis Maiis habito; in libro vero adverſus Collatorem, ubi ait: *Erraverunt ducenti XIV. Sacerdotes, qui in epiſtola quam ſuis conſtitutionibus prætulerunt, ita Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem beatum Zoſimum ſunt allocuti: Conſtituimus in Pelagium atque Cæleſtium per venerabilem Innocentium de beatiſſimi Petri Sede prolatam manere ſententiam, donec apertiſſima confeſſione fateantur gratiam Dei per Jeſum Chriſtum, non ſolum ad cognoſcendam, verum etiam ad faciendam juſtitiam, nos per actus ſingulos adiuvare, ita ut ſine illa nihil veræ ſanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus*, ſermonem habere de Concilio Africano ſeu de priori Concilio Carthaginenſi. Verum Proſper in Chronico quando aſſerit, Carthagine habitum eſſe Concilium CCXIV. Epiſcoporum, & ab eo ad *Zoſimum* Synodalia decreta miſſa, de priori Synodo Carthaginenſi verba facit, ut jam oſtendimus, ideoque & in loco ex libro ejus adverſus Collatorem deducto, cum utrobique ſermo ſit de Concilio CCXIV. Epiſcoporum, ac de decretis ad Sedem Romanam miſſis. Ad hæc manifeſtum eſt, Synodum, cujus geſtis probatis ſecuta eſt *Zoſimi* ſententia per totum mundum miſſa, eam eſſe quæ epiſtolæ volumen cum plurimis inſtructionibus, geſtiſque præcedentium Synodorum ad Romanum Pontificem tranſmiſit per *Marcellinum Subdiaconum*. Sed hæc omnia jam a die XXI. Martii accepta erant a Zoſimo, ut ex tertiis ejus ad Africanos literis conſtat. Denique verba Auguſtini in Epiſtola ad Valentinum citata, in qua ait, ſe ad eum miſiſſe *quod Papæ Zoſimo de Africano Concilio miſſum eſt, ejuſque reſcriptum ad univerſos totius Orbis Epiſcopos miſſum: & quod poſteriori Concilio Plenario totius Africæ contra ipſum errorem breviter conſtituimus*, manifeſte oſtendunt, decretum ad univerſos Orbis Epiſcopos a Zoſimo datum eſſe poſt primam Synodum Carthaginenſem; ideoque & diſtinctionem illam duplicis decreti, privati ſcilicet & generalis in *Cæleſtium* lati, mere commentitiam credendam.

*Hos ergo repertos ubicumque de hoc tam nefando ſcelere conferentes, a quibuſcumque jubemus corripi, deductoſque ad audien-*

XVIII. *Relatio Concilii Africani ad Zoſimum.*

Ad Concilium Africanum referendum quod ſcribit Auguſtinus lib. de Peccat. Orig. cap. 7. & 8. illud ſcilicet revocaſſe in memoriam Papæ Zoſimo, quod ejus prædeceſſor Innocentius de geſtis Palæſtinæ Synodi judicaſſet, & poſt cujus reſcripta in Cæleſtium juſtiſſima ſententia eſt prolata: *Sed interpoſito duorum menſium, donec reſcriberetur ex Africa*, &c. *Sed poſtea quam ex Africano Epiſcoporum Concilio reſcripta directa ſunt, quid fuerit conſecutum, ut in eum* (Cæleſtium) *ſententia proferretur, cuncta legite, quia cuncta tranſmiſimus.* Ubi vides, ex unius Concilii Africani ſcriptis ad ſententiam proferendam motum fuiſſe Zoſimum, & capitum, de quibus controverſia mota erat, relationem ex more ad eum factam eſſe; ut Apoſtolicæ Sedis auctoritate accedente, quod erat limitibus Africæ circumſcriptum, univerſæ Eccleſiæ per Occidentem & Orientem regula fieret Eccleſiaſticæ fidei, & denique verum eſſe, quod ſcribit Marca laudatus, tam *Zoſimum* quam *Innocentium* relationibus Carthaginenſium Conciliorum uſos auctoritate Romanæ Sedis omne iſtud negotium conſtituiſſe. Subdit Auguſtinus cap. 8. *Cum venerabili Papa Zoſimo Synodus Africana reſpondit, quod veſtræ Charitati cum cæteris inſtructionibus miſimus.* Et cap. 21. *viſus eſt Pelagius ad tempus aliquid dicere, quod fidei Catholica conveniret, ſed illam ſedem uſque in finem fallere non prævaluit. Poſt reſcripta quippe Africani Concilii*, &c. In eodem Concilio procuſam eſſe inſtructionem ad Zoſimum, qua Pelagianam hæreſim melius poſſet cognoſcere, aſſerit Auguſtinus lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. ubi de Cæleſtio per Africanos convicto, ait: *Hoc ut plenius & manifeſtius in illo fieret, expectabatur, venturis ex Africa literis, in qua Provincia ejus aliquanto calliditas evidentius innotuerat. Qua Romam litera poſteaquam venerunt, id continentes non ſufficere hominibus tardioribus & ſollicitioribus, quod ſe generaliter Innocentii Epiſcopi literis conſentire fatebatur, ſed aperte eum debere anathematizare, quæ in ſuo libello prava poſuerat*, &c. Ex quibus liquet primo, Synodum Africanam illam eamdem eſſe, cujus ſcriptis acceptis conſecutum eſt Zoſimi decretum ad Univerſi Orbis Epiſcopos miſſum. Denique eam ipſam Synodum eſſe, ex qua inſtrumenta & geſta omnia miſſa ſunt ad *Zoſimum* per *Marcellinum Subdiaconum* ad cauſæ inſtructionem: quandoquidem nonniſi poſt hanc ejuſque reſcripta ſecuta eſt Zoſimi ſententia. Quare male Garnerius omnia hæc ad Synodum *Kalendis Maiis* habitam. Queſnellus vero num. XIV. ad iſtam accurate retulit.

Auguſtino conſentit Proſper, qui reſpondens ad Capitula Gallorum reſp. ad object. 8. ait: *Cum ducentis quatuordecim Sacerdotibus, quorum Conſtitutionem contra inimicos gratiæ Dei totus mundus amplexus eſt* (nam, ut inquit Cæleſtinus Papa in Epiſtola ad Gallos cap. 3. *Africanorum ſententias ſuas fecerunt Apoſtolici Antiſtites cum probarent*) *veraci profeſſione, quemadmodum ipſorum habet ſermo, dicamus gratiam Dei per Jeſum Chriſtum Dominum, non ſolum ad cognoſcendam: verum etiam ad faciendam juſtitiam nos per actus ſingulos adiuvare; ita ut ſine illa nihil veræ ſanctæque pietatis habere, cogi-*

XIX. *Conſtitutiones de gratia in ea Relatione contentæ.*





*dientiam publicam, promiſcue ab omnibus accuſari, ita ut probationem convicti cri-*



*minis ſtylus publicus inſequatur, ipſis inexorati exilii deportatione damnatis. De-*



PAGIUS *tare, dicere, agere valeamus.* Hæc enim ad illam Africanorum Synodum pertinent, *cujus conſtitutionem totus mundus amplexus eſt*: id eſt, *cujus decreta ad Zoſimum Papam*, ut habet idem Proſper in Chronico, *perlata ſunt; quibus probatis per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt*. Poſt cujus Concilii ſcriptum, ut Auguſtinus in Epiſtola CCXV. ad Valentinum ſcribit, ſecutum eſt *reſcriptum Zoſimi ad univerſos totius Orbis Epiſcopos. Ex quo* etiam *poſtquam reſcripta directa ſunt, conſecutum eſt, ut in Cæleſtium ſententia proferretur*, ut habet Auguſtinus lib. 2. de Pecc. Orig. cap. 7. & denique cujus Capitula ſeu decreta inſerta eſſe Zoſimi Tractoriæ, teſtis eſt Marius Mercator cujus verba infra recitabo. Quæ omnia ex ſuperius dictis liquet de Synodo Africana eſſe intelligenda: ex qua nimirum directus *Marcellinus*, cujus omnes inſtructiones & geſta Synodica per eundem recepit *Zoſimus*, & die XXI. Martii, iis acceptis ad Africanos reſpondit. His adde convenientium numeri Epiſcoporum CCXIV, qui pariter & Epiſcopis hujus decreti conditoribus a Proſpero ibidem tribuitur, & in Chronico datur Concilio illi Carthaginenſi, *cujus decretis probatis, per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt*.

XX. *Alia Conſtitutio in ea memorata.*

Ex his conſequitur, ut animadvertit Queſnellus num. XV; ejuſdem Concilii Africani partem eſſe, quod de iiſdem CCXIV. Epiſcopis refertur in altero Proſperi loco cap. 5. contra Collatorem: *Erraverunt ducenti XIV. Sacerdotes, qui in Epiſtola, quam ſuis conſtitutionibus prætulerunt, ita Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem beatum Zoſimum allocuti ſunt: Conſtituimus in Pelagium atque Cæleſtium per venerabilem Epiſcopum Innocentium de beatiſſimi Apoſtoli Petri ſede prolatam manere ſententiam, donec apertiſſima confeſſione fateantur, Gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, non ſolum ad cognoſcendam; verum etiam ad faciendam juſtitiam, nos per actus ſingulos adjuvari, ita ut ſine illa nihil veræ ſanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus.* Neque enim hæc & ſuperiori numero relata ex reſponſione ad capitula Gallorum, diverſis Synodis adſcribi poſſunt: Conſtitutio quippe eadem, idem numerus Epiſcoporum, eadem verba. Baronius num. XVI. hæc verba: *Conſtituimus in Pelagium*, &c. prolata eſſe a Zoſimo putat; ſed ipſa lectio docet, dicta fuiſſe a Patribus Concilii Africani.

XXI. *Canones de gratia quo modo in ea expreſſi fuerunt.*

Emin. Card. Noriſius laudatus cap. 14. refellit *Janſenium* Epiſcopum Ypreſem, qui credidit Proſperum in Chronico, quando ait, *ad Pontificem Zoſimum Synodalia decreta perlata ſunt*, intelligere Canones octo contra Pelagianam hæreſim ſtatutos; quia, inquit Card. Noriſius, illi in poſteriori Synodo *Kalendis Maii* habita exarati ſunt, & in hac priori procuſa eſt inſtructio ad *Zoſimum*, qua Pelagianam hæreſim de facie poſſet cognoſcere. Queſnellus vero num. XVI. & ſeq. tuetur, octo illas Conſtitutiones ſeu Canones de gratia, ſi non publicatos, ſaltem conditos eſſe in Concilio Africano; ita ut nec prius, nec ſerius procuſi fuerint. Verum mera hæc de nomine quæſtio eſt. Auguſtinus enim, ut anno CCCCXVI. num. VIII. .... oſtendimus, quando loquitur de geſtis adverſus Pelagianos in Conciliis Carthaginenſi & Milevitano II. illo anno celebratis, modo ſcribit ex illis Conciliis miſſas eſſe literas contra inimicos gratiæ Chriſti ab Epiſcopis ſubſcriptas, modo adverſus eos *Epiſcopalis Concilii conditum fuiſſe decretum*, modo condita fuiſſe ſtatuta, modo denique illorum Conciliorum Relationes miſſas eſſe ad Innocentium Papam: & decretum Carthaginenſis Concilii in Epiſtola Synodali memoratur tanquam mera relatio eorum, quæ Præſules contra Pelagianos facienda eſſe cenſebant, ut loco laudato legere eſt. Quare quando Proſper in Chronico de Concilio Africano loquens ait, ad Pontificem Zoſimum *Synodalia decreta* perlata eſſe, & in libro contra Collatorem cap. 5. *Erraverunt Africana Epiſcoporum Concilia, quæ decretis ſuis conſtituere utrumque Dei Donum eſſe, & ſcire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus*, &c. nihil prorſus diverſum intelligit a reſcriptis Africani Concilii, aut a literis, *quæ expectabantur ex Africa ventura*, de quibus loquitur Auguſtinus, cujus loca ſupra recitavimus. Imo quemadmodum in Synodo Carthaginenſi anno CCCCXVI. coacta per hæc verba, *Cenſuimus hujuſmodi perſuaſionis Auctores anathematizari oportere*, Patres Africani definierunt, quid agendum videretur, ſed non pronunciarunt, id Summæ Sedi reſervantes, ut loco laudato oſtendimus; pari eademque ratione quando in Concilio Africano hoc anno congregato Patres protulerunt, ex libro Proſperi contra Collatorem ſupra citata: *Conſtituimus in Pelagium atque Cæleſtium per venerabilem Epiſcopum Innocentium de beatiſſimi Apoſtoli Petri ſede prolatam manere ſententiam*, &c. eodem modo ſe gerunt ac Patres Concilii Carthaginenſis anno CCCCXVI. indicti, ideoque licet definiant, nihil tamen pronunciant, ſed id Apoſtolicæ Sedi reſervant. Uno verbo in Concilio Africano Epiſcopi miſere relationem eorum, quæ ſibi agenda eſſe videbantur, & Auctores, qui decreta facta memorant, nonniſi in verbis differunt ab iis, qui dicunt reſcripta vel literas miſſas eſſe a Concilio Africano.

XXII. *Relatio ab Epiſtolæ Synodicæ diſtincta non fuit.*

„ At, inquit Queſnellus, in Proſpero contra Collatorem, cap. 5. hujus Concilii conſti„ tutiones diſertis verbis notantur, & tales con„ ſtitutiones, quæ ad ſedem Apoſtolicam miſſæ „ ſint, cum Synodica ad Zoſimum Epiſtola „ eiſdem præfixa, tales inſuper, *quas totus* „ *mundus amplexus ſit*, ut ex altero loco Pro„ ſperi in Chronico habetur: *Erraverunt du„ centi quatuordecim Sacerdotes, qui in Epiſtolæ „ quam ſuis Conſtitutionibus prætulerunt, ita „ Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem beatum Zoſimum ſunt „ allocuti: Conſtituimus in Pelagium atque Cæ„ leſtium*, &c. Verum fallitur Vir doctiſſimus, dum Epiſtolam Synodicam a Concilio Africano ad Zoſimum miſſam ab illius Conſtitutionibus diſtinguit; Concilia enim in ſuis Synodicis referebant ad Summum Pontificem, quæ a ſe geſta fuerant, *ut tota hujus auctoritate juſta, quæ fuerit, pronunciatio firmaretur*, quemadmodum loquitur Innocentius in ſuo reſcripto ad Concilium Carthaginenſe anno CCCCXVI. adverſus Pelagianos habitum; & in iiſdem Synodicis, quibus moti fuiſſent rationibus exponebant, ut liquet ex reſcripto ejuſdem Innocentii ad Milevitanum Concilium adverſus Pelagianos eodem anno celebratum, in quo Pontifex ait: *Multifariis equidem ad deſtruendum tale magiſterium uti poſſemus exemplis, niſi ſciremus & ſanctitatem veſtram ad plenum Scripturas omnes callere divinas, præſertim cum veſtra Relatio tantis*

*cet enim originem vitii a conventu publico sequestrari, nec in communi eos celebritate consistere, qui non solum facto nefario detestandi, verum etiam exemplo venenati spiritus sunt cavendi. Juvat autem per omne pene Imperium nostrum, qua*

PAGIUS *ac talibus testimoniis sit reserta, ut his solis valeat præsens dogma rescindi, opusque non esse reconditis, cum his (quæ facile vobis occurrentia posuistis) nec audeant obviare, nec possint.* Et revera ejusmodi Milevitani Concilii II. Synodica, quæ Tomo II. Concil. pag. 1545. legitur, exhibet varia Scripturæ loca, quibus Patres Milevitani Pelagii & Cælestii errores confodiunt. In fine vero rescripti ad Concilium Carthaginense anno CCCCXVI. coactum Innocentius inquit: *Nec quidquam superesse duximus, quod dicamus, cum nihil prætermissum a vobis, nihil constet esse suppressum, quo illi refutati & penitus cognoscantur esse convicti. Ideoque a nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena Relatio est, & satis constat, ut doctissimos Sacerdotes cuncta dixisse. Nec decet credere, vos aliquid quod ad causam possit proficere, prætermisse.* Ex duobus istis rescriptis ad duo diversa Concilia missis, quid Episcoporum ad summum Pontificem Relationes contineret, & morem servari solitum intelligimus, ac præterea Conciliorum *Relationes* ab eorum Synodicis distinctas non fuisse. Quare in Concilo Africano hoc anno adversus eorumdem errores coacto, non sese aliter ac in præfatis duobus Conciliis Antistites Africani gessere, ideoque in sua Synodica ad Zosimum Papam missa Pelagianorum errores refutarunt, & quid decrevissent, significarunt.

XXIII. *Quod ex Relationibus ab Aliis Conciliis mitti solitis innotescit.*

Nihil itaque aliud Prosper insinuat, quam Patres Africanos in sua Epistola Synodica, narrasse quæ a se gesta fuerant adversus Pelagianos, quidque censuissent aut decrevissent, eo fere modo quo in duabus laudatis Synodicis Concilii Carthaginensis & Milevitani II, quæ ad nos pervenerunt, habetur; nec etiam aliud Prosper his verbis, *qui in Epistola quam suis constitutionibus prætulerunt*, significat. Perperam enim vir Eruditissimus vim facit in istis verbis, *suis constitutionibus*, cum illis Prosper nihil aliud innuat, quam Patres Africanos materiam suppeditasse, & testimonia protulisse, quibus in talibus decernendis moti fuissent, eo prorsus modo quo a Patribus Concilii Carthaginensis & Concilii Milevitani II. præstitum fuerat; licet enim in eorum Synodicis nulla constitutio legatur, Augustinus tamen scribens ad Hilarium Epistolam CLXXVIII. alias XCIV, ait: *Jam cum, ista scriberem, cognoveramus in Ecclesia Carthaginensi adversus eos Episcopalis Concilii* (anno CCCCXVI. habiti) *conditum fuisse Decretum per Epistolam sancto & venerabili Papa Innocentio dirigendum, & nos de Concilio Numidiæ* (eodem anno Milevi habito) *ad eamdem Apostolicam sedem jam similiter scripseramus*, ubi vides Augustinum Decretum ab Epistola & a literis non distinguere. Unde idem Augustinus in Epistola ad Valentinum enumerans quæ gesta fuerant a Zosimo adversus Pelagianos, quæ se ad Valentinum misisse dicit, literas tantum ab Africano Concilio ad Zosimum datas memorat his verbis: *Item quod Papa Zosimo de Africano Concilio scriptum est, ejusque rescriptum ad universos totius Orbis Episcopos missum: & quod posteriori Concilio Plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constituimus*, &c. *Hæc omnia misimus vobis.* Et tamen in Concilio Africano contra ipsum errorem aliquid constitutum fuerat, & quidem non *breviter*, ut in Concilio Plenario, cum variis sacræ Scripturæ locis, ut ex iis quæ gesta fuerant in Conciliis Carthaginensi & Milevitano II. innotescit, sententias suas comprobarint. Nata itaque omnis hæc controversia quod Viri Doctissimi animum non adverterint ad usum relationum a Conciliis ad summum Pontificem mitti solitarum, *quasi ad caput atque ad apicem Episcopatus*, ut inquit Innocentius in Epistola IV. ad Felicem Nucerianum Episcopum, vel, ut idem scribit ad Milevitanum Concilium, *ad Petrum idest, sui nominis & honoris auctorem* ut *per totum mundum* posset *Ecclesiis omnibus in commune prodesse*. Illo enim usu, loquendique modo ab Antiquis usurpato suppositis, omnis hæc controversia evanescit.

XXIV. *Quid continerent posteriores literæ Concilii Africani ad Zosimum.*

Quid priores literæ Patrum Africanorum ad Zosimum missæ, ad quas nullum responsum datum, continerent, ex Augustino & Prospero eruere conati sumus; nunc quid posterioribus inscriptum esset vel annexum, cum eodem Quesnello ex iisdem Patribus deducendum. Ac primum quidem prolixissima scripta ad Zosimum missa fuisse, ipsemet Zosimus in Epistola sua III. ad Africanos XXI. Martii data, his verbis testatur: *Missa per Marcellinum Subdiaconum Epistola omne Volumen voluisse: Quo aliquando Perlecto*, &c. Quibus literis continebantur Africanorum querelæ adversus Zosimum, quod credulas aures Cælestio commodasset, fidem præbuisset verbis ejus, nec ea satis discussisset: *Ita totum literarum* (scilicet mearum) *comprehendistis textum, quasi nos Cælestio commodaverimus in omnibus fidem* &c. Secundo, cum ex Gestis Romani judicii inchoatis intellexissent Africani quod Cælestius *beati Innocentii Papæ literis non est ausus obsistere; imo se omnia, qua fides illa damnaret, damnaturum esse promisit* (verba sunt Augustini lib. 2. de Pecc. Orig. cap. 7.) ex quibus sperabatur plenus ab eo dandus Epistolis Innocentii consensus: *Romam literæ venerunt ex Africa id continentes non sufficere hominibus tardioribus & solicitioribus, quod se generaliter Innocentii Episcopi literis consentire fatebatur, sed aperte eum debere anathematizare, quæ in suo libello male posuerat: ne si id non feciset, multi parum intelligentes, magis in libello ejus illa fidei venena a Sede Apostolica crederent approbata, propterea quod ab illa dictum erat eum libellum esse Catholicum, quam emendata propter illud, quod se Papæ Innocentii literis consentire ipse responderat*, ut habet Augustinus lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. Quæ pro Peccati Originalis doctrina monuerunt Africani, ne ab hæreticis sub verborum larva Zosimo imponeretur.

Tertio, admonebant Africani *Zosimum* suis literis, ut recoleret quid imitandus prædecessor ejus *Innocentius* de ipsis senserat Gestis Palæstinis, quibus absolutum se jactabat Pelagius: & ut intelligeret Pontifex ea nec ignota fuisse Innocentio, nec omnino probata, literis suis inserverunt Africani excerptum Epistolæ illius ad quinque Episcopos, quo ista constabant. Hoc indicat Sanctus Augustinus lib. 2. de pecc. Orig. cap. 8. *Quid ergo*, inquit, *De Palæstinæ Synodi Gestis, quibus se Pelagius absolutum esse gloriatur, sanctus Papa Innocentius judicaverit, quamvis & in literis ejus, quas nobis rescripsit, legere possitis & commemoratum, cum venerabili Papæ Zosimo Synodus Africana respondit, quod vestræ charitati cum ceteris institutionibus mihimus; tamen*, &c. Quarto, constat ex Commonitorio Marii Mercatoris, ipso ejus initio literis illis fuisse illigatum quidquid in Africa actum fuerat adversus Cælestium & Pelagium; & *omnem causam, quæ apud eos facta fuerat*, ab ipsis fuisse *expositam: missis etiam Gestis exinde, quæ fuerant tunc cum illo vel de illo confecta*; hoc est Gestis Carthaginensis Synodi anni CCCCXII. & Synodorum Carthaginensis & Milevitanæ II. anno CCCCXVI. habitarum. Quinto, missa sunt & Decreta de Gratia adversus errores Pelagianorum, non quidem ex formula edita, ut manifeste elicitur ex iis, quæ leguntur in literis Synodicis Conciliorum Carthaginensis & Milevitani II. anno CCCCXVI. adversus eosdem habitorum, quemadmodum supra exposuimus, sed variis Scripturæ sacræ locis & rationibus ex ea deductis firmata, ex quibus conditi fuere Canones octo a Zosimo, & postea a Concilio Plenario, de quo infra.

XXV. *Missa cum Literis Gesta aliorum Conciliorum adversus Pelagianos.*



*mundus extenditur, hujusmodi promulgata diffundi: ne scientiæ fortasse dissimulatio*

XXVI. *Marcellinus ab Africanis missus Romam medio circiter Martio Romam advenit.*

Ex priori itaque Carthaginensi Synodo, seu Concilio Africano duæ Epistolæ ad *Zosimum* datæ, quarum ultima cum Gestis, aliisque ad causam Pelagianam pertinentibus Marcellino Carthaginensis Ecclesiæ Subdiacono, qui quamprimum ad Zosimum deferret, consignata fuit, postquam Plenariam Synodum circa Kalendas Maii habendam Episcopi Carthagine congregati indixissent; præviderant enim circa illud tempus responsum a Sede Apostolica esse afferendum. *Marcellinus* Romam medio circiter Martio pervenit, ut supra ostendimus, & Zosimus perlectis gestis, omnibusque instructionibus, quæ prolixissimæ erant, a Patribus Africanis confectis, *XII. Kal. April.* seu die XXI. Martii tertiam ad Afros scripsit Epistolam superius a nobis explicatam, in qua eos certos facit rem adhuc esse integram, se eorum obtestationis rationem habuisse, omniaque suspendisse: *Ideirco*, inquit, *noverit vestra fraternitas, nihil nos post illas, quas vel superius, vel nunc, literas vestras accepimus, immutasse, sed in eodem cuncta reliquisse statu, in quo dudum fuerant, cum hoc nostris literis Vestræ indicavimus Sanctitati, ut illa, quæ a vobis ad nos missa erat, obtestatio remaneret.* An idem Marcellinus hujus Zosimi ad Africanos responsi perlator fuerit, an vero donec *Cælestii* causa ad exitum perducta esset, Romæ substiterit, quod verosimilius, non liquet.

XXVII. *Zosimus Cælestium damnat.*

Cum eo loco res esset; *Zosimus* examinatis quæ hactenus adversus *Cælestium* tam Romæ, quam in Africa facta fuerant, eum ad plenioren audientiam, summumque judicium vocavit; sed hæresiarcha cum artes suas patere, nullumque superesse tergiversandi modum videret, se se examini subduxit, sive latuerit in Urbe apud suos, sive in proximis Romæ locis substiterit. Cujus fuga, ubi innotuit, continuo lata in eum ac Pelagium decretoria sententia, scriptaque universis mundi Episcopis a Zosimo grandis illa Epistola, quam *Tractoriam* Mercator vocat, & cujus aliqua tantum nobis fragmenta restant. Hæc de hac re Mercatoris in Commonitorio verba: *Episcopis vero ex Africa referentibus, omnemque causam, quæ apud eos facta fuerat, exponentibus: missis etiam gestis exinde, quæ fuerant tunc cum illo, vel de illo confecta, vocatur ad audientiam plenioren, ut qua promiserat, festinaret implere, idest, ut damnatis prædictis capitulis, sententia Afrorum Pontificum, quæ fuerat communione privatus, absolveretur, non solum non adfuit, sed etiam ex memorata Romana urbe profugit: atque ob hoc a beata memo-*

*via praditto Zosimo Episcopo scriptis amplissimis vel longissimis perdamnatus est; in quibus & ipsa capitula, de quibus accusatus fuerat, continentur, & omnis causa tam de Cælestio supra scripto, quam de Pelagio magistro ejus præviore, videtur esse narrata, (quorum scriptorum & nos hic habemus exemplaria) & ad Orientales Ecclesias, Ægypti Diœceses, & Constantinopolim, & Thessalonicam, & Hierosolyma, similia eademque scripta ad Episcopos transmissa esse suggerimus.* Augustinus vero lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. *Tunc ergo*, inquit, *cum ejus præsentia posceretur, ut certis ac dilucidis responsionibus, vel astutia hominis, vel correctio dilueceret, & nulli ambigua remaneret, se subtraxit & negavit examini. Nec differendum jam fuerat, sicut factum est, quod aliis prodesset, si nimium perversorum pertinaciæ, dementiaque non posset.* Tum. cap. 4. *Sed illud se respondisse fallaciter novo exitu ostendit, cum se subtraxit examini, ne secundum Africana rescripta, ipsa omnino de hac quæstione verba memorare & anathematizare, quæ in libello suo posuit, cogeretur.* Nec Augustino contrarius est Mercator, quando scribit Cælestium ex Romana Urbe profugisse; significat enim duntaxat eum in vicina Romæ loca se se recepisse, qua de re rursus infra. *Cælestius* itaque se se examini subtraxit, & ementita fuga latuit apud suos, donec Honorius Imp. eum Urbe pellendum jussit.

XXVIII. *Rescriptum ab Imperatore obtinet, quo Pelagiani Roma pelluntur.*

*Zosimus* enim Tractoriam suam & Gesta Synodi Africanæ ad Honorium Imp. Ravennæ agentem misit, petens, ut *Cælestius*, omnesque Pelagiani Urbe pellerentur, & toto Christiano Orbe tanquam hæretici haberentur. Constans quippe fuit Ecclesiæ consuetudo, ex quo a Christianis Imperatoribus in libertatem asserta est, ut partim ad extirpandas hæreses, si quando pertinacius durarent; partim ad coercendos hæreseon auctores, cum partes facerent, utraque potestas a Deo ordinata, Ecclesiastica nimirum & Imperialis, conspiraret. Iis acceptis, Pelagianisque a Zosimo damnatis *Honorius* rescriptum emisit, quod Baronius ex Codice Monasterii S. Vedasti Atrebatensis eruit, & num. XX. & seqq. publicavit, ac postea Salmasius in Eucharistico, Usserius lib. de Britannic. Eccles. Primordiis, Baluzius in Append. ad Salvianum, & nuper Garnerius partim Collatione editionum, partim MSS. ope correctius dedit in Dissert. 3. de Constitutionibus Imperatorum editis in causa Pelagianorum. Dicitur illud *datum pridie Kalend. Majas, Ravennæ, DD. NN. Honorio XII. & Theodosio VIII. AA.* CC. ideoque hoc anno, post mensem scilicet & aliquot dies, quam Zosimus tertiam ad Afros Epistolam die XXI. Martii scripsisset. Quare intra illud tempus & *Cælestius* postremo ad judicium vocatus, & Epistola Zosimi ad universos Orbis Episcopos adversus Pelagianos data, ac imperiale Decretum ab eodem postulatum.

XXIX. *Mittitur Rescriptum illud ad Præfectos Prætorii.*

In eo Rescripto Honorius ait: *Siquidem aures mansuetudinis nostræ recens fama perstrinxerit, intra sacratissimam Urbem nostram aliaque loca ita pestiferum virus quorumdam inolevisse pectoribus, ut interrupto directæ credulitatis tramite, scissis in partes studiis asserendi, materiæ impacatæ dissensionis inducta sit, novoque scandali fomite concitato, beatissimæ Ecclesiæ hactenus nutet intentata tranquillitas: aliis nempe aliud ancipiti interpretatione sectantibus, & pro captu versipellis ingenii, prophanum novorum commentorum movenibus*

*tio pastum præstet errori, atque impune se quisque putet audire, quod condemnatum vigore publico, sese finxerit ignorare. Data prid. Kalendas Majas, Raven-*

næ

PAGIUS *tibus quæstionem, Palladi parens charissime atque amantissime* (erat is hoc anno Præfectus Prætorio Italiæ, ad quem rescriptum suum Honorius dirigit.) *Ob quam rem illustris tua auctoritas, victura in omne ævum, Lege nos statuisse cognoscat, ut pulsis ex Urbe primis capitibus dogmatis execrandi, Cælestio atque Pelagio, si qui hujus de cætero sacrilegii sectatores, quibuscumque locis potuerint reperiri, aut de pravitate damnata aliquem rursus proferre sermonem, a quocumque correpti ad competentem judicem pertrahantur.* Imperiale Edictum jussione sua prosecuti sunt Præfecti Prætorio, *Junius Quartus Palladius* Italiæ, *Monaxius* Orientis, & *Agricola* Galliarum, qui decreto suo, quod adhuc extat, jussere Pelagium ac Cælestium ex Urbe ejici, omnesque istorum erroris convictos facultatibus suis spoliari, ac perpetuo mulctari exilio. Baronius anno CCCCXX. num. IV. recitat illud Præfectorum Edictum; sed, ut demonstrat Em. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 13. tres hi Præfecti currenti anno dignitatem gessere, ideoque quæ ibi Baronius narrat, huc transferenda. Porro in codice Thuaneo MS. Rescriptum sic inscribitur: *Incipit sacrum rescriptum, acceptis Synodi SS. Gestis datum.* Salmasius, qui codicem vidit, his duabus literis SS. Carthaginensem Synodum interpretatus est. Quesnellus citatus, qui illum etiam legit, asserit in eo haberi Synodi Sanctæ, idest *suprascriptæ.* Usserius, qui Oxoniensi MS. usus est, legit: *Sacrum Rescriptum, acceptis Synodi gestis datum.* Denique in codice Baluziano & Atrebatensi *Rescriptum* nuncupatur hæc constitutio. Sed & Augustinus testis est omni exceptione major lib. 3. cap. 1. adversus Julianum, quem his verbis alloquitur: *Sane, ut dicis, si pro vobis potius ab Imperatore responsum est, cur non in medium prosilitis?* Quare certum est, rescriptum esse, ut recte Quesnellus num. XXVII. nec audiendum Garnerium pag. 240. qui ait, *quod Historia demonstrat non esse rescriptum proprie, sed constitutionem, cum Imperator nulli vel per literas petenti, vel scriptis consulenti rescribat.* Obiter, corrigendus Baronius num. XXIII. qui citata verba Augustini adversus Julianum, Juliani ipsius esse arbitratus est.

XXX. *Zosimus acta Synodi vel Urbicæ vel Africanæ ad Imperatorem misit.*

Certe ex serie Edicti manifestum fit, suggesta indicataque fuisse Imperatori præcipua Pelagiani dogmatis capita, idque e *Zosimo* Papa, qui ad eumdem cum Tractoria sua Synodi Africanæ vel potius Synodi Urbicæ gesta miserat, ut non tantum ex eo titulo; sed & ex aliis monumentis clare elicitur. Augustinus in Epistola ad Valentinum CCXV. cujus verba supra retulimus, memorat rescriptum Zosimi *ad universos totius Orbis Episcopos missum,* inter Concilium Africanum & Concilium Plenarium totius Africæ, evidenter indicans Zosimum acceptis gestis Synodi Africanæ seu prioris Synodi Carthaginensis Cælestium ac Pelagium damnasse, ideoque & eadem gesta ad Honorium transmisisse, ut Tractoriam suam imperiali auctoritate facilius roboraret. Præterea variis in locis supra citatis semper insinuat, *Cælestium* post rescripta Africani Concilii accepta Zosimum damnasse, ab eoque non dissentit Prosper contra Collatorem cap. 41. ubi de Semipelagianis loquens ait: *Tunc istorum machinæ fractæ sunt, tunc in superbiæ sociis ac principibus corruerunt, quando beatæ memoriæ Innocentius nefandi erroris capita Apostolico mucrone percussit: quando Pelagium ad proferendam in se suosque sententiam, Palæstinorum Episcoporum Synodus coarctavit: quando Africanorum Conciliorum Decretis beatæ recordationis Papa Zosimus sententiæ suæ robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armavit Antistitum,* id est, ad omnes Orbis Christiani Episcopos adversus Pelagianos Tractoriam suam misit. Cum itaque Zosimi sententia simul cum Africanis decretis vel gestis memoretur, non alia gesta quam Africana ad Honorium Imp. Zosimum misisse credendum.

XXXI. *Edictum Imperatoris ab Africanis postulatum non fuit.*

Usserius in Antiquit. Britan. pag. 271. scribit, *Honorium* acceptis gestis Synodi Africanæ ab ipsa missis, haud expectato *Zosimi* decreto, legem in Pelagianos sanxisse, quod ex laudato Honoriani rescripti titulo colligi putat. Hanc explicationem Salmasius, aliique Protestantes eo lubentius, amplexi sunt, quod Zosimi Papæ auctoritas tunc contempta fuisse videatur. Immo ex Catholicis Garnerius loco citato, aliique quidam post eum istam secuti sunt ea præsertim epigraphe moti. At Possidius in Vita Augustini cap. 8. hanc interpretationem veram non esse demonstrat: *At illi,* inquit, *tantæ sedis Apostolicæ Antistites* (sc. Innocentius & Zosimus) *suis diversis temporibus eosdem Pelagianos notantes, atque a membris Ecclesiæ præcidentes, datis literis ad Africanas, & ad Orientis & Occidentis Ecclesias, eos anathematizandos & devitandos ab omnibus Catholicis censuerunt. Et hoc tale de illis Ecclesiæ Dei Catholicæ prolatum judicium etiam piissimus Imperator Honorius Audiens ac Sequens, suis eos legibus damnatos hæreticos haberi debere constituit.* Norisius Cardinalis eruditissimus recte observat *Possidium*, qui Calamensis in Africa Episcopus fuit, Concilio Africano interfuisse, sed quod subdit, Zosimum postquam in Urbana Synodo Pelagianos damnavit, postulasse ab Imperatore rescriptum, cui titulus: *Sacrum rescriptum acceptis Synodi gestis* datum, ex dictis dicendisque subsistere non posse, & postulationem Edicti præcessisse damnationem Pelagianorum constat. Præterea memoria lapsus est, cum scribit, literas Apostolicas de damnatis a Zosimo Romæ Pelagianis acceptas esse ab Africanis *III. Kalendas Majas*, quæ enim, ut animadvertit Quesnellus num. XXXVI. literæ acceptæ hac die dicuntur, sunt tertiæ datæ *XII. Kalend. April.* a Zosimo, quibus indicat se prolixiora rescripta Africanorum accepisse per Marcellinum, & quibus tantum abest, ut nunciaret damnatum *Cælestium*, quin potius monebat omnia in eodem mansisse statu, qui erat quando obtestatio Africanorum venit in Urbem.

XXXII. *Petitum ab Zosimo post diem XXI. Martii & finem Aprilis.*

In Codice quidem canonum Ecclesiæ Romanæ cap. 13. recitatur Concilium Carthaginense *Kalendis Maii* habitum cum canonibus in eo conditis, & capite insequenti refertur rescriptum Honorii *pridie Kalendas Maii* emissum: sub hoc titulo: *Incipit sacrum rescriptum acceptis Synodi supradictæ gestis.* Sed factum id errore Collectoris; quomodo enim Imperator die ultima Aprilis accipere potuit Ravennæ gesta Synodi Carthagine die prima Maii confecta? Collector itaque, qui præpostero ordine varias Pontificum Romanorum Epistolas in eum codicem inseruit, cum Concilium Urbicum vel Concilium Africanum in exemplari, quo utebatur, descriptum reperisset proxime ante Edictum *Honorii*, codici suo non interferendum, Edicti titulum iisdem quibus conceptus erat verbis, excripsit; cum mutandus

omni-



*næ DD. NN. Honorio XII. & Theodosio VIII. AA. Conss.* Hactenus sanctio Honorii Imperatoris.

Ad hoc ipsum Imperatoris rescriptum allusisse visus est Julianus Pelagianus, dum ait adversus Catholicos (a): *Si pro vobis* XXIII.

bis

(a) Apud Aug. cont. Julian. Pelag. l. 3. c. 1.

PAGIUS omnino fuisset ob prætermissam Synodum ad quam refertur; cum alioquin titulus ille referri deberet ad Concilium Plenarium in illo codice exaratum, quod tamen certum est, uno saltem die subsecutum esse Edictum, Quesnellus num. XL. ait, Romanos eam epigraphem in suo Codice relinquere debuisse; quod Imperator suum rescriptum dedisset post receptos canones de Gratia sancitos, in priori scilicet, ut ipse putat, Concilio. At canones illi in posteriori Concilio & confectos & publicatos, ex dicendis certo patebit. Quare fundamentum illud prorsus ruinosum. Certe *Honorii* rescriptum eo tendit, ut ex Urbe capita dogmatis execrandi *Cælestius* atque *Pelagius* pellantur, quod materiam impacatæ dissensionis in eam induxissent, & tamen in Concilio *Kalendis Maiis* celebrato referuntur tantum canones de Gratia in eo conditi, nihilque statuitur adversus Pelagium ac Cælestium, qui ideo ante Plenarii illius Concilii celebrationem jam a Zosimo Papa damnati fuerant per ejus Tractoriam ad Episcopos universi Orbis missam. Rescriptum itaque illud a Zosimo Papa post diem XXI. Martii, & ante diem ultimum Aprilis postulatum, antequam Tractoriam suam ederet, quod animadvertisset Pelagianos, qui Romæ potentes patronos habebant, tumultus in ea excitaturos, nisi auctoritate Imperiali eorum audacia comprimeretur. Quamvis enim *Romanorum fides* adversus Pelagii errorem *concorditer* flagraret, ut inquit Augustinus lib. de pecc. Orig. cap. 8. Romam tamen molestissimo dissidio divellebant Pelagiani, &, ut loquitur Honorius in sua constitutione, studia in partes scindebant. Quare Prosper in Chronico hoc anno narrat *Constantium* quondam Præfectorum Vicarium, Romæ habitantem eorum factione multa perpessum esse, & sanctorum Confessorum catalogo adscribi meruisse.

XXXIII. *Quia periculum erat ne Pelagiani Romæ tumultus cierent.*

Videtur Julianus apud Augustinum lib. 3. Operis Imperfecti adversus Julianum cap. 35. respicere ad ea quæ hoc tempore Romæ gerebantur, cum ait: *Cur ergo si creditis, & hoc bonum esse quod dicimus, & illud bonum esse quod dicitis; tantis totam Italiam factionibus commovistis? Cur seditiones Romæ conductis populis excitastis?* Illud certum Augustinum in Epistola CXCI. alias CIV. versus hujus anni finem ad Sixtum Presbyterum Romanum data, qua eum exhortatur, ut pergat impudentes cohibere, ad tumultus, quos Pelagiani antequam a Zosimo condemnarentur, in Urbe excitarant, spectare: *Hæc cura major tibi restat, ut non solum salubri severitate plectantur, qui errorem illum Christiano infensissimum nomini audent garrire liberius, sed etiam ii diligentissime caveantur vigilantia Pastorali, propter infirmiores & simpliciores Dominicas oves, qui eum pressius quidem ac timidus, sed tamen insusurrare non cessant, penetrantes domos, sicut ait Apostolus, & cætera quæ sequuntur exercita impietate facientes. Nec illi negligendi sunt, qui usque ad profundum silentium supprimunt timore quod sentiunt, sed tamen eamdem perversitatem sentire non desinunt. Nonnulli quippe eorum, antequam ista pestilentia manifestissimo etiam Sedis Apostolicæ judicio damnaretur, vobis innotescere potuerunt, quos nunc repente reticuisse perspicitis: nec utrum sanati sint sciri potest, nisi cum non solum dogmata illa falsa tacuerint; verum etiam illis vera contraria, eo quo illa solent studio defensaverint: Qui tamen lenius profecto sunt tractandi. Quid enim eos terreri opus est, quos satis territos ipsa taciturnitas monstrat?*

XXXIV. *Ex secundo Edicto constat prius a Zosimo postulatum fuisse.*

Quod si Pelagiani post judicium Zosimi & rescriptum Imperatoris vix se Romæ in officio continere poterant, non dubium quin antea *novo scandali fomite concitato beatissima Ecclesia nutarit attentata tranquillitas.* Quare *Zosimus*, antequam totum negotium dirimeret, certus esse voluit Imperatorem Edictum promulgaturum, quo qui sacrilegum dogma non ejurarent, pellerentur Urbe, & pœnis aliis subiicerentur. Prius enim *Honorii* Edictum, non Africanos, sed Zosimum postulasse demonstrat etiam secundum anno sequenti *V. Iduum Juniarum, Ravennæ* datum, & Aurelio Carthaginensi Episcopo inscriptum, quod his verbis inchoatur: *Dudum quidem fuerat constitutum* (hoc scilicet anno per prius Edictum) *ut Pelagius atque Cælestius infandi dogmatis repertores ab Urbe Roma, velut quædam Catholicæ utilitatis contagia, pellerentur: Ne ignorantium mentes sæva persuasione perverterent. In quo secuta est Clementia nostra judicium Sanctitatis tuæ, quo constat eos ab universis justa sententia examinatione damnatos.* Nam si primum Edictum ab Imperatore petitum est, ut Pelagius & Cælestius, seu Pelagiani Roma pellerentur, factum id a Pontifice Romano, non vero ab Episcopis Africanis, ad quos non spectabat se se de iis, quæ Romæ fieri deberent, ingerere. Quesnellus tamen pluribus contendit, non solum prius Edictum ab Imperatore prolatum fuisse, antequam Zosimi sententia prodiisset; sed etiam illud ab Africanis procuratum, quod Imperator anno sequenti in altero Edicto condendo, prius commemorarit, & in eo con-
„ dendo secutum se asserat, Africanorum Judi-
„ cium, nihil, inquit num. XXV. de Judicio
„ Zosimi, quod præteriisse, facta alterius men-
„ tione, iniquum prorsus fuisset, & a debita
„ primariæ Sedi reverentia alienum. Quod e-
„ nim de *Innocentio* pariter siluerit, non ea-
„ dem est ratio: quia non tam Judicium pro-
„ prium habuerat, quam Africanorum Judicium
„ suum fecerat. Ita Vir doctissimus.

XXXV. *Quomodo Imperator vere asserere potuerit se in emittendo Edicto secutum esse Judicium Aurelii.*

Verum cum *Aurelius* non solum Africano Concilio, sed etiam Carthaginensi anno CCCCXVI. congregato, alterique Carthaginensi anni CCCCXII. præfuisset, eique secundum Edictum anno sequenti datum inscriberetur, recte dicit Imperator se se secutum ejus Judicium, quod suum Innocentius & Zosimus fecerant, ut legitur in Præfatione capitulorum Epistolæ Cælestini Papæ ad Episcopos Galliæ scriptæ, *Africanorum Conciliorum sententias, suas fecerunt Apostolici Antistites, cum probarunt*, ideoque nominare Aurelium idem erat ac nominare Innocentium & Zosimum, qui ejus judicium auctoritate sua firmarant. Sic quando Augustinus de Pelagianorum damnatione loquitur; modo eam *Innocentio*, modo *Zosimo*, modo utrique attribuit, neque Concilia in Africa adversus eos habita, vel *Aurelium* ab eorum damnatione excludit, sed diverso tantum loquendi modo utitur. Quare non minus *Zosimus*, quam *Innocentius* Africanorum Judicium suum fecerat, ideoque si ex illis posterioris Edicti verbis inferri potest, *Zosimum* Pelagianos non-

dum

*bis potius ab Imperatore responsum est: cur non in medium prosilitis & hoc publicis potestatibus allegatis, vos esse monstrantes, quorum Christianus Princes appro-*

PAGIUS dum damnasse, quando prius Edictum promulgatum est, idem plane inferri potest de *Innocentio*. Denique nullus sibi facile persuaserit, Carthaginensem Episcopum petiisse ab Imperatore, ut Pelagiani Roma expellerentur, aut decreta fidei in Concilio, cui ipse præfuerat condita, sed a Romano Pontifice nondum confirmata, per totum Orbem publicarentur, ut omnes scilicet fideles ad illorum observationem tenerentur; cum nihil simile unquam antea in Ecclesia accidisset, & hactenus Concilia & Episcopi missent relationes de quæstionibus difficilioribus & ambiguis ad Sedem Romanam, tanquam ad eam in qua residebat Principatus Sedis Apostolicæ, ut supra solide ostendimus; quod eo magis de eo Concilio dicendum, quo eidem ut ait Prosper in Carmine *de Ingratis* cap. 3. ingenium Augustinus erat.

XXXVI. *Opinio Quesnelli Africanos Edictum postulasse existimantis.*

Sed, ut manifestius sit, Quesnelli opinionem nulla probabilitate niti, ea hic verbis ejus proponenda. Is num. XII. ait, dum priores Africanorum literæ a Concilio Africano scriptæ deferrentur ad Zosimum per ejus Subdiaconum *Basilicum*, Episcopos in Concilio congregatos, veritos ne *Zosimus* nimium credulus propensusque in *Cælestium*, sententiam ferret in Ecclesiæ fidei que damnum proditurum, geminam decrevisse legationem, unam ad *Honorium* Aug. per *Vindemialem* Episcopum obeundam; alteram ad *Zosimum* Pontificem a *Marcellino Subdiacono* suscipiendam, ac priorem secretiorem fuisse. Num. XXVIII. addit, Episcopos *Vindemialem Episcopum* ob secretissima & maximi ponderis negotia Ravennam misisse, qui unum solummodo Subdiaconum Romam legarunt ad Zosimum. Tum n. XXX. postquam narravit, responsum *Zosimi* die XXI. Martii datum Carthaginem, ubi jam Patres ad „ Synodum convenerant, pervenisse, magis „ suam sententiam his verbis explicat: Perlectis *Zosimi* literis non magnam ex iis spem „ pro fidei causa conceperunt Africani. Totæ „ quippe fere erant in commendanda & inculcanda Apostolicæ Sedis auctoritate, indicabantque ejus judicium, qualecumque tandem „ esset futurum, sine ullius contradictione recipiendum esse. Tum de credulitate nimia „ accusationem frigide repellit: & tantum abest, ut de ingenti illa instructionum, gestorumque receptione cum nonnulla gaudii significatione scriberet: e contra cum tædio „ perlectum ab eo Epistolæ volumen testantur rescripti ipsius verba. Demum etsi omnia in eodem statu remansisse scribat, nullam tamen de damnando intra breve tempus *Cælestio* spem iniicit, sed potius in longum adhuc protrahendam causam esse satis clare indicat, dum adhuc diuturnam tractationem magnamque deliberationem necessariam „ dicit. Quare Africani intempestivam hanc „ cunctationem tergiversationi simillimam ægre ferentes, utpote fidei pacique Ecclesiæ „ pernoxiam, securique facti de Imperatoris „ animo, qui rescita indictæ Synodi die „ emittendam a se eodem tempore constitutionem spoponderat, canones illos novem „ jam in superiori Synodo conditos, in Plenaria quam tunc habebant, de novo statuerunt, publicarunt, ac omnium subscriptione roboratos pro perenni sanctione ac „ immobili fidei de Gratia Christi regula habendos definierunt; non omittentes, ut par „ est credere, idem quod in priori Concilio „ constituere: *In Pelagium scilicet atque Cælestium per venerabilem Episcopum Innocentium „ de beatissimi Apostoli Petri Sede prolatam manere sententiam*. Ita Quesnellus.

Verum res non eo, quo ipse narrat modo, se habuit; Marcellinus enim ad Zosimum ab Africanis quidem deputatus; sed *Vindemialis* Episcopi legatio mere commentitia, quia non solum ea a nullo Antiquorum memorata, sed ne quidem ab eis leviter tacta. Fundatur Quesnellus in eo quod Augustinus in Epistola ad Valerium Comitem ordine CC. quæ alias præfixa erat lib. 1. de Nuptiis, sub hujus anni finem vel sequentis initio data, scribat; *Cum diu molestе haberem quod aliquoties scripserim & nulla tua Sublimitatis rescripta meruerim, repente Epistolas tres tua benignitatis accepi, Unam non ad me solum datam per Coepiscopum meum Vindemialem, & non longe post per Compresbyterum Firmum, duas*, &c. *Audivimus, quanta tibi cura sit, ne quis insidietur membris Christi coopertus velamine nominis Christi, sive in veteribus ejus, sive in recentioribus inimicis; quanquam sis eorumdem inimicorum providus saluti, infestus errori. Hæc atque hujusmodi, ut dixi, & ab aliis solemus audire; sed nunc ea per supradictum fratrem plura & testatoria cognovimus*. Quibus ex verbis Vir eruditissimus colligi putat, Vindemialem a Coepiscopis suis Africanis delegatum pro fidei & hæreticorum causa, & hæc verba, *unam non ad me solum datam* designare rescriptum fuisse ad Episcopos, a quibus literas prius Valerius acceperat per Vindemialem, quem Ravennam misissent, idque propter negotia fidei, & illum se infestum errori ostendisse pro sua apud *Honorium* gratia edictum eliciendo, quo Pelagiani Urbe pellerentur, & denique hæc esse *Testatoria*, quæ tunc cognovit de Valerio Augustinus. Sed mera hæc divinatio, quam referre refutare est; cum *Valerius* vir summæ auctoritatis propter varia negotia ad plures simul Episcopos scribere potuerit, sicut *Vindemialis* propter negotia nobis ignota in comitatum venire. Valde quidem verosimile *Valerium* Edictum adversus Pelagianos ab Imperatore obtinuisse, sed rogatum a Zosimo non vero ab Episcopis Africanis. Male etiam Quesnellus ad illud Edictum refert hæc verba Augustini lib. 1. de Nuptiis & Concupiscentia, cap. 2. exponentis, qua potissimum de causa ad eum scribere voluisset: *Altera*, inquit Augustinus, *causa est, quia prophanis illis novitatibus quibus hic disputando restitimus, tu potestate curando & instando efficaciter restitisti*; Neque enim Augustinus insinuat, ut eum interpretatur Quesnellus, *Valerium* potestate curasse & instantia sua impetrasse, ut Edictum illud ab Honorio prodiret; etenim vehementer conqueritur Julianus apud Augustinum lib. 1. cap. 10. Operis imperfecti, & verba Augustini superius descripta ita insectatur, falsa veris miscens, veraque etiam falsis retegens: *Laudat etiam* (nempe Augustinus) *potentem hominem, quod nostris petitionibus, qui nihil aliud quam dari tanto negotio judices vociferabamur, ut ea quæ subreptionibus acta constabat, emendarentur potius, quam punirentur examine, mole suæ dignitatis obstiterit, nec disceptationi tempus, aut locum permiserit impetrare. Quod utrum ille* (nempe Valerius) *ad quem scribitur* (ab Augustino) *tam ne-*

XXXVII. *Legatio Africano. rum ad Honorium mere commentitia.*



*probavit fidem?* Hæc ipse insultans, cavillare conatus ipsum rescriptum, sed & exprobrans Catholicis quod ab Imperatore auxilium petiissent. Hunc vero ita petu-

PAGIUS *quiter fecerit, quam testatur ipse laudatio* (præcedentibus verbis Augustini contenta) *ipse viderit*.

XXXVIII. *Ex ex Augustino perperam deducta.*

Ubi Julianus ad verba laudata ex lib. 1. de Nuptiis & Concupisc. manifeste respicit, ut etiam fatetur. Quesnellus, qui ideo inde intelligere poterat Pelagianos, postquam damnati fuere, adiisse Imperatorem, ab eoque postulasse judices Ecclesiasticos, qui eorum causam ad examen revocarent, quod se per dolum & fraudem damnatos fuisse asserrent. Sed *Valerius* Comes, cujus magna erat in aula auctoritas, eorum conatus irritos reddidit, obstititque, ne tempus aut locus examinandæ rursus eorum causæ ab Imperatore assignarentur. Quare quemadmodum Juliani, ita & Augustini verba Edictum non spectant. Immo Synodi generalis convocationem fieri petiere Pelagiani, ut iterum audirentur, sicut Augustinus in fine lib. 2. ad Bonifacium post biennium elucubratum in literas misit: *verum istorum superbia, quæ tantum se extollit adversus Deum, ut non in illo velit, sed potius in libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis & Occidentis Synodus congregetur. Orbem quippe Catholicum, quoniam Domino eis resistente pervertere nequeunt, saltem commovere conantur*, &c. Quare profectio Vindemialis Episcopi ad comitatum, Valerii Comitis literæ ad Augustinum & ad alios Episcopos Africanos, illiusque apud Imperatorem adversus Pelagianos patrocinium mox explicatum nihil prorsus commune habent cum Honorii Imp. Edicto die XXX. Aprilis hujus anni emisso.

XXXIX. *Episcopi Africani nunquam veriti sunt ne Zosimus aliquid fidei contrarium decerneret.*

Secundo incredibile est Episcopos Africanos in Concilio congregatos veritos fuisse, ne Zosimus sententiam ferret in Ecclesiæ fideique damnum proditurum, ut loquitur Quesnellus, aut ut habet num. XXIII. grave periculum fuisse, *ne si a Zosimo judicium sententia Innocentii Africanorumque contrarium, prodiret, ut jam proditurum credebatur, inde pernicioſum inter utramque Ecclesiam schisma oriretur*. Nam licet fatendum sit literas Zosimi Africanis Episcopis scriptas potuisse habere aliquid lenitatis quæ *Cælestio* non denegabatur, illumque Africanos Episcopos, in quibus sanctissimi doctissimique totius Orbis Præsules eminebant, uti Aurelius, Augustinus, Alypius Evodius, Possidius, aliique durioribus verbis insimulasse, inconsiderati Zeli, curiositatis intemperantis violatorum Canonum, credulitatis erga accusatores indignos, præcipitis judicii, & læsæ charitatis. Et denique quod duobus sanctis Galliarum Episcopis *Pelagii* accusatoribus *Heroti & Lazaro*, forte persecutionem pro justitia passis, certe per vim Sedes suas relinquere coactis, atrociora crimina iracundioribus verbis intulerit: Illum tamen ansam aliquam præbuisse existimandi se aliquid veræ fidei contrarium decreturum, non video quomodo affirmari possit. Paulinus enim, qui anno superiori libellum suum contra Cælestium ad Zosimum misit, ait: *Cujus* (nempe Innocentii) *sententiam secuta beatitudo tua, Cælestio cum a Sede Apostolica audiretur, inter cætera præcepit his verbis: (damnas ergo illa omnia, quæ in libello Paulini continentur, hoc est de quæstionibus? Et in alio loco cognovisti quales literas dederit Sedes Apostolica ad Fratres & Coepiscopos Africana Provincia? Et adjectum. Damnas illa omnia, quæ damnavimus, & tenes quæ tenemus? & iterum: Illa omnia damnas quæ jactata sunt de nomine tuo? Et iterum: Vel ea quæ in libello suo exposuit Paulinus? Et cum me, diceret, posse ex his, quæ illi objecta sunt, hæreticum approbari; Sancto repletus Spiritu Apostolica auctoritate respuisti insanientis & calumnianti verba, hujusmodi preferendo sententiam quæ ipse Catholicus approbaret, illum si sanari vellet, curares*, &c. *Ego tamen Deo & Christo Domino gratias ago, quod Ecclesia sua causam ita agi voluit, ut Sedes Apostolica, a qua oportuit ore duorum Pontificum hæresim condemnari ea damnanda præcepit, quæ a me Cælestio fuerant objecta*. Quam ob rem cum jam anno superiori *Zosimus* dogmata Cælestii tanquam hæretica damnarit, currenti Patres Africani vereri non poterant, ne Decretum aliquod in præjudicium fidei proferret; nec ad malum illud vitandum legationem aliquam ad Imperatorem Ravennam mittere.

XL. *Cur Cælestii judicio moram Zosimus attulerit.*

Porro Africani Concilii Patres Zosimi cunctationem in siniſtram partem interpretatos non esse, nec eam tergiversationi simillimam existimasse testatur Augustinus; qui illius Concilii ingenium fuit. Is enim lib. 2. de Pecc. Orig. cap. 6. ejus cunctationis nobis causam aperit: *Sed multum misericors memorata Sedis Antistes* (scilicet Zosimus,) *ubi eum* (Cælestium *vidit ferri tanta præsumptione præcipitem, tanquam furentem, donec si posset fieri, resipisceret, maluit eum sensim suis interrogationibus & illius responsionibus colligare, quam districta feriendo sententia, in illud abruptum, quo jam propendere videbatur, impellere. Ideo autem non dixi, aperte ecciderat, sed propendere videbatur; quia superius in eodem libello suo de hujusmodi quæstionibus locuturus ante prædixerat*: Si forte ut hominibus quispiam ignorantiæ error obrepsit, vestra sententia corrigatur. *Hanc ejus prælocutionem venerabilis Papa Zosimus tenens, egit cum homine, quem falsa doctrina ventus inflaverat, ut ea quæ illi a Diacono Paulino fuerant objecta, damnaret, atque ut Sedis Apostolicæ litteris, quæ a sanctæ memoriæ suo prædecessore manaverant, præberet assensum. At ille noluit quidem Diaconi objecta damnare: Sed beati Papæ Innocentii literis non est ausus obsistere; imo* se omnia quæ Sedes illa damnaret, damnaturum esse promisit: *atque ita volut phreneticus, ut requiesceret, tanquam leniter fotus, a vinculis tamen excommunicationis nondum est creditus esse solvendus. Sed interposito duorum mensium tempore, donec rescriberetur ex Africa, resipiscendi ei locus sub quadam medicinalis sententiæ lenitate concessus est, quoniam revera, si deposita pervicacia vanitate, quod promiserat vellet attendere, & eisdem literas, quibus se consensurum esse responderat, diligenter legeret, sanaretur. Sed postea quam ex Africano Episcoporum Concilio rescripta directa sunt, quid fuerit consecutum, ut justissime in eum sententia proferretur, cuncta legite, quia cuncta transmisimus*.

XLI. *Zosimus tempore inter Concilium Africanum & Plenarium interfecto Cælestium damnavit.*

Ecce hujus procrastinationis causam, tempusque quo in Cælestium sententia a Zosimo lata, illud nempe quod inter Concilium Africanum & Concilium Plenarium interfluxit; quod Augustinus non tantum loco citato; sed & rursus cap. 21. inculcat: *Visus est tamen ad tempus aliquid dicere* (scilicet Cælestius) *quod fidei Catholicæ conveniret: sed illam sedem usque in finem fallere non prævaluit. Post rescripta quippe Africani Concilii, in quam Provinciam quidem do-*

tulanter agentem S. Augustinus adversariis scriptis egregie confutavit. Memi-

nit ejusdem quoque Honorii Imperatoris edicti Possidius (a), editumque ab eo af-

(a) *Possid. in Vit. S. Aug. c.18.*

PAGIUS

*doctrinæ illæ pestiferæ serpendo pervenerat, sed eam non tam late occupaverat, alteque pervaserat, alia quoque ipsius in Urbe Roma, ubi diutissime vixerat, atque in his fuerat prius sermonibus contentionibusque versatus, cura fidelium fratrum prolata patuerunt, quæ literis suis, quas conscripsit per Orbem Catholicum perferendas, Papa Zosimus execranda, sicut legere potestis, attexuit.* His adde locum Augustini in Epistola ad Valentinum, aliumque Prosperi in Chronico, quæ num. VII. & seq. in medium attulimus. Profecto nihil in tota Historia Pelagiana certius videtur, quam *Zosimum* tempore inter utrumque Concilium Carthaginense interjecto, *Cælestium* damnasse, & statim rescriptum ad universos Orbis Episcopos inscriptum emisisse, ideoque ante diem XXX. mensis Aprilis, quo *Honorius* Imperator Edictum suum adversus Pelagianos dedit, in quo & diserte testatur, eosdem jam hæreticos fuisse declaratos.

XLII. *Præcipuum opinionis Quesnelli fundamentum.*

Quesnellus tamen num. XXV. Augustinum suæ sententiæ manifeste suffragari contendit, „ aitque: S. Augustinus lib. 2. ad Bonifacium „ cap. 3. refert, Pelagianos de Clericis Romanis „ conquestos esse, *scribentes; eos Jussionis terrore perculsos non erubuisse prævaricationis crimen admittere, ut contra priorem sententiam suam, qua gestis Catholico dogmati affuerant, postea pronunciarent, malam hominum esse, naturam.* Quin Clericorum Romanorum nomine *Zosimum* ipsum cum suis comprehensum velit, dubitare non sinunt alia Augustini loca, quæ Zosimum ipsum prævaricationis accusatum a Juliano fuisse testantur: *& tamen*, inquit lib. 1. contra Julian. cap. 4. *Innocentii successorem crimine prævaricationis accusas quia doctrinæ Apostolicæ & sui successoris sententiæ noluit refragari.* Idem lib. 6. cap. 12. Confert igitur *Julianus* priorem Zosimi conventum cum posteriori; contenditque Pontificem, Clericosque Romanos priori sententia Catholico dogmati affuisse; quia videlicet ea pene absolutus absceserat Cælestius, ut ex Zosimi literis liquet, Cælestiique ac Pelagii Professio fidei, ut Catholico dogmati consentiens, approbata fuerat; postea vero posteriore sententia, cum videlicet technis hæretici detectis Catholicam de peccato originali doctrinam sanxerunt, eos pronunciasse malam hominum esse naturam. Decretum igitur Zosimi notatum hic habemus. At istud Pelagiani criminantur conditum a Romanis „ jussionis terrore perculsis, & ita in prævaricationis crimen prolabentibus. Quid porro „ *Jussionis* nomine intelligit hæreticus, nisi Imperatorium Edictum; quod proinde ex hoc „ loco probatur ante Zosimi constitutionem „ fuisse prolatum? Ad istam de *jussionis terrore* „ objectionem nihil Augustinus reponit: quippe „ qui noverat, & postulatum a se fuisque Africanis Honorii Edictum, & istud ab Imperatore prolatum, antequam Zosimi sententia „ prodiisset. Ita Vir eruditissimus.

XLIII. *Refellitur.*

At Julianum *Clericorum Romanorum* nomine Zosimum comprehendere, hoc est, quod plane nego. Similis calumniæ in hunc Pontificem structæ refutatio, & copia rerum ac flumen verborum quibus Augustinus adversarium obruit Quesnellum fefellere. Priusquam enim Augustinus Clericos Romanos prævaricationis crimine purget, ait: *Imo vero Pelagiani spe falsa putave-*

*rant, novum & execrabile dogma Pelagianum vel Cælestianum persuaderi quorundam Romanorum Catholicis mentibus posse, quando illa ingenia .... aliquanto lenius, quam severior postulabat Ecclesia disciplina, tractata sunt.* Tum eam agendi rationem a Zosimo adhibitam, laudabilem fuisse ostendit, ideoque hunc prævaricatione immerito accusatum; cum postquam Cælestius se se subtraxit examini, sententiam in eum ferre non distulerit. Quibus probatis ad recitatam a Quesnello Juliani objectionem adversus Clericos Romanos his verbis tandem respondet: *Sed si, quod absit, ita tunc fuisset, de Cælestio vel Pelagio in Romana Ecclesia judicatum, ut illa eorum dogmata, quæ in ipsis & cum ipsis Papa Innocentius damnaverat, approbanda & tenenda pronunciarentur, ex hoc esset potius prævaricationis nota Romanis Clericis inurenda. Nunc vero cum primitus beatissimi Papæ Innocentii litera Episcoporum literis respondentis Afrorum pariter hunc errorem, quem conantur isti persuadere, damnaverint: successor quoque ejus sanctus Papa Zosimus hoc tenendum esse, quod isti de parvulis sentiunt, numquam dixerit, numquam scripserit, &c. Profecto quidquid interea lenius actum est cum Cælestio, servata duntaxat antiquissimæ & robustissimæ fidei firmitate, correctionis fuit clementissima suasio, non approbatio exitiosissimæ prævitatis.* Tum cap. 4. subdit Augustinus: *Quomodo igitur ab istis fidei desertoribus & oppugnatoribus gratiæ Romani Clerici prævaricationis arguuntur sub Episcopo Zosimo, quasi aliud senserint in damnatione posteriore Cælestii & Pelagii, quam quod sub Innocentio in priore senserunt;* Post quæ verba frustra Augustinus probasset, *jussionis terrore* Clericos Romanos prævaricatos non esse; cum qui factum plane negat, causam etiam ejus inficietur; eamque ob rationem, si *Julianus* Clericorum Romanorum nomine *Zosimum* comprehendisset, opus non fuisset, ut Augustinus ostenderet, eum *jussionis terrore* prævaricatum non esse; cum eum nullo modo hujus criminis reum esse validis rationibus antea demonstrasset. Cum itaque Quesnellus putaret, *Augustinum* solvere objectionem Juliani verbis eam proxime sequentibus, quibus *Zosimum* prævaricationis crimine immunem esse demonstrat, inde perperam deduxit, *Julianum* Clericorum Romanorum nomine *Zosimum* comprehendere, cum tamen *Augustinus* prius Zosimum, quam Clericos Romanos prævaricatum non fuisse probet, quia inde necessario consequens erat, illos in eo crimine non fuisse; cum se se non aliter ac ipse gessissent.

XLIV. *Julianus Zosimum prævaricationis accusat, sed nunquam sub Clericorum Romanorum nomine.*

Duo alia Augustini loca, a Quesnello citata ostendunt quidem, *Julianum* prævaricationis *Zosimum* accusasse, sed non quod intendit Quesnellus, illum Clericorum Romanorum nomine *Zosimum* etiam designare; cum in neutro loco Clericorum Romanorum mentio sit, ut legenti patet. Verba prioris recitat Baronius num. XXV. a quibus dissimilia non sunt verba posterioris, *Quale est autem quod beatæ memoriæ Zosimum Apostolicæ Sedis Episcopum ut in tua pravitate persistas, prævaricationis accusas? Qui non recessit a suo prædecessore Innocentio, quem tu nominare timuisti*, &c. apud Baronium legenda. Potuit itaque *Julianus* Clericos Romanos calumniari, quod *jussionis* a Zosimo petitæ terrore in posteriori Cælestii judicio aliter se gessissent ac



affirmat, postquam ab Apostolica sede cognovit Pelagium, atque Cælestium esse *Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS

ac in priori sub Zosimo, sed ob eamdem causam *Zosimum* prævaricationis accusare non potuit, sicuti nec revera accusavit; quia notum omnibus erat, *Zosimum* jussionem illam ab Imperatore postulasse. Quare ex citatis Juliani verbis inferre quidem licet, *jussionem* ab Imperatore ante Cælestii damnationem petitam fuisse, sed eam petitionem ab Episcopis Africanis factam, sine fundamento & contra Ecclesiæ usum asseritur.

XLV. *Zosimus & Episcopi Afri in damnatione Pelagii concordia conjunctissimi fuere.*

Denique nullus sibi persuaserit, quod tamen scribit Quesnellus, Episcopos Africanos veritos, ne *Zosimus* aliquid in præjudicium fidei & Ecclesiæ statueret, securosque factos de Imperatoris animo, qui rescita indictæ Synodi die emittendam a se eodem tempore constitutionem spopondisset, Canones novem jam in superiori Synodo conditos de novo statuisse, publicasse, ac omnium subscriptione roboratos pro perenni sanctione ac immobili fidei de gratia Christi regula habendos definisse; quia si ita se gessissent, *miserabilem Synodum*, ut Hieronymus Diospolitanam vocat celebrassent, imo & Schismatici fuissent; cum causam fidei jam ad *Zosimum* a se ipsis relatam, & de jure referendam, ejus responso non solum non exspectato, sed contempto temere definiissent. Quæ referre, refellere est: Episcopos enim Africanos in Concilio Plenario cum *Zosimo* conspirasse, concordiaque conjunctissimos fuisse, inter multa alia argumenta demonstrat Epistola gratulatoria ab illis ex eodem Concilio scripta, qua *Zosimo* de Pelagianorum damnatione, ut par erat, gratulati sunt. Hujus Epistolæ, sicuti & Tractoriæ Zosimi, mentio habetur cap. 8. capitulorum, quæ epistolæ Cælestini Papæ ad Episcopos Galliarum, subiici solent.

XLVI. *Episcopi Africani litteras gratulatorias ex Concilio Plenario Zosimo scribunt.*

Cælestinus, cui illa capitula attribuuntur; ait: *Quod omnia studia, & omnia opera, ac merita Sanctorum ad Dei gloriam, laudemque referenda sint, quia nemo alimode ei placeat, nisi ex eo, quod ipse donaverit: in quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zosimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius Orbis „ Episcopos ait:* Nos autem instinctu Dei omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur, „ ad Fratrum & „ Coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus. *Hunc autem sermonem sinceritatis veritatis luce radiantem tanto Afri Episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eumdem virum scriberent:* Illud vero, quod in „ literis, quas in universas Provincias curasti „ esse mittendas, postulasti dicens: Nos tamen instinctu Dei, &c. *Sic accepimus dictum, ut illos, qui contra Dei adjutorium extollant humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis, velut cursum transeuntes, amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod universa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti? Et tamen instinctu Dei factum esse fideliter, sapienterque vidisti, veraciter, fideliterque dixisti.* Ideo „ utique, quia præparatur voluntas a Domino, „ & ut boni aliquid agant, paternis inspiratio„ nibus suorum ipse tangit corda filiorum: „ quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii „ Dei sunt; ut nec nostrum decesse sentiamus „ arbitrium, & in bonis quibusve voluntatis hu„ manæ singulis motibus magis illius valere „ non dubitemus auxilium. Ita Cælestinus.

XLVII.

Quam Epistolam ab Episcopis Africanis in Concilio Plenario congregatis, ubi Tractoriam damnatos; ait enim: *Et hoc tale de illis Ecclesiæ Dei Catholicæ prolatum ju-*

R *di-*

Zosimi recepere scriptam esse oportet, cum *Zosimus* sub hujus anni finem vivere desierit, nec aliud ante mortem ejus in Africa Concilium congregatum fuerit. Quesnellus tamen, ut vim hujus argumenti declinet, supponit cum Garnerio *mense Augusto* habitam fuisse aliam Synodum, in qua lecta fuerit *Zosimi Tractoria*, ideoque & ad Zosimum scriptum, de quibus tamen literis Quesnellus mentionem non facit. Verum eo pacto in eam reprehensionem incurrit, quam Garnerio ipse objicit: quod is nempe male Concilia adversus Pelagianos habita multiplicaverit, & pro duobus ab Augustino Prosperoque memoratis, quinque constituerit, quorum primum anno CCCCXVII. alterum ante Quadragesimam currentis anni, tertium Kalendis Maii, quartum die circiter XVII. Junii, & quintum mense Augusto congregatum fuerit. Nam sicut Quesnellus Garnerium arguit, ut superius vidimus, quod duas Afrorum Epistolas ad Zosimum ex unico Concilio scriptas, duabus Synodis, male attribuerit; pari eademque ratione ipsemet Quesnellus arguendus, quod publicationem Canonum de Gratia & receptionem Tractoriæ Zosimi duobus Conciliis adscripserit; cum ad unum, Plenarium nempe, omnino pertineant, ut ex dictis manifestum est.

*Post Concilium Plenarium nullum aliud in Africa hoc anno coactum.*

Venio tandem ad *Concilium illud Plenarium* Africæ, quod die vigesimo, nono mensis Aprilis jam congregatum fuisse ex eo liquet, quod in tertiis Zosimi ad Africanos literis die XXI. Martii Romæ datis legatur: *Data XII. Kalendas Aprilis, Honorio Aug. XII. Consule. Acceptæ tertio Kalendas Majas*, scilicet Epistola, & Kalendis ipsis Maiis lecti subscriptique sint canones novem de Gratia. Nam licet in Collectione Africana non nisi octo legantur, duo scilicet primi de peccato originali, tres medii de gratiæ adjutorio, & tres ultimi de impeccantia; nonum tamen antiquissima manuscripta habent tertio loco insertum, quo ii condemnantur, qui parvulis hinc sine baptismo migrantibus, medium aliquem felicitatis locum extra Cœlorum regnum, ac demonum contubernium assignarent. Antiquis codicibus suffragatur Photius in Biblioth. Cod. LIII. qui nonum canonem agnoscit, eidemque eamdem sedem attribuit.

XLVIII. *Concilium Plenarium totius Africæ Kalendis Maii habitum.*

Quot Præsules huic Concilio Plenario interfuerint, sciri non potest; cum Prosper in Carmine de Ingratis cap. 3. ubi numerum eorum exprimit numero utatur:

XLIX. *Numerosum fuit.*

*Condita sunt, & scripta manent, quæ de cataractis*
*Æterni fontis fluxere undante meatu;*
*Et ter centenis Procerum sunt edita linguis.*

Ex his porro verbis liquet, aliqua in hoc Concilio decreta edita esse, canones nempe illos de gratia modo memoratos, quos Baronius anno CCCCXVI. num. X. Concilio Milevitano II. perperam adscribit. In codice quidem canonum Ecclesiæ Romanæ cap. 13. Concilium Plenarium his verbis exorditur: *Honorio Aug. duodecies Consule, Kalendis Maii, cum Aurelius Episcopus Carthaginensis in Basilica Fausti cum Donatiano Teleptensi primæ sedis Episcopo provinciæ Byzacenæ, & aliis ducentis tribus Coepiscopis suis, &c. in Concilio consedisset.* Qui Episcoporum numerus legitur etiam in Codice Gandavensi Ecclesiæ Sancti Bavonis. Sed numeri depravati sunt, quemadmodum & apud Photium, cujus locus correctione indiget: *Lectus liber*, inquit, *seu Synodus*

*Judicium etiam piissimus Imperator Honorius audiens ac sequens, suis eos legibus damnatos, inter hæreticos haberi debere, constituit. Unde nonnulli ex eis ad*

PAGIUS

*dus adversus Pelagium & Cælestium Carthagine in summa æde habita, Honorio Felice Occidentis Imperii clavum tenente* (verum in Græco legitur, ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Φαύςȣ, ὀνορίȣ τὸ τῆς ἑσπερίας βασιλείας, idest, *in Magna Ecclesia Fausti, Honorio Occidentis Imperium regente*. Quod etiam habet codex laudatus MS. Gandavensis) *præsedit in ea Aurelius Episcopus & Dotianus* (legendum Donatianus, ut ex dicendis in Concilio Zellensi paulo post patebit) *primæ sedis Byzacenæ provinciæ: quibus affuerunt variis e provinciis Sacerdotio præstantes viri, numero ducenti quatuor & viginti. Damnat hæc Synodus anathemate eos, qui assererent, Adamum mortalem esse conditum, non autem prævaricationis causa, morte mulctatum. Similiter & eos, qui recens natos infantes baptismo minime indigere dicerent, quod illos peccato originis ex Adamo non putarent obnoxios. Eos quoque qui affirmarent, medio quodam loco paradisum inter & inferos non baptizatos infantes beate vivere. Sex item alia his affinia capita, quæ a Pelagianistis & Cælestianis traduntur, anathemate Patres jugulant*. Numerum illum CCXXIV. depravatum esse inde suspicor, quod in laudato Codice Gandavensi dicatur, etiam Concilium *Carthagine in Basilica Fausti* habitum fuisse, & tamen cum Aurelio & Donatiano alios ducentos tres Episcopos consedisse. Conveniunt tamen omnia exemplaria in eo, quod canones de Gratia cum Kalendis Maiis illigent.

L. *In eo conditi Canones IX & Tractoria Zosimi recepta.*

Res ita se habuisse videtur. Postquam *Zosimus* die XXI. Martii tertiam suam ad Africanos Episcopos Epistolam dedit, statim causæ Cælestii dirimendæ sedulo incubuit, quod videret Africanos judicii dilationem graviter ferre. Cumque is examini se se subtraxisset, eum ac totum dogma Pelagianum damnavit, eaque de re vel Africanos privatis literis nulla interposita mora monuit, vel ad eosdem Tractoriam suam postea per totum Orbem publicandam transmisit, dum interim Imperiali Edicto, quod *Honorius* Imp. dare promiserat, & postea is die ultima Aprilis subscripsit, *Pelagium* ac *Cælestium* Romano imperio pellendos curaret. Africani Episcopi hac de re moniti Synodum convocarunt, & quidem antequam accepissent literas die XXI. Martii a Zosimo datas; cum eis die tantum XXIX. mensis Aprilis redditæ fuerint. Non multo post lecta in Plenario Concilio Epistola *Zosimi* ad omnes Orbis Episcopos, novem illos Canones condiderunt ac publicarunt, literisque ad Zosimum datis gratias ei egere, ut non tantum legitur in Capitulis Cælestino attributis, sed etiam totidem verbis apud Prosperum libro contra Collatorem cap. 5. Supersunt Tractoriæ Zosimi quædam fragmenta, quæ prolixissima esse debuit; cum Marius in Commonitorio asserat, Cælestium *a beata memoria prædicto Zosimo Episcopo scriptis amplissimis vel longissimis* perdamnatum fuisse, *in quibus & ipsa capitula, de quibus accusatus fuerat, continentur, & omnis causa tam de Cælestio suprascripto, quam de Pelagio magistro ejus praviore videtur esse narrata; quorum scriptorum & nos hic habemus exemplaria*.

LI. *Aurelius Zosimi Tractoriam per totam Africam publicari curat.*

Tractoriam illam post Concilium Africanum, & ante Plenarium totius Africæ Concilium, datam fuisse, supra ex Augustino & Prospero demonstravimus, ad quod tamen Quesnellus animum non advertit; inde enim necessario sequitur, eam ante Honorii Imp. Edictum emissam fuisse. Pelagianos vero in Plenario totius Africæ Concilio, in quo Tractoria publicata, damnatos docet Aurelius Carthaginensis Episcopus in Epistola ad omnes Episcopos per Byzacenam & Arzugitanam Provincias constitutos, data *Kal. Augusti Carthagine Monaxio & Plinta Coss.* anno sc. CCCCXIX. quo *Aurelius* postquam secundam Honorii constitutionem accepit, exegit ab omnibus Episcopis, ut damnationi Pelagianorum subscriberent; ait enim: *Super Cælestii, & Pelagii damnatione, eorumque dogmatis participem se sancta dilectio vestra in Plenario Concilio fuisse commemini*. Et infra: *Quemadmodum subscribere unus quisque vestrum debeat, dilectio vestra cognoscet, sive quorum Synodalibus gestis subscriptio jam tenetur, sive qui non potuistis eidem Plenario totius Africæ interesse Concilio*. In eo itaque Plenario totius Africæ Concilio, non vero in aliquo alio Carthagine ab Aurelio ex tota diœcesi Africæ mense Augusto congregato, ut comminiscitur Garnerius in Dissert. II. de Synodis in causa Pelagianorum habitis, quem hac in re secutus est Quesnellus, Epistola Zosimi ad omnes Orbis Episcopos, lecta subscriptaque.

LII. *Canones de Gratia dici possunt editi a Concilio Africano, Plenario & a Zosimo, sed diversimode.*

Quoad controversiam, quæ inter viros Eruditos versatur, an Canones illi *de gratia* conditi fuerint in Concilio Africano vel in Plenario *totius Africæ*, aut in hoc ultimo tantum promulgati, facile solvitur ex iis, quæ supra diximus de relationibus Synodorum ad Romanum Pontificem in rebus fidei, dubiis, aut difficilioribus. Cum enim Patres Concilii Africani Synodicam suam ad Zosimum dedere, certum est eos in eam inseruisse constitutiones, ac decreta Scripturarum, Sanctorumque Patrum testimoniis probata, quibus hæresim Pelagianam plane jugulatum iri arbitrabantur, & *Zosimum* cum Concilio Urbico iis examinatis & sedulo discussis eorum pronunciationem, quam justam invenit, sedis Apostolicæ auctoritate firmasse, ut loquar cum Innocentio in rescripto ad Concilium Carthaginense anno CCCCXVI. indictum. Quare canones isti dici possunt conditi, & a Concilio Africano, & a Zosimo Papa, & a Concilio Plenario totius Africæ; a Concilio quidem Africano in cujus relatione continebantur; a Pontifice Romano qui eisdem Apostolicæ sedis adhibuit auctoritatem, ut verbis utar Patrum Concilii Milevitani II. & a Concilio Plenario totius Africæ; cum Zosimus in sua Tractoria dicat, *se ad Fratrum & Coepiscoporum* suorum *conscientiam universa* retulisse, ut supra videre est, & Augustinus qui eidem Concilio interfuit, in Epistola CCXV. alias XLVII. ad Valentinum scribat, sese ad eum misisse, *quod posteriori Concilio Plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constituimus*, quia scilicet paucis verbis canones illi concepti sunt. Inde Augustinus aliique hæresim Pelagianam, modo a Zosimo, modo a Conciliis Africanis damnatam fuisse scribunt, contigitque in hoc Concilio quod in OEcumenico Chalcedonensi adversus Eutychen habito, ubi Sancti Leonis Papæ & universorum Episcoporum eidem Concilio præsentium unanimi consensu hæresis Eutychiana proscripta: *Unde & nos*, inquiunt Patres Chalcedonenses in sua ad Sanctum Leonem, qui Concilio non interfuerat, Synodica, *quippe, ut inchoatore bonorum te ad utilitatem utentes, Ecclesiæ filiis hæreditatem sortemque veritatis ostendimus, non singulatim faciente in occulto uno-*

*quo-*



*ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium, unde resilierant, redierunt, & adhuc alii redeunt, innotescente & prævalescente adversus illum detestabilem errorem rectæ fidei veritate*. Hæc Possidius, qui egregiam adversus eosdem a S. Augustino navatam operam commendat.

XXIV. Cæterum post damnatos Romæ a Zosimo Pelagium atque Cælestium, & post promulgatam in eosdem Honorii sanctionem, Concilium Carthaginense sequenti die errores Pelagii condemnasse, inde patens deducitur argumentum: quod cum testificatione Possidii certum sit, Honorii legem adversus eos latam fuisse postquam iidem Romæ damnati essent: constetque ipsum edictum Honorii datum (ut vidimus) hoc anno sub dictis Consulibus pridie Kal. Majas; ipsa autem editio canonum facta legatur Kalend. Maiis, sub qua etiam die repetiti ibi habentur canones Concilii Milevitani adversus Pe-

*Romæ primum, inde Carthagine damnati Pelagius & Cælestius.*



la-

PAGIUS

*quoque doctrina, sed uno spiritu, una conspiratione atque concordia confessionem fidei declarantes*, quam scilicet Leo inseruerat in suam ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum Epistolam. Denique *Zosimum* canones illos iisdem quibus constant verbis, conceptos ad Synodum Plenariam non misisse, sed formulam eorum dispositioni reliquisse, tam ipse Zosimus laudatis ejus Tractoriæ verbis, quam Patres Plenarii Concilii insinuant; cum hi in sua ad eum Epistola gratulatoria dicant: *Universa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti*.

LIII. *Concilium Plenarium bimestre saltem fluxit.*

Concilium Plenarium ad mensem circiter Julium continuatum fuisse, sequentes conjecturæ ostendunt. In ultimo decreto, quod in Concilio vulgo Africano dicto legitur, canone XCIV. qui est Canon CXXVII. in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ: *Item placuit, ne diutius universi Episcopi, qui ad Concilium congregati sunt, tenerentur, ab universo Concilio judices ternos de singulis Provinciis eligi . . . qui omnes cum Sancto sene Aurelio universa cognoscant*. Secundo, Augustinus in Epistola CXCIII. ad Mercatorem, hoc anno data, num. I. ait, se Carthagine ejus literas accepisse, additque: *at autem a Carthagine non rescriberem, non occasio fuit perlatorum, sed alia magis urgentia, donec inde proficisceremur, nos occupatissimos, & intentissimos continebant. Cum vero inde digressi sumus, perreximus usque ad Mauritaniam Cæsariensem, quo nos Ecclesiastica necessitas traxit*. Tertio, in causa *Apiarii* Presbyteri, qui ad Zosimum Papam appellarat, ut anno sequenti dicemus non parvum tempus consumptum. Zosimus enim *Faustinum* & duos alios Legatos in Africam misit, & episcopi Africæ ad eumdem Pontificem rescripsere, ut ipsimet produnt in literis ad Bonifacium ejus successorem anno sequenti datis. Unde non desunt, qui existiment, hoc anno jam aliqua tractata fuisse spectantia ad Synodum Carthaginensem anno sequenti celebratam, quod Aurelius Episcopus Carthaginensis capitulo I. dicat: *Post diem præstitutam Concilii, ut recordamini, Fratres charissimi, multa flagitata sunt per expectantes fratres nostros, qui nunc ad præsentem Synodum legati advenerunt, quæ gestis necesse est consocientur . . . Superest, ut jam exemplaria Nicæni Concilii, quæ nunc habemus, & a Patribus constituta sunt . . . in medium proferantur*. Verbum autem, *superest*, non solet alicujus Concilii initio usurpari. Præterea Faustinus capit. 2. ait aliqua sibi esse injuncta a Sede Apostolica, additque, *cum vestra Beatitudine tractanda, sicut & gestis superioribus meminimus*. Tum: *De his ergo primitus, si placet Beatitudini vestræ tractemus; & postea cætera, quæ acta, vel inchoata sunt, inserta firmabuntur*: &c. *licet & capitula actionum jam inserta sint gestis*, quæ omnia in Concilio sexto vulgo appellato, prolata sunt, ideoque jam inchoata fuerant, quæ in eo Concilio tractanda erant.

LIV. *Ex duratione Concilii Plenarii varia dubia soluta.*

Denique Augustinus in Epist. CXC. alias CLVII. ad Optatum scribit, se apud Cæsaream ejus literas accepisse, *quo nos* inquit, *injuncta nobis a venerabili Papa Zosimo Apostolicæ Sedis Episcopo Ecclesiastica necessitas traxerat*. Dein num. 22. Optato significat, Pelagium & Cælestium damnatos fuisse *Conciliorum Episcopalium vigilantia, de quibus exempla recentium literarum, sive quæ specialiter ad Afros, sive quæ universaliter ad omnes Episcopos de memorata Sede manarunt, ne forte ad vestram Sanctitatem nondum pervenerint, vobis curavimus mitti ab eis fratribus, quibus & has literas, ut tuæ venerationi dirigerent, dedimus*. Quare cum Augustinus in Mauritania Cæsariensi die XX. Septembris collationem cum Emerito Donatistarum Episcopo habuerit, ut infra videbimus, sequitur primo, Concilium Plenarium totius Africæ durasse usque ad primum circiter diem mensis Julii; alioquin *Augustinus* non mitteret Tractoriam Zosimi ad Optatum circa diem XX. Septemb. quia camdem jam aliunde accepisset *Optatus*; cum verosimile non sit, eam statim ad universos Africæ Episcopos missam non esse. Sequitur secundo, eam ad Optatum Epistolam Augustinum peractis omnibus negotiis propter quæ Cæsaream venerat, & habita collatione cum præfato *Emerito* scripsisse: hoc enim clare indicant Augustini verba hæc, *quo nos Ecclesiastica necessitas traxerat*.

LV. *Augustinus scribit lib. de gratia & de peccato originali.*

Sequitur tertio Augustinum libros de *Gratia Christi & de Peccato Originali*. Carthagine compositos, ut ipsemet eorum initio insinuat, mense circiter Julio, & antequam Cæsaream proficisceretur, exarasse; cum Cæsarea non Carthaginem, sed Hipponem sese contulerit, ut ex ejus Epistolis hoc anno datis liquet. His libris occasionem dedit colloquium *Piniani, Albinæ*, & *Melaniæ* cum *Pelagio*, a quo dum adhuc in Palæstina essent, summe contenderant, ut errores, quorum insimulabatur, scripto damnaret. Qua de re cum ad Augustinum adhuc Carthagine positum scripsissent, is statim duos illos libros procudit, eisque nuncupavit, ut videre est apud Baronium num. XXIX. Quare jure merito Augustinus ad Mercatorem scripsit, se Carthagine occupatissimum fuisse. Sequitur denique, deceptos esse Viros Eruditos, qui ex laudatis Augustini verbis ad *Optatum* deduxere, Tractoriam *Zosimi*, non in Concilio *Kalendis Maii* habito, sed in aliquo posteriori promulgatam fuisse, quod tam sero eam ad Optatum *Augustinus* non transmisisset. Ex duratione enim Concilii Plenarii totius Africæ argumentum illud evertitur, & illa Synodus, cujus nullus Antiquorum meminit, fictitia esse demonstratur.

A num.

lagianam hæreſim conſtituti: plane liquet dicta die in eo Concilio eam hæreſim eſſe damnatam.

XXV. Calumniæ Juliani Pelagiani adverſus Zoſimum Papam.

Cum igitur Pelagius cum ſuis Romæ a Zoſimo Papa damnationis ſententiam accepiſſet, ſparſiſque per Chriſtianum orbem ejuſdem Pontificis adverſus eoſdem ſcriptis litteris, earumdem auctoritate ubique locorum Fideles populi contra Pelagianos anathema inclamarent: qui in errore obſtinatiori animo remanſerunt, odio tabeſcentes, exulcerati invidia, non habentes quid jam detecti facere poſſent, ad calumnias concinnandas ſtylum exacuerunt. Præſtitit id in primis, qui poſt Pelagium atque Cæleſtium ſectæ illius habebatur anteſignanus, Julianus Epiſcopus Capuanus; qui patrocinium hæreſis, & hæreticorum ſuſcipiens, pro ipſis adverſus Orthodoxos quatuor libros edidit, atque duas epiſtolas, quarum alteram Romanam miſit, alteram nomine decem, & octo Epiſcoporum ſcripſit ad Theſſalonicenſem Epiſcopum, meminit horum omnium S. Auguſtinus (*a*). At quid his inter alia? e ſtomaco concoctas odio in Zoſimum Papam, Romanum clerum, atque ipſum S. Auguſtinum calumnias virulentas evomuit: quas omnes ipſe confutat Auguſtinus: nam in primis quod ad Zoſimum ſpectat, hæc ait (*b*): *Quale eſt autem, quod beatæ memoriæ Zoſimum Apoſtolicæ ſedis Epiſcopum (ut in tua pravitate perſiſtas) prævaricationis accuſas? qui non receſſit a ſuo prædeceſſore Innocentio, quem tu nominare timuiſti, ſed maluiſti Zoſimum, quia egit primitus lenius cum Cæleſtio; quoniam ſe in his ſenſibus veſtris, ſi quid diſpliceret, paratum eſſe dixerat corrigi, & Innocentii litteris conſenſurum eſſe promiſerat*: Et alibi (*c*): *Innocentii ſucceſſorem crimine prævaricationis accuſas; quia doctrinæ Apoſtolicæ, & ſui deceſſoris ſententiæ noluit*

(*a*) *Aug. ad Bonif. cont. Pelag. l.1. c.1. & 5.*

(*b*) *Aug. cont. Jul. l.6. c.12.*

(*c*) *Aug. cont. Jul. l.1. c.4.*

PAGIUS LVI. *Julianus Tractoriæ Zoſimi ſubſcribere noluit.*

A num. XXV. ad XXVIII. Zoſimum Tractoria ſua in Pelagianos, ab univerſis Epiſcopis petiiſſe, non ſolum ut hæreſim reiicerent; ſed etiam ut ipſimet profcriptionem ejus ſubſcriptionibus ſuis roborarent, manifeſte docet Mercator in Commonitorio Subnotationum cap. 3. in quo ait: *Quæ omnia ſuprafcripta capitula continet illa beatæ memoriæ Epiſcopi Zoſimi Epiſtola, quæ Tractoria dicitur, qua Cæleſtius Pelagiuſque damnati ſunt; quæ & Conſtantinopolim, & per totum Orbem miſſa ſubſcriptionibus Sanctorum Patrum eſt roborata: cui Julianus, & reliqui complices ſubſcribere detrectantes, conſentaneoſque ſe nolentes iiſdem Patribus facere, non ſolum Imperialibus legibus, ſed & Sacerdotalibus ſtatutis depoſiti, atque exauctorati, & omni Italia detorbati ſunt: ex quibus plurimi reſipientes, & a prædicto errore correcti regreſſi ſunt ſupplices ad ſedem Apoſtolicam, & ſuſcepti ſuas Eccleſias receperunt. Prædicti ſane Cæleſtius & Pelagius, non tunc primo a Sanctæ memoriæ Zoſimo videntur eſſe damnati, ſed ab ejus deceſſore Sanctæ recordationis Innocentio, a quo & Julianus fuerat ordinatus* (Epiſcopus nempe Eclanenſis, ut infra videbitur, non Capuanus, ut habet Baronius) *quique poſt illorum damnationem, uſque ad prædicti Innocentii exceſſum e vita, in ejus communione permanens, & perſeverans in ſincera ſententia, & communicans damnatori prædictorum, ipſe quoque ſine dubio Pelagium Cæleſtiumque damnavit, & quid nunc deſiderat, aut de quo queritur, ignoramus.* Ita Mercator qui ſuſpicionem poſſet ingerere in eo quod ait, *Julianum* damnaſſe Pelagium atque Cæleſtium; cum enim Julianus Zoſimum & Clericos Romanos prævaricationis crimine accuſarit, variiſque in locis hanc calumniam repulerit *Auguſtinus*, nunquam vero hoc crimen in illum retorſerit, patet *Julianum* non damnaſſe Pelagium & Cæleſtium; hoc enim Auguſtinum non latuiſſet, qui lib. 6. Operis imperfecti contra Julianum num. XXIV. & ſeqq. omnia, quæ ipſe Auguſtino & Catholicis objicit, in ipſum retorquet, qui ideo idem præſtitiſſet, quando *Zoſimum* & Clericos Romanos prævaricationis crimine purgavit. Videtur itaque Mercator tantum intelligere Julianum hos hæreſiarchas damnaſſe, ex eo præciſe quod eorum damnatori communicarit.

LVII. *Damnatur cum complicibus.*

Juliani complices, qui Tractoriæ Zoſimi ſubſcribere noluere, alii non ſunt quam octodecim Pelagianæ factionis Epiſcopi, qui poſtea literas ad Rufum Epiſcopum Theſſalonicenſem ſcripſere. *Neſterius* ad Cæleſtinum Papam ſcribens in gratiam Pelagianorum, nominat Julianum, Florum, Orontium, & Fabium Epiſcopos, ut infra videbimus. *Julianus* vero duas ad Zoſimum Epiſtolas dedit, ut liquet ex Auguſtino lib.1. Operis imperf. contra Julianum n.XVII. & ſeq. Mercator in Commonitorio Subnotationum cap.9. aliqua fragmenta unius ex illis Epiſtolis refert, in qua Julianus quoſdam ex erroribus in Cæleſtio damnatis ſpecie tenus reprobat, quos aperte poſtea docuiſſe ex iis, quæ Auguſtinus habet, innoteſcit. Mercator antea cap.6. ſcripſerat: *Audi nunc quid olim ipſe pronunciaveris in Epiſtola, quam ad ſedem Apoſtolicam illo tempore auſus es mittere, quando conventus detractaſti, cum univerſa Eccleſia per totum Orbem, Pelagium Cæleſtiumque damnare. Quæ antequam in manus Sanctæ illius Romanæ Eccleſiæ veniret Antiſtitis, te agente a nonnullis a te deceptis, per totam pene Italiam circumlata, & tanquam magnum aliquid multorum auribus inſinuata cognoſcitur. Ibi namque inter cætera*, &c. Ex alia Juliani ad Zoſimum Epiſtola nihil ad nos pervenit. Porro Zoſimum damnaſſe Julianum docet Auguſtinus lib.1. contra Julianum cap.4. ubi Zoſimum Juliani damnatorem appellat. Ad hæc Mercator citatus cap.9. ait: *Quis te in ſuperiore ſententia tua vel ſuſpicari poſſet aliud ſentire, quam illi omnes, qui, ſanctæ memoriæ Papa Zoſimo preſidente, Dei Sacerdotes Pelagium Cæleſtiumque, teque damnarunt, ſuper his omnibus de Adam capitulis?* Qui tamen locus benigne etiam interpretandus: cum ipſemet Mercator tradat, Tractoriam Zoſimi ad eum miſſam, ut ei ſubſcriberet, eumque recuſantem Epiſcopatu dejectum eſſe. Quare Mercator ait, Julianum damnatum fuiſſe cum Pelagio & Cæleſtio, quia cum idem cum ipſis reipſa ſentiret, cum ipſis pariter damnatus eſt.

LVIII.

Zoſimus itaque Tractoriam ſuam ad Aquilejenſem & Mediolanenſem Primates miſit, ut eam ſuis in Diœceſibus publicarent; quemadmodum paulo antea damnatis Romæ ab Anaſtaſio Papa Ori-



*luit refragari. Sed de hoc interim taceo, ne animum tuum, quem ſanare potius cupio, laudibus tui damnatoris exulcerem.* Hæc ipſe: quibus apparet cum Pelagio atque Cæleſtio damnatum quoque fuiſſe a Zoſimo ipſum Julianum Epiſcopum Capuanum. At de ejus calumnia in Zoſimum hactenus.

XXVI.

Quid inſuper idem Julianus cum ſuis in Romanum clerum effutierit, ipſe etiam Sanctus Auguſtinus alibi docet his verbis (*a*): *Quinetiam Romanos clericos arguunt, ſcribentes, eos juſſionis terrore perculſos, non erubuiſſe prævaricationis crimen admittere, ut contra priorem ſententiam ſuam, qua Geſtis Catholico dogmati affuerant, poſtea pronunciarent malam hominum eſſe naturam. Immo vero Pelagiani ſpe falſa putaverant, novum & execrabile dogma Pelagianum, vel Cæleſtianum perſuaderi quorumdam Romanorum Catholicis mentibus poſſe: quando illa ingenia quamvis nefando errore perverſa, non tamen contemptibilia, cum ſtudioſe corrigenda potius, quam facile damnanda viderentur, aliquanto lenius quam ſeverior poſtulabat Eccleſiæ diſciplina, tractata ſunt. Tot enim, & tantis inter Apoſtolicam ſedem & Afros Epiſcopos concurrentibus, & recurrentibus ſcriptis, Eccleſiaſticis etiam Geſtis de hac cauſa apud illam ſedem Cæleſtio præſente, & reſpondente confectis:*

(*a*) *Aug. ad Bonif. cont. epiſt. Pelag. l.1. c.3.*

quæ tandem epiſtola venerandæ memoriæ Papæ Zoſimi, quæ interlocutio reperitur, ubi præceperit credi oportere, ſine ullo vitio peccati originalis hominem naſci? nuſquam prorſus hoc dixit, nuſquam omnino conſcripſit. *Sed cum hoc Cæleſtius in ſuo libello poſuiſſet, inter illa duntaxat: de quibus ſe adhuc dubitare, & inſtrui velle confeſſus eſt; in homine acerrimi ingenii, qui profecto ſi corrigeretur, plurimis profuiſſet, voluntas emendationis, non falſitas dogmatis approbata eſt. Et propterea libellus ejus Catholicus dictus eſt, quia & hoc Catholicæ mentis eſt, ſi qua forte aliter ſapit quam veritas exigit, non ea certiſſime definire, ſed detecta ac demonſtrata reſpuere. Non enim hæreticis, ſed Catholicis Apoſtolus loquebatur, ubi ait* (*b*): *Quotquot ergo perfecti, hoc ſapiamus: & ſi quid aliter ſapitis, id quoque Deus vobis revelabit. Hoc in illo factum eſſe putabatur, quando ſe litteris beatæ memoriæ Papæ Innocentii, quibus de hac re dubitatio tota ſublata eſt, conſentire reſpondit, &c.* Quæ ſuperius dicta ſunt.

(*b*) *Phil. 3.*

XXVII.

Sed quid in Auguſtinum idem ipſe Julianus Pelagianorum advocatus? Audi hæc ipſum Auguſtinum referentem (*c*): *Dicis me quoque ipſum innovaſſe ſenſus meos, & initio converſionis meæ hoc ſenſiſſe, quod tu. Sed fallis, aut falleris, ſive calumniando iis, quæ nunc dico, ſive non*

(*c*) *Aug. cont. Jul. lib.6. c.12.*

PAGIUS *Auguſtino Primati Aquilejenſi libellum fidei ſuæ offert Julianus.*

Origeniſtis, *Chromatius* Aquilejenſis Auguſtini deceſſor, & *Venerius* Mediolanenſis acceptis ab Apoſtolica Sede literis, itidem in ſuis Diœceſibus per ſuffraganeos Epiſcopos Origeniſtas proſcribendos curaverant, teſte Hieronymo in Apolog. 2. contra Rufinum. Hinc *Auguſtinus* Primas Aquilejenſis, ut obſervat Em. Card. Noriſius in Notis ad *Inſcriptiones Epiſtolarum Synodalium XC. & XCII. inter Auguſtinianas*, Apoſtolicæ Sedis contra Pelagianos decretum cum literis ad ſuarum provinciarum Epiſcopos miſit, quorum nonnulli cum Pelagianis erroribus tenerentur, fidei ſuæ libellum ad eum dederunt. Primis tribus partibus fidei Profeſſio non multum a Pelagiana & Cæleſtiana diſcrepans continetur: Fatentur tamen per Adam omnes mori; ſed peccatum Originale, quod ipſi naturale vocant, plane reiiciunt. *Pelagium* quoque ac *Cæleſtium* abunde fidem ſuam, rejectis qui ſibi falſo imponebantur erroribus, probaſſe exiſtimant. In extremis partibus, ubi rationem reddunt, cur hæreſiarchas illos damnare nolunt, quod videlicet auditi illi non fuiſſent, hanc in rem iiſdem locis, quibus ante *Zoſimus* in Africanos, abuntur, tanquam hoc pacto mutatam ei ſententiam exprobrantes. Dicunt ſe, tametſi & muneris ſui & Chriſtianæ charitatis ſit, quos reos eſſe non viderent, hos tueri velle, tamen medios, ſicuti promiſerant, manere, ut eoſdem neque inauditos damnent, neque abſentes defendant. Primatem ſuum, ſi quidpiam in his, quæ de doctrina ſua & fide ad eum ſcribunt, minus probet, id ſibi ſignificare poſſe dicunt: at vero ſi injuria urgeantur, ſe ſtatuiſſe nullis vexationibus cedere: ac præterea ad Plenariæ Synodi judicium ſe provocare eidem Primati declarant.

Sed propria ipſorum verba hic referenda ſunt: *His igitur & cæteris teſtimoniis confirmati; metuimus in abſentum & nobis inauditorum capita dictare ſententiam, niſi cum præſentes fuerint confutati. Quamvis igitur Sacerdotalis officii ſit, & Chriſtianæ charitatis, eos qui ſe libellis purgant, catholicos conſitentur, & damnabilia ſibi objecta condemnant, libera auctoritate defendere, & in dubiis rebus de unoquoque meliora ſentire; tamen dudum promiſſam æquitatis libram inter utrumque ſervantes, nec damnamus inauditos, nec defenſamus abſentes. Certum ſit igitur apud Sanctitatem Veſtram, quia quantumlibet hoc mare ventis flantibus intumeſcat, & amaris in nos fluctibus efferatur, nunquam integri judicii domum, quæ ſupra juſtitiam Chriſti fundata eſt, poterit commovere. Illud etiam, ſancte ac venerabilis Frater & Pater Auguſtine, neceſſario reſpondendum putavimus, quod beatæ memoriæ Epiſcopum Joannem* (ſcilicet Chryſoſtomum) *in epiſtola Sanctitatis tuæ rectiſſime collaudaſti, non ſolum non defluxiſſe Eccleſias, ſed etiam confirmaſſe*, &c.

LIX. *Julianus perſtat in hæreſi.*

LX. *Damnantur & exauctorantur a Zoſimo Julianus & Supplices.*

Garnerius in Diſſert. V. de Libellis Fidei editis a Pelagianis, libellum iſtum fidei ex MS. Veronenſi primus publicavit, exiſtimavitque miſſum eſſe a Juliano & ab Epiſcopis Siculis ad Sedem Apoſtolicam, & loco, *ſancte ac venerabilis Frater & Pater Auguſtine*, legendum eſſe, *ſancte & venerabilis pater Zoſime*, qua in re passim cum aliis ſecuti ſunt. Verum Emin. Card. Noriſius citatus ita ſolide opinionem ſuam probat, ut ea in dubium revocari non poſſit. Henricus enim Palladius lib. 10. Rerum Forojulienſium prodit, poſt Chromatium Patriarcham Aquilejenſem electum Auguſtinum, *quo tempore alter Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus eloquentiæ & do-*

Julianus idem calumniatus S. Augustinum.

*non intelligendo, vel potius non legendo ea quæ tunc dixi, &c.* Pluribus enim adversus se ab eo jactatas calumnias confutat. Sed de his hactenus: reliqua enim præterimus, ut cum calumniatus est Julianus Catholicos omnes eadem sapere, quæ Manichæi, ex eo quod dicerent humanam vitiatam esse naturam.

XXVIII. Constantius, quæ passus a Pelagianis

At parum fuit Pelagianis calumniis agere: verum quo magis, & Romani Pontificis auctoritate, & lege Imperatoris sese perstringi sentirent, eo audacius correpti furore, in Catholicos insiliere. Quid enim in humilis conditionis viros admiserint, ex his quæ in Constantium virum clarissimum Vicaria Præfectura perfunctum perpetrarunt, potest intelligi; de quo pauca tantum hæc Prosper hoc anno

(a) *Prosp. in Chronicis Conf.*

scribit in Chronico (*a*): *Hoc tempore Constantius servus Christi ex Vicario, Romæ habitans & pro gratia Dei Pelagianis vestiens, sanctione eorumdem multa pertulit, quæ illum sanctis confessoribus sociarunt.* Hæc Prosper.

XXIX. Augustinus scribit adversus Pelagianos:

Sed quæ sunt reliqua de rebus Pelagianorum prosequamur oratione. Sanctus Augustinus, qui (ut ait Possidius) decem annos adversus Pelagianam hæresim infatigabili studio laboravit, præter alias complures lucubrationes adversus eam editas, hoc anno, nempe post damnatam Romæ eamdem hæresim, duos edidit libros, alterum de Gratia Christi, alterum vero de Peccato originali, amboque ad Albinum, Pinianum, & Melaniam Juniorem sibi notos Hierosolymis degentes; ut ubi Pelagius de sua purgatione securus sedem constituerat, quo majori facilitate hæresi sua Orbem inficeret, ibi ad salutem omnium paratum adversus venena distraheretur antidotum: illuc enim religionis ergo Christiani frequenti cœtu concurrere soliti erant. De iisdem vero libris hæc ipse Augustinus:

(b) *Aug. Retract. l. 2. c. 50.*

(*b*) *Posteaquam Pelagiana hæresis cum suis auctoribus ab Episcopis Ecclesiæ Romanæ, prius Innocentio, deinde Zosimo, cooperantibus Conciliorum Africanorum litteris, convicta atque damnata est; scripsi duos libros adversus eos, unum de Gratia Christi, alterum de Peccato originali.* Hæc ipse.

XXX. Dissensiones de gratia, & libero arbitrio Adrumetinorum monachorum.

Porro cui hactenus adversus Pelagianos pugnandum fuit: novum jam ac plane contrarium priori certamen incubuit, nempe adversus eos qui negarent penitus liberum arbitrium, sed omnia Dei gratiæ tribuerent. Erant hi ex monasterio Adrumetino, qui (inquit ipse Augustinus) quod gravius est, negabant in die Judicii Deum esse redditurum præmium secundum opera hominum. Contra vero alii ibi sic defendebant liberum arbitrium, ut negarent Dei gratiam, asserentes eam secundum merita nostra dari. Scripsit igitur ipse S. Augustinus ad utramque partem confutandam duos commentarios (*a*), alterum de Gratia & libero arbitrio, de Correctione vero & gratia alterum, ambos ad Valentinum & monachos Adrumetinos: ad quos etiam extant datæ duæ epistolæ, in quarum posteriori, hoc anno se eam scripsisse, significare videtur his verbis: *Quod Papæ Zosimo de Africano Concilio scriptum est, ejusque rescriptum ad universos totius Orbis Episcopos missum, & quod posteriori Concilio plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constituimus, & supra memoratum librum meum, quem modo ad vos scripsi, hæc omnia & in præsenti legimus cum ipsis, & per eos misimus vobis.* Vocat pesterius Concilium illud, quod hoc anno est celebratum, sic ab eo dictum respectu prioris, cujus idem meminerat, sub Innocentio Papa Carthagine celebrati. Vi-

(a) *Extant t. 7. cum duab. epist.*



des, lector, simulac pullularunt infructuosi palmites negantium liberum arbitrium, continuo ab Augustino fuisse convulsos, sicut & alios malos frutices, ex quibus recentiorum Novatorum prava dogmata plantæ adulterinæ obortæ sunt.

XXXI. De Teleptensi Concilio Bizacenæ Provinciæ.

Hoc anno, qui primus est post Consulatum Honorii undecimum, & Constantii secundum, mense Februarii celebratum habetur Concilium Telense: ita quidem mendose legitur, sed Teleptense restituendum est: erat Telepte prima sedes provinciæ Bizacenæ, cui Donatianus nomine Episcopus præerat, qui huic Concilio præfuisse legitur; quem & invenies subscripsisse Concilio Milevitano, eodem sedis titulo, nimirum: *Donatianus Teleptensi primæ sedis subscripsi:* qui item reperitur nominatus in Concilio Carthaginensi hoc anno Kalendis Maiis habito: nam ibi in fine hæc de electis judicibus: *De provincia Bizacena cum sancto, sene Donatiano Primate, Cresconius, Jocundus, & Æmilianus:* Quos invenis recensitos in dicto Concilio Teleptensi, nempe Cresconium, Jocundum, & Julianum loco Æmiliani Episcopos, qui Concilio interfuerunt: ut non sit quod dubites, Telense, esse restituendum, Teleptense. In quo quidem Concilio nihil aliud præterea factum reperitur, nisi quod ad causæ, de qua controversia vertebat, definitionem, jussa est recitari decretalis epistola Siricii Romani Pontificis ad Africanos Episcopos data: ut plane intelligi possit, quanta esset observantia Africanæ Ecclesiæ erga decreta Romanorum Pontificum, cum in Conciliis primo loco datæ quod

PAGIUS

*doctrinæ fluminibus hæreticorum vesaniam in Africa obruebat:* Augustini initium cum anno CCCCXIV. mortem vero cum anno CCCCXXII. conjungit, eique *Adelphum* successorem tribuit. Post hunc sedit *Januarius*, ad quem Sanctus Leo Papa anno CCCCXLVII. literas dedit, & post Januarium *Nicetas*, ad quem idem Leo anno CCCCL. scripsit. *Augustinus* itaque Aquilejensis Primas Venetiarum Istriæ, Norici utriusque, & Rhætiæ primæ Tractoriam Zosimi cum literis ad suarum provinciarum Episcopos misit, quorum nonnulli cum Pelagianis erroribus tenerentur, memoratum fidei libellum, *Veronæ* Venetiarum urbe intra diœcesim Patriarchæ Aquilejensis inventum, dederunt, & hæresim suam pertinaciter defenderunt. Quare *Zosimus* Julianum, ejusque socios de gradu ac dignitate dejecit, ejusque in eos sententia relata fuit in tabulas; cum in Ephesina Synodo acta depositionis *Pelagii, Cælestii, Juliani, Persidii, Flori, Marcellini, Orontii* & sociorum lecta, confirmataque fuerit, ut videre est in Actione V. ejusdem Concilii generalis. Eam porro sententiam a Zosimo latam fuisse, certo deducitur ex his Augustini verbis lib. 1. contra Julianum cap. 4. *Et tamen ejus successorem* (nempe Zosimum) *crimine prævaricationis accusas, quia doctrinæ Apostolicæ & sui decessoris sententiæ noluit refragari. Sed de hoc interim taceo, ne animum tuum, quem sanare potius cupio quam irritare, laudibus tui damnatoris exulcerem.* Quibus verbis liquet, Julianum, qui in Tractoria Zosimi cum Pelagio & Cælestio nominatim damnatus non fuerat, ea postea pœna affectum esse ab eodem Zosimo, quod eidem subscribere nollet.

LXI. *S. Leonis PP. tempore in Dioces. Aquilejensi hæresis Pelagiana renata est.*

Mercator, cujus verba superius recitavimus, tradit, ex Episcopis qui exauctorati fuerant, plurimos resipuisse, & suas Ecclesias recepisse. Verum hæresis Pelagiana in eo Archiepiscopatu renata, & aliqui in eumdem errorem postea relapsi sunt. Photius enim in Biblioth. Cod. LIV. de Pelagianorum damnatione quæ in Ephesino Concilio facta, loquens ait: *Cum temporis deinde progressu Secta hujus hominis per hæresis suæ abjurationem Ecclesiæ restituti essent, iterum malum ab ipsis principium sumsit, ut Septimo Episcopo renascens eadem lues, antequam longius serperet, fuerit reprimenda, datis ad Leonem Romæ tunc sedem Apostolicam tenentem litteris.* Erat Septimus seu verius *Septimius* Episcopus Altinensis; *Altinum* vero, urbs modo excisa, alias Episcopalis, erat Patriarchæ Aquilejensi subdita, ideoque altas in illa diœcesi apud Ecclesiasticos præsertim Pelagiana hæresis radices fixerat. Quare Augustini nomen ex libello fidei a Juliano oblato removeri non debet; cum ex dictis manifestum sit, eumdem ei præsentatum, hæresimque Pelagianam in ejus Archiepiscopatu grassatam fuisse.

LXII. *Constantius Lausiacum Romæ se se Pelagianis opponit.*

Ad num. XXVIII. *Constantius* servus Dei, quem Baronius ex Prospero in Chronico ait, a Pelagianis Romæ multa passum esse, numeratur a Palladio in Lausiaca Historia inter viros illustres, qui Romæ hoc tempore vivebant. Postquam enim cap. 124. locutus est, de Macario ac Pammachio scribit: *Constantius quoque Assessor Præfectorum Italiæ, insignes viri & eruditissimi, qui pervenerunt ad summum pietatis & religionis.* Adhæc Auctor Prædestinati hæresi LXXXVIII. quæ secundum eum Pelagiana est, ait: *contra hos suscepit sine scriptura quidam Constantius tractator.* Garnerius in Præfatione generali in Opera Mar. Mercatoris pag. 8. observat, Deum tribus Hæresibus, Pelagianæ, Semipelagianæ, & Nestorianæ oppositisse primum Laicos homines. Pelagianis enim primus obstitit *Constantius* primi restitere Semipelagianis Presbyteris laici duo *Hilarius* & *Prosper*, datis de illorum erroribus ad Augustinum Epistolis, primusque *Nestorii* dolum detexit, cleroque ostendit, affixa ad Ecclesiæ valvas obtestatione, *Eusebius* tunc temporis vel *Scholasticus Constantinopoleos*, ut loquitur Theophanes, vel *Rhetor*, ut tradit Nicephorus, vel *Judex forensis*, ut habet Leontius. Eusebius postea Dorylæi Episcopus fuit, ut infra videbimus. Verum quod ait Garnerius in loco Prosperi a Baronio recitato, ubi legitur: *Constantius Servus Christi ex vicario Romæ habitans*, pro *ex vicario*, legendum esse, *ex vicano* seu rusticano, refellitur ex Palladio laudato, qui nemini in verbis & in modo loquendi a Prospero

PAGIUS

differt, cumque non *vicanum*, sed virum Romæ in dignitate constitutum fuisse docet.

LXIII. *Dissidium inter Monachos Adrumetinos post decennium exortum.*

Ad num. XXX. Dissidium inter *Adrumetinos* Monachos de prolixiore Augustini ad *Sixtum* Epistola hoc anno data obortum pertinet ad annum CCCCXXVIII. de quo eo anno agemus, quia hujus dissidii occasione *Augustinus* scripsit librum de *gratia & libero arbitrio*, duas ad *Valentinum* literas, & librum *de Correptione & gratia*, quæ opera Baronius hoc anno ab Augustino elucubrata perperam credidit, quæque hic sine nimia Historiæ perturbatione explicari non possunt.

LXIV. *Concilium Zellense.*

Ad num. XXXI. Concilium *Zellense*, quod a Baronio *Teleptense* perperam appellatur, habitum fuit post Consulatum Honorii XI. & Constantii II. *Sexto Kal. Martii*, ideoque hoc anno die XXIV. Februarii. *Teleptense* vero a Baronio, Sirmondo, aliisque vocatum fuit, quia ei *Donatianus* Episcopus Teleptis, urbis in Byzacena provincia sitæ, præfuit. Verum *Teleptis* quidem dicitur prima sedes provinciæ Byzacenæ, sed ea tantum de causa quod Donatianus, qui huic Ecclesiæ præsidebat, *Senior* Episcopus erat illius provinciæ; aliam enim apud Afros fuisse Metropolim a prima sede, pluribus ostendit Emin. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 7. qui & cap. 23. libri primi *Arumetum* fuisse civilem Metropolim Byzatii demonstrat. Hoc autem Concilium *Zellæ*, quod oppidum erat Byzatii, habitum fuisse liquet ex Ferrando in Breviario Canonum, ubi Canones ex Siricii Epistola in Synodo Præside Donatiano hoc anno habita recitatos, attribuit Concilio Zellensi. Nam tit. VI. CXXX. & CXXXVIII. Canonibus recitatis, ait: *Concilio Zellensi ex Epistola Siricii Papæ;* hæc autem Epistola cum iisdem decretis lecta est in Synodo Donatiani Primatis, ut ex Actis patet. Mirum itaque videri non debet, Donatianum Primatem in Episcopatu Zellensi sibi subdito Synodum habuisse.

LXV. *Commentitium non est.*

Quesnellus qui in Dissert. XV. ad Opera S. Leonis M. pluribus contendit, tam Concilium hoc quam Epistolam *Siricii* Papæ in eo recitatam suppositiitia esse primum assertionis suæ argumentum ex nomine Concilii repetit, quod scilicet in eo varient Eruditi aliique *Teleptense* vocandum contendant, cum *Telense*, inquit omnes Codices antiquiores habeant, & unicus Codex Trecensis a Chiffletio in notis ad Ferrandum habeat *Zellense*, quod ex littera T. facilis lapsus fit ad litteram C. vel Z. Verum codices illi, in quibus hoc Concilium *Telense* appellatur, eo in nomine corruptos esse oportet & litteram Z. omissam. *Zellam* enim dici etiam *Tzellam* docet Holstenius in Notis ad Tabulas Ecclesiast. Caroli a S. Paulo. Neque enim Syno-

olim ab illis epistolæ recitari juberentur; quod & antea factum Vincentius, & Fortunatus legati testati sunt. Quid præterea ibidem actum sit, nihil apparet.

XXXII. S. Augustinus legatus a Zosimo Papa.

Contigit insuper hoc ipso anno, ut S. Augustino, & aliis Episcopis injungeretur legatio a Zosimo Romano Pontifice in Cæsaream Mauritaniæ. Fidem sane facit hujus rei ipse Augustinus in exordio epistolæ ad Optatum, in qua hæc habet: (a) *Illæ litteræ, quas ad Mauritaniam Cæsariensem misisti, me apud Cæsaream præsente venerunt, quo nos injuncta nobis a venerabili Papa Zosimo Apostolicæ sedis Episcopo Ecclesiastica necessitas traxerat.* Porro Possidius ait, non Augustino tantum, sed aliis Episcopis commissam fuisse hujusmodi legationem; quos illos puto, quorum nomina recitantur in ipso exordio Gestorum cum Emerito. Quid autem ibi agi contigerit, idem S. Augustinus his narrat verbis (b): *Orta est nobis necessitas pergendi in Mauritaniam Cæsariensem. Ibi apud ipsam Cæsaream Emeritum Donatistarum Episcopum vidimus, unum scilicet eorum septem, quos pro suæ causæ defensione delegerant*) Donatistæ videlicet tempore Collationis Carthagine olim habitæ) *& qui in eadem causa maxime laboraverat. Quæ cum illo egerimus, præsentibus Episcopis ejusdem provinciæ, & plebe Cæsariensis Ecclesiæ, in qua Civitate & Civis, & memoratorum hæreticorum Episcopus fuit, Ecclesiastica Gesta testantur, quæ in meis habentur opusculis. Ubi non inveniens quid responderet, totum sermonem meum, quem de solis Maximianistis in auribus ejus, & omnium qui aderant explicavi, tamquam mutus audivit. Hic liber, vel hæc Gesta sic incipiunt: Glorioſissimis Imper. Honorio XII. & Theodosio octavum Coss.* Est hic quidem præsens annus. Extantque ipsa Acta (c) integra, consignata iisdem Consulibus, XII. Kalend. Octobris: quorum meminit & Possidius, qui interfuit, aitque (d):

(a) *Aug. epist.* 157.

(b) *Aug. Retract. c.* 51.

(c) *Aug. lib. de Gestis cum Emerito.*

(d) *Possid. in Vit. S. Aug. c.* 14.

XXXIII.

*Postea in Cæsariensi Mauritaniæ Civitate constitutus venerabilis memoriæ Augustinus quo eum venire cum aliis ejus Coepiscopis, sedis Apostolicæ litteræ compulerant, ob terminandas videlicet alias Ecclesiæ necessitates. Hac ergo occasione provenit, ut Emeritum ejusdem loci Donatistarum Episcopum, quem suæ sectæ præcipuum in illa Collatione habuerunt defensorem, videret, & cum eodem publice in Ecclesia, populo adstante diversæ communionis, ex hoc ipso disputaret, & provocaret Gestis Ecclesiasticis; ut quod forte (sicut dicebat) prosequi potuit in Collatione, sed permissus non fuerat, in præsenti sine alicujus potestatis prohibitione aut potentia securus dicere minime dubitaret: & in sua Civitate, suis omnibus præsentibus Civibus, fiducialiter propriam defendere communionem non denegaret. Ille nec hac hortatione, nec suorum parentum, & Civium instanti petitione id facere voluit: qui ei pollicebantur, se ad ejus redituros communionem, etiam cum discrimine patrimoniorum, salutisque suæ temporalis, si modo Catholicam superaret assertionem.*

XXXIV.

*At ille amplius dicere illis Gestis nihil voluit, nec valuit, nisi tantum: Jam illa* (inquit) *Gesta continent apud Carthaginem inter Episcopos confecta, utrum vice-*



Quid Cæsareæ S. Augustinus cum Emerito.

*cerimus an convicti fuerimus. Et dum a Notario alio loco, ut responderet admoneretur, & reticeret, ejus cunctis manifestata diffidentia, Ecclesiæ Dei augmenta ac firmamenta provenerunt.* Hæc Possidius. Exprobrat id ipsum pluribus S. Augustinus agens adversus Gaudentium,

(a) *Aug. cont. Gaudent. l.* 1. *c.* 14.

(a) retunditque hominis dicacitatem, cum tum ipse, tum alii Donatistæ effutirent, non licuisse in Collatione illa Carthaginensi, vel metu armatorum, vel gratia præsidentis magistratus, prosequi causam: quam modo tali occasione, ubi nullus metus, omnisque adesset securitas, in Civitate propria, impellentibus licet suis, omnino tacuerit, causæ diffidens, quam fovebat iniquam. *Quo tempore* (ipse inquit Augustinus (b) *scripsi etiam librum de Correctione Donatistarum, propter eos qui nolebant illos legibus Imperialibus corrigi.* Est hæc epistola ad Bonifacium Comitem scripta (c).

(b) *Aug. Retract. l.* 2. *c.* 48.

(c) *Aug. epist.* 50.

XXXV.

Quid præterea magna Civium utilitate idem S. Augustinus egit, cum Cæsareæ esset, ipse alibi alia occasione narrat his verbis (d): *Denique cum apud Cæsaream Mauritaniæ populo dissuaderem pugnam civilem, vel potius plusquam civilem, quam Catervam vocabant: neque enim Cives tantummodo, verum propinqui, & fratres, postremo parentes ac filii lapidibus inter se, in duas partes divisi, per aliquot dies continuos certo tempore anni solemniter dimicabant, & quisque* (ut quemque poterat) *occidebat. Egi quidem graviter, quantum valui, ut tam crudele atque inveteratum malum de cordibus, & moribus eorum avellerem, pelleremque dicendo. Non tamen egisse aliquid me putavi, cum eos audirem acclamantes, sed cum flentes viderem: acclamationibus quippe se doceri, & delectari, & flecti autem lacrymis indicabant. Quod ubi aspexi, immanem illam consuetudinem a patribus & avis, longeque a majoribus traditam, quæ pectora eorum hostiliter obsidebat, vel potius possidebat, devictam, antequam re ipsa id ostenderetur, credidi. Moxque sermone finito, ad agendas Deo gratias corda atque ora converti. Et ecce jam ferme octo, vel amplius anni sunt, propitio Christo, ex quo illic nihil tale tentatum est.* Hactenus de his ipse.

(d) *Aug. de Doct. Christ. l.* 4. *c.* 24.

Augustinus corrigit pravum Cæsariensem usum.

XXXVI.

Irrepserant & alii ex Gentilium ritu in Africanam Ecclesiam pravi usus, quos idem S. Augustinus verbi Dei falce succidit, ut inter alios illi de quibus sic ipse ad populum (e) pro concione: *Isti enim infelices, & miseri homines, qui balationes, & saltationes ante ipsas basilicas sanctorum exercere nec metuunt, nec erubescunt, etsi Christiani ad Ecclesiam venerint, Pagani de Ecclesia revertuntur; quia ista consuetudo balandi de Paganorum observatione remansit. Et jam videte qualis est ille Christianus, qui ad Ecclesiam venit orare, & neglecta oratione, sacrilega verba Paganorum non erubescit ex ore proferre. Videte tamen, fratres carissimi, si justum est, ut ex ore Christianorum, ubi corpus Christi ingreditur, luxuriosum canticum quasi venenum diaboli proferatur.* Hæc ipse: ex cujus quoque prædicatione ballationes sublatæ fuerunt, quas saltando more Gentilium exercebant: saltatio tamen remansit; sed vocem balandi, pro saltando, vulgus retinuit.

(e) *Aug. de tempor. ser.* 215.

Balationes S. Augustinus insectatus.

XXXVII. Quas superstitiones abolere conatus S. Augustinus.

Rursus vero de alia ex idololatria manante, sed jam proscripta consuetudine ita ad eumdem populum: *Et licet credam, quod illa infelix consuetudo, quæ de Paganorum prava observatione remansit, jam nobis castigantibus, & de locis istis fuerit, Deo inspirante, sublata; tamen si adhuc agnoscatis aliquos illam sordidissimam turpitudinem de hinnicula, vel cervula exercere, ita durissime castigate, ut eos pœniteat rem sacrilegam commisisse. Et si quando Luna obscuratur, adhuc aliquos clamare cognoscitis; & ipsos admonete, denuntiantes ei, quam grave sibi peccatum faciunt, quando Lunam, quæ Deo jubente certis temporibus obscuratur, clamoribus suis a maleficiis sacrilego ausu se defensare posse confidunt. Et si adhuc videtis aliquos ad fontes, aut ad arbores vota reddere, & (sicut jam dictum est) sortilegos etiam & divinos, vel percantatores inquirere, phylacteria etiam diabolica, & characteres, aut herbas vel succos sibi aut suis appendere; durissime tanta eorum peccata increpantes, dicite, quia quicumque fecerit hoc malum, perdit baptismi sacramentum. Et quia audi-*



PAGIUS nodus hæc *Tele* haberi potuit; cum hæc urbs pertineret ad provinciam Proconsularem, ut liquet ex Epistola Episcoporum provinciæ Proconsularis ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum, & Donatianus, qui eidem præfuit, Episcopus esset Teleptis omnium consensu provinciæ Byzacenæ oppidi. Porro cum Ferrandus decies Concilium Zellense memoret, ut fatetur Quesnellus, parum curandum, quod hujus Concilii MSS. quæ ipse legit, habeant *Telense*; cum ea ex Ferrando, qui sæculo sexto vixit, corrigenda, sint non vero hic ab Exscriptoribus.

Conciliorum antecedentium, nempe Carthaginensis, anno CCCXC. sub Genetlio habiti, & Carthaginensis V. cujus modo meminimus in quibus Siricii literæ lectæ sunt. Verum cum magna esset Clericorum Africanorum incontinentia, duæ *Siricii* Epistolæ ex quibus altera ad nos non pervenit, in Concilio Zellensi relectæ sunt, & juxta earum præscriptum, decreta iterum aliquot disciplinæ capita, quorum summam retulit Ferrandus in Breviatione Canonum, & habentur etiam in Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ cap. 60. De Canone IX. in quo *Siricius* Presbyteros hortatur ad continentiam, legendi Marca lib. 1. de Concordia cap. 8. & Schelstratius citatus.

LXVI. *Decreta aliquot disciplinæ iterum in eo inculcata.*

Ad alias Quesnelli conjecturas levissimis fundamentis innixas non respondebo, non solum quia Schelstratius in Dissert. III. de Ecclesia Africana cap. 12. & Natalis Alexander in prima parte Sæculi quinti cap. 4. iis jam satisfecere; sed etiam quia Baluzius ostendit mihi Dissertationem, quam ac de re composuit, post belli cessationem juris publici faciendam. Fuit hoc Concilium Provinciale in eoque lecta Epistola *Siricii* Papæ quam ad Africanos in Synodo Romana scripserat anno CCCLXXXVI. Postea in Concilio Carthaginensi V. anno CCCXCVIII. habito, cum de incontinentia Clericorum referretur placuit Patribus, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos ab uxoribus abstinere, *secundum priora statuta*, id est, juxta definitionem

LXVII. *Augustinus ob negotia Ecclesiæ Cæsaream Mauritaniæ missus.*

A num. XXXII. ad XXXIX. Sanctus Augustinus post Concilium Plenarium totius Africæ *Kalendis Maii* celebratum Legatus missus est a Zosimo Papa in Mauritaniam Cæsariensem ut scribit Possidius in Vita Augustini cap. 14. qui postquam locutus est de Collatione Carthaginensi, ait: *Omnipotentis Dei præstitit auxilium, ut postea in Cæsariensi Mauritaniæ civitate constitutus venerabilis memoriæ Augustinus, quo eum venire cum aliis ejus Coepiscopis Sedis Apostolicæ literæ compulerant, ob terminandas videlicet alias Ecclesiæ necessitates: hac ergo occasione provenit, ut Emeritum ejusdem loci Donatistarum Episcopum, quem suæ sectæ præcipuum in illa Collatione habuerunt defensorem, videret & cum eodem Publice in Ecclesia populo adstante diversæ communionis ex hoc ipso disputaret*, &c. Quare Augustinus in Mauritaniam Cæsariensem non pro collatione cum Emerito, sed *ob terminandas alias Ecclesiæ necessitates* missus est. Scripsit librum unum *de Gestis cum Emerito Cæsariensi Donatistarum Episcopo*, qui extat Tom. IX. novæ editionis ejus operum, in cujus initio refert, eam collationem habitam esse sub hujus anni COSS. *XI. Kal. Octob. Cæsareæ in Ecclesia Majori.* Unde liquet, die XX. Septembris apud Cæsaream Augustinum egisse, ubi cum receperit literas Optati, & dederit ad eum Epistolam

CXC. alias CLVII. eam paulo post scriptam fuisse, ut jam ostendi, manifestum fit.

LXVIII. *Augustinus de creatione animæ dubius.*

Porro in ea ad Optatum Episcopum Epistola aperte fatetur *Augustinus*, jamdiu dubium fe esse de animæ origine, num crearetur immediate a Deo vel per traducem a parentibus in filios derivaret, de qua re nihil ex Scripturis certi colligi posse ostendit; scripsisse se ea de re ad Hieronymum, Epistolam scilicet inter Augustinianas CLXVI. alias XXVIII. a quo nondum responsionem acceperit, quidquid tamen asseratur, adstruendum esse peccatum originale fubdens in literis *Zosimi* ad universos Orbis Episcopos damnatam esse Pelagii argumentatio-

*vimus, quod aliquos viros, vel mulieres ita diabolus circumveniat, ut quinta feria nec viri opera faciant, nec mulieres lanificium: coram Deo, & sanctis Angelis ejus contestamur, quia quicumque hoc observare voluerint, nisi per prolixam, & duram pœnitentiam tale sacrilegium emendaverint, ubi arsurus est diabolus, ibi & ipsi damnati sunt. Isti enim infelices & miseri, qui in honore Jovis in quinta feria opera non faciunt, non dubito quod ipsa opera die Dominico facere nec erubescunt, nec metuunt. Et ideo quoscumque tales esse cognoveritis, diritissime castigate. Et si se emendare noluerint, nec ad colloquium, nec ad convivium vestrum eos venire permittite. Si vero ad vos pertinent, etiam flagellis cædite, ut vel plagam corporis timeant, qui de animæ suæ salute non cogitant.* Hæc ipse: de quo & superius diximus, ab ipso sublatum fuisse in festis sanctorum martyrum usum citharæ, convivia, atque choreas; de quibus amovendis adhuc ejusdem sermones extant ad populum habiti (*a*).

(*a*) *Aug. de diversis serm. 115. de S. Cypr. serm. 3. & in Psalm. 32. conc. 1.*

XXXVIII. In abusus Augustinus declamat.

Infectatus est pariter abusus illos, quos ex negligentia quorumdam Christianorum sensim illabi cognovit, eosdemque ipso sui ortu convellendos curavit; nimirum de illis qui negligerent interesse sacris Missis, quive recederent antequam absolverentur, quique sermones in Ecclesia miscerent, dum Missæ dicebantur: sed & in eos qui quererentur de prolixitate Missarum; de his enim ista habet (*b*): *Adhuc quoque, quod valde dolendum est conqueri vobiscum volo, quia sunt aliqui, & maxime potentes hujus mundi, qui cum veniunt ad Ecclesiam, non sunt devoti ad laudes Dei celebrandas, sed cogunt presbyterum, ut abbreviet Missam, & ad eorum libitum cantet: nec ei licet morem Ecclesiasticum sequi propter illorum gulam, & avaritiam, &c.* Vides morem pristinum canendi omnes Missas; & considera unde introductum sit; ut eædem etiam voce submissa dicantur, & unde pariter evenerit, ut in ipso introitu Missæ, dicta antiphona, qui sequitur Psalmus non ipse integer ex more pristino, sed unus tantum ipsius versus dicatur, At in ipsa Romana Ecclesia, non ut Psalmus unus dumtaxat ante Missam præcineretur, sed integrum Psalterium cum antiphonis psalleretur, Cœlestinus Papa (ut suo loco dicemus) constituit. Sed de his hactenus, in quæ divertimus occasione ipsius Augustini legationis ad Ecclesiam Cæsariensem a Zosimo Papa ipsi ac collegis Episcopis creditæ. Quo tempore certum est eundem scripsisse epistolam ad Optatum de origine animæ, & adversus Pelagianos: id quidem ex ejus scriptionis exordio redditur manifestum (*c*). Ut plane mirum sit considerare res omnes ab eodem Augustino hoc anno gestas atque conscriptas, quarum facta est a nobis superius mentio: unde idem ipse ad Albinum, & socios (*d*) *Inter occupationes nostras, multo apud Carthaginem, quam ubicumque alibi densiores, &c.*

(*b*) *Aug. de temp. ser. 251.*

(*c*) *Aug epist. 157.*

(*d*) *Aug de Grat. Chr. c. 1.*

XXXIX. Zosimi Papæ decretum de ministris Ecclesiæ ordinandis.

Hoc item anno Zosimus Papa ad Gallos, Hispanos, & Afros decretalem epistolam dedit adversus eos, qui ad sacerdotium confestim proruunt absque alia prævia ministratione in singulis, qui sacerdotium præcedunt, ordinibus; definiens quantum temporis in quolibet ordine quis debeat ministrare: non extant ipsæ quidem litteræ, sed eadem repetit in epistola (*e*) eodem argumento conscripta hoc eodem anno ad Hesychium Episcopum Salonitanum.

(*e*) *Zosim. epist. 1. t. 1. epist. Rom. Pont.*

Quod insuper ad res Galliarum spectat, hoc item anno Zosimus Papa Proclum Massilienſem Episcopum ob illicitas Episcoporum ordinationes damnatum, nova adhuc molientem litteris est insectatus, scribens de his ad Patroclum Episcopum Arelatensem epistolam, quæ in veteri Arelatensi codice sic descripta habetur:

XL.

*Zosimus Patroclo Episcopo Arelatensi.*

XLI.

*Cum & in præsenti cognoveris, & frequentibus a nobis litteris ipse sis monitus, ut auctoritate Metropolitani, quam tibi Apostolicæ sedis pronunciatione firmavimus, Proculi ausibus conatibusque illis, quibus adhuc reputat aliqua posse turbare, hujus rei * oppressus occurreres*

*

A num. XL. ad XLIII. Literæ *Zosimi* ad Clerum & Populum Massilienſem datæ sunt *IV. Nonas Martii*, sub hujus anni COSS. iisque invehitur in *Proculum* Episcopum Massilienſem, qui licet exauctoratus, tamen pro Episcopo, ut antea se gerebat; ac significat, se Ecclesiæ Massilienſis curam *Patroclo* Arelatensi demandasse, ut ejus, velut Episcopi sui nutibus obtemperarent. Cesserit ne *Patroclo* tandem *Proculus*, exploratum non est. Sed, ut inquit Sirmondus in Notis ad eam Epistolam, de Zosimo subit mirari, quid factum sit, ut *Proculo* infensior videatur, quem Sanctum Pontificem Hieronymus appellat Epist. IV. faveat contra *Patroclo*, cujus ad Episcopatum Arelatensem fœdum aditum, & fœdiorem ad-

LXIX. *Ratio agendi a Zosimo in causa Proculi & Patrocli usurpata non videtur probanda.*



tionem, qua ex animarum creatione tolli originale peccatum contendebat. *Cæsarea* Hipponem Augustinus reversus scripsit ad *Mercatorem* Epistolam CXCIII. ut liquet ex iis, quæ habet num. I. & num. III. significat eo jam adductos esse Pelagianos, ut *infantes confiterentur per eos, a quibus baptizandi offeruntur, credere*, at excipere, non ita credere in remissionem peccatorum, tanquam & illis remittantur; sed hanc remissionem credere fieri in aliis, quæ non fit in eis. Verum contendit Augustinus, hoc ipso quod parvulos in baptismo quadam ratione credere fatentur, facere non posse Pelagianos, quin originale in eis peccatum admittant,



*tes, renitens rigore, censuraque quam pro regularum confirmatione susceperas; quippe cum & tibi nostrum delegatum nosses officium, & illum scires esse damnatum: miror, quid post ista Proculo liceat ac vacet illa quæ consueverat, aut pejora committere. Quidnam putant unde istam habeas potestatem tuam, ut censuerimus, cenesamusque quicumque de illis ad nostras regiones veniunt, sine tua non suscipiendos esse Formata, nec probandum quem non provincia positus ipse probaveris? Post istam ecce delegationem ad nos rumor advenit, Proculum quasi consuetis ludere, & ut moribus suis junxisse sibi quosdam idoneos turbationibus homines, & post illa quæ illi interdiximus ordinasse. Sed sciant quibus hanc epistolam volumus in notitiam pervenire suscepisse nullatenus posse, quia aut contra regulas repente, aut postquam interdiximus, illi sunt ordinati. Dat. III. Non. Mart. Hon. XII. & Theodosio VIII. Aug. Conss.* quo etiam tempore eodem argumento litteras scripsit ad Massilienses, quæ ex eodem Arelatensi codice petitæ sic se habent:

*Zosimus clero ordini, & plebi consistenti Massiliæ.*

*Non miror Proculum inconsulta adhuc fronte durare, & oblitum penitus pudoris quotidie digna damnatione committere, nec aliquando desistere, ut toties commonitus prohibitusque non cesset: esse * cœtum vestræ dilectionis sua qua sola notus est turbatione confundit, nec Ecclesiam patitur esse concordem, cum suis indigeat semper officiis, quatenus aggerens postrema prioribus, malum aliquod quod ante commiserat, in pejus emendet: Cum ipse jam non sit Episcopus, Episcopos facit, & humanus largitor aliis se dicit posse præstare, quod datum sibi aliquando immerito tenere non potuit. Addens sibi, jungitque inquietæ mentis homines, & qui soli possunt favere damnato, per quoscumque turbarum studiosos cogitat, ac sua fidens societate conficiat. Sed habeo, fratres charissimi, vestri curam, molestæ ferens, quicquid ille quotidianis ausibus facit, id vos Christianum populum, & qui in nostra charitate persistat, posse perferre, nec ejus obviare factis, aut repugnare conatibus. Idcirco curam vestri licet & prioribus commiserim litteris vestræ Metropolitano provinciæ fratri & Coepiscopo nostro Patroclo, tamen iterum*



* Ecce.

Porro scias Zosimi judicium a posteris Pontificibus fuisse neglectum. Nam qui successit Zosimo Bonifacius aliter definivit ex auctoritate sexti canonis Nicæni Concilii, quo statutum est, ut unaquæque Provincia suum habeat Metropolitanum: scribens enim epistolam ad Hilarium Episcopum Narbonensem (ut suo loco dicetur) jussit ejus provinciæ Metropolim inregre conservari, neque ad Arelatensis Episcopi jura pertinere: in quam sententiam Bonifacii successor Cœlestinus pariter abiit, ut ex ejus litteris (*a*) patet. Scias pariter ejusmodi controversiam diu multumque vexasse complures Romanos Pontifices, sopitamque sæpe iterum in judicium revocatam, judicasseque de ea S. Leonem Papam, ut suo loco dicturi sumus.

XLII.

(*a*) *Cælest. epist. 1.*

Contigit hoc etiam anno conversio Judæorum insulæ Minoricensis, virtute sacrarum reliquiarum S. Stephani Protomartyris, quas Orosius (ut dictum est) acceptas Hierosolymis secum in Hispaniam vexit. Acciderunt quidem res admirandæ, toti Christiano orbi factæ perspicuæ ex litteris Circularibus Severi ejus insulæ Episcopi ad omnes Ecclesias datis, & publice ubique lectis; quas inter alios accepisse liquet Evodium Episcopum Uzalensem in Africa, & coram populo eas recitare fecisse: id enim inscriptus ad ipsum liber testatur his verbis (*b*) *Eodem namque die, quo ingressæ sunt ecclesiam beati Stephani sanctæ reliquiæ, in ipso principio canonicarum lectionum epistola quoque ad nos delata cujusdam Episcopi, Severi nomine, Minoricensis insulæ, de pulpito in aures Ecclesiæ cum ingenti favore recitata est: quæ continebat glorios Stephani virtutes, quas in insula memoratæ per præsentiam reliquiarum suarum in salutem omnium illic credentium perfecerat Judæorum. Unde ex hac recitatione talium factorum suorum, tamquam extensione manuum sua-*

XLIII. De certa fide epistolæ Severi Episcopi de miraculis S. Stephani.

(*b*) *Evod. de Mir. S. Stephani lib. 1. cap. 2. apud Aug. t. 10. edit. Plan.*





administrationem memorat Prosper in Chronico & in Chronico Imperiali Prospero attributo dicatur, Patroclum *infami mercatu sacerdotia venditare* ausum esse. Verisimile prorsus est, subdit Sirmondus, in tota Patrocli cum Proculo Massilienſi, Hilario Narbonenſi, Simplicio Viennenſi, & cum aliis controversia, & in amplificandis honoribus Ecclesiæ Arelatensi plurimum momenti apud Zosimum habuisse (ut de Patrocli artibus nihil dicatur,) Constantii magistri militum, mox Augusti, qui Patroclo & Arelatensibus favebat, ut testatur idem Prosper, auctoritatem & gratiam.

A num. XLIII. ad LXXV. Honorius *Imp.* die *VI. Idus Mart.* emisit legem 24. Cod. Theod. *de Judæis*, cujus meminit Baronius num. LXXIII.

LXXI

*rum, acclamantibus, & exultantibus Fidelibus, ipse dicere videretur: Ecce habetis martyrem.* Hæc ad Evodium, cujus est apud S. Augustinum (a) honorifica mentio, ad quem etiam extant datæ complures ejusdem Augustini epistolæ, & ipsius ad eum scriptæ.

(a) *Aug. de diverſ. ſer. 32. 33. & de Civ. Dei 1. 22. c. 8.*

Datum est autem nobis ejusdem Protomartyris gratia, ut inter scribendas Vaticanæ bibliothecæ antiquitates, eamdem repererimus Severi epistolam integram in nullo detrimentum passam: quam (quod nesciamus ab alio editam) hic integram describere, ut egregium antiquitatis monumentum, dignum existimavimus; sic enim se habet:

XLIV. Epistola Severi Episcopi.

*Sanctissimis ac beatissimis dominis, Episcopis, presbyteris, diaconibus, & universæ fraternitati totius orbis terrarum, Severus Episcopus misericordia Dei indigens, & omnium ultimus, in Christo Redemptore nostro æternam salutem:* Intelligis consuetum hujus temporis symbolum Catholicorum, qui ut se longe abesse a Pelagiana ingruente hæresi demonstrarent, se in ipso titulo gratia, & misericordia Dei indigere profitentur. Sed ipsam reddamus epistolam:

XLV.

*Cum Dei opera revelari, & confiteri honorificum esse, Raphael Archangelus* (b) *moneat: profecto silere, vel celare opera Christi periculosum est: in quibus tamen adnumerandis major est gratia, si communi, & simplici sermone referantur. Celatur enim quodammodo speciosissima pulchritudo virtutis, si abundantiori eloquio circumdata fuerit atque fucata. Quapropter ego quoque magnalia, quæ apud nos Christus operatus est, non composito, sed veridico sermone referre aggredior. Insula Minorica, una ex Balearibus insulis est, quorum nomen cunctis populis, sæcularium quoque auctorum litteris, pervulgatum est. Hæc inter Mauritaniam Cæsariensem, & Hispaniam medio propemodum æquoris spatio sita, angustis admodum terminis clauditur, longitudinem triginta, latitudinem vero tria millia passum habens. Quæ nunc idcirco commemoravi, ut agnosci possit, contemptibilia* (c) *mundi a Domino non solum in hominibus, sed etiam in locis eligi. In hac itaque insula, quæ omnium terrarum parvitate, ariditate, asperitate postrema est, duo parva oppida, quibus a Pœnis indita nomina, e regione fundata sunt: Jammona ad Occasum, Magona ad Orientem spectat. In his mihi omnium mortalium ultimo nuper sacerdotalis officii pondus impositum est. Sed Jammona antiquum a Deo munus eam nunc retinet, ut Judæi habitare in ea nequaquam possint. Multos siquidem id temere audentes, aut ægritudine præventos, aut repulsos, aut morte subitanea extinctos, aut etiam fulmine trucidatos tradit vetustas: adeo ut celebris hujus rei fama ipsis quoque Judæis, ne id ultra temere audeant, metum fecerit. Nec hoc fide indignum ducimus, cum etiam lupos, vulpesque, & omnia noxia animalia deesse videamus: cum earum quæ ad vescendum bonæ sunt, ferarum copia magna sit. Illud etiam magis mirum est, quod colubri, & scorpiones sunt quamplurimi, sed amiserunt omnino nocendi violentiam. Cum igitur Jammonam nullus Judæorum, qui lupis ac vulpibus feritate atque nequitia merito comparantur, ne hospitii quidem jure accedere audeat: Magona tantum veluti colubris, & scorpionibus (ut tradebatur) fervebat, ut quotidie ab his Christi Ecclesia morderetur. Sed antiquum illud beneficium carnale, nuper nobis spirituale renovatum est; ut illa (sicut scriptum est d) generatio viperarum, quæ venenatis ictibus sæviebat, subito divina virtute compulsa, mortiferum illud virus incredulitatis abjecerit.*

(b) *Tob. 12.*

(c) 1. *Cor. 1.*

Quæ miranda sint Minoricensis insulæ.

(d) *Luc. 3.*

XLVI. De reliquiis S. Stephani in insula Minorica relictis.

*Namque diebus pene istis, quibus ego tanti sacerdotii nomen, licet indignus, adeptus sum: presbyter quidam sanctitate præcipuus, a Hierosolyma veniens, Magonæ non longo tempore moratus est: qui postquam transvehi ad Hispanias, sicut desiderabat, nequivit remeare ad Africam denuo statuit:* erat enim Hispania obsessa hoc tempore a Gothis, quod suo loco est demonstratum: & hic presbyter Hispanus erat Orosius. Sed pergit: *Tunc B. Stephani reliquias, quæ nuper revelatæ sunt, cum ad Hispanias portare constituisset: ipsas, sine dubio martyre inspirante, in memorati oppidi Ecclesia collocavit. Quo facto, protinus ille ignis, quem Dominus* (e) *venit mittere in terram, & quem valde ardere cupit, charitate ejus accensus est. Statim siquidem tempor noster incaluit, & factum est cor nostrum (sicut scriptum est f) ardens in via. Tunc enim ille in fide jam ardebat zelus, tunc spe salvandæ multitudinis erigebat. Denique statim intercisæ sunt etiam salutationis officia, & non solum familiaritatis consuetudo divulsa, sed etiam noxia inveteratæ species charitatis ad odium temporale, sed pro æternæ salutis amore translata est. In omnibus pla-*

(e) *Luc. 12.*

(f) *Luc. 24.*

PAGIUS *Judæorum magnæ vatio hoc adhuc tempore habita.*

qua Judæi militia Agentum in rebus, ut & Palatina & Armata in posterum prohibentur. Tria tamen iisdem hac lege Imperator permittit. Primum iis, qui in præsenti *Agentes* in rebus vel *Palatini* sunt, percurrendæ ejus militiæ, & legitimis stipendiis terminandæ facultatem concedit. Secundo, *Advocationis* munere Judæis fungi permittit liberalibus studiis institutis. Cum tamen *Advocatio* seminarium esset dignitatum. Ex quo apparet, *Judæos* hac tempestate artium ru-



*plateis adversus Judæos pugnæ legis, in omnibus domibus fidei præliа gerebantur.*

XLVII. Conflatum bellum inter Christianos, & Judæos.

*Judæorum populus maxime cujusdam Theodori auctoritate & potentia nitebatur, qui non solum inter Judæos, verum etiam inter Christianos ejusdem oppidi, & sensu, & honore sæculi præcipuus erat, siquidem apud illos legis doctor, & (ut ipsorum utar verbo) pater patrum fuit; in Civitate autem cunctis Curiæ muniis exolutus, & Defensor jam extiterat, & jam nunc patronus municipium habebat. Christiani autem ut corde, ita etiam & viribus humiles, sed veritatis robore superiores, patroni Stephani patrocinium deprecabantur; donec utrique exercitus, cum jam diem certaminis condixissent, datis tunc induciis discesserunt. Judæis id magnopere expectantibus, ut scilicet Theodorus, in cujus se omnis synagoga viribus acclinabat, ex Majoricense insula reverteretur, ad quam forte visendæ possessionis gratia perrexerat. Qui quidem, statim ut ad eum missa legatio est, remeans, auctoritate sua multos terruit, sed nm extinxit, sed consopivit contentionis incendium: majore siquidem illico exardescens violentia, etiam vicinum oppidum fidei flamma corripuit. Et ut illud Salomonis* (a) *impleretur: Frater fratrem adjuvans exaltabitur sicut Civitas firma, & alta: statuerunt multi famuli Christi, laborem itineris minime recusantes, cunctas animi vires huic bello tradere.*

(a) *Prov. 18.*

XLVIII. Judæi prompti ad bellum.

*Pendente igitur prælio, nos quidem qualia præparaverimus arma, subditum huic epistolæ commonitorium probat; quod quidem non pro quorumdam instructione edi voluimus (quippe quia ea penitus egemus, & quam a beatitudine vestra magis speramus) sed ut animadverti possit, non minimam nos solicitudinem secundum modulum possibilitatis nostræ susceptі habuisse certaminis; Christum vero, cujus regnum non in sermone, sed in virtute est, nobis ne verbum quidem proferentibus, suis omnia viribus consummasse, & absque ullo sudore certaminis exercitui suo hanc, quam nemo aut optare audebat, aut sperare poterat, victoriam concessisse. Judæi igitur exemplis se Machabæi temporis exhortantes, mortem quoque pro defendendis legitimis suis desiderabant. Itaque non solum libros revolvere, sed etiam saxa, sudes, jacula, omniaque telorum genera ad synagogam conferre cœpere, ut Christianorum aciem virtute sancti Spiritus munitam (si ita res poscseret) etiam corporis viribus propulsarent.*

*Interea dum hi apparatus gererentur, magnoque altrinsecus studio futurum instituitur bellum: utrinque exercitus incarrabilibus, & absolutissimis somniis commoventur: quorum si nullam penitus facerem mentionem, non minimam videbor partem divinæ gloriæ operuisse. Sic enim S. Apostoli Pauli somnium Lucas* (b) *sacræ historiæ inserit, dicens, virum Macedonem astitisse in visione noctis, orantem ut juvaretur ab eo; & hac Apostolum visione præmonitum, itineris alio destinati cursum ad Macedoniam convertisse. Quanto itaque Domini nostri Jesu Christi major est gloria, quod id minimis atque indignis famulis revelare dignatus est, quod etiam beato Apostolo demonstratum Scriptura celare noluit? Igitur brevitatis causa, ne beatitudini vestræ fastidium fortasse gignatur, duo tantum somnia inseram.*

(b) *Act. 16.*

XLIX.

L. Visione per somnium Fideles admoniti.

*Apud nos devota quædam religiosissima, nomine Theodora, quæ & virginitate corporis, & religione propositi, & nominis interpretatione typum portare Ecclesiæ mereretur, vidit in visione noctis viduam quamdam nobilissimam ad me, qui non pro merito, sed pro divini muneris largitate sacerdotio fungor, insertas litteras per se mississe *, quibus mihi cunctos agros suos ad seminandum suppliciter offerret. Simili etiam somnio me quoque ultimum peccatorum ad seminandum præcingere, & commovere dignatus est. Vidua enim quædam altera nobilissima, quam synagogæ speciem habuisse non dubium est, me, ut agros suos incultos susciperem, eosque quando tempus sementis urgeret, diligenter excolerem, deprecabatur. Quæ est autem altera nobilissima vidua, nisi illa, quæ*

* præmisisse.

PAGIUS rudes non fuisse, verum artibus & studiis imbutos, etiam Juris disciplina: quinimo & Socrates lib. 7. cap. 13. meminit *Adamantii* Judæi Alexandriæ, qui medicinam docebat. Tertio, Curialibus saltem munere fungi iis permittit. Ex quibus liquet, quantopere adhuc hac tempestate *Judæorum* ratio habita fuerit, ut qui ad omnes promiscue militias admitterentur, donec id rursum *Honorius* prohibere necesse habuit: imo quibus & ipse non in totum muneribus publicis interdixit, sed nonnulla reliquit; idque satis timide: *Quibus cum debeant*, inquit, *ista sufficere, interdictam militiam pro nota non debent æstimare*. Quare huc facit, quod *Rutilius Numatianus* Itinerarii lib. 1. hoc ipso tempore scribebat, cum ageret de *Faleria*, cujus loci curam Judæus agebat.

*Atque utinam nunquam Judæa subacta fuisset,*
*Pompeii bellis imperioque Titi.*
*Latius excisæ pestis contagia serpunt,*
*Victoresque suos Natio victa premit.*

Quod Baronius num. XLIII. & seqq. de *Judæis* Insulæ Minoricensis & de *Theodoro* Judæo summæ auctoritatis etiam inter Christianos, belloque inter Judæos & Christianos conflato memorat, non adeo hinc abludit, ut inquit Gothofredus in hujus Legis Comment. ex quo hæc excerpsi.

*quæ Christum impie perimendo, semet ipsam crudelissime viduavit? Hoc somnium utriusque unum est. Ante triginta ferme quam impleretur dies, & vidisse, nos, & licet absolutionem ejus ignoraremus, tamen fratribus indicasse, manifestum est.*

LI. Visio Theodori Judæi.

*Apud Judæos quoque miro divinæ dispensationis ordine, ut & nominis Theodori, & officii mei in uno homine societas conveniret, Theodorus qui summus sacerdos perfidi populi erat, somnium, quod viderat, non solum Judæis, sed etiam propinquæ cuidam matrifamilias primariæ ipsius Civitatis, multisque etiam aliis Christianis, ante non parum quam adimpleretur tempus, his sermonibus propalavit: Eunti mihi (inquit) in synagogam, duodecim viri manus obvias obtulerunt, dicentes: Quo vadis? leo illic est. Cum ergo, audito leonis nomine, trepidare cœpissem; locum tamen, dum fugam paro, unde introspicerem, reperi, & vidi monachos illic mira suavitate psallentes: major mihi pavor illico adjectus est; & nisi in cujusdam nomine Ruben ingressus fuissem domum, & inde ad matrem propinquam cursu præcipiti convolassem, nequaquam curam mortiferi terroris evasissem. Illa me exanimem sinu suo confovens a discrimine pariter, & a metu eripuit. Hoc ejus somnium valde clarum est, & interpretatione non indiget. Quis enim leo, nisi ille de tribu Juda radix (a) David? Quæ propinqua illa, nisi de qua scriptum est (b): Una est propinqua mea? Illud ergo solum videbatur obscurum, quod in domum Ruben Judæi, a leone cum terreretur, ingressus est: quod quidem nobis postmodum ab ipso leone, qui terruit, ut salvaret, evidentissime expositum est: quod dehinc suo explicabimus loco. Nunc autem cœptæ rei ordinem prosequar.*

(a) Apoc. 5. (b) Cant. 6.

LII. Severus provocat Judæos.

*Ex Jammonensi civitate ad profectionem famulorum Christi multitudo convenit, quæ in ipso oppido putabatur consistere: tantaque difficillimi itineris laborem alacritate confecit, ut triginta millia passuum jucundius transvolaret, quam si ad suburbanum aliquod amœnissimum ad convivia epulaturi vocarentur. Igitur Magonam pervenimus. Statim ego, missis clericis, adventum meum Judæis nunciavi, & ut ad ecclesiam sanctam accedere dignarentur, popposci. Illi autem inopinatum nobis nuncium remittentes, mandaverunt, ecclesiam sibi (ne, credo, polluerentur) ingredi die eadem non oportere: esse enim diem sabbati, cujus festivitatem suis illi actibus corrupissent. Rursum ego expetivi, ut me ad synagogam, si mallent, operirentur, quandoquidem ingressus ecclesiæ pollutio videretur: non utique eos a nobis in die festi sabbati ad opus servile compelli; futurum autem honestissimum de lege conflictum, nec excitandas lites & fabulas esse miscendas: aut, si non astute certamen fugerent, & simplicem afferrent excusationem, ostenderent præceptum, quod in eo die sermonem conferre, prohibitum sit. Ad hæc cum illi in omnibus contraditionem obstinatissimam retulissent, tandem illius leonis terrore compulsi, ad domum in quam hospitio acceseram, confluxerunt. Ibi ego: Quæso (inquam) fratres, quare quasi adversus latrones, præsertim in civitate Romanis legibus subdita, acervos saxorum, omniaque armorum genera congregastis? Nos acquirere cupimus, vos perdere desideratis? Non est (quantum arbitror) æquum, ut tam varia lite alterutrum laboremus: vos vero (ut video) sitis nostrum sanguinem, nos vero vestram salutem.*

LIII. Processio cum cantu.

*Ad hæc illi paululum territi, negavere factum: nostris affirmantibus ita se habere, etiam cum jurejurando renitebantur. Tunc ego, ut nondum cœptæ contentionis abscinderem: Ubi res (inquam) oculis probari potest, juratione quid opus est? eamus igitur ad synagogam, & utrum pro vitio an veritate vestra nitatur assertio, vobismetipsis testantibus comprobabitur. Pergere igitur ad synagogam cœpimus, & hymnum Christo per plateam ex multitudine lætitiæ canebamus: psalmus autem, qui mira jucunditate etiam a Judæorum populis decantabatur, hic fuit (c): Periit memoria eorum cum strepitu, & Dominus in æternum permanet. Sed antequam ad synagogam perveniremus, quædam Judææ mulieres (ordinatione credo Dei) audaciam præsumentes, ut scilicet nostrorum lenitas incitaretur, lapides in nos ex superiori loco immanissimos jactare cœperunt: qui (mirum dictu) cum super confertissimam multitudinem, grandinis instar, descenderent, neminem nostrorum non solum ictu, sed nec tactu quidem vexavere. Hic agnis suis leo ille terribilis mansuetudinem paululum abstulit: omnes siquidem, reclamantibus nobis, saxa corripiunt, & pastoris commonitione posthabita, cum unum potius consilium cunctis zelus potius Christi quam ira suggereret, lupos cornibus impetendos censuerunt; quamvis hoc illius, qui solus bonus, pastor est, nutu factum esse, nulli dubium sit. Denique ne cruentam gregi suo videretur præstitisse victoriam, nemo Judæorum se contactum saltem fuisse, ne pro invidia quidem (ut mos est) simulavit. Sane quoniam omnimodis debemus vitare mendacium, unus ex omni Christianorum numero inventus est, qui cum Acham (d) illi similis esse vellet, qui sub Jesu Nave de anathemate spolia concupivit: nam servus cujusdam Christiani, solus, dum aliquid a synagoga diripere concupiscit, in lapidem offensionis incurrit. Quidam*

(c) Psal. 9.

Judæorum fœminæ jaciunt lapides in Christianos.

(d) Jos. 7





*vero nostrorum, quasi adversus Judæum, lapidem injecit: qui capiti ejus illisus, ut capitis sui id est, Christi, meminisset, admonuit: quod vulnus licet periculosum non fuerit, tamen & illum rapinæ suæ confiteri concupiscentiam compulit; & cunctos, ne similiter laberentur præsenti terruit ultione.*

LIV. Judæorum Synagoga incensa.

*Igitur postquam Judæis cedentibus, synagoga potiti sumus, nullus ex ea quicquam non dico abstulit, sed nec cogitavit diripere: omnia ejus ornamenta, exceptis libris atque argento, cum ipso pariete ignis absumpsit: libros sanctos, ne apud Judæos injuriam paterentur, sustulimus: argentum vero, ne vel de præda nostra vel de suo dispendio quererentur, ipsis reddidimus. Eversa itaque cunctis Judæis stupentibus synagoga, ad Ecclesiam cum hymnis perreximus: & auctori victoriæ nostræ gratias referentes, effusis precibus poscebamus, ut vera perfidiæ antra Dominus expugnaret, & tenebrosorum pectorum infidelitas coargueretur a lumine.*

LV. Convertitur Ruben.

*Ruben quidam Judæus a Domino, ut primogenitus omnium constitueretur, est electus: nam clamore sanctissimo lætificans corda multorum, absolvi se a vinculis Judaicæ superstitionis deprecabatur: statimque primitivus Jacob factus, signum salutare suscepit; & inde nostris lateribus atque consiliis inhærens, obstinatissimam cunctorum duritiem nobiscum increpat. Triduum (ni fallor) emensum est, ex quo nostri in oratione, & Judæi in perfidia perstitere. Post hæc venit Theodorus, multitudinis suæ agmine circumseptus, ad locum, in quo soli synagogæ parietes (qui post hæc credentibus Judæis sunt subversi) supereste videbantur: ad quem locum Christianorum pariter multitudo convenit. Ibi Theodorus cum audacter de lege differens, omnia quæ objiciebantur, irrideret, atque perverteret: populus Christianus videns, quod verbis superari non posset humanis, auxilium de cœlo imploravit. Omnes itaque pariter clamantes, cum summo unitæ vocis fragore dixerunt: Theodore crede in Christum. Mira indulgentissimi Domini misericordia, adhuc parva petebantur, & majora conceserat. Imo non mirum est de omnipotente miraculum. Ipse etenim virtutem clamoris hujus in auribus Judæorum commutavit, qui olim effecit, ut quatuor leprosi (a) Regis Syræ, qui Samariam obsederat, castris potirentur, & qui per Gedeon Madianitarum agmina conturbavit, deditque trecentis (b) ejus viris ingentem sine labore victoriam, efficiens per terrorem, ut mutuo hostium multitudo vulneribus prosterneretur. Ita & nunc ista vox longe aliter acircumstantibus Judæis suscepta est, quam a nostris immittebatur: omnes enim putaverunt dictum: Theodorus credidit. Itaque existimantes principem perfidiæ suæ ad Christi fidem fuisse conversum; cuncti pariter trepidi, ubi timor non erat, terrebantur: mulieres eorum sparsis criminibus, occurrentes cum ferali ululatu nomen Theodori, repetitis vocibus, accusabant, dicente: O Theodore quid fecisti? Viri autem, alii ad devios saltus & fixuras montium confugere: alii per ipsius oppidi angiportus discurrebant, locum in quo delitescerent, invenire cupientes.*

Judæorum miraculosa diffamatio.

(a) 4. Reg. 7.

(b) Jud. 7.

LVI. (c) Prov. 28.

*Ipse Theodorus stupore perculsus, divinam sententiam in plebe sua cernebat impleri. Fugit impius (c), nemine persequente; sed tamen non nemine: persequebatur enim eos ille leo terribilis, qui de synagogæ loco (sicut Theodoro fuerat revelatum) per monachos rugitum emiserat, quo resistentes tremefecit inimicos. Stabat igitur Theodorus in loco prorsus eodem, quo ei pridem per somnium terror fuerat leonis injectus: & cum causam tantæ trepidationis inquireret, & nomen solummodo nostri leonis audiret, nullam illic (sicut ferebatur) feritatem videns, tantum psallentes monachos intuebatur; & ab omni suorum multitudine destitutus, atque elabi parans, etiam ipse pedum viam prospiciebat: quem cum horribili formidine apprehensum, non solum colore vultus, verum etiam vocis officio destitutum Ruben ille sanctissimus aspexisset, propere accedit, & trementem blando sermone compellans, ad Christi fidem cohortabatur: atque ingerens ei pro suffragio metus suæ credulitatis exemplum, domus figuræ, ad quam pavore leonis confugeret, quodammodo satisfacere videbatur.*

LVII. Theodorus assentitur fieri Christianus.

*Verum ut & nos fideliter universa narremus; & vos, qui non eloquii ornatum, sed veritatem quæretis, libentius audiatis: ipsius Ruben verba inserens, nihil ex simplicitate dictorum ejus subtraham. Ajebat enim: Quid times, domine Theodore? si vis certe securus & honoratus dives esse, in Christum crede, sicut & ego credidi. Modo tu stas, & ego cum Episcopis sedeo: si tu credideris, & tu sedebis, & ego ante te stabo. Hos sermones Theodorus alta mente suscipiens, ad nos ait: Faciam quod vultis: tenete (inquit) promissionem hanc. Sed permittite mihi, ut prius alloquar plebem meam, ut majorem conversionis meæ etiam ex reliquis possim habere mercedem. Hæc ejus sponsio cum inexistimabili cunctorum exultatione suscepta est: alii in eum amabiliter irruentes, os ipsius & colla mulcebant; alii eum ulnis mollibus amplectebantur; alii autem dexteram dexteræ adjungere, & sermonem conserere gestiebant.*

LVIII. *Perrexit igitur Theodorus ad atrium suum quolibet officio nostrorum lætus, tamen anxietate non penitus carens. Nam licet in domum Ruben per promissionem*

*suam jam veniretur, ingressus tamen, & tunc trepidus erat, quia nondum ad propinquam venerat, quæ eum post triduum materno susceptit sinu, & ab omni perturbatione trepidationis absolvit. Nos autem ad ecclesiam cum hymnis ex more perreximus. Benedictus est pater misericordiarum, & Deus totius consolationis (a), qui dedit capiti nostro aquam, & oculis nostris fontem lacrymarum, ut plor aremus vulneratos populi nostri.*

(a) Hier. Thren. 1.

LIX. Credentes Judæi Cruce signantur.

*Peractis siquidem mysteriis, ecclesiam egressi, non minimam in occursum nostrum Judæorum multitudinem convenisse inspeximus. Omnes unanimiter deprecabantur, ut Christi characterem a me licet indigno pastore, susciperent. Reversi itaque ad ecclesiam, & toto corde Domino gratias referentes, illico in frontibus eorum signum salutis impinximus. Quæ autem cum his qui ad silvas sive ad antra confugerant, Christi virtute gesta sint, quæ lingua effabitur? præsertim cum unusquisque eorum propriam conversionis suæ habeat historiam. Sicut itaque impossibile nobis est, omnia dicere; sic ingratum cuncta præterire. Quapropter unum Christi miraculum, quod tum a Fidelibus probatissimisque viris comperimus, precibus vestris adjutus evolvam.*

LX. *Duo quidam primarii Judæorum, Meletius Theodori frater, & Innocentius, qui Hispaniarum cladem nuper effugiens, cum famulis suis ad hanc insulam venerat (sicut nunc ipsi etiam cum sacramentorum terribili interpositione confirmant) ad unam speluncam, vel potius rupem convenerunt, associando se duobus quibusdam Judæis humili loco ortis, qui istos communis fugæ principes legerant. Igitur cum in loco eorum trepidi, anhelantesque paululum resedissent, duos illos, qui ætate alacres & audaces erant, explorandi gratia ad oppidum remittentes, soli derelicti sunt ibi. Tunc prior Meletius: Quid est (inquit) frater, quod verbum (sicut docet religio nostra) blasphemum avellere a corde meo nequeo? Ex quo enim fratrem meum conversum fuisse Christianorum populus inclamavit, nihil aliud mihi in corde suggeritur, nisi hoc verbum, mihi usque ad hunc diem penitus ignoratum, CHRISTE IN NOMINE TUO. Quanto magis pulsare hoc ab animo meo nitor, tanto violentius tenaciusque inhæresit. Ad hæc Innocentius: Non (inquit) frustra hic sermo, quem cor tuum (ut apud cunctos probatissimum est) antea nec cogitavit, nec umquam protulit, hic præsertim menti tuæ (ut asseris) tam violenter insertus est: hoc ex Deo esse arbitror. Veruntamen elabora, obsecro, & fabulis his declinatis, interpellationem molestæ cogitationis expelle. Tunc Meletius ita obstrepere, & confusis clamoribus personare cœpit, ut eum*

Nomen Christi nolenti ingeritur divinitus.

*cum sua mente luctari non solum nutibus vultus, sed etiam totius corporis indicio Innocentius cerneret: quod postea quam ne parum quidem proficere intellexit, & adjecit etiam illud, ut verba quædam profana & turpia loqueretur, & nunc naribus corrugatis, aerem sorbens inhonestos strepitus promeret, nunc fœtidis risibus cachinnaretur: sed hæc ab animo ejus nomen Christi extinguere nequivit insania, quia jam cunctas ejus medullas sanitatis ignis pervaserat. Quid ergo (inquit) Innocenti frater? in contrarium verba ista vertuntur: abolitionem mihi nominis Christi nec scurrilitate verborum, nec ipsis pssum obscœni sonitus extorquere blasphemiis: aliud siquidem mihi reddi * sentio, quod cordis mei auribus quas frustra obstruere nitor, Christi nomen ingerere, incessabili clamore non desinit. His Meletii verbis talia Innocentius retulit: Fratrem tuum Theodorum, doctrina honore, & ætate majorem, ad Christi fidem conversum, his auribus audientibus, plebs Christiana testata est: poterit ne fieri, ut etiam tu germani constrictus exemplo religionem Judaicam deseras? Quid ergo in hac terribili solitudine diutius tempus terimus? quamdiu etiam inopia victus laborare poterimus? Quid causæ est, ut fame tabescamus, arescamus siti, obrigescamus algore? ad postremum (quod jam patimur) nostræ hujus solitudinis horribili teneamur silentio? Numquid latronum vincula, numquid barbarorum gladios fugimus? numquid sanguinem nostrum plebs tanta misericors, quam pro nobis flere conspeximus, concupiscit? recordemur, obsecro, quem umquam læserit vi nostrorum, vel saltem irrogaverit injuriam: revertamur ad innoxios, quos in nullo læsimus inimicos; & quod Deo placuerit, fiat.*

(* mihi crede.

LXI. *Ad hæc Meletius: Ego te (inquit) Innocenti frater, quem non solum Latinis, sed etiam Græcis litteris eruditum scio, & legem jugiter meditari, oblitum reor, quod per Ezechielem Prophetam Dominus ait (b): Anima quæ peccaverit, ipsa morietur. Si enim legisti hoc, cur me fratris mei Theodori exemplo attrahi posse ad fidem Christi existimas? Habet ille animam suam, ita & peccatum suum: quod quidem peccatum mihi, si Dominum Deum non relinquo, non nocebit. Testor autem illum, qui eduxit patres nostros de terra Ægypti, me, si hiemis violentia non obesset, abrepto quocumque navigio ad quaslibet terras solum velle migrare nec me possessionum amor, nec affectuum charitas detineret, quorum facilis mihi jactura est, tantum ne deum patrum meorum negare compellar. Quod autem consilio inutili ad civitatem remeandum decernis: miror te prudentissimum virum non animo prævidere, quid de nobis futurum cen-*

(b) Ezech. 18.



Meletius reluctatur.

*censeas, si Theodorus columna synagogæ nostræ, in quo omnem fiduciam reponebamus, apostatare compulsus est. Hoc ergo fanius est, ut eamus ad agrum meum, nec nos ultra Christianorum oculis ingeramus: possumus enim illic interim delitescere, donec opportuno tempore ad peregrina emigremus: quandoquidem in hac insula ita apud cunctos odium nostræ religionis increvit; ut qui patriam non reliquerit, fidem patrum tenere non possit. Cur itaque non voluntarium suscipiamus exilium, ad quod (sicut res indicat) odiis civium, etiam si nolumus, destinandi sumus? Hoc igitur consilio utriusque sententia confirmata, laborem destinati itineris arripiunt.*

LXII. *Sed dum per angustissimum ingrediuntur callem, cogitationum tenebris lucem occæcantibus oculorum: ipsum quem inscii sequebantur tramitem, perdiderunt, & in locis desertis atque inviis remansere. Cum autem scinderentur sentibus, aut rupibus * arcerentur, postquam corpus suum longis fœdavere vulneribus, ad tantam primo quidem anxietatem, deinde etiam ad desperationem atque formidinem venere, ut compellerentur fateri, se ea judicio Dei justo ob incrudelitatem perpeti. Igitur nomen Christi, quod ante se ultro ingerens repellebant, laceratis jam cruribus invocantes, semitam, quæ eos contra voluntatem ac propositum tam ad oppidum retraxit, corripuerunt: sed cum ad civitatem inviti ac trepidi pervenissent, curiosius omnia percunctantes, audierunt Theodorum etiam nunc Judæum esse, nec ullam, sicut existimaverant, populi Christiani pertulisse violentiam. Stupentes autem, & quod ipsis acciderat, non credentes, ad domum Theodori iter dirigunt: ubi cum eos, jam pene exacto prandio, ille excepisset, illico inquirit causam, cur a se & a civitate abscessissent; universumque ordinem gestæ rei, magis cum risu, quam cum admiratione cognoscit.*

* vepribus lacerarentur.

Christi nomen coguntur per fidi invocare.

LXIII. *Post triduum Theodorus cum concionari ad plebem suam, eosque ad fidem Christi provocare disponeret: ultro se offerentium ad confessionem Judæorum etiam seditionem pertulit. Nemo enim eorum ferme erat, qui non se palam sensisse Christi potentiam contestaretur. Nam primo in concilio eorum adolescens quidam ipsius Theodori consobrinus, nomine Galilæus, ut congruum (sicut dictum est) nominibus mysterium gestæ rei usque ad finem deduceretur, cum ingenti invidia proclamare hoc cœpit: Contestor (inquit) vos omnes, me Judæorum esse non posse in possessione; siquidem in ea Christianos consortes habeo, quorum odiis, si in Judaismo perseverare voluero, forsitan perimendus sum. Ego igitur vitæ meæ periculo consulens, ad ecclesiam jam pergam, ut necem, quæ mihi paratur, effugiam. Hæc Galilæus, cum ad tempus fugæ se pararet, quasi ut causas conversionis suæ redderet videretur, de futuri sæculi morte tunc nihil cogitans, veritatem inscius loquebatur. Huic sermoni, pene præteriens vir honestus, & non solum inter Judæos, verum etiam in civitate usque adeo præcipuus, ut etiam nunc Defensor civitatis electus sit, Cæcilianus vera Galilæum dicere, seque similem habere causam, similia formidare attestabatur; quibus verbis tantam supramemorato juveni adjecit confidentiam, ut in conspectu omnium cursu rapidissimo ad percipiendum fidei bravium ad Galilæi nostri convolaret auxilium, & ab humilitate nostra, ut ejusdem inde nomine conseveretur expeteret.*

Galilæi conversio.

LXIV. Conversio Cæciliani, Florini, & aliorum.

*Cæcilianus autem cum esset Judæorum pater, habito cum Florino fratre suo eque Judæorum patre seniore consilio, hujusmodi (sicut agnovimus) verbis synagogam adorsus est: Ego (inquit) cum sim in honore synagogæ post Theodorum primus, non sicut juvenis Galilæus, cunctos quasi trepidus consulo, contestorque; sed potius adhortor atque commoneo denuncians, ut errore pravi itineris derelicto (si fieri potest) omnes pariter ad fidem Ecclesiasticam concurramus. Quod si vos ad Christum tanta virtus non attrahit, ego certe & Florinus frater meus, sicut recusantibus vobis tantam salutem vim inferre non possumus, ita nos cum universa domo nostra religionis hujus, quam asbruere non valemus, ludibria deferentes, Christianorum numero fideique sociabimur; qui numquam utique innumerabilibus Scripturarum testimoniis non solum te, frater Theodore, qui peritior reliquis videris, sed etiam cunctos convincerent, nisi veritatem, quæ vinci non potest, sectarentur. Tali Cæcilianum sensu plebem suam affatum comperimus, multosque Judæorum eadem die ad fidem Christi cum ipso concurrentes cum ineffabili exultatione suscepimus.*

LXV. Mirabilis visio.

*Prodigia sane, quæ de cælo tunc facta sunt, sicut eloqui digne non audeam *, flere non audeo. Hora circiter septima Missam Dominicam solemniter cœpimus celebrare: nam dum nos advenientes ad Christi fidem Judæos vel exhortamur, vel adnotamus (siquidem nomina eorum scripsimus) populus autem tanti gaudii epulis saginatus carnalium non meminisset escarum, pars diei major excurrerat. Cum igitur in ecclesia, quæ paululum a civitate sequestri in loco sita est, in qua S. martyris Stephani nuper reconditæ reliquiæ conquiescunt, nobiscum pariter plebs universa Missam opperiebatur; duo quidem monachi, quos Dominus testes sto-*

* addam.

rum miraculorum præelegit, in campo qui ante fores ecclesiæ protenditur, in herbis accubabant. Vir autem honoratus, Julius nomine, cum alio quodam de civitate ecclesiam petens, cum per ipsos præterire cœpisset, respondente * uno ex monachis (visa mirabili) signo conturbatus, confusum emisit clamorem; conversusque ad se, protensa manu, quæ verbo explicare non poterat, quid videret ostendit. Erat globus quidam candidissimi luminis, proceritate sui staturam quasi hominis adæquans, instar vasculorum quæ vulgo Orcæ appellantur, tantæ vero claritatis & fulgoris, ut visum fuit, quod fratri qui ad prior notavit (sicut ipsa referente cognovimus) Sol decidere videretur: hoc sicut istis visum est quasi trans basilicam, in qua universus nobiscum populus consederat, lento lapsu demittebatur (verum ita propinquum putavere, ut se idem frater stupore percitus cursu præriperet, existimans id post basilicam decidisse: sed ab illo retractus fratre, gressum inhibuit: ille enim ita quidem etiam sibi visum, tamen longius fuisse non quasi certus, sed ut æstimans, astruebat. Mulieres autem quædam tunc Judææ, inter quas matrona Meletii illius, cujus supra mentio habita est, de cœnaculo perspicientes ita sibi id ipsum visum affirmabant, quasi supra basilicam decidisset. Verum hoc utrum Angelus, an ipse Stephanus, quod visum est, fuerit, incertum est.

* respiciente.

LXVI. Grando instar Mannæ.

Eadem diei hora circiter quarta, id est, paulo antequam hoc signum demonstraretur, grando minutissima, quam incolæ insulæ illius gentili sermone Ægistinum vocant, non usquequaque copiosa defluxit: hæc, cum odor ex ea mellis fragrare cœpisset, a multis quos per viam verberaverat, degustata, dulcior melle comperta est. Multi itaque sapientes, cum eadem die filios (a) Israel ab Ægypto perfidiæ suæ atque a servitute egressos viderent, hæc quæ facta sunt, signis illis quæ in Exodo legimus, comparabant huic populo, qui Deum credulo corde inquirens, verum etiam Israelis nomen meruit, manna crederent innovari: columnam quoque ignis, quæ patres in eremo præcedebat, ut etiam filiis a vera Ægypto atque forma (b) ferrea egressis, ducatum præberet ad vitam, ostensam fuisse existimarunt: Et re vera (sicut lectione exodi attestatur) similitudo signorum minime discrepat. Nam & illud quod nivem fuisse credidimus, semen coriandri minuti adæquabat, mellis saporem ferebat: & hoc quod apparuit, columnæ igneæ speciem habuisse, manifestum est. Utrumque autem signum etiam Jammonæ consistentibus fratribus revelatum fuisse cognoscimus; nam & pluviam mellis multi, quibus intellectus requirendi & pergustus agnoscendi datus est, probavere: & columna candidissimi illius luminis multorum, quos dignos Dominus judicavit, se ingessit aspectibus. Unde intelligi datur, Judæos per universum Orbem fidei lumine visitandos: quoniam quidem nobis qui in hac insula, atque in hoc parvulo (ut ita dixerim) Orbe consistimus, tantus cælestis gratiæ splendor illuxit, ut usque ad extremos terræ vestræ terminos signorum viso perveniret.

(a) Exod. 16.

(b) Exod. 23.

LXVII. Theodoro ad Ecclesiam veniente, alii eum secuti.

Sequenti igitur die summa omnium expectatio, ut Theodorus sponsioni suæ satisfaceret, admonebat: qui cum justis (quantum videbatur) allegationibus sanctorum vota crederet differenda, dicens matronam prius suam, quam in Majoricensi reliquisset insula, huc se velle deducere; ne forte, si absque consensu suo virum suum conversum fuisse agnovisset, sicut solet) pertinax perfidia esset, persuasione matris præcipue suæ, quæ adhuc supererat, & consiliis dementata, & a conjugio viri religione discederet. Cum hæc Theodorus Christianis jam acquiescentibus propalasset: Judæis, qui conversi fuerant, acerrima commotione resistentibus amputata dilationis mora, ad matris propinquæ sinum festinus ipse, ut in somnis viderat, convolavit: Post quem omnis, tamquam remoto obice, ad Ecclesiam synagoga confluxit. Mirum dictu, inveterati illius legis doctores sine ulla altercatione verborum, sine ullo Scripturarum certamine crediderunt: tantum percunctati, an vellent fidem Christi suscipere: credere se in Christo, & Christianos fieri cupere profitebantur. Centum quidam & duos (ut asserunt) ætatis atque perfidiæ suæ habens annos, sine trium commutatione verborum, spe futuræ vitæ alacer, decrepitus, optare se ut in fine temporum suorum per fidem Christi ad spiritualem reverteretur infantiam; nobisque putrefacta jam senio membra, ut quantocyus per baptismum regenerarentur, ingessit.

LXVIII. * Lectorii. Mira Dei, opera in conversione Arthemisiæ.

Fuerunt quidam Judæi, qui prætereuntes, illuc appulsi, opportunitate temporis atque veniorum aucupabantur: qui, navigandi concessa opportunitate, credere maluerunt. Tres igitur tantum feminas, sed nobilissimas Judæorum, ad virtutis suæ gloriam dilatandam, in duritie perfidiæ suæ Christus permanere aliquantulum passus est. Arthemisia siquidem Lectorii*, qui nuper hanc provinciam rexit, & nunc Comes esse dicitur, filia, conjugis Meletii conversione commota, cum una ferme amica & nutrice & paucis ancillis domum viri sui deserens, ad quamdam speluncam, licet in vinea, tamen remotiore paululum loco sita, oblita femineæ infirmitatis evasit. Erat in ea





ea parvum novumque torcular, lacusque novus factus figuram quodammodo gerere credentis populi videbatur; non enim istos sicut utres veteres, sed sicut novos lacus mustum novi Testamenti recepisse, & credimus, & videmus. In eo igitur loco cum per biduum matrona a viro suo offensa, inexorabilis permansisset; ut primum tertia dies illuxit, famulæ aquam haurire imperavit: quam cum odore & sapore mellis dulcedinem referre sensisset, primo quidem ministræ succensere cœpit; & cur in eodem urceo mel injecisset, indignans, inquirebat: postquam autem, ut quasi negantem convinceret, ad lacum pergit, de quo paululum concavis manibus hauriens: reperit aquam, qua per biduum usa fuerat, in mellis suavissimi versum dulcedinem: advocans itaque cunctas quæ aderant, ut gustarent rogat, ne forte fallax sapor in faucibus tantum ipsius suavitatem mentiretur. Omnes gustantes, mira oblectatione affectæ sunt, ut non aquam mellis sapore delibutam, sed mel sincerissimum solum aquæ similitudinem censerent. Stupore igitur percitæ, dum ad civitatem reverti parantur, curiosius agentes, etiam rorem qui in herbis plurimis erat, degustatum similem reperere runt. Pergens itaque ad civitatem matrona memorata, hæc marito retulit, & per eum omnibus indicavit; statimque ad Christi fidem sine reluctatione consensit.

LXIX. Mystica pluvia quid præferret.

Verum eadem die, qua Meletii uxor amaritudinem incredulitatis abjicere ex melle compulsa est, eadem inquam die, qua memorata filia Israel, quasi in deserto posita, illum antiquum (a) Mara lacum, injecto Crucis ligno, obdulcescere persensit: ita mirifico vereque cælesti omnis Ecclesia odore fragravit, ut præsentiam Spiritus sancti, quam & ante jam aliquoties, sed paucissimi senseramus, fraternitas pene universa sentiret: & mirum cunctis illud fuit, quod per eosdem dies serena propemodum jugiter permanente, creberrimi imbres demittebantur, & paulatim venientes ad fidem Christi Judæos pluvia præcedebat: ita ut hoc animadvertentes, vulgo inter nos & quasi joculariter diceremus: Ecce jampluit, scitote quoscumque Judæos ad Christi fidem accessuros. Mirum dictu, frequenter, dum adhuc talia loqueremur, a quibusdam Judæis fidei janua pulsabatur: nec immerito, sicut scriptum est (b): Pluviam voluntariam segregabit hæreditati suæ Dominus. Desuper erant feminæ, quæ in odorem unguentorum Christi currere recusabant.

(a) Exod. 15.

(b) Psal. 67.

LXX. Conversio uxoris Innocentii.

Innocentii illius, cujus supra fecimus mentionem matrona cum prole sua, venerabilis (sicut fama est) vidua, illico ut Innocentium sororis conjugem conversum esse conspexit navim conscendit, non solum permittentibus, sed etiam suadentibus nobis; quia ad fidem Christi nec verbis, nec miraculis flecterentur. Uxor autem Innocentii per quatuor fere dies verbum salutis, quod ingerebamus, obduratis auribus recipiebat. Hæc cum omnem respuens medicinam, insanabili incredulitatis valetudine opprimeretur, nullisque Innocentii conjugis vel minis, vel precibus, vel lacrymis moveri posset; universa, Innocentio rogante, ad domum in in qua habitabat, fraternitatis multitudo convenit, habens magnum dolorem animi, quod tantæ lætitiæ plenitudini una mulier obsisteret, quia jam soror ejus manifeste putabatur. Cum igitur diu cassa verba surdis auribus ingerentes, nihil profecissemus; ad cognitum orationis præsidium convolavimus; precesque, quas humana repellebat impietas, ad cælestem misericordiam vertimus. Itaque usque in horam tertiam ferme hymnorum & orationum præliis adversus Amalech (c) hostem Jesu ducis nostri sudavit exercitus. Inde cum jam pene (quod fatendum est) desperantes absessionem moliremur; resumptis rursum viribus orationem cunctis indiximus, soloque strati, diu flevimus: & cum in consummatione orationis, Amen, populus acclamasset; & illa credere se, & Christianam fieri velle, subjunxit. Nos itaque, hac etiam a diaboli laqueis eruta, læti ad habitacula nostra perreximus.

(c) Exod. 17.

LXXI. Conversio Matronæ cum filiabus.

Sequenti, id est, octava, demum die, qua veneramus Jammona, remeare statuimus, optima præclaræ victoriæ gaudia reportantes: sed cum jam in procinctu itineris constituti, civitate digrederemur, Dominus populo suo quasi pro viatico, gaudium, quod solum deesse videbatur, adjecit. Affinis siquidem Innocentii illa vidua de pelago reducta est: quæ subito se meis genibus advolvens, fidei nostræ auxilium cum lacrymis deprecabatur. Cui ego: Cur (inquam) mulier tanta animi lenitate fratres tuos deserere voluisti? Ad hæc illa: Et Jona (d inquit) Propheta a facie Domini fugere voluit, & tamen voluntatem Dei, licet invitus, implevit. Suscipe ergo tu non solum me, sed & istas orphanas, & Christo eas nutri. Et hoc miserabiliter acclamans, duas filias suas parvulas mihi cum fletibus ingerebat. Quis non præ gaudio flevit? Cui non extorsit lacrymas lætitiæ magnitudo? Suscepi plane ovem, quam ex omni numero solam errasse putabamus; eamque cum gemino fœtu ad Christi ovilia revocavi.

(d) Joan. 1.

LXXII. Quingenti & quadraginta Judæi ad fidem conversi.

Sane per hos octo, quibus hæc gesta sunt, dies, ante initium Quadragesimæ, Paschæ a nobis celebrata est festivitas: quingentas siquidem & quadraginta animas ad Ecclesiam constat adjectas. Inane autem & supervacaneum non reor, ut

*cum multa propter infinitam copiam prætermiserò, in fine commemorem, neminem ex tanta Jammonensis populi multitudine, qui per triginta millia passuum ante tot dies venerat, aut curam domus suæ, aut provisionem substantiæ, aut desiderii affectum huic operi prætulisse. Illud magis mirum, magisque gaudendum est, quod ipsam Judaicæ plebis terram diu inertem, nunc autem reciss is incrudelitatis vepribus, & recepto verbi semine, multiplicem fructum justitiæ germinare conspicimus: ita ut nobis in spe tantorum novalium gaudeamus, unde insignem perfidia eruimus silvam; illic fertilissima fidei opera pullulare. Primum enim ipsa synagogæ fundamenta evertere, deinde ad novam basilicam construendam non solum impendia conferunt, sed etiam humeris saxa comportant. Hæc beatitudo vestra die quarto Nonarum Februalium virtute Domini nostri Jesu Christi arrepta, octo diebus ab eodem consummata esse cognoscat, post Consulatum domini Honorii undecimum, & Constantio iterum victore. Quamobrem si indigni & peccatoris verbum dignanter admittitis, zelum Christi adversum Judæos, sed propter Deum, eorumdemque perpetuam salutem, suscipite. Forsitan enim jam illud prædictum ab Apostolo venit tempus, ut plenitudine Gentium ingressa, omnis Israel salvus fiat. Et fortasse hanc ab extremo terræ scintillam voluit Dominus excitari, ut universus orbis terrarum charitatis flagret incendio.* Hactenus Severi Episcopi epistola: missa enim (ut diximus) hæc ad cunctos Christi fideles, inter alia loca, etiam Uzali in Africa, ubi Evodius Episcopus erat, lecta est ut ante meminimus.

LXXIII. His autem quam citissime per universum Christianum orbem vulgatis, Honorius Imperator legem (*a*) tulit, qua Judæos vetuit honoribus & magistratibus fungi, militiæque cingulo, si qui accepissent, exui: ratus nimirum, exemplo Minoricensium Judæorum, conversionem ipsorum ejusmodi vexatione esse tentandam. Sed & illud accidit, ut cum eædem Severi Episcopi litteræ per omnes Ecclesias legerentur, Christianorum pariter omnium incenderentur animi ad conversionem Judæorum aggrediendam, iisdemque initiis auspicandam, qua cœpisse scirent Minoricenses, nempe incensione synagogarum ipsorum. Tolerabilis visa est magistratibus ejusmodi ex pietate proveniens vis illata. Sed cum nec ob eam causam Judæi converterentur, iidemque apud Imperatorem queri minime desisterent, opus fuit tandem consulere illis; factumque est, ut post annos demum quatuor, Imperatores sancirent edictum, quo ejusmodi synagogarum prohiberent incensionem, & bonorum deprædationem. Sed quod nec sic desisterent, qui semel sumpta licentia hoc aggressi fuerant Christiani, aliis eodem anno editis sanctionibus (*b*) oportuit cohiberi. Extant ipsa edicta, primumque sic se habet (*c*):

(*a*) *l.24. de Judæis C. Theod.*

(*b*) *l.25. 26.27. de Judæis C. Theod.*

(*c*) *l.25. de Judæis C. Theod.*

LXXIV. *Placet in posterum nullas omnino synagogas Judæorum vel auferri passim, vel flammis exuri. Et si quæ sunt post legem recenti molimine vel ereptæ synagogæ, vel ecclesiis vendicatæ, aut certe venerandis mysteriis consecratæ, pro his loca eis, in quibus possint extruere, ad mensuram videlicet sublatarum præberi. Sed & donaria, si qua sunt sublata, eisdem, si necdum sacris mysteriis sunt dedicata, reddantur: sin redhibitionem consecratio veneranda non sinit, pro his ejusdem quantitatis pretium tribuatur. Synagogæ de cætero nullæ protinus extruantur, veteres in sua forma permaneant.* Hæc Imp. XV. Kal. Mart. Asclepiodoto & Mariniano Conss. Sequuntur duæ leges eodem argumento sub iisdem Consulibus datæ: quas, ne nimis prolixi videamur, prætermittimus recensere: Cæterum, quod non idem est consecutus eventus, plane notum factum est, non synagogæ conflagratione, sed Protomartyris virtute in ostensione signorum Minoricenses Judæos ad fidem esse conversos, ut ex dicta epistola satis exploratum habetur.

LXXV. Ad calcem vero anni hujus, nempe septimo Kalendas Januarii, iisdem Conss. Honorio XII. & Theodosio VIII. Zosimus Papa diem obiit, cum sedisset annum unum, menses quatuor, & dies septem: hæc enim de tempore sedis Zosimi certissima supputatione colliguntur. Etenim cum non ante annum superiorem sedere cœpisse, ex Consulibus, quinatu Chronico-Hist. cum die XVII. ejusdem mensis perperam alligavit, persuasus Pontifices Romanos pluribus sæpe post mortem diebus solemni sepultura cohonestatos fuisse; cum tamen ex variis hujus Criticæ locis constet, eos vel ipso die emortuali, vel uno aut altero post die eos terræ mandatos esse. *Zosimi* Sedis duratio quoad menses & dies, quibus supra annum unum Ecclesiæ præfuit, in omnibus Anastasii exemplaribus ab aliis citatis, aut a me visis, mendose descripta; ideoque non mirum si Baronius anno

Zosimi Papæ obitus.

PAGIUS

LXXI. *Moritur Zosimus Papa.* A num. LXXV. ad LXXXIII. Anastasius in Zosimo Papa de ejus morte verba faciens ait: *Sepultus est juxta corpus Beati Laurentii Martyris, via Tiburtina, VIII. Kalendas Januarias;* Verum in variis Codicibus MSS. in fine Editionis Regiæ citaris, & in Florentino ab Holstenio in Correctionibus Libri Pontificalis memorato, loco, *VIII. Kalendas Januarias*, accurate legitur, *VII. Kalend.* die scilicet XXVI. mensis Decembris, quo ideo die Baronius *Zosimi* mortem recte collocavit, quam Papebrocius in Co-



quibus notatæ sunt litteræ Innocentii Papæ datæ anno superiori ad Concilium Milevitanum, satis perspicue demonstratum est: eumdemque nec post præsentem annum fuisse superstitem, tum Acta Concilii sexti Carthaginensis sequenti celebrato sub Bonifacio Zosimi successore, tum etiam ejusdem Bonifacii Papæ epistola data anno pariter sequenti sub Consulatu Monaxi ad Episcopos Galliæ, satis manifeste declarant: quamobrem certum est, errare eos, qui Zosimi sedi tribuunt tres annos, eumque non ante annum sequentem decessisse volunt; cum & in libro de Romanis Pontificibus ipsum nonnisi annum sedisse & menses duos ac dies undecim legatur: licet ibi de numero mensium & dierum errorem inesse, quæ dicta sunt de tempore obitus Innocentii doceant. Mortuus igitur dicta Decembris die Zosimus, sepultus est via Tiburtina apud corpus sancti Laurentii martyris, ut apparet ex eodem libro de Romanis Pontificibus, in quo & de rebus ab eo gestis hæc leguntur (*a*):

Zosimi Papæ res gestæ.

(*a*) *Conc. t. 1. in Zosim.*

LXXVI. *Hic constituit multa in Ecclesia: Ut diacones levas tectas de pallis linostimis haberent. Et per parochias concessit licentiam benedicendi cereum Paschalem. Et præcepit ut nullis poculum in publico propinaretur: nonnisi tantum in cellis fidelium maxime clericorum. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, ordinavit presbyteros decem, & diaconos tres, & Episcopos per diversa loca numero octo.* Hæc ibi. Quod autem ad cereum Paschalem spectat, perperam acceperunt nonnulli, ut a Zosimo putarint primo inventum esse ejus usum; cum illud tantum a Zosimo institutum esse dicatur, ut idem cereus, qui in majoribus tantum basilicis incendi soleret, æque singulis parochiis concederetur. Cæterum antiquiorem fuisse in Ecclesia Paschalis cerei benedictionem, & symbolicum Sacramentum, Prudentius, qui de eo hymnum cecinit, docet.

LXXVII. Constat etiam eumdem Zosimum hoc anno tres Legatos a Latere misisse Carthaginem, Faustinum Episcopum Potentinum in Piceno, & Asellum atque Philippum presbyteros ob dissensionem quamdam Africanorum Episcoporum cum Romano Pontifice obortam de prosecutione appellationum ad Apostolicam sedem. Quoniam vero inter hæc ipsum Zosimum contigit mori, remque devolvi ad Bonifacium Zosimi successorem: quid in hac causa gestum sit, dicemus anno sequenti, quo simul perdifficilem pertractabimus controversiam ad quinquennium inter utramque partem ardenti studio agitatam.

LXXVIII. Mortuo itaque Zosimo, non amplius una die sedes vacavit, non autem undecim, ut aliqui dixerunt: nam litteræ Symmachi Præfecti ad Honorium Imperatorem datæ hoc anno, quarto Kalendas Januarii, de Bonifacii Papæ electione id satis evidenter demonstrant: reddemus eas ex codice Vaticano una cum aliis secundum ordinem temporis ultro citroque datis de sedanda dissensione in clero oborta; cujus pars minor, facto schismate, elegit Eulalium Archidiaconum contra Bonifacium presbyterum. Porro vivente adhuc Zosimo, fluctuatum esse in Ecclesia Romana; & ob eam causam excommunicatos nonnullos ex clericis fuisse, ipsos vero profectos Ravennam ad Honorium Imperatorem, jam superius ex litteris ejusdem Zosimi ad Ravennates clericos datis enarratum est. Quomodo autem hujusmodi schisma conflatum sit, audiamus ex Symmachi relatione ad Honorium Imperatorem, & aliis litteris Romanæ Ecclesiæ presbyterorum ad eumdem Augustum datis, suo loco inferius ordine temporum recitandis. Modo vero reddamus litteras Symmachi (*b*) primo loco conscriptas:

De electione Bonifacii, & Eulalii schismate conflato.

(*b*) *Habet has & alias inferius reddendas C. Vatic.*

LXXIX. *Exemplum relationis Symmachi Præfecti Urbis ad Honorium Augustum Ravennæ constitutum.*

Relatio Symmachi ad Honorium Imp.

*Quæcumque in Urbe geruntur, me tacere non convenit pro debito famulatus, quem majestati vestræ semper exhibeo: Cum diu Episcopus Zosimus gravi incommodo laboraret, usque adeo ut frequenter mortuus jactaretur: accidit ut secundo die post ingressum meum vita decederet. Sta-*

PAGIUS anno CCCCXVII. num. XVII. ejus initium cum die XIX. mensis Augusti illius anni copulavit, eique præter annum unum, menses quatuor, dies septem tantum attribuerit: Papebrocius vero laudatus ejus initium repetierit a die VI. mensis Januarii præcedentis Christi anni, eique adscripserit annum I. menses XI. & dies XII. præsertim cum non solum Anastasii exemplaria, sed etiam Catalogi omnes præter unum a Mabillonio Tom. III. Analect. pag. 426. editum, in mensibus & diebus etiam depravati sint. Sed *Zosimum* die XVIII. mensis Martii superioris Christi anni ordinatum fuisse, mortuum vero die XXVI. Decembris currentis anni, ideoque sedisse annum unum, menses novem, & dies novem, certum & indubitatum existimo. In Editione enim Chronici Prosperi a Pontaco curata, & in Chronico MS. ejusdem Chronici Colbertino num. 1288. dicitur sedisse Zosimum *annum unum, menses novem, & dies novem*, quot menses & dies in laudato Catalogo a Mabillonio vulgato eidem Pontifici etiam tribuuntur. Pontacus quidem citatus ait, in variis MSS. loco dierum VIIII. haberi dies *VIII.* sed Interpontificium, quod post Zosimi obitum fuit, Librarios unitatem omisisse demonstrant, sicuti & *Zosimum* eo, quo obiit die, sepultum fuisse. Cumque Anastasius testetur, eum die XXVI. mensis Decembris sepultum, manifeste apparet, eumdem Anastasium tot menses & dies supra annum unum ei assignasse, cum aliunde exploratum sit, *Zosimum* die XXII. mensis Martii an-

ti

*Statim (ut convenerat) populum alloquendo commonui, ut cum quieto clericorum tractatu omnia finirentur, nec se rebus disponendis misceret turbatio popularis; siquidem certum esset in eligendo Episcopo Dei omnipotentis expectandum esse judicium, Domini Imperatores Honori, & Theodosi pii, felices, & inclyti victores semper Augusti. Admonui, & Corporatos officii quoque interminatus sum, ac Majores deterrui regionis, ne quis quietem Urbis vestræ turbare tentaret: quod ita custoditum est, ut sine strepitu omnia finirentur.*

LXXX. *Verum cum vir sanctus Eulalius ad Ecclesiam Lateranensem de exequiis prioris Episcopi a populo, & a clericis fuisset adductus; ibi per biduum cum maxima multitudine, & cum pluribus sacerdotibus remoratus est, ut expectaretur dies consuetus, quo posset solemniter ordinari. Cum hic ita essent, subito aliquanti presbyteri cum Bonifacio ejusdem ordinis ad Theodoræ ecclesiam collecto populo, properarunt: ibique habito tractatu, ipsum ordinare Episcopum velle cœperunt. Quod ubi comperi; omnes qui pariter erant, ad me ut venirent, presbyteros depoposci: ac residens cum clarissimo viro Tribuno Sereniano, eos admonui, ne quid temere fieri paterentur, aut contra sacræ legis ordinem venirent, aut contra consuetudinis rationem. Sed tanta pertinacia restiterunt, ut quidquid minatum fuerit, facere minime dubitarent. Nam etiam presbyterum Bonifacium in ecclesia Marcelli ordinandum esse duxerunt, atque cum eo ad sancti Petri basilicam processerunt. Et quoniam pietatis vestræ est, de hac parte referre judicium: statim pro competenti solicitudine, vestram majestatem credidi consulendam: ut quod de hac parte pietas vestra decernat, præcepto vestri numinis evidenter informet, &c. Dat. quarto Kalend. Januarii.*

Ex his autem litteris, & aliis, quas LXXXI. idem Symmachus eodem argumento ad Honorium Imperatorem dedit, satis manifeste apparet ipsum fovisse Eulalii causam adversus Bonifacium: dum non solum potiora jura fuisse Eulalii quam Bonifacii, sed tamquam res in aperto esset, ut nulla posset dubitatione præpediri, eumdem Eulalium legitimum esse Romanum Pontificem, Bonifacium vero spurium, litteris significavit; ut non mireris, si idem Symmachus recitatæ nuper epistolæ sententiam illam addiderit: *Quoniam pietatis vestræ est, de hac parte ferre judicium, &c.* Quod scilicet Imperatoris esset muneris, cum constat de legitime electo Romano Pontifice, eum qui se postea tirannice intrusisset, expellere, sicque paci consulere, & Ecclesiasticæ disciplinæ prospicere. Quapropter ipse Honorius, dum putavit esse verum quod Symmachus relatione suggessit, pro tuendo in sede Eulalio, & expellendo Bonifacio, rescriptum dedit, quod nos suo loco reddituri sumus.

Quæ jura Imperatoris temporis schismatis.

Ubi vero Imperator, litteris pro Boni- LXXXII. facio datis a Romanis presbyteris, rem se aliter habere cognovit; tunc quod Imperatoris erat munus persolvit, & judicium (ut decebat) exercuit. Sed num pro arbitrio ipse ex duobus electis Episcopis, quem vellet, sedere jussit? minime gentium. Verum potius convocatis Episcopis, rem voluit ab illis cognosci, atque eorum sententiis definiri: nempe ut causa perspecte cognita, qui potiora jura foveret, legitimum Romanæ Ecclesiæ esse Pontificem, iidem declararent. Quomodo autem id egregie idem Imperator curarit, dicemus ex ordine temporis anno sequenti.

Hoc

PAGIUS ni Christi CCCCXVII. jam Pontificatum gessisse, ideoque & ordinatum esse die XVIII. ejusdem mensis, in quam solam Dominica incidit post diem XII. Martii Innocentii ejus decessoris emortualem. Hæc certa nodi difficillimi solutio. Colitur Zosimus Papa in Martyrologio Rom. ad diem XXVI. mensis Decembris, & Baronius in Notis ad eum diem credit, ejus meminisse Bedam in suo Martyrologio ad diem XVIII. ejusdem mensis; sed Zosimus ille Martyrio clarus nihil commune habet cum Zosimo Papa.

LXXII. *Ei succedit Bonifacius.* Post *Zosimi* mortem Sedem vacasse *dies undecim* habent exemplaria Anastasiana, & cum illis Papebrocius; sed cum ipsemet fateatur Sanctum *Bonifacium natione Romanum*, ejus successorem, die vicesima nona mensis Decembris ordinatum esse, idque in dubium revocari non possit, certum pariter esse debet, Interpontificium fuisse duorum dierum, & in Anastasio Holstenii accurate haberi: *& cessavit Episcopatus per dies II.* Quæ vera Anastasii lectio; sed Librarii numerum Romanum II. pro numero Arabico II. seu pro undecimo, sumpsere, & ex II. fecere XI. Baronius ideo Sedem unatantum die vacasse credidit, quia Bonifacii initium cum die *V. Kalend. Januarii*, die scilicet XXVIII. mensis Decemb. perperam connexuit quod Literas Symmachi Præfecti Urbis ad Honorium Aug. cui Schisma post Zosimi mortem conflatum significat, quæ dicuntur datæ *quarto Kalendas Januarii*, postero die ordinationis *Bonifacii* datas putavit. Verum eæ Literæ ipso die ordinationis ejus scriptæ; cum hoc anno dies Dominica in diem IV. Kalend. Januarii, seu diem XXIX. mensis Decembris inciderit, quo scilicet die ordinationes Pontificum fieri solitæ erant. Ad hæc in Martyrologio Hieronymiano ad diem IV. Kalend. Januarii, legitur: *Et Romæ Felicis & Bonifacii Episcoporum de ordinatione.* Papebrocius, qui locum illum refert, arbitratur scriptum fuisse: *Et Romæ Felicis & Bonifacii Episc. dies ordinationis eorum.* Verosimilius tamen, legendum: *Et Romæ Felicis & Bonifacii Episc. dies ordinationis.* Porro *Felicem* Papam hujus nominis I. die XXIX. mensis Decemb. Pontificem Romanorum ordinatum esse ostendimus anno CCLXXI. num. XI. Quomodo, & quando schisma in Sancti *Bonifacii* electione ortum, fuerit dissipatum, anno sequenti exponemus.



LXXXIII. Hoc eodem anno, iisdem Coss. VI. Nonas Julias, natus est Placidius Valentinianus ex Galla Placidia, & Constantio Cæsare viro ejus: hæc Marcellinus (*a*) atque Sozomenus (*b*). (*a*) *Marc. in Chron. hoc anno.* (*b*) *Sozom. l. 9. c. 16.*

PAGIUS

LXXXIII. *Nascitur Valentinianus, qui postea imperavit.* Ad num. LXXXIII. Dies natalis *Valentiniani* Constantii & Placidiæ filii in Controversiam vocatus. Marcellinus in Chronico *V. Nonas Julias*, Prosper in Chronico *VI. Nonas Julias* eum natum scribunt; de anno non minor dissensio, Prosper & Theophanes *Valentinianum* anno præsenti, Marcellinus & Idacius in Chronicis, anno sequenti in lucem prodiisse tradunt. Sed ex dicendis in morte ejus, Marcellino & Idacio omnino adhærendum esse constabit, Olympiodorus utrique suffragatur, dum ait, Valentinianum *annos natum non amplius quinque* Cæsarem creatum esse, & jam *septennem* Augustum nuncupatum. Quare cum anno CCCCXXIV. Cæsar, anno vero CCCCXXV. exeunte Augustus dictus fuerit, ante annum sequentem natus non est. Idem Olympiodorus conjugio Constantii cum Placidia peracto Kalendis Januariis anni superioris narrato, ait: *Hinc nata filia, quam Honoriam nominarunt: filius item, cui Valentiniano nomen datum, qui superstite etiamnum Honorio Nobilissimus dictus, impellente fratrem Placidia.* Baronius Sozomenum & Marcellinum pro sua opinione citat; sed ille neque diem neque annum nativitatis Valentiniani memorat, isque anno tantum sequenti hoc natale confignat. Denique in Polemii Silvii Laterculo apud Bollandum in Præfatione ad Vitas SS. mensis Januarii, ad VI. Nonas Julii legitur: *VI. Nonas Julii Natalis genuinus Domini Valentiniani;* adeo ut de anno & die Nativitatis Valentiniani nulla dubitatio in posterum esse debeat.

LXXIV. *Natur S. Amator Ipsi. Antisiodorensis.* Obiit hoc anno Sanctus *Amator* Episcopus Antisiodorensis in Gallia, qui in juvenili ætate coactus a parentibus virginem quandam desponsare, cum tempus matrimonii consummandi urgeret, Pii conjuges sese mutuo hortantes votum virginitatis emisere, iisque Angelus duas coronas attulit. Factus Episcopus, tum exhibitione miraculorum, tum prædicationis instantia multos fidei jugo subjecit: nam in urbe Antisiodorensi *adhuc novitas erat Christianorum ab idolis ad Deum convertentium, quæ per prædicationem beatissimi Amatoris ita cœpit pullulare, & germen fructificare charitatis, Christianosque palmites propagare, ut præ multitudine eos intra angustias brevitatis non caperet Ecclesia,* inquit Stephanus Africanus Presbyter in ejus Vita ab Henschenio ad diem primam Maii recitata, cui addit, Amatorem, ibidem loco parvæ Ecclesiæ Basilicam ædificasse, & *Kalendarum Majarum quarta feria* ad Deum migrasse, ideoque hoc anno quo feria quarta in diem primum mensis Maii incidit; quod confirmat duratio Sedis Sancti *Germani* ejus successoris, quem ipse ante mortem post se eligendum suasit, ut in hujus Sancti morte ostendetur.

LXXV. *Episcopus Thessalonicensis Vicarius Sanctæ Sedis per Illyricianas provincias.* Hollstenius in Collectione Romana publicavit Acta Synodi Romanæ Bonifacio II. sedente, sequenti sæculo celebratæ, ex quibus Vicariatus Apostolicæ Sedis in Illyrico Episcopo Thessalonicensi concessus, qui densis adeo tenebris huc usque circumseptus fuerat magnam lucem accipit. *Siricius* primus omnium Pontificum Romanorum certa constitutione Thessalonicensi Episcopo vices Apostolicæ Sedis delegavit, *Anysio* nimirum, qui paulo ante Siricii Pontificatum successerat *Acholio*, a quo Theodosius Magnus fuerat baptizatus. Ex epistola enim Siricii ad Anysium data liquet, ab eo statutum fuisse, *ut nulla licentia esset sine consensu* Anysii *in Illyrico Episcopos ordinare.* Anastasius & Innocentius Siricii successores Vicariam suam potestatem eidem Anysio per Illyricianas Provincias etiam commisere, ut docet Epistola Innocentii ad Anysium data, in qua legitur: *Cui etiam* (id est Anysio) *anteriores tanti ac tales viri prædecessores mei Episcopi, ideſt Sanctæ memoriæ Damasus, Siricius, atque supra memoratus vir* (nempe Anastasius) *ita detulerunt, ut omnia quæ in illis partibus gererentur, Sanctitati tuæ, quæ plena justitiæ est traderent cognoscenda; meam quoque parvitatem hoc tenore judicium, eamdemque habere voluntatem te decet recognoscere.* Generalia quidem sunt ista mandata, inquit Baluzius in supplemento ad librum 5. Marcæ de Concordia ubi de hoc Vicariatu pluribus differit, sed quæ tamen indicant magnam a Sede Apostolica potestatem collatam *Anysio* fuisse scilicet ut omnia, quæ in Provinciis Illyricianis gererentur ad notitiam & judicium Thessalonicensis Antistitis perferrentur, ut sententia & auctoritate ejus componerentur. Quod non ita intelligi debet, ac si tum primum causæ omnes Illyricianæ ad curam Thessalonicensis Episcopi pertinere cœpissent, cum decoratus est Vicariatu Sedis Apostolicæ. Constat enim ex ejusdem Innocentii Epistola ad Rufum *Anysii* successorem, ibidem apud Holstenium pag. 49. ea tantum delegatione effectum, ut causæ quæ secundum morem referri debebant ad Romanum Pontificem, velut ad Patriarcham Occidentis, ad curam Thessalonicensis Antistitis pertinerent, ut qui primus erat inter Primates Illyricos, ideſt primus Provinciarum illarum Metropolitanus, etiam ut Sedis Apostolicæ delegatus causas, quæ inciderent in Illyrico terminaret. Nondum enim positi fuerant termini Vicariæ huic potestati, sed omnes omnino causæ illarum Provinciarum commissæ fuerant Episcopis Ecclesiæ Thessalonicensis.

LXXVI. *Enumerantur Metropoles ejus Vicariatui subditæ.* *Rufo* viro de Sede Apostolica bene merito, & qui post acceptum ejus Vicariatum plurimis beneficiis Romanos Pontifices sibi devinxerat; ut Leo primus testatur, vices suas delegans Innocentius, his ad eum verbis utitur apud Holstenium pag. 48. *Divinitus ergo hæc procurrens gratia ita longis intervallis disterminatis a me Ecclesiis disceat consulendum, ut prudentiæ gravitatique tuæ committendam curam causasque, si quæ exoriantur, per Achaiæ, Thessaliæ, Epiri veteris, Epiri novæ, & Cretæ, Daciæ Mediterraneæ, Daciæ Ripensis, Mœsiæ, Dardaniæ, & Pravali Ecclesias Christo Domino annuente censeam. Vere enim ejus sacratissimis monitis lectissimæ sinceritatis tuæ providentiæ ac virtuti hanc injungimus solicitudinem; non primitus hæc ita statuentes, sed prædecessores nostros Apostolicos imitati, qui beatissimis Acholio & Anysio injungi pro eorum meritis ista voluerunt.* Paulo post addit. *Arripe igitur, dilectissime frater, nostra vice per suprascriptas Ecclesias, salvo earum Primatu, curam; & inter ipsos Primates primus, quidquid eos ad nos necesse fuerit mittere, non sine tuo postulent arbitratu. Ita enim aut per tuam experientiam, quidquid illud est finietur, aut tuo consilio ad nos usque perveniendum esse mandamus.*

Por-

PAGIUS. Porro Civitas Metropolitana Achajæ erat *Corinthus*, Thessaliæ *Larissa*, Epiri veteris *Nicopolis*, Epiri novæ *Dyrrachium*, alias Epidamnus, Daciæ Mediterraneæ *Serdica*, Daciæ Ripensis *Rhetiaria* vel Razaria, Dardaniæ *Scupi*, Prævali *Scodra*; Cretæ Metropolis *Gortyna*, quæ prærogativam illam semper servavit; denique Mœsia *Viminacium*. Hinc liquet eam anno CCCCXII. quo hæc Epistola scripta, nondum divisam fuisse in superiorem seu primam, & inferiorem seu secundam, cujus Metropolis fuit *Marcianopolis*, Hæc tamen divisio a Theodosio Jun. facta ante Concilium Ephesinum, anno CCCCXXXI. celebratum; cum quædam constatio ad illud directa fuerit, quæ extat cap. 7. Synodici adversus Irenæum, in qua legitur: *Dorotheus Episcopus Marcianopoleos Mœsiæ secundæ subscripsi*.

LXXVII. *Potestas indicendi Synodos in Provinciis sibi subjectis eidem conceditur.* Quoniam vero ea interdum incidere negotia poterant, quæ congregationem Sacerdotum requirerent, hanc quoque Rufo potestatem fecit, ut quoties eæ occasiones emerserint, Synodos etiam extraordinarias celebret ex Provinciis Illyricianis: *Licitum autem*, inquit, *& Apostolica Sedis favore permissum tua fraternitati cognosce, ut cum aliqua Ecclesiastica ratio vel in tua vel in memoratis Provinciis agitanda, cognoscendaque fuerit, quos velis Episcoporum socios quibuscumque de Ecclesiis assumas tecum, quorum fide & moderatione, quidquid necessitas, causave flagitaverit, optimus dirigas arbiter & præcipuus, quippe a vobis lectus, definias intercessor.* Quem eumdem ordinem sequentibus sæculis secuti sunt Romani Pontifices. Honorem illum retinuit *Rufus* etiam sub Zosimo, Bonifacio, & Cælestino successoribus Innocentii, ut infra videbimus. Episcopus itaque Thessalonicensis primus videtur, ut inquit Baluzius citatus, qui Vicariatum Sedis Apostolicæ obtinuerit. Ea Epistola *data XV. Kal. Jul. Honorio IX. Theodosio V. AA. COSS.* adeoque anno CCCCXII.

LXXVIII. *Corpus Septem Provinciarum Galliæ in integrum restituitur.* Honorius Imp. qui post annum quadringentesimum corpus Septem Provinciarum in Galliis instituerat, sub hujus anni Coss. constitutionem ad Agricolam Præfectum Prætorio Galliarum *XV. Kal. Maii* dedit, qua institutum illud in integrum restitui præcipit, mandatque, ut *servata posthac annis singulis consuetudine, constituto tempore, in Metropolitana, idest, in Arelatensi urbe, incipiant Septem Provinciæ habere Concilium.* Quæ fuerint Septem illæ Provinciæ, quidve in eo Conventu ageretur, supra exposuimus. De hujusmodi vero cœtibus, qui in variis Codicis Theodosiani legibus *Concilia* vocantur, quique legitimo die annui erant, sunt omnes fere leg. tit. XII. Libri XII. Cod. Theod. in quarum Commentariis varia notatu digna habet Gothofredus. Hanc Honorii Constitutionem primi in lucem dedere Nicolaus de Cusa lib. 3. Concordiæ Catholicæ 35. & Scaliger in Lectionibus Ausonianis lib. 1. cap. 24. sed falsa utergue inscriptione. Est enim, non *Constantini Magni*, ut Cusanus censuit, neque *Constantini tyranni*, ut Scaligero visum, sed *Honorii Augusti*, Hincmaro teste in Epist. 6. & MS. Ecclesiæ Arelatensis, ex quo acceptam Sirmondus in Notis Sidonianis publicavit. Septem Galliæ Provinciarum ita vulgo dictarum, non raro mentio occurrit in Epistolis Pontificiis.

LXXIX. *Dissolvitur.* Corpus tamen illud Septem Provinciarum non multo post discerptum est, cum illius pars Gothis cessisset. Idacius enim in Chronico anno Abrahami 2434. qui Kalend. Octob. superioris anni inchoatur, scribit: *Vandali Silingi in Batica per Valliam Regem omnes extincti. Alani, qui Vandalis & Suevis potentabantur, adeo casi sunt a Gothis, ut extincto Atace Rege ipsorum, pauci qui superfuerant, abolito regni nomine, de Gunderici Regis Vandalorum, qui in Gallacia residebat, se patrocinio subjugarent. Gothi intermisto certamine, quod agebant, per Constantium ad Gallias revocati, Sedes in Aquitanica a Tolosa usque ad Oceanum acceperunt. Vallia eorum Rege defuncto Theodorus succedit in regno.* In fœdere enim, quod *Vallia* Gothorum Rex cum Constantio pepigit, quando Placidiam Honorii sororem reddidit, continebatur, ut nationes barbaras, quæ obtinebant Hispaniam, *Gothi* bello fatigarent, & quidquid terrarum ereptum esset hostibus, cederet Imperio Romano, ut colligitur ex Orosio, cujus verba suo loco recitavimus. *Vallia* itaque ob domitas, ut erat in fœdere, gentes barbaras Aquitaniæ possessione auctus est, nobilissimo Galliæ tractu Garumna flumine, & Pyrenæis montibus comprehenso, ubi Tolosa, & ad Oceanum Burdigala sitæ sunt, & in Hispania retinuit exiguum tractum Provinciæ, ubi nunc *Catalonia*. Nec quoad annum audiendus Prosper in Chronico, qui sub sequentis anni COSS. scribit: *Constantius pacem firmat cum Vallia, data ei ad inhabitandum Aquitania secunda, & quibusdam civitatibus confinium Provinciarum;* in rebus enim Hispanicis præferendus Idacius. In bello Gothico *Ataxe* Rex Alanorum in prælio cum multis suorum cæsus est, & qui cladi superfuere, deserta Lusitania, in Gallæciam aufugerunt, ubi Suevis confusi, gentis & regni nomen penitus amiserunt; ita *Vandali Silingi* in Bætica, ac Alani in Lusitania omnes extincti, & Romani in partem Hispaniarum per Gothos restituti. Ex laudatis Idacii verbis etiam intelligimus, *Atacem Respendiali* in regnum Alanorum successisse, *Valliam* Gothorum Regem, cui Isidorus Hispalensis in Chronico tres annos attribuit, post pacem cum Romanis compositam vita functum; & *Theodoredum* seu *Theoboridem* eum excepisse.

LXXX. *Ingens Solis Eclipsis.* Accidit hoc anno magna Solis *Eclypsis* a variis Scriptoribus memorata; cujus diem notavit Author Chronici Alexand. qui sub hujus anni COSS. ait: *His COSS. Solis Eclypsis accidit mense Julio XIV. Kalendas Augusti die, Veneris hora VIII.* non vero feria V. ut mendose in Chronico Idacii legitur; cum hoc anno dies XIX. mensis Julii non cum feria quinta, sed cum feria sexta concurrat. Visa ea Remis in Gallia post mediam noctem, ut docet Calvisius in Opere Chronologico, & a media nocte Romæ, ut notat Petavius lib. 13. de Doct. Temp. Hæc de ea Philostorgius lib 12. cap. 8. habet: *Cum Theodosius adolescentia annos jam ingressus esset die XIX. mensis Julii, circa octavam diei horam Sol tantopere defecit, ut Stellæ quoque visæ fuerint, tantaque siccitas hunc Solis defectum secuta est, ut multorum hominum ac brutorum animalium insueta mortalitas ubique terrarum grassata sit. Porro eo ipso tempore, quo Sol defecit, fulgor quidam apparuit coni similitudinem referens, quem nonnulli præ imperitia Cometam vocarunt. In his enim, quæ fulgor ille nobis ostendit, nihil erat simile cometæ. Nam neque in Comam desinebat lux illa, neque ullam omnino stellæ speciem præferebat, sed velut lampadis cujusdam ingens flamma per se ipsam subsistens videbatur, nulla subtus stella. Ellychinii speciem præferente. Sed & motus ejus longe diversus fuit a motu Cometarum; motæ enim primum ab ortu Solis æquinoctiali, inde ultimam stellam in cauda Ursæ sitam transgressa, paulatim ad Occasum processit. Postquam vero universum Cælum permensa est, tandem disparuit, cum cursus ejus plusquam quatuor menses durasset. Porro ejus vertex nunc quidem in magnam lon-*



PAGIUS *longitudinem acuebatur, adeo ut coni modum ac mensuram excederet, nunc vero ad coni mensuram redibat. Alias præterea prodigiosus species oculis subjecit, quæ a vulgarium signorum natura illam differre ostendebant. Cœpit autem a media æstate & ad exitum ferme autumni perseveravit, fuitque signum gravium bellorum, & mortalitatis hominum incredibilis.*

LXXXI. *Initium Monarchiæ Francicæ.* Monarchiæ Francicæ fundamenta hoc circiter anno jacta. Unus Pseudo-Prosper in Chronico Imperiali ejus initii meminit. Sed anni Honorii Imperatoris a Librariis in eo Chronico varie collocati. In editione Pithœana ad annum XXVI. Honorii legitur: *Solis hoc anno facta defectio. Tricesimus nonus Sixtus Romanam Ecclesiam regit. Pharamundus regnat in Francia.* In duobus Codicibus MSS. Colbertinis n. 1058. & num. 2542. ad eum Honorii annum habetur tantum: *Solis defectio. Pharamund regnat in Francia.* In editione Scaligeri dicitur: *XXV. Pharamundus regnat in Francia. XXVI. Solis facta defectio hoc anno;* cum antea ad annum XXIV. scriptum sit: *Tricesimus nonus Sixtus Romanam Ecclesiam regit.* Denique in editione Labbei, ad annum XXXIV. die Sixto fermo est, annus XXV. vacuus, & ad annum XXVI. refertur Solis Eclipsis, & Faramundi initium. Quare eo minus aliquid certi ex eo Chronico deduci potest, quo nullam *Pharamundi* mentionem Gregorius Turonensis facit. Quia tamen nihil aliud suppetit, in quo vel simplex conjectura fundari possit, hoc anno, quo ingens illa Ecliosis contigit, initium *Pharamundi* configure visum. Henschenius in Exegesi de Episcopatu Tungrensi & Trajectensi Tomo VII. SS. Mensis Maii præfixa cap. 10. existimavit, citata verba intrusa fuisse in illud Chronicon „ præter Auctoris mentem, quia, inquit, habe„ mus illud in duobus codicibus MSS. quorum „ antiquior est exaratus anno Christi DCXXIII. „ & in hoc desunt omnia, illa, quæ de Fran„ corum Regibus alibi leguntur. Continet hic „ vetustissimus Codex Chronicon Eusebii a „ Sancto Hieronymo interprete continuatum, „ tum dictum Prosperi Chronicon, eisque sub „ junctum Chronicon Marii. Habemus præter„ ea aliud Chronicon, in quo iterum est Chro„ nicon Eusebii a Sancto Hieronymo inter„ prete continuatum, deinde hoc ipsum Chro„ nicon Prosperi, tum Sigeberti Gemblacensis; „ denique inter alia quædam leguntur etiam „ *Nomina & Origo* Regum Francorum, dedu„ cta usque ad Ludovicum Juniorem, Regem „ & Ducem Aquitaniæ; ergo usque ad annum „ circiter MCCL. Addit Henschenius non modo Turonensem non habuisse sic interpolatum Chronicon Prosperi, sed nec Sigebertum totis sex sæculis juniorem Turonensi, illud sic habuisse videri; certe ipsum non sequi, sed quæ primos Francorum Reges attinent omnia videri ex propria ac nuda conjectura scripsisse. Verum cum laudata de *Pharamundo*, & quæ infra de Clodione & Meroveo verba referemus non tantum in omnibus Codicibus editis & duobus MSS. citatis, sed etiam in variis aliis manu exaratis legantur, longe verisimilius ea in duobus illis exemplaribus Antuerpiensibus prætermissa fuisse. Et tantum abest, ut Sigebertus Chronicon illud non legerit sic interpolatum, ut totum fere transcripserit, quemadmodum legendi patet. Denique ex eo quod primum exemplar Antuerpiense contineat Chronicon Marii, quod anno DCXXIII. aliudque quod anno circiter MCCL. definit, minime sequitur, Chronica Prosperi utrique subjecta, iisdem annis exarata esse. Hinc enim tantum colligi potest, priorem Codicem post annum DCXXIII. quo Marius suum Chronicon terminat & posteriorem post annum MCCL. exaratum esse. Quare uterque sine dubio longe recentior est, quam Vir eruditissimus putavit. Quod vero ibidem habet, difficulter probatum iri nomen *Pharamundi* ante sæculum nonum ab aliquo mandatum fuisse literis, refellitur ex Auctore de Gestis Francorum qui cap. 4. Pharamundi Francorum Regis diserte meminit, & Anonymus ille initio sæculi octavi & *Theodorico Calensi* Franciam regente vixit.

LXXXII. *Situs veteris Francia.* *Antiqua Francia* ab Oriente Toringiam & Saxoniam habebat, ab Occidente Rhenum & Oceanum, a Septentrione item Oceanum Germanicum vel Septentrionalem, a Meridie Alamanniam & Sueviam, sive amnem Lonam. In Tabula Peutingeriana hæc de Francia Transrhenana ad ripam Rheni prope littus Oceani leguntur, *Chauci, Ampsivari, Cherusci, Chamavi, qui & Franci, Bructeri:* quos inter & Chamavos majoribus literis positum regionis nomen, *Francia*. Hæc est Francia, inquit, Valesius in Notitia Galliarum, in voce *Francia*, cujus Eumenius in Panegyricis suis, Ausonius in Mosella, Ammianus, Tabula Peutingeriana, Sulpicius Alexander apud Gregorium Turonensem Hieronymus in Vita Hilarionis, Claudianus, aliique meminerunt, additque Prosperum in Chronico Imperiali, cum *Pharamundum, Cladionem & Meroveum regnasse in Francia* tradit, de Transrhenana quoque seu vetere Francia locutum, videri posse; cum Pharamundus nihil terrarum in Gallia *Clodio & Meroveus* pleraque trans Rhenum, pauca cis flumen in Gallis obtinuerint. Sed quoad sedem priorum Franciæ Regum Valesio assentire non possum; longe enim probabilius, Francos primum sibi Regem creasse cis Rhenum in Taxandria Tungriaque regione, ac intra Diœcesim Tongricanam, ut Wendelinus in Legibus Salicis illustratis, Papebrocius in Appendice II. ad laudatam Exegesim de Episcopatu Tungrensi & Trajectensi, aliique recentiores observarunt. Turonensis enim lib. 2. cap. 9. scribit: *Tradunt multi Francos de Pannonia fuisse digressos & primum quidem littora Rheni amnis inoluisse, dehinc transacto Rheno Tongriam transmeasse, ibique juxta Civitates vel pagos Reges erinitos sibi statuisse.* Tum: *ferunt etiam tunc Clodionem, utilem ac nobilissimum in gente sua, Regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in Termino Tungrorum*, non Toringrorum, ut in vulgatis editionibus legitur. Nova itaque Francia *Pharamundi* tempore cis & ultra Rhenum fuit; neque enim audiendus Papebrocius citatus, qui asserit totam Francorum gentem insudisse se in Taxandriam vicinamque Tongriam, & in Germania Franciam esse desiisse, & hoc nomen migrasse in Cisrhenanam Tongriam; cum Sidonius Apollinaris in Carmine VII. fidem faciat, adventante *Attila* in Gallias anno CCCCLI. Francos, qui ultra Rhenum erunt, partes illius secutos esse, eos scilicet qui fratrem *Merovei* Regem agnoscebant, ut suo loco exposui.

I. QUi sequitur Christi annus quadringentesimus undevicesimus, Consulatu Monaxii atque Plintæ notatur: qui quidem ob conflatum inter clericos Romanos schisma, ærumnosus admodum Romanæ Ecclesiæ fuit. Etenim conculcata justitia, favore Symmachi extollebatur Eulalius: unde Bonifacius vehementer depressus est, coactusque deserere S. Petri basilicam atque cum suis extra Urbem in basilicam S. Pauli secedere. Inter hæc autem Honorius Imperator mendaci relatione ejusdem Symmachi Urbis Præfecti nonnihil in Bonifacium commovetur, quasi post electionem Eulalii in sedem se tyrannice intrusisset, arripuissetque violenter quod alienum esse constaret. Quamobrem veritus ne his turbis ipsa Civitas contrariis discissa studiis, in contrarias scinderetur factiones, bellumque civile conflaretur; quantocyus in tanto discrimine Urbi positæ occurrere studuit. Vigebat namque adhuc memoria cædium tempore schismatis Ursicini adversus Damasum patratarum; & quot annis fuerit laboratum, ut audacia schismaticorum penitus coerceretur; quantumque in his insudandum fuerit prædecessoribus Imperatoribus. Ne igitur Urbs rursum talia pateretur, neve Romana Ecclesia tanta iterum clade cum dedecore afficeretur: simulac legit Symmachi relationem, qua certior reddebatur Eulalium juxta canones, servatis ritibus omnibus, legitime electum, Bonifacium contra intrusum esse; ut in re certa, quæ nullo indigeret examine, vel Episcoporum consultatione, adversus Bonifacium, qui significabatur invasor, & contra omne jus fasque ordinatus, rescriptum dedit ad eumdem Symmachum. Extant quidem ipsæ Honorii Imperatoris litteræ datæ Ravennæ tertio nonas Januarii, quibus decernit ordinationem Eulalii esse legitimam, monetque Bonifacium esse coercendum, utque si acquiescere nolit, ex Urbe pellatur; misit ad hoc ipsum Romam cum his litteris Aphrodisium Tribunum, & Notarium. Litteræ autem Honorii sunt hujusmodi:

Bonifacius exagitatur a schismaticis.

II. Honorius Imperator decepti relatione Symmachi rescribit pro Eulalio.

*Gestis omnibus recensitis, laudanda sublimitatis tuæ relatione perclaruit in ordinatione venerabilis sacerdotii quietem veterem paucorum insolentia attentare voluisse. Nam cum post absessum venerabilis viri Zosimi, circa meritum Eulalii ordine subrogandi communi judicio conveniens multitudo sonuisset, ac plena erga se omnia, quæ regula Catholicæ poscere disciplinæ, successoris confirmatio custodiret: vehementer miramur aliquos extitisse, qui solemnitate contempta, circa ordinationem alterius festinarent. In quorum castigandum factum mansuetudinem nostram*



*stram rite oporteret insurgere, nisi hoc tantum gerere decerneremus, eos ad veniam pertinere, quod lapsum cito proprium contuentes, ad deprecandi suffragium sunt relapsi, ignosci sibi super id quod vim perpessi conquesti sunt, postulantes. Convenire ergo votum, & studium nostrum circa Eulalium sacræ legis Antistitem, sublimitas tua clementiæ nostræ auctoritate præsenti cognoscat; cui competens numerus ordinantium legitimus, solemnitas temporis, locique qualitas recte venerandum nominis apicem contulerunt.*

III. *Cum autem Bonifacio constet omnia defuisse, superflue expectatam sententiam nostram esse sensimus: cum factum suum ipsi, qui præsumpserant, admotis damnasse precibus videantur. Absoluta itaque decernimus jussione, extraordinaria præsumptione summota, Bonifacium interdicta confestim Urbe prohiberi (erit verecundiæ ejus, ut morem gerens cœlestibus constitutis, sponte discedat) pertinacius resistentem, invitum præcipimus expelli. Plebejæ sane seditionis auctores cum sociis suis sublimitas tua, Symmache parens carissime atque amantissime, statuat attineri, atque in eos congrue vindicari, ut res temere præsumpta non transeat impunita. In qua re Aphrodisium Vicarium Tribunum, & Notarium dirigi a nostra mansuetudine placuit, ut præsente eo, quæ statuimus, celerius impleantur, quatenus quies populi nulla perturbatione vexetur, & pacata cum veneretur universitas, quem secundum veterem consuetudinem observata sacræ legis mysteria susceperunt: Dat. III. Non. Januarii, Ravennæ.* Hactenus epistola Honorii Augusti ad Symmachum Urbis Præfectum: hæc enim (ut dictum est) scripsisse Honorium Imperatorem, satis apparet, quod falsis præventus relationibus, Eulalium esse legitimum Romanum Pontificem, Bonifacium vero invasorem alienæ sedis, & quietis publice perturbatorem esse, Symmachi litteris percepisset. Verum re deinde (ut se re vera haberet) oprime nota atque comperta, in contrariam mox sententiam abiit: & adversus Eulalium rescribens, Bonifacio favit. Sed de his agemus inferius: modo contextum rerum gestarum prosequamur.

IV. His Romam allatis litteris, Symmachus Præfectus Urbis hæc omnia nunciaturus Bonifacio, eum per ministrum suum accersit; qui una cum suis continebat se in basilica S. Pauli extra Urbem: ad quem accersurus * Symmachi minister, a populo verberatur. Hæc cum Symmachus accepisset, publicari primum jussit litteras Imperatoris pro Eulalio adversus Bonifacium datas, inde Urbis ostia claudi, ne Bonifacius in Urbem redire posset: qui interim ab apparitoribus servatur illæsus. Inter hæc autem Eulalius agens in Urbe, ad S. Petri basilicam accedens, ibi sacra egit, suorumque immensa lætitia susceptus est. Hæc omnia ex litteris Symmachi, quas ad Honorium postea scripsit, accipiuntur. Sunt vero hujusmodi:

* accessurus.

V. Relatio Symmachi de rebus proxime gestis.

*Exemplum relationis Symmachi ad Principem.*

*Ubi primum sacer sermo pietatis vestræ expectationem populi celeritate prævenit: omne quod sibi diversitas voluntatum usurpaverat de Episcoporum electione summovit, ac divina provisione inter initia resecavit, quod tarditate imperitæ multitudinis crescentibus studiis, difficilius potuisset auferri, Domini Imperatores. Ob quam rem statim debito famulatu implere, quæ fuerant imperata, properavi; eo quod felicitati clementiæ vestræ adscribendum est, res novi exempli, & maximæ contentionis, magnique certaminis, ut sine commotione populi cœpta fuerat, ita salva clementia vestra cum totius multitudinis quiete finita est. Nam cum eo tempore ad me sacra perlata esset auctoritas, quo sancti diei erat celebranda solemnitas; statim (ut oportebat) misso Primiscrinio, Bonifacium ad me venire admonui, quod præceptum fuerat, agniturum, ac se a processione, quam sibi inhibitam didicerat, abstineret: qui conventione contempta, processit, atque eum quem direxeram, dedit populo verberandum.*

VI. Rursum falsa refert Symmachus.

*Quod ubi nunciatum est, habito cum Vicario Tribuno Sereniano tractatu, ad S. Paulum, quo convenerat, & sacra exemplaria pro cautela direxi, ne quid in injuriam publicam de præceptis immissa multitudo tentaret; & partem Officii pariter destinavi. Sed neutrum fieri passus, cum ad Urbem vellet pariter cum populo*





ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5912.

☉ 8. E. ☽ 2. P. 30. Mart. Indict. 2.

Anno Eræ Hispan. CCCC-LVII. A. C. 419.

JESU CHRISTI 419.

BONIFACII PAPÆ 2.

HONORII IMP. 27. & 25.

THEODOSII JUN. 18. & 12.

I. *Consules.* [1] COSS. *Monaxius & Plintæ:* Prior Orientalis, ut liquet ex variis Cod. Theod. legibus eidem a Theodosio Jun. inscriptis; posterior etiam in Oriente creatus; cum in Tragœdia Irenæi cap. 46. legatur, fuisse Magistrum militiæ ann. CCCCXXXI. sub Theodosio Juniore, ille enim Plinta idem cum eo, qui hoc anno Consulatum gessit. Præterea Priscus in Excerptis de legat. pag. 47. prodit, *Plintam* ex Scythia oriundum & exercituum Ducem, *qui*, inquit, Consulatus honorem gesserat, missum esse legatum a Theodosio Jun. ad *Rovam* Hunnorum Regem, Attilæ decessorem.

II. *Bonifacius verus Pontifex agnitus.*

A num. I. ad XLIII. Post mortem *Zosimi*, duo in Romanum Pontificem allecti sunt, *Bonifacius* Presbyter & *Eulalius* Archidiaconus, & hoc tertium schisma, quod Ecclesiam Romanam afflixit. Primum fuerat *Novatiani* adversus Cornelium, & secundum *Ursicini* contra Damasum. In tertio Clerus pene omnis Bonifacio adhæsit; *Symmachus* Præfectus Urbi cum perpaucis aliis Eulalio. *Honorius* utrumque electum Ravennam accersivit; habita Ravennæ Synodus, & re



& re infecta, alia apud Spoletum indicta; interimque uterque Urbe abstinere jussus. Sed cum *Eulalius* Urbem ingressus esset, populi seditio orta, indeque is ab Honorio pulsus & revocatus *Bonifacius*, [1] ac mandatum de Synodo Spoleti habenda per Largum Africæ Proconsulem revocatum fuit. Epistola Honorii ad Symmachum de Bonifacio in Urbem restituendo, quam refert Baronius num. XXXIII. dicitur *data III. Nonas Aprilis. Accepta VI. Idus Aprilis* Hoc *Bonifacium* inter & *Eulalium* dissidio factum, ut primum *Honorius*, deinde Italiæ Reges, alii aliis temporibus se se Romani Pontificis electioni immiscuerint; quod malum a parvis

NOTÆ (1) *Bonifacius* electus est A. D. 418. die XXVIII. Decembris, ac die XXIX. quæ Dominica fuit, consecratus obiit A. D. 422. & quidem die IV. Septembris, ut habent Hieronymiana martyrologia. Consentiunt fere omnes Catalogi veteres, qui referunt, sedisse *Bonifacium annos tres, menses octo*, dies *sex*, aut *septem*.

NOTÆ (1) *Coss. Monaxius & Plinta*, Gruterus pag. MI. 7.

PRID. KAL. DECEMB.
MONAXIO, ET PLENTÆ
VV. CC. CONSS.

Prosper editus & M. S. *Monaxio & Plintæ*: ita & Fasti Idatiani, Socrates, & Sozomenus lib. VII. Cap. XVII. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Monaxio & Plinta*. A nonnullis Fastorum Scriptoribus recentioribus, *Flavii* prænomen his consulibus tributum lego. Epistola V. Bonifacii I. Papæ ad Rufum. *Data XIII. Kal. Octobr. Monaxio V. C. Consule.*

*pulo remeare; statim ad portas, tam contubernales, quam apparitores occurrerunt, qui eum (ut statutum fuerat) Urbem vestram ingredi prohiberent. Verum ipsos quoque contemnendos credidit, atque violenter ingressus, a certa Urbis parte pluribus occurrentibus, est repulsus, nec permissus, quod cogitabat implere. Quod ubi turba, quæ comitabatur, aspexit, sine aliquo tumultu dispersa est. Ipse vero extra murum deductus, non longe ab Urbe remoratur: qui ne occulte per noctem ingressus Urbem, ad Ecclesiam convolaret, & rursus populi studia commoveret, communi tractatu pro competenti solicitudine, contubernales, & apparitores quatuor illic sine injuria ejus observare disposui. Expectans quid pietas vestra decernat, ut quies possit, quæ hactenus servata est, perdurare. Circa partem vero Eulalii Episcopi venerabilis viri, qui eo die pene cum omni multitudine ad S. Apostoli Petri basilicam solemnia celebrabat, ubi primum pietatis vestræ præcepta sunt publicata, fuit totius lætitia Civitatis. Unde ea quæ populus Romanus publico gaudio diversis acclamationibus, agens gratias majestati vestræ *, credidi publicanda, & relationi meæ universa subjeci: ut agnosceret pietas vestra, & quanta quiete Urbis totius correcta sint, quæ male fuerant admissa temeritate paucorum; & quanta gratia suscepta sint, quæ clementia vestra divino judicio, & perseverandæ religionis reverentia decernenda credidit, & pro quiete Romani populi in perpetuum servanda constituit. Dat. sexto Id. Januarii.*

* æque.

VII. Inter hæc autem, qui erant ex Bonifacii parte presbyteri, quod scirent Imperatorem Honorium mendaci esse deceptum relatione Urbis Præfecti Symmachi: student, ut quanto citius fieri possit, idem Imperator de veritate certior redderetur: quamobrem ad eum dant literas, quibus res gestas, quomodo re vera se habuerint, certa fide narrarunt.

Extant in eodem codice Vaticano ipsæ literæ, sive preces Romanorum presbyterorum ad Honorium Imperatorem pro Bonifacio in hunc modum conscriptæ:

VIII. Libellus supplex presbyterorum Romanorum ad Honorium Imp.

*Petimus clementiam vestram, pissimi, & clementissimi Impp. Honori, & Theodosi semper AA. Post absessum S. Zosimi Papæ Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ (ut fieri mos volebat, atque ipsa religionis disciplina dictabat) plures in unum convenimus sacerdotes, ut de constituendo successore communi judicio tractaremus. Sed quoniam Lateranensem Ecclesiam, obstructis pene omnibus ingressibus, Archidiaconus Eulalius, contemptis impie summi sacerdotis exequiis, diaconibus, & paucissimis presbyteris ac multitudine turbatæ plebis obsederat: altero die ad eamdem Ecclesiam, ubi prius ab omnibus fuerat constitutum, habita omnium collatione properavimus: ibique participato cum Christiana plebe consilio, quem Deus justit, elegimus. Nam venerabilem virum Bonifacium, veterem presbyterum, in lege doctissimum, ac bonis moribus comprobatum, & (quod eum magis ornabat) invitum, acclamatione totius populi ac consensu meliorum civitatis asseruimus, divinæ institutionis ordine consecratum. Nam subscribentibus plus minus septuaginta presbyteris astantibus novem diversarum provinciarum Episcopis, benedictionem * competenti tempore constat fuisse celebratam; ac prius omnia quæ solemnitas exigebat, celebrata sunt.*

Bonifacius qualis, & qualiter electus.

* bene electionem.

IX. Eulalii temeritas, & tyrannis.

*Sed cum prædictus Eulalius, qui antea per tres conlaicos nostros fuerat ex multorum auctoritate conventus, ne quid sibi temere præter conscientiam cleri majoris assumeret, circumventis paucissimis presbyteris, male acceptis his, ac diversæ custodiæ mancipatis, qui ad prohibendum cum litteris venerant, exhibito etiam cum aliis Ostiensi Episcopo, quem prope mortuum constat accitum (nam tractum esse nolentem, senis ægritudo testatur) in locum sibi non debitum, incustodito religionis ordine, per ambitum prorusset: cæpit factum suum per homines disciplinæ insios ac religionis ignaros in-*



*decenter tueri; æstimans humanis perturbationibus se confundere sententiam posse divinam. Et quoniam clementiam vestram constat falsidica relatione deceptam, ut nescio quid in injuriam divini numinis sanciretis (nam divinum est, quicquid tantorum firmat electio. Petimus pietatem vestram, ut removeri priora constituta jubeatis, atque Eulalium, qui in locum subrepsit alienum, ad Comitatum serenitatis vestra cum auctoribus suis debere adduci. Nos enim profitemur S. Papam Bonifacium nostris cum sacerdotibus affuturum: relictis singulis Titulis, presbyteri omnes aderunt, qui voluntatem suam hoc est, Dei judicium proloquantur. Jubeat etiam vestra clementia, omnes adesse, quos causa constringit: eici etiam Civitate nolentes, qui se non patiuntur adduci. Invenietis, cum cœperit agitari interna discussio, quod omnibus divinis legibus abhorreat, verum etiam displicere possit humanis: quo hoc consecuti agamus æterno Imperio vestro maximas atque uberes gratias.* Hucusque preces presbyterorum ad Honorium Imp. Qui prudenter quidem (quod viderent Symmachum Præfectum studere Eulalio, ipsumque Bonifacium, ab eo pulsum ex Urbe) causam ipsam rogant ad ipsum Imperatorem perferri, quod aliter non liceret in libertatem vindicare Bonifacium oppressum favore potentium: fore sperantes, ut jussu Imperatoris (quod postea factum est) delecti Episcopi causam electionis cognoscerent.

X. Honorius Imp. ad se advocat utramque partem.

His acceptis supplicibus litteris a Romanis presbyteris, Honorius Imp. rescribens ad Symmachum Urbis Præfectum, monet, ut agat tam cum Bonifacii quam etiam cum Eulalii parte, ut ambo se Ravennam conferant ad sextum Id. Februarii. Præter hæc etiam scripsit idem Honorius ad sacerdotes diversarum provinciarum, ut omnes Ravennæ præsto essent, quo de tanta controversia disceptarent. Rescriptum autem ad Symmachum per Aphtonium datum XVIII. Kal. Februarii est hujusmodi:

XI. Rescriptum Honorii ad Symmachum P.V.

*Post relationem sublimitatis tuæ delatam mansuetudinis nostræ auribus, presbyterorum allegatio causam nobis non supervacuæ deliberationis injecit. Ideo decet, ambiguitate sepositа fidelem rerum ordinem cominus experiri: quamque partem prætermissus gestæ rei ordo arguat, quam servatis adjuvet, multis coram consentibus, approbari: ut utriusque facti simul qualitate perpensa, & circa unam rite definita consistat, & circa aliam temere assumpta non maneat, Symmache parens carissime & amantissime. Ob quam rem illustris & præcelsa magnitudo tua suspensis omnibus quæ superius sunt decreta nullique interim præjudicio comparato auctoritate præsentis oraculi, ut utrumque, hoc est, Bonifacium, & Eulalium religiosissimos viros instantia digna conveniret, ut infra diem sextum Iduum Februarii Ravennatum Civitatem præsentiam suam maturare non differant: omnibus atque * admonitis, qui auctores utriusque ordinationis existunt, ut amota excusatione, non desint, ut facto quisque erga alterum proprio prolatis Ecclesiasticæ institutionis exemplis, defensor existat; seque purgato, alium magis in legem Catholicam deliquisse, præsumpta immeriti electione convincat, judicium de statu suo quisque, si adesse neglexerit, sortiturus, nimirum intelligi improvide, immo illicite se fecisse, quod coram non audeat defensare. Nos quoque ex diversis provinciis competentem numerum sacerdotum scriptis nostræ serenitatis accimus: ut rem deductam in dubium absolvat nobis coram disceptatio plurimorum. Cum autem omnia futuro integra sunt judicio reservata, de transactis sibi blandiri neminem decet: præsentis etiam judicii docebit exemplum, quod in ejusmodi negotiis observari debeat in futurum. Dat. XVIII. Kal. Februarii per Aphtonium.*

* æque.

Quæ autem Romæ acta sint per eumdem Aphtonium, relatio Symmachi ad eumdem Honorium data declarat his verbis:

XII. Symmachi P. urb. litteræ de Aphtonio missæ.

*Cum vir clarissimus Apthonius Decurio sacri Palatii vestri cum cælesti præceptione ad Urbem venerabilem convenisset, omni genere festinavi, quatenus præceptis nominis vestri obedientiam commodarem. Nam statim conventis proceribus sacra jussio publicata, & ad religiosos viros Bonifacium & Eulalium missa conventio est, Domini Imperatores. Clericos quoque eorum præcepi pariter admoneri, ut nihil futuro, cognoscente pietate vestra deesset examini. Unde hæc omnia Gestorum serie comprehensa, ad plenam instructionem, subter annexui. Verum postquam pars utraque populi diversis seditionibus exagitaretur, singulos admonitione missa conveni, ne ad unam Ecclesiam convenirent, & quod fieri non licebat, inter se multitudo confligeret. Sed hoc illis visum est, credo, suspectum, quo quietem suadendam credidi hominibus perturbare volentibus Civitatem: ob quam rem ambæ partes calumniosissime crediderunt contestationibus appetendum, ut errorem suum compositis mendaciis excusarent. Quod ne in aliquo clementiam vestram lateat, eadem quæ obtulerunt, Actis inserta transmisi, ne quicquam suppressum esse quererentur. Superest, ut apud clementiam vestram nullius partis studiis famuli vestri appetantur absentia, qui semper majestati vestræ puris servitiis approbati, ne ab impugnatione † & favore ambarum partium, ut decebat, credidisse putandum. Dat. VIII. Kal. Februarii.*

† locus obscurus.

Sic igitur (ut dictum est) Honorius Imp. tum Eulalium, tum etiam Bonifacium XIII.

PAGIUS vis profectum initiis, in grande Romanæ Ecclesiæ dedecus degeneravit,

III. *Placidia operam suam confert ut schisma extinguatur.*

Honorius quando statuit Synodum Plenariam apud Spoletum cogere, & ad eam Africanos Patres per literas evocavit, præter sacras dimissas eum privatas literas ad *Aurelium* Primatem a Baronio num. XXIII. recitatas, *III. Kalend. April. Ravennæ* dedisse scribit Baronius, deceptus his verbis, quæ in iis leguntur: *Sed quamvis sacra domini germani mei Augusti Principis ad Italiæ Synodum evocans auctoritas non negligenda provenerit, sociandæ specialiter etiam Serenitatis nostræ scripta judicamus.* Subdit enim Baronius num. XXIV. *Quod autem ait, alias ante literas datas ad ipsos Episcopos per germanum suum, Honorius Imperator Constantium intellgit, cui ob præclaras res gestas adversus tyrannos sororem suam Gallam Placidiam dedit uxorem.* Verum Constantius anno tantum CCCCXXI. Augustus nuncupatus, & hoc eodem anno eademque de re Constantius ac Symmachus Præfectus Urbi ultro citroque literas scripsere a Baronio num. XXV. & seqq. recitatas, quas Symmachus ita inscribit: *Domino semper illustri, & per cuncta magnifico, meritoque sublimi & præcelso Constantio Symmachus*, quare, ut recte vidit Eminent. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 16. literæ illæ proculdubio ab ipsa Placidia Honorii sorore atque Constantii Comitis ac Patricii conjuge, datæ, quod colligitur ex eo quod illa ibidem *germanum suum Augustum Principem* appellat, cujus tantum erat, non vero Constantii privati adhuc viri, oborto schismate Episcopos ad Synodos vocare. Ita eadem *Placidiæ* de obliteranda postea pseudo-Synodo Ephesina literas dedit ad Theodosium Imper. itemque ad Æliam Pulcheriam Augustam, de quibus suo loco.

cium ad se Ravennam accersit, quo studia partium conquiescerent, dum quid de alterutrius electione legitima decernendum esset, scirent alieno arbitrio terminandum. Cæterum quod, nosset Imperator maxime pius res Ecclesiasticas Ecclesiastice atque a judicibus Ecclesiasticis esse tractandas, mox datis litteris, Ravennam convenire jubet Episcopos. Quibus, ubi illuc conveniissent, Honorius scripta commonitione, eis significavit, ne cum ipsis sederent, Judices qui Bonifacii electioni præsto fuissent; ne iidem fautores alterius partis, Judices etiam esse viderentur. Porro ipsa Honorii admonitio, quam Commonitorium appellare consueverunt, sic se habet:

XIV. Admonitio Honorii Imp. ad Synodum.

*Omnia quidem clementia nostra in præsenti beatitudini vestræ congrua ordinatione mandavit, ut sequestratis omnibus, vestro judicio quid observari propter quietem populi deceat, sineretis. Meminimus quoque hoc a nobis, in primis quod æquitas expectabat* *, *esse mandatum: Ut hi Episcopi quos interfuisse eorum ordinationibus constat & postea subscripsisse sine injuria sui & manente reverentia, Judices non sederent, nec ullum præstare testimonium possent; ne non tam novam prolaturi sententiam, quam servaturi factum præteritum viderentur. Hi ergo, (sicut superius diximus) ab ea disceptatione se abstinere debebunt. Illud quoque similiter custodiendum beatitudo vestra cognoscat: nulli parti præjudicium comparatum, quod e nobis antea claruerat constitutum. Cum & celeriter destinata jussa propter quietem populi pietatis nostræ secuta auctoritate, summota sint: nihil hinc aut vindicare pars altera poterit, aut altera formidare. Attendentes ergo judicium Dei, quod in tali causa vobiscum simul residere manifestum est examinatis omnibus, id vos custodire decet, quod infundente cœlesti Spiritu, habere Christiana legis integram reverentiam possit.* Quæ sequuntur sunt exarata alio charactere.

* expetebat.

XV. Achilleus Episcopus Spoletinus jubetur loco Pontificis sacra agere.

*Hæc Synodus inter se dissentiens præsentem causam terminare non potuit. Unde venerabilis Imp. Honorius ad Majas Kalendas hoc credidit negotium differendum: & interim propter dies qui imminebant sanctæ Paschæ, utrosque, Bonifacium scilicet, & Eulalium ab Urbe jussit abscedere, & Spoletinum Episcopum Achilleum Romæ sacra mysteria celebrare: Symmachoque Præfecto Urbi hoc idem suis scriptis insinuat.*

Rescriptum Honorii de Achilleo Episc. Spoletino.

*Magnarum deliberationum non debet citum esse judicium; nec temere proferenda sunt, quæ servanda in perpetuum sanciuntur. Sæpe de Episcopis Urbis æternæ altercatione partium sub examine sacerdotum concessa cognitio est: sed ne quod festinum celeritate judicii proferatur, id clementiæ nostræ sedit arbitrio. At quoniam vicinitas sanctorum dierum Episcopi præsentiam postularet, nec in Urbe sacratissima fas est Paschalium præsertim dies sine sacerdote celebrare: idcirco, Symmache parens carissime atque amantissime, illustris magnificentia tua Achilleum nos elegisse cognoscat, quem a favore partium constat esse alienum, qui mysteria sacræ observationis impleret. Transactis vero festis diebus, ex judicio sacerdotum, quæ debeant custodiri, consilio maturiore tractabimus. Monemus sane, ut regionum primatibus evocatis, disciplinæ publicæ, quietique prospicias, quibus decretorum nostrorum præcepta jubeas aperiri: Ne quis scilicet ullum tumultum, neque seditionem audeat commovere: quam si quis insana persuasione conquiret, non in eos tantum qui in perturbatione fuerint deprehensi, sed in regionum quoque Priores* * ... *vindicandum. Novimus enim quietem publicam facile custodiri, si incentorum cupiditates, & fomenta cessaverint.* Hactenus ibi, quibus subiiciuntur litteræ ejusdem Imp. ad dictum Achilleum Episcopum Spoletinum his verbis.

* noverit.

XVI. Honorii Imp. Epistola ad Achilleum

*Quoniam de Romano sacerdotio propter angustiam temporis, quam dierum solemnitas fecit, quæ abesse Episcopos a suis Ecclesiis non sinebat, dilatum constat esse judicium: recte nostra serenitas credidit ordinandum, ut beatitudo tua ad venerabilem Urbem congrua devotione festinet, quatenus S. Paschæ dies, ea quæ convenit, quiete, cum solemnitate consueta, populis repræsentes: nec consuetudini obsit, quod differri Synodum multiplex necessitas fecit. Illud sane in primis ac præcipue commonemus, ne umquam ulla illorum mentio fiat, de quibus constat suspensos esse judicio.* Hactenus Honorius ad Achilleum.

Dedit tunc idem Honorius Aug. ad Senatum quoque de recipiendo Achilleo ejusmodi litteras.

XVII. Epistola Honorii Imp. ad Senatum.

*Scimus, Patres Conscripti, a vobis cunctationem nostram non posse reprehendi, quibus semper in re omni probatur Conciliorum judiciique maturitas. Nec sane de summis cita debuit, & potuit esse sententia; quam ut æternam, ita probabilem ex omni parte decet esse perfectam. Inter Episcopos, quos in Urbe sacratissima faventium studia, & partium voluntas elegerat, ab omnibus qui aderant sacerdotibus jusseramus audiri: & aliquoties iterata cognitio est. Verum cum longiores moras examinatio tantæ cognitionis afferret, & plura inquisitio Judicum diligens inveniret, quibus finis citus non posset imponi, & festorum dierum celebritas celeritatem definitionis exposceret: ne quid temerarium promeremus, rem omnem credidimus differendam. Missus itaque est Achilleus vir religiosus Episcopus*



*pus Spoletinæ Civitatis, per quem sanctorum dierum celebritas imploretur. Amplitudinis vestræ est, populorum mentes ad quietem consilii salubriter retinere, cum probabilem ac necessariam dilationem nostram dubitare nequeatis.* Dat. Idibus Martii. Ad populum vero ita scripsit idem Augustus;

XVIII. Honorii Imper. ad populum Epistola.

*Fidei curam, Quirites optimi, maximam judicantes, nihil festinum aut immaturum credidimus proferendum. Ea enim in causa religionis decerni censemus, quæ sine errore ac reprehensione sententiæ ab omnibus comprobentur. Itaque cum in cognitione, quam de Episcopis, qui in Urbe fuerant constituti, sub judicio sacerdotum intentionis hæreret ambiguum, nec, nascentibus subinde causis, finis certantibus studiis posset imponi, ac diu de rebus variis deliberatio nostra penderet; futuram cognitionem ad integrum sacerdotum numero pleniore consilium,* * *omne negotium constituimus differendum; ut causa ex omni parte librata, transactis Paschæ diebus terminum quem æquitas, & religio poscebat, acciperet. Simul quia de sacerdote nihil poterat definiri, temporarie elegimus qui reverenda sacris diebus mysteria celebraret; ut ibi, Quirites, ad honorem sacræ Urbis præsto esset solemnitas sacerdotis. Quare imitati patientiam vestram, placidis animis quæ pro pace publica suademus, accipite: sanctorum cultus dierum debita tranquillitate transcurrat: quietem publicam seditio nulla perturbet: favor proprius circa nullum qui notetur appareat. Decet enim, suspensis sensibus, omnia nostro integra reservare judicio; nec furore quodam, sed debita probitate expectare potius quam poscere sacerdotem. Quod si pravos incentores secuti, turbarum tumultus potius quam quietem ac modestiam legeritis, quibus favetis, monstrabitis: non solum vobis, sed & auctoribus vestris, quorum consiliis inhæretis, periculum salutis, ad quod nos compellitis, imminebit. Neque enim venia dignus est, qui ab improbitate humanitatis nostræ monitis non potest retineri.* Dat. *Idibus Martii.*

* Concilium.

XIX. Honorius Imp. alios vocat Episcopos ad Synodum.

Dum ista agerentur in Urbe; quo ad dirimendam tantam causam plenior Synodus haberetur, Honorius Imperator studiosissimus Christianæ concordiæ, Episcopos alios hinc inde ad dilatam Synodum statuit congregare: qua de re ad diversos sanctissimos Episcopos litteras dedit; inter alios vero scripsit etiam ad S. Paulinum Nolanum Episcopum, quem ob egregiam sanctitatem doctrinamque plurimi faciebat; eum enim & ante ob eandem causam litteris ad Synodum accersierat; sed morbo illo detentus minime accedere valuit: modo vero, ut omnino veniat, his rogat litteris, quibus quantæ esset Paulinus æstimationis, probe intelligere possumus. Epistola autem Honorii ad eum data sic se habet ex eodem petita codice:

XX. Epistola Honorii Imper. ad Paulinum Nolanum Episcopum.

*Sancto ac venerabili Patri Paulino Episcopo. Tantum fuit apud nos certa sententia, nihil ab his sacerdotibus, qui ad Synodum convenerant, posse definiri, cum beatitudo tua de corporis inæqualitate causata, itineris non potuit injuriam sustinere. Et propter absentiam sancti viri non quidem obtentura, interim tamen vitia gratulantur, cum prava & vetus ambitio, & cum benedicto viro sanctæque vitæ diu velit habere certamen, ut contra hæc Apostolicæ institutionis bona, de præsumptis per vim parietibus existimet confidendum. O vere digna causa, quam nonnisi coronæ tuæ beata vita designat. Dilatum itaque judicium nunciamus, ut divina præcepta ex venerationis tuæ ore promantur, qui ea secutus implesti: nec potest alius eorum præceptorum lator existere, quam qui dignus Apostolicis disciplinis est approbatus. Specialiter itaque domine sancte, merito venerabilis pater, justus Dei famulus, divinum opus, contempto labore, tributum hoc nobis visitationis tuæ (si ita dicendum est) munus indulge: ut postpositis omnibus, quantum temperantia & his tranquillitas suffragantur, Synodo profuturus, sine intermissione etiam desideriis nostris & benedictioni, quam cupimus, te præstare digneris.* Hæc ad Paulinum Honorius. Idemque ad Africanos Episcopos eadem ex causa has litteras dedit, quibus eos vocavit ad Synodum Idibus Junii Spoleti habendam:

XXI. Honorii epistola ad Episcopos Africanos de Synodo Spoleti cogenda.

*Serenitas nostra in omnibus causis, tamen præcipue in his quæ ad venerabilem religionem pertinent, propensum cupit habere judicium. De sacerdotio Urbis æternæ exorta contentione, etiam trans maria credimus esse nunciatum, quod a paucis non potuit terminari. Ideo multorum constat necessarium esse judicium. Quapropter sanctitas vestra, quos vitæ bonum & legis doctrina commendat, intra diem Id. Juniarum ad Spoletinam civitatem, amputatis excusationibus, properare dignetur: ut id quod veritas & religionis norma dictaverit, Deo pariter cunctorum mentibus inspirante, sententia judicetur; ne diutius Apostolicæ sedis sacerdotium differatur.* Hæc ad Episcopos Africæ. Privatas vero idem Imperator ad Aurelium Episcopum Carthaginensem his verbis scriptas litteras dedit:

XXII. Epistola Honorii ad Aurelium Episc. Carthaginensem.

*Aliam quidem veniendi causam optaveramus evenisse, ut desiderato benedictionis tuæ frueremur aspectu. Sed quia adversus Papam urbis Romæ ambitio reprehendenda certamen indixit, & sanctam vitam in Episcopo æstimat non requirendam;*

*dam; cœptum super hac discussione judicium non minor numerus sacerdotum, quam Synodi consuetudo deposcit, in plures doctissimosque viros, quorum sanctitas tua princeps est, prorogavit. Neque enim præmia castitatis & meriti, summotis vitiis, quæ respuit divinæ religionis sacrosancta præceptio, per alios quam tales viros oportuit revelari. Et quamvis sufficerent domini germani mei Aug. Principis scripta: poterunt * etiam in ea tantum, quibus adventum sanctitatis tuæ pariter adjunxi. Quæso itaque, domine sancte pater merito venerabilis, ut duplex beneficium tribuatis, & desideratæ nobis benedictionis tuæ, & necessarii pro habitudine judicii proferendi, intermissis omnibus (Dominum intuens) de ejus sacerdote firmando labor veniendi non debet recusari, præstare dignetur.* Hæc ad Aurelium Imperator: qui & alias addidit ad celebriores Africæ Episcopos, nempe ad S. Augustinum & alios hic descriptos, ea de re singulas singulis, litteras dans, iisdem tamen verbis conscriptas: nomina autem omnium, ad quos Honorius scripsit, hæc ibi recitata leguntur, Augustinus, Alypius, Evodius, Donatianus, Silvanus, Novatus, & Venerius: litteræ vero sunt hujusmodi:

* proderunt potuerunt. *locus obscurus.*

XXIII. Litteræ Honorii ad diversos Episcopos Africanos.

*Pervenisse ad venerationem tuam, certa est pietas nostra, certamen adversus Papam urbis Romæ, vitia cum castitate pugnare, & hujusce rei tam diuturnum esse conflictum, ut inter tot sacerdotes, qui ad Synodum convenerunt, quibusdam dissensionibus nondum potuerit, Apostolica præceptione firmata, ita * præferri, quam tantum se interdum bene scire † astipulanti quinque ea parte, quæ disceptat, sine dubitatione consensisset, ut plane fuerit manifestum, expectari tuæ judicium sanctitatis, in cujus præsentia promenda sententia differretur, qui merito vitæ præcedens, recte etiam ex transmarinis regionibus, ut judicare possis, expecteris. Sed quamvis sacra domini germani mei Augusti Principis ad Italiæ Synodum evocans auctoritas non negligenda provenerit, socianda specialiter etiam serenitatis nostræ scripta judicamus: quibus precor, ut desiderabilem aspectum benedictionis tuæ sine excusatione concedens, omnipotenti Deo gratum judices hunc laborem, & pro proximo sacerdote, & pro sanctæ vitæ meritis sententiam prolaturus, remunerationem vexationis hujus in præmio divino intelligas constitutam. Dat. III. Kal. Aprilis, Ravennæ.* Hæc ipse.

* vita. † *locus obscurus.*

XXIV. Quod autem ait, alias ante litteras esse datas ad ipsos Episcopos per germanum suum Honorius Imperator Constantium intelligit, cui ob præclaras res gestas adversus tyrannos sororem suam Gallam Placidiam dedit uxorem; eumdemque in collegam Imperii cooptatum, germani habuit loco. Cæterum non Africanos tantum, sed & Gallos Episcopos Honorium præsentes Synodo esse voluisse, ipse testatur aliis litteris inferius recitandis.

XXV. Cur Synodus celebrari desiit.

Quod autem indicta Synodus fuerit intermissa, nec ad effectum perducta, Eulalii temeritas causa fuit; justoque Dei judicio factum est, ut suis operibus, absque alio novo judicio & tot sanctorum Patrum fatigatione, in semetipsum sententiam suæ repulsionis, licet nolens, ipse proferret: quomodo autem id acciderit, Symmachi Præfecti Urbis relatio ea de re ad Constantium missa declarat, quam decimo Kal. Aprilis scripsit his verbis:

XXVI. Relatio Symmachi ad Constantium.

*Quæcumque subito, nullo opinante, proveniunt: nec ad culpam Judicis referri possunt, & populum rationis ignarum insperata novitate perturbant. Vir namque religiosus Eulalius quintodecimo Kalend. Aprilis Urbem, me nesciente, meridianis horis ingressus est: quem credidi aliquod secum pertulisse præceptum. Verum eodem die circa vesperum Spoletinus Episcopus, missis litteris, me credidit admonendum, quod sacra ad se manantia in Urbe die sancto Paschæ jussus sit celebrare. Quod præceptum ante penitus ignoravi, domine semper illustris, & in cunctis magnifice, meritoque sublimis ac præcelse patrone. Quod cum mihi prius S. Eulalii innotuisset adventus; statim parendum credidi invictissimi Principis imperatis. Verum cum interdicto die Urbem Sanctus Achilleus esset ingressus, commotio extitit populorum: ut ab una parte multitudo armata ferro, & telis ad forum militari habitu conveniret. Et cum, convocatis proceribus, processissem, ut habito tractatu pro quiete Urbis, populum alloquendo compescerem; primo ad conventum venerunt; deinde cum expectaretur S. Achillei præsentia, ut quæ jussa fuerant publicaret: multitudine resistente, venire non potuit.*

XXVII. Eulalii temeritas.

*Et cum ad forum Vespasiani tam ego, quam vir spectabilis Vicarius, perurgente populo, fuissemus ingressi, ut quietem utriusque partis multitudini suaderemus, subito armati servi telis, & saxis, aliquanti etiam ferro, populum patris Eulalii aggressi sunt, qui inermes convenerant, ut quod præceptum de Episcopo Spoletino esset, agnoscerent: quosque ita sauciaverunt, qui parati adversus imparatos venerant, ut me quoque & virum spectabilem Vicarium crederent appetendos, dum seditioso furore nullam admittunt penitus rationem: nisi ad liberandum nos Divinitas affuisset, egressique per secretiorem partem ictum saxorum, & impetum conspirantis multitudinis vitaremus, minime potuissemus evadere: quorum ma-*





*jorem partem in servis constat fuisse, ex quibus aliquanti agniti atque tenti sunt audiendi. Unde quid partium mearum fuit, excellentiæ vestræ suggerere properavi: ut certum finem, rebus cognitis quæ gesta sunt, magnitudo vestra decernat.*

XXVIII. *Cum ita S. Eulalius fuisset ingressus, & tertia die secutus esset Episcopus Spoletinus, nec aliqua ad me data virtutum vestrarum, quæ sequerer, præcepta venissent; perturbatio totius plebis, quæ in se & in periculum Judicum sæviret, exorta est: & in celeri responso ante diem venerabilem Paschæ quid fieri debeat, jusseritis; minantur se populi invicem pugnaturos, dum de Lateranensi basilica alterutrum se existimant excludendus. Ne quid igitur adversi, quod sublimitatis vestræ felicitas avertat, eveniat: peto ut evidenti præcepto excludi furiosæ contentionis periculosam pertinaciam censeatis. Data decimo Kal. Aprilis.* Eulalius itaque, qui contra decretum Imperatoris ante definitum judicium per Episcopos ad Synodum cogendos ausus est ingredi Urbem, & publicæ seditionis occasionem præbere, se ipsum ea invasione effecit indignum (ut dicetur inferius) Romanæ Ecclesiæ Pontificatu.

His perceptis, Constantius in hunc modum rescripsit ad Symmachum:

XXIX. Constantii rescriptum ad SymmachumUrb. Præf.

*Ut certa possimus quæque cognoscere, & factionum auctores fideli nuncio & inspectore non lateant, Cancellarium nostrum Vitulum direximus, ut domini invictissimi Principis affatus atque judicium ad eximietatem tuam & ad populum celeri festinatione deferret. Illudque monemus, ut quicquid sacris auctoritatibus continetur, nulla temeritate violetur; & quæ præcepta sunt, effectui celeri mandentur instantia: ne Augusti clementia, quod nunc agnoscit distulisse, commoto majestatis suæ vigore emendare non differat.* Hæc Constantius.

Cum itaque ipsius Constantii opera, de his singulis quæ in Urbe per Eulalium gesta essent, Honorius Imp. certior factus esset: rescribens ipse Imperator ad Symmachum Urbis Præfectum, mandat Eulalium pelli ex Urbe, ac in cæteros delinquentes juxta conditionem cujusque status animadverti. In hunc enim modum de his Honorius Imperator VII. Kalen. Aprilis scripsit ad Symmachum:

XXX. Honorii Imp. rescriptum adversus Eulalium.

*Cum ad sanandum primæ perturbationis errorem, hoc genus concilii clementia nostra reparandæ pacis cupida reperisset; ut donec de confirmatione Urbani sacerdotii sententia procederet absoluta, uterque eorum, quorum causa tumultus antea concrevisset, a sacratissima Urbe conversatione sejunctus futuri judicii expectatione penderet, & spatio, quo contineretur alteruter, evidenter expresso: a quo animo dissimulare non possumus, præceptis clementiæ nostræ publicum pene bellum, quo calcarentur, indictum: movendi ejus caput Eulalium, qui jussa transcendit, extitisse, secundum ordinem præceptorum paulisper abesse non passum, Symmache parens carissime. Unde sublimitas tua hoc nos statuisse cognoscat, ut & salubris superior ordo præcepti, & moderata Synodi ordinatio deberet custodiri: quod aliter fieri non posse censemus, nisi Eulalius omnimode urgeatur: ut omni celeritate ab Urbe discedens, insolenti populo præsens incitamenta non præbeat, nec innocentibus causa mortis existat: cui esse dubium non debebat, si in hac præsumptionis obstinatione duraverit, non solum de statu suo judicium jam prolatum, verum etiam de salutis discrimine proferendum: culpæ enim nullam veniam jam meretur, quam, cum prædicitur, non cavetur: Nihil ex hoc excusationis habiturum, quod eo invito, a plebe asserat retentari. Si qui autem ex numero clericorum communicandum Eulalio, judicio pendente, censuerit; pari se sciat sententiæ esse damnandum: Laicos vero, qui post interdictam mansuetudinis nostræ communionem Eulalio putaverint expetendum, honestioris loci pœnam proscriptionis, servos vero capitis esse subituros, nec ab hoc periculo dominos exuendos; primates vero regionum, nisi spiritum plebis inconditæ domuerint ac frænarint, sciant se raptos, ultimo judicio esse subdendos. Spoletinus autem Episcopus (sicut dudum fuerat definitum) sanctis Paschæ diebus ordinem festæ solemnitatis implebit, cui ad celebranda mysteria Lateranensem ecclesiam soli patere decernimus, reliquis, qui hoc præsumere voluerint, propulsatis. Sane ut prædictus sacerdos Spoletinæ civitatis in loco ejus sanctorum mysteriorum ordinem completurus suscipi debeat, admonemus. Per omnes vero Titulos & loca, quæ conventu celebri frequentantur, hæc quæ statuimus, proponentur: ut universis liqueat, & noluisse nos turbidum aliquid perpetrare, & ad hoc ut turbata componi debeant, opperiri. Sciat sane sublimitas tua, Primiscrinium, & reliquum officium, quod tuis actibus obsecundat, non solum gravissimæ multæ dispendiis affligendum, sed & supplicium capitis sortiturum, nisi enixæ operæ commodata, statutis clementiæ nostræ præbere maturarit, effectum. Dat. VIII. Kal. Aprilis, Ravennæ.* Hactenus rescriptum Honorii.

XXXI. De his autem hæc in libro de Romanis Pontificibus in Bonifacio: *Eulalius eo quod ordinatus fuisset in basilica Constantiniana, & introivit in Urbem, & baptizavit, & celebravit Pascha in basili-*

*ca Constantiniana: Bonifacius vero (sicut consuetudo erat) celebravit baptismum Paschæ in basilica sanctæ martyris Agnetis. Hoc audito Augusti utrique miserunt, & ejecerunt Eulalium; & missa auctoritate, revocaverunt Bonifacium, & constituerunt Episcopum: Eulalium vero miserunt foras in Campaniam.* Hæc ibi. De rebus vero per Eulalium perperam gestis relatio Symmachi habet, quæ his verbis describitur in eodem codice Vaticano:

XXXII. Relatio Symmachi ad Constantium.

*Domino semper illustri & per cuncta magnifico, meritoque sublimi ac præcelso Constantio Symmachus.*

*Ubi primum sacra Domini nostri invictissimi Principis præcepta fuerunt, statim (ut convenerat) debitum tribui famulatum. Sed Eulalius ea obstinatione, qua sine præcepto sacro Urbem ingressus est, etiam egredi constrictus per omnes potestates, pari pertinacia detrectavit. Nam vespertinis horis per Officium Urbanum, id quod præceperat invictissimus Imperator, ea die, qua perlatum est, ei innotuisse agnoscitur, domine semper illustrissime & sacratissime, magnifice, meritoque sublimis, ac præcelse patrone. Quo lecto, mandavit se diligentius tractaturum: nec tamen instanter admonitus exire curavit. Alia vero die rursum per omnem apparitionem etiam nocturnis horis admonitus, collecta multitudine, Lateranensem basilicam ausu temerario credidit invadendam. Verum habito tractatu cum proceribus, omnibus Officiis destinatis, ut pelleretur, injunctum est. Nam & vir spectabilis Vicarius ad eamdem basilicam ire decreverat: sed primo accedere præ nimio terrore non potuit. Ego autem tam Corporatis directis, quam omni officio, ideo illuc ire non potui, ne quis mihi æmulus faceret religionis invidiam. Tamen salva excellentia vestra, irruentibus pluribus Corporatis & Majoribus regionum, qui præceptis Imperialibus serviunt, de eadem ecclesia fugatus Eulalius, de Urbe expulsus est, atque adjunctis apparitoribus, illuc directus, ubi jussus fuerat residere. Mandatum etiam, ut vir religiosus, sanctus Achilleus Episcopus cum quiete quæ jussa sunt, illo ejecto, sine strepitu populi, pro sanctorum dierum reverentia celebraret. Nam ad custodiam basilicæ Lateranensis apparitores apposui, ne cui alii redderetur. Partis quoque Eulalii aliquanti capti clerici seditionis auctores: de quibus quid jubeatur expecto. Et quoniam de his interim quæ gesta sunt, universa virtutibus vestris credidi suggerenda: quicquid sequentibus diebus pro quiete Urbis quam vestra felicitas regit, suggestum fuerit, sigillatim pro rerum fide & ordine melioribus indiciis nunciabo.* Hactenus relatio

Pellitur ab Ecclesia atque Urbe Eulalius.

Symmachi ad Constantium, qui de iisdem certiorem facere Honorium Imperatorem minime cunctatus est. Cum vero omnia quæ temeritate Eulalii in Urbe gesta essent, Honorius Imperator satis aperte percepisset, ad Symmachum hujusmodi litteras dedit:

XXXIII. Honorii epistola ad Symmachum Urbis Præfectum.

*Moderatione præcipua egit nostra serenitas, ne locum posset invenire præsumptio, Dei enim judicio venerabilium sacerdotum est dilata cognitio, ut quicquid religio quicquid veritas postulabat, absque ulla perturbatione hoc disceptatio tranquilla decerneret. Sed per Eulalium usurpatione contra sententiam venerabilis Synodi multa illicite commissa fuisse, relationis textus edocuit: qui præsentia sua causam furoris populo sumministrans, totum perire voluit, quicquid moderatio nostra conservat. Nam cum ordinatione nostra & sententia Episcoporum, quorum in Synodo major se multitudo collegerat, consensu etiam partium & professione id fieri definitum esset; ut sciret se specialiter esse damnatum, quicumque ad incitandum populum Urbem fuisset ingressus: oblitus sui, probavit ex præsenti facto, quale videatur habuisse principium. Quoniam ergo recte hunc, post tot admissa, Urbe constat esse depulsum; ad quam eum accedere non debere, clementiæ nostræ & Episcoporum videretur statuisse judicium: Bonifacium venerabilem virum Episcopum ad cujus moderationem auctoritatem nostram recte censuimus jungendam, Symmache parens carissime & amantissime sublimitas tua Urbem ingredi debere, nos statuisse cognoscat: ut sub ejus gubernaculis religiosæ leges reverentia moderatione solita compleatur. Data III. Nonas Aprilis. Accepta sexto Idus Aprilis.*

De Bonifacio in Urbem restituendo.

Post hæc autem Bonifacius pacifice in Urbem rediit; de cujus ingressu hæc habet relatio Symmachi Præfecti ad Imperatorem his verbis:

XXXIV. Relatio de Bonifacio in sedem restituto.

*Quæcumque Deo auctore firmantur, merito divino pietatis vestræ judicio firmantur. Nuper namque, cum ad me famulum vestrum sacra clementiæ vestræ emanasset auctoritas, quasi ambiguitate summota, venerabilis viri Bonifacii Episcopi majestas vestra sacerdotium roboravit. Tam grata universis, quæ jussa sunt extitere, ut hoc & ordo amplissimus & Romanus populus comprobaret, Domini Imperatores Honori & Theodosi, pii, felices, invicti, triumphatores semper Augusti. Nam cum statuta cælestia per me essent recitata populis, & edictis ex more positis publicata, tantus fervor & lætitia totius extitit civitatis, ut scilicet & religionem redditam, & præstitam quietis securitatem omnes gratulatione congrua testarentur. Interjecto itaque biduo, Urbem supramemoratus venerabilis Epi-*



*scopus, omni accurrente plebe, ingressus est, sicut serenitas vestra constituit: Officii quoque mei obsequia minime defuerunt; nec jam aliqua dissensio remanet populorum; & omnes divino judicio, & majestatis vestræ acquieverunt voluntati. Cessantibus ergo studiis, omnes quod præcepto Dei admoniti statuistis, sentire cœperunt; atque acclamantibus quæ subjecta sunt, gaudii sui causas plebs Romana testata est, ac serenitati vestræ gratias in dies singulos agere non destitit; quorum provisio sicut pacem Urbis tuetur ita quietem Urbis restituit, populoque concordiam.* Hæc Symmachus. Cæterum licet ista jusserit Honorius Imperator; tamen ex Synodo ducentorum & quinquaginta duorum Episcoporum Eulalium esse depositum habet liber de Romanis Pontificibus; verum non ex transmarinis Ecclesiis, ut litteræ paulo post describendæ declarant.

XXXV. En habes, lector, de schismate Eulalii, ab ejus ortu usque ad exitum ex epistolis ultro citroque datis compaginatam historiam: sed quæ post hæc secuta fuerint, ex aliis rursum epistolis idem codex Vaticanus certam cognitionem exhibet: quibus in primis significatur, quod inter hæc Honorius Imperator, cum pacata cuncta sedataque comperisset; confestim, ne Episcopi transmarini in Italiam navigare fatigarentur, primum ad Largum Proconsulem Africæ scripsit septimo Idus Aprilis his verbis.

*Victor Honorius inclytus Imperator semper August. Largo Proconsuli.*

XXXVI. Rescriptum Honorii ad Largum Proconsulem.

*Inter omnes curas, nec illa nos minus solicitat, quam pertinere ad sacerdotium judicamus. Cum enim de confirmando Episcopo Urbis æternæ controversia tractaretur; atque hi qui in unum positi erant Episcopi de tanto negotio, paucos se existimaverint ad sententiam proferendam: placuerat (sicut sacri apices cucurrerunt) ut ex Africanis & Gallicanis provinciis plures Episcopi commearent. Ea videlicet ratione, ne medio tempore quicquam præsumeretur: id quod nostra sententia ordinaverat, & quod statuisse Synodi sententia videbatur. Sed his omnibus despectis, Eulalius sola usurpatione moram credidit occupandam; quem (sicut decebat) nostra auctoritate constat expulsum, ac sanctum Bonifacium Episcopum roboratum. Et quoniam consumptum negotium est, incongruum nostra clementia judicavit, si Episcopi navigationis & itineris injuriam paterentur. Unde sciat spectabilitas tua Synodum fuisse solutam. Admone igitur, præmissis sacris affatibus, auctoritate tua*



*singulos sacerdotes, ut sciant hanc ordinationem esse servandam, quæ continet, ut quisque in Ecclesia sua orationibus vacet, ut convenit; propterea quod causa optimo judicio jam terminata videatur. Data sub die VII. Idus Aprilis.*

Hæc Imperator ad Largum Proconsulem: qui mox ad Aurelium Carthaginensem Episcopum scripsit his verbis, eadem significans, quæ acceperat litteris Imperatoris:

XXXVII. Largi Proconsulis ad Aurelium epistola.

*Domino parenti honorabili Aurelio Episcopo Largus. De merito Sacerdotis, quem suis Dominus idoneum probavit, scias sublatum esse certamen. Sanctum igitur ac venerabilem virum Bonifacium urbis Romæ Episcopum firmavit clementia Principalis, cujus electione dudum sanctitatem tuam præcepit acciri, sicut sacri testantur affatus sui cum veneratione prolati. Oportet igitur populos Ecclesiasque tuas festinanter invisas, cui navigationis est dempta necessitas:* & alia manu: *Incolumem te Domini favor præstet annis compluribus, domine pater merito honorabilis.* Hæc Largus Proconsul ad Aurelium Episcopum Carthaginensem: qui in eamdem sententiam (ut acceperat ex Honorii Imp. litteris) ad cæteros absentes Episcopos antea convocatos ad Synodum scripsit epistolas: ne videlicet, re jam absoluta peregrinationis fatigarentur itinere.

XXXVIII. Bonifacius consulturus futuris malis scripsit ad Imperat.

Bonifacius itaque regressus in Urbem, quæ suarum partium erant, obire solicita cura non destitit; atque illud in primis, ut schismate conscissam Ecclesiam consolidaret, civesque in mutuam concordiam restitueret atque firmaret. Cum vero in his plurimum laborasset, in morbum incidit gravem, adeo ut nonnihil periculi obitus immineret. Sed Dei ope aliquantulum convalescens, cum didicisset experimento male esse consolidatam Ecclesiæ Romanæ concordiam; eam quibus posset adminiculis fulcire curavit: & consulens in futurum, ne post suum obitum graviori sciffura eadem distraheretur Ecclesia, de his solicitus in hunc modum scripsit ad Honorium Imperatorem: (1)

*Bonifacius Episcopus Honorio Imperatori:*

XXXIX. Bonifacii epistola ad Honorium Imp.

*Ecclesiæ me, cui Deus noster meum sacerdotium; vobis res humanas regentibus, deputavit, cura constringit, ne causas ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conventus, qui a sacerdotibus universis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi Principis*



NOTÆ (1) Epistola *Bonifacii* ad Honorium de ambitu coercendo scripta est A. D. 420. Kal. Julliis ut ostendit Constantius in notis pag. 1025. quem vide.

*desim. Siquidem secus quam oporteat, eveniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis: sed nos per nostram tacentem desidiam videbimur, quod civitatis quietem, Ecclesiæ pacem pervertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus divinæ cultor religionis, Domino favente, præsideas: nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum est divinis semper rebus animo promptiore favisse) firmo ac stabili jure custodiatur, quod per tot annorum seriem, & sub illis etiam Principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit, idest (ut fidens utar licitis) ut sub vestræ imperio clementiæ minime quæ sunt illicita formidentur. Ipsa enim Ecclesia devotionem tuam (Christianissime Imperator) meo quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu, quam Christus Deus noster vestri fidus victor & gubernator Imperii uni desponsatam sibi & intactam virginem servat; ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus inlidi, & quietam faciem tempestatis insolitæ rumore turbari, gloriosissime & tranquillissime Imperator Auguste.*

Bonifacius Papa Honorio commendat Ecclesiam.

XL. *Ipsa ergo (quæ uni desponsata, vestra tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat; præterita, præsentiaque repetit. Vobis (inquit) gloriose imperantibus, crevit meus, qui modo tuus est populus, tam fidus Deo, quam tibi, qui es Princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependet Imperii, teste (apud quem & de cujus sede agitur) S. Petro, solicitis pro religionis observantia vocibus clamat: cum solicita petitione miscetur oratio, ne hos in varias res semel evulsa distrahat a cultu solito, tentatore solicitante, discordia. Angeretur pluribus, Principes Christianissime, mater Ecclesia, nisi apud te suarum esset secura causarum; & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, divino cultu pariter cum Imperio semper florente, vicisset. Habet refugium, pium tuæ mansuetudinis animum, cum suæ religionis veneratione conjunctum; cum quicquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus & consacerdotibus meis probatissimis viris, a me & ab omnibus, qui Ecclesiam faciunt, hujusmodi legatis: quibus præcamur, sacræ causam religionis prosequentibus, in Urbe vestræ mansuetudinis hoc animo, quo postulastis annuitis, in perpetuum statum universalis Ecclesiæ consulatis. Dat. Kalendis Julii.*

His Bonifacii litteris perceptis, Honorius Imperator ad eumdem in hunc modum rescripsit:

XLI. Quæ rescripsit Honorius ad Bonifacium.

*Victor Honorius inclytus triumphator semper Augustus, sancto ac venerabili Bonifacio Papæ Urbis æternæ. Scripta beatitudinis tuæ debita reverentiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis, egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideo revertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum sacrorum apicum attestatione signamus, ac petimus, uti quotidianis orationibus Apostolatus tuum studium ac votum suum circa salutem atque Imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, quod sanctimonia tua de Ecclesiarum aut populi perturbatione solicita est: quæ ut ne aliqua ratione possit evenire, satis clementiæ nostræ credit esse provisum. Denique beatitudine tua prædicante, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quid forte religioni tuæ (quod non optamus humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitione esse cessandum. At si duo contra fas temeritate certantes, fuerint ordinati; nullum ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum in sede Apostolica permansurum, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum judicium & universitatis consensus elegerit. Unde id observandum est, ut omnes tranquillam mentem & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid, seditiosis conspirantibus, tentare conentur; cum certum sit, nulli partium sua studia profutura.* Hæc Honorius Imperator ad Bonifacium, de futura sede vacante solicitus. Etenim Eulalius una cum suis apud Antium non longe ab Urbe exul agebat in ecclesia S. Hermetis, opperiens obitum Bonifacii longa ætate & mala valetudine fracti ac debilitati. Verum ipsum Eulalium Nepesinæ Ecclesiæ postmodum factum fuisse Episcopum, habetur in Pontificali volumine.

XLII. Deliramenta Centuriatorum.

Hæc autem omnia de causa Eulalii & Bonifacii hactenus scriptis epistolis & rescriptis Imperatorum certa atque adeo explorata fide reddita memoria repetens, risum contine, lector, dum audis, quod qui inter Novatores profitetur (*a*) historiæ patrem, ait, Eulalium a majori parte cleri & populi electum, tantæ fuisse modestiæ, ut sponte cederet, licet ipse sciret ad se Pontificatum jure pertinere: Bonifacium vero superbum & impium, alienam sedem invasisse. Vides quem sectentur infelices ab Ecclesia deviantes historicum: sed finamus, sententia Domini cæcum & ducem cæcorum in his & aliis innumeris in qualibet ferme pagina delirantem: nos cœpta prosequamur.

(*a*) *Illyricum in sua historia ista delirantem stigillat auctor.*

Hanc



XLIII. De Juliano Pelagiano in Romanam Ecclesiam insultante. (*a*) *Aug. l. 6. contra Julian. Pelag. c. 12.*

Hanc ipsam quidem dissensionem Romani cleri in novo creando Episcopo post Zosimum Pelagiani hæretici atque in primis Julianus Episcopus Capuanus in Catholicos objectare consueverunt: ad quem hæc respondens S. Augustinus (*a*), ejusmodi illudit dilemmate: *Memento fane quemadmodum de constituendo Episcopo dissensionem populi Romani insultabundus objectas: quod abs te quæro utrum homines sua fecerint voluntate. Quod si negas, quomodo liberum defendis arbitrium? Si autem fateris, quomodo eam vocas ultionem Dei atque a vestro dogmate exorbitas, dum putari divinitus vindicatum affectas? An tandem aliquando concedis, quod obstinatissima contentione negaveras, occulto Dei judicio fieri, ut in ipsis hominum voluntatibus inveniatur aliquid, quod & peccatum sit, & pœna peccati? Hoc autem nisi in ista tua sententia sapuisses; nullo modo factum hominum, ultionem Dei esse dixisses. Sed quando ante annos plurimos tale tibi quiddam de beato Damaso & Ursicino contigit, nondum Pelagianos Ecclesia Romana damnaverat.* Hæc Augustinus ex quibus plane colligitur, in his Romanæ Ecclesiæ perturbationibus, cum dire exagitaretur Eulalii schismate, eumdem Julianum Episcopum Pelagianorum patronum ea pro hæresi stabilienda habuisse scripta præ manibus, quorum ante, cum de Zosimo ab eo calumniam passo egimus, anno superiore meminimus. Sed quod ratio temporis exigit, hic modo de eo pluribus agendum est.

XLIV. Calumniæ quibus Julianus fugillaret Ecclesiam Catholicam. (*b*) *Aug. contr. epist. Pelag. ad Bonif. l. 1.*

Diximus superius, duas ab eodem Juliano epistolas esse scriptas, easdemque cum hæresibus etiam calumniis refertas, quibus cum Orthodoxos omnes, tum præsertim Ecclesiam Romanam proscidit: quarum alterum Romam, Thessalonicam vero alterum misit. In ea vero Romam allata (*b*) portentosis Catholicam Ecclesiam calumniis infamavit, dum in primis diceret, Catholicos omnes asserentes ex Adæ peccato naturam esse corruptam, sapere cum Manichæis: insuper dicere eosdem, mentitus est, nuptias non esse ex Deo; quod & S. Augustinum sensisse, calumniatus est; necnon etiam eosdem affirmare, prolis generationem ex diabolo esse; itidem eos asserere, Patres veteris Testamenti numquam a peccato fuisse per emendationem liberatos; quodque dicerent, Apostolos immoderata libidine pollutos, immo & Christum Dominum nostrum non fuisse immunem a peccato, itemque baptismum non dare omnem indulgentiam peccatorum. Hæc & alia, quæ dicemus, ille canis impudens non est veritus calumniose impingere Ecclesiæ Orthodoxæ.

XLV. (*c*) *Aug. contr. epist. Pelag. ad Bonif. l. 1.* Quæ Orientalibus adversus Catholicos Pelagiani insinuantur.

Quidnam amplius? in epistola (*c*) ad Thessalonicenses data ipse Julianus una cum decem & octo suæ sectæ Episcopis excitare conatus est omnes Orientales Episcopos, ut adversus Manichæos (ita namque Catholicos nominabat, insurgerent: ad quod ut eos magis magisque pelliceret, tum Zosimum Papam, tum Romanum clerum prævaricationis redarguit. Sed hæc ex S. Augustino satis diluta sunt in Zosimo anno superiori. Adjecit insuper mendacissime impius dicere, negare Catholicos liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum, asserere insuper fatum sub nomine gratiæ; atque eosdem dicere, Deum acceptatorem esse personarum, legem vero datam non ad hominis institutionem sed ad majorem damnationem tradere; etiam ipsos, Spiritum sanctum auctorem virtutis in veteri Testamento non fuisse; itemque Prophetas & Apostolos minime sanctos, sed comparatione aliorum minus malos extitisse, & in futura resurrectione homines Dei mandata incepturos implere: hæc & alia in Orthodoxos vaniloquus ille congessit, ut colligitur ex commentariis a S. Augustino adversus eum conscri-

PAGIUS IV. *Julianus in Apulia natus.*

A num. XLIII. ad LIV. Quia *Julianus* Pelagianæ hæreseos patronus plura pro ea scripsit, pluribusque eum *Augustinus* confutavit; de ejus genere scriptisque nobis hic agendum cum Baronio num. L. & seqq. qui cum non vidisset Opera Marii Mercatoris post ejus mortem e tenebris eruta, nonnisi jejune de eo tractare potuit. Eum *Attellanensem* fuisse scribit Baronius anno CCCCXXX. num. VI. Verum non in Campania, ubi *Attella* sita, sed in Apulia Julianum natum, docet Augustinus lib. 6. Operis imperfecti cap. 18. ubi hac de causa insolescentem, & Augustino, quod ex Africa ortus esset, exprobrantem, castigat Sanctus Doctor his verbis: *Noli istum Pœnum momentem vel admonentem terrena inflatus propagine spernere: non enim quia te Apulia genuit, ideo Pœnos vincendos putas gente, quos non potes mente.* Ex quibus Augustini verbis liquet, versus Prosperi in Epigrammate contra Sancti Augustini detractorem.

*Aut hunc fruge sua æquorei pavere Britanni,*
*Aut huic Campano gramine corda tument.*

de Pelagio ac Cælestio, non vero de Pelagio ac Juliano, qui Apulus erat, intelligenda, uti suo loco dixi.

V. *Juliani parentes.*

Nomen matris Juliani ante nobis ignotum, Marius Mecator in Commonitorio Subnotationum cap. 4. nos edocet: *Tu ne sanctæ ac beatæ recordationis Memoris Episcopi filius? Tu Juliana primaria fœmina, & qua nihil honestius inter reverendissimas Matronas invenias, utero editus? Absit, absit, ut tibi istud credere ausim. Vernularum te eorum potius crediderim filium, suppositumque illis, ut sæpe dicitur factum, & quod tu potius tanta oris tui petulantia & obscœnitate approbas; aut si id non erit, degenerasse illos in te nulli dubium erit, qui sanctos illorum hominum mores, sanctam vitam, institutumque noverunt, tumque sermonem in scriptis, hisque pru-*

scriptis. Ad postremum vero questus est nomine coepiscoporum suorum, Pelagii dogmata a simplicibus quibusdam Episcopis propriis in locis absque conventu Synodali esse damnata: quærere vero se, ut tum Orientales, tum Occidentales ad hæc exacte inspicienda in unam universalem Synodum convenirent.

XLVI. Accidit autem opportune, ut cum ejusmodi blasphemas atque mendaces Juliani epistolas Romam allatas Bonifacius Papa in manibus haberet; Alypius Episcopus Romam veniens, S. Pontificem conveniret: qui ea bene usus occasione, per eumdem misit in Africam easdem Juliani epistolas ad Augustinum, ut contrariis eas scriptis confutaret: quod ipse naviter implevit, scribens adversus eas libros quatuor disertissimos, quos ad ipsum Bonifacium Papam Romam misit, ut ejus probarentur auctoritate. Profitetur id ipse quidem suis ad Bonifacium scriptis Augustinus (*a*), & in primis cum hæc habet de Alypii Romam adventu, & de Bonifacii Papæ erga eum fraterna exhibita charitate: *Noveram* (inquit) *te quidem, fama celeberrima prædicante: & frequentissimis atque veracissimis nunciis, quanta esses Dei gratia plenus acceperam, beatissime atque venerande Papa Bonifaci. Sed postquam te etiam præsentia corporali frater meus vidit Alypius; acceptosque a te benignissime & sincerissime, mutua miscuit, dictante dilectione, colloquia, tecumque convivens, & parvulo licet tempore, magno tamen tibi junctus affectu, se simul & me refudit animo tuo, teque mihi reportavit in suo: tanto major in me tuæ sanctitatis est facta notitia; quanto certior amicitia. Neque enim dedignaris qui non alta sapis, quamvis altius præsideas, esse amicus humilium, & amorem rependere impensum.* Et paulo post de eminentia Romanæ Ecclesiæ Pontificii; cum commune esse dicat omnibus, illis quibus præsunt, bene fungi Episcopatus officio: ipsum tamen præeminentem celsiori fastigio speculæ pastoralis pro omnibus invigilare affirmat, ut plane declaretur, quod si interdum contigerit tum ipsum Augustinum, tum alios nominasse Romanos Pontifices, collegas, & fratres, nihil tamen imminutum, quin in eisdem asserenda sit summa super alios in munere pastorali potestas. Quod vero ad Alypium spectat: per transitum ad Bonifacium ipsum venisse, ex his possumus intelligere, quæ scribit S. Augustinus ad Valerium Comitem, dum ait (*b*), Alypium perrexisse Ravennam, ubi morabatur Honorius Imperator.

(*a*) *Aug. contr. duas ep. Pelag. c. 1.*

(*b*) *Aug. de nupt. & concupisc. l. 2. cap. 1.*

Bonifacius excepit Alypium Episcopum Tagastensem benigne satis.

De ea vero lucubratione adversus duas illas Juliani epistolas elaborata, & ad ipsum Bonifacium missa, ita S. Augustinus subjungit: *Hæc ergo, quæ istis (ut dixi) duabus epistolis illorum ista disputa-*

LXVII. Augustinus mittit libros a se scriptos ad Bonifacium Papam.

PAGIUS *prudenter inspexerint. Quorum sane post obitum sanctorum hominum merito tu duas sorores tuas talibus disciplinis tui oris erudisti. Novimus, novimus quid tibi una earum, cum tu nimis severus in ejus ruinam pudoris insurgeres, objecerit, vel exprobraverit, atque tu mutus illico non ausus es ulterius censuræ tuæ ullas dolori ejus inferre molestias.* Fuit itaque Julianus filius *Memoris* Episcopi, ut etiam advertit Baronius num. L. Sed quod addit, ipsum Memorem vel Memorium videri fuisse Episcopum Capuanum, atque filium suum eidem Ecclesiæ mancipatum Diaconum ordinasse, falso innititur fundamento, scilicet quod Julianus *Campanus* fuerit, & Gennadius eum *Capuanum* Episcopum fuisse asserere videatur. Hinc enim sequi Baronius suspicatus est, ut *Memorius* quemadmodum erat genere nobilis, ita nobilem Campaniæ Ecclesiam rexerit; imo & filio præiverit, tum munere, tum Sede Episcopali. Nam, ut inquit Garnerius in Commentario Mercatoris, leves hæ conjecturæ, neque *Julianus* ex Campania, sed ex Apulia originem duxit, & Capuanam Ecclesiam non tenuit in Campania, sed *Eclanensem* in Hirpinis, ut mox ostenderetur. Et licet Gennadius vulgatis editionibus lib. de Script. Ecclesiast. cap. 45. Julianum Capuanum affirmet, in Codicibus tamen MSS. melioris notæ, nulla fit mentio loci, nec legitur ista vox, *Capuanus*; sed in quibusdam, *Julianus Episcopus vir acer ingenio*. &c. in aliis, *Julianus vir acer ingenio*, &c. uti in pervetusto Codice MS. San-Germanensi.

VI. *Julianæ mater Juliani.* *Julianam* Juliani matrem Garnerius suspicatur esse illam viduam, ad quam *Pelagius* scripsit librum consolatorium; sed postea re melius perpensa hanc amplexus est opinionem, quæ docet, viduam ad quam Pelagius scripsit, esse *Julianam* Olybrii Consulis viduam, quam explicationem sequuntur Labbeus Tom. II. Concil. pag. 1516. & Baluzius in sua collect. Concil. pag. 361. Hæc Marii citati verba: *denique libellus est ejus* (id est Pelagii,) *quem habemus in manibus, ad quamdam Livaniam viduam, sermonem continens exhortatorium*, &c. ubi videtur Pelagius, ut consilium suum occultaret, Julianam *Livaniam* vocasse. Nam & illam fuisse viduam eo tempore, patet ex Epistola VIII. Hieronymi, & familiaritatem inter eam & Pelagium fuisse, satis ostendit ejus Epistola ad Demetriadem Julianæ filiam. Præterea Garnerius putat, subindicari a Mercatore rumorem aliquando *parsum* fuisse in vulgus *Julianum* suppositum parentibus suis fuisse. Sed alius, ut recte Baluzius in notis ad Mercatorem, est sensus verborum Mercatoris. Illud enim tantum ait, rhetoricando, ita diversos esse *Juliani* mores a moribus parentum, ut suspicari liceat suppositum illis fuisse, ut sæpe dicitur factum, aut si id non erit, degenerasse illos in filio.

VII. *Ejus sorores.* Duas *Julianus* sorores habuit, quas suis disciplinis, utique non optimis, post obitum sanctissimorum parentum erudivit, ut ex verbis Mercatoris laudatis patet. Duxit uxorem virginem Consularem, *Jam* Æmilii viri illustris, postea Episcopi Beneventani filiam, & *Paulinus* Episcopus Nolanus patris & filii amicus, perinde ac *Augustinus*, in *Juliani* & *Ja* matrimonium scripsit Epithalamium, quod inter poemata Paulini est XXII. alias XIV. Quæ causa solverit hoc matrimonium, an commune conjugum votum



*putatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem, non tam discenda, quam examinanda, & ubi forsitan aliquid displicuerit, emendanda, constitui. Indicavit enim mihi frater meus* (Alypius videlicet) *quod eos illi dare ipse dignatus es; quæ in tuas manus, nisi vigilantissima diligentia fratrum nostrorum, filiorum tuorum, venire non possent. Ago autem gratias sincerissimæ in nos benevolentiæ tuæ, quod eas me latere noluisti literas inimicorum gratiæ Dei, in quibus reperisti nomen meum calumniose atque evidenter expressum.* Hæc Augustinus: qui ad calcem quarti voluminis de eorum conatu, ut ipsorum Synodus œcumenica cogeretur, hæc addit (*a*): *Verum istorum superbia, quæ tantum se extollit adversus Deum, ut non in illo velit, sed potius in libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis, & Occidentis Synodus congregetur, Orbem quippe Catholicum, quoniam, Domino eis resistente, pervertere nequeunt, saltem commovere conantur. Cum potius vigilantia, & diligentia pastorali post factum illis competens, sufficiensque judicium, ubicunque isti lupi apparuerint, conterendi sint, sive ut sanentur, atque mutentur, sive ut ab aliorum salute atque integritate vitentur.* Hæc ipse: quibus plane intelligas, lector, quam deterioris conditionis sint Novatores Pelagianis; illis petentibus universale Concilium, istis contra refugientibus, & omni licet humanitate, & securitate vocatis, interesse penitus renuentibus: quippe qui non sicut Pelagiani fucatas saltem habeant, quas prætendant rationes, sed omni impudentia ea jactent, quæ sciant ab Apostolorum temporibus in hanc diem, & decretis Conciliorum, & majorum traditionibus, & Patrum omnium sententia esse damnata. Sed quod ad Pelagianos pertinet, utique haud post multos annos congregatum est Concilium œcumenicum Ephesinum, in quo pariter constat ipsos fuisse damnatos. At jam ad Bonifacium redeamus.

(*a*) *Aug. cont. duas epist. Pelag. l. 4. cap. 12.*

XLVIII. Quanta ipse invigilaverit diligentia, ne damnata semel Romæ hæresis Pelagiana, eademque instar hydræ pluribus aucta capitibus sibilans, graviori damno in Ecclesiam Catholicam serperet, S. Prosper his docet verbis (*b*).

(*b*) *Prosp. adver. col. prope fin.*

Bonifacius laborat adversus Pelagianos.

*Sanctæ memoriæ Bonifacius piissimorum Imperatorum Catholica devotione gaudebat, & contra inimicos gratiæ Dei non solum Apostolicis, sed etiam regiis utebatur edictis. Et quando idem, cum esset doctissimus, adversus libros tamen Pelagianorum beati Augustini Episcopi responsa poscebat.* Hæc ipse. Sed observa obiter: quam clarissimi doctissimi, atque sanctissimi viri Augustinus, & Prosper Bonifacium æque sanctissimum atque doctissimum prædicant, quem & Romani cleri sanioris partis litteræ ad Imperatorem datæ commendant, & quem tandem ipsi Imperatores suis scriptis adeo celebrant; musæ (*c*) mortuæ tum imperitia, & rerum gestarum ignoratione; tum obstinata malitia, atque jurata ad detrahendum semper Romanis Pontificibus inimicitia, eumdem carpunt, subsannant, dicteriisque perurgent, sicut & alios frigida inversione nominum deridentes, cum S. Bonifacium Malefacium, Innocentium prædecessorem Nocentium, successorem vero Bonifacii Cœlestinum, Infernalem (ut de aliis modo taceamus) appellant. O prudentes historici, qui sic converterunt historiam in Philippicas, atque grave sedatumque dicendi genus in invectivas atque furentium declamationes, vel potius insulsas fatuasque derisiones; ac denique ex hi-

(*c*) *Illyricum in sua hist. sugillat auctor.*

PAGIUS tum, an mors *Ja*, incertum; certum tamen solutum esse ante parentum Juliani mortem. Scripsit enim ad Memorium Augustinus Epistolam CI. alias CXXXI. cum jam Diaconus foret Julianus: *Superiores quinque libri vix filio nostro & Condiacono Juliano, quoniam & ipse jam nobiscum commilitat, cognitione digni videbuntur*, &c. Tunc autem temporis Diaconis non licebat, aut esse in conjugio, aut certe eo uti, ut liquet ex Siricio Epist. I. cap. VII. & Innocentio primo Epist. II. cap. IX. & Epist. III. cap. 1.

VIII. *Episcopus ab Innocentio Papa ordinatus.* Ab Innocentio Papa ordinatum *Julianum* docet Mercator cap. 3. quod de ordinatione Episcopali omnino intelligendum: *Julianum* enim temporibus Zosimi inter Episcopos extitisse constat, tum ex Augustino, tum ex Mercatore, tum ex Epistolis duabus, quas ad Zosimum Julianus ipse dedit. Gennadius citatus *Capuanum* Episcorum dicit in editis Codicibus, eamque sententiam Baronius amplexus est. Gelasius in Decreto de libris Apocryphis, & Beda Præfatione in Canti. a *Celanensem* eumdem faciunt; *Edanensem* Petrus Diaconus in fine libri de Incarnatione & gratia; Holstenius ac Rosyweidus; is in Notis ad laudatum Epithalamium, ille in Notis ad Italiam Cluverii, *Celennensem* in Campania Julianum pronunciant. Nonnulli ex Prosperi depravato Chronico *Attelensem* fuisse contendunt. Est autem *Attela* Neapolim inter & Capuam, *Aversa* Italis hodie vulgo nuncupata. Denique Vossius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 6. *Heracleensem*, vel *Attelensem* suspicatur. Verum Mercator, qui nec ignorare potuit Episcopatus ejus locum, nec minorem quam quilibet alius meretur fidem, *Eclanensem* Episcopum pronunciat, simulque litem dirimit. Nam in refutatione Symboli Theodori Mopsuesteni ait: *Simul admonere volens Julianum, ex Episcopo oppidi Eclanensis hæreticum Pelagianum, seu Cælestianum*, &c. & in Præfatione in Tractatus Nestorii adversus hæresim Pelagianam: *Julianum ex Episcopo Eclanensi cum participibus suis hujus hæresis signiferum & antesignanum, olim ab Apostolica sententia exauctoratum atque depositum, in amicitiam interim censuit suscipiendum*, nempe Nestorius. Habet autem Mercator consentientem reipsa Prosperum, in cujus melioribus manuscriptis legitur, *Eclanensis*, non vero *Attelensis*, ut notant Scaliger & Pon-

storia, quæ modesta esse debet, & verecunda, impudentissimas atque mordacissimas satyras reddiderunt! Sed finamus eos ad libitum furere, commiseratione potius deplorandos quam styli acumine perurgendos.

XLIX. Jam vero ad certamen initum inter Julianum Capuanum Episcopum & S. Augustinum redeamus. Juvenis quidem ille erat & audax, licet esset honesto loco natus, patre Memore *, cui cum ipso Augustino magna intercesserat necessitudo: de eo enim hæc ipse (*a*): *Ego certe beatæ memoriæ Memorii patris tui non immemor, qui mecum non parvam inierat amicitiam colloquio litterarum, teque ipsum mihi carissimum fecerat; cum te viderem in libris tuis non antelucano convivio temulentum, sed insano convicio turbulentum, introduxi te sedandum atque sanandum non in alicujus philosophi auditorium, sed in sanctorum Patrum pacificum honorandumque conventum, &c.*

* Memorio.

(*a*) *Aug. cont Jul. l.1. c.4.*

L. De Juliani institutione. Sed ex quorum schola prodierit novus hic dogmatistes, insultans Romanæ Ecclesiæ, Augustino, & omnibus aliis Catholicis tractatoribus contumeliosus juvenis, dignum est ut perscrutemur. Extat quidem S. Augustini epistola (*b*) ad ipsum Memorium Episcopum (ita namque, pro Memore, Memorium, ejus epistolæ auctoritate reddendum putamus) in qua & de ipso Juliano jam tunc diacono habetur mentio, quem filium communem appellat: Videtur vero ipse Memorius fuisse Capuanus Episcopus atque filium suum eidem Ecclesiæ mancipatum diaconum ordinasse, quem non sacris (ut par erat) sed sæcularibus imbuendum curaverit disciplinis, quas vetus loquendi usus liberales appellat. Hinc videas eumdem Augustinum in eadem epistola ad Memorium data differere pluribus liberales disciplinas non esse eas, quæ vulgo ita dici consueverunt, sed tantum quas docuit Christus suos in primis Apostolos. Petierat enim Memorius pro Juliano sex libros ab eodem Augustino scriptos olim de Rhythmo. Ad finem epistolæ, de eodem Juliano cum meminit, hæc habet: *Quem quidem, non audeo dicere, plus amo quam te: quia nec veraciter dico: sed tamen audeo dicere, plus desidero quam te. Mirum videri potest, quemadmodum quem pariter amo amplius desiderem: sed hoc mihi facit spes amplior videndi eum. Puto enim, quod si ad nos, te jubente vel mittente, venerit, & hoc faciet quod adolescentem decet, maxime quia nondum curis majoribus detinetur, & te ipsum mihi expeditius apportabit.* Hæc Augustinus de charitate, qua adolescentem prosequebatur Julianum. Qui adhuc juvenis sede auctus nobili, nempe Capuana (ut tradit Gennadius) fastu tumidus, litterarumque sæcularium inflatus superbia, erumpens in maledicta, eo modo sanctissimum senem Augustinum ipsius amantissimum scriptis exagitavit. Quæ contrariis ipse Augustinus redarguit scriptis, sic exorsus (*c*): *Contumelias tuas & verba maledica, Juliane, quæ ardens iracundia libris quatuor anhelasti, si me contemnere dixero, mentiar.* Post vero recen-

(*b*) *Augustin. epist. 131.*

(*c*) *Aug. cont. Julian. lib. 1. cap. 1.*



censitas sanctorum Latinorum Patrum de propositis quæstionibus scriptas sententias, ad coercendam penitus hominis effrenem audaciam, ista post multa subjunxit de præstantia cathedræ Petri (*a*): *An ideo contemnendos putas* (recensitos scilicet Patres) *quia Occidentalis Ecclesiæ sunt omnes, nec ullus est in eis commemoratus a nobis Orientis Episcopus? Quid ergo faciemus, cum illi Græci sint, nos Latini? Puto tibi eam partem Orbis sufficere debere, in qua primum Apostolorum suorum voluit Dominus glorioso martyrio coronari: cui Ecclesiæ præsidentem beatum Innocentium si audire voluisses, jam nunc periculosam juventutem tuam Pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit vir ille sanctus Africanis respondere Conciliis, nisi quod antiquitus Apostolica sedes, & Romana cum cæteris tenet perseveranter Ecclesia?* Hæc Augustinus: quibus videas quanti ponderis, & soliditatis existerent Romanorum Pontificum reddi solitæ ad consultationes responsiones; & quomodo una instar omnium satis esse ducatur ad confutandas hæreses, & audacem juvenem infrenandum Apostolicæ sedis auctoritas.

(*a*) *Aug. cont. Julian. li.1. cap. 4.*

De Juliani Episcopi Capuani Pelagiani audacia.

LI. Sed quod ad petulantis hominis scripta pertinet: mira audacia progressus, primum omnium quatuor libros conscripsit adversus S. Augustini commentarium de Nuptiis, & concupiscentiis; quem (ut ipse tradit *b*) post damnatum Pelagium atque Cælestium elaboravit, ab illis provocatus; ne, dum assertor esset originalis peccati, damnasse nuptias videretur. Adversus hunc, inquam, tractatum, quem, monente Valerio Comite, Augustinus scripserat, Julianus quatuor libros virulentos evomuit (*c*), ex quibut capita quædam decerpta accipiens Valerius ipse ad Augustinum misit: cui data tunc est occasio, ut contra ea pro sua defensione posteriorem librum ad eumdem Valerium scriberet. Cum vero postea quatuor illos libros adversum se editos, integros accepisset, ipse Augustinus in eosdem contradictorios sex libros conscripsit, ut ipse testatur (*d*) ad Claudium Episcopum, a quo iidem quatuor Juliani libri ad ipsum Augustinum missi fuerunt. Sed quid impetuosus ille ventriloquus? Cum duorum librorum numero se ab Augustino superatum esse videret, quippe quoniam adversus suos quatuor ab eo sex editi fuerant: ipse adversus hos sex conscripsit octo, eodem numero, quo fuerat superatus, ipse superare conatus Augustinum; perinde ac non de veritate Catholica, cujus essent potiora jura, sed de librorum numero altercatio esset. Talis quippe natura superborum hæreticorum est, ut omni ex parte primas referre velint.

(*b*) *Aug. cont. duas epist. Pelag. l. 3.*

(*c*) *Aug. ib. & Retract. lib. 2. c. 53.*

(*d*) *Aug. Retract. lib. 2. c. 92.*

LII. De his octo Juliani libris fidem facit idem S. Augustinus scribens ad Quod vultdeum (*e*): unde erroris arguuntur Gennadius (*f*), & Honorius (*g*), dum septem tantum a Juliano libros esse conscriptos tradunt. Quomodo autem hos Augustinus ab Alypio redeunte Roma acceperit, ipse docet his verbis: *Hos enim cum Romæ accepisset frater Alypius nondum omnes descripserat; cum oblatam occasionem noluit præterire, per quam mihi quinque transmisit, promittens & alios tres se cito missurum, & multum instans ne responderem differrem. Cujus instantia coactus sum remissius agere quod agebam, ut operi utrique non deesset, uni diebus, alteri noctibus, quando mihi ab aliis occupationibus hinc atque hinc venire non desistentibus parceretur.* Erat opus illud, quod præ manibus tum habebat, commentarius Retractationum; nam subdit: *Agebam rem plurimum necessariam: nam retractabam opuscula mea, &c.* Sed quando id contigit, dicemus suo loco inferius: ad plures enim annos ejusmodi negotium productum est.

(*e*) *Aug. ep. 4. extat to. 6. princ. edit. Plant.*

(*f*) *Gennad. de Vir. illust. cap. 45.*

(*g*) *Honor. de Scrip. Eccl. cap. 45.*

Augustini labor in recognoscendis suis libris.

PAGIUS & Pontacus. Jam tamen a pluribus sæculis locus ille Prosperi corruptus. Nam in Bibliotheca Colbertina num. CCXL. extat Codex Chronici Prosperi ab octingentis circiter annis descriptus, in quo Julianus dicitur *Attelenensis*, qui tamen in alio Codice ejusdem Bibliothecæ annorum quingentorum num. 1286. vocatur *Aeclanensis*. Codices Gelasii, Bedæ, ac Petri Diaconi depravati sunt unius litteræ depravatione vel conjunctione, ut Eminent. Card. Norisius lib. 1. Histor. Pelag. cap. 18. & Garnerius in Differt de primis auctoribus hæresis Pelagianæ cap. 6. observarunt. Etenim in voce *Celanensis* E per imperitiam Amanuensium post C ponitur, quam litteram si præponas, *Eclanensem* leges: in Codice vero Petri Diaconi, ubi *Edanensis* appellatur, littera D dividenda est in C & L quæ perperam junctæ errorem continent.

IX. *Episcopus fuit Eclanensis.* Ubi situm fuerit *Eclanum*, optime explicat Card. Norisius citatus, qui tradit, *Eclanum*, seu *Eculanum* antiquam fuisse Hirpinorum urbem distantem Benevento ex Itinerario Antonini M. P. XV. seu ex Tabulis Peutingerianis XVI. & Camillum Peregrinium in Commentariis de Ducatu Beneventano prodere, Eclanum postea *Frequentum* dictum fuisse, tandemque terræ motu dejectum, & ob bella civibus propemodum viduatum, quod in Tabulis Ughelli Tom. VIII. Italiæ Sacræ refertur in Abellinensis Episcopi jurisdictionem transiisse. Holstenius quidem in territorio *Frequenti* prope Mirabellam fuisse Ecclanum contendit, & posteriori ævo *Quintodecimum* appellatum, cujus mentio fit in Actis Sancti Mercurii Martyris, ac postea a Constantino Græcorum Imperatore funditus eversum anno DCLXIX. Ita Holstenius in Notis ad Italiam Cluverii pag. 1203. Verum in Chronico antiquo Beneventano monasterii Sanctæ Sophiæ in calce Tomi IX. Ughelli, in quo non semel *Quintodecimi* mentio, recitatur quædam donatio facta anno XVII. Radelchis Principis Longobardi, indictione III. Julio mense. Radelchim Beneventi Dominum Leo Ostiensis lib. I. cap. 31. memorat anno DCCCLI: indictio vero III. currebat mense Julio anni DCCCLV. quo ideo anno adhuc extabat *Quintodecimum*. Eclanum autem Quintodecimum dictum fuisse recte asserit Holstenius, qui ea loca diligentissime præsens exploravit: nam distantia a Benevento hoc ipsum comprobat; cum Frequentum inde M. P. XII. circiter distet; *Eclanum* vero XV. indeque Quintodecimum postea appellatum. Certum tamen est Episcopalem sedem Eclano eversa Frequentum, vulgo *Frigento*, fuisse translatam, inquit doctissimus Cardinalis Norisius.

X. *Scripta ejus postquam hæresim Pelagianam aperte professus est.* Vivebat adhuc *Julianus* anno CCCCXLIV. ut ex dicendis infra apparebit. Quo vero postea anno mortuus sit, prorsus incertum. Baronius num. LIII. secutus editionem Suffridi Petri existimat, *Gennadium* errasse, quia in ea de Juliano habetur: *Moritur Valentiniano, & Constantino ejus filio imperante.* Verum is error non Gennadio, sed Librariis imputandus; in correctis enim Gennadii editionibus, & in veteri MS. San-Germanensi legitur: *Moritur Valentiniano Constantii filio imperante*, ideoque ante annum CCCCLV. quo Valentinianus III. peremptus est. Baronius Scripta Juliani postquam sub Zosimo hæresim Pelagianam aperte professus est, & Augustini adversus Julianum variis annis edita, promiscue hoc anno refert, quæ hic, in quantum fieri poterit, in suos annos digerenda; ut Historia Pelagiana clarior evadat. Anno igitur superiori, ut ibidem diximus, *Julianus* duas ad *Zosimum* Epistolas dedit, quarum altera periit, alterius vero quædam fragmenta Marius Mercator conservavit. Obtulit etiam Augustino Primati Aquileiensi libellum fidei plurimorum Episcoporum, Octodecim nempe qui se se ei conjunxerant, & cum eo exauctorati sunt, nomine scriptum; quem aliqui Viri docti cum una ex Epistolis ad Zosimum ab eo datis perperam confundunt, existimantes eum libellum non ad Primatem Aquileiensem, sed ad *Zosimum* Papam missum fuisse; sed eam opinionem veram non esse jam demonstravimus.

XI. *Tres Juliani Epistolæ.* Meminit duarum harum Epistolarum Baronius num. XLIV. & num. sequenti Epistolæ ad Rufum Thessalonicensem Episcopum Sanctæ Sedi valde addictum, datæ. In ea *Julianus* Zosimum ac Clericos Romanos prævaricationis accusavit, ut videre est apud Augustinum lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. asseruitque adversarios Liberum arbitrium de medio tollere; Deum acceptatorem personarum fingere; Legem ab illis datam asseri non ad tollenda, sed ad augenda peccata; seque appellare Synodum œcumenicam. Hujus Epistolæ epocha incerta; anno tamen superiori vel saltem currenti data, quamvis non improbabiliter autumet Cardinalis Norisius lib. I. Hist. Pelag. cap. 20. eam anno CCCCXXI quo *Julianum* legationem ad *Aëticum* Constantinopolita-

LIII. Cæterum quod Julianum haud diu supervixisse Gennadius dicat, dum eum decessisse tradit sub Valentiniano, & Constantio, quem sequenti anno obiisse scimus; ei minime possumus consentire; quandoquidem auctoritate Prosperi (*a*) constat eum supervixisse usque ad ultima tempora Sixti Romani Pontificis, sub quo ut reciperetur in Ecclesiam, simulaverit pœnitentiam: immo & ejusdem Prosperi (*b*) auctoritate satis compertum habetur, ad Leonis Papæ tempora vitam propagasse: sed & reperitur Julianus inter alios Pelagianos Episcopos Occidentis inhæsisse Nestorio tempore Concilii Ephesini, Rursus vero de eodem Juliano Gennadius addit, ad aliam artem esse conversum, nimirum ut hypocrisi deciperet, quos non valuit doctrina seducere: nam ait (*c*): *Hic Julianus eleemosynis tempore famis, & angustiæ indigentibus omnibus suis præerogatis, multos miserationis spe-*

(*a*) *Prosp. in Chronic.*
(*b*) *Prosp. de Prædic. dimid. temp. c. 6. in fin.*
(*c*) *Gennad. de Viris illust. cap.* 45.

PAGIUS litanum Episcopum misisse ostendemus, scriptam esse. Augustinus lib. 1. ad Bonifacium cap. 1. indicat, *Julianum* confirmandis iis, qui Pelagianorum partes sequebantur, aliam quoque Epistolam Romam misisse, in qua profitebatur, se eum Manichæis, idest Catholicis, quos eo nomine infamabat, quasi dicerent naturam hominis esse malam, non communicare. Hæc autem videtur circa hujus anni finem data.

XII. *Augustinus scribit Librum primum de Nuptiis & Concupiscentia adversus Julianum.* Anno superiori cum *Augustinus* intelligeret, nonnullos apud *Valerium* Comitem sibi imponere, quod nuptias damnaret, asserendo Originale peccatum, Librum priorem de *Nuptiis & Concupiscentia* ad eumdem Comitem transmisit, postquam Hipponem Cæsarea rediit, qui ideo sub finem anni superioris exaratus est; cum *Julianus* contra eum Librum quatuor scripserit tempore schismatis ab *Eulalio* adversus Bonifacium concitati, cujus in illis libris, ipse meminit. In eo volumine docet *Augustinus*, bonas esse nuptias, malam vero concupiscentiam, qua bene utuntur nuptiæ, originis reatum tolli per Baptismum; hominem factum a Creatore, captivatum a deceptore, indigum Redemptoris, filiosque ob originalem maculam nasci peccatores a mundis & sanctis parentibus. Hujus prioris libri de Nuptiis & Concupiscentia meminit Baronius num. LI.

XIII. *Julianus Libros IV. adversus Librum primum de Nuptiis & Concupisc. scribit.* Primi *Juliani* impetus fuere contra primum illum Librum de *Nuptiis*, quem quatuor Libris oppugnare tentavit, in iisque totus est, ut ostendat, *Augustinum* nuptias damnare, filios recens natos diaboli opus asserere, ac concupiscentiam esse bonam, neque ex peccato ortam, naturales vero esse miserias, ipsamque mortem. Interea *Alypius* in Italiam ob causam nobis ignotam veniens, antequam Ravenna, ubi Imperator morabatur, discederet, a *Valerio* Comite intellexit, quæ contra Augustini librum priorem de Nuptiis Pelagiani garrirent, a quo literis ad Augustinum deferendis acceptis Romam profectus est, ubi eum *Bonifacius* Papa perhonorifice excepit. Eo tempore *Alypius* excerpta quædam ex quatuor *Juliani* Libris recens ab eo contra prius volumen Augustini de Nuptiis, editis, a Valerio Comite accepit, quæ una cum duabus Juliani literis, alteris Romam ad decipiendos Clericos Romanos missis, alteris Thessalonicam ad *Rufum* ejusdem urbis Episcopum directis, ad Augustinum secum in Africam detulit. Utræque Literæ, cum per Italiam secreto circumferrentur, quorundam Catholicorum vigilantia detectæ fuerant, & ad eumdem Bonifacium missæ, qui eas Alypio cum Roma discessit, tradidit. Priorem suam esse negabat Julianus, cui Augustinus lib. I. Operis imperfecti contra Julianum num. 18. respondet: *Sed si eam non agnoscis, ecce, non sit tua, Utinam & illi libri non essent tui, sed alieni, ne per eos tu longe a veritate fieres alienus.* Alypium autem utramque Epistolam a Bonifacio accepisse testatur Augustinus lib. I. ad Bonifacium cap. I. *Indicavit mihi frater meus* (nempe Alypius) *quod eas illi dare ipse dignatus es, quæ in tuas manus, nisi vigilantissima diligentia fratrum nostrorum filiorum tuorum, venire non possent.* Denique excerpta illa seu chartulas, ut ab Augustino vocantur, a *Valerio Comite* Ravenna Romam ad *Alypium* missa esse scribit Augustinus lib. 2. de Nuptiis cap. 1.

XIV. *Augustinus scribit Librum II. de Nuptiis & Concupisc.* Licet *Augustinus* maluisset illis Excerptis non ante respondere, quam integrum Opus unde fuerant desumpta, vidisset, tamen ut *Valerio* Comiti faceret satis, ad ea nulla interposita mora respondit, alterum *de Nuptiis & concupiscentia* librum elucubravit in prioris defensionem, illumque eidem *Valerio* pariter nuncupavit. In eo ostendit, Catholicorum dogmata, multum a Manichæorum deliriis distare, malam esse concupiscentiam, bonas autem nuptias, quæ bene utantur malo. Baronius num. LI. hujus libri secundi Augustini *de Nuptiis* meminit, & num. XLVI. hoc anno consignat priorem *Alypii* profectionem in Italiam, ita ut duas illas Juliani Epistolas hoc anno a Bonifacio *Alypius* acceperit, & Honorii constitutionem datam *V. Idus Junii* adversus Pelagianos impetrarit. Verum Em. Card. Norisius lib. I. Hist. Pelag. cap. 16. demonstrat ex Concilio Carthaginensi hoc anno celebrato, de quo infra, hanc sententiam subsistere non posse, *Alypius* enim in Sessione habita *VIII. Kal. Junii* sententiam dixit, idemque *III. Kal. Junii* Acta Synodi subscripsit, ideoque eo tempore *Alypius* Ravennæ esse non potuit, neque ab Honorio rescriptum illud impetrare. Quare Card. Norisius cap. 21. priorem illam *Alypii* in Italiam profectionem confert in annum CCCCXXI. quo & Librum secundum de Nuptiis ab Augustino compositum arbitratur.

XV. *Quo anno Liber ille editus.* Verum longe verosimilius est, posteriorem de *Nuptiis* Librum anno sequenti editum esse; cum *Alypius* tam hunc Librum quam quatuor Augustini ad Bonifacium contra duas Epistolas Pelagianorum in Italiam detulerit, & ad utrumque Opus componendum non parvum tempus insumptum fuerit. Libros enim illos quatuor ad Bonifacium citatos ab Alypio ad eumdem delatos testatur Julianus lib. 1. Operis imperf. cap. 85. ubi de illis hæc Iulianus adversus Augustinum scribit; *Sicut in his Libris quos nunc per Alypium ad Bonifacium misisti*, &c. Et lib. 2. cap. 179. idem iterat: *Tuis libris, quos nuper ad Bonifacium misisti*; &c. Quare Alypius iis quatuor Augustini Libris acceptis Ravennam venit, & secundum Librum de Nuptiis Valerio Comiti tradidit; quod testatur ipse Julianus lib. 1. Operis imperf. cap. 7. ubi alloquens Florum Episcopum Pelagianum ait: *Quia id impendio popposcisti, imo indixisti auctoritate patria, ut Libro tractatoris Poeni, quem ad Valerium Comitem vernula peccatorum ejus Alypius nuper detulit, obviarem.* Unde secunda *Alypii* in Italiam navigatio contigit statim ac Augustinus libros quatuor contra duas Epistolas Pelagianorum, alterumque *de Nuptiis* elucubravit, non quidem eodem anno, quo prior navigatio acciderat, ut putavit Em. Card. Norisius, sed anno illam subsequente, nempe anno CCCCXXI. Quatuor illi ad Bonifacium libri plurima continent, non tantum dogmatica: sed etiam Historica, præsertim de rebus cum *Cælestio* Romæ gestis a *Zosimo* Papa, & de Pelagianorum querelis, eorumque appellatione a Sedis Apostolicæ judicio ad Synodum Generalem, quibus abunde satisfecit Sanctus Doctor. In quarto insidias aperit, quæ in quinque doctrinæ eorum capitibus in Epistola secunda Pelagianorum expressis latent, in laude scilicet creaturæ, laude nuptiarum, laude Legis, laude liberi arbitrii, & laude Sanctorum, docetque opus non esse Synodo, ut hæresis aperta damnetur, longe plures hæreses judiciis particularibus quam universalibus Synodis extinctas, & hæreticos propter superbiam urgere, ut congregetur Synodus; perinde tales sint, propter quos totus Orbis commoveri debeat.

XVI. *Augustinus scribit Libros VI. adversus Julianum.* Interim *Claudii* Episcopi industria integri libri illi quatuor *Juliani*, contra quorum Excerpta *Valerio* petente *Augustinus* scripserat, in ejusdem manus venerant, quos diligenter evolvens comperit illum, qui quædam inde selegerat, non omnia posuisse, aut non ita, ut in illis quatuor libris invenerat, cum nonnulla aliquantum putaverit esse mutanda. Totum igitur se se colligens *Augustinus* grande volumen elucubravit, in sex libros distinctum. Et quidem, ut inquit Cardinalis Norisius cap. 21. cum in cæteris a se adversus Pelagianos editis libris mirabilis fuerit, in hoc Opere pene divinus apparuit. In reliquis lucubrationibus hastatis pugnare visus est, in hac vero universum triariorum robur emisit. In duobus prioribus libris procul a Catholicis amovet Manichæismi infamiam, qua *Julianus* Orthodoxos in invidiam, imo in detestationem trahere conabatur. Quatuor reliquos totidem *Juliani* libris opponit; & in horum primo, nempe tertio ejus voluminis, id agit, ut appareat, malam quidem esse carnis concupiscentiam, sed eo malo bene uti pudicitiam conjugalem; illudque malum nobis non ex substantia alia, quam Deus non condidit, nobis permixtum esse, ut Manichæus insanit, sed per Adæ inobedientiam exortum, ac in posteros traductum sola Baptismatis gratia expiari. In quarto demonstrat, malam esse concupiscentiam ex peccato ortam; Gratiam neque ex meritis dari, neque necessitatem homini inferre; nuptiarum bonum mederi concupiscentiæ malo, & Ethnicos cognoviss malam esse concupiscentiam. Libro quinto tradit, ex eadem damnationis massa alios esse gratis electos, alios vasa iræ factos, & Manichæis minime favere Catholicos, dum libidinis malum, & originis vitium agnoscunt; sed Pelagianos potius, cum *de ea re, qua a peccato libera est*, dicunt, *peccata non nasci*. Sexto tandem libro ostendit, nasci infantes peccato originali infectos, tolli per peccatum ejus reatum, & hujus peccati merito fieri, ut tantis ab infantia miseriis atteratur genus humanum, utque parvuli sine regenerationis gratia morientes excludantur a regno Dei.

XVII. Cum vero lib. I. num. 34. & lib. 2. num. 36. *Hieronymus* Presbyter laudetur tanquam vita jamfunctus, isque die ultima mensis Septembris sequentis Christi anni ad Deum migrarit, liquet libros illos post eum Christi annum in lucem editos esse. Eorum meminit Baronius num. LI. *Julianus* accepto Augustini altero de Nuptiis volumine, hortante Floro Episcopo Pelagiano statim ad illud respondit. Em. enim Card. Norisius citatus cap. 22. ostendit unum & alterum librum vivente Bonifacio illum scripsisse colligi ex iis, quæ *Julianus* habet initio fere libri primi cap. 7. *Indixisti auctoritate patria*, & cætera mox recitata. Ibidem etiam hæreticus vellicat quatuor Augustini libros ad *Bonifacium* scriptos, quos cum lib. I. Operis imperfecti cap. 85. ab Augustino *nunc*, & lib. 2. cap. 179. *nuper* ad Bonifacium missos scribat, non obscure indicatur, eosdem adhuc Bonifacio superstite inchoatos. Reliqui post Bonifacii obitum exarati, & quidem in Cilicia, quo *Julianus* ac collegæ, Cælestini Papæ decreto Italia excedere coacti, ad *Theodorum Mopsuestenum* primum hujus Sectæ Magistrum navigare decreverunt, ut infra videbimus. *Julianus* in his octo libris asserta a se in prioribus quatuor operosius communire tentavit, concupiscentiam inter naturalia bona recensuit; nullum esse Originale Peccatum docuit, aliosque suos errores magna verborum copia magnoque argumentorum apparato defendere conatus est. *Julianus* per multos annos huic Operi incubuit, illiusque exemplaria ab *Alypio* Romæ reperta ad Sanctum Augustinum confutanda anno tantum CCCCXXIX. transmissa sunt, ut infra ostendemus.

XVIII. *Octo Libri Juliani exarati non sunt adversus Sex Augustini in Julianum.* Baronius num. LII. putavit, hos octo *Juliani* libros editos fuisse contra sex Sancti Augustini, quibus priora quatuor Juliani volumina confutarat. Sed non ita est, ut animadvertit Card. Norisius citatus; nam cum octo libros Julianus in *Cilicia* componeret, Augustinus sex illos in Africa scribebat. Et quidem Sanctus Doctor diserte affirmat octo Juliani libros contra alterum a se de Nuptiis editum pugnare *factum est*, inquit in Præfatione Operis imperfecti, *ut sub eodem titulo etiam secundum librum scriberem, contra quem Julianus alios octo nimia loquacitate conscripsit*, & lib. 4. cap. 5. palam idem testatur, addens nihil a Juliano contra sex illos suos scriptitatum fuisse: *Si ergo*, ait, *talibus incrementis loquacitas tua promovetur, quem non terreat non vevitas, sed numerositas librorum tuorum, quam computare me piget? Homo enim stupenda ubertate fœcundus, qui prius uni meo tuos quatuor & alteri meo tuos octo putasti esse reddendos, quis non timeat, ne forte sex libris meis amplius, quam mille tuos reddere mediteris.*

XIX. *Error Gennadio perperam attributus.* Baronius ibidem reprehendit *Gennadium*, quod in lib. de Script. Ecclesiast. scripserit *Julianum* septem contra Sanctum Augustinum libros edidisse, quod itidem Honorius Augustodunensis Gennadii exscriptor affirmavit. Verum, ut etiam observavit Card. Norisius, Baronius inciderat in depravatam Gennadii editionem opera Suffridi factam; cum in correctis Gennadii editionibus de Juliano legatur: *Hæresim Pelagii defendere nixus scripsit adversus Augustinum impugnatorem illius libros quatuor, & iterum libros octo*, ut habent editiones tam Frobeniana inter Opera Sancti Hieronymi excusa, quam Auberti Myræi, & Codex MS. San-Germanensis vetustissimus catalogi Gennadii de Script. Ecclesiast.

Ad num. LIV. & seqq. Epistola Augustini CC-



*specie, nobilium præcipue, & religiosorum illiciens, hæresi suæ sociavit.* Hæc *Ann. Eccl. Tom. VII.*

Gennadius: atque de Juliano hactenus. Quod vero pertinet ad dictam Alypii LIV.

Episcopi legationem ad Honorium Imperatorem: licet ipsa causa minime habeatur expressa: tamen ex iis quæ secuta sunt, conjicere possumus tantum Episcopum pro rebus gravissimis illuc esse profectum, & quidem puto pro extirpandis latitantibus in Africa Pelagianis. Erant enim nonnulli, qui licet Pelagianos se esse minime profiteri auderent; tamen quæ ex hæresi Pelagiana deducebantur, interdum asserere minime dubitabant. Sit in exemplum, quod ex S. Augustini litteris exploratum habetur de Vitali Carthaginensi, qui licet Pelagii nomen fugere videretur, ex ejus tamen doctrina dogma illud impium deducebat, ut diceret, non esse orandum pro idololatris, vel aliis non credentibus, ut crederent; sed tantummodo illis esse proponendam doctrinæ veritatem; cæterum credere, vel non credere, ex eorumdem pendere arbitrio, non autem ex præveniente eos divina gratia. Ad hunc curandum S. Augustinus eruditam satis dedit epistolam, quam illo titulo, *Augustinus Christi servorum servus*, inscripsit.

Vitalis ex Pelagianis prodit hæreticus.

Cum vero ejus hæresim ipse S. Augustinus impugnat, pristinum Ecclesiæ morem insinuat, nimirum, publice orare consueviſſe Fideles in Ecclesia (quod hodie quoque servatur (pro infidelibus, & catechumenis: ait enim (*a*): *Exerce contra orationes Ecclesiæ disputationes tuas: & quando audis sacerdotem Dei ad altare exhortantem populum Dei, orare pro incredulis, ut eos Deus convertat ad fidem, & pro catechumenis, ut eis desiderium regenerationis inspiret; & pro Fidelibus, ut in eo quod esse cæperunt, ejus munere perseverent: subsanna pias voces, &c.* Sed cur (inquies) pro catechumenis illa ab Ecclesia precatio mittebatur, ut eis Deus inspiraret desiderium regenerationis, nempe baptismi? id ob eam quidem causam, quod quamplurimi, vel Christi ad baptismum expectarent ætatem, ut quoto ipse anno vitæ suæ baptizatus est, & ipsi eodem initiarentur sacramento; vel (quod deterius erat) ad obitum usque illud differrent, ut sic absque macula ulla post obitum reciperentur in cœlum. Adversus enim hos, ut errantes, quamplures tum Græcorum, tum Latinorum Patrum leguntur declamationes, de quibus alias superius dictum est.

LV. (*a*) *August. epist.* 102. Mos antiquus orandi pro Catechumenis.

Quod igitur ejusmodi latentes reguli in Africa furtive serperent, & periculum immineret ne Africana Ecclesia ejus morbi contagione inficeretur: nullum reliquum jam videbatur remedium esse, nisi ut qui proterve nimis despicerent quæ duobus Conciliis in Africa adversus Pelagii atque Cælestii hæreses cum Carthagine, tum etiam Milevi in Numidia habitis statuta essent, quique ea de re decreta Romanorum Pontificum Innocentii atque Zosimi nihili facerent, iidem legibus coercerentur Imperatorum; quod esse curatum honorifica publicaque Alypii legatione putamus. Extat enim de his Honorii Imp. rescriptum ea de causa in Africam missum hoc ipso anno ad Au-

LVI. De legatione Alypii Episc.

PAGIUS CCXVII. alias CVII. ad *Vitalem* Carthaginensem scripta, in qua Augustinus, cum accepisset *Vitalem* docere initium fidei non esse donum Dei, fortiter reclamat, pertinet ad initium Semipelagianismi, ideoque commodius de ea a nobis agetur anno CCCCXXVIII. quo eam datam arbitramur.

*Augustini Epistola ad Vitalem post decennium data.*

A num. LVI. ad LIX. Honorius Imp. *V. Idus Junias Ravennæ* ad Aurelium Epistolam dedit, qua significat, sese constitutionem, quam anno superiori dederat adversus Pelagium atque Cælestium, renovasse simulque sanxisse, ut quisquis eos, ubicumque terrarum ageret, sciens non denunciaret aut expelleret, ipsemet in exilium pelleretur. Recitat hanc Epistolam Baronius num. LVI. & seq. quæ distinguenda a Constitutione, quam Aurelio Episcopo Carthaginensi simul mittebat Honorius, quæ ad nos non pervenit. Id colligitur ex ejusdem Aurelii literis ad Episcopos Byzacenæ Provinciæ atque Arzugitanæ *Kalendis Augusti* hac de re datis, & a Baronio num. LVIII. relatis. In his enim Constitutionem Imperatoriam ab Epistola sibi directa secernit *Aurelius*, eosque omnes ad subscribendum cohortatur. Porro *Arzuges* Populi Africæ erant, qui Tripolitanæ & Byzacenæ Provinciæ limites versus meridiem longo terrarum spatio incolebant, ut ostendit. Emin. Cardin. Norisius lib. 2. Histor. Pelag. cap. 8. præsertim ex Orosio lib. 1. cap. 3. Baronius num. LIV. indicare videtur, *Alypium* eam Sanctionem contra Pelagianos ab *Honorio* impe-

XXI. *Honorius Imp. secundam adversus Pelagianos constitutionem emittit.*

traſſe. Verum jam ostendimus, tempore quo ea Ravennæ data *Alypium* Concilio Carthaginensi adfuisse. Videtur itaque Imperator impulsus fuisse a Bonifacio Papa; cum Prosper libro contra Collatorem cap. 41. asserat, Bonifacium *piissimorum Imperatorum Catholica devotione gavisum, contra inimicos gratia, non solum Apostolicis; sed etiam Regiis usum fuisse Edictis.* Schisma enim ab Eulalio excitatum, initio mensis Aprilis, finem accepit, ideoque Bonifacius huic rescripto obtinendo vacare potuit. Nec refert quod Prosper plurium Imperatorum mentionem faciat; cum idem loquendi modus a Conciliis Africanis eo tempore, quo Honorius solus in Occidente imperabat, usurpatus fuerit, & *Joannes* Episcopus Antiochenus aliique Episcopi scribentes ad Theodosium Jun. cum solus in Oriente imperaret, dicant: *Quoniam vero Imperatores piissimi, præcepistis*, &c. ut videre est in cap. 17. Synodici adversus Irenæum. Qui loquendi modus observandus.

Valde refert hujus Epistolæ ad *Aurelium* verba notare, quibus jubet Imperator, ut omnes Cælestii & Pelagii damnationi subscribant. Non enim alias unquam, inquit Garnerius in Dissert. 3. ubi actum est de profligandæ hæresi, præcessit ulla, quod sciamus, constitutio Principum Christianorum, de conveniendis universis Episcopis; sive qui defuissent Concilio, in quo fuisset, aut condita fidei formula, aut damnata cum auctoribus hæresis, sive etiam qui in sua singuli sede quiescerent, neque suspecti

XXII. *Subscriptiones damnationi hæreticorum nunc primum in usum inductæ.*



Aurelium Episcopum Carthaginensem, quod habetur in Collectione Cresconiana, sed in nostro codice absque die & Consule, in exemplari vero, quod accepimus a præclaro viro Henrico Gravio professore Lovaniensi, cum Romæ esset, hujus anni Consulibus notatum legimus, nempe Monaxio atque Plinta: est autem hujusmodi.

*Impp. Honorius, & Theodosius Augg. Aurelio Episcopo salutem.*

LVII. Honorii ad Aurel. Epis. Carthagin. rescriptum adversus Pelagianos.

*Dudum quidem fuerat constitutum, ut Pelagius, & Cælestius nefandi dogmatis repertores ab urbe Roma, veluti quædam Catholicæ veritatis contagia, pellerentur; ne ignorantium mentes scæva persuasione perverterent. In quo secuta est clementia nostra judicium sanctitatis tuæ, quo constat eos ab universis justæ sententiæ examinatione esse damnatos. Sed quia obstinati criminis pertinax malum, ut constitutio geminaretur, coegit: recenti quoque sanctione decrevimus, ut si quis eos in quacumque provinciarum parte latitare non nesciens, aut propellere, aut prodere distulisset, præscriptæ pœnæ velut particeps subjaceret. Præcipue tamen ad quorumdam Episcoporum pertinaciam corrigendam, qui pravas earum disputationes, tacito consensu asserunt, vel publica oppugnatione non destruunt (pater carissime atque amantissime) sanctitatis tuæ auctoritate moneri conveniet, quatenus in abolitione præposteræ hæresis, omnium devotio Christianorum consentiat. Religio itaque tua competentibus scriptis universos faciat admoneri, scituros definitione testimonii tui, hanc sibi definitionem esse præscriptam, ut quicumque damnationi supra memoratorum (quo pateat mens pura) subscribere impia obstinatione neglexerint, Episcopatus amissione mulctati, interdicta in perpetuum, expulsi Civitatibus, communione priventur. Nam cum ipsi nos juxta Synodum Nicænam confessione sincera conditorem rerum omnium Deum, Imperiique nostri veneremur auctorem; non patietur sanctitas tua, sectæ detestabilis homines in injuriam religionis nova & inusitata meditantes secretis tractatibus occultare sacrilegium publica semel auctoritate damnatum. Una enim eademque culpa est eorum, quia ut dissimulando conniventiam, aut non damnando favorem noxium præstiterint.* Et alia manu. *Divinitas te per multos annos servet incolumen, pater carissime atque amantissime. Data V. Idus Junias, Ravennæ, Monaxio, & Plinta Conss.* sequebantur hæc in codice: *Eodem tenore etiam ad Sanctum Augustinum Episcopum datum rescriptum.*

His acceptis, Aurelius Carthaginensis Episcopus ad Episcopos sibi subditos dedit epistolam, cui hujusmodi legebatur in codice inscriptus titulus:

LVIII. Aurelii Epis. Carthag. epistola.

*Epistola S. Aurelii Carthaginensis Episcopi ad omnes Episcopos per Bizacenam & Axuritanam provinciam constitutos de damnatione Pelagii & Cælesti hæreticorum.*

*Dilectissimis ac desiderabilissimis fratribus ac consacerdotibus Donatiano primæ sedis, Januario, Felici, Palatino, Primiano, Gajano, & aliis Gajano Januario, Victorino, & cæteris per tractum provinciæ Bizacenæ & Azuritanæ constitutis, Aurelius Episcopus.*

*Super Cælestii & Pelagii damnatione, eorumque dogmatibus participem sanctam Dei dilectionem vestram in plenario Concilio fuisse commemini, dilectissimi ac desiderabiles fratres. Sed quoniam pro honore Dei, in cujus manu cor Regis est constitutum, gloriosissimorum Principum Christianorum fidem rectam, & Catholicam custodientium accessit auctoritas, quam per humilitatem meam universis coepiscopis meis voluit intimari: idcirco honorabilem fraternitatem vestram, missis exemplaribus, instruere festinavi, ne quid mali in aliqua parte provinciæ ex supradictorum serpentina persuasione ab universali Ecclesia totius Orbis exclusa, fortasse subrepat. Ob hoc ergo tam necessaria concertatio * Christianorum Principum charitatem vestram latere non debuit, * & ad me ab his datæ litteræ, quarum simul exemplaribus lectis, quemadmodum subscribere unusquisque vestrum debeat, dilectio vestra cognoscat: sive quorum Synodalibus Gestis subscriptio jam tenetur, sive qui non potuistis eidem plenario totius Africæ interesse Concilio. Quo cum in supradictorum hæreticorum damnatione omnium vestrum fuerit integra subscriptio: nihil omnino sit, unde ullius dissimulationis, vel negligentiæ, vel occultæ forsitan pravitatis aliqua videa-*

* contestatio.
* de qua.

PAGIUS ti haberentur nomine hæresis, ut subscriberent latæ ab Ecclesia in aliquem hominem sententiæ. Nulla certe in toto Codice Theodosiano est, nullaque apud Scriptores rerum Ecclesiasticarum: quæ enim jactantur de Eusebio & Theocgnide in causa Ariana, habent speciem longe diversam. Hæc igitur constitutio, censeri potest merito exemplar consequentium plurimarum. Lex autem subscribendi sancita est Sacerdotali primum, deinde Imperiali auctoritate, ut patet ex laudatis Prosperi de Bonifacio Papa verbis, aliisque hujus sæculi Scriptorum testimoniis ab eodem Garnerio in Dissert. de Subscriptionibus exactis in causa Pelagianorum recitatis. Sicut porro in Eutychiana causa non alia fuit formula fidei, quam Epistola Sancti Leonis *de Incarnatione* ad Flavianum; ita nec in Pelagiana alia fuisse videtur, quam Zosimi Tractoria ad universos totius Orbis Episcopos. Quod cum alii non obscure, tum

*deatur merito remansisse suspicio.* Et alia manu. *Opto, fratres, bene vivatis mei memores. Data Kal. Augusti Carthagine, Monaxio, & Plinta Conss.*

LIX. Concilium Carthagin. in causa Apiarii presbyteri.

Hoc eodem anno, mense Maii habita legitur Synodus Carthaginensis, quæ ordine quinta recensetur, cui una cum Aurelio, & Apostolicæ sedis legatis interfuerunt ex provinciis Africanæ Ecclesiæ delecti Judices, sive legati, omnes numero vigintiduo: quod vero habetur in fine, subscripsisse eidem Synodo Episcopos ducentosdecem & septem, sic intelligendum est, quod quisque ex illis postea subscripsit in sua Ecclesia eisdem decretis, quibus suos legatos ab ea provincia missos subscripsisse sciret. Quod autem huic Concilio interfuisse legantur Apostolici legati Faustinus Episcopus Ecclesiæ Potentinæ in Picæno, Philippus, & Asellus presbyteri: hi quidem anno superiori a Zosimo missi fuerunt; quo defuncto, in Africa usque ad successoris electionem permansere; creato vero Bonifacio, causam prosecuti sunt.

LX. Unde vero oborta sit causa Zosimo, ut hos Carthaginem legatos mitteret, exquirendum in primis est: quæ quidem ex Commonitorio (ita enim appellabant mandata legatis scriptis prodita) quod in hac Synodo recitatum fuit, possumus intelligere, quod continetur in Synodali epistola ab alio Concilio anno sequenti celebrato ad Bonifacium Papam scripta, in qua de rebus gestis in hac Synodo ita scribitur (*a*): *Quia rogatio ipsa poscebat, ut apud Acta Ecclesiastica a fratribus nostris Faustino Coepiscopo, & Philippo atque Asello compresbyteris quæreremus, ut promerent quicquid eis nobiscum fuisset injunctum agendum: nonnulla quidem sine ullo scripto prosecuti sunt verbis: sed cum id potius flagitaremus, quod in litteris ferrent, Commonitorium protulerunt: quod recitatum nobis, etiam Gestis qui secum ad nos deferunt, est allegatum. In eis quatuor quidem nobiscum agenda mandata sunt: Unum de appellationibus Episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ sacerdotem: Alterum ne ad Comitatum Episcopi importune navigent: Tertium de tractandis presbyterorum, & diaconorum causis apud finitimos Episcopos, si a suis excommunicati perperam fuerint: Quartum de Urbano Episcopo excommunicando, vel etiam Romam evocando, nisi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret.* Hactenus de mandatis a Zosimo Papa legatis dicto Commonitorio impertitis.

(*a*) Extat in Conc. Afric. c. 101. t. 1. Concil.

Mandata a Zosimo PP. legatis data.

Sed describenda sunt hic ipsa Commonitorii verba, quo cuncta facilius possint intelligi: extant quidem ipsius duo præcipua capita de quibus vertitur controversia, recitata in Concilio Carthaginensi hoc anno habito: ibi enim hæc leguntur (*b*):

LXI.

*Fratri Faustino, & filiis Philippo & Asello presbyteris Zosimus.*

(*b*) Conc. 6. Carth. c. 3.

*Vobis commissa negotia non latent. Vos ita ut nostra, immo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite; maxime cum & hoc nostrum possitis habere mandatum: verba canonum, quæ in pleniorem firmitatem huic Commonitorio inseruimus. Ita enim dixerunt dilectissimi fratres in Concilio Nicæno, cum de Episcoporum appellatione decernerent (c):*

(*c*) Apud Conc. Sardic. c. 7.

LXII.

*Placuit autem, ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo dejecerint eum, & appellasse Episcopus videatur, & confugerit ad beatissimum Ecclesiæ Romanæ Episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit ut renovetur examen: scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit Romanum Episcopum, ut e latere suo presbyterum mittat: erit in potestate Episcopi Romani, quid velit, & quid existimet. Et si decreverit, mittendos esse qui præsentes cum Episcopis judicent, habentes auctoritatem ejus a quo destinati sunt: erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere Episcopos, ut negotio terminum imponant: faciet quod sapientissimo consilio suo judicaverit.* Hæc canon: satisque ad primum Commonitorii caput.

De secundo autem capite, ne ad Comitatum Episcopi importune navigent, nihil

LXIII.

PAGIUS tum Marius Mercator in Commonitorio clarissime testatur: *Hæc omnia suprascripta capitula, ut jam superius dictum est, continet illa beatæ memoriæ Episcopi Zosimi Epistola, quæ Tractoria dicitur, quæ Cælestius, Pelagiusque damnati sunt, quæ & Constantinopolim, & per totum Orbem missa subscriptionibus Sanctorum Patrum est roborata. Cui Julianus, & reliqui ejus complices subscribere detrectantes, consentaneosque se nolentes eisdem Patribus facere, non solum Imperialibus legibus; sed & Sacerdotalibus statutis depositi atque exauctorati, ex omni Italia deturbati sunt.*

A num. LIX. ad XCVIII. Baronius Synodum Carthaginensem *post Consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augg. VIII. Kalend. Junii*, hoc scilicet anno habitam, quæ *Sexta* vulgo dicitur, *Quintam* appellandam censuit. Verum jam ostendimus, eum perperam ordinem Conciliorum Africanorum immutasse, eaque in re Eruditos omnes contrarios habuisse. Sequitur post hanc Synodum in Tomis Conciliorum alterius titulus his verbis conceptus: *Post Consulatum gloriosissimorum Imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augg. III. Kalendas Julii Charthagine, in Secretario Basilicæ restitutæ, cum Aure-*

XXIII. *Concilia Carthaginensia vulgo VI. & VII. appellata hoc anno habita.*



nihil præterea, quam quod summatim haberi in epistola Carthaginensis Concilii ad Bonifacium diximus, ibi recitatum legitur, cum illud recitari petitum est a Novato legato Mauritaniæ Sitifensis, dum dixit: *Nunc meminimus, in hoc præsenti Commonitorio lecto, etiam de presbyteris, sive diaconibus contineri, qualiter ab Episcopis suis vel finitimis audiri debeant; quod in Nicæno Concilio minime legimus. Unde hoc ipsum jubeat sanctitas vestra nobis recitari. Aurelius Episcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc quod deposcitur. Daniel Notarius recitavit:*

LXIV. *De appellationibus autem clericorum, id est minoris loci, restat ipsius Synodi certa responsio. De qua re quid acturi sitis, credimus inferendum, quod taliter dictum est in Sardicensi Concilio. Osius Episcopus dixit: Quid me adhuc moveat, reticere non debeo. Si Episcopus forte iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commovetur adversus presbyterum, sive diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit: providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem ejectus ut finitimos interpellet Episcopos, ut causam suam audiant, & diligenter tractent; quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille Episcopus qui aut juste, aut injuste eum ejecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, aut probetur, aut emendetur sententia, &c.* Hæc in Commonitorio Zosimi ad legatos ex canone decimoseptimo Concilii Sardicensis.

LXV. Cum hæc autem recitarentur in dicto Concilio Carthaginensi hoc anno celebrato; accidit, ut cum de fide citati Nicæni canonis de appellatione ad Apostolicam sedem contentio oborta esset; non in Africanis tantum exemplaribus, sed nec in aliis ab Oriente petitis, citatus canon inter decreta Nicæna potuerit reperiri: cujus rei causa apud Zosimi successores Bonifacium, & Cælestinum iidem Africani Episcopi litteris conquesti sint, ut ad ipsos datæ Africanorum litteræ Episcoporum significant. Hujus rei gratia totum exagitatum est vesparum examen, Novatorum (*a*) inquam diversarum hæresum sectatorum incredibilis strepitus, summa omnium commotio in ipsum Zosimum excitata, & in Romanam Ecclesiam instar ingruentis grandinis contumeliarum vibrata jacula, & maledicta: dum simul inclamant, ipsum Zosimum summo scelere subripere tentasse Romanæ primatum Ecclesiæ, & quidem malis artibus nempe mendacio, & falsatione Nicænorum canonum: ut plane omnes hi simul juncti dicant ipsum gessisse speciem Antichristi. His addequæ impietatis defensor exaggerat, dicens, hoc uno facto causam Episcopi Romani funditus eversam esse.

(*a*) Magdeburg. Cent. 5. col. 1238. & Defens. Molinæi. Quæ Novatores in Zosimum.

Hæc & alia isti, more suo, magna temeritate effutientes, quasi deformi superinducta larva perterrent pueros, rudes inquam ac simplices: Tibi vero, lector, puto, risum movebunt, cum videris tumentes montium instar fluctus in gracilem deficere spumam, & robustos hos pugnatores ex Cadmea victoria de sua ipsorum nece captare triumphum: Te ipsum velim interea patienter finem æquo animo præstolari, & veri amantem, perlectis omnibus, judicium facere, & justam sententiam ferre.

LXVI.

LXVII. Hæc autem ut facilius assequaris, cunctæ res gestæ ob oculos tibi primum ponendæ sunt ordine temporum. Quoniam vero unum idemque judicium cœptum sub Zosimo Papa anno superiori, etiam ad ejus successorum tempora Bonifacii, & Cælestini est propagatum: necessario hic nos, quænam sub Zosimo, quæve sub ejus successore Bonifacio, ac demum Cælestino Pontifice acta sunt, cuncta exacte referemus, paululum ab instituto deflectentes, quo soliti sumus annis singulis singulas, in eis res gestas reddere: rei enim magnitudo a nobis extorquet, ut quæ in una eademque causa sub tribus Romanis Pontificibus gesta sunt annis pluribus, eadem eo quo transacta sunt ordine referamus hoc ipso anno, quo Charthaginense Concilium ea de causa habitum est: ut ita ipsa historia exacte simul perspecta reddita, sit facile reliqua consequi. Ignoratio enim historicæ veritatis plane egit, ut pugnantes adversarii aerem verberarint: quos & loquentes, quæ ad rem non pertinent, omnino sentias delirasse, atque in eo desipuisse penitus, dum sic in hoc uno laborant, perinde ac si universa Catholicæ Ec-

PAGIUS *Aurelius Episcopus una cum Faustino Ecclesiæ Potentinæ Provinciæ Italiæ Piceni, Legato Romanæ Ecclesiæ*, &c. Sed hæc duo Concilia non esse putavit Baronius, & cum eo Perronius Cardinalis cap. 48. Replicæ suæ ad Magnæ Britanniæ Regem, verum duas tantum Actiones unius ejusdemque Concilii. Cum tamen veteres Conciliorum Africanorum Collectores, prius *sextum*, posterius *septimum* inter Carthaginenses appellent, ab eis in modo loquendi non videtur discedendum. In priori quod *Plenarium* fuit, conditi Canones XXXIII. in posteriori Canones tantum sex. In priori de Appellationibus ad Romanam Sedem actum est occasione *Apiarii* Siccensis Ecclesiæ Presbyteri, a suo Episcopo ex Ecclesia Siccensi amoti, qui ad Zosimum appellarat, hicque statim *Faustinum* Potentiæ in Piceno Episcopum cum duobus aliis Legatis in Africam destinarat, ut *Apiarii* causam retractarent. Mortuo enim paulo post Zosimo *Apiarii* causa in Plenaria Synodo Africæ hoc anno coacta, disceptata est, ut pluribus narrat Baronius. Con-

Ecclesiæ moles super hoc uno lapide innitatur, quo evulso, universa sit prorsus machina collapsura: non considerantes, in hujus templi structura sibi invicem inhærentes prægrandes lapides, omnes æque innixos esse super immobile fundamentum Christum Jesum. Sed age res gestas ordine prosequamur, atque primum quæ præcesserint, ut opus fuerit Zosimo tres legatos in Africam mittere.

LXVIII. Quæ præcesserunt legationem.

Non unam quidem tantum præcessisse causam illam de restituendo presbytero Apiario, ipsa mandata impertita a Zosimo legatis suis, expressa in Commonitorio, plane declarant: nam cum de Episcopis appellantibus ad Apostolicam sedem sit primum mandatum, plane intelligi posse videtur, Africanos Episcopos ad Zosimum appellasse: quod quidem Episcopi Africani litteris suis datis ad Cælestinum Papam his verbis insinuare videntur (a): *Præfato itaque debitæ salutationis officio, impendio deprecamur, ut ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere*, &c. Hæc eos de Episcopis dicere inferior qui sequitur sermo declarat. Præcesserat nuper causa Cælestii, de quo anno superiori dictum est: hic enim damnatus in Concilio Carthaginensi (ut vidimus) provocaverat ad Romanum Pontificem, & postea a Zosimo est auditus. Accessit ad cumulum causa Apiarii presbyteri, qui ab Episcopo suo Urbano excommunicatus, apud Romanum Pontificem se purgans, ab eodem fuerat redditus communioni; qui & in eumdem Urbanum accusationes gravissimas intulit. Appellasse insuper aliquos Episcopos sedem Apostolicam, quæ nuper dicta sunt, satis ostendunt. Hæc quidem omnia præcessisse legationem a Zosimo missam, litteræ Africanorum Episcoporum ad Bonifacium, (b) & ad Cælestinum (c) datæ significant. Sed & aliquid aliud præcessisse oportuit, secundum ea quæ in mandatis habentur expressa, cum dicitur *Ne ad comitatum Episcopi importune navigent*.

(a) *Apud Conc. Afr. c.* 105.

(b) *Apud Conc. Afr. c.*101.
(c) *Ib. c.* 105.

LXIX.

Secundum igitur illas, quæ tunc inter utramque partem controversiæ vertebantur, dicendum est mandata a Zosimo Papa impertita esse legatis, eademque canonum auctoritate firmata, qui reperiuntur esse Concilii œcumenici Sardicensis: ut quod ad primum spectat caput de appellatione Episcoporum ad Romanam Ecclesiam, seu potius appellationis prosecutione, de quo insertus est Commonitorio (d) canon septimus Concilii Sardicensis, sub titulo tamen Nicæni Concilii. Secundum item mandatum, quod in eodem Commonitorio sequitur, de non adeundo importune Comitatum; sed qua id auctoritate mandetur, expressum ibi non legitur; quod nulla ea de re mota fuerit controversia: cum tamen liqueat id ipsum ejusdem Concilii Sardicensis auctoritate roboratum (e). Etenim suggesta in dicto Sardicensi Concilio querela a Grato Episcopo Carthaginensi de Africanis Episcopis crebro nimis ad Comitatum navigantibus, & quidem non pro miserabilibus personis oppressis sublevandis, sed pro dignitatibus sæcularibus cognatis, vel amicis impetrandis: decretum tunc fuit, ut cum Episcopi Africani adituri Comitatum Romam pervenirent, ibi Romano Episcopo causas exponerent; qui eas examinet, num dignæ sint quæ perferantur ad Comitatum; & si tales ipsi visæ fuerint, ejus quoque impertito auxilio, ad Imperatorem deferrentur. Sed cur nihil adversus hæc sicut in aliis, objectum fuerit ab eisdem Episcopis Concilii Carthaginensis, eam quidem puto fuisse causam, quod iidem Episcopi Africani haud pridem, sub septimo Honorii Consulatu, eadem novo canone visi sunt penitus confirmasse, dum statuerunt (a), ut ad Comitatum ituri, Formatam acciperent a Romano Pontifice, nec nisi ipsius arbitrio liceret illuc proficisci.

(d) *Apud Concil. Cart. 6a c.* 3.

(e) *Concil. Sard. c.* 8. 9. 10.

Quibus Canonibus confirmata mandata Legatis data.



(a) *Apud Conc. Afr. cap.*73.

LXX.

Quod vero ad tertium, & quartum ordine posita in Commonitorio mandata spectat de appellationibus clericorum adversus suos Episcopos (quod pertingebat causam Apiarii presbyteri contra suum ipsius Episcopum Urbanum Siccensem) positus est pro mandati confirmatione in Commonitorio canon itidem Concilii Sardicensis, idemque recitatus ex scripto in eodem Concilio Carthaginensi (b). Sed cum de hoc, sicut & de primo, objectum fuerit, non reperiri in Nicæno Concilio; conjectura est non levis, ut loco Nicæni in textu (ut nunc legitur) fuerit emendatum Sardicensis, quod sciretur esse canonem vere Concilii Sardicensis. Sed quid est quod iidem Africani Episcopi Carthagine congregati, recitato eodem canone ex Commonitorio, eidem refragari visi sunt, tamquam incerti num esset ex Concilii Nicæni decretis, cum ex eodem canone Zosimus videretur confirmare jura ipsorum, quibus ante statuerant in Concilio Milevitano, (c) & renovaverant in Concilio Carthaginensi (d), ne presbyteris, diaconis, & aliis inferioris ordinis clericis appellare liceret ad transmarina judicia, sed questi de suis Episcopis, vicinos adirent Episcopos; & si ab eis quoque provocandum putarent, Africana adirent Concilia, vel Primates, non autem quærerent judicia transmarina? Hæc inquam cum ipsi statuissent, quidnam adversus hæc præcepisse visus est Zosimus, cum ex canone Concilii Sardicensis voluit, ejectis presbyteris, vel diaconis a suo ipsorum Episcopo, potestatem impertiri, ut finitimos adire possent Episcopos? Hæc quidem quomodo sibi cohæreant, non satis video. Unde non integra in ea Synodo Acta recitata haberi, opinari cogor; cum præsertim in praxi contrarium observatum appareat. Etenim perspicuum est, tum anno superiori, (ut vidimus) audisse Zosimum Cælestium damnatum a Carthaginensi Concilio, tum hoc ipso anno audisse Apiarium ab Urbano suo Episcopo excommunicatum; ut plane liqueat, Zosimum minime probasse, quod ab Africanis Episcopis fuerat definitum, ne presbyteri, diaconi, & subdiaconi appellarent judicia transmarina. Plus sane apud me valet, quod scitur iterum factum, quam quod fertur semel dictum: etenim certum est, multa in hoc desiderari, quæ non inveniuntur expressa; cum præsertim litteris ad Cælestinum iidem Episcopi Africani id ab eo contenderint ubi ajunt, (e): *Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refugia (sicuti te dignum est) repellat sanctitas tua: quia & nulla Patrum definitione hoc derogatum est Ecclesiæ Africanæ*. Hæc ibi, & cætera quæ sequuntur de sententia Nicænorum canonum. Ista autem inculcasse voluimus, ut nonnulla in illis Actis desiderari quisque cognoscat; quæ si extarent, consona factis dicta ab illis esse facile intelligi possent.

(b) *Conc. Car. c.* 6.

Quæ de Clericis appellantibus in commonitorio posita sunt.

(c) *Conc. Milev. c.* 22.
(d) *Apud Conc. Afr. cap.*92.

(e) *Apud Conc. Carthag. c.* 105.

LXXI.

His visis, jam quid in singulis conventibus, præsentibus Apostolicæ sedis legatis, actum sit, perveștigemus, & num aliquid fuerit imminutum Romanæ Ecclesiæ auctoritatis. Quidnam autem in eo ipso Concilio hoc anno Carthagine celebrato decretum sit, ipsi Africani Episcopi in epistola, quam, defuncto hoc anno Zosimo, dederunt ad ejus successorem Bonifacium Papam, declarant his verbis (f): *Litteris nostris ad eumdem venerabilis memoriæ Zosimum Episcopum datis insinuari curavimus, ut ea servare sine ulla ejus injuria pauliſper sineremus, usque ad inquisitionem statutorum*

(f) *Apud Conc. Afr. cap.*101.



PAGIUS XXIV. *Utrumque hoc anno finitum.*

Concilium illud vulgo *Sextum* appellatum, non solum annis quinque non duravit, ut vulgaris fert sententia; sed nec usque ad reditum Legatorum, qui ad *Cyrillum* Alexandrinum & *Atticum* Constantinopolitanum missi sunt, jussu ejusdem Concilii, ad exquirenda Nicæni Concilii statuta, quæ hoc anno adducta sunt mense Novembri, & ex Africa ad Bonifacium Papam missa, hoc etiam anno VIII. Kalend. Decemb. ut fidem facit titulus Symboli Nicæni in Concilio vulgo Africano sub num. CIV. *Exemplaria Concilii Nicæni directa sub die VI. Kalend. Decemb. post Consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. Bonifacio Urbis Romæ Episcopo*. Quibus ex verbis Emin. Card. Norisius lib. I. Hist. Pelag cap. 18, refellit metachronismum Baronii hæc de Innocentio & Marcello Legatis Africanis num. LXXIII. scribentis: *Antequam Legati redirent, contigit Bonifacium mori, & in ejus locum sufficeri Cælestinum*, qui juxta Baronium anno CCCCXXIII. Pontificatum iniit. Cur enim Legati hoc anno ex Africa profecti pleno quadriennio Alexandriæ & Constantinopoli morati fuissent? In eam opinionem Baronius descendit, quod legens Epistolam ad Cælestinum a Synodo Africana scriptam, vidit adhuc sub *Cælestino* in causa Apiarii *Faustinum* Legatum degisse Carthagine, indeque ejusdem causæ cognitionem usque ad Cælestini Pontificatum protractam existimavit. Sed bis *Faustinus* in ejusdem *Apiarii* causa Legatus in Africam venit. Primo quidem anno præcedenti sub Pontificatus Zosimi finem, ac paucos menses Carthagine moratus, cum *Apiarium* Episcopis Africanis conciliasset, Romam reversus est, At idem *Apiarius Cælestino* Pontifice immanium criminum iterum accusatus, damnatusque Cælestini patrocinium imploravit, a quo Ecclesiasticæ communioni restitutus est, misso in Africam iterum *Faustino* Legato, ut cum Episcopis Apiarii causam retractaret. Hic vero conscientiæ reæ stimulis actus universa crimina, quæ diu perfricta fronte negarat, tandem confessus est. Quæ omnia in Synodi Africanæ Epistola ad *Cælestinum* narrantur. Quare certum esse debet Concilium Carthaginense tam *Sextum* quam *Septimum*, ita vulgo appellata, eodem anno initium & finem accepisse. Quod

PAGIUS XXV. *In concilio Plenario anno superiori habito appellationes transmarinæ vetitæ.*

Quod porro contendebant Africani, ab ipsis Christianæ Religionis in Africa primordiis consuetudinem obtinuisse, ut Presbyteri, Diaconi, & Clerici inferiores in suis quisque Provinciis judicarentur, appellatione ad transmarinos judices omnino interdicta, Baronius num. LXX. perperam arbitratur, decretum fuisse in Synodo priori Milevitana anno CCCCII. coacta Canone XXII. Nam Canon ille iisdem omnino verbis conditus fuit a Concilio Plenario Africæ anno CCCCXVIII. celebrato; in Canone quippe XVII. ejusdem Plenarii Concilii transmarinæ appellationes vetantur; quod decretum ob tentatam id temporis contra Africanæ Ecclesiæ consuetudinem ab *Apiario* appellationem emissum fuisse non dubitandum. Cuspinianus in Comment. Fastorum Cassiodori ad Consulatum Monaxii & Plintæ, ait: *Augustinus Epistolam scribit ad Episcopos Gracos, in cujus datis ponit hos Consules*. Quare cum Cuspinianus Bibliothecæ Cæsareæ seculo proxime elapso præfuerit, existimo eam Augustini Epistolam in ea Bibliotheca ab illo lectam, ibidemque adhuc extare. Quæ admonitio forsan inutilis non erit, ut sciri possit an ea fincera, vel suppositicia, quod magis reor.

XXVI. *Cyrillus rescripsit Africanis de Paschate anni sequentis.*

Præfati Synodi Carthaginensis Oratores ex Oriente reduces. Attici & Cyrilli literas Patribus Africanis reddidere. Cyrillus in suis diem Paschatis anni sequentis ad diem *XVII. Kalend. Maji* annunciavit, inquit Baronius num. XCVII. Et revera ii præter Canonum Nicænorum exemplar petierant etiam a Cyrillo, uti Paschatis diem in proximum annum, seu *futura indictione*, anni nempe CCCCXX. indicare vellet; quod utrumque Cyrillus egit, ea Epistola ante Septembrem, quo tertia indictio incipiebat, *scripta id* osten-

Res gestæ in Synodo Carthag. hoc anno sub Zosimo.

*Concilii Nicæni.* Hæc de potiori causa, nimirum de appellationis prosecutione. In causa autem Apiarii presbyteri quid gestum sit, iidem superius ibi docent, dum ajunt: *Ille* (nempe Zosimus) *si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratius quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter (de cujus & ordinatione, & excommunicatione fuerat exortum non solum Siccensi, verum etiam toti Africanæ Ecclesiæ non leve scandalum) de omnibus erratis suis veniam petens communioni est restitutus. Prior autem Coepiscopus nostер Siccensis Urbanus, quod in eo corrigendum visum est, sine ulla dubitatione correxit. Quia vero paci, & quieti Ecclesiæ non tantum ad præsens, sed etiam in posterum prospiciendum fuit; quoniam talia multa præcesserant, ut vel similia, vel etiam graviora deinceps præcaveri oporteret, placuit nobis, ut de Siccensi Ecclesia, retento scilicet honore gradus sui presbyter removeretur Apiarius; & accepto epistolio, ubicumque alibi vellet & posset presbyterii munere fungeretur: quod eidem ipsi per litteras proprias postulanti sine difficultate concessimus.* Hæc Patres ad Bonifacium.

LXXII. Sed quod hic tantum modo attingunt de confessione Apiarii, idem hæc paulo apertius atque latius sunt prosecuti in litteris postea ad successorem Bonifacii Cælestinum, his verbis (*a*): *Triduano tamen laboriosissimo agitato judicio, cum diversa eidem objecta afflictissimi quæreremus, vel moras Coepiscopi nostri Faustini, vel tergiversationes ipsius Apiarii, qui nefandas turpitudines occulere conabatur: Deus judex justus, fortis & longanimis, magno impendio resecavit. Tetriore quippe ac putidiore obstinatione compressa, qua tantum lividum *luridum. * cœnum impudentia negationis volebat obruere, Deo nostro ejus conscientiam coarctante, & occulta quæ in illius corde tamquam in volutabro criminum jam damnabat, etiam hominibus publicante; repente in confessione cunctorum objectorum flagitiorum dolosus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis ultroneus se ipse convicit; atque ipsam quoque nostram spem, qua eum & credebamus, optabamus de tam pudendis maculis posse purgari, convertit in gemitus: nisi quoniam istam nostrum mœstitiam uno tantum solatio mitigavit, quod & nos labore diuturnioris quæstionis absolvit, & suis vulneribus qualemcumque medelam (etsi invita ac sua conscientia reluctante) confessione providit.* Ista autem de Apiario quare ipsi tam explicite ad Cælestinum Papam Patres scripserint, paulo post dicturi sumus. Hæc sunt quæ hoc anno reperiuntur in Concilio Carthaginensi coram Apostolicæ sedis legatis acta.

(*a*) *Apud Conc. Afr. c. 105.*

De ultronea confessione Apiarii.

Zosimo vero inter hæc morte sublato, LXXIII. eodem pendente Concilio, Episcopi Africani (ut diximus) de his omnibus dedere litteras ad Bonifacium, quem acceperunt fuisse Zosimo subrogatum: quibus cum de singulis eum redderent certiorem, addiderunt id ipsum repetere, quod ad Zosimum scripserant, nempe omnia jura secundum mandata se integra servaturos quousque de Nicænis canonibus fieret exactior exploratio. Rebus sic stantibus, missi sunt legati in Orientem, nempe Constantinopolim ad Atticum ejus Civitatis Episcopum, itemque Antiochiam, necnon Alexandriam ad Cyrillum pro fidelissimis exemplaribus Nicæni Concilii canonum. Antequam autem legati redirent, contigit Bonifacium mori, & in ejus locum suffici Cælestinum. Quid vero Episcopi Africani post exploratam Græcorum exemplaria, non inventis in eis citatis a Zosimo Papa canonibus, egerint: iidem ipsi litteris datis ad Cælestinum insinuant. Non quidem (ut hodie Novatores) arguerunt Zosimum impostura, dolumve malum atque fallaciam proclamarunt, neque ob eam causam derogandum putarunt Ecclesiæ Romanæ juribus. Sed quid? summisso animo

De eadem causa agitata sub Bonifacio.

De eadem causa agitata sub Cælestino.

PAGIUS

ostendente. Hæc Cyrilli verba: de *Pascha vero, ut scripsistis, nunciamus vobis XVII. Kal. Majas nos futura indictione celebrare.* Verum nota illa Paschalis mendosa, & loco, *XVII. Kal. Majas*, ideſt, XV. Aprilis, scribendum, *XIV. Kal. Majas*, ideſt, *XVIII. die mensis Aprilis*, quo anno sequenti Pascha celebratum. Petavius lib. 2. de Doct. Temp. cap. 64. de hac Cyrilli Epistola fuse disserit, & in Appendice ad Tomum II. pag. 884. eam integram recitat, extatque etiam Tom. II. Concil. editionis Labbeanæ pag. 1673. Verum in ea non *XVII. Kal. Majas*, ut apud Labbeum, sed *IX. Kalend. Majas*, legitur; eique præterea assuta est longa quædam lacinia alterius Scriptoris, ut Petavius existimat, in qua & iteratur Pascha celebrandum esse *IX. Kalend. Majas*. Petavius in notis ad eam Epistolam ea lacinia auctam, ait: *Quod in antiquis membranis quotidie cernimus, cum in eumdem codicem farrago quædam variorum Scriptorum congesta esset, ac primo loco brevis illa Cyrilli Epistola cum ejus nominis inscriptione cerneretur, cætera quæ deinceps sine Auctoris titulo subjecta sunt, eidem sunt attributa Cyrillo.* Subjungit Petavius eam laciniam de Paschate anni DCVII. qui Bedam antecessit, videri intelligendam, cum eo anno Pascha *IX. Kalend. Maji* peractum fuerit, & Beda lib. de Rat. Temp. cap. 41. & lib. de *Argumentis Lunæ*, pag. 151. ejusdem laciniæ seu appendicis meminerit. Quare concludit Petavius, illius Appendicis Auctorem haud dubio ducentis annis posteriorem fuisse. Bucherius vero in lib. de Doct. Temp. cap. 3. & 5. Cyrillum de Paschate anni CCCCXLIV. quo illud *IX. Kalend.*



mo rogaverunt, ut majori cautela Romani Pontifices ex Africa querelas ingerentes susciperent, atque maturiori judicio causas tractarent, ne sic judicia rite ac probe facta perirent. At præstat ipsorum audire verba, quæ sic se habent in epistola ad Cælestinum (*a*): *Præfato igitur debitæ salutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum, facile advertet venerabilitas tua. Nam si de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcaveri; quanto magis hoc de Episcopis voluit observari, ne in sua provincia a communione suspensi, a tua sanctitate uti festinato, vel propere, vel indebite videantur communioni restitui?* Hæc ipsi; quibus vides eos non prohibere appellationes ad Romanam sedem, sed tantum admonere ipsum Romanum Pontificem, ne (ut ajunt) facilius quam par est, nec festinato, vel præpropere aut indebite agat: nam maturum quidem exposcunt judicium, non autem recusant.

(*a*) *Apud Conc. Afr. c. 105.*

LXXIV. Cum ergo manifeste videas eos non refragari appellationibus ad Romanam Ecclesiam, sed tantum exigere, quod æquum justumque videretur, ut maturiori causæ tractarentur examine: Proinde quod subdunt, ut ubi sunt exorta, ibi sint finienda negotia ob difficultatem prosecutionis judicii transmarini, sed & quod ingerunt de non mittendis Legatis de Latere in Africam, & executoribus cum Potentibus: haud ante dictis adversari putes, ut appellationis juri voluerint penitus derogatum. Nam nequaquam illum recusarunt prosecutionis causæ modum, qui eo canone ponitur primo loco, nimirum ut ipse Romanus Pontifex causam ipsam propinquis Episcopis per litteras delegaret. Hæc autem quæ dicta sunt, licet perspicua satis haberi possint, clariora tamen reddentur ex his quæ dicturi sumus: ut etiam manu quisque tangat, quam quærit in quæstione difficillima veritatem; quam non possit quisque non fateri, nisi obstinate procaciterque resiliat.

Episcopi Afri non derogant juri appellationis.

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

Primum igitur quod ad appellandi jus pertinet: id quidem haud recens institutum est, sed simul cum ipsa Ecclesia Romana conatum. Etenim cum Orthodoxorum omnium sententia, ipsa in orbe Christiano (ut superius latissime demonstratum est) obtineat principatum; minores omnes ad majores, cum læsi sunt, posse habere recursum, & majores minoribus præsto esse debere, cum jus naturale, tum gentium, atque jus scriptum confirmat. Sed quod modo ad Africanam Ecclesiam spectat, de qua nobis in præsentiarum sermo: Cum qui apud eos claruere præstantissimi Patres, iidemque Catholici, & Catholicæ veritatis acerrimi vindices, ut sanctissimi atque doctissimi viri Cyprianus, Optatus Milevitanus, & Augustinus, pari sententia absque aliqua dubitatione, vel discrepantia tradant, confirmentque, ac pluribus prædicent primatum Romanæ Ecclesiæ: æque & jus ad eam provocandi, ex quadam necessaria assumptione, visi sunt esse professi. Quod vero ad usum pertinet: nisi id antiquitus servari solitum esset, haud S. Augustinus in causa Cæciliani ista diceret (*b*): *Erat Ecclesia* (Carthaginensis scilicet) *etiam transmarinis vicina regionibus, & fama celeberrima nobilis unde non mediocris utique auctoritatis habebat Episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum cum se videret, & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus, & cæteris terris, unde Evangelium in Africam venit, per communicatorias litteras esse conjunctum: ubi paratus esset causam suam dicere, si adversarii ejus ab eo illas Ecclesias alienare conarentur.* Hæc cum ipse dicat, nonne fatetur, appellare illi licuisse ad Romanam Ecclesiam, si illud ei damnum & injuria inferretur? nam quomodo fieri valuit, ut Africanus Episcopus a Coepiscopis læsus in Africa, causam suam prosequeretur apud Romanam Ecclesiam, nisi jure appellationis?

(*b*) *Aug. epist. 162.*

LXXV.

LXXVI. Sed quid vetera exempla quærimus? suppetunt quidem nova, quæ sedente ipso Sancto Augustino in Numidia conti-



PAGIUS

*lend. Majas* celebratum, intelligendum esse autumat. Denique Card. Norisius loco citato arbitratur, Cyrillum, qui Græce scripsit, respondisse Pascha peragendum esse *die XXIII. mensis Pharmuti*, qui concurrit cum die XVIII. mensis Aprilis, seu cum die XIV. Kalend. mensis Maii, in quem revera anno sequenti Pascha incidit, sed imperitum interpretem transtulisse IX. Kal. Majas. De Appendice nullam mentionem facit Emin. Card. Norisius.

XXVII. Verum hæ omnes interpretationes reiiciendæ, observandumque brevem *Cyrilli* Epistolam ad Carthaginenses, scriptam extare, vel seorsim sine ullo additamento, ut in omnibus Latinis Conciliorum Collectionibus, a Theodoro Balzamone, aliisque etiam Græcis, & in iis Pascha dici nunciatum *XVII. Kal. Maii*, (sed Librariorum oscitantia, licet antiquus interpres recte vertisset *XIIII. Kal. Majas*, ideſt XVII. die mensis Aprilis, duabus unitatibus in inferiori parte connexis, reddidisse VII. in ultimo numero, cujus erroris a Librariis commissi exempla passim occurrunt): vel brevem illam Cyrilli Epistolam reperiri conjunctam cum alia Appendice, seu verius cum alia Epistola, ut apud Bucherium pag. 72. & apud Petavium citatum, qui uterque eam cum MSS. codicibus contulit. Ibi autem Pascha *indicitur*, tam *in* Epistola quam

*Duæ Cyrilli de Paschate Epistola distinguendæ.*

De Episcopis tempore Augustini Roman. Pontif. appellantibus.

gerunt, ac quidem minime dubia: haud enim horum est levis assertio, quæ eodem tanto Patre atque doctore testante, inculcante, in pluribus comprobante, adducemus in medium. O mira Dei providentia in rebus Catholicæ Ecclesiæ moderandis! Eo ipso tempore, quo de Nicæno canone ea inter Africanos Episcopos controversia agitabatur, casum contigisse voluit, cujus occasione ipsemet S. Augustinus, quem dictis Conciliis Carthaginensibus interfuisse diximus, compulsus sit exempla adducere, quibus demonstraret Africanorum Episcoporum recursus, & appellationes ad Romanam Ecclesiam, cum agit de Antonio Episcopo Fussalensi; qui, relicto illi Episcopatus honore, functionibus tamen fuerat interdictus Episcopi, sic damnatus ab Africanis Episcopis, ut ministratione cessaret Episcopatus, cum iste sic privatus, apud sedem Apostolicam appellans, reclamans dixit: *Aut in mea cathedra sedere debui, aut Episcopus esse non debui.*

LXXVII. Adversus hunc igitur S. Augustinus, qui unus ex Episcopis fuit, qui eum ea sententia condemnaverant, respondens ostendit, sæpius accidisse, ut Episcopis Africanis privatis administratione Episcopatus, honor tamen cum nomine Episcopi eisdem relictus fuerit; quod demonstrat his verbis (*a*): *Existat exemplo, ipsa sede Apostolica judicante, vel aliorum judicia firmante, quosdam pro culpis quibusdam nec Episcopali spoliatos honore, nec relictos omnimodis impunitos: quæ, ut a nostris temporibus remotissima non requiram, recentia memorabo. Clamet Priscus provinciæ Cæsariensis Episcopus: Aut ad primatum locus, sicut cæteris, & mihi patere debuit; aut Episcopatus mihi remanere non debuit. Clamet alius ejusdem provinciæ Victor Episcopus, cui relicto in eadem pœna, in qua & Priscus fuit, nusquam nisi in diœcesi ejus ab alio communicabatur Episcopo: clamet, inquam: Aut ubique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui. Clamet tertius ejusdem provinciæ Laurentius Episcopus, & prorsus hujus vocibus clamet: Aut in cathedra, cui ordinatus sum, sedere debui; aut Episcopus esse non debui. Sed quis ista vituperet, nisi qui parum attendit, nec inulta omnia relinquenda, nec uno modo omnia vindicanda?* Hæc S. Augustinus, in his (ut ait) *ipsa sede Apostolica judicante, vel aliorum judicia firmante*. Sed & cum unius generis casus & unius tantum provinciæ recenset sedis Apostolicæ de Africanis Episcopis exhibita judiciorum exempla, eademque ipsa recentia: plane potest quisque ex his intelligere, quam crebra atque adeo frequentissima esse contigerit in aliis variis atque diversis multiplicibusque casibus, tum in ea provincia cujus meminit, tum in aliis ejusdem Africanæ Ecclesiæ, Apostolicæ sedis judicia; quæ quidem haud ab ipsa Romana Ecclesia exerceri potuerunt, nisi cum qui in Africa sententia Episcoporum damnati essent Episcopi, Romanum Pontificem appellassent, qui (ut idem dicit S. Augustinus) aut aliter judicaret, vel ab aliis judicata firmaret.

(*a*) *Aug. ep. 261. edit. Plant. tom. 2.*

Multiplices causæ ex Africana Ecclesia ad sedem Apostolicam delatæ.

LXXVIII. En vides frequentiam Africanorum Episcoporum sedem Apostolicam appellantium. Sed cur modo resiliisse visi sint: ut cuncta probe intelligas, præstat hic audire causam Antonii Episcopi Fussalensis, de qua S. Augustinus eam ad Cælestinum Papam scribit epistolam; extat enim ipsa, quam consulere cuique liberum erit: fiet plane, ut ex ea tum morem illum jam inolitum appellandi ad sedem Apostolicam ejusque sedis auctoritatem intelligas, tum etiam interpreteris quæ subdurluscula visi sint scripsisse Patres Concilii Carthaginensis in ea quam citavimus ad Cælestinum Papam epistola, de non mittendo de Latere Legatum in Africam: ut maxime mireris, quam concinno ordine cuncta sibi respondeant; & (quod diximus) admirabili Dei factum sit providentia, ut casus contingeret, quem & S. Augustinus scriberet, ut nulla possit obscuritate velari, vel perplexitate involvi, atque dubitatione confundi, sed cuncta dilucida atque clara sinceraque ob oculos posita contempleris: adeo ut tu ipse, lector, quovis affectus sis animo, atque etiam si ab Ecclesiæ Catholicæ recto tramite procul aberres, non possis non fateri, quæ vera certaque

LXXVIII. De causa Antonii Episcopi Fussalensis.

PAGIUS quam in additamento, *IX. Kal. Majas*, cujus erroris hæc causa fuit. *Cyrillus* duas inter alias de Paschate literas dedit, alteram hoc anno ad Patres Africanos; alteram anno CCCCXLIII. ad Monachos quosdam, ad quos de Paschate anni CCCCXLIV. quod in diem *IX. Kalend. Majas* incidebat, scripsit; sciolus vero nescio quis, non advertens Librarium duas Cyrilli Epistolas sub unica inscriptione uno tenore exaravisse; & perpendens Cyrillum in secunda Epistola, seu, ut sibi videbatur, in posteriori parte Epistolæ, contendere Pascha celebrandum esse *IX. Kal. Majas*, diem in priori Epistola expressum, quem diversum videbat a die in secunda designato, mutavit, & loco *XIIII. Kal. Majas*, vel XVII. Kal. Majas, si is error jam in eam Epistolam irrepsisset, posuit *IX. Kal. Majas*, uti in posteriori Epistola: quæ conjectura optima fuisset, licet in textum minime inferenda, si *Cyrillus* unica Epistola quæcumque apud Bucherium & Petavium leguntur, asseruisset.

At Cyrillus duas Epistolas de Paschate duobus diversis annis scripsit, quas postea amanuenses in unam eamdemque congessere, ut vel hæc verba, quibus prior finitur, demonstrant: *de Pascha vero, ut scripsistis, mandamus vobis, IX. Ka-*

XXVIII.



que ex epistolari historia deducta esse perspexeris. Accipe igitur rei gestæ summarium.

LXXIX. Bonifacii Papæ sententia de Antonio Episcopo Fussalensi.

Antonius Episcopus Fussalensis ob enormia quædam scelera, agente contra eum S. Augustino, qui ei sedi ipsum præficiendum curaverat, ab Episcopis ejus provinciæ depositus fuit ab Episcopatus administratione, relicto illi tantum sedis titulo. Appellat hic ad Bonifacium Romanum Pontificem Zosimi successorem; simulque vafer homo ex Africa proficiscens, elicuit in sui commendationem literas a Primate Numidiæ ad ipsum Romanum Pontificem, quibus ille ipsum veluti innocentem excusaret. His acceptis Bonifacius Papa a Primate in Antonii Episcopi commendationem litteris, magna cautela (quod ipse S. Augustinus laudat) pro Antonio rescripsit, eo adhibito temperamento, si nulla videlicet surreptio intercessisset: nam in litteris hæc apposuit: *Si ordinem rerum nobis fideliter indicavit, &c.* Sed contigit inter hæc Bonifacium mori, & relinqui causam integram ejus successori Cælestino Pontifici; apud quem contra suum Episcopum Fussalenses causam prosequentes, querelas pariter eidem Cælestino Papæ ingesserunt adversus ipsum Augustinum, quod perditissimum hominem dedisset ipsis Episcopum. Hoc ipso rerum statu, cum ab adversario jactaretur fore missurum Cælestinum Papam executores, qui in sedem suam, in ipsam videlicet Episcopatus administrationem Antonium restituerent: ipse Augustinus ad eumdem Pontificem supplices litteras dedit, in quibus post alia hæc ad finem (*a*):

(*a*) *Aug. ep. 261. edit. Plant.* LXXX.

*Accipe (inquit) nunc quæ post ejus sanctæ memoriæ viri* (nempe Bonifacii Papæ) *in Africa litteras gesta sunt, & subveni hominibus opem tuam in Christi misericordia multo avidius quam ille poscentibus, a cujus inquietudine desiderant liberari. Judicia quippe illis, & publicas potestates, & militares impetus, tamquam executuros Apostolicæ sedis sententiam, sive ipse, sive rumores creberrimi comminantur: ut miseri homines Christiani Catholici graviora formident a Catholico Episcopo, quam cum essent hæretici a Catholicorum Imperatorum legibus formidabant. Non sinas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per Apostoli Petri memoriam, qui Christianorum præpositos populorum monuit, ne violenter dominentur inter fratres.* Hæc Augustinus: quibus pariter intelligas, quidnam ex Concilio Carthaginensi ad eumdem Cælestinum Pontificem Episcopi scribentes sibi voluerint verbis illis (*b*): *Executores etiam clericos vestros quibusque petentibus * nolite mittere, nolite concedere; ne fumosum typhum fœculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Hæc ipsi. Ex quibus simul omnibus perspicue satis, puto, intelligis, sicut Augustinum, ita & reliquos Africanos Episcopos non refugisse Apostolicæ sedis judicium, quod implorabant pro confirmandis a se latis sententiis, defendendisque ab eas impugnantibus; nec rursum executionem refugisse judicii; sed quæstos esse de modo exequendi: exhorruisse nimirum mitti clericos cum militibus & magistratuum apparitura. Quod quidem illud primum ostendit inservisse Præfides provinciarum, & qui illis parebant milites, Romanis Pontificibus, in exequendis Apostolicæ sedis sententiis; tantum abest ut eas impedirent, vel remorarentur, vel ut Apostolicis ipsis litteris, *Placet*, subscriberent, arrogarent.

(*b*) *Apud Conc. Afr. c. 105.* * Potentibus.

Executioni sententiæ Apostolicæ sedis præstant Magistratus auxilium.

Cæterum reprehensione vere dignus, ne fuerit modus, ille cum apparitura militari exequendi Apostolicæ sedis sententias: licet sanctissimi viri de eo videantur esse conquesti: haud tamen quod ad præsentem causam pertinet, quis dixerit improban-

LXXXI.

PAGIUS *Secunda ad monachos de Paschate anni CCCCXLIV. scripta.*

*Kalendas Majas nos futura indictione celebrare;* & alia manu. *Deus & Dominus sanctam Ecclesiam, idest Congregationem custodiat.* Hæc data hoc anno ad Patres Africanos, ut inter omnes convenit. Altera, quæ sequentibus verbis continetur anno CCCCXLIII. ad quosdam Monachos a Cyrillo data ob controversiam de Paschate anni CCCCXLIV. de qua etiam scripsit ad Sanctum Leonem Papam, ut manifeste liquet ex Epistola Paschasini Lilybetani Episcopi ad eumdem Pontificem data, in qua significabat, anno CCCCXLIV. nono Kalend. Maji Pascha celebrandum esse. Ait enim Paschasinus: *diutino itaque tractatu vel ratiocinatione id verum invenimus, quod ab Alexandrina Ecclesia Antistite* (sc. Cyrillo) *Beatitudini vestræ rescriptum est.* Sed hæc Cyrilli ad Leonem Papam Epistola periit, & quæ ad Monachos ab illo data, temporis progressu cum illa confusa est ab amanuensibus, quam hoc anno ad Patres Africanos de Paschate anni CCCCXX. scripserat. Inscriptio quidem Epistolæ Cyrilli ad Monachos ad nos non pervenit, sed ex Epistolæ seu partis Epistolæ quæ supereſt, lectione patet primo, eam non ad unum, sed ad plures scriptam. Secundo, hos Cyrillo inferiores ac subditos fuisse; hic enim ait: *Præcipio vobis, ne faciatis Pascha in mense Martii, in anno emboliſmi, sed in IX. Kal. Maij.* Tertio, qui de eo diem Paschatis scisciti fuerant; (nam se interrogatum fuisse dicit) Monachos extitisse. Ait siquidem Cyrillus: *Indicabo vobis quod Pachomius Monachus insignis, factis Apostolicæ gratiæ egregius, fundatorque Ægypti Cœnobiorum, edidit ad monasterium, quod lingua Ægyptiorum vocatur Bonum;* &c. Exemplum quippe illud Monachis videtur propositum. Verum quidem est, Bedam lib. de Rat. Temp. cap. 41. quædam ex hac Cyrilli Epistola proferre de Pachomio & Selenitide Lapide, quæ in hac posteriori Cyrilli

bandum, si exacte cuncta consideret. Etenim Antonium calumniam esse passum, atque injuste damnatum, verisimile fieri potuit, immo reddi propemodum certum, scribente pro eodem ad sedem Apostolicam ipso provinciæ totius Primate, qui primus omnium in eum tulerat damnationis sententiam. Dato igitur, ut ex Actis judicialibus jure riteque confectis iste per Apostolicam sedem foret in statum pristinum revocandus, certe secundum ea quæ ibidem S. Augustinus (*a*) scribit de Fussalensibus, id nonnisi manu militari expleri potuisse videbatur, quod Romanus Pontifex sua sententia definiisset. Etenim cives in eum adeo exacerbatos fuisse tradit, ut minime passuri essent ipsum amplius sibi Episcopum præfuturum, immo in aliquod etiam forent vi publica facinus prorupturi, si ipsis invitis Antonius redderetur Episcopus: testatur quidem id ipsum Augustinus, his verbis agens de plebe Fussalensi: *Dolore justo, eum sibi præesse, ferre omnino non possent; & cum suo illiusque periculo in aliquod scelus forsitan eruptu-ram impatientiam sui doloris ostenderent.* Hæc ipse: Certe quidem nonnisi ex casibus hujuscemodi emergentibus introductum oportuit, ut ubi non audiretur Apostolicæ sedis præceptum simplicibus litteris significatum, ad illud exequendum a Romana Ecclesia clerici legarentur cum apparituris, ut cogerent, quod juste videri poterat definitum, impleri. Porro rite, juste, pieque pro exequendis adversus refractarios & repugnantes justis sententiis & Ecclesiasticis institutis, implorare licere ab Imperatoribus eorumque Præfectis auxilium: non alium quempiam auctorem cito sed ipsum S. Augustinum appello, qui hujus sententiæ firmum assertorem atque defensorem se præbuit pluribus in locis, & inter alia in epistola ad Vincentium (*b*). Cæterum quod ad Augustinum supplici epistola adversus Antonium apud Cælestinum agentem pertinet: factum quidem fuisse ipsum Augustinum voti compotem ipsiusque petitioni Romanum Pontificem annuisse, suo loco dicemus.

(*a*) *Aug. dicta ep.* 161.

(*b*) *Aug. epist.* 48.

Vidisti ne adeo aperta ac perspicua luce, lector, quam procul absit (quod insultantes jactant hæretici) conatum esse Zosimum Papam appellandi jus ab Africana Ecclesia suffurari; cum, teste ipso Augustino, id jam antiquo atque recenti usu receptum, pluribusque in Africa frequentatum exemplis, præscriptum fuisse constet? Sed cur (inquiens) ejusmodi de appellatione oborta est controversia? Haud quidem vere a quopiam dici potest, appellandi jus aliquando denegatum, quod tot constat exemplis ante & postea comprobatum: sed potius perspicue cernere est, de modo prosequendæ appellationis obortum esse difficidium: quod satis evidenter possumus intelligere ex ipsius Zosimi Papæ commonitorio, in quo, ubi agitur de primo mandato, non de jure appellandi, citatus est canon Concilii Sardicensis, sed de prosequendæ appellationis modo, nempe ut habet idem recitatus canon Concilii Sardicensis septimus, quo cavetur, ut ipse Romanus Pontifex duplici via possit, si velit, appellantis subvenire justitiæ, nimirum vel per litteras, scribendo Episcopis finitimæ regionis, ut diligenter de causa inquirant atque definiant, vel mittendo Legatos a Latere in Africam, qui præsentes cum Episcopis causam appellantium audiant atque judicent: quorum posteriorem modum refugisse vidimus Episcopos Africanos, non autem denegasse penitus jus appellandi ad Romanum Pontificem. Etenim ratio in promptu est: nam si jus appellandi denegatum ab eis penitus essent, non ille quidem septimus canon, sed quartus & quintus ejusdem Concilii Zosimo citandus fuisset, quo potissimum de appellandi jure agitur, his scilicet verbis:

LXXXII. De quo altercatum sit inter Episcopos Africanos & sedem Apostolicam.

*Quod si aliquis Episcopus adjudicatus fuerit in aliqua causa, & putaverit se bonam causam habere, ut iterum judicium renovetur: si placet, S. Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his qui examinaverunt, vel etiam ab aliis Episcopis qui in propinquo morantur. Et si judicaret renovandum esse judicium, det Judices, &c.* Sequenti item canone sic: *Ad-*

LXXXIII. Canones de appellatione.

PAGIUS rilli Epistola leguntur, & lib. *de Argum. Lunæ*, hanc Epistolam a Cyrillo ad Sanctum Leonem Papam datam esse affirmare. Verum Beda in eo quod eam ad Sanctum Leonem scriptam arbitratur, deceptus est, ut rationes mox in medium allatæ clare ostendunt, nisi Cyrillus cui bis a Beda ea Epistola attribuitur, de Pachomio & Selenitide lapide tam in Epistola ad Leonem, quam in Epistola ad Monachos locutus fuerit. Cæterum secundam illam Epistolam, quam Petavius laciniam prioris vocat, verum partum esse Cyrilli, liquet ex eo quod non solum ei a Beda asseratur; sed etiam ex eo quod in tot bonæ notæ codicibus MSS. in quibus describitur, eidem adscribatur.

Episcopos Africanos tandem admisisse appellationes ad Romanos Pontifices, liquet ex iis exemplis, quæ Baronius profert. Verum, ut notavit Marca lib. 7. de Concordia cap. 15. n. V. id factum non est in hoc Concilio Carthaginensi, vulgo *Sexto* appellato, tametsi ita visum fuerit Baronio, num. LXXIV. huic enim sententiæ manifeste repugnant eorum oppositiones verbis minime ambiguis conceptæ in eorum Epistola ad *Cælestinum* Papam Bonifacii successorem. Cessere ergo tandem Africani, quia Pontifices Romani nihil voluerunt remittere ex jure sibi legitime quæsito in Concilio generali Occidentis, Sardicensi nimirum; cum possessioni ni

XXIX. *Africani appellationes transmarinas tandem admisere.*



LXXXIV. *Addendum est (si placet) huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulistis, ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum Judicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma: alter Episcopus in eadem cathedra, post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Romani Episcopi terminata.*

LXXXV. Vides igitur qui fuerant citandi canones ejusdem Concilii, si de appellandi jure fuisset inter Africæ Episcopos & Romanum Pontificem oborta controversia, & non potius de modo prosequendæ appellationis. Sed & elicere id quoque potes ex ipsis litteris eorumdem Africanorum Episcoporum ad Cælestinum, datis illis quidem (ut vidimus) post acceptos ab Oriente Nicænos canones; dum ipsi non negant appellationem, cum prosecutionem acceptent, nempe si velit Romanus Pontifex per litteras eam delegare causam ipsis Africanis Episcopis, secundum videlicet priorem prosequendæ causæ modum: sed ægre ferre se dicunt prosecutionis modos, nempe vel cum Romæ summa difficultate producendi essent testes, vel in Africa per Legatos a Latere foret agenda causa: cui posteriori modo valde obnitebantur; sicut & iniquo ferebant animo executores clericos cum apparitura in Africam mitti, ut ex S. Augustino vidisti: cum illud magis optarent, ut cum quis appellaret Apostolicam sedem, ab illa delegaretur causa Episcopis illius provinciæ; ut de Zosimo Papa vidimus delegante Ecclesiæ Cæsariensis causam S. Augustino atque collegis.

LXXXVI. Faustini legati cum Africanis Episcopis asperitas.

Quod vero legati & clerici executores proterve nimis rem agere viderentur: hos a Romano Pontifice mitti, molestе se ferre iidem significarunt Episcopi Africani. Certe quidem de his agendi apud Cælestinum tum publicis litteris Africanorum Episcoporum, tum privatis ipsius Augustini occasionem dedisse noscitur legatorum nimia in causa prosequenda asperitas & insolentia. Nam in præsenti causa de Faustino legato iidem conquesti sunt litteris ad Cælestinum, ipsum non jam egisse Judicem, sed patronum scelestissimi Apiarii; & eo proterviæ progressum esse, ut diversas Coepiscopis Africanis (ut ajunt) inferret injurias, de quo antea conquesti litteris ad Bonifacium (*a*) scripserunt, quod non essent typhum istum (ut aiunt) passuri; & in litteris ad Cælestinum (*b*) rogant, ne fumosum sæculi typhum in Ecclesiam introduci permittat. Est namque typhus, idem quod fastus & arrogantia: unde & Plutarchus (*c*) nomen quoque Typhonis ab eadem Græca voce deducit: usurpata est eadem vox ab Augustino (*d*) etiam; licet alicubi mendose, *typhus* loco, *plus*, legatur: a S. Ambrosio etiam, frequentius vero a S. Gregorio.

(*a*) *Apud Conc. Afr.* c. 101.
(*b*) *Apud Conc. Afr.* c. 105.
(*c*) *Plutarch. de Iside.*
(*d*) *Aug. epist.* 162.

LXXXVII. Cum igitur ex his omnibus, quæ dicta sunt, satis superque liqueat, Zosimum Papam optimam foviisse causam, nec quicquam alieni juris usurpare conatum esse, quo & prædecessores omnes absque ulla controversia potiti essent, dum Africanorum Episcoporum appellationibus ad Apostolicam sedem detulerint, eisdemque jus dixerint, atque causas ipsas, de quibus contentiones obortæ essent, absolverint: quænam, rogo, subesse potuit ratio doli mali & impostura, ut supposuerit Nicæno Concilio canonem Sardicensem? cum præsertim qui ab eo citatus est canon, non minoris esset auctoritatis atque præstantiæ, ac si esset Concilii Nicæni. Ubi igitur nulla inesse potuit vel levis fingendi ratio, nefas est tipræsumere fictionem. Quis enim ignorat paris auctoritatis fuisse Concilium Sardicense atque Nicænum, cum ambo fuerint oecumenica, immo hoc amplius ab illo istud habuerit, quod illi ex Africanis Episcopis unus tantum Cæcilianus interfuisse reperitur, Sardicensi autem cum Grato Episcopo Carthaginensi trigintaquinque (ut Athanasius docet) ejusdem Provinciæ Episcopi præsto fuere; adeo ut, salva pace Catholica, nequaquam potuissent Sardicensis Concilii canones non recipere? Si ergo dolus malus subesse minime potuit, alia plane exquirenda causa est, cur a Zosimo sub titulo Nicæni Concilii citatus fuerit canon Concilii Sardicensis. Conjecturæ locus patens esse debet, ubi cessat omnis

De Canone Sardicensi citato a Zosimo sub titulo Nicæni Concilii.

de

PAGIUS ni eorum consensissent Africani Episcopi, qui ad certum tempus morem gesserant desiderio summorum Pontificum. Subsidio fuit exemplum Galliarum & Hispaniarum, apud quas in usum revocatum est Privilegium illud. Tum etiam Novella Constitutio Valentiniani suggerente sancto Leone Papa anno CCCCXLV. quæ summo Pontifici supremam auctoritatem tribuit in judiciis Episcoporum, sive ii Galli sint, aut ex aliis Provinciis; quod *Africanos* coegit ad observationem Canonum Sardicensium. Præterea incursio *Vandalorum*, qui Ariani erant, & in Africa anno CCCCXXVIII. dominari cœpere, Africanos necessitate adigebat ad arctissimam unionem cum Ecclesia Romana. Vestigia tamen quædam contradictionis extant in Epistolis Papæ Leonis, in causa *Lupicini*. Sed acquievisse eos constat ex Ferrando, ex capitibus LIX. & LX. Breviarii Canonum.

XXX. *Prior Concilio Africano.*

In hac Synodo universali totius Africæ, quæ *Sexta* vulgo dicitur, præsente *Faustino* Legato Romanæ Sedis, relecti sunt canones, illi omnes *lectio Ca-* qui diversis in Conciliis editi fuerant tempore *nonum A-* *Aurelii* Primatis Carthaginensis, & nova defi- *fricano-* nitio- *rum.*

de impostura suspicio. Unde licet opinari, vel quod canon ille Nicæni Concilii fuerit cum aliis translatus in Sardicense; vel quod, cum id celebratum sit pro corroboratione Nicæni Concilii, idem reputatum cum illo fuerit: quod apud veteres adeo constans fuit, ut cum recenserent Concilia generalia, post Nicænum ponerent Constantinopolitanum, prætermisso penitus Sardicense, quod tamen fuisse oecumenicum liquet.

LXXXVIII. Sed nec mirum est, quod nec novum sit, si unus idemque canon, vel plures sub diversis Conciliis censeantur. Nam ne longe petita quæramus exempla: in promptu est, quod in Concilio Carthaginensi anno superiori celebrato inserti habentur canones Concilii Milevitani: insuper & canones Concilii Hipponensis (ut diximus) translati sunt in posteriora Concilia Carthaginensia. Quid ergo impostura erit, si canones, qui positi reperiuntur sub titulo Conciliorum Carthaginensium, quis citaverit nomine Conciliorum Milevitani, vel Hipponensis? Num qui id faceret, exclamaveris impostorem? non puto, immo potius exactum canonum cognitorem, qui noverit proprios fontes unde manarint. Certe quidem plura de Concilio Nicæno sunt exempla, aliquot ejusdem Concilii canones translatos fuisse in Concilium Sardicense, nimirum quintum, decimumquintum, decimumsextum, & decimum septimum, quos exscriptos invenies in Concilio Sardicensi sub numeris primo, decimonono, & decimo sexto.

LXXXIX. Quibus Codicibus major adhibenda fit fides. Quod si neges ea de appellationibus statuta fuisse in Nicæno Concilio; unde negationem hanc probare vales? Num illud unum satis esse potest argumentum quod codices Africani & aliqui Ecclesiarum Orientalium illis carent? Ego contra, Romanæ Ecclesiæ codices illos habuisse, testificatione Zosimi asseram. Modo æqua lance perpende, quibusnam codicibus major adhibenda sit fides: simul considerans, quæ longo tempore sit passa naufragia Ecclesia Africana factione Donatistarum, qui cum Arianis fœdus inierant: quorum nequitia & illud quoque factum esse jam diximus, ut ipsum Concilium Sardicense, idemque oecumenicum, cui & cum Primate Episcopo Carthaginensi triginta quinque Episcopi Africani interfuerunt, posteris Africanis penitus interceptum fuerit, ut omnino perierit, immo & nomen ipsum male apud eos audiens, respueretur, tamquam Conciliabulum hæreticorum (a). Converte rursus oculos ad Orientis Ecclesias, & quibus per plurimos annos fluctibus jactatæ fuerunt, considera, Arianis Episcopis præsidentibus, expulsis penitus Catholicæ communionis Episcopis: quibus omnibus malis caruisse Romanam Ecclesiam, jam superius ex rebus gestis singulorum annorum satis perspicue demonstratum est. Ex quibus plane jure argumentari liceat, fideliores habendos esse codices in Romanæ Ecclesiæ archivio diligenti custodia asservatos, quam quoslibet alios diversarum provinciarum. Haud enim recens est ejusmodi argumentatio, sed jam vetus, a majoribus usurpata & solida fide recepta, cum contigit in disceptationem venire fidem codicum Romanorum & Orientalium; quando ex integritate Romanæ Ecclesiæ chartarum fuit perspicue demonstratum, ipsas sacrosanctas Synodos œcumenicas apud Orientales ab hæreticis esse corruptas, labefactatas, ac penitus in falsum sensum mutatas & depravatas: quas & ex Romanis codicibus oportuit in pristinum veritatis candorem restituisse. Facit de his omnibus certam fidem S. Gregorius (b) Papa, quem consulas. Si igitur ea de Conciliis Ephesino & Chalcedonensi acciderunt, cum Ecclesiæ Orientales a Catholicis regerentur Episcopis: quid censendum est, cum Ariani, in quorum manibus erant omnium Ecclesiarum codices & omnes ubique locorum constructæ bibliothecæ, Orientalibus præerant Ecclesiis? num quis negabit talia accidere potuisse, immo & accidisse non facilius existimabit? Sed ne hic eadem repetere cogamur, consule quæ dicta sunt superius tertio tomo, de causa, cur nomine Concilii Nicæni citati fuerint canones Concilii Sardicensis.

(a) *Aug. ep. 165. ad Fortunatum & contra Cresc. l. 3. c. 34.*

(b) *Greg. l. 5. epist. 14.*

XC. His denique & aliis persuasi Episcopi Africani, longe abfuit ut citatos a Zosimo canones non repertos inter canones Nicæni Concilii, sed sub Concilio Sardicensi, ut adulterinos rejecerint, & ut adscititios spuriosque damnaverint; sed eos potius ut legitimos ac fide dignos (ut par erat) habuerunt. Cujus quidem rei



nitione, consentiente *Faustino*, approbati sunt Horum Conciliorum gesta & canones cum *Faustinus* Romam retulisset, Apostolicæ Sedis consensu adeo probata sunt, ut partem deinde fecerint Collectionis nostræ veteris, quæ incipit a tertio Carthaginensi Concilio, & cætera ex ordine complectitur, quæ habita sunt sub *Aurelio* usque ad VII. Carthaginense & præterea Milevitanum sub Aurelio. In ea veteri Collectione continentur tantum Canones, quos Ecclesia Romana recepit, eadem serie & ordine, quo sunt in Conciliis Africanis editi; omissis canonibus cæteris, quibus edendis defuit auctoritas Ecclesiæ Romanæ.

XXXI. *Secunda Collectio Canonum Africanorum.* Posteæ *Dionysius* alium ordinem secutus est in describendis canonibus Africanis ab eo, qui jam receptus erat. Etenim præmisso universali totius Africæ Concilio hoc anno habito, & positis XXXIII. Canonibus in eo editis, statim subjungit collectionem a se confectam canonum in



rei locuples testis accedit Ferrandus diaconus Carthaginensis Ecclesiæ, qui in hujus sæculi fine magno splendore claruit non Cartagine tantum, sed in universa Ecclesia Africana. Hic quidem in suo Breviario, seu Concordantia canonum, quam diligenter elucubratam trecentis distinxit capitibus, eorumdem (a) canonum mentionem habet, recensens eos sub titulo Concilii Sardicensis: immo ipse recte interpretatus, alteri eorum hujusmodi præfixit titulum (b): *De provinciali Synodo retractanda per vicarios Episcopi urbis Romæ, si ipse decreverit.* Ita ibi: ut plane intelligas, nequicquam ab ipsis appellationis juri, sed nec executioni ipsius per vicarios nempe Legatos de Latere, faciendæ, esse derogatum, vel imminutum; cum modum dumtaxat illis displicuisse, quæ dicta sunt superius, doceant.

(a) *Brev. Ferrand. c. 149. 153. apud Crescon.*

(b) *Conc. Sard. c. 7.*

XCI. Ex suis scriptis Africani convicti. Considera igitur, lector, cuncta quæ a nobis allata sunt pro defensione Zosimi Papæ & jurium Apostolicæ sedis (quod sincere sine fuco & fallaciis rem agamus) non aliunde deprompta esse, quam ex testificatione ipsorum Africanorum virorum, ac potissimum S. Augustini, & aliorum qui huic Synodo interfuerunt, adversantium Episcoporum, ex scriptis ab ipsis epistolis & aliis: quibus perspicue intelligere possis, omnia rite, sine dolo & impostura, omniaque fideliter a Zosimo & successoribus Romanis Pontificibus esse tractata. Si ergo hæc ex adversantium domo petita rem adeo perspicuam reddunt: quid si extarent ipsorum Romanorum Pontificum Zosimi, Bonifacii, & Cælestini ad eorum litteras redditæ responsiones, cum & sine ipsis penitus evincatur causa? Cum igitur jam ex his quæ dicta sunt, plena fide probatum habeas jus antiquum appellandi ab Africanis Episcopis ad Romanam Ecclesiam, illudque frequentibus & antiquis & recentioribus firmatum exemplis, perspicuumque redditum non rem novam tentasse Zosimum & successores, nec suffuratos esse (quod ajunt) jus appellandi, usque adeo manifestum sit: ipsæ certe (si possent) plane erubescerent chartæ, quæ a Novatoribus Zosimum & Bonifacium stylo lancinantibus sunt contumeliis exaratæ. Sint iidem ipsi judices, si quod tamen veri cognoscendi studium, quod conatum est omnibus, eorum insidet animis: simulque discant omnes, quam offusa semel mente densa caligine,





in variis Conciliis Africanis editorum: in qua selectis iis, qui ad disciplinam Ecclesiasticam pertinebant, cæteros omisit. Præterea cum canones aliqui in superiori Concilio editi poliantur aut explicentur in sequenti, *Dionysius* ut compendium laboris legenti faceret, unica editione contentus fuit, & ipse alicubi verba quædam ex prioribus addit, aut demit, ut inquit Marca in Dissert. *de veteribus Collectionibus canonum* cap. 4. qui & capite sequenti plura notavit de ordine Conciliorum Africæ in veteri Collectione.

XCII. De epistola conficta Bonifacii Papæ nomine. & in transversum acta odio atque livore, feratur in præceps, dum iidem ipsi quæcumque ignorant, blasphemant, & dente canino corrodunt.

Sed nec parcendum illi, qui ignoratione rerum gestarum, ex turbis his actus in fugam, quæsivit (quod piis non licet) in mendaciis latebras. Falso enim existimans postremis Africanorum Episcoporum litteris ad Cælestinum Pontificem datis esse conflatum schisma, divisamque penitus Africanam Ecclesiam a communione Romanæ: quid improbe improbus finxit impostor? (vehementius enim commoveor in eos, qui mendaciis labefactant, quam se putant suffulsisse Dei Ecclesiam, columnam & firmamentum veritatis) quid inquam ille? Qui igitur semel errore ductus sibi persuasit hoc tempore sciissam penitus fuisse Africanam Ecclesiam a Romana (proh nefas!) quam enorme excogitavit commentum? Finxit Bonifacii Secundi Papæ nomine epistolam ad Eulalium Episcopum Alexandrinum de reconciliatione Ecclesiæ Carthaginensis cum Romana, jam ante (ut sibi videbatur) schismate discissa ab his temporibus Bonifacii ac Cælestini prædecessorum Romanorum Pontificum. Addit etiam ea de re ab alio Eulalio Episcopo Carthaginensi libellum ad ipsum Bonifacium pro reconciliatione datum; necnon interfuisse ad rem perficiendam tradit litteras Justini Imperatoris. Hæc quidem & alia mendaciorum frigidus concinnator, sed callidus veterator, ibi habet. Patienter audi, & scies meæ commotionis paulo post justissimam causam.

XCIII. Redarguitur falsitatis epistola nomine Bonifacii Papæ scripta. Agendum jampridem alias nobis fuit in Notationibus ad Romanum Martyrologium adversus eumdem impostorem; cujus quidem epistola commentitia adeo immensa clades ea ex parte infertur Ecclesiæ, ut nisi falsa omnino ea esse convinci posset, plane ex Ecclesiæ Catholicæ albo expungenda fuissent sanctorum Africanorum martyrum agmina, qui in persecutione Uvandalica pro fide Catholica magna gloria certantes, atque agonem summa patientia consummantes, assecuti sunt martyrii palmam; delendique pariter forent ex Ecclesiasticis tabulis præclarissimi confessores, qui per illud spatium annorum centum in Africana Ecclesia claruere doctrina, atque vitæ sanctitate conspicui: Etenim si integro sæculo, hoc, nempe a Bonifacio Primo usque ad Bo-

nifacium Secundum, Africana Eccleſia perſeveravit in ſchiſmate; nihil eſt ut aliquis potuerit interea legitima impertiri corona martyrii, vel in aliquo confeſſionis præmio munerari; cum & ſententia Cypriani & ipſius Auguſtini Africanorum Antiſtitum atque doctorum, certum exploratumque ſit, nullam eſſe poſſe ſchiſmaticorum coronam & præmium, quæ nonniſi dentur in Eccleſia Catholica elargiri. Vide, rogo, in quod diſcrimen ille, quiſquis fuerit, adduxerit Eccleſiam: cum ſi ejus ſtare poſſet epiſtola, corruere neceſſe eſſet ea ex parte Dei illam ſtructuram, quæ tot ſanctorum martyrum & confeſſorum vivis eſt aucta lapidibus.

XCIV. Cæterum toto cælo (ut dicitur) palam fecimus, & demonſtravimus clariſſima omnino luce ab homine vafro elaboratum eſſe commentum, dum oſtendimus, nec hoc tempore ſub Bonifacio, Cæleſtinove, vel eorum ſucceſſoribus Romanis Pontificibus interciſam fuiſſe vel ad unius diei tantum ſpatium, vel horæ momentum, Africanæ cum Romana Eccleſia communionem; quod & tibi notius fiet ex his quæ inferius ſingulis ferme annis dicturi ſumus: ut nulla prorſus dubitatio hac de re animum tuum pulſare poſſit: Unde plane intelligas epiſtolam illam eſſe falſiſſimam, ſive ejus ſpectes argumentum, ſive explores quæ in ea auctor congeſſit alia aperta mendacia. His addas, quod dum finxit Bonifacium Secundum eam ſcribere epiſtolam ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinum, plane de Eulalio tum Epiſcopo Alexandrino manifeſtæ id redarguitur falſitatis; cum conſtet tempore Bonifacii Secundi præfuiſſe Eccleſiæ Alexandrinæ Timotheum ejus nominis tertium, ſive quartum potius dicendum; eumdemque hæreticum, & a Romana Eccleſia alienum. Sed nec eſt quod fingi poſſit aliquis alius Eulalius nomine præfuiſſe Eccleſiæ Carthaginenſi; cum tempore ejuſdem Bonifacii, regnante Gelimere Wandalorum Rege, nec unus eſſet reperiri in Africa Catholicæ communionis Epiſcopus. Inſuper dum inconcinnus effictor in eadem epiſtola meminit Juſtini tunc regnantis Imperatoris, quam aperte ſe mentitum eſſe ſignificat? etenim eo tempore Bonifacii non Juſtinus, ſed Juſtinianus regnabat in Oriente. Vides lector, quot quantiſque certis demonſtrationibus res tibi facta ſit nota; cum vel una tantum ex adductis hic rationibus pluſquam ſatis eſſe potuerit ad arguendam epiſtolæ falſitatem: & intelligis quanto periculo recipiantur indiſcuſſa quæ Romanorum Pontificum nomine edita. At de his hactenus.

XCV. Jam vero elucidatis, quæ in maximam controverſiam ab adverſariis deducta erant atque defenſa: reliqua ejuſdem ſexti Concilii Carthaginenſis abſolvamus. In Concilio Carthaginenſi, ſive hoc, ſive alio ſub eodem Bonifacio celebrato, editus eſt canon de libris canonicis divinæ Scripturæ: extat adhuc, ſed neſcio quomodo relatus ſub Concilio tertio Carthaginenſi ſub numero quadrageſimoſeptimo, ubi ad finem de confirmatione canonis per Romanum Pontificem Bonifacium iſta ſubjiciuntur (*a*): *Hoc etiam fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel* aliis earum partium Epiſcopis pro confirmando iſto canone innoteſcat, quia a Patribus iſta accepimus in Eccleſia legenda. Liceat etiam legi Paſſiones martyrum, cum anniverſarii dies eorum celebrantur.* Hæc canon. Ex quibus vides, lector, quantum deferrent Africani Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ, dum eodem tempore, quo ea agitabatur controverſia, nihil remiſerunt ſummiſſionis, & reverentiæ erga Romanum Pontificem. Sed & illud conſidera, quod ſi in hagiographis ſuſcipiendis confirmationem requirunt illi ab Apoſtolica ſede, quantum abeſt ut ob cauſam aliorum canonum ab ea voluerint ſeparari? Quamobrem & illud *accidiſſe diximus*, quod licet canones illos citatos nomine Concilii Nicæni inter alios Nicænos canones minime reperiri contigerit; nihilominus eoſdem, ac ſi Nicæni fuiſſent, cuſtodiendos acceperunt. Porro canonem iſtum de ſacris libris fuiſſe (quod poſtularant) a Bonifacio Romano Pontifice confirmatum, inde certum ducimus argumentum, quod S. Auguſtinus ſcribens ad Quintianum hæc ait: (*b*) *Vos ipſi prius nolite in ſcandalum mittere Eccleſiam: legendo in populis ſcripturas, quas canon Eccleſiaſticus non recepit:* & paulo poſt: *Non memineris in Concilio inſtitutum, quæ ſint Scripturæ canonicæ, quæ in populo Dei legi debeant? Recenſe ergo Concilium: & omnia quæ ibi legeris, commenda memoriæ, &c.* Hæc ipſe, ut de confirmatis ab Eccleſia ſacris libris.

(*a*) *Conc. Carth. 3. cap. 47. * &* Canonem ſcripturæ divinæ confirmat Roman. Pont.

(*b*) *Aug. epiſt. 235.*

XCVI. Quod inſuper ad legendas Paſſiones martyrum in Eccleſia anniverſaria die canon ſanciviſſe videtur: id quidem haud improbavit Rom. Pontifex, licet minime Eccleſia Romana uſu receperit, quod ſcilicet (ut teſtatur Gelaſius) ex eis aliqua ab idiotis, aliqua etiam ab hæreticis probarentur fuiſſe compoſita. Sed hæc intellige de prolixioribus Actis ſanctorum martyrum, quorum vix pauca reperiri contingit ſuo priſtino quo ſunt ſcripta, candore atque ſimplicitate nitescere, de quibus hæc habet & ſextæ Synodi canon (*c*): *Quæ a veritatis hoſtibus conficta ſunt martyrum hiſtoriæ, ut ſic martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri eſſent in infidelitatem deducerent, in Eccleſia non*

Acta martyrum quæ exploſa.

(*c*) *Apud Theod. Balſam. ſext. Synod. cap. 63.*



*non publicari jubemus, ſed eas igni tradi: qui eas autem admittunt, vel tamquam veris eis mentem adhibent, anathematizamus.* Hæc ibi. Cæterum compendioſæ illæ Paſſiones martyrum, quas continent Martyrologia, anniverſaria quaque die, qua iidem paſſi ſunt martyres, tam apud Latinos quam Græcos antiquo uſu ſemper in Eccleſia recitari conſueverunt. Sed redeamus ad Synodum.

XCVII. De Innocentii legatione in Orientem. Decreta jam in eadem Synodo, ut dictum eſt) magna celeritate legatione in Orientem ad perquirendos Nicænos canones, duo inventi delectique ſunt qui idem munus obirent, Innocentius preſbyter, & Marcellus ſubdiaconus Eccleſiæ Carthaginenſis: quorum prior Innocentius presbyter miſſus eſt Alexandriam ad Cyrillum ejus Eccleſiæ Epiſcopum, Marcellus vero ad Atticum Conſtantinopolitanum Epiſcopum: hæc quidem ex redditis ab eis ad Synodum litteris perſpicua ſiunt, quibus Cyrillus diem Paſchatis anni ſequentis ad XVII. Kal. Maias annunciavit: conſtat quidem etiam ipſum (ut agebat Theophilus) annis ſingulis ſingulas ſcripſiſſe Paſchales epiſtolas. Extant ipſæ in vaticana bibliotheca numero trigintaduæ, quas exſcribendas curavimus, & Latinitate donandas per Federicum Metium diligenter in opus incumbentem.

XCVIII. Quod rurſum ad Innocentium presbyterum ad Cyrillum Alexandriam miſſum pertinet: ipſum inde profectum eſſe Hieroſolymam, reddidiſſeque S. Hieronymo litteras S. Auguſtini & Alypii, ex ejuſdem ad eos reſponſione perſpicue poſſumus intelligere. Inter alia autem iidem Auguſtinus & Alypius ſuis litteris rediderunt S. Hieronymum certiorem de damnatione facta hæreſis Pelagianæ. Qua de re magna ipſe Hieronymus lætitia affectus eſt; unde ad eos: *Mihi* (inquit *a*) *omnis occaſio gratiſſima eſt per quam ſcribo veſtræ reverentiæ, teſtem invocans Deum, quod (ſi fieri poſſit) aſſumptis alis columbæ, veſtris amplexibus implicarer, ſemper quidem pro merito virtutum veſtrarum, ſed nunc maxime, quia cooperatoribus & auctoribus vobis hæreſis Cæleſtiana jugulata oſt: quæ ita infecit corda multorum, ut cum ſuperatos damnatoſque eſſe ſe cenſeant, tamen venena mentium non omittant; & quod ſolum poſſunt, nos oderint per quos putant libertatem docendæ hæreſeos perdidiſſe.* Hæc ipſe. Meminit in eadem ipſe epiſtola de S. Euſtochio proxime defuncta, & quidem (ut videtur) hoc anno: nam anno ſequenti ab adventu Innocentii presbyteri ſe eam epiſtolam ſcripſiſſe teſtatur, qui hoc anno (ut dictum eſt) illuc ab Africanis Epiſcopis miſſus fuit. Sicque & ſequenti anno eam ab ipſo epiſtolam ſcriptam apparet: ante quam haud pridem (ut ibi ait) S. Euſtochium defuncta erat: fuiſſe quidem videtur illa noviſſima omnium epiſtolarum ipſius: nam anno ſequenti (ut dicemus) eumdem S. Hieronymum ex hac vita migraſſe, Proſper affirmat.

(*a*) *Hier. epiſt. 79.*

XCIX. Tempus Euſtochii Monaſticæ obſervantiæ. Ex his igitur (ut vides) conſignatum habes tempus migrationis clariſſimæ genere & ſanctitate celeberrimæ Euſtochii virginis, S. Paulæ filiæ, agentis Bethlehem una cum matre annis viginti, poſt illius vero obitum annis quindecim, ut ex litteris (*b*) ejuſdem Hieronymi ad eam in matris tranſitu ex hac vita ſcriptis intelligi poteſt, dum ſub Conſulatu Honorii ſexto & Ariſteneti (qui eſt annus Domini quadringenteſimuſquartus) numerat commorationis ejuſdem Paulæ matris Bethlehem annos viginti, a tempore videlicet quo una cum filia Euſtochio illuc profecta erat: a quo quidem tempore uſque in præſentem annum incolatus monaſterii Bethlehemitici ſuperſtitis Euſtochii filiæ anni intercurrunt quindecim: ſicque anni fient triginta quinque monaſticæ obſervantiæ ejuſdem Euſtochii in Bethlehemitica manſione, actis jam ante Romæ in ſancto propoſito una cum matre annis quinque: Hæc omnia liquent ex teſtificatione S. Hieronymi, caſtiſſimæ virginis cum cæleſti ſponſo nuptiarum ſpiritualium pronubi, morum excultoris, & fidiſſimi ejus integritatis ad obitum uſque cuſtodis: cujus quidem ſcriptis, quæ qualis, quantaque S. Euſtochium fuerit, ſexcentis ferme locis, haud obſcuris notis declaratum

(*b*) *Hier. epiſt. 27.*



PAGIUS XXXII. *Hieronymus meminit Anniani Pelagiani & mortis Sanctæ Euſtochii.*

Ad num. XCVIII. Divus Hieronymus in Epiſtola CCII. inter Auguſtinianas, alias XXIV. Alypio & Auguſtino gratulatur, quod eorum opera Cæleſtiana ſeu Pelagiana hæreſis extincta ſit, & excuſat, quod nondum reſellerit libros *Aniani pſeudo-Diaconi Celedenſis*. Baronius exiſtimat, eam Epiſtolam anno ſequenti datam; ſed *Innocentius* Presbyter ejus perlator in Orientem ad Cyrillum a Patribus Africanis miſſus, inde rediens in Africam ante diem XXVI. Novemb. ut ſupra oſtendi, ea dubio procul occaſione viſo *Hieronymo*, Epiſtolam de qua agitur afferendam accepit, hoc ipſo anno; non vero ſubſequenti. Quippe Epiſtolæ initio ut obſervant Patres Benedictini in editione Epiſtolarum Sancti Auguſtini, cum Hieronymus excuſat, quod Innocentius *anno præterito quaſi nequaquam in Africam reverſurus*, ipſius ad Auguſtinum ſcripta non ſumſerit, indicat duas *Innocentii* peregrinationes in Orientem: quarum prima ſi quidem *Innocentius* de ſuo in Africam reditu incertus erat, non eſt eadem cum illa quam hoc anno Africanæ Synodi auctoritate ſuſcepit. Neque Baronius ex his Hieronymi verbis recte colligit, Epiſtolam anno ſequenti a legatione Innocentii ſcriptam fuiſſe. Garnerius Tom. I. Oper. Mercatoris pag. 341. de hac Epiſtola Hieronymi loquens, ſuſpicatur Innocentium

invenies. Extitit ipsa plane terra bona & optima, quæ tanto cultore digna fructum reddidit centuplum, & quidem in patientia: cujus specimen insigne edidit illud novissime quod grassatores passa, cædes, & incendia, bonorumque depræ-dationem, & his omnibus acerbiores minas, conquesta de his apud Romanum Pontificem, noluit nomina recensere sceleratorum tanta sacrilegia perpetrantium, nec eorum ad facinus impulsoris edisse-rere voluit accusatrix; sed signaculo Christianæ mansuetudinis ac patientiæ illibatam virginitatem, & custoditam quam exactissime disciplinam monasticam con-signavit, sic nempe summa integritate, & sanctitate totius vitæ transactæ period-dum quam honestissime atque sanctissime claudens.

C. De S. Eustochii ad Deum transitu.

Hic finis Juliæ Eustochii, immo prin-cipium vitæ, cum exoptatum diu nuptia-rum tempus advenit, jam longe ante plurimos annos ab ipso S. Hieronymo ei jugiter contemplandum ob oculos posi-tum, cum in nobili illa de institutione virginis scriptione in ipsius sublimi pro-fessione virginitatis tyrocinio elucubrata ad finem ista de ejus fine philosophatus, vel potius vaticinatus, habet (a): *Egre-dere, quæso, paulisper de carcere, & præsentis laboris ante oculos tibi pinge mercedem, quam nec oculus (b) vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Qualis erit illa dies, cum tibi Maria mater Domini choris occurret co-mitata virgineis, cum post Rubrum ma-re, submerso cum suo exercitu Pharaone, tympanum tenens præcinet responsuris: Cantemus (c) Domino: gloriose enim ho-norificatus est: equum & ascensorem pro-jecit in mare. Tunc Thecla in tuos læta volabit amplexus. Tunc & ipse sponsus occurret, & dicet: Surge (d) veni spon-sa mea, veni proxima mea speciosa mea, columba mea; quia ecce hiems transivit, pluvia abiit sibi. Tunc Angeli mirabun-tur, & dicent: Quæ (e) est ista pro-spiciens quasi diluculum, speciosa ut Lu-na, electa ut Sol? Videbunt te filiæ, & laudabunt Reginæ, & concubinæ prædi-cabunt. Hinc & alius castitatis chorus occurret; Sara cum nuptis veniet, filia Phanuelis Anna cum viduis. Erunt in di-*

(a) *Hier. ep. 22. in fin.*
(b) *Isai. 64.*
(c) *Exod. 15.*
(d) *Cant. 3.*
(e) *Cant. 9.*

*versis gregibus carnis, & spiritus ma-tres tuæ. Lætabitur illa, quod genuit: exultabit ista, quod docuit &c.* Hæc Hie-ronymus de futuro jam diu ante descri-pto Eustochii ad Deum transitu: tale namque ante triginta, & amplius an-nos de venturis cum sponso cælesti ejus nuptiis dulce præcinuit epithalamium, quod nos hic epitaphii loco posuimus. Non enim lacrymis, sed gaudiis, nec funeris, sed triumphi pompa prosequi decet tantam virginem migrantem ad Christum virginum sponsum.

CI. Eustochii ætas.

Quot autem annos nata sanctissima virgo decesserit, haud excessisse putamus ætatis annum quinquagesimum: utpote quam tempore S. Blesillæ sororis obitus (cujus suo loco & tempore quarto to-mo meminimus) haud provectæ satis æ-tatis fuisse, idem Sanctus Hieronymus (f) testari videtur, ubi in consolatione Paulæ matris de ejusdem Blesillæ obitu ait: *Parce saltem Eustochio tuæ, cujus parva adhuc ætas & rudis pene infantia.* Fuit autem ipsa inter quinque S. Paulæ filios tertio loco genita. Erat Blesilla o-mnium primogenita, secunda Paulina, tertia Eustochium, quarta Ruffina, quin-to vero loco & ultimo Toxotius natus ut ex testificatione ejusdem Hieronymi satis liquet. Cum igitur tempore profe-ctionis S. Paulæ ex Urbe Hierosolymam ante annos (ut diximus) trigintaquin-que, ut idem testatur (g), esset Ruffi-na quarto loco nata jam nubilis; quæ diximus de ætate Eustochii, confirmari posse videntur, ut quæ ante ipsam or-ta Eustochium haud minor annis tunc quindecim fuisse dicatur: qua quidem inita de annis Eustochii ratione, ipsam quinquagenariam decessisse dicendum e-rit. Porro dies natalis sanctissimæ virgi-nis Eustochii relatus reperitur a Roma-na Ecclesia in tabulas Ecclesiasticas quar-to Kal. Octobris hoc elogio: *Eodem die S. Eustochii virginis filiæ B. Paulæ; quæ ad Præsepe Domini cum aliis virginibus enutrita, præclaris meritis fulgens, mi-gravit ad Dominum.* Hæc ibi publica te-statione, cum alioqui privati obsequiis omnes ferme sacræ virgines eam consue-verint frequentare.

(f) *Hieron. epist. 25.*
(g) *Hieron. epist. 27.*

Sic

PAGIUS tium, qui literarum Hieronymi portitor, non fuisse eumdem ac qui Alexandriam legatus est ab Africanis, quia *qui legatus fuerat Innocen-tius utique reversurus erat*. Verum Hiero-nymus solum indicat. *Innocentium* suæ Epi-stolæ perlatorem in prima sua peregrinatio-ne anno superiori suscepta in incerto fluctuas-se, an eo anno in Africam rediret. Non di-cit autem in secunda peregrinatione, quando ei Epistolam suam configavit: anno scilicet præsenti, de reditu certum non fuisse ideoque *Innocentius*, qui literas Hieronymi attulit, di-

versus non est ab Innocentio, qui Alexandriam ab Africanis missus fuerat. Meminit in ea Epi-stola Hieronymus Sanctæ *Eustochii*, quæ in Tabulis Ecclesiasticis colitur IV. Kal. Octob. & de qua pluribus Baronius num. XCIX. & seqq. Eam ejusque matrem Sanctam *Paulam* ad studium sanctimoniæ induxerat *Hieronymus*, i-deoque ingens odium sibi conciverat apud Ro-manos, nec sine suspicione quod eas turpiter amaret, ut ipsemet scribit Epist. XCIX. ad *Asellam*. Quoad ejus dormitionem, cujus dolore se vehementer occupatum testatur Hieryno-mus



CII. De S. Paula Junio-re.

Sic igitur cum ex humanis Eustochium decessisset, solatio amitæ remansit Paula Junior destituta. Hæc (ut dictum est) nata est ex matre Læta atque Toxotio filio Sanctæ Paulæ, de cujus educatione ad ejus matrem S. Hieronymus epistolam scripsit (a) dictaque est ad discri-minationem Paulæ Senioris ejusdem aviæ ista Paula neptis: de qua idem S. Hie-ronymus in dicta epistola ad Augusti-num, & Alypium in fine his verbis (b): *Paula vestra neptis:* sed melius ita in ali-quibus scriptis codicibus: *Paula neptis vestra:* & quod sequitur: *miserabiliter deprecatur, ut memores ejus sitis, & mul-tum vos salutat.* Hæc de ipsa: quæ in eo-dem relicta monasterio, quando diem ex-tremum clauserit, nobis est hactenus in-compertum. Par est autem credere, ut quæ (quod suo loco dictum est superius) nata est ex repromissione martyris, & ab ipsis incunabulis Deo dicata, tantarum-que feminarum sancta educatione nutri-ta, ac S. Hieronymi scriptis ab infantia ad summum virtutum exemplar instituta, finem egregia pariter clauserit sanctitate.

(a) *Hieron. epist. 7.*
(b) *Hieron. epist. 79.*

CIII. De Melania Junio-re, & to-tius.

Sed & illud, & ex eadem S. Hiero-nymi epistola velim obferves, ipsum non Paulæ neptis tantum nomine eisdem Au-gustino atque Alypio Episcopis salutem impertire, sed nomine etiam Albinæ, Piniani, atque Melaniæ, quos ante se-ptem annos diximus versatos in Africa, & postea una simul venisse Hierosoly-mam: ait enim (c): *Sancti filii commu-nes Albinus *, Apinianus *, & Melania plurimum vos salutant.* Hæc ibi. Verum pro Albinus, Albina, & pro Apinia-nus, Pinianus restituendi sunt, nisi præ-ter Albinam matrem fuerit illic Albinus filius. Sed quando (inquies) hi Hiero-solymam pervenerunt? ante triennium. Et ne putes nos agere conjectura, vel divinare; habes id ipsum expresse demon-

(c) *Hieron. epist. 79.*
* *Albina.*
* *Pinianus.*

(d) *Extant apud Metaphr. die 31. Januar. & Sur. t. 1.*

stratum in rebus gestis (d) ejusdem Me-laniæ Junioris: ubi cum dicatur eadem annis septem in Africa commorata; si re-petas tempus ejus Roma illuc profectio-nis, quam accidisse diximus anno qui præcessit Urbis cladem, nempe quadrin-gentesimonono; & ab eo tempore numeres septem illos annos, invenies utique ante triennium (ut dictum est) ipsam ac ejus socios Hierosolymam perveniss, & una cum ea Albinam matrem Melaniæ Junio-ris, ut ejus acta testantur: fuisse namque hanc Albinam nomine conjugem filii Me-laniæ Senioris, Palladius docet (e).

(e) *Pallad. in Lausiac. c. 33.*

CIV.

Ab ipso autem Hierosolymam adventu post dies quadraginta defunctam esse Me-laniam Seniorem, Palladius (f) tradit, licet de aliis nullam habeat mentionem: quos dum ait inferius (g) vitam duxisse in Campania & in Sicilia; plane igno-rasse visus est, ex Augustino certum red-di eosdem in Africa degisse; nesciss pa-riter, ex S. Hieronymo palam fieri eos-dem Hierosolymam profectos esse: quæ omnia pluribus testantur Acta S. Mela-niæ Junioris. Quinetiam ex eodem S. Au-gustino constat, hos, cum Hierosolymam perveniss, & Pelagium ibi agentem invenisset, ipsum admonuisse, ut ea o-mnino damnaret, quæ ab Orthodoxis ad-versus eum objicerentur: ipsum autem, veluti eis obtemperantem, scripsisse ana-thematismum adversus illos errores, qui ab Occidentalibus in eum objecti essent: sed quam dolose, quamque veteratorie, S. Augustinus aperuit. Sed accipe modo quid ipse de his cum Pelagio agentibus scriptis tradat (h): *Scripsistis mihi, cum Pelagio vos egisse, ut quæcumque adver-sus eum dicerentur, scripto damnaret; eumque dixisse, audientibus vobis: Ana-themo, &c.* Miserunt autem dicta a Pe-lagio iidem Albinus *, Pinianus, atque Melania ad ipsum Augustinum: qui post-

(f) *Pallad. in Lausiac. cap. 47.*
(g) *Idem c. 49.*

Albinus, & Pinianus admonent Pelagium.

(h) *Aug. de Christ. grat. lib. 1. c. 1.*

* *Albina.*

ea

AAGIUS

XXXIII. *Paulæ Junior & Melaniæ Junior flo-rent in Pa-læstina.*

ferimen *Paulæ* aviæ, Paulæ neptis dici potue-rit, sicuti & filia, spiritualis nempe, Augusti-ni & Alypii. Sed iidem Patres Benedictini nul-lum memorant MS. quo lectio Baronii compro-betur. Præterea quia in Epistola Hieronymia-na loco, *Albina* in quibusdam MSS. legitur, *Albinus*, suspicatur Baronius *Albinam* habuisse filium nomine *Albinum*. Verum Albina nullum hoc tempore filium habuit; *Publicola* enim ju-nior, ejus filius, jamdiu obierat.

*Melania* senior cum Melania juniori, *Piniano* hujus marito, & *Albina* Melaniæ senioris nuru circa initium anni CCCCX. ex Sicilia in Afri-cam transmisere, ubi *per septem annos* apud Ta-gastem urbem mansere, annoque CCCCXVII. Hierosolymam venere, ubi *cum facultates divi-sisset, intra quadraginta dies dormivit in bona se-nectute, & summa mansuetudine & veneranda memoria*, inquit Palladius in Lausiaca cap. 118. loquens de Melania seniori, quam cum *sanctam ac perfectam in Christo feminam* appellet S. Pau-linus in Epistola ad Augustinum, ordine XCIV. inter ejusdem Augustini Epistolas, eamque sibi

XXXIV. *Melania senior Hie-rosolymis demortua.*

ab

stea sub Zosimo Papa contrariis scriptis ostendit impii hæresiarchæ fallacias. Sed de his alias.

CV. Melaniæ, & Piniani vitæ institutum.

De rebus autem gestis Melaniæ Junioris, ac Piniani viri ejus, ac sociorum, ejusdem Melaniæ vitæ Acta declarant; nimirum peregrinatos esse in Ægyptum ad visendos sanctos monachos eremi accolas, relicta Albina matre ob ingravescentem senectutem Hierosolymis: inde vero redeuntes Hierosolymam, seorsum a conjuge Pinianum vitam excoluisse, monasticam, Melaniam vero ad annos quatuordecim apud montem Oliveti clausam in cella perseveravisse, duxisseque ibi in angusto loco vitam Angelis similem, Mira quidem hæc videbuntur: sed si quis legat, quæ de ejusdem Melaniæ vitæ instituto, antequam Hierosolymam proficisceretur, cum adhuc in Italia ac Romæ potissimum versaretur, idem qui supra Palladius (*a*) scripsit, atque ea quæ de ejusdem vivendi ratione cum esset in Africa, eadem Acta habent; summum hujusmodi monasticæ vitæ genus tum ipsam, tum virum ejus attigisse, haud valde mirabitur, cum se ab initio penitissime Deo ambo addixissent.

(*a*) *Pallad. in Lausiac. cap.* 49.

CVI. Christi apparitio mirifica super Montem Oliveti.

Sed quid hoc item anno mirandum acciderit in Palæstina, Marcellinus in Chronico, sub iisdem Consulibus Monaxio & Plinta, docet his verbis: *Multæ Palæstinæ civitates, villæque terræmotu collapsæ sunt. Dominus noster Jesus Christus, semper ubique totus, super montem Oliveti Hierosolymæ vicinum sese de nube manifestavit. Multæ & tunc utriusque sexus vicinarum Gentium nationes tam visu quam auditu perterritæ, atque credulæ sacro Christi fonte ablutæ sunt: omniumque baptizatorum in tunicis crux Christi Salvatoris Divinitatis nutu extemplo pressa refulsit.* Hæc Marcellinus, & alii. Cujus quidem rei adeo admirabilis occasione, de tempore adventus Domini ad judicandum cœpti sunt ubique miscери sermones; quod ex Danielis (*b*) Prophetæ vaticinio jam prænunciatus esset, adventus Filii hominis in nubibus, & Zacharias (*c*) de ipso loco ejus adventus super montem Oliveti prædixerat. His insuper accedebat etiam, quod memoria omnium retinerentur, quæ ab Angelis dicta, a Luca (*d*) vero Evangelista conscripta sunt verba illa in eodem monte Oliveti, ubi Christus ascendisset in cœlum, & de ipso Domino Jesu ita prænunciata: *Quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum, ita veniet.* His, inquam, divinis prædictionibus, & cœlitus ea facta apparitione, de venturi Domini ad judicandum tempore inter disertos viros disceptari cœptum. Cujus occasione scripsisse videtur Hesychius (*e*) ad S. Augustinum de novissima die; quæ, cum præcessissent (ut ait) tot signa, jam videretur instare. Cum & ipse S. Augustinus (*f*) prolixa disputatione, epistola ad eumdem Hesychium reddita, itidem egit de novissimi diei tempore: quam quidem hoc ab ipso scriptam esse anno, ex eo redditur exploratum, dum numerans Domini annos ita ait: *A nativitate Domini computantur anni ferme quadringenti viginti, a resurrectione autem, vel ascentione ejus anni plus minus trecenti nonaginta.* Cæterum ipse redarguit de his curiosum nimis exploratorem; cum tamen

(*b*) *Dan.* 7.

(*c*) *Zach.* 14.

(*d*) *Act.* 1.

(*e*) *Apud Aug. epist.* 79.

(*f*) *Aug. epist.* 80.

PAGIUS ab Augustino in Epistola ad se data laudatam significet, apparet eam rectam fidem edoctam esse, ab Alypio præfertim & ab Augustino per illud septennium, quo cum suis ea in Africa mansit. Cum vero idem Palladius ibidem tradat, eam *sexagintæ annos* natam ex Oriente Romam rediisse, idque anno Christi CCCXCVII. ut suo loco demonstravimus, apparet etiam eam circa annum CCCXXXVII. in lucem prodiisse, anno CCCLXXI. in Orientem Rufino Aquileiensi comite se se contulisse, & octogenaria majorem e vita migrasse. Post ejus mortem *Melania junior* in Ægyptum ad invisendos Sanctos Monachos cum *Piniano* marito peregrinata est, tandemque rediere Hierosolymam, & *Melania* per annos quatuordecim se se in domuncula inclusit, ut narrat Baronius ex Actis ejus vitæ & infra explicabimus.

XXXV. *Interrogatur S. Augustinus de die supremo mundi.*

Ad num. CVI. Patres Benedictini in editione Epistolarum Sancti Augustini existimant, Epistolam ejus CXCVII. alias LXXVIII. ad Hesychium Salonitanum Episcopum, *de die supremo mundi non inquirendo*, & Epistolam Hesychii ad Augustinum de signis ultimi Christi adventus, quæ alias erat LXXIX. nunc CXCVIII. scriptas esse sub finem superioris anni aut præsentis initio; quod Hesychius num. V. dicat, signa per id tempus in Cælo visa fuisse, hunc-

que respicere putent ad insignem illum Solis defectum, qui anno præcedenti contigit, quem *tanta siccitas secuta est, ut multorum hominum, aliorumque animalium insuetam ubique mortem inferret*, inquit Philostorgius lib. 12. quibus Hesychius signis permotus videtur, inquiunt, occasionem sumsisse conflendi Augustinum de ultimo die mundi. Hinc Epistolam Augustini de fine sæculi CXCIX. alias LXXX. ad eumdem Hesychium, hoc anno exaratam arbitrantur. Verum a sententia Baronii, qui eas Epistolas occasione signorum ac terræ motuum, qui hoc anno accidere, conscriptas fuisse autumavit, non videtur recedendum. Marcellinus enim in Chronico sub hujus anni Coss. ait: *Multæ Palæstinæ Civitates Villaque terræ motu collapsæ. Dominus noster Jesus Christus semper ubique totus, & super montem Oliveti Hierosolymæ vicinum se se de nube manifestavit. Multæ & tunc utriusque sexus vicinarum gentium nationes, tam visu quam auditu perterritæ atque credulæ, sacro Christi fonte ablutæ sunt, omniumque baptizatorum inimicis in tunicis Crux Christi Salvatoris, divinitatis nutu, extemplo pressa refulsit.* Continuatio itaque signorum, novaque spectacula, quæ hoc anno visa, ut de die ultima sæculi serio inquireretur, *Hesychio* ansam præbuit.

Phi-



men ipse contra, diem illum haud instare demonstret ex signis; cum longe abesset, ut impletum dici posset, quod apud Matthæum ait Dominus: (*a*) *Prædicabitur hoc Evangelium Regni in universo Orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio:* nam subdit (*b*); *Sunt enim apud nos, hoc est, in Africa barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondum prædicatum esse Evangelium, ex iis qui ducuntur inde captivi, & Romanorum servitiis jam miscentur, quotidie nobis edisceре, in promptu est. Pauci tamen anni sunt, ex quo quidam eorum rarissimi atque paucissimi, qui pacati Romanis finibus adhærent, ita ut non habeant Reges suos, sed super eos Præfecti a Romano constituantur Imperio, & illi & ipsi eorum Præfecti Christiani esse cœperunt. Interiores autem, qui sub nulla sunt potestate Romana, prorsus nec religione Christiana in suorum aliquibus detinentur.* Hæc Augustinus, cum de his agit. Sane quidem temporibus Censerici Vvandalorum Regis in Africa, in interiori Mauritaniæ parte in regno Capsur cœptum fuisse Evangelium prædicari, occasione confessorum illuc relegatorum, Victor (*c*) affirmat.

(*a*) *Matt.* 24.

(*b*) *Aug. ead. ep.* 80. Evangelium nondum toto Orbe diffusum.

(*c*) *Victor de persecut. Vvand. lib.* 1.

CVII. Cum vero serperet venenum hæresis Manichæorum in Galliis hoc eodem tempore, Bonifacius Papa hoc anno interpellatus libello accusationis a clericis Ecclesiæ Valentinæ adversus Maximum Episcopum Manichæorum sectatorem, delegavit causam cognoscendam Episcopis septem provinciarum. Extat ipsa de his epistola Bonifacii data hoc anno Idibus Juniis sub Consulatu Monaxii. Vides igitur accusationes Episcoporum deferri solere ad Romanos Pontifices. Quomodo autem Manichæi in Africa detecti fuerint, dicemus anno sequenti.

CVIII. Hoc item anno, iisdem Consulibus, defuncto Chrysantio Episcopo Novatiano Constantinopoli, in locum ejus suffectum esse Paulum, Socrates suorum Novatianorum texens successionem Episcoporum affirmat: sub quo de Judæo hæc contigisse narrat (*d*): *Judæus quidam veterator Christianam fidem simulans, sæpius baptizatus fuit: per quam fallaciam multas corrasit pecunias. Postquam autem multos ex variis sectis homines (Arianorum enim, & Macedonianorum baptismum receperat) dolo ludificatus, non habebat amplius quibus imponeret, tandem ad Paulum Novatianum Episcopum venit; ait se magna cupiditate baptismi recipiendi flagrare: per ejus manum ut illud assequatur, orat. Paulus ejus probat institutum; verum se non prius illi baptismum daturum ait, quam sit fidei articulis institutus, diesque quamplures jejuniis vacaverit. Judæus contra voluntatem jejunare coactus, acriter instare, uti baptismo donetur. Paulus quoniam illum tam obnixe baptismum petentem mora nolebat offendere, parat res ad baptismum necessarias. Cumque vestem candidam pro illo emisset, & alveum baptisterii aquæ impleri jussisset, Judæum eo deduxit, ut illi baptismum impertiret. Verum aqua universa, divina quadam virtute, quæ oculis cerni præcipue non poterat, subito exhausta est. At cum neque Episcopus, neque alii qui aderant, accurate considerarent qua ratione id accidisset, sed*

(*d*) *Socrat. lib.* 7. *c.* 17. De Judæo sæpius baptizato.

PAGIUS Philostorgius citatus postquam de eclypsi, quæ anno præcedenti apparuit, locutus est, narravitque quæ de ea eo anno ex ipso retulimus, ait: *Insequenti anno terræ motus expere, qui cum superioribus haud facile conferri possint. Simul autem cum terræ motibus ignis quoque e cælo demissus, omnem salutis spem præclusit: nullam tamen hominibus cladem intulit. Divina enim benignitas immisso vehementi vento, cum ignem undique fugasset, in mare tandem projecit. Et videre erat novum quoddam spectaculum, maris videlicet fluctus quasi saltus quosdam ac sylvas, diuturno tempore conflagrare, donec flammæ penitus in mari extincta essent. Porro multis in locis cum terra movisset, visa sunt adium culmina magno cum fragore ac sonitu disrumpi, adeo ut ij qui intra domos erant, cælum ipsum oculis suis cernerent. Post hujusmodi autem divulsionem, ita rursus juncta & compaginata sunt, ut nullum ejus rei, quæ acciderat, indicium relinqueretur. Idem quoque pavimentis ædium accidit diversis in locis. Nam & horrea eos, qui sub ipsis habitabant, oppresserunt, frumenti acervum ipsis superfundentia per subitos hiatus: ac rursus solum ita coaluit, ut cuncti ambigerent, undenam frumentum illud lethale defluxisset. Alii præterea hujusmodi casus novi atque insueti eo tempore contigerunt, qui quidem manifestissime ostendebant, non naturali modo atque ordine ista evenire, ut gen-*

XXXVI. *Prodigia quæ hoc anno acciderе.*

*tiles falso opinantur: sed divinæ indignationis flagella in homines immissa esse.* Respiciebat ad has calamitates Augustinus quando in Epistola CXCIX num. XXXVI. dicebat: *Nullam*, inquis, *patriam, nullum locum nostris temporibus non affligi aut tribulari certum est: sicut dictum est, præ timore & expectatione, quæ supervenient universo Orbi*, Lucæ 21. ℣. 26. Huc referendum quod scribit Idacius in Chronico, anno Abrahami 2435. qui Kalend. Octobris superioris Christi anni inchoatur: *In Gallicana regione in Civitate Biterris multa signa effecta terrifica, Paulini Epistola ejusdem Civitatis Episcopi enarrat, ubique directa.* Denique laudatas Epistolas occasione eclypsis Solaris anno superiori visæ scriptas non esse, palam etiam faciunt verba alterius Idacii in Fastis ad Consulatum Monaxii & Plintæ: *His Coss. S. Joannes* (legendum, Praylius) *Hierosolymorum Episcopus qui supra, Epistolam dirigit per Ecclesias Orbis terrarum, quæ habetur de signis terroribusque divinitus perpetratis.* Quare eæ Epistolæ sub hujus anni finem vel sequentis initio datæ.

XXXVII. *Hæresis Manichæorum in Galliis grassatur.*

Ad num. CVII. Hæresim *Manichæorum* in Gallis grassatam esse hoc tempore, ostendit Epistola Bonifacii Papæ ad Episcopos Galliæ de Maximo Valentinæ Civitatis Episcopo accusato a Clericis Civitatis illius, quod sectam Manichæorum sectatus fuisset. Epistola dicitur *data sub*

*sed aquam per foramen, quod in imo alveo fuit, per quod etiam alias aquam solebant educere, effluxisse existimarunt; alveum baptismi de integro, foraminibus undique in eo firme obturatis diligenter implent. At cum Judæus esset secundo in alveum baptisterii deductus, aqua rursus penitus evanuit. Itaque Paulus: O homo (inquit) aut veteratoris partes agis, aut baptismum ignorans recepisti. Quare ubi ob miraculum a multis eo concursum erat, forte quidam Judæum de facie novit, eumque ab Attico Episcopo baptizatum viderat. Hoc miraculum per Paulum Novatianum Episcopum editum fuit.* Hactenus Socrates, & ipse Novatianus. Sed hæc diligentiori sunt examine discutienda: extra enim Catholicam Ecclesiam nulli dari posse miraculum, apud omnes in confesso est.

CIX. De certa ratione miraculi editi.

Demus Socratem nihil esse mentitum (cum alioqui suspecta sit omnis de suis dogmatistis hæreticorum narratio) nihil est tamen quod ipse tribuere jure possit Episcopo Novatiano miraculum, quod potius tribuendum fuerat sacramento, sicut nec prophetia Caiphæ, sed cum Pontifex esset anni illius: verum namque reperiri apud hæreticos baptismum, jam totius Catholicæ Ecclesiæ sententia longe ante definitum fuisse liquet. Porro Novatiani cum verissimi assertores essent sanctissimæ Trinitatis, cujus rei causa (ut dictum est) passi sunt Christiani. Imperatores eos in Civitatibus commorari: æque probatum fuisse illorum baptismum ab Ecclesia Catholica, nulla est dubitatio vel controversia. Non sic quidem de Arianorum atque Macedonianorum baptismo accidit. Nam cum Ariani additamento Eudoxii, iidem facti ibi in Thracia sunt Eudoxiani, eorum baptisma, sicut & Macedonianorum, Catholica Ecclesia penitus respuit, in quo nulla esset assertio Trinitatis, sub qua conferri debere baptismum, Dominus suis mandavit Apostolis. Sed cur (inquies) cum baptizatus est ab Attico Episcopo Constantinopolitano, non evanuit aqua, sicut cum initiandus ille erat a Paulo? Ea nimirum ex causa, quod tunc nulla fieret per reiterationem injuria sacramento, cum ante collatum sive per Arianos, sive per Macedonianos, nullius esset momenti: nec ante quidem Judæus ille baptismum est consecutus, quam cum ab Attico eo initiatus est sacramento. Stetit tunc aqua, quia tunc primum verum baptismum collatum fuit: fluxit, cum in prioris injuriam secundum baptismum, licet ignorans, Paulus præparasset. Cessit igitur miraculum illud in confirmationem potius Catholicæ veritatis, quam ad Pauli merita illustranda, quem Socrates laudibus ornat.

CX. Contigit hoc ipso anno itidem Constantinopoli, ut cum quamplurimi pœnam luituri essent, eo quod opifices conficiendarum navium ad barbaros transmisissent; agente pro eis apud Imperatorem Theodosium Asclepiade Episcopo Chersonen-

PAGIUS *sub die Idus Junias, Monaxio Viro clarissimo Consule*, Porro cum Monaxius & Plinta in Oriente Consules creati fuerint, utriusque nomen in Actis publicis in Occidente scriptis enunciari debuit, vel formula *post Consulatum* adhiberi, & vice versa in Oriente, quando uterque Consul in Occidente dignitatem inierat. Et tamen hoc ipso anno Bonifacius Papa aliam Epistolam dedit solo Monaxii Consulis nomine notatam, ut videre est anno CCCCXXI. num. VIII. Ea in re aliud quod dicam non habeo, nisi aliquando licet rarius, unici Consulis mentionem factam in Occidente, quando uterque Consul Orientalis erat. Aliud exemplum profero ex quarto Tomo Concil. petitum, ubi pag. 1070. refertur Epistola Simplicii Papæ Basilisco Augusto data, licet sciolus aliquis loco, *Basilisco Augusto* posuerit, *Zenoni Augusto*, uti anno CCCCLXXVI. quo ea Epistola a Simplicio Papa scripta, ostendimus. In ejus subscriptione dicitur: *data quarto Idus Januarias Basilisco Augusto Consule*. Et tamen Armatius Basilisci in Consulatu Collega Consul etiam Orientalis erat qui ideo non minus quam Basiliscos memorari debuit. Binius ibidem in Notis ait, in notam Consularem mendum irrepsisse, & loco, *Armatii* positum esse nomen, *Augusti*. Verum explicationem illam refellit subscriptio Epistolæ ejusdem Pontificis paulo post ibidem relatæ, quæ dicitur data III. *Idus Januarii Consule suprascripto*. Quare Epistola pridie data unius tantum Consulis nomine insignita erat. Nisi quis dicat, hæc verba, *Consule suprascripto*, a Librariis addita esse; cum in ea Epistola Consulatus Basilisci nulla antea mentio facta fuisset. Quicquid hac de re sit, nonnisi pauciissima exempla occurrunt, in quibus Pontifices Romani vel alii Occidentales unius duntaxat Consulis meminerint, quando uterque Orientalis erat.

XXXVIII. Sed redeo ad Bonifacium Papam, cujus Epistola de accusatione *Maximi* Episcopi Valentini inscripta est Patroclo, Hilario, Castorio, Leontio, &c. *& cæteris Episcopis per Gallias & septem Provincias constitutis*. Patroclus erat Metropolita Arelatensis, & *Hilarius* Narbonensis primæ: *Castor* vero Episcopus Aptensis in secunda Narbonensi, & *Leontius* Forojulienſis in eadem Provincia. Porro corpus septem Provinciarum Galliæ vulgo dictarum, licet mutilatum, adhuc subsistebat; pars sub Imperio Romano remanserat, & pars altera Gothis fœdere cesserat. Verum Bonifacius Papa istius cessionis rationem non habuit, ut ex inscriptione laudatæ Epistolæ liquet. *Castor*, qui in Ecclesia Aptensi & in supplemento Martyrologii Gallicani ad diem XXI. Septemb. colitur, non multo post ad Deum migravit. Ei *Cassianus* Abbas Cœnobii Massiliensis suos XII. *de institutis Cœnobiorum* libros nuncupavit, qui ideo ante præsentem annum elucubrati fuerant, parabatque etiam decem priores suas Collationes eidem inscribere, sed interea *Castor* e vivis excessit. *Cassianus libros XII. de institutis Cœnobiorum scribit.*

In iis *de Cœnobiorum Institutis* libris postremam Pelagianæ sententiæ moderationem *Cassianus* secutus dixit, nos posse bona opera humanis quidem viribus inchoare, at non sine divina gratia eadem perficere, ut videre est lib 12. cap. 14. Ne tamen putaretur sentire Gratiam Dei secundum merita dari, quæ erat Pelagianorum hæresis subjungit: *Dicimus enim secundum Salvatoris sententiam, dari quidem petentibus, & aperiri pulsantibus, & a querentibus inveniri: sed petitionem & inquisitionem & pulsationem nostram non esse condignam, nisi misericordiæ Dei id quod petimus, dederit, vel aperuerit quod pulsamus, vel illud quod quærimus, fecerit inveniri. Præsto est namque occasione sibi tantummodo a nobis bonæ voluntatis oblata ad hæc omnia conferenda.* Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 1. existimat, Cassianum hos libros edidisse etiam ante damnatam hæresim *Pelagii* ab Innocentio vel a Zosimo, quod Pelagii sententiam, qua gratiam nonnisi legem esse contendebat, cap. 18. referat & illam non reprehendat, Ægyptiosque Monachos Divinæ Providentiæ gratias egisse tradat, *quod adjuvet nos*, inquit Cassianus, *& illuminet, ut ipsum adjutorium nostrum, quod non aliud quidam interpretari volunt quam legem, intelligere & agnoscere valeamus*. In quibus graviter a Cassiano peccatum est; tum quod divinam gratiam ex Pelagii sensu explicatam citra reprehensionem proposuit, tum quod Augustini, in quem non bono animo fuisse in eo Opere ostendit, veram interpretationem tacitus præterivit. Ex quibus ante Pelagianorum damnationem libros XII. *de Institutis* Monachorum illum Auctorem scripsisse suspicatur Card. Norisius; cum ex libris quos postea contra Nestorium scripsit Pelagianorum hostis Cassianus agnoscatur.

XXXIX. *Semipelagianis favet Cassianus.*

XI. *Decem priores Collationes dedicat S. Leontio Forojulienſi Episcopo.* Mortuo *Castore* Cassianus decem priores illas Collationes *Leontio* Episcopo & Castoris fratri tanquam eidem hæreditario jure, ut ait, debitas dedicavit. Leontium autem in illarum Præfatione his verbis commendat: *Debitum quod beatissimæ Papæ Castori*, &c. *Nunc autem quia dereliquens nos Pontifex supradictus migravit ad Christum, has interim decem Collationes summorum Patrum, ideſt, Anachoretarum, quos ille incomparabili studio sanctitatis, simili sibi jusserat sermone conscribi; vobis potissimum, o Beatissime Papa Leontii, & Sancte Frater Helladii eredidi consecrandas. Alter siquidem vestrum, memorato vivo & germanitatis affectu, & Sacerdotii dignitate, & quod his majus est, sancti studii fervore conjunctus, hæreditario fraternum debitum jure depoſcit.* Ex quibus constat, *Castori* Aptæ



si, omnes liberati sint; cum idem Augustus ejusmodi rescriptum dedit (*a*) Asclepiades Episcopus agit pro damnatis. (*a*) *l. ult. de pœnis Cod. Theod.*

*His qui conficiendi naves incognitam ante peritiam barbaris tradiderunt, propter petitionem viri reverendissimi Asclepiadis Chersonitanæ Civitatis Episcopi, imminenti pœna, & carcere liberatis: capitale tam ipsis, quam cæteris supplicium proponi decernimus, siquid simile fuerit in posterum perpetratum. Dat. Constantinopoli, Monaxio, & Plinta Conss.* Hoc quidem tempore ruptum fœdus inter Romanos, & Persas fuit: cujus rei causa Christianos, qui apud Persas agebant, graviter vexatos esse, anno sequenti pro ratione temporis dicturi sumus.



Juliæ Episcopo fuisse fratrem II. cognominatum illum Leontium, & III. Episcopum etiam extitisse. Verum cujus Ecclesiæ Leontius illæ Episcopus fuerit, in controversia positum. Gazæus in commentario ad IX. Collationem sub judice litem relinquit, an eæ Collationes Leontio Forojulienſi, vel Leontio Arelatenſi, aut Leontio Burdigalenſi nuncupatæ fuerint. „ Verum Sa„ varo & Sirmondus, uterque in Notis ad Si„ donium, quos nuper secutus est Antelmius in „ Dissert. de Initiis Ecclesiæ Forojulienſis cap. „ 14. has decem Collationes Leontio Forojuli„ enſi sanctitatis laude celebri inscriptas fuisse recte censuerunt; *Leontius* enim Arelatenſis nonnisi circa annum CCCCLXII. Arelatenſem Ecclesiam rexit, & Leontius Burdegalenſis a Fortunato celebratus non nisi sæculo sequenti floruit, quippe qui subscripsit secundo Concilio Parisiensi circa annum DLXIX. habito. Cæterum Collationes illæ decem ante annum CCCCXXVI. quo S. Honoratus ex Abbatia Lerinensi ad Ecclesiam Arelatenſem translatus est scriptæ; cum ei adhuc Abbati Lerinensi dicatæ fuerint septem consequentes, in quarum Præfatione decem illarum priorum *Cassianus* meminit. *Helladius* vero cujus causa *regula illæ prius* missæ fuerant, inquit, Photius in Biblioth. Cod. CXCVII. ideſt, Instituta Cœnobiorum, Abbas tunc erat Monasterii Aptæ a Sancto Castore ædificati, & postea Episcopus fuit, ut legitur in præfatione ad septem postremas Cassiani Collationes; sed cujus Ecclesiæ, incompertum.

I. Constantius creatus Augustus.

QUadringentesimo vigesimo Christi anno, Theodosio Aug. nonum, & Constantio Cæsare tertium Consulibus, idem Constantius auctus Imperio ab Honorio ex Cæsare Augustus est nominatus: id S. Prosper in Chronico profitetur. Quo tempore Cælestius Honorii rescriptis una cum hæresi jam antea (ut vidimus) exagitatus, cum iterum sese audax inferret in Urbem, iterum cum suis pelli Constantii Imperatoris rescripto jubetur: quod aceptum ex vetusto codice ab Henrico Gravio diserto viro Lovaniensi, una cum aliis superius redditis, hic edendum curavimus; sic enim se habet.

II. Constantii edictum contra Pelagianos.

*Imperator Constantius Volusiano Præfecto Urbi. Cum tum præteritæ superstitionis, tum recentis plena vanitatis jamdudum corrigi jusserimus, quotidianis insinuationibus major fieri nunciatur, Et quoniam discordia animos commovet populorum: ea quæ jamdudum jusseramus, præcepimus iterari. Unde his lectis, eximietar tua, omnes qui Dei invident pietati diligenter inquirat, & eos faciat statim a muris Urbis expelli: ita tamen, ut ne intra centesimum quidem lapidem habeant licentiam consistendi. Cælestium quoque magis ac magis ex Urbe expelli mandamus. Constat enim, iisdem ex medio sublatis, gratiam & concordiam tenere veterem firmitatem. Sane deinceps si tale quippiam fuerit nunciatum, Officium præstantiæ tuæ capitali sententiæ subdendum esse cognoscet. Non enim patimur impunitum esse, præcepta nostra executionis negligentia protelari. Vale parens carissime, & amantissime.* Et adjecta subscriptio. *Impleatur quod jussimus; quia hoc fumæ tuæ expedit.* Post hæc vero ista quæ sequuntur, in eodem codice legebantur:

*Exemplar edicti propositi a Volusiano Præfecto Urbi.*

III. Edictum Volusiani Præfecti Urbis.

*Volusianus Præf V. dixit: Hactenus Cælestium divinæ fidei & quietis publicæ turbatorem judiciis amica reis secreta subduxerunt. Jam leges etiam edicti persequentur absentem. Cui, quod primum est, æternæ Urbis negatur habitatio; ut si vel in proximis fuerit diversatus, debitum non evadat exitium. Pro merito etiam temeritatis atque ausus sui cunctos hujus edicti cautione præmonemus, ne quis iniquus noxio latebram putet esse præbendam: ne cum hujusmodi sit posita pœna, supplicium ac stylum necesse sit proscriptionis incurrere, quisquis reum divinis humanisque legibus apud se putaverit occultandum.* Ita ibi, ac post hæc.

*Exemplar edicti Præfectorum Prætorio.*

IV. Præfecti Præt. quid edixerint.

*Junius, Quartus, Palladius, Monaxius, & Agricola iterum Præfecti Prætorio dixerunt: *... Pelagium atque Cælestium Catholici dogmatis fidem sævis * tractatibus destruenter, sententia Principalis invaluit, ut venerabili Urbe summoti bonorum concilio * mulctarentur. Hoc igitur omnes admoneri oportet edicto, ne quis sinistræ persuasionis erroribus credulum præstet assensum. Et si ille sit plebejus, ac clericus, qui in caliginis hujus obscœna reciderit: a quocumque tractus ad Judicem, sine accusatricis discretione personæ, facultatum publicatione nudatus, irrevocabile patietur exilium: nam superna majestas ut colligit ex secreti ignoratione reverentiam, ita & ineptæ disputationis injuriam eximit per edictum.* Hactenus ibi. Compressi nonnihil hisce edictis Pelagiani, haud palam (ut antea fecerant) ausi sunt prædicare blasphemias. Meminit hujusmodi contra Pelagium edictorum Photius in sua Bibliotheca his verbis: *Scripsit etiam Constantius Placidiæ vir, Valentiniani pueri pater, ut exilio mulctaretur Cælestius hæreticus. Scripsit adversus eum sententiam Volusianus Præfectus Urbis. Hic vero Volusianus avunculus fuit S. Melaniæ, Ethnicorum errores sectatus, colens deos; in morte vero convertitur, & a S. Procolo baptizatur Constantinopoli.* Hucusque Photius: sed de his pluribus suo loco.

* Adversus. * suis. * consortio.





PAGIUS

SÆC. V.

Anno Eræ Hispan. CDLVIII. A. C. 420.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5913.

☉ 9. DC. ☽ 3. P. 18. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 420.

BONIFACII PAPÆ 3.

HONORII IMP. 28. & 26.

THEODOSII JUN. 19. & 13.

I. *Vicennalia Theodosii.*

(1) COss. *Theodosius* Aug. IX. & *Fl. Constantius III.* ille in Oriente, iste in Occidente. Theodosius ob Vicennalia Imperii vivente patre initi Consulatum suscepit collega *Constantio* Placidiæ Honorii Imp. fororis marito.

II. *Constantius anno sequenti Augustus renunciatus.*

A num. I. ad V. Baronius *Constantium* hoc anno Consulem ab Honorio ex Cæsare Augustum factum esse asserit, eamque in rem Prosperum in Chronico laudat. Verum præterquam quod Prosper non dicit, eum ex Cæsare Augusti nuncupationem pertinere ad annum sequentem; in titulo enim legum Cod. Theod. hoc anno emissarum leguntur tantum nomina *Honorii & Theodosii Impp.* & in subscriptione: *Theodosio IX, & Constantio V.C. COSS.* Contra vero anno sequenti quatuor constitutiones in eodem Codice recitantur; in quarum titulo habetur: *Impp. Honor. & Theod. & Constant. AAA.* præterea Theophanes non solum annum, sed etiam diem ejus inaugurationis nos edocet. Anno enim Incarnat. secundum Alex. CCCCXIII. qui Kal. Septemb. currentis Christi anni inchoatur ait; *Hoc anno Constantius Valentiniani pater Imperium obtinuit sexto Idus Februarias: quarto* *evadat exitium. Pro merito etiam temeritatis atque ausus sui cunctos hujus edicti cautione præmonemus, ne quis iniquus noxio latebram putet esse præbendam: ne cum hujusmodi sit posita pœna, supplicium ac stylum necesse sit proscriptionis incurrere, quisquis reum divinis humanisque legibus apud se putaverit occultandum.* Ita ibi, ac post hæc.

*Exemplar edicti Præfectorum Prætorio.*

IV. * Adversus. * suis. Præfecti Præt. quid edixerint. * consortio.

*Junius, Quartus, Palladius, Monaxius, & Agricola iterum Præfecti Prætorio dixerunt: *... Pelagium atque Cælestium Catholici dogmatis fidem sævis * tractatibus destruenter, sententia Principalis invaluit, ut venerabili Urbe summoti bonorum concilio * mulctarentur. Hoc igitur omnes admoneri oportet edicto, ne quis sinistræ persuasionis erroribus credulum præstet assensum. Et si ille sit plebejus, ac clericus, qui in caliginis hujus obscœna reciderit: a quocumque tractus ad Judicem, sine accusatricis discretione personæ, facultatum publicatione nudatus, irrevocabile patietur exilium: nam superna majestas ut colligit ex secreti ignoratione reverentiam, ita & ineptæ disputationis injuriam eximit per edictum.* Hactenus ibi. Compressi nonnihil hisce edictis Pelagiani, haud palam (ut antea fecerant) ausi sunt prædicare blasphemias. Meminit hujusmodi contra Pelagium edictorum Photius in sua Bibliotheca his verbis: *Scripsit etiam Constantius Placidiæ vir, Valentiniani pueri pater, ut exilio mulctaretur Cælestius hæreticus. Scripsit adversus eum sententiam Volusianus Præfectus Urbis. Hic vero Volusianus avunculus fuit S. Melaniæ, Ethnicorum errores sectatus, colens deos; in morte vero convertitur, & a S. Procolo baptizatur Constantinopoli.* Hucusque Photius: sed de his pluribus suo loco.

NOTÆ

(1) COss. *Theodosius Aug.* IX. & *Fl. Constantius* III. Prosper, Idatius, & Marcellinus: *Theodosio* IX. & *Constantio* III. De *Constantio* accipit Relandus lapidem sepulcralem apud Browerum in Annal. Trevir. pag. 283. qui talis est.

H. JACET. FILIUS (nempe FLAVIUS) Fleetwod.
legit ELIUS. CONSTANCIUS. VIR.
CONSULARIS. COMES. ET
MAGISTER. UTRIUSQUE
MILICIÆ. ATQUE PATRICIUS
ET. SECUNDO. CONSUL. ORDI
NARIUS.

Sed ad *Constantium* alium, quem ad hujus anni consulem hunc lapidem spectare arbitror. Prosperi Chronicon M. S. *Theodosio* VIII. (pro VIIII) & *Constantio ter. Constantius ab Honorio in consortium regni adsumitur.* Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Theod.* A. VIII. (pro VIIII.) & *Constantio* III.

III. *Eodem etiam anno e vivis excessit.*

Ex quibus liquet primo, *Constantium* anno tantum sequenti Augustum renunciatum, idque die octava mensis Februarii, eodemque anno die secunda mensis Septembris e vivis excessisse, sicque imperasse menses septem exceptis diebus septem & Philostorgium, qui ei Menses tantum sex assignat, ideo ultimum non memorasse, quia incompletus fuit. Liquet secundo, *Constantii* inaugurationem legitimo tempore peractam esse; anno enim sequenti *Theodosius Quindecennalia* exhibuit: ad ea autem dies Dominicus non electus, quia id nondum usus ferebat. Liquet III. *Constantium* ex Cæsare Augustum dictum non esse, ut putavit Baronius.

Extat quidem apud Stradam pag. 209. Nummus Constantii, ex eo a Mediobarbo relatus, in quo legitur: D. N. Constantius Nob. C. in postica, Vot. Verum Nummus ille in honorem Constantii Cæsaris Constantini Magni filii percussus, ut & alii multi a Mediobarbo recitati qui eadem antica insigniti sunt. Sed Antiquarii, sicuti nummos unius Valentiniani alteri perperam attribuunt; ita & nummos unius Constantii ad alium ejusdem nominis referunt. Liquet IV. Garnerium in Dissert. 3. de Constitutionibus Impp. editis in causa Pelagianorum, aliosque Viros doctos hallucinatos esse, qui autumarunt, *Placidiam* dictam Augustam, quando *Constantio* in conjugem tradita est; cum Olympiodorus diserte asserat, eam a fratre & marito Augustam appellatam; nullusque ex Antiquis contrarium scribat. Liquet denique *Prosperum* in Chronico non raro contra Chronologiam peccare; cum *Constantium* hoc anno Augustum creatum, sequentique demortuum scripserit, jamque varios ejus errores emendaverimus. Quare quæ in medium affert, sedulo examinanda. Porro deceptus est Theophanes in eo quod tradidit, *Constantium* morte violenta sublatum; cum Olympiodorus & Philostorgius, qui hoc tempore vixere, contrarium doceant.

IV. *Constantius Naissi in Illyrio natus.*

*Constantius genere Illyrius fuit, e Panæso urbe Cadia, qui multis obitis jam inde a Theodosii Magni temporibus militiæ muneribus, ad summum tandem Imperii apicem evectus est. Is cum cætera fuit laude dignus, tum quod auri nulla cupiditate flagraret, antequam quidem Placidia conjungeretur; nam ea uxore ducta, pecuniarum avidus evasit. Ipso ergo mortuo, cum postulatis homines Ravennam undique confluxerunt, quor bonis ille per injuriam exuisset. Verum Honorii lenitas, & Placidiæ cum eo arcta nimis familiaritas, frustra ut essent hæ querimonia, omnisque adeo juris vis ac potentia, effecit,* inquit Olympiodorus. Verum loco horum verborum, ἀπὸ Παναίσους πόλεως τῆς Δαλίας legendum ἀπὸ Ναίσου πόλεως τῆς Δαλίας, ut observat Labbeus in Notis ad Olympiodorum, idest, *e Naisso* seu Næso, aut Naisso, *urbe Daciæ*; Panæsus enim Urbs, sed *Cadia* Provincia omnibus Geographis incognita. Nec refert quod *Naissum* a Stephano Byzan-

V. Hoc item anno, ad sugillandam Gentilium impostu-
ram, pro animi arbitrio oracula falsa fingentium, accidit quod
(a) Prosp. de prædict. par. 3. c. 38. S. Prosper scribit (a) in libro de Prædictionibus, & nos superius attigimus, de
De Urso Tribuno demolitente in Africa templa. Cælestis templi demolitione facta Carthagine: *Cum* (inquit) *a quodam Pagano falsum vaticinium velut ejusdem Cælestis proferretur, quo rursum, & via & templa pristo sacrorum ritui redderentur: ille, ille inquam verus Deus, cujus prophetica vaticinia nesciunt omnino mentiri, nec fallere, sub Constantio & Augusta Placidia, quorum, nunc filius Valentinianus pius & Christianus imperat, Urso insistente Tribuno, omnia illa templa ad solum usque perducta, agrum reliquit, in sepulturam scilicet mortuorum, ipsamque viam sine memoria sui VVandalica nunc manus evertit.* Hæc Prosper: qui cum ista dicat contigisse sub Constantio Imperatore marito Gallæ Placidiæ, quem constat hoc anno imperare cœpisse, & sequenti finem vivendi fecisse, ad hæc plane tempora pertinere noscuntur.

VI. Quod autem ex eodem Prospero certum tempus habetur, quo nominatus ab eo Ursus Tribunus Ecclesiæ negotia jussione Imperatoris Carthagine curabat: hic referenda sunt quæ sub eodem ibidem contigisse de Manichæis Possidius narrat
(b) Possid. in Vit. Aug. c. 16. his verbis (b): *Apud Carthaginem quoque dum per quemdam domus regiæ procuratorem, nomine Ursum, fidei Catholicæ hominem, ad quosdam Manichæorum, quos*
Quid Ursus adversus Manichæos. *Electos, vel Electas dicunt, præsentes perveniretur, atque ad Ecclesiam ab eodem deducerentur, & perducerentur, ab Episcopis ad tabulas auditi sunt. Inter quos etiam sanctæ memoriæ Augustinus fuit, qui præ cæteris illam execrabilem sectam noverat, & eorum prodens ejusmodi damnabiles blasphemias, ex locis librorum quos illi accipiunt Manichæi, usque ad confessionem earumdem blasphemiarum eos produxit: & quæ inter se illi suo more malo indigna, & turpia facere consueverunt, a feminis illarum, velut Electarum proditione, illis Ecclesiasticis Gestis declaratum est. Atque ita pastorum diligentia Dominico gregi, & augmentum accessit, & adversus fures & latrones defensio competens procurata est.* Hæc Possidius.

VII. Sed istæ Manichæorum turpitudines in publica Acta relatæ, quænam fuerint, licet Possidius minime referat, narrat tamen ipse Augustinus in libro de Hæresibus ad Quodvultdeum: quæ quidem cum obscœnissimæ sint, stylus promere erubesceret, nisi easdem contingeret ab Augustino accipere, a quo mundo omni a munda, & per quem cum fluunt immunda, pura redduntur. Reddamus hic igitur ejus verba (c): *Detecti* (inquit) *sunt tamen iidem Manichæi in Ecclesia (sicut scis) apud Carthaginem, jam te ibi diacono constituto. Quando instante Urso Tribuno, qui tunc Domini Regiæ præfuit, alii qui adducti sunt; ubi puella illa nomine Margarita istam nefariam turpitudinem prodidit: quæ cum esset annorum nondum duodecim, propter hoc sceleste mysterium se dicebat esse violatam. Tunc Eusebiam quamdam Manichæam, quasi sanctimonialem, id ipsum propter hoc ipsum passam, vix compulit confiteri, cum primum illa se asseruisset integram, atque ab obstetrice inspici postulasset. Quæ inspecta, & quid esset inventa, totum illud turpissimum scelus, ubi ad excipiendum, & commiscendum concumbentium semen farina substernitur (quod Margarita indicante absens non audierat) similiter indicavit. Et recenti tempore nonnulli eorum reperti, & ad Ecclesiam ducti (sicut Gesta Episcopalia, quæ nobis misisti, ostendunt) hoc non sacramentum, sed execramentum sub diligenti interrogatione confessi sunt. Quorum unus nomine Viator, eos qui ista faciunt, proprie Catharistas, idest, Mundatores, vel Purgatores, vocari dicens, cum alias ejusdem Manichææ sectæ partes in Macarios, & specialiter Manichæos distribui perhiberet, omnes tamen has tres formas sub uno auctore propagatas, & omnes*
(c) Aug. ad Quodvult. de hæresib. c. 46. Turpitudines Manichæorum in acta relatæ.



*omnes generaliter Manichæos esse negare non potuit.* Hactenus Augustinus.

VIII. Vincentius Victor hæreticus. Eodem tempore in Africa novi erroris assertor emersit Vincentius Victor, qui de animarum origine nova commenta excogitavit, nempe eas non ex nihilo, sed ex divina creatas esse substantia. At in primis per quos ista cuniculos impius derivarit, dicendum est. Et quod ad tempus spectat; post damnatam Pelagianam hæresim ista ab homine prodita, S. Augustinus testatur, dum adversus eum agens, de Pelagianis hæc ait (a): *Novellos hæreticos Pelagianos justissime Concilium Catholicorum, & sedis Apostolicæ damnavit auctoritas.* Quod vero ad Vincentium Victorem pertinet; quid de eo ad ipsum scribens idem Augustinus tradat (b), videamus: *Cum enim* (inquit) *quis esset Vincentius Victor, ab eis qui te noverant, & forte aderant, requisissem; audivi te fuisse Donatistam, vel potius Rogatistam, nuper autem communicasse Catholicæ. Et cum gauderem tantum, quantum de his solemus quos ab illo errore liberatos esse cognoscimus, immo vero multo amplius, quod ingenium tuum, quo delectabar in litteris tuis, videbam non remansisse apud adversarios veritatis: additum est a referentibus, quod me inter illa gaudia contristaret, ideo te cognominari voluisse Vincentium, quod Rogati successorem, qui hoc nomine appellatus est, adhuc tamquam magnum, & sanctum virum animo teneas, & ob hoc illius nomen tuum volueris esse cognomen.* Imitatus nimirum S. Cyprianum, qui a sui doctoris nomine Cæcilius cognominari voluit. Sed subdit: *Nec defuerunt, qui dicerent etiam hoc a te fuisse jactatum, quod ipse tibi, nescio qua visione, apparuerit, atque ad hos conficiendos libros, de quibus tecum agere isto nostro opusculo instituit, sic adjuverit, ut ea tibi scribenda, quantum ad res ipsas rationesque attinet, ipse dictaret.* Hæc Augustinus, qui ejus fictionem redarguit: quippe cum profiteretur deseruisse Rogatistas, illorum ducem adeo propenso studio coleret.

(a) Aug. de anim. & orig. ad Petr. l. 2. cap. 12.

(b) Aug. lib. de anim. ad Vinc. Victl. 1. cap. 1.

IX. Sic igitur Vincentius vanis elusus a dæmone visionibus, elatus fastu & arrogantiæ inflatus spiritu, in docendo excellentiam emulatus, scribendi contra S. Augustinum ansam arripuit. Quomodo autem id acciderit, ipse Augustinus sic narrat (c): *Vincentius Victor in Mauritania Cæsariensi invenit apud Hispanum quemdam presbyterum Petrum nonnullum opusculum meum, ubi quodam in loco de origine animæ singulorum, utrum ex illa una primi hominis ac deinde ex parentibus propagentur, an sicut illi uni, sine ulla propagatione singulæ singulis dentur, me nescire confessus sum, verumtamen scire animam non corpus esse, sed spiritum. Et contra ista omnia mea idem Vincentius Victor scripsit duos libros, &c.* Hos cum a Renato monacho missos Augustinus accepisset, mox contrariis scriptis inflatam nubem dissolvit in aera: quatuor enim conscripsit libros adversus emergentem ab inferis hæresim, ad Renatum primum, secundum ad Petrum, duos autem reliquos ad ipsum Vincentium Victorem. Porro ipse Petrus presbyter ab eo deceptus, illique adeo totus addictus est (d), ut ipse licet ætate senex, & presbyter sacramento, illius tamen, etsi juvenis atque laici, caput exoscularetur, perinde ac si cælitus missum doctorem inveniisset.

(c) Aug. Retract. lib. 2. c. 56. Quanta sibi Vincentius Victor arrogavit.

(d) Aug. de orig. anim. l. 2. c. 1.

X. Accidit tamen quasi miraculum (perraro enim est invenire auctorem erroris vere recantare palinodiam) ut idem Vincentius Victor superatum se fateretur ab Augustino, atque emendationis suæ litteras testes ad ipsum scripserit. Ita quidem, quod S. Augustinus eum primo lenitate devinxit: nam audi ipsum (e): *Quem tamen juvenem* (nempe Vincentium Victorem) *non præpropere detestandum, sed adhuc docendum, quanta potui lenitate tractavi: & ab eo scripta rescripta correctionis ejus accepi.* Observa S. Augusti-

Vincentius Victor errorem corrigit.

(e) Aug. Retract. l. 2. c. 56. Cum quibus hæreticis agendum lenitate.

PAGIUS *Constantio imperante Gentiles Manichæi in Africa compressi.* zantio Thraciæ assignetur, & a Ptolemæo inter Urbes Dardaniæ collocetur. *Illyrium* enim modo distinguitur a Thracia, modo eam complectitur juxta varias divisiones variis temporibus factas, eamdemque etiam ob causam *Naissum* modo Dardaniæ, modo Daciæ Urbs appellatur. Hoc vero tempore eam Illyrio ac Daciæ Mediterraneæ attributam fuisse, docent non tantum locus laudatus Olympiodori; sed etiam Epistola Innocentii Papæ anno CCCCXVIII. num. LXXV. a nobis memorata, in qua tam *Dardania*, quam utraque *Dacia* subjiciuntur Episcopo Thessalonicensi cum aliis Illyricianis Provinciis.

V. Constitutio *Constantii* Imp. seu potius Epistola, qua jubet *Volusiano* Præfecto Urbi, ut Pelagianos *faciat flatim e muris Urbis expelli*, pertinet ad annum sequentem, quo *Constantium* ad annum sequentem, quo *Constantius* Imperare cœpit, & vivere desiit. Auctor vero ille *Placidiam* Augustam, non vero *Constantium* Augustum appellat, quia, ut ibidem ipsemet insinuat, Valentiniano III. Constantii filio imperante, librum suum scripsit; quo tempore cum jam *Constantius* supremum diem obiisset, eum sine titulo nominat. Quare male ex illis verbis Garnerius citatus, & quidam alii deduci putarunt, *Placidiam* ante Constantium maritum Augustam nuncupatam esse. Valeret conjectura si Anonymus ille Opus suum, antequam Constantius imperaret, elucubrasset. Illa porro *Dea Cælestis*, aliorumque templorum eversio *Quindecennalium* Theodosii, anno sequenti actorum indicium extat. Eorundem solemnium argumentum est, quod Possidius in Vita Augustini cap. 16. apud Baronium num. VI. ait Carthagine factum ab Urso Tribuno adversus eos; quos Manichæi *Electos vel Electas dicunt*. Manichæi suos dividebant in *Electos & Auditores*, ut docet Augustinus lib. de Hæresibus cap. 46. ubi ait: *His duabus professionibus, hoc est Electorum & Auditorum, Ecclesiam suam constare voluerunt*. Quam vero vana, inepta, & sacrilega *Electorum* illorum vita fuerit, ostendit Augustinus lib. 6. contra Faustum sub finem.

*Cælestius & alii Pelagiani anno sequenti a Constantio Urbe expulsi.*

VI. A num. V. ad VIII. quod narrat Baronius & Auctor lib. de Prædictionibus part. 3. cap. 38. de *Cælestis* Deæ templi demolitione facta Carthagine, *Urso insistente Tribuno*, & quidem *sub Constantio & Augusta Placidia*, pertinet etiam ad

VII. A num. VIII. ad XII. Libri quatuor de Anima & ejus origine, *Renato* Monacho dicati, partim sub præcedentis anni finem, partim currentis initio scripti sunt a Sancto Augustino. *Renatus* enim autumno anni CCCCXVIII. *Cæsareæ* erat, ubi *Optati* Episcopi de animæ origine consulentis Epistolam Augustino exhibuit, & libros duos *Vincentii Victoris* a se descriptos Cæsarea Hipponem ad Augustinum transmisit *æstate*, ut dicit Augustinus lib. I. cap. 1. qui addit, sibi *in autumni fine* esse redditos, ideoque anno

*Augustinus confutat libros Vincentii Victoris de Origine animæ.*

gustini praxim, quomodo agere consueverit cum recens progrediente hæretico, antequam desperata obstinatione resiliret ac penitus obdurescceret; nimirum ex Apostoli pharmachia propinando illud primum medicamentum: *Si præoccupatus fuerit homo* (*ait Apostolus a*) *in aliquo delicto; vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis:* ita quidem instar Evangelici Archiatri, recenti vulneri oleum infundens ante vinum. Quam autem hujus disciplinæ ipse Augustinus fuerit tenacissimus custos, ex eo etiam tu ipse poteris facile intelligere, quod cum aliquando recens lapsum in Anthropomorphitarum hæresim Episcopum quemdam paulo severius reprehendisset, epistola postea ad eum scripta, ab eo per Fortunatianum veniam petiit: ad quem scribens, hæc de ipso habet ejus exordio: (*b*) *Sicut præsens rogavi, & nunc commoneo, ut fratrem nostrum, de quo collocuti sumus, videre & rogare digneris, ut ignoscat mihi, si quid durius & asperius in se dictum accepit in epistola, quam me illo modo scripsisse non pœnitet, quia dixi ipsius corporis oculos nec videre Deum, necesse visuros, &c.* Cæterum haud contemnenda visa est ea opinio ex Anthropomorphitarum vanitate progressa: nam complures eam habuisse tunc defensores, idem Augustinus docet tum in epistola ad Paulinum (*c*) eodem argumento conscripta, tum alia ad Italicam (*d*) data.

(*a*) *Galat. 6.*

(*b*) *Aug. ep. 111.*

(*c*) *Aug. ep. 112.*

(*d*) *Aug. epist. 8.*

XI. Sed quod pertinet ad propositam S. Augustini de agendo cum hæreticis disciplinam: ut pleniorem ex eodem auctore ea de re institutionem assequaris, de eodem Augustino dicta sæpe superius in mentem revoca; nimirum, quod etsi cum illis, qui prima tinctura errore imbuti sunt, mansuetudine ac animi demissione agendum putavit: idem ipse tamen cum aliis in erroris fovea diutius immorantibus, nec inde educi facile patientibus, sed ex maculis iisdem iterum atque iterum infectis, inveteratis, obstinatis, & penitus refractariis, & contemptoribus hæreticis severitate agendum, usque adeo sæpius affirmavit, ut docuerit etiam esse eos vi compescendos, adversus eosdem Imperatorum quoque auxilio implorato. Hæc sunt quæ de S. Augustini usu in agendo cum hæreticis hic ingessimus. Verum cum, increscente in dies magis malitia hominum, sæpe probarit eventus, quod haud facile hæreticus audiat suaviter admonentis veritatem, sed progredi soleat quisque recedens a fide Catholica, Leviathan instar (*e*), obstinationis compactus squamis; ergastulo primum coercere bestiam errantem, & in errorem mittentem, eamque ibi curare, salubrius inventum est: sicuti prudentia probe docuit medicos, a vinculis incipere curare phreneticum. Severiori namque censura, & atrociori pœna punienda esse delicta progressu temporis, quæ ante correcta non cessant, plane monet divina sententia in Lamech (*f*) lata, & delinquentis ore ita prolata: *Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies.* At de his satis.

(*e*) *Job. 41.*

(*f*) *Genes. 4.*

XII. Leporius in errores lapsus.

Sed attexamus aliud huic simile de resipiscentia hæresis sectatoris grande miraculum. Eodem ferme tempore (certus autem annus ignoratur) hæreticorum omnium audacissimus, dicendus & ipse hæresiarcha, Leporius opera S. Augustini, & Gallorum doctorum, ab hæresi ad fidem Catholicam conversus est; de quo ita Gennadius (*g*): *Leporius adhuc monachus, postea presbyter, præsumens de puritate vitæ, quam arbitrio tantum & cona-*

(*g*) *Gennad. de Vir illus. in Leporio, cap. 59. & apud Hier. tom. 9. pag. 313.*

PAGIUS anno superiori. Ubi illos *Augustinus* legit, primum ex quatuor illis libris *sine ulla dilatione conscripsit*, inquit Augustinus cap. 20. secundum deinde, Epistolæ forma Petro Presbytero, tertium vero & quartum Vincentio Victori inscripsit, sed aliquanto post tempore, ut ex lib. 2. cap. 4. intelligitur. *Vincentius Victor*, juvenis ex Mauritania Cæsariensi, Catholicæ Doctrinæ rudis atque expers, cum temere tractaret quæstionem de animarum origine, in errores Pelagianos quosdam, & iis pejores impegit, quem ideo Augustinus confutandum esse judicavit; sed cum ille in Operis sui exordio modeste atque humiliter profiteretur, non credere se sibi, nec propriam sententiam tueri, si improbabilis deprehenderetur, *Augustinus* magnam lenitatem in eo Opere adhibuit, quod juvenem adhuc docere posse putaret, nec damnari, sed emendari cuperet. Quæ spes eum non fefellit; nam lib. 2. Retract. cap. 56. ipsemet testatur, se postea responsum a *Victore* accepisse, quo is errores suos se se abjecisse significabat. Victoris itaque libros duos contra Augustinum, hic quatuor confutavit, in quibus & hæresim Pelagianam, & pessima dogmata Victoris impugnavit.

Porro *Augustinum* hoc anno libros quatuor *contra duas Epistolas Pelagianorum* Bonifacio inscriptos, & librum secundum *de Nuptiis & concupiscentia* scripsisse, ostendimus anno superiori num. XIV.

VIII. *Augustinus varios libros scribit.*

A num. XII. ad XV. Confessio *Leporii* in Gallia Monachi, ubi, ut ait Facundus lib. 1. cap. 4. eamdem Doctrinam tradidit, quam postea in Oriente Nestorius, Baronii tempore anno suo reddi non potuit, quia tunc libellus, quem Episcopis Galliæ misit, & Epistola Episcoporum Africæ, quam cum eodem scripto ad Episcopos Galliæ dedere, nondum lucem viderant. Sed postquam utrumque Sirmondus publicavit, nihil a Viris doctis prætermissum, ut ei certus annus assignari posset. Emin. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 3. & Antelmius in Dissert. de Initiis Ecclesiæ Forojulienſis cap. 12. existimant, *Leporium* citra annum CCCCX. ab hæresi revocatum libellum illum edidisse. Garnerius in Dissert. 2. de Synodis in causa Pelagianorum habitis ad annum CCCCXXIV. Sirmondus, aliique, ad annum insequentem; Labbeus denique ac Patres Benedictini in Præfatione ad Tomum X. Operum Divi Augustini ad annum CCCCXXVI.

IX. *Leporius libellum suum ad Episcopos Galliæ ex Africa mittit.*



*conatu proprio, non Dei se adjutorio obtinuisse credebat, Pelagianum dogma cœperat sequi: sed a Gallicanis doctoribus admonitus, & in Africa per Augustinum emendatus, scripsit emendationis suæ libellum, in quo & satisfacit de errore, & gratias agit de emendatione: simul & quod de incarnatione Christi male senserat, corrigens, Catholicam sententiam tulit, dicens: Manentibus in Christo in sua substantia duabus naturis, unam credendam Filii Dei personam.* Hæc Gennadius. Porro hunc auctorem fuisse Nestorio suæ ipsius hæresis, Cassianus affirmat in commentariis, quos adversus eumdem Nestorium de Incarnatione conscripsit: nam & inter alia hæc habet, Nestorium alloquens (*a*): *Ita ergo & tu Pelagianæ hæreseos spinosam sibuli fidem ostendis in germine, quod pater tuus habuisse traditur in radice? Leporius enim ille (ut Leporius discipulis suis dixit) Dominum nostrum asserebat, Christum factum esse per baptismum: tu in baptismo templum dicis factum esse per Spiritum. Non quidem ad plenum eadem verba sunt, sed ad plenum una perversitas, &c.* De ejus vero tum errore, tum pœnitentia, ista superius (*b*):

(*a*) *Cassian. de Incarn. Verb. lib. 7.*

(*b*) *Cassian. ib. lib. 1.*

XIII. Leporii pœnitentia.

*Leporius enim tunc monachus, modo presbyter, qui ex Pelagii (ut supra diximus) institutione, vel potius pravitate descendens, apud Gallias assertor prædictæ hæreseos, aut inter primos, aut inter maximos fuit, a nobis admonitus, adeo emendatus ita male conceptam per-*

*suasionem magnifice condemnavit, ut non minus pene admiranda sit correctio illius, quam illæsa multorum fides: quia primum est, errorem penitus non incurrere; secundum, bene repudiare. Is ergo in se reversus, non solum in Africa, ubi tunc erat atque nunc est, tam errorem suum cum dolore, quam sine pudore confessus est; sed etiam ad omnes admodum Galliæ civitates flebiles confessionis ac planctus sui litteras dedit: scilicet ut ubi deviatio ejus prius cognita erat, illic etiam emendatio nosceretur; & qui testes erroris antea fuerunt, iidem postea correctionis essent. Ex cujus confessione, vel potius deploratione, nonnulla inferenda existimavimus duplici ex causa; ut correctiones eorum & nobis testimonio, & his qui nutant, exemplo essent; quorumque errorem sequi non erubuissent, eorum emendationem sequi non erubescerent; & sicut simili ægritudine infirmarentur, ita simili remedio sanarentur,* Nestoriani scilicet Leporii & Pelagianorum erroris assectatores. *Is ergo, agnita opinionis suæ perversitate, & inspecta fidei luce, scribens ad Episcopos Gallicanos, ita exorsus est.*

XIV. Leporii epistola de sui erroris detestatione.

*Quid in me primum, o domini mei venerandi & beatissimi sacerdotes, accusem, nescio & quid in me primum excusem, non invenio. Sic imperitia & superbia, sic stulta simplicitas cum persuasione noxia, sic fervor cum intemperantia, sic (ut verius dicam) cum sui diminutione debilis fides, simul in me omnia recepta viguerunt, ut tot & tantis simul sit & obe-*

PAGIUS CCCCXXVI. palinodiam illam reiiciunt. Verum eam ad annum CCCCXXVII. pertinere, ostendam, postquam breviter exposuero, quæ in duobus laudatis monumentis continentur.

X. *Carthagine emendatus fuit.*

Aurelius, Augustinus, & duo alii Episcopi Africani scripsere laudatam Epistolam, *dilectissimis & honorabilibus Fratribus, & Consacerdotibus, Proculo & Cilinio,* & quidem alicujus Synodi Africanæ nomine, significaruntque Leporium postquam ab iisdem correptus fuisset, & Galliis exturbatus, trajecisse in Africam, ubi cum *non recta quædam saperet, nec vera sentiret, negans Deum hominem factum,* se se cum instruxisse *in spiritu lenitatis,* rogaruntque, ut sicut *per suam præsentiam* susceptus esset ab eis *sic per suam Epistolam* susciperetur ab illis quemadmodum & illi, qui cum eo venerunt in Africam, quia *cum illo correcti atque sanati sunt.* Quia vero in Galliis Leporii error vulgatus fuerat, ibi quoque emendationem suam voluit is palam apparere. Quare libellum illuc misit cujus titulus: *ad Episcopos Galliæ, Dominis beatissimis & venerandissimis Dei Sacerdotibus Proculo & Cilinio,* eumque hac subscriptione firmavit: *Ego Leporius libellum meo sensu dictatum in quo fidem meam Deo volente in finem usque tenebo, medullitus exprimere volens in Ecclesia Carthaginensi relectum subscripsi,* ideoque coram Episcopis in Synodo congregatis. Hinc Joannes II. Papa in Epistola ad Avienum scribit; *Leporius in Epistola, quam Aurelius Episcopus Carthaginensis, & beatus Augustinus, & Synodus Africana firmavit.* Hæc Epistola tantæ olim fuit auctoritatis, ut ex ea idem Joannes II. testimonium sumserit, quo dogma fidei confirmaret.

XI. *Pelagii erroribus adhæserat.*

*Leporium* adhuc Monachum confessionem illam edidisse, testantur Cassianus lib. 1. de Incarnat. cap. 4. & Gennadius lib. de Script. Eccles. cap. 59. qui addunt, eum postea Presbyterum fuisse. Cassianus autem librum illum de Incarnat. scripsit anno quadringentesimo vigesimo nono, quo ideo Leporius jam Presbyter erat, hæresimque jam ejurarat. Eum fuisse Pelagianum, quæ Baronius ex Cassiano & Gennadio in medium affert, demonstrant. Immo ipsemet in suo libello hunc errorem Pelagianorum proprium se tenuisse declarat: *Illud etiam,* inquit, *minime reticendum censeo, quod in eadem Epistola* (in qua scilicet errores suos docuerat) *simili devians errore subjunxi, Christum Dominum nostrum sic omnia, quæ erant passionum impleste, ut in nullo quasi perfectus homo a Divinitatis auxilio juvaretur. Volens scilicet, ita in Christo hominem assignare perfectum, quo alienum & ab his passionibus Verbum Patris assererem, & solum per se hominem egisse hæc omnia possibilitate naturæ mortalis sine aliquo Deitatis adiutorio probare conabar.* Quare virtutes etiam in Christo ex solis naturæ viribus, non vero ex Divinæ Gratiæ adjutorio fuisse putabat.

XII. Cum vero Augustinus in libro de Correptione & gratia cap. 11. asserat, usque ad illud tem-

*obedisse, confusio; & hæc eadem ab animo potuisse cedere, mihi stupenda gratulatio. Et post pauca subjungit: Si ergo minime percipientes hanc potentiam Dei, sensu nostro & propria ratione sapientes, quasi in inferiora se Deus agere videatur, ita hominem cum Domino natum esse dicamus, ut seorsum quæ Dei sunt, soli Deo demus; & seorsum quæ sunt hominis soli homini reputemus: quartam manifeste introducimus in Trinitate personam, & de uno Filio Dei non unum, sed facere incipiamus duos Christos: quod a nobis ipse Dominus Deus Christus avertat. Ergo confitemur Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum, unicum Filium Dei, qui sibi ante sæcula natus ex Patre est, nobis a tempore de Spiritu sancto ex Maria semper Virgine factum hominem, natum Deum: & confitentes utramque substantiam carnis ac Verbi, unum eumdemque Deum atque hominem inseparabilem semper pia fidei credulitate suscepimus: & ex tempore susceptæ carnis sic omnia dicimus, quæ erant Dei transisse in hominem, ut omnia quæ erant hominis in Deum venirent: & hac intelligentia Verbum factum sit caro, non ut conversione, aut mutabilitate cœperit esse, quod non erat, sed ut potentia divinæ dispensationis Verbum Patris numquam a Patre discedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatusque sit Unigenitus secreto illo mysterio, quo ipse novit; nostrum namque est credere, illius nosse, &c.* Recitat quæ reliqua sunt libelli Leporii Cassianus ad perfectam fidem de Verbi incarnatione pertinentia: ut mirum plane sit, antequam a Nestorio eadem hæresis promulgaretur, inveniri eam a Leporio suo ipsius libello penitus confutatam, assertamque ea de re sincere Catholicam fidem, qua & sanctissima Virgo Maria Dei genitrix jure asseratur. Ad finem vero Cassianus hæc subdit: *Hanc ergo ejus confessionem, id est, Catholicorum omnium fidem, & omnes Africani Episcopi, unde scribebat, & omnes Gallicani, ad quos scribebat, comprobaverunt.* At de Leporio hactenus. Magno quidem miraculo factum est, ut ipse hæresiarcha adeo sincera, adeoque vera confessione damnaret, quæ pugnaci disputatione ante defendere consuevisset. Præter Leporium hunc, alium invenimus clarissimum genere in S. Augustini (*a*) monasterio profitentem. At hæc de

(*a*) *Aug. de diver. serm. 50.*

PAGIUS *Conversus est postquam Augustinus librum de Correptione & gratia edidisset.*

tempus neminem repertum esse, qui diceret Christum de Spiritu Sancto & Virgine Maria filium hominis natum, per liberum tamen arbitrium bene vivendo, & sine peccato bona opera faciendo meruisse, ut esset filius Dei, in quem tamen errorem se lapsum esse fatetur verbis laudatis Leporius, Augustinus ad ejus conversionem operam suam contulit, postquam librum illum elucubravit. Hæc ejus verba: *Neque enim quisquam tanta rei hujus & fidei caeus est ignorantia, ut audeat dicere, quamvis de Spiritu Sancto & Virgine Maria filium hominis natum, per liberum tamen arbitrium bene vivendo, & sine peccato bona opera faciendo meruisse, ut esset Dei Filius, resistente Evangelio atque dicente,* Verbum caro factum est. *Nam ubi hoc factum est, nisi in utero virginali, unde fuit initium hominis Christi? &c. Istam nativitatem bona opera secuta est non bona opera meruerunt* &c. Quod si Leporium, qui in libello suo errorem istum aperte fatetur, jam correxisset Augustinus, scribens librum illum de Correptione & gratia aliter locutus fuisset; cum postea quando elucubravit circa finem vitæ suæ librum IV. Operis imperfecti contra Julianum num. LXXXIV. & de hoc Pelagianorum errore edoctus fuisset; ita adversus Julianum exclamarit: *Ergo ne ista susceptio, qua Deum & hominem unam fecit esse personam nihil illi homini valuit ad excellentiam justitiæ, quam dicis ei de voluntaria actione substitisse? Siccine vos contra Dei gratiam defensio liberi arbitrii præcipites agit, ut etiam ipsum Mediatorem, ut esset Dei filius unicus, voluntate sua meruisse dicatis, & falsum esse quod tota confitetur Ecclesia, &c.*

XIII. Cum ergo Augustinus librum *de Correptione & Gratia* circa Pascha anni Christi quadringentesimi vicesimi septimi in lucem emiserit, ut infra videbimus, apparet conversionem *Leporii* aliquot post mensibus eodem anno contigisse, ideoque & eum *Nestorii*, qui anno tantum insequenti in Oriente hæresim suam promulgare cœpit, præcursorem fuisse. Card. Norisius citatus legens hæc verba in Epistola ad Proculum & Cilinium data: *Cum præoccupatus esset, sicut homo in aliquo delicto* (scilicet Leporius) *eodemque non parvo, ut de unigenito filio Dei, quod erat in principio Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum. Cum autem venit plenitudo temporis Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, non recta quadam saperet, nec vera sentiret, negans hominem factum, ne videlicet substantiæ divinæ, quæ æqualis est patri indigna mutatio, vel corruptio sequeretur,* &c. & videns nullum Leporii errorem de divina gratia correctum asseri in citata Epistola, deduxit, eumdem ante publicatam Pelagianam hæresim libellum memoratum scripsisse. Sed cum Cardinalis doctissimus tam ex Cassiano & Gennadio, quam ex Libello Leporii hunc Pelagianum fuisse demonstret, ejus conversionem longe postquam *Pelagius* hæresim suam publicavit, contigisse necesse est. *Leporius* itaque ejusque socii quædam tantum in Africa de Incarnatione, in quibus nec recta saperent, nec vera sentirent, asseruerunt, ideoque & de his solum eum Aurelius, Augustinus, & alii duo Episcopi correxere, & ad Proculum, Cilinium, aliosque Galliæ Episcopos scripsere. Erat *Proculus* Episcopus Massilienſis, *Cilinius* vero incertæ sedis in Gallia Episcopus. Sed cum tam Card. Norisius, quam Antelmius Ecclesiam Forojulienſem in secunda Provincia Narbonenſi *Cilinium* tunc rexisse autumarint, in eam sententiam descenderunt. Verum *Cilinium* Episcopum Forojulienſem fuisse, id a paucis annis, & non nisi ex falsa conjectura ab aliquibus excogitatum. *Leontium* enim, quo sedente Sanctus *Honoratus* monasterium Lerinense fundavit, toto fere hoc sæculo Ecclesiæ Forojulienſi præfuisse, annoque quadringentesimo tricesimo secundo e vivis excessisse, certum & indubitatum esse debet.

*Ejus conversio in annum* CDXXVII. *incidit.*



de conversis sponte hæreticis ad pœnitentiam, ut ingentia miracula dicta sunto.

XV. *Persecutio in Perside.*

Jam vero ad res hoc anno in Oriente gestas ab Africa evocetur oratio. His quidem anni hujus Consulibus, persecutio adversus Christianos in Perside sæviit; testantur id Socrates (*a*), & Marcellinus (*b*): perduravisse autem usque ad biennium, ex his quæ tradit ipse Socrates, possumus colligere, dum ait, sub Consulatu Honorii decimotertio, & Theodosi decimo, una cum bello cum Romanis sedato persecutionem quievisse. Cæterum quod ad tempus spectat, quo ea persecutio perduravit, redarguitur a Theodoreto (*c*) Socrates, cum ait eam propagatam esse ad annos circa triginta; quæ quidem sententia ex his quæ S. Augustinus scribit, nonnihil roboratur, dum in decimooctavo libro de Civitate Dei hæc ait (*d*): *Quid modo in Perside? Nonne in Christianos ferbuit persecutio, si tamen quievit, ut fugientes inde nonnulli usque ad Romana oppida pervenerint?* Hæc cum ipse tradat, & in fine ejusdem libri se ea scribere dicat anno trigesimo a Consulatu Manlii Theodori, qui contigit anno Domini trecentesimo nonagesimonono; plane convincitur illa elucubrasse anno Domini quadringentesimo vigesimonono, quo ea persecutio an cessasset, haud satis exploratum sibi fuisse tradit.

(*a*) *Socr. lib. 2. c. 20.*
(*b*) *Marc. in Chron. sub his Consulib.*
(*c*) *Theod. lib. 5. c. 38.*
(*d*) *Aug. de Civit. Dei l. 18. c. 11.*

XVI. *Quis Persarum Regum persecutionem indixit.*

At quonam autem Persarum Rege indicta hæc persecutio fuerit, dubitatum quoque fuit. Mortuo quidem Isdegerde, ab ejus successore ac filio Bararane fuisse excitatam, creditum est, ea potissimum ratione, quod ipse Isdegerdes amicus Arcadii, Theodosii ejus filii tutelam quodammodo suscepisse visus, de Romano Imperio atque Theodosio optime meritus fuit; sensit id quidem Socrates (*e*): Theodoretus autem sub ipso Isdegerde id factum affirmat (*f*), cui & adstipulatur Cyrillus monachus in rebus gestis (*g*) Sanctæ Euthimii. Sed cujusnam partis sint potiore jura, relinquimus lectoris arbitrio.

(*e*) *Socrat. l. 7. c. 38.*
(*f*) *Theod. l. 5. c. 38.*
(*g*) *Apud Metaph. die 20. Januar.*

Quænam autem de his Socrates scribat, ad verbum singula hic reddamus: (*b*) *Isdegerde* (inquit) *Rege Persarum, qui Christianos Perside incolentes nimme fuerat persecutus, mortuo, Bararanes ejus filius susceptis regni gubernaculis, a Magis ad eam rem impulsus, Christianos acerbe exagitare, cruciatus & tormenta varia, Persarum more, illis infligere cæpit. Itaque Christiani qui inter Persas habitabant, necessitate coacti, ad Romanos confugere, orare ne illos tam misere opprimi patiantur. Atticus Episcopus illos supplices benigne excipere, omnem suam curam, & cogitationem ad opem illis ferendam convertere, Imperatori Theodosio rem palam facere. Eodem tempore aliam etiam ob causam Romani forte adversus Persas animo infensi fuerunt. Nam Persæ quidem & fossores, quos a Romanis ad auri venas extrudendas mercede conduxerant, noluerunt illis reddere, & merces Romanis mercatoribus abstulerunt. Quam offensionem vehementer auxit Christianorum ad Romanos perfugium. Nam Rex Persarum illico mittit legatos, qui illos ut fugitivos repetant. Romani autem eos qui auxilii causa ad ipsos confugerant, nequaquam reddiderunt: immo vero non solum eos ut supplices conservare, animo constituerunt; verum etiam omnibus opibus viribusque ad religionem Christianam propagandam enitti, parati fuerunt. Quapropter cum Persis bellum gerere, quam pati Christianos misere perire, maluerunt.* Hæc de belli & persecutionis causis Socrates, qui res eo bello gestas prosequitur. Nos autem, quæ de persecutione & causa ipsius a Theodoreto sunt posteris commendata, reddemus: qui ait (*i*):

(*b*) *Socrat. lib. 7. c. 18.*

XVII. Causa persecutionis, & belli Persici.

*Per idem tempus Isdegerdes Rex Persarum persecutionem contra Ecclesiam concitavit, occasione ex re gesta, quam sum*

(*i*) *Theodor. l. 5. c. 38.*

XVIII.



PAGIUS

XIV. *Persecutio Christianorum in Perside hoc anno continuata, sed non incepta.*

A num. XV. ad XXXIX. Agathias lib. 4. pag. 137. Regum Persarum compendium texens, scribit: *Isdigerdes cum unum & viginti annos regnasset, nullum unquam adversus Romanos bellum suscepit, neque ulla eos affecit molestia.* Idem habet Procopius lib. I. de Bell. Pers. cap. 2. Quod pacem cum Romanis servarit: *Romanos*, inquit, *quandiu vixit, pace beavit altissime, & Imperium Theodosio conservavit*, cujus tutorem eum Arcadius Theodosii pater moriens instituerat. Ex anno emortuali *Isdigerdis*, quem cum præsenti anno Christi concurrere certum est, ejus decessorum & successorum tempora pendent. Viguit pax Romanos inter & Persas ab anno CCCLXXXI. ut eo anno num. XI. apud Baronium videre est, a Theodosio nempe Magno usque ad præsentem annum, quo *Vararanes* Isdigerdi patri succedens non solum persecutionem adversus Christianos in Perside commorantes ab eodem Isdigerde anno CCCCXIV. ut anno CCCCVIII. num. III. & seqq. ostendimus, excitatum continuavit; sed etiam bellum in Romanos movit. Agathias quidem & Procopius laudati tradunt. *Vararanem* expeditionem in Romanos fecisse; *sed cum illum Præfecti, qui in finibus erant*, amice suscepissent, ipsum statim recessisse. At cum uterque sua ex Annalibus Persarum tantum deprompserit, in iisque eventuum infaustorum nulla mentio esset, belli quod per triennium fere duravit, quodque Romanis gloriosum fuit, nullam notitiam habuere. Evagrius lib. 1. cap. 19. dubitat, an fuerit *Isdigerdes*, vel *Vararanes* ejus filius, qui cum Romanis bellum gesserit. Sed Evagrius bellum cum persecutione Christianorum perperam confudit, deceptus a Socrate, quem laudat, qui lib 7. cap. 18. scribit, *Isdigerdem* Christianos in suis ditionibus degentes nullatenus persecutum fuisse, sed *Vararanem* Magorum consilio inductum eos graviter

Persecutio Regis Persarum in Christianos.

*deinceps narraturus, arrepta. Audas Episcopus, vir multis virtutis generibus ornatus, zelo non opportuno ille quidem accensus, Pyreum demolitus est: templa enim, in quibus πῦρ, id est ignis, eorum Deus colitur, Pyrea vocant Persæ. De quo Rex per Magos certior factus, Audam accersit: ac primum placide eum coarguit, & Pyreum denuo ædificare jubet. Qui cum ei contradiceret, negaretque se illud facturum: Rex omnes ecclesias Christianorum se diruturum minatur. Atque quod ante verbis minabatur, re ipsa perfecit. Nam ut primum Audam divinum illum virum trucidari mandaverat, ecclesias deturbari jussit. Quod autem ad Pyrei eversionem attinet, haud opportune quidem illud factum fuisse existimo. Nam sanctus Apostolus (a) Athenas adventans, & civitatem superstitioso simulacrorum cultu cæcatam videns, aram quamdam ab illis honoratam minime diruit, sed verbo eorum ignorationem redarguit, & veritatem illis patefecit. Attamen quod Audas templum simulacri deturbatum extruere rursum noluit, sed interfici potius quam illud efficere; eum magnopere admiror, & corona dignum judico. Nam pari impietas est (mea quidem sententia) ignem adorare, atque ei ædificare delubrum. Hinc igitur persecutionis tempestas orta gravissimos, & turbulentissimos fluctus contra pietatis alumnos concitavit. Quæ procella triginta annos continuos a Magis; velut a quibusdam turbinibus, agitata duravit. Magos enim vocant Persæ, qui Elementa in deos referunt: de quorum commenticiis fabulis alio in opere, in quo eorum quæstiones dissolvebamus, satis enucleate disseruimus.*

(a) Act. 17.

XIX.

* *Barauranes.*

Dira tormenta in Christianos.

*Porro Gororanes* filius Isdegerdis post mortem patris, ut regni paterni, sic belli contra pietatem a patre commoti successor extitit: quippe pater moriens hæc duo conjuncta filio reliquit. Tormentorum autem genera, & nova cruciamenta piis hominibus ab illis inflicta, vix dicendo explicari poterunt. Nam quorumdam manibus, aliorum autem tergis corium detrahunt: aliorum capita a fronte exorsi ad barbam usque cute exuunt: deinde robustis vinculis a capite usque ad pedes circumligare, & singulos calamos vi arcte constringere; ut partem cutis, ad quam motæ erant arundines, eo pacto graviter lacerantes, acriores doloris morsus efficerent. Quinetiam lacus effodere, eos summa cum diligentia jungere, deinde ingentem soricum numerum in eos concludere: postremo pietatis athletas, eorum manibus pedibusque constrictis, ne bestias abigant, soricibus velut alimentum objiciunt. Sorices autem fame oppressi, sensim carnes sanctorum absumunt, sicque diuturnum & acerbum cruciatum illis afferunt. Itemque carnifices isti a scelerato illo naturæ nostræ inimico & veritatis hoste edocti, tormenta alia his quidem multo asperiora excogitare. Sed tamen ne eo quidem modo athletarum fortitudinem & constantiam retundere potuerunt: nam sua sponte accurrebant, magno desiderio mortis appetendæ, per quam aditus ad vitam immortalem patesit, inflammati: quorum duos tresve in memoriam revocabo, quo per hos etiam aliorum fortitudo cognosci queat.*

XX. Hormisdæ nobilis Persæ certamen.

*Hormisdam quemdam, virum in Persis apprime nobilem, ex genere Achemenidarum orundum, patre Præfecto, cum Rex eum Christianum esse accepisset, ad se duci, & Deum Salvatorem pernegare jubet. At Hormisda: Quod imperas Rex, neque justum est (inquit) neque utile. Nam quicumque didicerit Deum omnium gubernatorem facile contemnere, eumque denegare, multo facilius Regem, quippe cum homo sit, mortalis naturæ particeps, contempturus est. Quod si tuum imperium pernegaverit, o Rex, gravissimo dignus sit supplicio: quanto magis meretur ille quidem, qui omnium rerum effectorem pernegat? Rex autem, quem opportuerat sapientissimam ejus orationem admiratum esse, athletam generosum divitiis & honore spoliavit: deditque ei mandatum, ut omnibus vestibus, solo subligaculo excepto, exutus, camelos qui erant in exercitu duceret. Cum vero dies complures jam*

PAGIUS ter exagitasse. Imo Baronius num. XVI. dubitat, a quonam Persarum Rege persecutio indicta fuerit, aitque se se relinquere Lectoris arbitrio cujusnam partis sint potiora jura. Verum ex dictis & inferius dicendis persecutionem bellum præcessisse, illamque *Isdigerdem* inchoasse, docet Theodoretus lib. 5. cap. 39. ubi postquam narravit eum Ecclesiis gentis suæ bellum intulisse, subdit: *Sed & Gororanes* (qui melius Vararanes dicitur) *Isdigerdis filius, post patris obitum, una cum ejus regno bellum quoque adversus pietatem, quasi hæreditario jure transmissum suscepit. Et ipse moriens utrumque simul junctum filio tradidit.* Porro Theodoretus loquitur de iis, quæ acciderunt tam initio persecutionis, quam belli adversus Romanos, ideoque pleraque quæ de illa habet, pertinent ad annum CCCCXIV. quo eam *Isdegerdes* movit. Hoc recentes Historici non animadvertentes, hujus persecutionis narrationem mirum in modum perverterunt, & gesta ab Isdegerde ad Vararanem ejus filium & successorem transtulerunt, qui error in posterum vitandus.

XV. Causa belli Persici.

Marcellinus in Chronico sub hujus anni COSS. ait: *In Persida in Christianos persecutio desævit* ex qua bellum exortum, de quo duobus annis subsequentibus agit. Socrates lib. 7. cap. 18. duas hujus belli causas in medium affert. Prior hæc est, quia Christiani in Persida vexati ad Romanos confugiebant, & ab eis benevole excipiebantur. Secunda, *quod Persa auri fossores, quos mercede conductos a Romanis acceperant, restituere nollent: tum quod merces Romanis mercatoribus abstulissent.* Cumque Persarum Rex fugitivos





*jam præteriissent, Rexque e tabulato despiciens, videret optimum illum virum & radiis Solis exustum & conspersum undique pulvere: nobilitate ac splendore patris illius in memoriam revocato, primum jubet eum adduci ad se, & indusio lineo vestiri. Deinde arbitratus ejus animam partim cruciatu præterito, partim humanitate erga eum declarata mollitam esse: Nunc demum (inquit) obstinatione deposita, filium fabri negato. At ille divino zelo accensus, induisum dilaceravit: eoque ad Regem projecto, sic eum affatur: Si me hujus causa pietatis desertorem putas, habeas tibi donum cum impietate. Hæc ejus fortitudine perspecta, Rex eum e Palatio nudum exturbavit.*

XXI. De Suenis invicta Constantia.

*Porro idem Rex Suenem mille servorum dominum, qui ei contradicebat (quippe fabricatorem hujus universitatis pernegare haudquaquam sustinebat) primum percunctatur quis ex ejus servis amplissimus esset: deinde ei tradit reliquorum dominatum, ipsumque dominum Suenem illi servire jubet: quinetiam domini sui conjugem ei in matrimonium dat, ratus eo pacto se veritatis propugnatorem Suenem de sententia deducturum. Verum spes eum frustrata est: nam Suenes domum supra petram ædificatam habuit. Post hos Beniamin diaconum comprehendi, & in carcerem conjici mandat. Biennio vero post legatus Romanus venit ad Regem de aliis rebus cum eo acturus: qui de diacono certior factus, impetrat ei a Rege liberationem. Rex autem jubet, Beniamin polliceri, se doctrinam Christianam cum nullo Mago communicaturum. Legatus quidem recipit, Beniamin Regis mandata effecturum. At Beniamin cum legatum hac de re ipsum admonentem audivisset, respondit non posse fieri, ut doctrinam lucis, quam a Deo acceperat, non aliis impertiret: nam abscondere talentum, quantum mereatur supplicii, historiam Evangeliorum aperte docere. Verum Rex id temporis hujus responsionis ignarus, jubet illum ex vinculis eximi. Qui quidem (ut solebat) homines ignorationis tenebris obcæcatos inde eripere, & ad lucem, quæ sola intelligentia percipitur, educere non cessavit.*

XXII. Beniamin Diaconi immane martyrium.

*Anno autem post, res ab eo gestæ Regi indicantur: qui jubet eum adduci, & Deum, quem colebat, denegare. Tum ille sciscitatus a Rege, quo supplicio mulctandus sit is qui ejus regnum deserat, & alterius ditioni se subiicere in animum inducat. Morte (inquit Rex) & pœna gravissima. Cui rursum sapientissimus vir: Quo pacto igitur (inquit) coercendus est homo ille, qui effectorem & opificem omnium derelinquat, & unum e conservis Deum consecret, eique cultum vero Deo debitum tribuat? Quibus verbis Rex graviter commotus, viginti arundines præacutas per ungues manuum ac pedum trajici jubet. Ubi autem vidit eum hunc cruciatum habere pro ludo, aliam rursus arundinem in membrum genitale intrudi mandat; quæ sæpius extracta, insertaque dolores ei incussit plane inexplicabiles. Post illud inflictum supplicium, impius ille & immanitate efferatus tyrannus virgam robustam, crassam, & propter ramos undique eminentes valde asperam in imam alvi sedem configi jubet; quo cruciatus genere generosus Christi athleta oppressus extremum spiritum edidit.*

XXIII. Ecclesia Dei invicta.

*Infinita fere id genus scelera ab illis impiis fuere admissa. Neque cuiquam mirum videri debet, omnium rerum administratorem Deum eorum feritatem, impietatemque tolerasse. Etenim quotquot Imperatores ante Imperium Constantini Magni regnarunt, contra veritatis professores insana rabie furere non desierunt. Atque Diocletianus ipso salutari Passionis die cunctas ecclesias, quæ in toto Romano Imperio erant, demolitus est. Verum vix novem jam anni intercesserant, cum & illæ ipsæ denuo florere, atque multo majore amplitudine & splendore, quam antea, enitere cœperant, & tyrannus ille una cum impietate extinctus est. Atque*

C c 2 *Do-*

PAGIUS vos repeteret, & Romani Christianæ religionis causa nullatenus eos prodere vellent, bellum grave conflatum est. Alii Historici confugii tantum Persarum ad Romanos meminere, uti Theophanes ad annum XVII. Theodosii, sed anno non suo, & Cyrillus Monachus in vita Sancti Euthymii Abbatis, ubi ait: *Initio tunc mota persecutionis in Persida circa finem regni Isdegerdis Persarum Regis, cum Magi omnes Christianos capere vellent, subditorum Saracenorum Præfectos ubique viarum constituerant, ne quis Christianorum in Persida degentium ad Romanos confugeret. Verum Aspebetus tunc temporis Præfectus existens, cum hanc in Christianos sævitiam & inhumanitatem a Magis civitatis excitatam videret, miseratione motus, nominem Christianorum a fuga impedivit.* Addit Cyrillus Aspebetum cum filio apud Regem Isdegerdem accusatum ad Romanos transfugisse, *quos Anatolius tunc Orientis Præfectus susceptos, Romanis jancito fœdere subdidit, atque Aspebetum Saracenorum ex fœdere Romanis subjectorum, qui in Arabia morabantur, Præfectum constituit.* Denique Nicephorus lib. 14. cap. 21. eamdem belli causam ex Socrate refert.

XVI. *Hoc bellum Arcadio perperam adscriptum in libris de Prædictionibus.*

Quæ in medium adducenda censui ut error, qui irrepsit in librum 3. De *Prædictionibus* cap. 34. Prospero attributum, quique Baronio anno CCCXCV. num. XXIV. hacte nusque omnibus fucum fecit, tandem e medio tollatur: *Sane nostris temporibus*, inquit Auctor ille, *apud Persas persecutionem factam novimus, imperante Arcadio religioso & Christiano Principe, qui ne traderet ad se confugientes Armenos bellum cum Persis confecit. Eo signo, antequam potitus victoriæ, jam coeuntibus prælium militibus, aerias Cruces in vestibus paruere. Unde etiam victor aream*

*Dominus tum hæc bella contra Christianos excitanda fore, tum Ecclesiam invictam iri prædixerat. Quinetiam ipsi rerum eventus nos docent, bellum plus commodi quam pacem solere nobis apportare: nam hæc nos molles, morosos, & timidos reddit, illud autem animos acuit, & res præsentis vitæ tamquam fluxas contemnere facit.* Hactenus de Persica persecutione Theodoretus.

XXIV. Addit his Nicephorus Jacobi Persæ certamen his verbis (*a*): *Infinita vero ab audacibus & impiis illis tentata sunt: quale videlicet & illud est in Jacobo Persa patratum. Is enim cum Christianus antea fuisset, propter intercedentem sibi cum Isdegerde Rege Persarum amicitiam, paternam religionem rejecerat. Posteaquam autem per matrem & conjugem rursus ad fidem Christi admonitus revertit, & eam rem Princeps ægre tulit: acerbam quamdam & propter novitatem admirandam post multa supplicia subiit mortem. Nam ubi articulis & junctūris quibusque incommoda & apta totius corporis membrorum conformatione, & manibus, brachiis, pedibus & suris ei resectis, reliquum nihil quam una cum ventre caput solum habuit: quoniam ne tum quidem fidem in Christum abjecit, & id ipsum postremo ferro amputatum est.* Hæc de Jacobo Nicephorus.

(*a*) *Nic. l. 14. c. 19. 20. 21.*

De Jacobi Persæ martyrio.

XXV. Quod autem ad res bellicas pertinet: enituisse quidem divinam virtutem in opem ferendo Christianis adversus Persas, quæ narrat Theodoretus (*b*) haud obscure significant, ac in primis in his quæ ipso exordio rupti fœderis contigerunt, de quibus ita ipse: *Cum Persæ, negotiis Romanorum quibus districti tenebantur, cognitis, contra vicinos suos ruptis fœderibus bellum facerent, neque quisquam illis tum ab hostibus oppugnatis subsidio veniret (Imperator enim in pace jamdudum facta confisus, duces suos & milites ad alia bella gerenda miserat) Deus immenso imbre & maxima copia grandinis in eorum exercitum demissa, tum eos prohibuit ab itinere ulterius faciendo, tum equorum cursum impedivit: adeo ut viginti diebus viginti stadia usque conficere non possent, quoad duces Romani collectis suis in unum militibus adventarent.*

(*b*) *Theodor. l. 5. c. 36.*

Deus pugnavit pro Theodosio adversus Persas.

*Porro autem altero prælio commisso, ipsos ipsos, cum jam urbem Imperatoris nomine nuncupatam obsidione cinxissent, ludibrio Deus exposuit. Nam cum Gororanes amplius quam triginta dies cum omnibus copiis urbem hanc circumsedisset, & multa instrumenta bellica ad urbes capiendas accommodata ad murum applicasset, & infinitas tentasset machinas, & alias turres extra mœnia extruxisset; solus divinus Eunomius illius urbis Episcopus ei restitit, & machinationum adjectarum impetum penitus repressit. At cum duces nostri prœliari contra hostes renuerent, & obsessis opem ferre non auderent: iste Episcopus se hostibus opponendo, urbem servavit incolumen. Nam cum unus ex Regulis barbaris consuetam blasphemiam in Deum jaceret, & in morem Rhapsacis & Sennacherib verba execrabilia funderet, furoreque incitatus minaretur se sacrosanctum Dei templum incendio vastaturum: sanctus iste vir rabiem ejus non ferens, balistam Thomæ Apostoli nomine inscriptam, ad pinnas muri statui, & ingentem lapidem in ea imponi, nomineque illius in quem barbari blasphemiam conjecerant, eum emitti jubet: qui directo in illum Regulum delatus, & in nefarium ejus os impactus, vultum deformavit, caput comminuit, & cerebro dispersit humum. Quod cum vidisset Dux Gororanes, qui spe capiendæ urbis exercitum collegerat, inde discessit, ipsoque rerum eventu se victum plane declaravit: atque ob hanc causam metu perculsus, fœdera cum Romanis percussit. Ad hunc modum summus omnium rector Deus fidelissimi Imperatoris saluti consuluit, qui quidem & se famulum ejus esse ingenue agnoscit, & debitum Domino præstat obsequium.* Hactenus Theodoretus

XXVI.

Eunomius Episcopus vindex blasphemiæ.



retus. Verum fœdus post sequentem annum initum esse (ut diximus) Socrates tradit: persecutionem autem novis causis recrudescentem, amplioris temporis spatio propagatam fuisse constat.

XXVII. Quæ præterea de rebus ope divina bene gestis in eo prælio Socrates narrat, his addamus. Ubi enim alia nonnulla præmisit hæc habet (*a*): *Itaque simulatque Imperator Romanus intellexerat Persas maximas copias contra ipsum comparasse: spe tota belli administrandi in Deo collocata, maximum exercitum ex adverso misit. Imperatorem autem summum protinus a Deo beneficium accepisse, quod ejus ope confidebat, ex hoc perspicuum esse poterit. Cum enim Constantinopolitani anxio & solicito animo essent, & propter incertam belli fortunam ancipiti cura distracti: Angeli Dei in Bithynia nonnullis, quos negotia necessaria ire cogebant, apparentes, jubent renunciare Constantinopolitanis, ut bono animo sint, precibus se dedant, & firmam in Deo spem ponant, Romanos victores fore: se enim administratores belli a Deo missos dicebant. Quo audito, non solum civitas confirmata fuit, verum etiam militum animi multo ad bellum facti alacriores.*

(*a*) *Socrat. l. 7. c. 18.*

Divina ope Persæ repressi.

XXVIII. Saraceni divinitus superati.

*Ubi bellum (uti docuimus) erat ex Armenia in Mesopotamiam translatum, Romani Persas in Urbe Nisibenorum conclusos obsidione cingunt; turresque ex ligno fabricatas, quæ machina quadam volvebantur, mœnibus admovent: multos, qui ex mœnibus pugnare, eaque defendere nitebantur, trucidant: Bararanes igitur Rex Persarum certior factus, cum regionem Azazenorum vastatam, tum suos milites, qui erant in urbe Nisibenorum concluși, a Romanis obsessos: ipse cum omnibus suis copiis contra Romanos ire constituit. At quoniam Romanorum exercitum vehementer formidabat, auxilium postulat a Saracenis, quibus id temporis præfuit Alamundarus, vir excelso animo & bellicoso: qui infinita Saracenorum manu secum adducta, Regem Persarum confidere jubet: quinetiam pollicetur, neque id adeo multo post, illi non solum subacturum Romanos, sed Antiochiam, quæ est in Syria traditurum. Verum ejus promissio non successit ex sententia: nam Deus adeo ingentem Saracenis incussit timorem, ut Romanorum copias in ipsos derepente irruisse existimarent: atque cum inter ipsos tumultuarentur, & non haberent quo aufugerent, ipsi se armatos præcipitarunt in fluvium Euphratem, in quo homines circiter centum millia submersi sunt. Sic cum Saracenorum copiis actum est.* Hæc Socrates, subditque alia, sed brevitatis causa relinquimus. Ut autem Persæ in præliis posteriores retulerint, præces quoque magni illius Simeonis Stylitæ interceſſere, de quo ista Thodoretus (*b*). *Quinetiam ei aliquando visæ sunt duæ virgæ, quæ ferebantur quidem de cœlis, in terram autem cadebant Orientalem & Occidentalem. Hanc autem Persicæ & Scythicæ gentis in Imperium Romanorum insurrectionem significavit vir divinus, & iis qui aderant effatus est visionem: multisque lacrymis & precibus repressit plagas, quarum intentabantur minæ in orbem terræ. Gens quidem certe Persarum jam armata & parata ad Romanos invadendos, eis divina adversante voluntate, a cœpto est retardata, & intrinsecus in malis propriis occupata.* Et paulo post. *Ejus quoque fuit magna fama apud Regem Persarum: ut enim narraverunt legati qui ad ipsum venerunt, diligenter scisciabatur, quæ esset ejus vita, & quænam miracula. Dicunt autem ejus quoque conjugem expetiisse oleum dignatum ejus benedictione, & tamquam donum magnum accepisse. Quinetiam omnes Regis assectæ & a fama commoti, & multas in eum a Magis accipientes calumnias, diligenter rogabant; & cum intellexissent, virum, divinum nominabant.* Addit his plura Theodoretus, & inter alia de Regina Ismaelitarum, quæ cum esset sterilis, cupida prolis, missa legatione, precibus ejus id impetrare rogavit: & jam

(*b*) *Theodor. hist. sanct. Patr. c. 26.*

Simeon Stylita avertit furorem Persarum.

PAGIUS

*ream monetam cum eodem signo Crucis fieri præcepit, quæ in usu totius Orbis & maxime Asiæ, hodieque persistit.* Baronius ibid. bellum illud Arcadium inter & Isdigerdem gestum arbitratur, sed Orosius, qui Theodosio Juniore imperante scripsit, annoque CCCCXVII. Historiam suam absolvit, loquens de Pace inter Theodosium Magnum & Persas sancitam hanc opinionem evertit, cum ait: *Ictumque tunc fœdus est: quo universus Oriens usque ad nunc tranquillissime fruitur.* Quare in laudato Auctoris de prædictionibus libro loco, *imperante Arcadio*, legendum, *imperante Theodosio Arcadii filio*, quia in exemplari scriptum erat *imperan. The. Arcad. Fo.* quæ Librarius imperite exscripsit, ex duobus enim Theodosiis senior absolute Theodosius ab Historicis appellatur ejus vero nepos modo *Junior*, modo *Minor*, modo *Arcadii Filius*, ut ab avo distinguatur. Hic cap. 38. vocatur simpliciter Theodosius *Honorius etiam Theodosii minor filius*, & antea, *Theodosii vero religiosi Principis imperio* ubi etiam Librarii contra Auctoris mentem qui de seniore Theodosio loquitur, hæc verba addiderunt, *per Jovium & Gaudentium Comites*, ut ostendunt sequentia, *cui Symmachus præconio laudum in consistorio recitato aram Victoriæ in Senatu restitui intimavit.* Jovius enim & Gaudentius non nisi post Theodosii Magni mortem Arcadio & Honorio ejus filiis jubentibus templa everterunt, *Mallio & Theodoro Coss.* anno scilicet CCCXCIX. Nec auctor Libri de prædictionibus hac in re falli potuit, cum ipsemet asserat se præsentem fuisse, quando juxta Honorii Edictum idola & templa in Africa prostrata sunt.

Nec est quod quis dicat, Auctorem librorum *de Prædictionibus* nonnisi de Armenis, qui ad ditiones Romanorum confugiebant, loqui, & Socratem loco laudato verba facere de Persis, ac asserere Romanos per Armeniam in Azanenem Provinciam, quæ eadem est cum Arzanena, intrasse, ideoque Socratem supponere Armeniam fuisse juris Romani, & Persas in ea regione Christianos persecutos non esse. *Armenia* enim inter Romanos ac Persas divisa erat, Ammianus, quippe lib. 24. cap. 7. scribit Persas post pacem cum Joviano Imp. factam magnam Armeniæ partem occupasse: *Contigit*, inquit Ammianus, *ut Armenia latus maximum Medis conterminans & Artaxata inter dissensiones & turbamenta raperent Parthi.* Evagrius vero, qui sub sæculi sequentis exitum Historiam suam scripsit, lib. 5. cap. 7. ait: *Incolæ majoris Armeniæ, quæ nunc Persamenia dicitur: (hæc autem regio antea quidem Romanis paruerat, sed cum Philippus successor Gordiani eam Sapori prodidisset, minor quidem Armenia penes Romanos mansit, reliqua vero omnis penes Persas:) hujus igitur incolæ fidem Christianam professi*, &c. Ad hæc Auctorem librorum de Prædictionibus nonnisi de bello a Theodosio Juniore contra Persas gesto loqui demonstrant hæc ejus verba: *Alias sane quam plures* (nempe persecutiones) *beatæ memoriæ Augustinus scriptis suis inseruit, quas haud procul a nobis & vidit & sensit, credens & ipse augmenta Ecclesiæ quæ nos videmus impleri. Sane nostris temporibus apud Persas*, &c. Sane si hæc ultima verba cum præcedentibus necessariam connexionem non haberent, locus ille perfectum sensum non redderet. Quare Sanctus Augustinus vidit

XVII. *Ex Armenis alii Romanis, alii Persis parebant.*

jam facta voti compos, una cum filio, quem peperit, ad eum perrexit: impertitaque ab eo benedictione infanti, reversa est.

XXIX. Tot vero tantaque adversus superbos Persas obtenta, nonnisi virtute Christi opem ferentis Romano exercitui parta, habes hic in effigie cusi nummi satis expressum, in cujus adversa parte cernitur Imperatoris imago dextera tenens Labarum Christi nomine insignitum ex gemmis intexto, in quo virtus & fortitudo insit exercitus, ut circumducta docet inscriptio [1].

XXX. At subiiciamus his aliud vincendi genus, quo Christiani non armis, sed charitate dimicant, & superant hostes beneficentia: quam quidem pugnam a sanctissimo viro Acacio Episcopo exhibitam Socrates narrat his verbis (a): *Acacius Amidæ Episcopus, ob facinus quoddam præclarum per id tempus ab eo gestum, vehementer ab omnibus celebratus fuit. Cum Romani milites illos Persas, quos in depopulanda Azazena captivos cœperant, nullo modo reddere Regi Persarum in animum inducerent: captivi qui erant numero circiter septem millia (quæ res animum Regis Persarum non parum divexavit) fame propemodum consumpti sunt. Acacius igitur hanc militum miseriam minime neglexit; sed convocatis suis clericis, sic eos alloquitur: Deus noster neque lancibus, neque poculis eget: nam nec comedit, nec bibit, quippe qui his rebus minime opus habeat. Quare cum Ecclesia multa monumenta aurea argenteaque ex propensa Fidelium in eam benignitate possideat: consentaneum est, hisce rebus milites captivos e custodia liberare, & fame prope enectos reficere, sustentareque. Ubi hæc aliaque id genus oratione percurreret, monumenta Ecclesiæ conflanda curavit, vendidit, pretiaque partim militibus pro captivis redimendis dedit, partim ad eorum famem sublevandam impendit; postremo, viatico illis superaddito, ad suum ipsorum Regem remisit. Hæc res ab eximio illo viro Acacio gesta, Regi Persarum magnam fecit mirationem, quod Romani his rebus utrisque & bello & beneficiis hostes vincere laborabant. Fertur præterea, tum Regem Persarum magno desiderio Acacii videndi flagrasse, quo hominis aspectu frueretur; tum Theodosium Imper. Acacio præcepisse, ut Regis desiderio satisfaceret.* Hæc de Acacio Socrates.

(a) Socrat. l. 7. c. 21.

Acacius Episcopus redimit Persas captivos.

XXXI. Sed quomodo ex hoc bello Persico & persecutione in Christianos concitata manavit occasio, ut apud Saracenos fides Christiana propagaretur; Cyrillus, qui eo-



codem sæculo claruit, omni fide posteris tradidit, dum de Saracenorum duce agit; cui ob miserationem erga Christianos exhibitam datum est, ne apud Persas perseverans cum cæteris gentis suæ periret. Sed audiamus eum, qui rem sic aggreditur (a): *Erat apud Persas quidam Græcus*, Gentilis scilicet, *nomine Aspebetus, qui fuerat dux Tribus Saracenorum. Cum autem circa finem Regis Isdegerdis mota esset a Magis persecutio adversus Christianos: illi ducentes hoc sibi magno esse studio contendendum, ut omnes venarentur Christianos: omnes quotquot erant Tribuum apud se Præfectos, quinetiam illum quoque Aspebetum, ut omnes vias diligenter custodirent, constituunt, ut nullus Christianus posset clanculum confugere ad Imperium Romanorum. His itaque Aspebetus, videns tantam in Christianos incursionem & insaniam, motus misericordia eorum calamitatis, non solum non prohibuit quo minus fugerent, sed eis quoque manum præbuit adjutricem. Qua de causa accusatus apud Isdegerdem, & illius veritus crudelitatem, acceptis protinus suis facultatibus, cognitionemque cum puero Terebone, transfugit ad Romanos.*

(a) Cyrill. in Vit. S. Euth. apud Metaph. die 20. Januar. & Sur. to. 1.

De Aspebeto Duce Saracenorum transeunte ad castra Romanorum.

XXXII. *Quos cum accepisset Anatolius (is enim tunc erat unus ex Præfectis Orientis) eum collocat, in Arabia; & quæ illic Romanis suberat, Saracenorum Præfecturam tradidit in manus Aspebeti; sic aperte ostendens sinceram & omnis doli expertem fuisse ejus acceptationem.* Hæc quidem præstitit Anatolius Præfectus Orientis, cujus etiam Procopius (b) meminit, aitque functum esse legatione ad Regem Persarum pro conciliando inter Romanos & Persas fœdere. Sed prosequamur ducem Saracenorum in castris Romanorum militantem: *Cum ergo* (subdit Cyrillus) *sic ad Romanos accessisset, ejusque filius Terebon cum esset adhuc impubes, atque adeo vere puer, percussus erat flagello dæmonis, ut qui dexteram partem corporis ex dimidio haberet siccam, mortuæque similem, & qua minime operari poterat: hoc autem ei se habebat a capite usque ad pedes: & cum pater magnam partem facultatum consumpsisset in medicos, Terebon ex arte illorum nullum accepit emolumentum. Postquam vero migrarunt in Arabiam, vidit puer in somnis aliquid, & visionem experge factus eam patri narrat. Ille autem cum statim puerum accepisset, & multos ex his qui ejus imperio parebant barbaris, venit ad speluncam Euthymii & Theoctisti sanctissimorum monachorum: nam ut eo veniret, præcipiebat quæ ei apparuerat visio. Atque fratres quidem cum tantam vidissent multitudinem, invasit omnes animi angor & metus, nec sciebant quid agerent. Sed B. Theoctistus cum illum timorem ejecisset ex animo, accedit ad barbaros, & rogat cujusnam rei opus eos huc adduxisset.*

(b) Procop. lib. 1. de bello Persico.

XXXIII. *At illi: Venimus* (dixerunt) *ad videndum Euthymium: Beatus vero Theoctistus: At ille* (inquit) *nunc quiescit & silet, neque usque sabbatum veniet in alicujus conspectum, neque ad colloquium cum aliquo. Tunc Aspebetus manus accipiens, ostendit filium, qui erat semiaridus, & cujus pars dextera erat veluti mortua: deinde etiam filio annuit supercilits. Ille autem incipiens, rem omnem ordine narrat: Cum ergo* (inquit) *in Persida hanc plagam accepissem, multis & medicinæ & magicæ artibus contritus, nihil amplius ex eis fructus percepi, nisi quod eas solum damnavi, ut in illis numquam possim magnam habere fiduciam. Deinde postquam in hanc Arabum venimus regionem, hic quoque rursum cum priori luctabar certamine, & malis vexabar similibus. Noctu autem apud me aliquando cogitans & considerans an usquam ab hoc morbo aliquam invenirem liberationem; quoniam ab iis quæ erant apud eos, nullam videbam mali curationem; ipse sic mecum colloquebar: O Terebon, ubi nunc sunt quæ apud Græcos & Persas esse feruntur medicinæ artes, & quæ sunt in his nugæ, & quæ earum vulgo jactatur utilitas? Ubi sunt autem præstigiæ Astrologorum? Sunt omnia re vera fraudes & risus manifestus, quæ nihil umquam possunt efficere absque universorum opifice & Domino.*

S Euthymius conventus ab Aspebeto.

XXXIV. *Cum hæc ergo apud me dixissem, ab eo petii morbi liberationem, & me ei vicissim*

PAGIUS vidit & agnovit hanc Persarum persecutionem & in suos Libros inserui, secundum eumdem Auctorem; quod quidem verum est; Augustinus enim lib. 18. de Civit. Dei cap. 12. inquit: *quid modo in Persida? Nonne in Christianos ferbuit persecutio, si tamen quievit, ut fugientes inde nonnulli usque ad Romana oppida pervenerint?* Quis igitur dubitare potest quin Augustinus & Auctor ille de una eademque persecutione Persica, verba faciant, & quin hæc Augustini verba idem designent ac ista Anonymi, *ad se confugientes Armenos, &c.?* quam ob rem cum Augustinus, qui Libros de Civitate Dei absolvit anno CCCCXXVIII. de persecutione, quæ imperante Theodosio Juniore, contigit in Persida, loquatur, de alia fermonem non habet Anonymus, cum paulo post mortem Augustini Opus suum absolverit.

XVIII. *D. Augustinus & Auctor Librorum de Prædictionibus loquuntur de uno eodemque bello Persico.*

Denique apparet, Anonymum ad hunc Augustini locum respexisse; cum dicat, se videre quæ Augustinus solum crediderat contingere debere scilicet *Augmenta Ecclesiæ*, hujus persecutionis occasione. Baronius enim num. XXXI. & seqq. ex Cyrillo Monacho in Vita Sancti Euthymii demonstrat, religionem Christianam per Orientem propter hanc persecutionem Persicam valde amplificatam fuisse. Quare nullum dubium esse debet, quin Anonymus de ea persecutione Persica loquatur, de qua Augustinus, Socrates, Theodoretus, aliique Historici Ecclesiastici mentionem faciunt, & quin locus a nobis explicatus, a Librariis corruptus fuerit; quod & forsan manuscripta hujus Auctoris demonstrarent, sed nulla in Bibliothecis Parisiensibus reperiri amici monuere; & Eminentissimus Cardinalis Hieronymus Casanata mihi per literas significare dignatus est, in Odingentorum annorum Codice Palatino-Vaticano, signato, num. 237. descriptum esse librum illum de *Prædictionibus* Sancto Prospero adscriptum; locum vero laudatum de Persarum persecutione nihil ab editis discrepare. Quare error ille antiquus.

XIX. *Mentio hujus belli Persici in duabus Theodosii legibus.*

Pertinet ad hoc bellum Persicum Lex 10. Cod. Justin. *de ædificiis privatis*, data sub hujus anni COSS. III. Non. Maii, qua Theodosius in Provinciis limitem respicientibus, nempe *per Provincias Mesopotamiam, Osdroenam, Euphratensem, Syriam secundam, Phœniciam Libanensem, Ciliciam secundam, utramque Armeniam, utramque Cappadociam, Pontum Polemoniacum, atque Hellespontum* permittit *cunctis volentibus murali ambitu fundos proprios seu loca dominii sui constituta vallare*, ad repellendos scilicet summovendosque Persas. Ad istud bellum etiam refertur Lex 3. Cod. Theod. *de Littorum & itinerum custodia*, quæ sub hujus anni COSS. *XIV. Kalend. Octob. Constantinopoli* a Theodosio data

NOTÆ [1] S. PORPHYRIUS Gazensis Episcopus obiit hoc anno die XXVI. *Februarii* Norisius in Epochis pag. 418.

Visio ostensa Terebonio.

*sim esse relaturum vitæ mutationem, & me Christianum futurum, sum pollicitus. Interea autem dum hæc fierent, & Deo hoc modo essem supplex, paulatim in somnum deductus, mihi videbar videre quemdam monachum, cui barba propendebat hispida, quique jam senescebat & canis erat conspersus, me rogantem quisnam esset morbus, & sciscitantem quidnam mali nobis incubuisset. Cum autem morbum ei ostendissem, ille: Implebis ne (inquit) quæcumque Deo es pollicitus? Deinde cum ego rursum promisissem, me prompto & alacri animo omnia confecturum: ego sum (inquit) Euthymius qui ad Orientalem solitudinem habito in torrente, qui est prope viam quæ tendit versus Hiericò, decem millibus distans Hierosolymis. Si vis ergo invenire mali solutionem, veni ad me, & Deus te per nos curabit. Hoc cum in somnis vidissem, & essem excitatus, patri statim narravi. Et ecce omnibus postpositis (ut jussit visio) huc nunc venimus: teque valde & enixe rogamus, ut nobis ostendas eum, qui per visum nobis fuit indicatus, vere divinum & admirabilem medicum.*

XXXV. Euthymius curat Terebonem.

*Hæc cum beatus audisset Theoctistus, & visionem & apertum gratiæ Dei judicium esset admiratus: Euthymio interrupit quietem ac silentium, & ei omnia recensèt ordine, pueri morbum, defectum ejus qui illum esset curaturus, ejus promissa quæ fecit communi Domino, somnium illud, visionem quæ apparuit, & (ut semel dicam) narrat singula. Ipse autem cum sibi quoque persuasisset eam rem divino quodam geri consilio, statim descendit ad barbaros. Cumque vehementer orasset pro puero, & ei figuram crucis imposuisset: non aliquo opus habuit tempore, neque ut in oratione diutius perseveraret, sed eum valentem & omnino sanum statim effecit. Stupent barbari ad id quod factum fuerat; & citius quam ejus qui laborabat corpus, eorum quoque curantur animæ, vel potius animæ communiter sanitatem accipiunt, & fiunt statim fideles. Quocirca proni humi cadentes rogant illam sanctam animam, ut Christi obsignaventur signaculo, & partem Christianorum consequantur & nomen.*

*Non erat autem viri pii & Deum amantis cunctari in his rebus; neque fuit Euthymii in his rebus ulla cunctatio: sed cum vidisset eos corde potius quam ore sacrum baptismum postulantes, jubet parvam piscinam fieri in quodam angulo speluncæ, quæ quidem consistit usque in hodiernum diem. Cumque dixisset preces quæ dici consueverunt; & quæ lex in his postulat, fecisset omnia: primum quidem baptizat Aspebetum, eum Petrum nominans, deinceps Marin fratrem uxoris Aspebeti, ambos claros genere, & insignes divitiis, vel divitias potius ordinantes prudentia & virtute, vel potius ipsis divitiis utentes pro causa & instrumento exercendæ virtutis: deinde autem Terebonem, & post ipsos reliquos. Quos cum quadraginta dies detinuisset & monuisset, pietatemque accurate docuisset, & omnibus modis ea firma & stabilia reddidisset, quæ pertinent ad salutem; eos dimisit in pace, sed non amplius Agarenos & Ismaelitas, sed a Sara oriundos, & certos hæredes promissionis per divinum baptismum.*

XXXVI. Saraceni baptizantur.

*Maris autem, qui fuit Terebonis avunculus, non amplius voluit retro respicere, neque amplius omnino sustinuit recedere a monasterio, cum ei omnes consecrasset facultates, & parvi fecisset quæcumque sunt in mundo, ac generoso & excelso animo non dignum duxisset desiderium quod in ea confertur, soli Deo cohæret, & per totam vitam sub eo vivere statuit magno duce & præceptore.* Hucusque de his Cyrillus. Quomodo autem per eumdem Aspebetum fides Christiana apud Saracenos propagata est, & eisdem a Juvenali Episcopo Hierosolymitano præfectus est ipse Episcopus, idem Cyrillus paucis rem prosecutus, narrat his verbis: *Cum usque adeo multiplicarentur filii Agar, & ad veram traducerentur nobilitatem, & in diversas excrescerent copias: mittit divinus Euthymius ad Juvenalem Patriarcham Hierosolymitanum, postulans ut eis ordinaretur Episcopus. Ille vero mittit ad eum Petrum patrem Terebonis, ut qui esset idoneus præesse animabus, & deducere ad salutem.* Quoto autem Domini anno id contigerit,

XXXVII. Saracenorum primus Episcopus.

PAGIUS

data est, qua is mandat littorum & portuum custodibus ac ducis limitis officialibus in limite Orientali, ne merces illicitas ad Nationes barbaras deferri permittant. Hoc enim respondet narrationi Socratis laudati in qua dicitur, unam ex belli Persici causis fuisse, quod Persæ *Merces* Romanis mercatoribus abstulissent. Pacis enim tempore inter Persas & Romanos commercium erat destinatis eam in rem certis locis & civitatibus, ut testatur Lex. 4. Cod. Justin. *de commerciis & mercatoribus*, in qua commercio tres urbes destinantur, *Nisibis* in Mesopotamia, *Callinicum* in Osroena, & *Artaxata* in Armenia majori. Sed hac de re plura Gothofredus in Commentario laudatæ leg. Cod. Theod.

Cum bellum fere per triennium durarit, varia inter Romanos & Persas gesta, ut narrat Baronius ex Socrate, & ostendit Theophanes loco laudato, ubi ait: *Hinc Theodosius Ardaburium ducem cum Romanis copiis, inde cum Persicis exercitibus, & innumeris Saracenorum auxiliariis copiis Arseum* (quem Narseum Socrates appellat) *Vararanes mandat. Ardaburius in Persidem usque penetrans, Arxane Provincia devastata, in Mesopotamiam ingreditur: Persarum Dux pari-*

XX. *Victoria a Romanis de Persis reportata*



*tigerit*, suo loco dicemus. *Petrus ergo* (pergit ille) *sic primus ordinatur Episcopus copiarum quæ erant in Palæstina. Saracenorum autem multitudo non secus ac fluviorum fluenta affluebant perpetuo; & qui nunc accedebant, adiiciebantur prioribus, & hi omnes signati baptismi signaculo connumerabantur cum grege Christianorum. Sed de his, quæ dicta sunt, sufficiunt.* Hactenus Cyrillus quam sincerissime texens res præclare gestas Euthymii.

XXXVIII. Ex persecutione Ecclesiæ lucrum.

Hæc de Episcopatus Saracenorum Petro collato, postea contigere, cum plenissime Christianæ fidei dogmatibus eruditus, dignus habitus est, qui alios docere posset, & ex duce militiæ transformaretur in sacerdotem atque pastorem. Fructus isti fuerunt Persicæ persecutionis, & ex fuso martyrum sanguine copiosi proventus. Ita namque semper in Ecclesia accidere consuevit, ut ex illata persecutione fœcundioribus palmitibus propagetur, virescat vulnere, surgat oppressione, crescat excisione, angustiis dilatetur, & ex tenebris illustretur. Et unde ista miracula naturæ ordinem excedentia, & humanum captum longius superantia? nisi quod non sit Christiana fides hominum prudens inventum, sed Dei virtutis opus, Divinitatis consilio stabilitum, & in perpetuum confirmatum, cui cedant necesse sit omnes adversariæ potestates, in nihilum rediganturque, penitusque deficiant qui illud impugnant: ipsum vero inconcussum maneat, & crebrioribus ictibus pressius solidetur, & vehementioribus motibus fundamento immobilius inhæresçat. Sed jam quæ sunt reliquæ anni hujus res gestæ, narrare pergamus, apponamusque coronidem ad res superius enarratas migrationem ex hac vita ad æternam felicitatem S. Hieronymi, cujus nobilibus factis Annales *nostri* singulis pene annis, quibus celebris vixit, sunt illustrati.

XXXIX. Hieronymi obitus & ætas.

Hoc igitur ipso anno, iisdemque Consulibus, S. Hieronymum e vita decessisse pridie Kal. Octobris anno ætatis suæ nonagesimo-primo, Prosper testatur in Chronico. Cæterum quod spectat ad annos ætatis ejus dissensisse a Prospero videntur nonnulli (*a*), qui majorem annorum numerum eidem tribuerunt, nempe nonagintaocto, vel nonagintanovem; quos longe longius a veritatis scopo aberrare, quæ superius a nobis dicta sunt de ratione annorum ipsius, aperte significant; cum & testificatione ipsusmet S. Hieronymi sit demonstratum (*b*), ipsum nec perveniisse ad ætatem octoginta annorum, sed natum annos septuagintaocto vel novem ex hac vita migrasse. Ne vero hic iterum eamdem retexamus de Hieronymi ætate orationem, æquius est ut tu ea pro arbitrio consulas, lector, quam ut cum fastidio eadem repetita denuo ingeramus. Fractam quidem laboribus, morbis, solicitudinibusque senectutem gessisse, quæ de eo annis superioribus sunt enarrata significant: ut plane longe senior creditus sit decessisse, qui duodeoctoginta annos ætatis tantum vixisse appareat.

(*a*) *Bed. Martyrol. Ado Usuard. Sigebert. in Chron.*

(*b*) *Tom. 3. Annal. ann. D. 372. edit. Rom. pag. 329. 330.*

XL. Etenim longiorem ejus ætatem opinandi, ipse scriptis suis S. Hieronymus oc-





PAGIUS

*pariter in Mesopotamiam versus Euphratem progreditur cum suis, qui cum Romanas acies ingruere arbitrarentur, Dei impulsu, vanis terroribus agitati, ut erant armis instructi, in flumen desilierunt: adeo ut decem myriades aquarum vorticibus perierint: reliquos omnes, & eam maxime legionem, ac myriadem, cui a Persis Immortalium nomen factum, cunctosque eorum Duces quaquaversus Romano milite circumclusos, Christo, a Persis, quod injustam viris religiosis mortem intulissent, vindictam exigente, Ardaburius delevit.* Hanc Romanorum victoriam fusiori sermone narrat Socrates, & Provinciam Arzazenam appellat Azzanenem, qua de re legenda quæ dicam anno DIII.

XXI. *Obitus S. Hieronymi,*

A num. XXXIX. ad LI. Divus Hieronymus mortuus est *Pridie Kalend. Octob. anno ætatis suæ* XCV. inquit Prosper in Chronic. sub hujus anni Coss. qui jam sub Consulatu Bassi & Ablavii anno CCCXXXI. gesto dixerat: *Hieronymus nasciturus*, a quo tamen anno ad currentem anni tantum sunt nonaginta, extremo etiam incompleto memorato. Quare Prosper scripsit, Hieronymum obiisse anno ætatis suæ XC. sed Librarius summam auxit. Mabillonius Tom. II. Veter. Analect. pag. 42. profert ex pervetusto MS. Libri Gennadii de Viris illustribus, Hieronymi elogium, quod in omnibus codicibus editis deest, in quo legitur: *Nonagenarius ferme (ut perhibent) postea in Domino requievit; quem Stridon oppidum genuit, Roma inclyta erudivit, Bethleem alma tenet, spiritum aula cœlestis suscepit.* Idem Mabillonius Tom. IV. Analect. e tenebris eruit Vitam S. Hieronymi, quam a Gennadio scriptam fuisse arbitratur. Verum cum is tradat Hieronymum *anno ætatis suæ* XC. spiritum Deo reddidisse, apparet hujus Vitæ Auctorem non esse; cum Anonymus hic Scriptor habeat. *Ordinatus est Romæ Presbyter XXVIIII. annis, tribus vixit apud Bethleem, in proposito suo annis quinquaginta & mensibus sex. Omne vita suæ tempus implevit annis LXXXVIII. & mensibus sex.* Unus enim & idem Scriptor de ætate Hieronymi non ita locutus fuisset. Mitto alia quæ eam Vitam Gennadio adscribendam non esse ostendunt. Opera omnia Sancti Hieronymi Doctissimus Joannes Martianay Congregationis Sancti Mauri Monachus nova editione donare & notis illustrare exorsus est. †

† & absolvit.

XXII. *Theodotus succedit Alexandro in Episcopatum Antiochenum.*

*Alexander* Episcopus Antiochenus, cujus mortem Baronius anno CCCCXI. num. LXXI. recitat, usque ad præsentem circiter annum vitam protraxit, ut colligitur ex Theodoreto in Historia Religiosa cap. 12. ubi Sancti *Zenonis* Monachi, qui juxta Antiochiam in Syria floruit, Vitam describit, & ex Epistola Attici Episcopi CP. ad Sanctum Cyrillum de nomine Sancti Chrysostomi Diptychis inscribendo hoc anno data,

casionem præbuit: nam cum elaboraret commentarios in Amos Prophetam ante annos quatuordecim, se manu sua scribendi labores ferre jam ultra non posse testatur (*a*). Et ante annos decem, nempe eo tempore quo Urbs capta est, dum elucubraret explanationem in Ezechielem Prophetam, de se ait (*b*): *Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis senectute, aliquid sustinentibus beati Isaac, ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hæbræorum volumina legere: qui etiam ad Solis dieique fulgorem litterarum nobis parvitate cæcantur. Sed & Græcorum commentarios fratrum tantum voce cognoscimus.* Sicut & illud pariter, quod ante plures annos ad Paulinum scripsit (*c*) de misso pileolo: *Pileolum* (inquit) *textura breve, charitate latissimum senili capiti confovendo libenter accepi, munere, & muneris auctore lætatus.* Hæc inquam ipse de se ante decennium cum scribat, jam effœta senectute defunctum esse, opinandi dedit occasionem. S. Augustinus eumdem senectute decrepitum decessisse testatur libris illis contra Julianum ultimo loco scriptis, cum & hoc eum ornat elogio (*d*): *Nec Sanctum Hieronymum, quia presbyter fuit, contemnendum arbitreris: qui Græco & Latino, insuper & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiam, in locis sacris atque in litteris sacris usque ad decrepitam vixit ætatem: cujus nobis eloquium ab Oriente usque ad Occidentem, instar lampadis, resplenduit.* Sed & Marcellinus (*e*): *Finem* (inquit) *vitæ fecit admodum senex, ibique* (Bethlehem scilicet) *sepultus est, Catholicis quidem inexpugnabilis turris, hæreticis autem infatigabilis hostis tam proposito vitæ suæ, quam librorum a se editorum assertionibus depugnans.* Hæc ipse. Sed rationem ipsius annorum ex ejus scripti melius colliges superius recitatis.

(*a*) Hier. in Amos l.3. præf.
(*b*) Hier. in Ezech. præf. lib.7.
(*c*) Hier. epist. 153.
(*d*) Aug. cont. Jul. l.1. cap.7.
(*e*) Marc. in Chron. Coss. Arcad. & Ruff.

XLI. Hieronymus laudatus a majoribus.

Quanta præterea effulserit post obitum gloria in Ecclesia Dei, præter elogia Augustini, revoca in memoriam illud Prosperi, quo ait (*f*):

*Hebræo simul & Grajo, Latioque venustus.*
*Eloquio, morum exemplum, mundique magister*, &c.

hoc etiam titulo magisterii exornat eumdem Cassianus (*g*) cum ait: *Hieronymus Catholicorum magister, cujus scripta per universum mundum, quasi divinæ lampades rutilant, &c.* In quam sententiam Cassiodorus, post præclarissimas de viro laudes, addit (*h*): *In Bethlehem otiosum habitasse non arbitror, nisi, ut in terra illa miraculorum, ad instar Solis, ejus quoque ab Oriente nobis lamparet eloquium.*

(*f*) Prosp. l. de Ingrat.
(*g*) Cassian. cont. Nestorium de Verb. Incar. l.7.
(*h*) Cassiod. Instit. divi. lect. c.21.

XLII. Scripta S. Hieronymi quæ non extant.

Quæ autem S. Hieronymus reliquerit scriptorum monumenta, haud laborabimus numerare, cum eorum catalogus extet, spuriaque a veris diligentia Mariani Victorii Reatini Episcopi segregarit. Cæterum numerabimus nos ea tantum quæ desiderari posse videntur. Fuisse namque ab eo elucubratum librum de Hæresibus, S. Augustinus (*i*) testis est, sed eum numquam invenire valuisse doluit.

(*i*) Aug. lib. de hæres. ad Quodvult. in fin.

PAGIUS

cum jam *Theodotus* Alexandri successor Antiochenam Ecclesiam regeret. Recitat eam Epistolam Baronius anno CCCCXII. num. XLVII. & seqq. sed quidquid ibi habet de Sancti Chrysostomi nomine sacris tabulis inscripto, ad hunc annum pertinet, ut suo loco ostendimus. Theodoretus, itaque qui magnam vitæ suæ partem Antiochiæ exegit, quique Historiam suam Ecclesiasticam absolvit *exitu*, ut ipse dicit, *Theodoti mortis*: hæc de Sancto Zenone Anachoreta scribit: *Simul ac Valens e vita sublatus est, militiæ cingulum deposuit*, additque eum in monte Antiochiæ vicino, postquam e Palatio exiit, divinæ contemplationi vacasse. Valens autem die IX. mensis Augusti anni CCCLXXVIII. e medio sublatus est; Zeno quadraginta annos in monte illo vixit; Theodoretus enim, qui eum ibidem visitavit, ait: *Quod ad tantum Philosophiæ culmen evectus, tantam animi moderationem retinuerit vir grandævus, qui annos XL. continenter in monastica exercitatione posuerat, qui satis admirari, aut pares magnitudini afferre laudes quis possit?* Itaque attigit sanctus Eremicola annum Christi CCCCXVIII. Postea recenset Theodoretus quid cum Alexandro Episcopo idem Zeno egerit: *Accito igitur Civitatis Antistite, is autem magnus erat Alexander*, &c. *Quoniam jubeor migrare ex hac vita, te earum* (sc. facultatum, quas intestatus olim reliquerat) *constituo dispensatorem*. Quamobrem anno CCCCXVIII. adhuc Alexander in vivis erat. Si enim anno emortuali Valentis Imp. XL. alios addas ad eum Christi annum pervenies.

XXIII. Hoc circiter anno.

Alexandrum usque ad præsentem circiter annum pervenisse, ostendit Epistola Theodoreti ad Dioscorum in qua anni Theodoti successoris Alexandri egregie traduntur: *Sex annos ibi* (nempe Antiochiæ, inquit Theodoretus) *ego docens tempore beatæ memoriæ Theodoti Antiocheni Episcopi, qui tum vitæ splendore polluit, & fulsit, tum etiam divinorum dogmatum cognitione, alios deinde tredecim annos tempore beati Joannis*, &c. *Præter hæc jam septimus agitur annus, quo Deo dilectissimus Archiepiscopus Domnus sedit.* Dici non potest, Theodoretum sex illos tantum annos Theodoti numerasse, quibus eo Antistite vivente, in Antiochena Ecclesia catechesim ipsemet docuit, quasi antea sederit ibidem *Theodotus*, cum nondum Theodoretus Antiochiæ sacras litteras explanaret. Scribit enim Theodoretus, superstite adhuc Alexandro se se ad Zenonem visitationis officia persoluturum venisse, a quo cum benedictionem peteret discessurus, *ille recusabat*, inquit, *se ipsum privatum quidem, nos autem milites appellans, tunc enim sacros Codices legebam populo Dei.* Quare cum etiam Alexandro sedente, sacras literas Theodoretus Antiochiæ interpretatus fuerit, tam Bollan-



luit. Rursus etiam ab eodem scriptum fuisse librum in quo doctissime disputarit de resurrectione carnis, eumque per Orosium presbyterum allatum in Occidentem, ad Oceanumque delatum, idem S. Augustinus affirmat (*a*) quem ut ad se descriptum mittat, idem ipsum Oceanum litteris rogavit. Insuper adhuc desideratur translatio vigintiocto homiliarum (*b*) Origenis, quam se elucubrasse ipse testatur (*c*): sed & alia complura ex eodem Latinitati donata Cassiodorus affirmat. Perierunt ejusdem homiliæ triginta, quæ in Lucæ Evangelium se scripsisse testatur, & tractatus septem in Psalmos. Insuper Cassiodorus (*d*) meminit epistolæ ejusdem S. Hieronymi ad Antium, qua obscurissimas elucidasse tradit quæstiones. Itemque ab eo scriptam refert explanationem de judicio Salomonis. Itemque Notationes in omnes Prophetas propter tyrones conscripsisse asserit; postea vero copiosiores illas, quæ extant in eosdem Prophetas explanationes elaborasse. Elucubrasse etiam volumen in quatuor Evangelistas, in quo omnia ipsorum quæ essent propria disseruit: edidisse insuper expositionem Apocalypsis libri, idem Cassiodorus affirmat. Caremus quidem nos his omnibus, quæ Cassiodori tempore cum extarent, ipse in sua Bibliotheca reposuit.

(*a*) Aug. epist.161.
(*b*) Hier. contra Jovin. lib. 2.
(*c*) Hier. de Scrip. Eccl. in fin.
(*d*) Cassiod. Instit. divi. lect. c.2.3.7. & 9. eod. lib.

XLIII. At nunc nobis de S. Hieronymo ingesta ab imperitis, & impostoribus sunt explodenda mendacia, non quæ in scripta, sed quæ irrepserunt in Acta; dum nonnulli de rebus gestis S. Hieronymi complura confinxere commenta. Equidem (ut puto) sicuti fecit olim presbyter Asianus, qui amore Pauli (ut ex Tertulliano diximus) Periodos Pauli, & Theclæ confinxit, ita & isti amore Hieronymi plurima commenti sunt: digni sane & ipsi, ut eidem ab Ecclesia sententiæ subiicerentur & pœnæ, quam ille tunc juste irrogatam subire coactus est. Aversatus namque semper est candor Ecclesiasticæ veritatis, & pudor Christianæ simplicitatis exhorruit omne quod fictum, & respuit omne quod commenticium esse conspexit; & execrata est omnino, atque acri semper insectata est odio, ac severa coercuit disciplina omne mendacium cum ejus auctore sincera fides.

Vita S. Hieronymi mendaciis concinnata.

XLIV. Sed unde istis, istæc ut fingerent de S. Hieronnymo, irrepsit in mentem? non aliunde quidem puto, quam cum scirent aliorum sanctorum Patrum Ecclesiæ doctorum res gestas ab eruditis viris legi conscriptas, ut Antonii, Athanasii, Basilii, Gregorii Nazianzeni, Chrysostomi, Ambrosii, & Augustini, necnon S. Gregorii Romani Pontificis: haud æquo passi sunt animo, unius Hieronymi his omnibus haud imparis, sed in aliquibus etiam anteferendi, res gestas minime fuisse memoriæ proditas. Quamobrem diversi pro ingenii diversitate diversa excogitarunt inventa, dum vel Eusebii, vel Augustini, vel Cyrilli Hierosolymorum Episcopi nomine conscripserunt epistolas, quibus res gestas ex animi cujusque sen-

De confictis Eusebii, Cyrilli, & Augustini nomine literis.





PAGIUS

landus ad diem VIII. mensis Januarii in vita Sancti Attici Episcopi Constantinopolitani §. VI. quam Eminentissimus Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 4. qui usi sunt tam laudata Theodoreti Epistola, quam præfato testimonio ex Historia Religiosa deducto, ad figendum Theodoti Episcopi Antiocheni initium, conclusere illud in annum Christi sequentem conferendum.

XXIV. Annus primus Episcopatus Theodoti adhuc in obscuro est.

Verum licet uterque ex verbis Theodoreti in Vita Sancti Zenonis recte inferat, Theodoretum etiam sub *Alexandro* sacras literas exposuisse neuter tamen ejus Episcopatus initium assequitur. Ex citatis enim Theodoreti verbis in Vita Zenonis, & in Epistola ad Dioscorum inter se collatis colligitur duntaxat, *Theodoretum* Antiochiæ catechesim docuisse, primo ante Episcopatum suum Cyrensem sub *Alexandro*, quando sc. ut ejus verbis utar, *miles* erat, & *nondum Dux*. Secundo, postquam ad Cyrensem sedem evectus est, quod anno CCCCXXIII. contigisse certum. Unde Theodoretus in ea ad Dioscorum Epistola numerat duntaxat tempus, quo Episcopatum gerens Antiochiæ docuit, annos nempe sex sub Theodoto, ab anno CCCCXXIII. quo Episcopus Cyrensis dictus, inchoandos, annoque CCCCXXIX. quo Joannes *Theodoto* in Antiochenam Sedem successit, absolutos. Hinc ad annum quadringentesimum quadragesimum primum sub *Joanne* Episcopo annos XIII. docuit *Theodoretus*, aliosque septem sub *Domno*, qui eo Christi anno Joanni successit, ut suis locis confirmabitur. Quot vero annos sub *Alexandro* Theodoretus catechista & miles fuerit, incertum. Jam tamen ab anno CCCCXVIII. quo *Zenonem* in monte prope Antiochiam sito visitavit, ibidem docuisse, nullus dubitandi locus superest; sed quo postea anno diem obierit, incompertum. Cum tamen *Theodotus* hoc anno jam sederit, ut liquet ex Epistola citata Attici Constantinopolitani ad Cyrillum Alexandrinum, Alexandri mors hoc vel superiori anno contigit. In Chronico Nicephori ei anni quinque assignantur, sed manifesto Librariorum errore; cum anno CCCCXIII. Sedem Antiochenam adeptus fuerit. In tabulis Theophanis initium *Theodoti* alligatur anno Incarnat. secundum Alex. CCCCXII. qui Kal. Septemb. superioris Christi anni inchoatur, & quidem recte, uti existimo.

XXV. *Pulcheria uxorem quærit Theodosio.*

In Chronico Alexandrino sub hujus anni Coss. legitur: *Cum adolesceret Theodosius Junior Aug. vivo patre in regia seu Palatio apud patrem educabatur, & cum illo post mortem patris instituebatur Paulinus quidam adolescentior Comitis cujusdam domesticorum filius. Amabat autem ipsum Theodosius. Et cum jam in virum adolevisset Theodosius Junior Aug. cupiebat ducere uxorem eoque nomine sæpe interpellabat Pulcheriam Augustam sororem, quæ amans fratris abstinebat, a nuptiis. Pulcheria vero laborabat in circumspiciendis multis adolescentulis filiarum patricio sanguine ortarum & e regio sanguine natarum, quas volebat educari in Regia cum fratre: cui Theodosius: Ego desidero virginem præstantissimam forma, quæ*

tentia adinventas atque commentas conscriberent. Et ne ullus dubitandi locus esset, eas subintroduxerunt personas, quas ipsi licet errantes putarint illis vixisse temporibus. Sed ex his ipsis mendaces, detecti sunt & impostores, ex quibus conati sunt videri veraces. Quis enim (amabo te) audiens Cyrilli Episcopi Hierosolymorum nomen ad ista referri tempora, quem ante annos triginta ipsius assertione S. Hieronymi constat esse defunctum, non statim ea indignabundus excutiat?

XLV. Sed & quod ex ipsa inscriptione minime temporibus congruente, cuncta quæ in opere essent, arguerentur erroris, qui postea mendaciorum pollinctor accessit, atque deliniens foris casurum parietem, ad temporum suffulciendum mendacium satis putavit fore consultum, si titulum sic mutaret, ut loco Damasi Papæ poneret Damasum Episcopum Portuensem, & pro Theodosio Imperatore redderet Theodosium Senatorem, hoc modo: *Patri reverendissimo Damaso Portuensi Episcopo, & Christianissimo Theodosio Romanorum Senatori Eusebius, &c.* Quis ista non videat, & non rideat adeo inconcinne compositam fraudem? sicut & cum in multis aliis certam reperiet imposituram; ut cum ait, veste muliebri illum Roma fugatum, inde profectum esse Constantinopolim: cum quæ ex ejus scriptis dicta sunt superius, te satis monere possint, eo tempore quo ipse recessit ab Urbe, esse profectum recta Hierosolymam, & Gregorium Nazianzenum jam, antequam Romam redierit, audivisse.

XLVI. Quid vero dicendum de epistola Augustini nomine ad eumdem Cyrillum Hierosolymorum Episcopum scripta? Quoties auctor cogit ipsum loqui mendacia, ut cum præter Latinam linguam, quinque alias Hieronymus calluisse dicitur, nempe Hebræorum, Græcorum, Chaldæorum, Persarum, atque Medorum; cum id penitus contrarium sit his quæ de se ipse Hieronymus, & de eodem Augustinus vere testantur, nimirum nonnisi trium linguarum ipsum habuisse peritiam, videlicet Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ? Quid est etiam quod idem pius effictor tribuit Hieronymo inter alia insignia etiam virginitatis coronam, cum ipsemet S. Hieronymus ingenue fateatur se minime virginem: ad Pammachium enim cum scribit, hæc habet (*a*): *Virginitatem autem in cœlum fero, non quia habeam, sed quia magis mirer quod non habeo. Ingenua & verecunda confessio est, quo ipse careas, in aliis prædicare, &c.* Quid alia plura ibidem asserta opus est confutare mendacia?

De epistola Augustini nomine ad Cyrillum.

(*a*) *Hieron. epist.* 50.

XLVII. Addam pauca de ea quæ ordine sequitur Cyrilli nomine epistola ad Augustinum de miraculis S. Hieronymi. Inter alia quæ in ea auctor imperitus mendacia confarcivit, illud maxime præ cæteris intollerabile, cum imprudens, dum se putat eum laudare, vituperet, hæresis adstipulatorem constituens, dum ait, tunc temporis vixisse Sabinianum hæresiarcam, qui duas in Christo assereret voluntates, & S. Hieronymum adversus eum scripsisse ad S. Augustinum epistolam. At quid hoc aliud est, nisi reddere ipsum S. Hieronymum hæreticum Monothelitam, Sabinianum vero, quem clamat hæresiarcham, fuisse vere Catholicum? Quid insuper illud, quod mox subditur, Silvanum fuisse Archiepiscopum Nazareth, cum

Vita S. Hieronymi mendaciis referta.

PAGIUS *qua extinguat omnium aliarum Constantinopolitanarum formas, & sanguine regio. Quod si tamen illa ex natalibus regiis forma non sit emendatissima non curo, nec dignitatem, nec stirpem regiam, nec opes, modo laudatissima sit forma, quocumque satu sit edita, hanc expeto. Quod Pulcheria Augusta sentiens in omnes partes (hujusce modi quærendi causa) solicita misit. Paulinus quoque socius Theodosii & amicus, ut in hac re ipsi gratificaretur, laborabat & circumcursabat. Accidit interim, uti Græcanica virgo forma singulari & doctrina præstans Athenais nomine Heracliti Philosophi filia cum cognatis suis Constantinopolim veniret, qua Athenais coacta est felicem urbem (sc. Constantinopolim) petere, & suam amitam convenire, cujus profectionis hæc causa fuit.*

XXVI. *Athenais paterna hæreditate excluditur.* *Heraclitus Philosophus pater virginis duos habebat filios: moriturus testamentum condidit, quo duos filios Valerianum & Gesium ex asse scripsit hæredes: Athenaidi vero (scripsit in testamento) desideratissimæ filiæ meæ volo dari tantum centum numismata, sufficit enim illi fortuna sua, qua universum genus ac sexum suum antecellit. Atque ita decedit pater ejus Philosophus Atheniensis. Secundum mortem patris testamento aperto, Athenais (cognito se præteritam) rogabat fratres, utpote natu majores illorumque pedibus supplex advoluta petebat, ne vellent habere rationem testamenti, sed tertiam paternæ hæreditatis partem sibi tradere, quod diceret nihil se peccasse, sed quod ipsi scirent, quomodo erga immunem parentem affecta fuerit. Et nescio, inquit, cur me moriturus pater exhæredem reliquerit, & cur post mortem fortem meam mihi inviderit. At fratres in sententia persteterunt, iratique sororem etiam persecuti, domo paterna eliminarunt. Quam recepit postea matertera illius, nec solum ut pupillam, sed quod virgo esset, & sororis filia, tutata est. Hanc (postmodum) secum Constantinopolim ad aliam cognatam amitam nempe suam seu patris Heracliti sororem deduxit. Ha illius causa suscepta actionem contra illius fratres instituerunt, religiosissimamque Principem Pulcheriam Theodosii sororem adierunt, docueruntque eam, quo pacto virgo a fratribus circumventa sit: simulque ejus prudentiam & eloquentiam commendarunt.*

XXVII. *Eudocia uxor Theodosio desponsata.* *Cumque eamdem Augusta Pulcheria & forma excellenti, & eruditione præstantem cerneret, interrogavit ipsius cognatas, an virgo esset? Postquam virginem a patre custoditam, & longa institutione sapientiæ studio eruditam intellexit, jussit*



cum diutissime post contigerit Nazareth, esse Ecclesiam Episcopalem? Quis igitur tales æquo ferat animo impostoras?

XLVIII. Sed missis aliis confutatione dignis, quæ in dictis epistolis continentur; jam ad aliam mendaciorum aperiendam cloacam, renitens licet, inferatur oratio, ad eam inquam, quam in Vita ejusdem S. Hieronymi incertus auctor extruxit. In qua illud primum occurrit, quod admodum male consultus ait, ipsum S. Hieronymum Romæ fuisse presbyterum ordinatum: cum testificatione ipsiusmet Hieronymi (quod suo loco superius dictum est) satis certo liqueat ipsum initiatum esse presbyterio Antiochiæ a Paulino Antiochenæ sedis Episcopo. Sed cujus fidei sit quod ait, ipsum mentis & corporis custodisse virginitatem, jam diximus: vel illud quod addit, tempore Liberii Papæ multa ipsum scripsisse volumina, & emendasse Psalterium; cum ejusdem ipsius assertione S. Hieronymi constet hæc esse facta sub Damaso. Sed quæ inscitia illa, dum Julianum Pelagianum hæreticum, adversus quem S. Augustinus commentarios edidit, Manichæum fuisse dicit; cum ex ejus scriptis constet ipsum in primis adversatum Manichæis, quorum nomine fugillavit falso Catholicos, dum asserunt originale peccatum?

XLIX. Quod vero spuria illa Acta Theclæ baptizati leonis fabula ornabantur, ita & ejusmodi indiscretus S. Hieronymi laudator noluit curati leonis carere figmento:

Pro Gerasimo supposititus Hieron.

credidit vir simplex (nisi & ista finxit) esse verum quod (ut ait) ab accolis Bethlehemiticis audivit acceptum. Porro vel quæ audivit, non recte percepit; vel qui narravit, haud rem satis exploratam visus est habuisse: ut Hieronymum pro Gerasimo dixerit: nam ista ipsa de leone in Palæstina contigisse sanctissimo viro Gerasimo abbati, Sophronius Hierosolymorum Episcopus narrat (*a*) veram historiam. Id vero rerum ignaro de Hieronymo asserendi occasionem tribuisse videtur, quod ejusdem S. Hieronymi imago una cum leonis effigie antiquitus consueverit in Ecclesia pingi, utpote hieroglyphicum ejus in hæreticis infectandis infracti roboris, & vehementis in eos, instar leonis rugitus, clamoris. Quisnam autem ejus concinnandæ Hieronymi Vitæ auctor fuerit, latet: scimus tamen Petrum diaconum cœnobii Cassinensis auctorem prodere cujusdam Vitæ S. Hieronymi, dum hæc ait in libello quem edidit de Viris illustribus monasterii Cassinensi: *Sebastianus beati Benedicti monachus, Hieronymi doctoris egregii Vitam describens, legendam Ecclesiis tradidit, in qua quæ a puero institutio, quale in juventute studium, quæ in senectute ei scientia fuerit, lucidissime satis demonstrat.* Hæc ipse: Dum autem ea ipsa Vita sit quæ sine auctore vagatur, haud facile affirmarim: absit hæc me sentire, & de venerando monacho firmiter asseverare.

(*a*) *Sophron. Prat. spirit. c.* 107.

Tu

PAGIUS *sit illam una cum aliis matronis a cubiculariis custodiri, atque in Regia manere, se seque illarum petitionem accipere dilitans, ad fratrem suum Theodosium Imperatorem ingressa: Iuveni, inquit, adolescentulam puram egregie ornatam, subtili frontis descriptione & lineamentis, decenti vaso, niveo candore, luminibus magnis, singulari gratia, coma crispa & flava, matureo incessu, eruditam, Græcanicam virginem. Quod simul ac audivit, uti juvenis exarsit, & accersito sorio suo & amico Paulino, petivit a sorore sua, uti per speciem alicujus negotii Athenaidem in suum Pulcheriæ cubiculum adduceret, quam per velum una cum Paulino spectaret, & introducta est: visaque placuit illi, stupente eamdem Paulino, suspicionemque fecit Christianam; erat enim Græca religione seu pagana, & appellavit Eudociam.*

XXVIII. *Vandali de universa Hispania occupanda cogitant.* Idacius in Chronico anno Abrahami 2435. qui Kalend. Octobris anni Christi CCCCXVIII. inchoatur, ait: *Inter Gundericum Vandalorum & Hermericum Suevorum Reges certamine orto Suevi in Nervasis montibus obsidentur a Vandalis.* Tum anno Abrahami 2436. *Vandali Suevorum obsidione dimissa, inflante Asterio Hispaniarum Comite, & sub Vicario Maurocello, aliquantis Bracaræ in exitu suo occisis, relicta Gallæcia ad Baticam transierunt.* Cum itaque Gothi sedes in Septimania fixissent, & nonnisi Vandali & Suevi in Hispaniis remansissent, illi quorum erat inter gentes cæteras opinio virtutis singularis ad totius Hispaniæ Imperium aspirarunt, eamque ob rem Suevos in montibus Nervasis obsiderunt; sed cum victoriæ spe depulsi essent, in Bæticam Provinciam transierunt. Verum Romani qui Suevos Gallæciam deserere coegerant, e Bætica etiam expellere conati sunt. At irrito conatu; Idacius enim anno Abrahami 2437. qui Kalend. Octobris hujus Christi anni exordiitur, scribit: *Castinus Magister militum cum magna manu, & auxiliis Gothorum, bellum in Batica Vandalis infert; quos cum ad inopiam vi obsidionis arctaret, adeo ut se tradere jam pararent, inconsulte publico certamine confligens, auxiliorum fraude deceptus, ad Tarraconam victus effugit.*

XXIX. *Floret in magna Britannia Fastidius.* Trithemius lib. de Script. Ecclesiast. scribit, *Fastidium*, quem Britannorum Episcopum vocat, hoc anno in magna Britannia floruisse. *Episcopi* titulum Fastidio etiam tribuunt editi Codices Gennadii in libro de Script. Ecclesiast. cap. 56. sed vetustissimus Corbeiensis Codex Gennadii hæc tantum de Fastidio habet, ut observant Patres Benedictini in editione Operum Divi Augustini: *Fastidius Britto scripsit ad Fatalem de vita Christiana librum, & alium de viduitate servanda, sana & digna doctrina*; qui tamen addunt, post vocem *Britto*, additum esse recentiori calamo *Episcopus*. Verum Fastidium nunquam Episcopum Londinensem fuisse, quod contendunt recentes Historici Anglici, solide demonstrat Usserius in Antiquitatibus Britannicis pagg. 171. & 172. novæ editionis. Duo laudati libri Fastidii ad nos non pervenere; quia tamen in editionibus Operum Divi Augustini Tomo VIII. circumferebatur liber inscriptus *de Vita Christiana*, Holstenius cum vetus ejus exemplar in Monasterio Casinensi inveniisset, in quo *Fastidii* nomen inscriptum

L. Tu vero lector, his explosis, res gestas S. Hieronymi non aliunde requiras, quam a docto viro Mariano Victorio Episcopo Reatino, qui eam tibi non aliunde quidem quam ex ipsius Hieronymi scriptis deprompsit: his tamen emendatis, quæ jure emendanda superius tibi nostri suggesserunt Annales. Detinuimus te, lector, longiori mora in his confutandis erroribus; sed etsi fortasse superflue tibi; necessario mihi ad cavendam invidiam sunt ingesta, ne me temere absque aperta demonstratione, pro animi arbitrio ab aliis scripta, & a pluribus legi solita, tumido exufflare fastu, imperitorum schola conclamet.

LI. Hoc item anno Honorius Imperator adversus clericos extranearum cohabitatione infamatos ad Palladium rescriptum (*a*) dedit. Accidit namque, ut qui sanctorum Patrum, ac ipsorum præcipue qui Nicææ congregati sunt, contempsere decreta, juste eos Imperatorum coercendos edicto, Catholici Episcopi (ut alias sæpe vidimus accidisse) curarint. Adversus quoque raptores sacrarum virginum ad eumdem Palladium Præfectum Prætorio idem Imperator rescripsit (*b*). Qua-

(*a*) *l. 44. de Epis. & cleric. Cod. Theod.*

(*b*) *l. 2. de rapt. vel matri. sanctim. virg. Cod. Theod.*

PAGIUS ptum erat, aliquot ante mortem suam annis, novam ejusdem libri editionem Romæ fieri curavit, & Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 19. ac Patres Benedictini existimarunt, Holstenium librum illum de *Vita Christiana*, suo Auctori postliminio restituisse. Verum cum Viri illi doctissimi fateantur, in libro isto impias quasdam *Pelagii* sententias contineri, quod & accurate demonstrant, non potest esse fœtus *Fastidii*, cujus doctrinam sanam & dignam fuisse testatur Gennadius. Hic enim a Pelagianis valde abhorrebat, ut liquet ex ijs, quæ de Pelagio & Cælestio in eodem libro de Script. Ecclesiast. memoriæ mandavit. Fuit quidem *Gennadius* Semipelagianus, ut colligitur ex ijs, quæ de Augustino, Prospero, & Cassiano habet; sed quantum alienus fuerit a Pelagianis, quod illi cum multis Semipelagianis commune fuit, ostendunt, quæ scribit de Sulpitio Severo, cui licet converso non pepercit, cum de eo scribat: *Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus & agnoscens loquacitatis culpam, silentium usque ad mortem tenuit: ut peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.* Præterea liber Fastidii *de Vita Christiana* inscriptus fuit *Fatali* cuidam; liber vero de Vita Christiana, de quo sermo est, dicatus fuerat cuidam matronæ, quam in ipso opere alloquitur: *Tu tamen dum peritior tibi apparere possit & melior, rudibus admonitionibus nostris interim esto contenta*, inquit Auctor Pelagianus ipso Operis sui initio. Et paulo post: *Ita & tu dilectissima soror, quam ego certus sum esurire nimium & sitire cælestia*, &c. neque Gennadius, qui *Fastidii* librum legerat, in re tam manifesta hallucinari potuit. Quare cum sciolus, nescio quis, incidisset in librum a quopiam Pelagiano scriptum *de Vita Christiana*, sciens Fastidium opus cum simili titulo edidisse, se eum invenisse credidit; quod non raro contigisse inter Eruditos convenit.



I. QUadringentesimus vigesimus primus qui sequitur annus, Agricola & Eustathio signatur Cons. Quo Constantius Augustus, qui anno superiori ab Honorio in collega fuerat assumptus Imperii, ex hac vita migravit: testatur id Prosper in Chronico. Tradit Nicephorus (*a*), Constantium meditatum esse inferre Theodosii bellum in Oriente, quod suam imaginem, cum esset creatus Augustus, perlatam ex more Constantinopolim, recipere noluisset: sed imminens bellum, eo mortuo, prorsus evanuit.

(*a*) *Nicep. lib. 14. c. 6.*

II. Quo etiam anno (ut auctor est Marcellinus *e*) Theodosius Imperator Eudociam Attticam Leontii philosophi filiam, liberalibus disciplinis excultam, sibi in matrimonium junxit. Hæc enim (Socrates (*c*) tradit) Athenais antea dicta, cum ab Attico Episcopo Constantinopoli tano baptizata est, ab eodem fuit Eudocia nominata; quæ in laudem Theodosii egregium poema a se conscriptum de bello Persico edididit; in quo etiam argumento plures versatos esse scriptores, idem affirmat. Sed de Eudocia sæpe inferius.

(*b*) *Marcell in Chron. his Cons.*

Theodosius Eudociam uxorem ducit.

(*c*) *Socrat. lib. 7. c. 21.*

Hoc eodem anno persuasione Attici Constantinopolitani Episcopi (ut creditur) Imperatoris animus erga pietatem propensior inductus est ad legem illam sanciendam, qua jura Episcopatus Constantinopolitanæ Ecclesiæ ad Illyricum quoque extendi debere, promulgata (*d*) sanctione constituit, quæ sic se habet:

III. *Omni innovatione cessante, vetustatem & canones pristinos Ecclesiasticos, qui usque*

(*d*) *l. 6. Cod. de sacrosanct. Eccl. & lib. 45. de Episc. & cler. Cod. Theod.*

PAGIUS SÆC. V. Olymp. 330. Anno Eræ Hispan. CDLIX. A. C. 421.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5914.

⊙ 10. B. ☽ 4. P. 3. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 421.

BONIFACII PAPÆ 4.

HONORII IMP. 29. & 27.

THEODOSII JUN. 20. & 14.

CONSTANTII IMP. 1.

I. *Quindecennalia Theodosii.*

(1) COSS. *Agricola* & *Eustathius*, ille in Occidente, ubi anno CCCCXVIII. Præfectus Prætorio Galliarum erat, ut eo anno vidimus; hic in Oriente, ut patet ex variis legibus Cod. Theod. ei a Theodosio Jun. inscriptis *Quindecennalia*. Theodosii post patrem imperantis in hunc annum incidunt, quorum multa indicia supersunt. Præterquam quod id demonstrant *Vicennalia* prioris ejus Imperii, quæ a superiori anno removeri non possunt. Quare Consulatum in annum sequentem distulit.

II. *Constantius fit Imperator.*

Ad num. I. *Constantius* hoc anno Imperator ab *Honorio* creatus, septimo Imperii sui mense vita functus est, postquam rescriptum adversus Pelagianos emisisset, ut anno superiori, ostendimus.

III. *Nuptiæ Theodosii cum Eudocia.*

Ad num. II. Conjugium Eudociæ & Theodosii Imp. de quo recte Baronius hoc anno, his verbis ab Auctore Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. narratur: *Hoc anno Theodosius Aug. acceptæ in conjugem Athenaide, dictæ Eudociæ, celebravit nuptias mense Dæsio, VII. Idus Junias, iisdemque nuptiis Circenses ludi & scenici in theatro Circi acti sunt eo mense Dæsio, III. Idus Junias. Suscepit Theodosius ex Athenaide Eudociæ filiam nomine Eudoxiam. Augustæ Fratres cum regnare sororem Augustam intellexissent, metu perculsi profugerunt in Helladem, quos per nuncios accersitos (sublata suspicione) ad honores provexit, promovente ipsos Imperatore Theodosio. Et Gesium quidem* (eum Zonaras Genesium appellat) *dictum creavit Præfectum Prætorio Illyrici populi, Valerianum autem* (Valerium a Zonara appellatum) *Magistrum Palatii, affirmante illis fratribus suis Augusta Eudocia: Quod nisi vos me male tractassetis, ego numquam coacta venissem Constantinopolim, numquam imperassem. Imperium ergo vos mihi ab ipso natali meo comparastis. Bona enim fortuna mea vos erga me reddidit duriores, non vestra in me sententia seu voluntas. Paulinum vero ut amicum & nuptiarum conciliatorem, convictoremque Theodosius Augustus per omnes honorum gradus ad dignitates evexit, ac demum Magistrum Palatii & Officiorum creavit, qui tantum honorem adeptus est, ut ei potestas esset, & libertas adeundi cum Augustum, Theodosium, tum Augustam, ut qui amborum Paranymphus fuerit.* Baronius Eudociam ex Marcellino in Chronico filiam *Leontii* appellat; verum id non dicit Marcellinus, sed Theophanes in Chronico & Zonaras in Historia. Cum vero Auctor Chronici Alexandrini, cujus verba anno superiori retulimus, eam filiam *Heracliti* asserat, apparet hunc vocatum fuisse *Leontium Heraclitum*.

IV. *Theodosius jurisditionem Episcopi Constantinopolitani amplificat.*

Ad num. III. Lupus in Scholiis ad Canones Sardicenses Canone XVI. observat, Baronium non satis percepisse sensum rescripti a Theodosio Imp. *pridie Idus Julii* dati, quo jura Episcopatus Constantinopolitani ad Illyricum quoque extendit Imperator. Hic enim suam novitatem in nullo canone fundat; sed duo statuit: primo, ut Ecclesiasticæ per Illyrium provinciæ regantur more & canone antiquo, citra omnem, seu quoad judicia, seu quoad consecrationes, innovationem. Deinde, ut graviorum causarum

NOTÆ (1) COss. *Agricola* & *Eustathius*. Fasti Idatiani, & Prosper editus: *Agricola & Eustathio*, Marcellinus: *Eustathio & Agricola*. Prosper MS. *Agricola & Eustasio*. Constantius Imp. moritur. Paschalis laterculus in fine Gennadii; *Agricola & Eustasio*. Et his *Flavii* prænomen inditum apud recentiores invenio.

*usque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici provincias servari præcipimus. Si quid dubietatis emerserit; id oporteat non absque scientia viri reverendissimi sacrosanctæ legis Antistitis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogativa lætatur, conventui sacerdotali, sanctoque judicio reservari. Dat. prid. Idus Julii, Eustathio & Agricola Conss.* Hactenus sanctio. Sed plane commenticios suggessit Imperatori Atticus, quos dicit, pristinos Ecclesiasticos canones, ex quorum præscripto se ista sancire Theodosius profitetur. Numquam enim antea vel in aliquo definitum apparet fuisse concilio, neque usu rerum monstrari potest esse servatum, ut Illyricorum Ecclesiæ subjectæ fuerint Episcopo Constantinopolitano; neque id postea obtinere potuisse permultos post annos Constantino-

PAGIUS rum relatio non amplius ad Romanum fiant, sed ad Constantinopolitanum Episcopum, utque in ejus Synodo audiantur & finiantur. Illyricianam Diœcesim Pontifici Romano aufert transcriptam in jus Patriarchi cum Regiæ Civitatis. Hæc est unica per rescriptum inducta novitas, nec ullum pro ipsa antiquum canonem. Theodosius adducit. Eodem modo Gothofredus rescriptum illud seu legem 45. Cod. Theod. *de Episcopis* explicat licet in ejus commentario aliqua in medium afferat a veritate dissentanea.

V. *Vera ejus rescripti interpretatio.*

Marca lib. 4. de Concordia cap. 2. num. 1. genuinum hujus legis sensum hunc esse ait, ejusque legis membra duo. Primo cavetur, ut antiqui canones Ecclesiastici vim suam obtineant, etiam in Provinciis *Illyrici*; ita ut si quid innovatum fuerit contra canones, Episcoporum incuria, vel ambitu, omni effectu careat, ubi *Theodosius* moribus antiquis integram auctoritatem restituit, & innovationes amolitur. Pars autem ista commate distinguenda est a verbis sequentibus legis, juxta lectionem Codicis Theodosiani. Secunda vero pars incipit ab hac particula: *Tum si quid dubietatis emerserit*, in cujus locum irrepsit in codice Justiniani particula, *ut*, quæ licet eumdem sensum exprimere possit, non tamen sic apertum, ut eum altera lectio præfert. Secundæ autem partis hic est sensus: Si quod dubium emerserit in canonum interpretatione, (quo prætextu Episcopi canonum violatorum invidiam a se depellebant) eam non unius Episcopi Metropolitani arbitrio temperandam, sed conventui Sacerdotali, & plenæ Illyricianæ Diœceseos Synodo committendam; ita tamen ut ea de re ad Sedem Constantinopolitanam referatur. Attamen sub prætextu conservandæ vetustatis, novitas magni momenti ad amplificandam Constantinopolitanæ Sedis auctoritatem hanc lege indicitur; quæ ita canonicas quæstiones Conciliis Illyricianis reservat, ut res dubiæ ad Episcopum referantur. Unde sequi videbatur, eas omnes Provincias, quæ intra fines Orientalis Imperii comprehenderentur, ab Urbis Regiæ Episcopo eadem auctoritate regendas, qua veteris Romæ Episcopus Occidentales Provincias administrabat.

VI. *Theodosius illud revocat.*

Verum innovationem *diversorum Episcoporum subreptionibus per Illyricum*, ut verbis utar Honorii Imp. in Epistola ad Theodosium Aug. in Quindecennalibus hujus Imperatoris impetratam, rescidit idem Theodosius ad postulationem Honorii patrui, cujus Epistolam & rescriptum Theodosii post Marcæ mortem publicavit Holstenius in Collectione Romana pag. 81. & seqq. Respondit enim Theodosius ad Epistolam Honorii: *Omni supplicantium Episcoporum per Illyricum subreptione remota statuimus observari, quod prisca Apostolica disciplina & canones veteres eloquuntur. Super qua re secundum formam oraculi perennitatis tuæ ad Vivos Illustres Præfectos Prætorii Illyrici nostri scripta porreximus, ut cessantibus Episcoporum subreptionibus antiquum ordinem specialiter faciant custodiri.* Porro de jure illo Antiquo Ecclesiæ Romanæ hæc scribit Nicolaus I. Epist. 2. ad Michaelem Imperatorem: *Oportet Vestrum Imperiale Decus, quod in omnibus Ecclesiasticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem quem nostra Ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini: quatenus vicem quam nostra Sedes per Episcopos vestris in partibus constitutos habuit; videlicet Thessalonicensem, qui Romanæ Sedis vicem per Epirum veterem, Epirumque novam, atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam Riparensem, Daciamque mediterraneam, Dardaniam, & Prævalim, B. Petro Apostolorum Principi contradicere nullus præsumat: quæ Antecessorum nostrorum temporibus, scilicet Damasi, Siricii, Innocentii, Bonifacii, Cœlestini, Sixti, Leonis, Hilari, Simplicii, Felicis atque Hormisdæ Sanctorum Pontificum sacris dispositionibus augebatur. Quorum denique institutiones ab eis illis in partibus destinatas, per nostros missos, ut rei veritatem cognoscere queatis, Vestræ Augustali Potentiæ dirigere curavimus.*

VII. *Hormisdæ sedente, Episcopi Thessalonicenses Vicariatu Sedis Apostolicæ privati.*

*Gelasii* Papæ non meminit Nicolaus I. quia post Schisma Acacianum, cui Metropolitæ Thessalonicenses adhæsere, Vicaria potestate privati sunt, quod liquet ex eo quod Gelasius in Epistola XI. ad Episcopos Dardaniæ & Illyrici, Metropolitæ Thessalonicensis in Schismate defendendo obstinationem increparit. Hinc paulo post cum *Dorotheus* Thessalonicensis decessorum Privilegio per totam Illyricam Diœcesim uti vellet, Joanne Nicopolitano Epiri Metropolita contradicente, his eumdem Hormisdas Epistola XXII. redarguit: *quo pudore rogo, Privilegia circa te illorum manere desideras, quorum mandata non servas? Et reverentiam, quam non exhibes fidei, cupis tibi Ecclesiasticæ potestate defarri?* Neque post Hormisdam Episcopi Thessalonicenses vices Sedis Apostolicæ in Illyrio gessere.

VIII. *Vicariatus ille Bonifacii I. tempore in contemptum venit.*

Non meminit etiam Nicolaus I. *Zosimi* Papæ, quia reipsa nullæ ejus literæ de hac vicaria potestate datæ extant; quod ejus Pontificatus brevitati adscribendum. Contigit porro tempore Bonifacii I. ut cum *Rufus* Thessalonicensis Episcopus, & Sanctæ Sedis per Illyricum Vicarius de quibusdam Ecclesiasticæ disciplinæ capitibus eum consuluisset, & *Bonifacius* ad ejus consulta respondisset ex auctoritate Sedis Apostolicæ, passus sit *Rufus* contradictionem a nonnullis Provinciarum illarum Episcopis, dum exequi curat *Bonifacii* mandata. Timens vero *Rufus* ne insuetum hunc constitutionum Pontificiarum exitum sibi imputaret Bonifacius, ut etiam occasione ista se se vindicare a contemptu Illyricianorum Episcoporum significabat, seque vel ex eo culpæ eximere studebat, quod sibi semper oculis obsevari videretur beatissimus Petrus, cujus vices per Illyri-



politanos Episcopos, pluribus locis inferius apparebit. Ut vero veteris Romæ prærogativis Constantinopolis uteretur: id quidem non de his quæ ad jura Ecclesiæ, sed Imperii pertinent, nec Patrum canones, sed Imperatorum leges constituerunt. Ista autem & alia usurpanti sibi Anatolio Constantinopolitano

*Ann. Eccl. Tom. VII.* E e Epi-

PAGIUS *lyricum* sibi commissæ fuerant, adeoque non ausurum se fuisse aliquid ex officio suo remittere, eo præsente. Probabilem ac sapientem excusationem admisit *Bonifacius*, neque imprudentiam Rufo imputans, neque negligentiam; eaque occasione usus, ut illum magis excitaret ad conservandam debitam Sedi Apostolicæ reverentiam, vices ei suas, ut factum fuerat a superioribus Pontificibus, delegavit literis ad ipsum datis *XIII. Kal. Octob. Monaxio V. C. Conf.* idest, anno CCCCXIX. apud Holstenium pag. 54. *ubi Plinza* Consulis Orientalis, sicuti fuit *Monaxius*, nomen præter morem omissum, qua de re anno CCCCXIX. egimus.

IX. *Bonifacius Episcopos Illyricianos in officio continere frustra conatur.*

Quænam fuerint constituta Bonifacii, quæ recepta non sunt a quibusdam partium illarum Episcopis, *Bonifacius* in illis literis non exprimit. Illud tantum docet, eos qui consensum his statutis commodaverant, sacrarum traditionum fuisse memores. Quare, ea constituta aliunde repetenda sunt, & quidem ex aliis ejusdem Bonifacii Epistolis, ex quibus colligimus *Rufum* ad eum retulisse, Episcopos illos se inconsulto Synodum Corinthiacam indixisse pro retractanda causa *Perigenis*, qui Patrensis Episcopus ordinatus, quoniam ejus Civitatis incolæ illum admittere recusabant, in Metropolitana Sede Corinthi constitutus fuerat a summo Pontifice. Addiderat etiam *Rufus*, Vicariatum sibi per Achaiam concessum venisse in contemptionem, hunc que etiam in sui personam redundare. Rescripsit ergo *Bonifacius* nova tentamenta Episcoporum Illyricianorum, quæ vetustati contraria erant, valere non posse, nec causas a Sede Apostolica definitas retractari in Provinciis; statum *Perigenis* Corinthiorum Metropolitæ nulla posse penitus ratione turbari; & Concilia intra Illyricum congregari non posse extra conscientiam Rufi, adeoque hunc honorandum propter Apostolicam vicem, absque quo nonl iceat Episcopos ordinare per illas Provincias.

X. *Auctores rescripti in favorem Episc. Constantinopolitani a Theodosio dati.*

Verum Episcoporum Illyricianorum audaciam illæ Bonifacii literæ non compressere; illi enim ægre ferentes, in omnibus causis Ecclesiasticis superpositum esse Thessalonicensem Episcopum, Theodosio suggesserunt, uti Constantinopolitanæ Urbis Antistiti, quæ se veteris Romæ, prærogativa potiri gloriabatur, hunc honorem tribueret, ut si quid dubietatis emergeret in Provinciis Illyrici, id non absque scientia Constantinopolitani Episcopi terminaretur, ad exemplum veteris Romæ, ad quam fiebat relatio causarum ex omnibus Provinciis. Maximam invidiam habuisse amplissimam illam *Rufi* potestatem, quæ Episcopos illos ad tantum facinus audendum impulit, probat Epistola Bonifacii universis Episcopis per Thessaliam constitutis data *V. Idus Martias*, Honorio XIII. & Theodosio X. AA. COSS. anno scilicet sequenti apud Holstenium pag. 65. in qua Bonifacius ait: *Ergo servate honorem debitum capiti, quia volumus, ut intra se membra decerent, ita ut tendatur eorum ad nos usque certamen, dum Fratrem & Coepiscopum nostrum Rufum dignum ducitis contemptu, cui nihil novum auctoritas nostra concedit, sequens priorum gratiam, qua huic curæ Ecclesiarum sæpe videtur injuncta. Quod factum ita intemeratum servari volumus in futurum, sicut a Patribus hujus dispositionis forma servata est. Non decet fratres alterius dignitate morderi.* Quare manifestum est, horum invidorum suasionibus permotum Theodosium, augendæ præterea dignitatis Constantinopolitanæ Urbis cupidum legem illam 45. *de Episcopis* hoc anno edidisse, quam anno sequenti ad petitionem Honorii patrui revocavit, uti diximus. Id autem factum anno sequenti ex eo colligitur, quod eo data sit *pridie Idus Julii*, & verosimile non videatur, *Theodosium* statim constitutionem illam retractasse. Præterquam quod Honorius anno sequenti *Tricennalia* sua dedit, eaque occasione utendum esse censuit, *ne sub Principibus Christianis Romana perdat Ecclesia, quod aliis Imperatoribus non amisit*, ut ipsemet loquitur in sua ad Theodosium Epistola. Quæ cum in Synodo Romana Bonifacio II. fedente celebrata, recitata fuerit post tres alias Epistolas Bonifacii I. datas *V. Idus Martias Honorio XIII. & Theodosio X. AA. COSS.* anno scilicet sequenti, apparet Epistolam Honorii & rescriptum Theodosii ad eumdem eo etiam anno scripta esse.

XI. *Augustinus scribit Libros VI. adversus Julianum.*

Hoc anno Augustinus scripsit libros sex adversus *Julianum*, ut anno CCCCXIX. num. XVI. ostendimus, & præterea *Enchiridion* ad Laurentium, seu librum *de fide spe & charitate*, qui Scholasticæ prima quædam designatio fuit. In eo enim loquitur 'de Hieronymo tamquam jam mortuo, ejusque meminit in libro *de VIII. Dulcitii quæstionibus*, cum solvit primam Dulcitii quæstionem, sicuti & quando ad secundam ejus quæstionem respondet. Ad hunc etiam annum pertinet damnatio Pelagianorum ab Attico Episcopo Constantinopolitano, ut in hujus morte ostendemus.

XII. *Theodosius consulit Urbi Constantinopolitanæ.*

In Chronico Alexandrino sub hujus anni COSS. legitur: *His COSS. aqua in Cisternam Pulcheriæ Augustæ immissa est mense Peritio pridie Kalend. Februarii, præsente domino Theodosio Augusto.* Paulo post: *Hoc anno statua Arcadii, super columnam cochleatam in foro Arcadii, loco dicto Xerolopho posita mense Panamo, VI. Idus Julias, die Sabbati dedicata est*; Idem habet Marcellinus in Chronico, nisi quod de Cisterna scribit: *Cisterna Ætii constructa est*; quæ ideo videtur diversa fuisse a Cisterna Pulcheriæ. Hæc porro indicia *Quindecennalium* Theodosii; annis enim hujusmodi solemniis dicatis opera publica condi solita & gloriæ Principum consultum. Etsi autem Urbs Constantinopolitana aquis abundaret, æstate tamen, cum scilicet torrente æstu fontes minus benigni quam cæteris tempestatibus, aquæ minorem copiam emittunt harum penuria laborabat, uti habet Procopius lib. 1. de ædif. cap. 11. quo igitur huic incommodo, quod sæpe plebem affligebat, succurreretur, ædificatæ sunt variis in Urbis tractibus Cisternæ pene innumerabiles, eæque miræ magnitudinis & industriæ, quarum elegantiam ut & amplitudinem testantur quæ de variis Cisternis Constantinopoli ab Imperatoribus constructis ex Auctoribus Byzantinis collegit Ducangius lib. 1. Constantinopolis Christianæ §. 28.

XIII. *Belli Persici continuatio.*

Subdit Auctor Chronici Alexandrini: *Eodem hoc anno nunciata est Victoria de Persis relata mense Gorpiæo VIII. Idus Septemb. die Martis.* Quæ etiam habet Marcellinus in Chronico, die tamen & mense non expressis. Licet enim bellum Persicum anno superiori susceptum fuerit ma-

Episcopo tempore Concilii Chalcedonensis obstitit & penitus rejecit S. Leo Romanus Pontifex. Sed de his pro ratione temporis suo loco pluribus agendum inferius erit.

Chri-

PAGIUS majori tamen ex parte illud hoc anno gestum, ideoque ex iis, quæ ex Socrate Baronius anno superiori narrat, pleraque ad præsentem pertinent. In tragœdia Irenæi cap. 23. legitur *contestatio prima Joannis Antiochenæ Sedis Patriarchæ, & reliquorum sex, quam Theodosio Imperatori a Chalcedone direxerunt, quando eis illic relictis intravit Constantinopolim*; in qua Schismatici, ut Imperatorem ad suas partes pertraherent anno CCCCXXXI. se valde pro religione sollicitos his verbis testantur: *Nihil namque ab hac re, o Imperator, tuo dignius esset imperio. Pro qua & contra Persas olim, & contra alios Barbaros bello contendere festinasti, Christo tibi præclaras retribuente Victorias, eo quod pro eo promptus extiteris.* Paulo post: *Nunc autem quæsumus, ut de prima & sola fidei pietate sit cura. Et ne illum, qui sub sanctæ conversationis Constantino vix tandem splendor est factus Religionis Orthodoxæ, & præterea est confirmatus per Beatos Avum tuæ Pietatis & Patrem, a tuo vero Imperio in alteras quoque Barbaricas gentes & in Persarum firmatus est regione, periclitetur in ipsis Imperialibus Aulis, & juxta vestram mergatur Tranquillitatem. Non enim duplices Christianismi doctrinas in Persidem directurus est Imperator; nec aliquid apud eos magnum fides nostra putabitur, dum contendentibus nobis nemo sit Judex. Nec duplicibus prædicationibus, sive mysteriis communicatur sana mente quilibet. Nec vero pie est quis a tantis Patribus abscessurus, & Sanctis.*

XIV. *Prima Legatio Britannorum ad Theodosium.*

Beda, qui scribit Romanos in Britannia regnare cessasse ab eo tempore, quo Roma ab Alarico Rege direpta fuit, lib. 1. cap. 12. prodit exinde Britanniam militaribus copiis spoliatam prædæ patuisse *duabus gentibus transmarinis vehementer sævit, Scotorum a Circio, Pictorum ab Aquilone.* Ob quam infestationem Britones Romam Legatos misere *subjectionem continuam, dummodo hostis imminens longius arceretur*, promittentes. Mox legio destinata, quæ hostes a Britannia expulit, quæque Britannos interim hortata est, *instruere inter duo maria trans insulam murum, qui arcendis hostibus posset esse præsidio.* Sed insulani murum *non tam lapidibus quam cespitibus construentes, ad nihil utilem statuunt. Fecerunt autem cum inter duo freta, vel sinus (de quibus diximus) maris.* Idem habet Gildas in suo libello de Excidio Britanniæ. Fuit itaque cespititius murus a freto illo ductus, quod Tacitus in Vita Agricolæ *Bodotriam* vocat, ad usque Cluidam fluvium, qui eidem Tacito *Glota* dicitur, eo nimirum loci, ubi olim *Agricola* Romanam Provinciam a Barbaris distinxerat. Florilegus hanc Britannorum ad Honorium Legationem anno superiori consignat, Sigebertus vero in Chronico eo Christi anno, quo Constantii Imperatoris mortem recitat, quem tamen perperam putat esse annum CCCCXXIII. Porro ex laudatis Bedæ verbis intelligimus, *Britannos*, qui a Romanis deserti rempublicam quandam constituerant, Barbaris ab Honorio victis, sese ei iterum anno incerto subjecisse & currenti Legationem ad illum misisse, ac *subjectionem continuam* promisisse.

XV. *Picti & Scoti transmarini a Britannis appellati.*

Scotos & Pictos a Britannis *transmarinas gentes* appellatos esse, his verbis explicat Beda citatus; *Transmarinas dicimus has gentes, non quod extra Britanniam essent positæ; sed quia a parte Brittonum erant remotæ, duobus sinibus maris interjacentibus, quorum unus ab Orientali mari, alter ab Occidentali, Britannia terras longe lateque irrumpit, quamvis ad se invicem pertingere non possint.* Scoti itaque ultra sinum *Clotæ*, ut a Tacito in vita Agricolæ appellatur, & sinum *Bodotriæ*, quorum ille in Occidente, alter in Oriente situs est, isque non longe ab Edimburgo Civitate primaria hodiernæ Scotiæ, habitabant. Pars autem Magnæ Britanniæ ad Septentrionem posita conjungitur cum altera, isthmo adeo angusto, ut videatur insula a reliqua Britannia divisa, ut explicat Tacitus loco citato; *Clotæ & Bodotriæ diversi maris æstu per immensum revecti angusto terrarum spatio dirimuntur, quod tum præsidiis firmabatur: atque omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus.* Quare valde hallucinati sunt, qui murum hoc tempore ad Scotos Pictosque repellendos ædificatum, vel cum muro ab Adriano, vel cum muro a Severo constructis confundunt, ut anno sequenti videbimus.

*Cælestis Deæ* templum Carthagine demolitum est, uti dictum anno superiori.



I. *Patrocli Episcopi Arelatensis temeritas a Bonifacio coercetur.*

CHristi annus quadringentesimus vigesimus secundus Consulatu Augustorum Honorii decimo tertio & Theodosii decimo aperitur: quo Bonifacius Papa Patroclum Episcopum, qui favore Constantii (ut dictum est ex Prospero) sedem usurpaverat Arelatensem, & adhuc alienæ Metropolis jura pervadens in Narbonensi provincia vacantis pastore sedis ausus est Episcopum ordinare, repressit; datisque litteris (*a*) ad Hilarium Narbonensem Episcopum, jussit ut jure Metropolitani & præceptione Apostolicæ sedis ad locum accedat, & quæ agenda sunt videat, & sedi Apostolicæ referat. Vides praxim crebris firmatam exemplis de summa Romani Pontificis in omnes Ecclesias & Episcopos potestate, utpote qui præsideat super omnes Episcopos Judex, ne quis jus alienum usurpet: quod & ex præscripto Nicænorum canonum (*b*) se agere, iisdem litteris docet, cum & verba canonis recitat, ubi ait: *Nulli videtur incognita Synodi constitutio Nicænæ, quæ ita præcipit (ut eadem propria verba ponamus) Per unamquamque provinciam jus Metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse posse subjectas: Quod illi (quia aliter credendum non est) servandum, sancto Spiritu suggerente censuerunt.* Hæc ipse. Ex quibus quam perspicue vides, sic ex Nicæno Concilio quibuscumque Metropolitanis suas servatas custoditasque esse provincias, ut tamen super omnes Apostolica sedes pastorali solicitudine vigilaret, atque jus diceret. Nulla quidem verior atque certior esse potest canonum interpretatio, quam quæ usu rerum, jugi observatione probata cognoscitur. Ex quibus manifeste intelligis, quam perperam & imperite nimis ex Nicænis canonibus angustare Novatores velint Apostolicæ sedis terminos intra unius provinciæ limites: sed de his suo loco superius pluribus actum est, hic autem occasione ejusdem Nicæni citati a Bonifacio canonis. Hæc quidem acta, scriptaque ab ipso Bonifacio Papa sunt hoc anno quinto Idus Februarii, iisdem Consulibus. Quomodo vero tandem suæ temeritatis idem Patroclus pœnas dederit, suo loco dicturi sumus.

(*a*) *Bonifac. epist. 3.*

(*b*) *Concil. Nic. c. 6.*

II. Sub iisdem quoque Cons. hæc habet Prosper in Chronico: *Exercitus ad Hispaniam contra Vvandalos missus est, cui Castinus * Dux fuit: qui Bonifacium, virum bellicis artibus præclarum, inepto & injurioso imperio ab expeditionis suæ societate avertit. Nam ille periculosum sibi atque indignum ratus, sequi quem discordem, superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum Urbis, atque inde ad Africam proripuit: idque Reipublicæ multorum malorum causa fuit.* Hæc Prosper. Quomodo autem dispensatione divina postea factum sit, ut qui Bonifacium sprevit, ipse Castinus profugus ad eum fese receperit in Africam, supplex ab eo auxilium petens, suo loco inferius narrabimus. Porro res præclare gestas a Bonifacio adversus Uvandalos cum Tribunum ageret, S. Augustinus prædicat, ubi ait (*c*): *Quis crederet, quis timeret, Bonifacio Domesticorum, & Africæ Comite, in Africa constituto*

* Crallinus.

De Bonifacio abdicante se ab exercitu.

(*c*) *Aug. epist. 70.*



PAGIUS

SÆC. V.

Anno Æræ Hispan. CCCCLX.

A. C. 422.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5915.

☉ 11. A. ☽ 5. P. 26. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 422.

CÆLESTINI PAPÆ 1.

HONORII IMP. 30. & 28.

THEODOSII JUN. 21. & 15.

I. *Tricennalia Honorii.*

[1] COSS. *Honorius* Aug. XIII. & *Theodosius* Aug. X. ille propter *Tricennalia* Imperii vivente patre initi, ut ex dicendis num.

tam sequenti constabit, Theodosius vero Consulatum Quindecennalibus suis anno superiori editis debitum in hunc annum distulit.

II. *Maximus & Jovinus Hispaniæ tyranni occisi.*

A num. II. ad VIII. Marcellinus in Chronico sub hujus anni COSS. scribit: *In Tricennalia Honorii, Maximus tyrannus & Jovinus fervo vincti adducti de Hispaniis, atque interfecti sunt.* Idem de Maximo & Jovino habet Jordanes lib. de Regn. succeff. cap. 96. ubi & loquitur de Jovino & Sebastiano fratribus & tyrannis, de quorum interitu suo loco egi. Quare si Jordanes & Marcellinus non errent, duo fuere Jovini tyranni. Verum utrumque hallucinari existimo. Quoad Maximum, scribit Orosius lib. 7. cap. 29. *Gerontium* Comitem occiso *Constante* filio Constantini tyranni, in ejus locum *Maximum* quemdam substitutum fuisse, sed *Maximum* exutum in Galliis purpura, destitutumque a militi-

NOTÆ (1) COss. *Honorius Aug.* XIII. & *Theodosius Aug.* X. Fasti Idatiani, & Prosper vulgatus & MS. *Honorio* XIII. & *Theodosio* X. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Hon.* XIII. & *Theod.* X. Epistola Bonifacii Papæ I. ad Hilarium Narbonensem. *Data V. Idus Febr. Dominis nostris Honorio XIII. & Theodosio X. Augg. Conss.*

*tam magno exercitu, & potestate, qui Tribunus cum paucis fœderatis omnes ipsas gentes expugnando, & terrendo pacaverat, &c.* Sed res hoc anno bene gesta est, dextereque pugnatum adversus tyrannos, licet dissenserint inter se Duces. Hoc namque anno sub iisdem Coss. Maximum, & Jovinum tyrannos in bello victos, & captos, indeque abductos, occisos esse, Marcellinus affirmat in Chronico. Tantis Deus muneribus decorasse voluit religionem Honorii Imperatoris. Sed redeamus ad Bonifacium, se ab exercitu ablegantem.

III. Bonifacii cum Augustino amicitia.

Erat Bonifacius genere Thrax, ut ex ejusdem ad S. Augustinum litteris (*a*) constat, quas suo loco ostendemus esse germanas. Hic Sebastiano Comiti, & confessione postea claro (cujus nulla cum laude Victor (*b*) meminit) filiam suam matrimonio conjunxit. Fuisse autem Bonifacium insignem pietate virum, ex litteris S. Augustini ad eum redditis facile potest intelligi. Cum enim ipse, relicto exercitu, ablegans se a Castino superbissimo Duce, in Africam se protinus contulisset, nihil antiquius habuit, quam ut insinuaret se in Augustini amicitiam; a quo & humanissime acceptus est, enutrita vero, & aucta eadem est amicitia consuetudine litterarum. Extat quidem ejusdem Augustini ad Bonifacium data epistola paræneticа (*c*) qua cum vitam Christianam brevi compendio stringat, licere tradit homini Christiano, pro publica pace tuenda, arma tractare; monet pariter qualiter in bello gerere se debeat; sed & de castitate servanda saluberrimam admonitionem ingessit, qua inter alia: *Valde* (inquit) *turpe est, ut quem non vincit homo, vincat libido: & obruatur vino qui non vincitur ferro:* digna plane tanto magistro sententia.

(*a*) *Apud Aug. ep. 10. in append. tom. 2. edit. Plant.*

(*b*) *Vict. de persecut. Vandal. lib. 2.*

(*c*) *Aug. epist. 205.*

IV. Res gestæ inter Bonifacium & Augustinum.

Dum vero moraretur ibidem in Africa Bonifacius, & verbis ac litteris tum Augustini, tum Alypii maxime foveretur, vitam plane Christiano Duce dignam duxit: sacris quoque dedisse operam litteris, ex consultationibus, quibus lacessere consuevit ipsum S. Augustinum, ostenditur. Porro eidem cupienti edoceri de Arianis, & Donatistis hæreticis, cum abunde satisfaceret Augustinus, statum præsentis temporis Ecclesiæ Africanæ longe melioris fuisse conditionis, quam antea, ostendit his verbis (*d*): *Gratias ago Domino, qui apud nos, non quidem in omnibus, sed valde in pluribus locis, & per alias Africæ partes sine ullis istorum insanorum mortibus pax Catholica cucurrit & currit, &c.* Pluribus enim disputare pergit, quam salubris sit moderata coercitio hæreticorum per Imperatorias leges adhibita. De rebus aliis, quæ in Africa inter Augustinum, & Bonifacium transacta sunt, extant perbreves utriusque epistolæ ultro citroque datæ, sed in appendice collocatæ, quas germanas esse (cujusvis fuerit) rerum gestarum illorum temporum argumenta declarant: stylo tamen vitæ sunt Augustini dissimiles ob Laconismos, quibus in illis scribendis auctor est usus. Verum etsi Augustini non esse, quis certo probare posset: sane quidem haud assereret commenticia, sed potius alicujus alterius magni nominis Africanorum Episcoporum litteras esse puta Aurelii Carthaginensis, vel Alypii Tagastensis Episcoporum, jure censebit, quod esse germanæ certo certius cognoscantur: sed citentur nomine Augustini, cujus inscriptione notantur. Quid autem nefandis acciderit in Africa, cum idem Bonifacius Gothis præesset militibus, S. Augustini ad eum scripta epistola declarat his virbis (*e*):

(*d*) *Aug. epist. 50.*

(*e*) *Aug. ep. 1. in append. tom. 2.*

V. De raptore Sacræ Virginis Augustini querela.

*Ornet mores tuos pudicitia conjugalis, ornet sobrietas, & frugalitas. Bene enim agere, & illicita non prohibere consensus erroris est. Quædam de Ecclesia egreditur Christi virgo sacrata, ebriam Gothi Herpe mentem & corpus incurrit. Habeat, quæso, miles sub Comite positus disciplinam. Grave est enim, ut quem non vincit homo, vincat libido, aut volutetur vino qui nec vincitur ferro.* Hæc ad Bonifacium, utens eadem plane sententia superius recitata in aliis ad eumdem Bonifacium litteris (*f*). Quibus acceptis Bonifacius, facinus gladio vindicare reditis his brevioribus litteris pollicetur.

(*f*) *Aug. epist. 205.*

*Tuæ* (*g*) *sanctitatis epistolam admonitu me terrificante suscepi. Etenim, venerabilis Papa, si thorus ille legitimus pavidos*

VI. (*g*) *Aug. in append. ep. 23.*

PAGIUS litibus Gallicanis, tunc quando Orosius scribebat, inter Barbaros in Hispania agentem exulasse. Pseudo Prosper vero in Chronico Imperiali ad annum XXVII. Honorii ait: *Maximus tyrannus Hispaniarum Dominatum vi obtinet.* Tum ad annum Honorii XXX. *Maximus tyrannus de regno dejicitur ac Ravennam perductus sublimem spectaculorum pompam Tricennalibus Honorii præbuit.* In eo quidem Chronico anni per hæc tempora valde depravati. Sed cum Maximus juxta Marcellinum hoc anno de regno dejectus fuerit, biennio antea tyrannidem resumserat.

Quoad *Bonifacium* Comitem, Idacius in Chronico anno Abrahami 2438, qui Kalend. Octobris superioris Christi anni inchoatur, postquam narravit *Castini* Magistri militum infelicem in Vandalos expeditionem, ait: *Bonifacius Palatium deserens Africam invadit;* quod confirmat Prosper in Chronico, cujus verba Baronius recitat: *Hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est, cui Castinus Dux fuit; qui Bonifacium virum bellicis artibus præclarum inepto & injurioso imperio ab expeditionis suæ societate avertit. Nam ille periculosum sibi atque indignum ratus cum sequi, quem discordem sibi per-*

III. *Bonifacius Comes in Africam secedit.*



*vidos habet accessus; quo debet puniri supplicio, divinas qui temerat rationes? Arguetur, ergo profecto, qui divina atque humana neglexit; & quem libido prævenit, gladius ultor absumet. Eumque quem insobrium in tantis angustiis fama veridica publicavit, carceris perieturum quocumque supplicio custodia retinebit.* His vero acceptis Augustinus litteris, quantocyus aliis redditis, ne ille reus tanti criminis occideretur, occurrit, ita ad eumdem Bonifacium pari brevitate rescribens:

VII. Exemplum mansuetudinis Sacerdotalis.

*Ego quos diligo, arguo & castigo, non occidi desidero, nec carcere pleno squallore retrudi. Sola sufficit admonitio: poterit enim, si ei id divinitus concedatur, tempus pœnitentiæ condonari, qui Domini templum ausus est violare. Sit ergo ipse qui fecit sui arbiter voti: fas enim non est, ut reus Episcopi suggestionibus occidatur. Nam si in barbarorum erroribus velimus (ut condecet) exercere vindictam, paucos reperiemus, nec ipsos animosos ad pugnam fore.* Hæc ipse: ex quibus vide, & admirare Episcopalem mansuetudinem longe longius ab effusione etiam noxiorum sanguinis abhorrentem.

VIII.

Accidit insuper, ut dum Gothi sub Bonifacio militarent in Africa, Ariani ibidem invalescerent. Etenim cum Gothi ipsi Ariani essent, una secum quoque ducebant, qui sacra ipsis ministraret. Arianum Episcopum: erat hic Maximinus nomine, qui eo temeritatis progressus est, ut ausus fuerit S. Augustinum ad disputationem de fide lacessere. Provocavit quoque eumdem Augustinum Pascentius Comes in Africa Exactor rerum Fiscalium, itidem Arianus. De amborum autem procacia Possidius scribit, atque in primis de Pascentio ista (*a*): *Cum quodam etiam Pascentio Comite domus Regiæ Ariano, qui per auctoritatem suæ personæ Fisci vehementissimus exactor, fidem Catholicam atrociter ac jugiter oppugnabat, & quamplurimos sacerdotes Dei simpliciori fide viventes dicacitate ac potestate exagitabat & perturbabat: præsentibus * honoratis & nobilibus viris apud Carthaginem ab illo provocatus, idem S. Augustinus coram contulit. Sed idem hæreticus tabulas atque stylum, quod magister noster & ante congressum & in congressu instantissime fieri volebat, ne adessent, omnino recusabat. Et dum id pernegasset, dicens quod metu legum publicarum periclitari tabulis * scriptis nollet; atque interpositis, id placere Augustinus Episcopus cum suis, qui aderant consacerdotibus videret, ut absque ulla scriptura privatim disputarent; collationem suscepit, prædicens (ut postmodum contigit) quod post solutum conventum esse cuiquam posset liberum arbitrium, forte dicere, nullo scripturæ documento se dixisse quod forte non dixerit, vel non dixisse quod dixerit.*

(*a*) *Possid. in Vit. Aug. c. 17.*

* *interpositis.*

Disputatio Augustini cum Pascentio.

* *talibus.*

IX.

*Et miscuit cum eodem sermonem, atque asseruit quid crederet, & ab illo quid teneret audivit: & vera ratione & auctoritate Scripturarum probata docuit & ostendit nostræ fidei firmamenta: illius autem asserta, nulla veritate, nulla Scripturarum sacrarum auctoritate suffulta docuit & frustravit. Et ut a se invicem partes digressæ sunt, ille magis magisque iratus & furens, mendacia multa pro fide sua falsa jactabat, & victum esse a se ipso proclamans multorum ore laudatum Augustinum. Quæ cum venerabilem virum minime laterent, coactus est ad ipsum scribere Pascentium, propter illius metum omissis nominibus conferentium: & in eis litteris quicquid inter partes dictum vel gestum fuerit, fideliter intimavit; ad ea, si negarentur, probanda, magnam testium habens copiam, clarissimos scilicet atque honorabiles, qui tunc aderant, viros. Atque ille ad duo sibi directa scripta unum vix reddidit rescriptum. In quo magis injuriam facere quam suæ sectæ rationem valuit declarare: quod a valentibus & volentibus legere comprobabitur.* Hæc Possidius de causa Augustini cum Pascentio. Cæterum hæc fusius percipi possunt ex

Pascentii Ariani vana jactantia.

PAGIUS *perbientemque expertus esset, celeriter se ad portum Urbis, atque inde ad Africam proripuit: idque Reipublicæ multorum laborum initium fuit.* Quibus jungenda quæ anno superiori ex eodem Idacio diximus. Fuit Bonifacius Sancto Augustino perfamiliaris, ut liquet ex Epistola CCXX. alias LXX. ejusdem Augustini ad Bonifacium. Cæteræ enim sexdecim *breviores Epistolæ sub nomine Augustini & Bonifacii*, quia discrepant a stylo Augustini, laciniis inepte consutis constant, & non recensentur a Possidio, existimantur a Viris doctis & nuper a Patribus Benedictinis in editione Operum Sancti Augustini ab aliquo otioso Scriptore confictæ; quorum censuræ standum judico, licet Baronius eas genuinas esse putaverit, & aliquas ex eis hoc anno retulerit. De Bonifacio scribit Olympiodorus, qui hoc tempore vivebat: *Bonifacius vir erat heroicus, qui cum multis sæpe gentibus barbaris strenue pugnavit, paucis interdum copiis adhibitis, interdum pluribus, nonnunquam vero & singulari certamine: & ut verbo dicam, barbaras multas, variasque gentes Africa expulit. Idem justitiæ vel imprimis studiosus & abstinens, ac pecuniarum contemptor fuit*, &c.

A num. VIII, ad X. Collatio Sancti *Augustini* cum *Pascentio* Ariano habita in domo Anicia Hippone, præsente Laurentio judice delecto a Pascentio viro spectabili, spuriis Augustini scriptionibus a Patribus Benedictinis jure merito accensetur in Appendice Tom II. Operum Sancti Augustini. Narrat quidem Augustinus in Epistola CCXXXVIII. alias LXIX. *ad Castorium*, de fide coram disputasse: verum in illa disputatione obtinere ab adversario non potuit Augustinus, ut Notarii exciperent quæ dicebantur; & ta-

IV. *Collationis Augustini cum Pascentio Acta confecto.*

ex ipsis Augustini tunc datis ad Pascentium litteris (a) & epistola Pascentii ad ipsum Augustinum conscripta, simulque ipsa collatione, seu potius parte ipsius ab ipso Augustino scriptis mandata: ad quæ omnia lectorem reiicimus; quem admonemus, perperam in titulo poni, habitam esse Hippone & a Notariis excerptoribus scriptam; cum Possidii sententia constet, convenisse eos ad eam disputationem Carthagine, & noluisse Pascentium quæ dicerentur publicis mandari tabulis: collegit vero postea ipse Augustinus quæ dicta in ea concertatione fuissent. Sed & ex Pascentii dictis illud observa, hunc ita fuisse hominem Arianum, ut tamen noluerit talis videri, & ob id Ario infligeret anathema, professus tamen se esse Auxentii, qui Mediolani sedit, sectatorem atque discipulum, vocans eum hominem sanctum, omniscque scientiæ virum. Sed & quomodo ipse Auxentius, latens licet, detectus fuerit ab Hilario Arianus, suo loco superius dictum est.

(a) *Aug. ep. 73. 74. 75. 76. 77.*

X. Quæ autem tunc acta fuerint eodem ferme tempore cum Maximino Episcopo Arianorum, Possidius post recensitas res gestas cum Pascentio ita narrat (b): *Cum ipsorum quoque Arianorum Episcopo Maximino cum Gothis in Africam veniente, apud Hipponem, quam plurimis volentibus atque petentibus, & præclaris interpositis viris, contulit; & quid singulæ asseruerint partes, scriptum est: quæ si studiosi legere voluerint, proculdubio indagabunt & quod callida & irrationalis hæresis ad seducendum & ad decipiendum profiteatur, & quod Ecclesia Catholica de divina teneat Trinitate. Sed quoniam ille hæreticus de Hippone rediens Carthaginem, de sua multa in collatione loquacitate victorem se de ipsa collatione recessisse jactavit, & mentitus est, quæ utique non facile a divinæ legis ignaris examinari, & dijudicari possent: a venerabili viro Augustino, sequenti tempore stylo, & illius totius collationis de singulis objectis, & responsis facta est recapitulatio: & quam ille nihil objectis referre potuerit, nihilominus nihil demonstratum est, additis supplementis, quæ tempore collationis angusto cuncta inferri, & scribi minime potuerunt. Id enim egerat nequitia hominis, ut sua novissima prosecutione multum longissima totum quod remanserat diei spatium occuparet.* Hæc Possidius. Extat hæc disputatio, & liber S. Augustini ad disputationem adiectus (c). Cujus autem sectæ Maximinus esset, audi ipsum ista profitentem (d): *Si fidem meam postulas: Ego illam teneo fidem, quæ Arimini a trecentis, & triginta Episcopis non solum exposita, sed etiam subscriptionibus firmata est.*

(b) *Possid. in Vit. August. c. 17.* Disputatio Augustini cum Maximino Episcopo Ariano.

(c) *Aug. cont. Maxim. libr. duo t. 6.*

(d) *Aug. l. 1. cont. Maximin. in prim.*

XI. Jam vero ad Bonifacium Comitem agentem cum Gothis in Africa revocemus orationem. Contigit ibi id temporis pergrave aliud admitti facinus, non ab alio quidem quam ab ipso Bonifacio; qui confugientem ad Ecclesiam, inde abstrahi jussit; sed mox admonitus, illud pœnitentia expiavit: id quidem ex litteris Augustini eum redarguentis, & ipsius Bonifacii ab eo veniam petentis, fiet cuique manifestum. Augustini autem perbrevis ad eum tunc scripta epistola sic se habet (e):

(e) *Aug. ep. 6. in appen.*

XII. *Miror quomodo tam subito fidei murum aries ruperit inimici. Novi enim qua religione semper sis Ecclesiam Dei veneratus. Quo instigante, frater, hominem de Ecclesia rapuisti? Tuus si de tuo amico forte præsumeret fugitivus; posset proculdubio intercessoris causa veniam promereri: Ergo si amicus intenditur, cur Deus offenditur? Sed si de potestate præsumitur Nabuchodonosor (f) Regem intende, qui causa superbiæ in bovem est ex homine* Augustinus, quæ decernat in Bonifacium violantem Ecclesiæ jura.

(f) *Dan. 4.*

PAGIUS & tamen hujus *Altercationis* Acta sic referuntur, quasi omnia a Notariis de verbo excepta fuerint. Illa disputatio *Carthagine* habita, juxta Possidium cap. 17. hæc in titulo prænotatur acta *Hippone*, Huic præfuisse fingitur *Laurentius* quidam judex, qui Laurentius in exordio significat *Altercationem* aliquam vehementem inter partes *pridem* præcessisse: at in illa Carthaginensi disputatione nullus præsidebat judex; intercerant tantummodo Honorati viri aliquot, rei gestæ testes futuri; neque ante illum diem colloquium ullum cum Pascentio habuerat *Augustinus*, ut ex eadem ad Castorium Epistola num. VIII. intelligitur. Præterquam quod dictio abhorret ab Augustini stylo, eadem est personarum omnium loquela; unum dicendi genus per totam *Altercationem*; quam nimirum una manus stylusque unus exaravit. De collatione vero Carthagine Augustinum inter & eumdem Pascentium habita recte differit Baronius.

Ad num. X. Collationem cum Maximino Arianorum Episcopo, & libros duos contra eumdem Maximinum a S. Augustino post eamdem editos, ipse non memorat in libris Retractationum. Quare cum libri Retractationum scripti sint anno CCCCXXVIII. ut suo loco ostendam, eodem circiter anno publicati. Quæ in ea Collatione gesta sunt, exponit Baronius ex Possidio in Vita Augustini cap. 17. Sed hæc revocanda ad annum CCCCXXVIII. aut CCCCXXIX ante mensem Majum; quo Vandali Africam occuparunt.

V. *Collatio Augustini cum Maximino & libri adversus eum ab illo scripti.*

*Dulcitius* Tribunus & jussionum Imperialium in Donatistas executor, ut liquet ex num. IV. & IX. Epistolæ Sancti Augustini CCIV. alias LXI. ad eum datæ, & circa annum CCCCXX. scriptæ, singulari amicitia cum eo junctus erat, indeque octo quæstiones ei solvendas proposuit. *Augustinus* cum vetera sibi dubia objici videret, ex editis olim a se Voluminibus responsiones ad singulas dubitationes excerpsit, ex qui-

VI. *Augustinus scribit librum de octo Dulcitii quæstionibus.*



*mine commutatus. Non ut confundam te hæc scribo, sed ut filium meum carissimum moneo. Ecclesiæ igitur illæsum revoca, quem ut irreligiosissimus rapuisti. Oblatio vero domus tuæ a clericis ne suscipiatur indixi: communionemque tibi interdico, donec peracta pro ausibus, vel errore a me definita tibimet pœnitentia, & tempore condonato, pro hoc facto corde contrito, & humiliato dignum offeras sacrificium Deo.* Hæc ad Bonifacium Comitem Augustinus erectus ad ultionem sceleris vigore sacerdotali. Quid ad hæc respondisse putas tantum Comitem, Ducem exercitus sic ab Augustino flagris censuræ Ecclesiasticæ verberatum? Audi redditam ad eum epistolam his ipsis verbis (a):

(a) *Apud. Aug. ep. 7. in append.*

XIII. Bonifacius satisfacit plenissime Augustino.

*Humilis saluto, quod primum est. Suscepi autem tremens sanctitatis tuæ verba verberibus plena. Scio quod veniæ præparatur, qui ab Augustino perfectissimo sacerdote corripitur: nec debet Episcopo*

PAGIUS quibus librum *de octo Dulciti quæstionibus* compositi; & quidem hoc anno: is enim post *Enchiridion*, cujus meminit in solutione secundæ quæstionis, elucubratus, & in Enchiridio de Hieronymo tanquam vita functo loquitur Augustinus. Ex præfatione ejus apparet, Opus illud ad hunc annum pertinere, modo corrigatur error, qui extat tam in libris editis, quam in MSS. *quamvis mihi videtur, dilectissime mi Dulciti, non tardavi respondere interrogationibus tuis; per Pascha quippe hoc anno, quo Dominicus ejus fuit III. Kalend. Aprilis a Carthagine mihi missas literas tua dilectionis accepi*, &c. loco enim, *III. Kalendas Aprilis*, legendum, *VII. Kalend. Aprilis*; fieri quippe non potuit, ut post annum CCCCXX. Paschatis Dominicus dies incideret in mensem Martium, nisi vel anno CCCCXXX, vel anno CCCCXXII. Quare cum Augustinus in Retractationibus ante Pascha anni CCCCXXX. absolutis de eo mentionem fecerit, pertinet sine dubio ad præsentem annum, quo dies Paschatis incidit in VII. Kalend. Aprilis, seu diem XXVI. Martii. Fuit autem facile ex vetustis literis VII. detrita prioris una lineola, pro VII. scribi III. ut inquit Garnerius in Dissert. de Scriptis adversus hæresim Pelagianam.

VII. *Divisio Illyrici a Patriarchatu Occidentis tentata a quibusdam Epis. Illyrici.*

Theodosius Aug. hoc anno revocavit rescriptum quod emiserat in favorem Episcopi Constantinopolitani, ut anno superiori ostendimus. Tentata tamen, ut inquit Baluzius in supplemento ad lib. 5. Marcæ de Concordia cap. 24. divisio Illyrici a Patriarchatu Occidentis, & quorumdam Episcoporum Illyricianorum præsumptio, qui causas retractare audebant, quæ supremo Sedis Apostolicæ judicio definitæ fuerant, Bonifacium Papam non parum angebant: *Audio Episcoporum quosdam*, inquit in Epistola ad Episcopos Thessalos sub hujus anni COSS. data, & ab Holstenio in Collectione Romana pag. 66. recitata, *Apostolico jure contempto novum quidpiam contra Christi proprie præcepta tentare, cum se ab Apostolicæ Sedis communione, & , ut ita dicam verius, potestate separare nituntur, eorum petentes auxilium, quos Ecclesiasticarum sanctio regularum majoris esse non dedit potestatis. Leguntur enim præcepta Majorum, & quibus in Ecclesias juris aliquid dederint, invenimus. Jam temerator est Ecclesiasticæ disciplinæ quisquis in ejus leges, cum sibi nihil debeatur, irrepit ea sibimet vindicando, quæ sibi a Patribus negata videantur.* Tum in Epistola ad Episcopos per Illyricum constitutos eadem die data, nempe *V. Idus Martias*, aperit quænam fuerit illa præsumptio, nimirum prohibere, ne causæ Ecclesiasticæ Provinciarum Illyrici Orientalis ad Sedem Apostolicam deferrentur, adeoque ex ista præsumptione effectum, ut eas auderent retractare, quæ supremo Sedis Apostolicæ judicio definitæ fuerant. Addit illustrissimas Orientis Ecclesias, Alexandrinam nempe & Antiochenam, in magnis negotiis semper consuluisse Sedem Romanam, ejusque auxilium postulasse, quoties occasiones inciderunt ingentium periculorum; eoque magis istam consuetudinem servandam esse a minorum Urbium Episcopis & ab Illyricianis potissimum, qui ab omni retro antiquitate usque ad hæc novissima tempora paruerant constitutis Apostolicæ Sedis: *Nemo unquam, inquit, Apostolico culmini, de cujus judicio non licet retractari, manus obvias audaciter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit judicari. Servant Ecclesiæ magnæ prædictæ per canones dignitates, Alexandrina & Antiochena, habentes Ecclesiastici juris notitiam. Servant, inquam, statuta Majorum in omnibus deferentes, & ejus vicissitudinem recipientes gratia, quam sis in Domino, qui pax nostra est, nobis debere cognoscunt. Sed quia res postulat, approbandum documentis est, maximas Orientalium Ecclesias in magnis negotiis, in quibus opus esset disceptatione majore, Sedem semper consuluisse Romanam, & quotiens usus exegit ejus auxilium postulasse.* Descendit deinde ad exempla Sanctorum Athanasii & Petri Alexandriæ Antistitum, tum Meletii & Flaviani Antiochiæ, & ad ipsius Nectarii Constantinopolitani ordinationem, subditque: *Ante breve tempus, ideest, sub prædecessore meo beatæ recordationis Innocentio, Orientalium Ecclesiarum Pontifices dolentes se a beati Petri communione sejunctos, per Legatos pacem, sicut charitas vestra retinet, popposcerunt.*

VIII. *Causa Perigenis Episc. Corinthi solicitum habet Bonifacium PP.*

Solicitum præsertim habebat Bonifacium causa *Perigenis* charitate sane erga hominem Sedi Apostolicæ addictissimum, sed præcipue propter convulsam ab Episcopis Illyricis Romani judicii definitionem, qui post illud eam causam rursus judicare moliebantur in Concilio Corinthiaco, ut videre est in eadem Epistola universis Episcopis Illyrici data: dupliciter enim in hoc peccabatur adversus Sedis Apostolicæ Majestatem. Primo, quod eam causam retractare præsumerent, quæ supremo Romani Pontificis arbitrio judicata fuerat. Deinde quod eam Synodum celebrare cogitarent præter consensum *Rufi* Episcopi Thessalonicensis, qui Vicarius erat Romanæ Sedis per omnes Illyrici Provincias. Hæc duo capita complexus est Bonifacius in Epistola ad Rufum eadem die nempe V. Idus Martias hoc anno data: *Ad Synodum, quæ dicitur illicite congregandæ de causa fratris nostri & Coepiscopi Perigenis, cujus scripsimus statum, nulla posse penitus ratione turbari, talia scripta direximus, quibus universi fratres intelligant, primo convenire se citra tuam conscientiam minime debuisse, deinde de nostro non esse judicio retractandum. Numquam etenim licuit de eo rursum quod semel statutum est ab Apostolica Sede, tractari.*

IX. *Bonifacius non vult eam retractari.*

Adeo alte infederat hic dolor animo Bonifacii, ut ad Episcopos Illyricos, qui ad Synodum Corinthiacam conventuri erant, scribens quinto Idus Martias aperte comminatus abstentionem

*scopo denegari, quod voluntas facit aut casus. Ipse enim sibi denegat curam, qui suam medico non publicat causam. Hominem ergo, piissime pater, e liminibus Ecclesiæ raptum tuis sanctis aspectibus jussio mea, furorque subduxit. Alieno non sunt facta ista consilio. Dei & sanctorum ejus regimine vivo. Illum itaque virum morte dignissimum, quem, (ut dixi) meus de Ecclesiæ foribus furor abstraxit, vitæ tuis jussionibus donamus, illæsum. Agnosco culpas. Indignæ meæ lacrymæ jungantur tuis fletibus justis, quo possit hæc nota nigro inscripta titione deleri. Ecclesiæ*

PAGIUS nem sit, si *Perigenis* causam iterum ad discutiendum in medium adducerent, cujus honor dubius & incertus per regulas omnino esse non posset post sententiam Romani Pontificis: *Congregatur ergo*, inquit, *ut redeamus ad causam hujus injuriæ, Synodus cujus dilecto consultum semper superhabens Concilii recognoscat arcanum & fiet quod quidem fieri per regulas omnino non poterit, fratris & Coepiscopi nostri Perigenis honor dubius & incertus, quam in Sede Ecclesiæ supradictæ nostra sententia collocavit*. Et infra: *Convenientes, ut condecet, fratres, ne quis volens in nostra communione durare, fratris & Consacerdotis nostri Perigenis iterum ad discutiendum in medium nomen adducat, cujus Sacerdotium Apostolus Petrus semel jam Spiritus Sancti suggestione firmavit.*

X. *Jubet ad se referri quod circa eam fiet in Synodo Corinthia. ea.* Displicebat itaque *Bonifacio* Papæ Episcoporum Illyricianorum audentia, qui Concilia congregare præsumebant citra conscientiam *Rufi*. Nam Innocentius I. ei concesserat, ut quoties causa aliqua eveniret, quæ congregationem Sacerdotum requireret, posset quos vellet Episcopos de quibuscumque Ecclesiis evocare, & cum eis controversias definire. Sed ultra hoc constituit *Bonifacius*, ne liceret *Episcopis* Illyricianis convenire, idest Concilia celebrare contra conscientiam ejusdem Rufi. Quare cum inaudisset Episcopos illos Synodum indixisse apud *Corinthum* pro retractanda causa *Perigenis*, commotus & *exagitatus*, ut ipse ait in eadem Epistola, propterea fuit, Synodumque non aliter celebrari mandavit, quam ex auctoritate Rufi, electionem vero Judicum a Rufo faciendam esse: *Sane quoniam servandus accusatori locus est*, inquit ibidem Bonifacius, *ne audentiam penitus incitare videamur, si quid ab eodem, postquam Episcopus nostris est auctoritatibus constitutus, contra disciplinam & propositum Sacerdotii fertur admissum, Coepiscopus noster Rufus cui ad vicem nostram cuncta committimus, cum cæteris Fratribus, quos ipse delegerit, negotium curabit audire, ad nostram relaturus omnia notionem quæcumque cognitioni ejus verum cursus & ordo monstrarit*. Porro valuisse Apostolicæ Sedis auctoritatem circa Perigenem ex eo liquet, quod semper is dignitate sua potitus sit. *Bonifacium* vero statuisse, ut ordinationes Episcoporum citra Rufi conscientiam celebrari non possent, ostendunt eadem Epistola ad Episcopos Illyricianos, aliaque ad Episcopos Thessalos eadem die data.

XI. *Pax Romanor inter & Persas sancita.* Marcellinus in Chronico sub hujus anni COSS. scribit: *Hunni Thraciam vastaverunt. Persa cum Romanis pacem pepigere*, quod etiam Socrates lib. 7. cap. 20. contigisse ait Consulatu Honorii XIII. & Theodosii X. & persecutionem, quæ adversus Christianos excitata fuerat in Persida, conquievisse. Quæ in pace illa sancienda Romanos inter & Persas contigere, narrat Socrates loco laudato, & Nicephorus ex eo lib. 14. cap. 21. Theophanes vero ad annum Theodosii XXI. loco scilicet non suo, paucis rem perstringit: *Hoc anno Theodosius Imperator licet armorum vi Persas & victoriis premeret, Christianorum tamen in Persida commorantium sanguini parciturus, summa clementia ductus pacem amplexatur, & Heleonem Patricium virum summis honoribus auctum, & Anatolium Orientis Præfectum Legatos pacis fœdus firmaturos mittit. Vararanes, cognita suorum jactura, lubens admittit Legatos, atque ita excitatus in Christianos persecutionis motus resedit*. Licet autem persecutio, pacis occasione, conquieverit, eam tamen per annos triginta ab anno CCCCXIV. inchoandos, perdurasse, testatur Theodoretus, ut anno CCCCVIII. & CCCCXIV. vidimus. Sozomenus lib. 9. cap. 4. hæc de pace Persica habet: *Persa quidem cum ad bellum prorupissent, centum annorum inducias cum Romanis pepigere*. Evagrius vero lib. 1. cap. 19. ait: *Persas insolentia elatos usque adeo superavit, ut pacem ipsis per Legatos poscentibus concederet, quæ ad duodecimum annum Imperatoris Anastasii permansit*, ad annum scilicet Christi DII, quo eam ruptam fuisse ostendemus, licet juxta pacta usque ad annum DXXII. vigere debuisset. Contrarii itaque inter se non sunt Evagrius & Sozomenus, sed Evagrius & Theophanes in eo inter se dissentiunt, quod ille tradat pacem a Persis, hic vero a Romanis postulatam fuisse. Evagrio autem suffragatur Socrates loco citato.

XII. *Fœdus juratur a Persis ignis & aqua, ab iis pro Diis habetur.* Theophanes ac Cedrenus scribunt, pacem hanc Procopio (patre Anthemii, qui postea in Occidente imperavit) pro Romanis Legationem fungente, compositam esse. De Procopio ejusque Legatione Sidonius in Panegyrico Anthemii, ubi eam egregie describit, versu 75. hæc habet.

*Huic quondam juveni reparatio credita pacis*
*Assyria: stupuit primis se Parthus in annis*
*Consilium non ferre sonis. Conterritus hæsit*
*Quisque sedet sub Rege Satraps: ita vinxerat omnes*
*Legati genius: tremuerunt Medica rura,*
*Quaque Draconigenæ portas non clauserat hosti,*
*Tum demum Babylon nimis est sibi visa patere.*
*Parthibus, at postquam statuit nova formula fœdus,*
*Procopio dictante Magis: juratur ab illis*
*Ignis & unda Deus: nec non rata pacta futura,*
*Hic vivos testatur avos: Chaldæus in extis*
*Pontificum de more senex arcana peregit*
*Murmura: gemmantem pateram vox ipse retentans*
*Fudit thuricremis carchesia cernuus aris.*
*Suscipit hinc reducem duplicati culmen honoris,*
*Patricius, nec non peditumque equitumque Magister*
*Præficitur castris, &c.*

Porro *Procopium* anno CCCCXXIV. creatum esse Magistrum militum per Orientem, de qua Præfectura diserte ibidem loquitur Sidonius, demonstrat lex 36. Cod. Theod. *de erogatione militaris annonæ*, eo anno data.

XIII. Scoti, Pictique, ut narrat Beda lib. 1. cap. 12. cum Romanum militem e Britannia abiisse conspexissent, *mox advecti navibus irrumpunt terminos, caduntque omnia*: unde rursum mittuntur Romam Legati, indeque *rursum mittitur*



*tur legio, quæ inopinata tempore autumni adveniens, magnas hostium strages dedit. Tum Romani denunciavere Brittonibus, non se ultra ob eorum defensionem tam laboriosis expeditionibus posse fatigari. Quin etiam, quod & hoc sociis, quos derelinquere cogebantur, aliquid commodi allaturum putabant, murum a mari ad mare recto tramite inter Urbes, quæ ibidem ob metum hostium facta fuerant, (ubi & Severus quondam vallum fecerat) firmo de lapide collocarunt*, & valedixerunt sociis *tanquam ultra non reversuri*. Quibus ad sua remeantibus, Scoti, Pictique solito confidentiores facti accelerarunt strages cunctis crudeliores prioribus, *donec omnis regio totius cibi sustentaculo, excepto venandi solatio, vacuatur*. Idem habet Gildas in libello de Excidio Brittanniæ, ex quo sua deprompsit Beda. Murus cespititius inter *Bodotriam* & *Glottam*, ubi olim Agricola suum constituerat, ædificatus fuit, murus vero lapideus hoc anno conditus citerior fuit ab Ithunæ æstuario, ad *Tinæ* ostium productus, ubi *Severus*, per transversam insulam murum ante duxerat, & hic est ille, qui hodie *Ficticus* appellatur; ubi duo freta *Hadrianur* ante Severum alium construxerat, qua de re legendus Usserius in Antiquitatibus Britannicis.

PAGIUS *Secunda Britannorum ad Romanos legatio adversus Barbaros*

*Cælestinus* die X. Septemb. successit *Bonifacio* Papæ, ut anno sequenti videbimus.

JESU CHRISTI ANNUS 423. — BONIFACII PAP. ANNUS 5. — HONORII 29. THEODOSII 16. IMPP.

I. SEquitur ordine temporis Chriſti annus quadringenteſimus vigeſimus tertius, deſcriptus in Faſtis Conſulatu Mariniani, & Aſclepiodoti, Romano Imperio Honorii obitu lugubris, qui decimo octavo Kalend. Septembris ex hac vita migravit, ut Socrates (*a*), Proſper, Marcellinus, & Caſſiodorus affirmant: addit Paulus diaconus, eſſe defunctum Romæ, poſitumque in Mauſoleo juxta corpus S. Petri Apoſtoli. Imperavit ab obitu Theodoſii patris annos viginti octo, menſes ☞ ſeptem minus diebus duobus ☜. Vixit autem annos quadraginta uno minus, & menſem unum expletum. Diſſeruimus ſuperius adverſus eos, qui Honorium ignavum fuiſſe ſugillant, quod ipſe numquam viſus fuerit in procinctu, per ſuos duces bella gerens. Sed non id a Rege requiritur: ſatis vero ſuperque ad laudem Honorii, quod nullus Chriſtianorum Imperatorum inventus eſt, qui per ſuos duces extinxerit plures in Imperium graſſantes tyrannos, nec qui ingruentes barbaros ſæpius vicerit, Imperiumque labans ac novis motibus penitus periclitans crebrius reſtituerit: hæc enim quam vera certaque ſint, quæ annis ſingulis ab exordio tomi hujus dicta ſunt, facile indicant. Cæterum religione potius, quam armis, in omnibus ſemper adverſus hoſtes certaminibus primas tuliſſe, & Deo pro ipſo pugnante, ferociſſimos viciſſe tyrannos, & pugnaciſſimos barbaros ſæpiſſime debellaſſe, ſuperius annis ferme ſingulis pariter demonſtratum eſt, ut plane fuerit in ipſo perſpicue declaratum, longe præſtare, Imperatorem religione pollere, quam armis. Quandoquidem ut tot tyrannos extinxerit, & barbaros pugnanando ſæpius ſuperaverit, nequaquam ducum virtuti ea quis jure cenſeat tribuenda, quos ferme omnes eſt expertus infidos, & proditores, & in tyranos eſſe converſos, adverſus quos rurſus copiæ ducendæ fuerint, & ancipiti pugnandum certamine. Ut plane, ſi quis hæc accurate conſideret, intelligat fuiſſe miraculum, & nonniſi Deo protegente, quem ipſe bene cultu pietate demeruit, eſſe factum, ut tam diuturnum Honorius Imperium poſſederit, impugnatus jugiter a barbaris atque tyrannis: ☞ quos omnes fultus divino præſidio non ſolum evaſit, ſed & feliciſſime ſuperavit. Unde & factum eſt, ut omnia ferme ejuſdem Auguſti numiſmata cuderentur ejuſmodi ornata trophæis, nimirum cum ejuſdem Imperatoris imagine Victoria inſignita, pedeque ſini-

Honorius religione potens.

(*a*) *Socrat. lib. 7. c. 23. & Marcel. & Caſſiod. in Chron.*

Honorii Imperatoris obitus.

PAGIUS

riis legibus Cod. Theod. Fuit autem pater *Ruſt Pratextati Poſtumiani*, anno CCCCXLVIII. Conſulis Ordinarii, ut demonſtrat inſcriptio ibidem a Baronio num. I. recitata. *Tricennalia* Honorii poſt patrem imperantis in hunc annum incidunt. Tom. I. Muſei Farneſiani exhiberur nummus aureus Honorii, in quo legitur, Vot XXX. Mult XXXX.

Ad num. I. *Honorium* Occidentis Imperatorem Aſclepiodoto & Mariniano Coſſ. mortuum eſſe, tradunt Proſper, Marcellinus, ac Caſſiodorus in Chronicis, & Socrates lib. 7. cap. 22. qui addit, mortem ejus contigiſſe die decima quinta menſis Auguſti, cui Theophanes in Chronico, quo ad diem conſentit. Quare apud Olympiodorum loco, *VI. Kalend. Septembris*; legendum, *XVIII. Kalend. Septembris*; in eo enim Auctore deſcribendo Librarii non ſemel errarunt.

II. *Moritur Honorius Imp.*

SÆC. V. — ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5916.

Anno Eræ Hiſpan. CCCCLXI. — ☉ 12. G. ☽ 6. P. 15. Apr. Indict. 6.

A. C. 423. — JESU CHRISTI 423.

CÆLESTINI PAPÆ 2.

THEODOSII JUN. 22. & 16.

I. *Tricennalia Honorii.*

[1] COſſ. *Aſclepiodotus* & *Marinianus*, ille in Oriente, qui & Præfectus Prætorio hoc anno fuit ſub Theodoſio, ut ex variis legibus Cod. Theod. hoc anno datis liquet: hic in Occidente, ubi anno elapſo Præfectus Prætorio erat ſub Honorio, ut conſtat ex va-

NOTÆ

[1] COſſ. *Aſclepiodotus* & *Maximianus* Relandus habet: *Marinianus*, Gruter. pag. CCCCLXIV. 8. Faſti Idatiani, & Proſper editus: *Mariniano* & *Aſclepiodoto*. Marcellinus: *Aſclepiodoto* & *Mariniano*. Proſper MS. *Mariniano* & *Aſclipiodoto*. Paſchalis laterculus in fine Gennadii: *Mariano* & *Aſclepiodoto*.

POSTVMIANVS. V. C. FILIVS
MAGNIFICI. VIRI. MARI
NIANI. PRAEFECTI. PRAE
TORIO. ET. CONSVLIS
ORDINARII.

Fragmentum inter inſcriptiones baſilicæ S. Pauli num. 231.... 1. FEBR. MARIN*iano* & *Aſclepiodoto Coſſ.* Nonnulli recentiores ita ſcribunt; *Flavius Aſclepiadotus*, & *Rufius Pratextatus Marinianus*. Faſti Idatiani &c.



CHRISTI 423. — BONIFACII PAP. 5. — HONOR. 29. THEOD. 16. IMPP.

ſiniſtro proculcante tyrannum, dextera vera manu ſuſtinente Labarum nomine Chriſti decorum, cujus ope omnia dexterе eveniſſent, ut hic vides unum ex iis tibi formis expreſſum: quod haud facile, (*a*)

(*a*) *Apud Læl Paſq. Canon. S. Mariæ Majoris.*

Ad hujuſmodi quidem ſimile genus imaginum alluſiſſe viſus eſt Joannes Chryſoſtomus, dum in Eutropium agens hæc ait: *Quemadmodum & regiæ effigiei non tantum ornatus ex eo contingat, ſi ſolio Rex ſublimis ſedeat purpuratus, & diademate redimitus, quantum ſi ſub pedibus quoque regiis barbari manibus poſt terga revinctis proni jaceant, &c.* ☜

II. Ante autem ſuum obitum Honorius hoc anno (ut habent Proſper (*b*), & Caſſiodorus *c*) Gallam Placidiam Auguſtam cum filii duobus Valentiniano, & Honoria, ob ſuſpicionem invitatorum hoſtium, miſerat in Orientem: unde accidit, ut ipſo Honorio defuncto, nullus in Occidente eſſet, qui jure cognationis Imperium gubernandum ſuſciperet. Joannes igitur, qui anno ſuperiori (ut apparet ex Imppreſcriptis *d*) Præfecturam Prætorii adminiſtrarat, vilis natalibus homo, qui militaverat ante inter Notarios, Imperium arripere auſus eſt, quod & tenuit uſque ad annum poſt ſequentem. Quomodo autem hæc ſe habuerint, Socrates ita narrat (*e*): *Quamquam Theodoſius Imperator de morte, Imperatoris Honorii certior factus eſſet, eam tamen alios celavit, aliaque cauſa alias commemorata de ea re complures fefellit. Mittit etiam clam milites Salonas, urbem Dalmatiæ, ut ſi quis in partibus verſus Occidentem forte novis rebus ſtuderet, præſto eſſent qui ejus conatus reprimerent. Quibus rebus ita comparatis, tandem mortem avunculo omnibus planam facit. Interea temporis Joannes qui inter Scribas Imperatoris principem locum obtinuit, cum proſperum ſuæ fortunæ curſum moderate ferre non poſſet, Imperium accipit, legatoſque ad Imperatorem Theodoſium mittit, per quos poſtulat ut Imperator declaretur. Theodoſius legatis ejus in cuſtodiam traditis, ducem Ardaburium, qui in bello Perſico res plane maximas confeciſſet, ad Joannem mittit.* Sed id poſt annum ſequentem factum, noſque ſuo loco dicemus.

(*b*) *Proſp. in Chron. bis Conſſ.* (*c*) *Caſſiod. in Chron. bis Conſſ.*

Joannes Tyrannus inſurgit.

(*d*) *l. 2. de pignor. Cod. Theo. & l. 1. quod juſſu. Cod. Theo. & aliis.*

(*e*) *Socrat. lib. 7. c. 23.*

III. Quod ad ipſum Joannem Imperium Occidentale invadentem ſpectat: ipſo exordio Principatus æque adverſus Dei Eccleſiam bellum paravit. Etenim ſimulac invaſit imperium, primum omnium, omnia ſimul ab ea privilegia abſtulit, quæ a Chriſtianis Imperatoribus tum locis tum perſonis Eccleſiaſticis collata fuerant: & inter alia omnem clericis ademit fori ſæcularis exemptionem, quos omnes pene ſæculares Judices cauſam dicere, & ab eis ſententiam expectare voluit: hæc quidem omnia ab eo peracta, Valentiniani ſanctio, quæ ablata ab eo privilegia revocavit, edocet, quam ſuo loco reddemus. Iſtis ſibi malis ad ſuum interitum viam miſerum illum patefeciſſe, infelix exitus declaravit. His plane & aliis innumeris ſæpe contigit exemplis demonſtrari, religionis & Eccleſiaſticorum jurium defenſionem eſſe ſolidum ad

Joannes jura Eccleſiæ tollens privatur Imperio.



PAGIUS

runt. Idem Olympiodorus, Cedrenus, & Philoſtorgius lib. 12. num. 13. cum *ague intercutis morbo* obiiſſe produnt. Mortuus eſt, non *Romæ*, ut Theophanes & Auctor Miſcellæ, quem Baronius ſecutus eſt, ſcribunt, ſed *Ravennæ*, ut tam in Faſtis Idacii, quam in Chronico legitur, idque leges Codicis Theodoſiani hoc anno menſe Auguſto Ravennæ ab eo datæ manifeſtum faciunt; cum nullæ Romæ hoc anno ab eo emiſſæ legantur. Natus erat *Honorius* anno CCCLXXXIV. die IX. Septembris ideoque vixit, non annos triginta novem, & menſem unum expletum, ut habet Baronius, ſed annos triginta octo, menſes undecim, & dies ſeptem.

A num. II. ad. IV. *Honorii erga ſororem inſita affectio tanta fuit, ex quo Conſtantius ejus maritus vita deceſſit, ut perdite nimis amando, & aſſidue os ejus oſculando, turpis apud multos conſuetudinis ſuſpicionem non effugerit. Sed hic amor*

III.

sustinendam molem Imperii fundamentum; quo si careat, corruat sit necesse; ut male consultus suo damno Joannes expertus est.

IV. Contra vero vides Theodosium, exemplo avi, ad Occidentale Imperium e tyrannorum manibus vindicandum, arma primum spiritualia Deo potentia præparare, nimirum quæ sunt impollutæ religionis propensiori cura peragere, adversantes illi hæreticos & alios hostes profligare: id ratus ad victoriam de tyranno consequendam maxime profuturum. Sic igitur pugnaturus adversus fortissimum tyrannum barbarorum auxiliis præpotentem, contra hæreticos primum arma convertit, ista sanciens (*a*):

(*a*) *l.59. de hæret. C. Theod.*

*Manichæi & Phryges (quos Pepuzitas, sive Priscillianistas*, vel alio latentiori vocabulo appellant) Arianı itidem, Macedonianique & Eunomiani, Novatiani, ac Sabbatiani, cæterique hæretici sciant, universa sibi hac quoque constitutione denegari, quæ illis generalium sanctionum interdixit auctoritas: puniendis, qui contra generalium constitutionum interdicta venire tentaverint. Dat. V. Idus Aprilis, Constantinop. Asclepiodoto & Mariniano Conss.* Hæc Imperator, & quidem Attico Episcopo Constantinopolitano hac ex parte religiosior: siquidem ille tolerandos esse Novatianos dicebat, permittendosque eos Constantinopoli conventus agere, ut Socrates (*b*) ait, qui hanc ob causam ipsum in cælum extollit. Rursum vero idem Theodosius mense Juli istam in omnes hæreticos edidit sanctionem qua penitius adversus hostes sibi numen conciliet:

* Montanistas.

Theodosius contra hæreticos leges sancit.

(*b*) *Socrat. l.7. c.25.*

V. *De* (*c*) *hæreticis omnibus, quorum & errorem execramur & nomen, hoc est, de Eunomianis, Arianis, Macedonianis, cæterisque omnibus, quorum sectas piissimæ sanctioni tædet inferere (quibus cunctis diversa nomina, sed una perfidia) illa præcipimus debere servari, quæ divi avus, & pater nostræ clementiæ constituerant. Sciturisuniversis, quod si in eodem furore permanserint, interminatæ pœnæ erunt obnoxii &c. Dat. VI. Id. Julii, Constantinop. Asclepiodoto & Mariniano Conss.* Mense vero Augusti hæc idem Theodosius addidit:

(*c*) *l.60. de hæret. C. Theod.*

*Omnes* (*d*) *dubiæ interpretationis ambages hac sententia resolventes, publicari præcipimus, quod lex super Eunomianis militare prohibitis, cæterisque execrabilium religionum & professionum ritibus promulgata cognoscitur, nihil ad eos, qui cohortalini sunt, pertinet. His enim sunt apparitoribus obligati, in quibus emensis militiæ stipendiis, veterani Primipili munus sustinere coguntur. Dat. VI. Id. Aug. Eudoxiop. Asclepiodoto & Mariniano Conss.* Hæc adversus eos, qui ex eo quod hæretici militare prohibiti essent, onera quoque militiæ, perperam facta interpretatione, vitare studebant. Adjecit insuper, ut cum dictis legibus hæreticos omnes æque perstrinxerit, Manichæos (*e*) tamen peculiari hoc item anno edita sanctione exagitaret, quam brevitatis causa hic describere prætermittimus.

(*d*) *l.61. de hæret. C. Theod.*

(*e*) *l.24. de Pagan. C. Theod.*

VI. Sed & Judæos vetuit synagogas novas ædificare (*f*), dato adversus eosdem hoc itidem anno rescripto. Qui igitur in omnibus Christianæ religioni adversus omnes ejus adversarios hæreticos, itemque Judæos, legibus promulgatis, ita prospexit: adversus quoque idololatras (si qui resdui essent) bellum hoc item anno movit, & quidem incessabili studio: etenim Gentilium deorum cultum iteratis legibus prorsus pessumdatum voluit: siquidem in primis hoc anno, mense Aprilis in eos ista sancivit (*g*):

(*f*) *l.27. de Judæis C. Theod.*

Theodosius Imperator paganos exagitat.

(*g*) *l.22. de pagan. C. Theod.*

*Paganos qui supersunt (quamquam jam nullos esse credamus) promulgatarum legum jamdudum præscripta compescant, &c. Dat. V. Id. April. Constantinop. Asclepiodoto & Mariniano Conss.* Ac rursum mense Junii in eosdem;

*Pa-*

PAGIUS

*Placidiæ Constantinopolim petere a fratre cogitat.*

*amor in tantum brevi vertit odium, allaborantibus Spadusa atque Elpidia, Placidiæ nutrice, quibus illa tribuebat plurimum, adjuvante item ipsas Leonteo illius Curatore, ut & seditiones Ravennæ frequenter existerent (adhærebat enim ipsi adhuc Barbarorum turba, cum ex Adaulphi) tum ex Constantii Imperatoris conjugiis) & vulnera etiam utrimque inferrentur. Donec tandem ob eas ipsas inimicitias, & priori amori par nunc odium, Constantinopolim Placidia, fratre prævalente, cum liberis ablegatur. Solus Bonifacius fidem illi servans, tum ex Africa, cui præerat, pecuniam, ut poterat, submisit, tum ad alia ei obsequia præsto fuit. Qui post etiam ut ad Imperium hæc rediret, nihil non fecit tulitque,* inquit Olympiodorus. Placidiam ab Honorio cum filiis proficisci coactam fuisse, prodit etiam Prosper sub hujus anni Coss.

IV. Post *Honorii* mortem *Joannes* Primicerius Notariorum Imperium arripuit, & ut ad Imperii consortium admitteretur, Theodosium rogavit, sicut habet Socrates, citatus; sed contigit id quatuor aut circiter jam elapsis mensibus a morte Honorii, ut colligitur ex Olympiodoro, qui ait: *Missa in Orientem littera Augusti mortem nunciantes, qua dum ultro citroque mittuntur, Joannes quidam tyrannidem occupavit, atque ejus inauguratione Imperii, tunquam ab aliquo futu-* „ *ra rei oraculo, jactum est:* Cadit non stat: „ *quod vulgus dictum invertens exclamabat:* „ Stat, non cadit. Joannes quando Roma ab Alarico obsidebatur, ad eum Legatus fuerat, *Alarico notus & partium conciliator*, qui *aliquando Notariis Præpositus* fuerat, inquit Zosimus lib. 5. pag. 815. Mediobarbus tria hujus tyranni numismata refert, in quibus legitur: D. N. Joannes P. F. AUG. Idem legitur in nummo aureo Musei Farnesiani, in cujus postica Victoria Aug. infra, Comob.

*Joannes tyrannidem in Occidente arripit.*

V. A num. IV. ad VIII. Theodosius *V. Idus April.* dedit legem 59. Cod. Theod. *de hæreticis*, qua his interdicit, quæ generalibus antea sanctionibus

*Theodosius hæreticos persequitur.*



VII. *Paganos qui supersunt, si quando in execrandis dæmonum sacrificiis fuerint comprehensi, quamvis capitali pœna subdi debuerint, bonorum proscriptione & exilio corceri jubemus. Dat. VI. Idus Junii, Asclepiodoto & Mariniano Conss.* Hoc plane est quod de eodem Theodosio Nicephorus ait (*a*): *Adeo religiosus Theodosius fuit, vitamque suam accuratissime ad divinas leges composuit: quam ob causam quicquid fuit ex idolis reliquum, ita est funditus disjectum, ut posteris ejus ne vestigium quidem prioris fraudis & seductionis cernere sit datum: sententiam vero de his suam in constitutionem retulit:* Hæc ipse. Vides igitur, quibusnam pius Imperator erga religionem obsequiis viam sibi ad futuram percipiendam incruentam de tyranno victoriam straverit.

(*a*) *Nicep. l.14. c.3.*

VIII. Bonifacii obitus. Hoc eodem anno, octavo Kalendas Novembris (*b*), Bonifacius Papa moritur: id quidem S. Prosper (*c*) & Marcellinus (*d*) testari videntur, dum his Coss. ingressum referunt successoris; ex quibus plane corrigendi sunt, qui sedi ejus triennium tantum, vel paulo amplius tribunt. Etenim quem constat sedere cœpisse (ut ex ejus epistola patet) sub Consulatu Honorii duodecimo & Theodosii octavo, quinto Kalendas Januarii, perveniisseque usque ad anni hujus octavum Kalendas Novembris, sedisse oportet annos quinque minus duobus mensibus, & tribus diebus. In libro Pontificum Romanorum post Bonifacii obitum hæc leguntur: *Petierunt clerus vel presbyteri, Eulalium, revocari: quod tamen non consensit, Eulalium Romam scilicet reverti: qui tandem in eo loco Campaniæ post annum mortis Bonifacii defunctus est.* Hæc ibi. Post hæc vero ista sequuntur. *Hic Bonifacius constituit, ut nulla mulier aut monacha pallam sacratam contingeret, aut lavaret, aut incensum poneret in ecclesia, nisi minister: nec servum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cujuslibet rei. Hic fecit oratorium in cœmeterio S. Felicitatis martyris, & posuit hæc, patenam argenteam pensantem libras viginti, scyphum argenteum pensantem libras decem, amam argenteam pensantem libras tredecim, calices minores duos pensantes libras quatuor, coronas argenteas tres pensantes libras quindecim. Hic fecit ordinationem unam in urbe Roma per mensem Decembrem, creavit presbyteros tredecim, diaconos tres, Episcopos per diversa loca triginta sex. Sepultus est via Salaria in cœmeterio S. Felicitatis martyris juxta corpus illius, octavo Kalendas Novembris. Cessavit Episcopatus ejus dies novem.* Hæc ibi. Citat Beda (*e*) libellum de miraculis Bonifacii Papæ; sed cujus Bonifacii non dicit: recitat miraculum de puero Judæo a patre in ignem injecto, quod Eucharistiam cum Christianis accipiens, spiritus ardore succensus clamaverit se optare fieri Christianum, deque ejus matre puero opem ferente itidem in ignem injecta, & servatis ambobus illæsis. Ex antiquis monumentis Vaticanæ basilicæ, quæ collegit Petrus Manlius tempore Alexandri III. hos versiculos in sepultura ejusdem Bonifacii sculptos tradit:

(*b*) *Lib. de Roman. Pont.*

(*c*) *Prosp. in Chron.*

(*d*) *Marcell. in Chron.*

(*e*) *Bed. in Collectan. in fin.*

*Atria*

PAGIUS

nibus interdicta fuerant. Inter eos Phrygas nominatim designat, quos inquit *Pepyzitas, sive Priscillianistas appellant.* Socrates vero libr. 7. cap. 18. ait: *Montanistæ, quos Pepuzitas, & Phrygas vulgo nominant.* De illis legendus Epiphanius hæresi Phrygum 48. num. 14. & hæresi 49. Ex quo & ex hac lege liquet, eos *Phrygum* sectam fuisse; ita dictos a *Pepuza* quodam, Oppido sive loco Phrygiæ, quem singulari veneratione habebant, affirmantes eos Cælestem Jerusalem descendere. Quare eo proficiscentes mysteria quædam ibi obibant, sacrisque ceremoniis pro opinione sua vacabant. *Novatianos* etiam Theodosius cæteris hæreticis connumerat, sed non sine Attici Episcopi Constantinopolitani consilio, licet Baronius contrarium existimet. Nam quamvis Socrates lib. 7. cap. 25. de Attico quædam memoret, quibus aliquando Novatianorum intra Civitates Conventus probasse videatur, idem tamen alia subiicit, quibus aperte *Atticus* testatus est, Novatianos se minime probare, ut observat, Gothofredus in illius legis commentario.

VI. *Moritur Bonifacius PP.* A num. VIII. ad X. Prosper & Marcellinus in Chronicis mortem Bonifacii Papæ I. sub hujus anni Coss. collocant, indeque Baronius & passim alii, annum unum ejus Sedi adscribunt, quem *Cælestino* Successori adimunt. Verum in utroque Chronico initium & finis Pontificum Romanorum plerumque male consignantur, ideoque duratio Sedis *Bonifacii*, annusque ejus emortualis ex Anastasio & veterum Pontificum Rom. Catalogis eruendus. Scribit Anastasius Bonifacium sepultum esse *VIII. Kal. Novemb.* seu die XXV. mensis Octobris. Sed cum in Martyrologio Hieronymiano ad II. Nonas Septemb. seu diem IV. ejusdem mensis legatur: *Romæ in cœmeterio Maximi, viâ Salaria, depositio Bonifacii Episcopi*, constetque eum die vicesima nona mensis Decembris anni quadringentesimi decimi octavi ordinatum fuisse Pontificem Romanum, manifestum est diem ejus emortualem in Martyrologio Hieronymiano, diem vero ejus Translationis in libro Pontificali annotatum fuisse: sedit enim *Bonifacius* annos tres, menses octo, dies septem, die nempe emortuali incluso, vel dies sex, eo excluso, ideoque anno superiori die quarta Septembris ad Deum migravit. Verum quidem est, in vulgato Anastasio haberi eum sedisse *annos tres, menses quatuor, dies XIII*; sed is error corrigendus primo ex ipsomet Anastasio vulgato, in quo diserte legitur: *Post annos tres & menses octo defunctus est Bonifacius*, ubi Librarius dies septem omisit. Secundo, corrigendus ex Exemplari MS. Thuaneo, Catalogo Palatino-Vaticano, Catalogo secundo, & tertio Colbertino, ex duobus Catalogis a Mabillonio Tom. 3. Ana-

*Atria magnifici sunt membris plena sepulti*
*Sedis Apostolicæ Bonifacii Præsulis almi.*

De eodem Bonifacio extat ejusmodi vetus Inscriptio (*a*):

(*a*) *Antiq. Inscrip. in appen. pag. 1164. num. 2.*

SACRI FONTIS HONOR LABOR EST MERITUMQUE DUORUM
PONTIFICUM PER QUOS CONTULIT ISTA DEUS
NAM QUÆ MAGNIFICIS COEPTIS BONIFACIUS AUXIT
HÆC CÆLESTINUS COMPSIT AD OMNE DECUS.

De Bonifacio Papa.

Ad Sepulcrum vero Bonifacii Papæ ista (*b*):

(*b*) *Antiq. Inscrip. in appen. pag. 1165. num. 45.*

POSTQUAM MORS CHRISTI PRO NOBIS MORTE PERISTI
IN DOMINI FAMULOS NIL TIBI JURIS ERIT
PONE TRUCEM RABIEM NON EST SÆVIRE POTESTAS
AUT QUID VICTA FURIS NIL NOCITURA PIIS
HOC SIQUIDEM MELIUS * DEMISSO VIVITUR ORBE
CUM TAMEN UT VIVAT HIC SIBI QUISQUE FACIT
* HIC SITA SUNT PAPÆ BONIFACII MEMBRA SEPULCHRO
PONTICALE SACRUM QUI BENE GESSIT OPUS
JUSTITIÆ CUSTOS RECTUS PATIENSQUE BENIGNUS
CULTUS IN ELOQUIIS ET PIETATE PLACENS
FLETE ERGO MECUM PASTORIS FUNERA CUNCTI
QUOS TÆDET CITIUS HIS CARUISSE BONIS.

* *DEMISSE.* * *F. HOC.*

Itemque Bonifacii.

SEDIS APOSTOLICÆ PRIMÆVIS MILES AB ANNIS
POST ETIAM TOTO PRÆSUL IN ORBE SACER
MEMBRA BEATA SENEX BONIFACIUS HIC SUA CLAUSIT
CERTUS IN ADVENTU GLORIFICANDA DEI
MITIS ADUNAVIT DIVISUM PASTOR OVILE
VEXATOS REFOVENS HOSTE CADENTE GREGES
IRAM SUPPLICIBUS HUMILI DE CORDE REMISIT
DEBELLANS CUNCTOS SIMPLICITATE DOLOS
EGIT NE STERILIS ROMAM CONSUMERET ANNUS
NUNC ORANDO FUGANS, NUNC MISERANDO FAMEM
QUIS TE SANCTE PARENS CUM CHRISTO NESCIAT ESSE
SPLENDIDA QUEM TECUM VITA FUISSE PROBAT.

IX. Cælestinus Papa creatur.

Cum autem (ut dictum est) post obitum Bonifacii vacasset sedes dies novem, tertio Nonas Novembris creatus est Cælestinus, patria Romanus, ex patre Prisco. Fuisse quidem pacificam ejus electionem, litteræ S. Augustini (*c*) ad ipsum scriptæ declarant, cui adgratulatur, his verbis exordiens: *Primum gratulationem reddo meritis tuis, quod te in illa sede Dominus noster sine ulla (sicut audivimus) plebis suæ desciscione constituit.* Hæc Augustinus. Verum qui Eulalii schismatici factionis erant, in eadem sciscione perseveravisse, nec ullo pacto cum Cælestino Papa communicare voluisse Valentiniani (*d*) rescripta post annum sequentem data significant, nosque de his suo loco agemus.

(*c*) *Aug. epist. 261.*

(*d*) *l. 72. 73. 74. de hær. C. Theod.*

Hoc eodem anno Theodoretus Cyri in Syria civitatis est creatus Episcopus. Id plane

X.

PAGIUS

Analect. publicatis, ex Abbone, Luitprando, Orderico lib. 2. pag. 443. Reginone & Prospero in Chronico MS. Biblioth. Colbert. num. 1286. ab annis circiter quingentis exarato. in quibus omnibus habetur, *Bonifacium* sedisse *annos tres, menses octo, & dies septem*, nisi quod in aliquibus leguntur tantum dies sex, excluso scilicet die emortuali; in nullo tamen anni quatuor eidem adscribuntur. Sed cum Viri doctissimi animum non advertissent ad errorem Prosperi & Marcellini, qui sub hujus anni Coss. mortem *Bonifacii* narrarunt, ei annos quatuor assignare, & *Cælestini* Pontificatum mutilare coacti sunt.

VII. *Cælestinus fit Papa.*

Post *Bonifacii* mortem tradit Anastasius Sedem cessasse *dies novem*, quod & in ejus Codicibus MSS. habetur. Verum ex die ordinationis Hilarii Papæ, duodecima nempe mensis Novembris anni quadringentesimi sexagesimi primi, quæ certa est, ut suo loco videbimus, inter pontificia initiumque ac finem Successorum Bonifacii, *Cælestini* nempe, *Sixti*, & *Leonis Magni* digerere necesse est; quod cum nemini in mentem venerit, inde factum, ut huc usque sanctorum horum Pontificum nec ordinatio, nec mors suis diebus assignatæ fuerint quod ex dicendis cuilibet manifeste patebit. *Cælestinus* itaque natione Campanus consecratus fuit die decima mensis Septembris antecedentis Christi anni, in quam Dominica cadebat, ideoque Sedes vacavit, non dies novem sed *dies sex*, die emortuali Bonifacii in summam collato.

VIII.

Ad num. X. *Theodoretus* hoc anno *Cyri* Episco-



Theodoretus creatus Episcopus Cyri. (*a*) *Extant apud ipsum in fine operum.*

plane colliges ex ejus litteris (*a*) ad sanctum Leonem Romanum Pontificem datis (ut suo loco dicetur ex certa Consulum nota) anno Domini quadringentesimo quadragesimonono: ubi cum ipse de se testetur, habere jam in sede Episcopatus annos vigintisex, utique in hunc Christi annum necesse est revoces sedis ejus primordia. Vocatus est invitus (ut ipse testatur) ad illius præfecturam Ecclesiæ ex monasterio, in quo ab incunabulis assuevit. Nam ipse de se in epistola (*b*) ad Nomum Consulem, sive Consularem, hæc habet: *Illud adiiciam (quandoquidem calumniatores me cogunt hæc dicere) quod ante meam conceptionem genitores*

(*b*) *Theod. epist. 81.*

PAGIUS

*Theodoretus Episcopus Cyrensis creatur.*

scopus creatus est, ut recte scribit Baronius, qui tamen cum innitatur Epistolæ ejusdem Theodoreti LXXXI. ad Nomum Consulem, seu consularem, & Epistolæ Sancti Leonis Papæ ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum, & hujus posterioris epocham male consignet, opinionem suam, quæ certa est, omnibus persuadere non potuit. *Theodoretus* itaque hoc anno, & quidem exeunte, *Cyri* Episcopatum adeptus est. In literis enim, quas ad Sanctum Leonem Papam anno quadringentesimo quadragesimo nono dedit, postquam a Pseudo-Synodo Ephesina mense Augusto illius anni celebrata Episcopatu dejectus fuisset, asserit se *viginti sex annos* Ecclesiam illam rexisse: in eadem vero Epistola, quam Baronius eo anno num. CXV. recitat, ait se *anno superiore* ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum ob calumnias in se concitatas scripsisse. Hanc secundam Epistolam exhibet Baronius anno CCCCXLIV. num. XXI. & seqq. sed loco non suo: data est enim anno CCCCXLVIII. ut suo loco demonstrabo. In ea ad Dioscorum Epistola dicit Theodoretus, se Antiochiæ *sex annos* docuisse tempore *Theodoti* Antiocheni Episcopi; *alios* deinde *tredecim* tempore *Joannis* ejus successoris, & annum, quo eam Epistolam scribit, *septimum* esse *Domni* Episcopi Antiochi. Quare cum anno CCCCXLVIII. annum Episcopatus XXVI. inchoarit, idemque annus adhuc in cursu fuerit post pseudo-Synodum Ephesinam mense Augusto habitam, anno scilicet CCCCXLIX. consequens est, eum sub currentis anni finem Episcopum Cyrensem renunciatum; alioquin post pseudo-Synodum Ephesinam annum XXVII. auspicatus esset, qui tamen jam vicesimum octavum numerabat. Fallitur igitur Baronius, quando tradit Theodoretum præsenti anno Antiochiæ docere cœpisse; nam ut anno CCCCXX. vidimus, jam tempore Alexandri Theodoti decessoris catechistam Antiochiæ, agebat saltem, ab anno CCCCXVIII. quo Sanctum *Zenonem* Anachoretam in monte Antiochiæ vicino contemplationi vacantem invisit, eo scilicet tempore quo *Theodoretus* in ea Urbe docebat.

IX. *Opinio Garnerii de anno ordinationis Theodoreti.*

Garnerius in Auctario Operum Theodoreti Dissert. II. cap. I. contendit *Theodoretum* anno quadringentesimo, vicesimo Ecclesiam Cyrensem administrandam suscepisse, quod is Nomo Consuli in Epistola LXXXI. hæc scribat: *In monasterio tempus quod Episcopatum præcessit, cum exegissem, invitus Episcopus ordinatus sum. Annos vigintiquinque ita vixi, ut neque in jus vocatus sim a quoquam*, &c. „ Cum autem Nomus, inquit Garnerius anno CCCCXLV. Consulatum „ gesserit, anno CCCCXX. Episcopum ordinatum oportet; cum ab hoc anno ad CCCCXLV. „ viginti quinque interiiciantur. Quotiescumque autem pugnant loci duo unius Auctoris „ præsertim ubi de numeris agitur, quibus „ frequens est lapsus; retinendus omnino est „ locus, qui & consonantior sit aliis quoad „ sensum; & minus debeat esse suspectus, & non „ ita facile vitiari potuerit. Atqui pugnant loci „ numero præcedenti allati: qui vero ex Epistola LXXXI. productus est habet hæc tria, non „ habet alter; ille igitur isti præferendus est. „ Quod autem locus Epistolæ LXXXI. habeat „ hæc tria, ex eo constat, quod primo consonet „ Epistolæ II. ad Dioscorum, in qua refert „ *Theodoretus* se docuisse Antiochiæ, utique cum „ jam foret Episcopus, sex annos continuos sub „ Theodoto, XIII. sub Joanne *Theodoti* successore, & *Domni*, qui Joannem excepit, septimum jam esse annum, cum scriberet. Cum ergo *Theodotus* vita excesserit anno CDXXVII. „ ut tradit Theodoretus lib. 5. Hist. Eccl. cap. ult. „ oportet, ut docere cœperit anno vel CCCCXX. „ sub finem, vel ineunte CCCCXXI. Episcopatum igitur iniit anno CCCCXX. aut CDXXI. „ ineunte. Deinde quod idem locus non possit merito corruptionis nomine esse suspectus, „ sive voces ipsæ numerorum integræ, sive notæ duntaxat dicantur scriptæ; neque enim „ πέντε in δύο, neque β in ϛ, facile per incuriam Librarii commutentur. Denique quod „ locus contrarius habeat proclivem describentis lapsum in numeris, apertum est: quid enim proclivius, quam θ in ϛ, ἕνντε in ἓξ pervertere? Ita Garnerius.

X. *Refellitur.*

Recte quidem *vidit* Vir Doctissimus alterutrum *Theodoreti* locum corruptum. Verum vitium est in inscriptione Epistolæ ejus LXXXI. quæ dicitur data *Nomo Consuli*: vox enim illa *Consul* ab imperito Librario loco *Consularis* posita, ut suo loco videbimus. Hæc porro emendatio certissima; cum utramque Epistolam a Garnerio laudatam uno eodemque anno scriptam fuisse, ipsemet fateatur, nec negari possit; in utraque enim sermonem habet *Theodoretus* de mandato Imperatoris, ut se se intra fines Cyrestiæ regionis contineret. Deinde secundam ad Dioscorum Epistolam anno CCCCXLVIII. datam, ex ipsamet Epistola manifeste colligitur. Quare *Theodoretus* hoc anno Episcopus Cyrensis renunciatus est; *Theodotus* autem Episcopus Antiochenus anno circiter CCCCXX. sub quo Theodoretus vixit annos sex, a currenti nempe, quo ipsemet Episcopus dictus, usque ad annum CCCCXXIX. quo *Theodotus* ad Deum migravit, ut infra demonstrabo. Quo posito, vulgarique errore de anno emortuali Theodoti profligato, non solum Episcopatus Theodoreti initium; sed & alia, de quibus suis locis, aut suis annis restituuntur, aut certius, & majori historiæ luce cum iisdem illigantur. Hæc Viri eruditissimi opinio ex iis, quæ suis locis dicam adhuc magis evertetur. Hæc epocha magni est momenti, ut ex dicendis apparebit.

XI. *Cælestinus PP. Pelagianos Ita. lia pellit.*

Sanctus *Cælestinus* Decessorum suorum vestigiis inhærens *Pelagianorum* conatus infregit, eosque tota Italia expulit. Illi quidem singulos quosque Romanæ Ecclesiæ Præsules sub eorum Pontificatus initiis subdole tentare sueti, iisdem artibus in *Cælestini* gratiam irrepere tentarunt; at illum Decessoribus longe sibi infestiorem experti sunt. Ubi enim sub *Bonifacio* extra centesimum ab Urbe lapidem ex Constantii Imperatoris decreto degere jussi sunt, *Cælestinus* procul

ab

*voves mei me Deo offerre polliciti ſunt, & ab incunabulis juxta ſuas promiſſiones me Deo dedicarunt, & tali cibo me educaverunt. In monaſterio vero, quouſque Epiſcopus factus ſum, commoratus cum eſſem, invitus Epiſcopus ſum ordinatus.* Hæc de ſe ipſe. Creatus vero Epiſcopus, a Theodoto primum, deinde a Joanne ejus ſucceſſore Epiſcopis Antiochenis Antiochiæ retentus eſt, ut pro concione populum edoceret: teſtatur id ipſe. Pollebat enim mira dicendi facundia, di-

PAGIUS ab Italiæ finibus eoſdem rejecit, ut docet Proſper lib. contra Collatorem cap. 41. *Venerabilis memoriæ Pontifex Cæleſtinus, cui ad Catholicæ Eccleſiæ præſidium multa Dominus gratia ſua dona largitus eſt, ſciens damnatis non examen judicii, ſed ſolum pœnitentiæ remedium eſſe præſtandum, Cæleſtium, quaſi non diſcuſſo negotio, audientiam poſtulantem, totius Italiæ finibus juſſit extrudi.* Hinc Patres Epheſini parte II. Concil. Epheſ. Act. V. *Perlectis in Sancta Synodo commentariis Actorum in depoſitione impiorum Pelagianorum & Cæleſtianorum, & quæ a Pietate tua de ipſis decreta & conſtituta ſunt, judicavimus & nos ea ſolidæ firmaque permanere debere.* Garnerius in Differt. de Synodis in cauſa Pelagianorum habitis putat anno ſequenti, aut anno CCCCXXV. coactam a Cæleſtino Romæ Synodum adverſus Epiſcopos Pelagianos, qui formulæ fidei a *Zoſimo* præſcriptæ ſubſcribere pertinaciter detrectabant. Sed ſicut tempus Synodi illius, ita & Synodus valde incerta.

XII. *Julianus ex Italia expellitur.*

Porro tunc temporis non ſolum *Cæleſtium*; ſed *Julianum* quoque ex Italia ejectum a Cæleſtino, fatetur ipſemet Julianus in Epiſtola Neſtorii ad Cæleſtinum parte I. Concil. Epheſ. cap. 16. quæ Epiſtola ejectorum querelas continet in hæc verba: *Julianus quidam, & Florus, & Orontius, & Fabius dicentes ſe Occidentalium partium Epiſcopos, ſæpe & piiſſimum & prædicatiſſimum Imperatorem adierunt, ac ſuas cauſas deſleverunt, tanquam Orthodoxi temporibus Orthodoxis perſecutionem paſſi*, Et paulo poſt: *Ne canonicam indignationem Beatitudinis tuæ, quæ contra eos pro ſectis religionis forte probata eſt aliud quiddam quam hoc æſtiment*, &c. Et Epiſtola II. ibidem cap. 17. *Sæpe ſcripſi Beatitudini tuæ propter Julianum, Orontium, & cæteros, qui ſibi uſurpant Epiſcopalem dignitatem, & crebervimam additionem apud piiſſimum & prædicatiſſimum Imperatorem faciunt, noſque concidunt frequentibus lamentationibus, tanquam temporibus Orthodoxis de Occidente projecti.*

XIII. *Julianus in Ciliciam ſe recepit.*

*Julianus* ac collegæ Cæleſtini decreto Italia excedere coacti, in Ciliciam ad *Theodorum Mopſueſtenum* Epiſcopum navigare decrevere; ſciebant enim quanta is benevolentia eos ſuamque ipſorum Sectam, quibus primus Magiſter fuerat, ut mox videbitur, complecteretur. *Juliani*s etiam plurimum ex ejus ſermonibus adjumenti ſibi pollicebatur, quo validius inchoatum adverſus Librum ſecundum Auguſtini *de Nuptiis & Concupiſcentia* Opus communiret. Audiendus Marius Mercator in commonitorio adverſus ſcripta Juliani, ipſo initio: *Simul admonere volens Julianum Exepiſcopum Oppidi Eclanenſis, hæreticum Pelagianum ſeu Cæleſtianum, hunc ſecutum eſſe Theodorum, ad quem peragratis tervis & exarato mari atque Oriente, luſtrato cum ſociis & participibus & συνταλαιπώροις ſuis magno niſu tanquam ad Chriſilianorum dogmatum prædicatum Magiſtrum tetendit, ut de hæreſi Pelagiana ſeu Cæleſtiana, quam defendendam & ſequendam ſuſcepit, ab ipſo confirmaretur, atque inde velut inſtructior octo contra fidem Catholicam potius quam contra ſancta memoriæ Auguſtinum volumina illa, ut putat, conderet.* Ita Mercator juxta editionem Baluzii cæteris correctiorem. Ex quibus conſtat primo, alios quoque Epiſcopos Pelagianos una cum Juliano longiſſimam in Ciliciam peregrinationem ſuſcepiſſe. Secundo, tertium, reliquoſque Juliani Libros contra Auguſtinum, qui non extant, ſed ex quibus plurima recitat Auguſtinus in Opere imperfecto contra *Julianum*, ante currentem annum exarari non potuiſſe; cum poſt diem X. Septembris anni ſuperioris, quo *Cæleſtinus* Ordinatus eſt Pontifex Romanus ſcripti fuerint, & illius anni reliquum vix ſufficerit ad tam longam peregrinationem. Præterquam quod, ut mox diximus ex Mercatore, *Julianus* multa a *Theodoro* in Cilicia dicere cupiebat, ut validius Auguſtinum confutaret. Duos priores ex illis octo vivente adhuc Bonifacio, ideoque ante menſem Septembrem anni ſuperioris, a Juliano elaboratos oſtendimus anno CCCCXIX.

XIV. *Ubi Liber VIII. contra II. de Nuptiis & Concupiſc. Auguſtini ſcripſit.*

Cæterum *Julianus* abſolvens in Cilicia Libros octo contra unum Sancti Auguſtini, poſteriorem ſcilicet *de Nuptiis & concupiſcentia*, *Theodori* doctrinam in quinque contra Dialogos Sancti Hieronymi voluminibus ab eodem aſſertam, ſuis illis lucubrationibus inſeruit, quod etiam in aliis ſuis prioribus ſcriptis præſtiterat: in quibus *Theodori*, argumenta repetit, ut fragmenta hujus apud Photium in Biblioth. Cod. CLXXVII. cum Juliani dictis conferenti patet. Hic hæreticus amiſſi Epiſcopatus dedecore atque exilii miſeriis exagitatus tanta rabie contra *Auguſtinum* debacchatus eſt, ut infamia quæque dicteria in prioribus contra Sanctum Doctorem Libris prolata, in laudum fere loco cenſeri poſſint, ſi cum his calumniis comparentur, quas *Theodoro* favente Auguſtino importavit. Hos octo Libros *Floro* Epiſcopo Pelagiano nuncupavit; a quo *Mametis* Epiſtolam Conſtantinopoli inventam acceperat, ex qua pleraſque ſententias in hiſce voluminibus exſcribit, eaſque *Auguſtino*, cæteriſque Orthodoxis exprobrat, quaſi cum Manichæis in ſententiarum paradoxis, colluderent. *Julianus* multum temporis Libris illis ſcripturiendis impendit; illorum exemplaria anno tantum CCCCXXVII. ab *Alypio* Romæ reperta ad ſanctum Auguſtinum confutanda tranſmiſſa ſunt, ut ſuo loco dicetur. Scribit Marius Mercator in Commonitorio contra Julianum: *Id nunc iſto Opere tuo poſt longum tempus elaborato in Cilicia ingeris. Neceſſaria igitur capituli repetitione, quid mave exavato, & Oriente luſtrato, novum inauditumque inde atuleris, denuo perſerutemur.* Ex quibus colligere eſt, *Julianum* diuturniores in Cilicia moras feciſſe.

XV. *Theodorus Mopſueſtenus primus Pelagiana hæreſis parens.*

Hic itaque de *Theodoro* Mopſueſteno Epiſcopo novo Pelagiano agendum, quem nec Baronius, nec Voſſius, nec Uſſerius, nec Janſenius Yprenſis Epiſcopus, neque alii qui Pelagianam Hiſtoriam concinnarunt, ante Em. Car. Noriſium & Garnerium agnovere. De eo Garnerius variis in locis Notarum in Marium Mercatorem, & Card. Noriſius lib. 1. Hiſt. Pelag. cap. 9. plura obſervarunt, ex quibus præcipua ſeligemus, Patria *Antiochenus* fuit, indeque a Photio in Biblioth. Cod. XXXVIII. *Antiochenus*



divinis litteris necnon externis apprime imbutus, ut ejus ſcripta contra Gentiles ſatis aperte fidem faciunt; licet de hoc

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

G g ſe

PAGIUS *nus* vocatus eſt. Una cum Sancto Chryſoſtomo *Libani* celeberrimi apud Antiochenos Sophiſtæ, atque *Andragrathii* in Philoſophia auditor fuit, ut docet Sozomenus lib. 8. cap. 2. qui addit, Chryſoſtomum Theodoro & Maximo, ut ejus exemplo id facerent, perſuaſiſſe. Cum vero *Chryſoſtomus* foro relicto Monachum induiſſet, hoc ipſum Theodoro etiam perſuaſit. Verum paulo poſt is monaſticæ vitæ pertæſus urbem ac forum repetiit, & nuptias apparavit: quod cum Chryſoſtomus intellexiſſet, *Epiſtolam ejuſmodi verbis ac ſententiis conſcriptam, qua humanæ mentis captum excedant, ad eum miſit. Quam ille cum accepiſſet, pœnitentiæ tæſtus eſt: rurſuſque relictis facultatibus, & nuptiis renuncians, Joannis conſilio ſervatus, & ad Philoſophicam vitam regreſſus eſt*, ait ibidem Sozomenus. Legendus etiam Socrates lib. 6. cap. 3. ubi & ait, eum Monaſticam vitam ſub Diodoro & Carterio didiciſſe, *qui tunc præerant monaſteriis.*

XVI. *Quo anno Epiſcopus dictus.*

Mortuo *Olympio* Epiſcopo Mopſueſtiæ, qui Concilio Conſtantinopolitano anno CCCLXXXI. coacto, interfuit, *Theodorus* in ejus locum ſubrogatus eſt circa annum CCCXCIV. Theodoretus enim in fine ſuæ Hiſtoriæ Eccleſ. ſcribit, mortuos eodem fere tempore *Theodotum* Patriarcham Antiochenum, & *Theodorum* Mopſueſtenum ſeque cum utriuſque vitæ termino Hiſtoriæ quoque ſuæ finem imponere. Ibi tradit, Theodorum *triginta ſex annos* Eccleſiam illam rexiſſe. Quare cum Theodoretus, ut infra demonſtrabo, Hiſtoriam ſuam uſque ad annum CCCCXXIX. perduxerit, is annus *Theodori Mopſueſteni* emortualis fuit anno que CCCXCIV. non vero circa annum CCCXCI. ut credidit Em. Card. Noriſius, Epiſcopus renunciatus fuerat.

XVII. *Plures Libros ſcripſit.*

Facundus lib. 3. cap. 6. refert fragmentum Epiſtolæ Cyrilli ad Proclum Epiſcopum Conſtantinopolitanum ubi plurimum Theodorum laudat, aitque: *Bene de vita profectus eſt B. Theodorus, & qui quinque & quadraginta annis clare in doctrina prafulſit, & omnem hæreſim expugnavit, & nullam alicubi detractionem ab Orthodoxis in vita ſuſcipiens, poſt longi temporis hinc diſceſſum, & poſt multa certamina, & poſt decem millia Libros adverſus errores conſcriptos & poſtea quam in conſpectu Sacerdotum & Imperatorum & populorum probatus eſt, pervielitatur*, &c. Idem Facundus lib. 2. cap. 2. refert fragmenta Epiſtolæ Joannis Epiſcopi Antiocheni ad Theodoſium Imp. ſcriptæ, quæ & extant in Synodico adverſus Tragœdiam Irenæi, ubi Joannes dicit: *Theodorus, quem quando dicimus Virum, dicimus in Epiſcopatu clarum finem habentem, & quinquaginta pene annis fortiter repugnantem cunctis hæreſibus, & in expoſitionibus quas in omnibus Eccleſiis Orientalibus faciebat: & quibus in Regia civitate valde eſſe comprobatus apparet, a nullo quoquam neque majorum neque ſimilium judicatus eſt hæreticus ; e contrario autem ab omnibus Sacerdotibus, propter eam quæ illi aderat doctrinæ gratiam, in admiratione ſemper eſt habitus, & ſuperiorem honorem gloria poſſedit, & non a Sacerdotibus tantummodo; ſed a Sacratiſſimo veſtro avo, dicimus ter beato & a Deo Imperii ſceptra ſumente, & vobis tranſmittente Theodoſio, qui in deſiderio viſionis viri factus, in Eccleſia ejus Doctrina fuit auditor magnus ille Imperator, nec arbitratus eſt alterum ſe talem comperiſſe Doctorem ſuper admiratus quidem ejus Doctrinam, & colloquio delectatus atque obſtupefactus*, &c.

XVIII. *Primus Auctor hæreſeos Pelagianæ & Neſtorianæ.*

Sed *Theodorus* dum plus juſto ingenio indulget, & antiquiores ſemitas faſtidiens, novam viam ſternere tentat, in abſurdiſſimos errores lapſus hæreſeon Magiſter evaſit, & Pelagianis ac Neſtorianis nova dogmata procudit. Primum ac veluti capitale Pelagianorum dogma fuit, Adam mortalem factum, qui ſive peccaret, ſive non peccaret, erat moriturus. Hunc errorem primus per ea tempora docuit *Theodorus* dein *Rufinus*, ac poſtremo *Pelagius*, quod diſcimus a Mario Mercatore, qui Commonitorium adverſus hæreſim Pelagii ac Cæleſtii his verbis auſpicatur: *Quæſtio contra Catholicam fidem apud nonnullos Syrorum, & præcipue in Cilicia a Theodoro quondam Epiſcopo oppidi Mamiſteni* (legendum, Mopſueſteni) *jamdudum mota, nunc uſque penes paucos eorum admodum proditur*, &c. *Progenitores videlicet humani generis Adam & Hevam mortales a Deo creatos*, &c.

XIX. *Libros ſcripſit adverſus Hieronymum & Auguſtinum.*

Pelagiani cum ſe ab Hieronymo & Auguſtino ſcriptis contrariis vellicari intelligerent, *Theodori Mopſueſteni* patrocinium imploravunt, ad quem etiam Hieronymi Dialogos recens publicatos detulere. Ille ſcientia tumidus contra tres Hieronymi Libros ſatis juſtum Volumen in quinque libros digeſtum edidit ſub hoc titulo: *Contra aſſerentes peccare homines natura, non voluntate.* Hi Theodori Libri Photii ætate ſupererant, ut liquet ex Cod. CLXXVII. cujus ope detexit Cardinalis Noriſius rem nemini huc uſque obſervatam, nec ipſemet Photio ſcribenti notam, Dialogos ſcilicet Hieronymi impugnatos fuiſſe a Theodoro Mopſueſteno. Ait enim Photius, legiſſe ſe opus Theodori Antiocheni, cujus titulus: *Contra aſſerentes peccare*, &c. adverſus Occidentales ſcriptum, ubi quæ de Auctore Anonymo ab eodem Theodoro confutato dicit, alium non deſignant, quam *Hieronymum*, ut Emin. Card. docte oſtendit. Theodorus autem non ſolum contra Hieronymi Dialogorum Libros; ſed etiam contra Auguſtini Libros de peccatorum meritis & remiſſione, itemque contra Epiſtolam Auguſtini ad Hilarium Syracuſanum ſcripſit, ut ibidem Cardinalis laudatus demonſtrat, qui lib. 2. cap. 4. refert, Heſychium Hieroſolymitanum hæc de Theodoro prodere: *Senectute jam cana debilitatus, ſed minima pietatis ſcintilla, ſi qua forte in eo fuiſſet, inveterata, Libros componere, adverſus Domini Dei apparitionem præſumpſit*, ut legitur in Quinta Synodo, ex qua & plures de eo argumento libros ſcripſiſſe patet; cum illius errores Synodus producat *ex Libro XIV. de Incarnatione*. In his Neſtorianam ac Pelagianam hæreſim tradidit, docuit enim, inquit Heſychius, *hunc non incarnatum Verbum, ſicut Evangelicis vocibus edocti ſumus, ſed hominem per vitæ proiectionem, & paſſionum perfectionem conjunctum Deo Verbo*. Plus tamen nocuit Theodorus mortuus, quam vivens; nam ſuperſtes quidem unus tantum inſertis ſuis libris erroribus Eccleſiæ non modicam perniciem intulit, at mortuus mille Doctiſſimorum Patrum dexteras pro ipſius nomine defendendo armavit, Synodos Synodis objecit, atque in quæſtione facti Apoſtolicam Sedem a ſe ipſa diſſentientem fecit, ut

se in ecclesia populum Antiochenum, non sic accipiendum est, ut Antiochiæ semper manserit; cum constet ex suis ipsius scriptis, etiam in Ecclesia sua Cyri de- gisse: sed potius aliquam anni partem in eo concionandi munere Antiochiæ insumpsisse, dicendum.

Chri-

PAGIUS

XX. *Eudocia renunciatur Augusta.*

ut fuse Card. Norisius in Dissert. de Quinta Synodo, & nos suis locis indicabimus.

*His COSS. Eudocia creata est Augusta mense Audynæo, IV. Nonas Januarias, frequentesque fuere terræ motus, Die Lunæ, hora decima, mense Xanthico, VII. Idus Apriles*, inquit Auctor Chronici Alexandrini ad Consulatum Asclepiodoti & Mariniani: ad quem etiam Marcellinus in Chronico: *Terræ motus multis in locis fuit, & frugum inedia subsecuta*. Erat *Eudocia* Theodosii Junioris uxor, quæ ei anno superiori *Eudoxiam* filiam pepererat, ut testatur idem Marcellinus. Uxores autem Imperatorum Augustarum nomine decorari solitæ, vel postquam filios peperissent, vel in Decennalibus & id genus festis; ideoque *Eudocia* Tricennalium Honorii occasione Augusta nuncupata.

XXI. *Theodosius legem in favorem Judæorum emittit, quam postea revocat.*

Ad eadem *Tricennalia* revocandæ etiam aliquæ leges Cod. Theod. de Judæis hoc anno a Theodosio Aug. emissæ. Prior est Lex 25. quam Baronius anno CCCCXVIII. num. LXXIV. alieno scilicet loco, recitat, estque in universum, sicuti duæ sequentes data ad miserabiles preces seu querelas Judæorum, quos passim Christiani hac tempestate lædebant, Synagogas eorum exurentes, & Ecclesiis vindicantes ac donaria eorum expilantes. Memorat hanc legem Evagrius lib. I. cap. 13. testaturque, consilio Sancti Symeonis Stylitæ mox ab eodem Imperatore abrogatam fuisse: *Tanta porro*, inquit Evagrius, *Divinæ gratiæ virtus in eo inerat, ut cum Imperator Theodosius Judæis Antiochiam incolentibus Synagogas, quas Christiani illis ademerant, restitui jussisset, Simeon tanta cum fiducia ac libertate ad eum scripserit, tamque acriter eum objurgaverit, solum Imperatorem suum Deum reveritus: ut Imperator Theodosius, revocata jussione sua, cuncta in gratiam Christianorum fecerit; & Præfecto Prætorii, qui hæc ipsi suggesserat, potestatem abrogaverit; petieritque nominatim a sanctissimo atque aerio martyre, ut pro ipso Deum precaretur, quamque ipsi benedictionem impertiret*. Inscripta hæc Lex Asclepiodoto Præfecto Prætorio, qui etiam cum ea dignitate Consulatum hoc anno gessit, dataque *XV. Kal. Mart.* qua Imperator jubet, ut pro ereptis Synagogis loca alia Judæis vicissim restituantur, in quibus ipsi possunt alias extruere, & Donaria erepta iisdem etiam restituerentur, vel saltem eorum pretium.

XXII. *Aliæ Theodosii leges tam de Judæis, quam de Paganis,*

Lege 26. *de Judæis*, cujus Baronius non meminit, data *V. Idus April.* prohibet, ne Christiani Judæos lædant, aut Synagogas eorum occupent aut incendant, & vicissim ne Judæi circumcidant aliquem Christianum. Tum lege 27. data *VI. Idus Jun.* quæ nuper de Judæis & Synagogis eorum statuerat, confirmat, scilicet, *ut nec novas unquam Synagogas permittantur extruere, nec auferendas sibi veteres pertimescant*. Ex quibus legibus tam modico intervallo iteratis liquet, quanta Judæorum hoc tempore audacia fuerit, & parte altera, quam varia fubinde Christiani in hos moliti fuerint. Præterea *V. Idus April.* Judæi vetantur emere servos Christianos lege Cod. Theod. V. ne Christianum mancipium Judæus habeat. Denique eadem die dedit Legem 22. Cod. Theod. *de Paganis*, cujus meminit Baronius num. VI. in qua ait: *Paganos, qui supersunt; quamquam jam nullos esse credamus, promulgatarum Legum jam dudum præscripta compescant, & V. Id. Jun.* dedit Legem 23. *de Paganis*, in qua idem iterat, & Paganos sacrificantes exilio & bonorum proscriptione mulctat; ex quibus apparet, quantum conciderit hoc tempore status Paganorum, & recte Theodoretum lib. 5. cap. 37. de Theodosio scripsisse: *Ipsa idolorum templa, quæ adhuc supererant, funditus destrui jussit, ut posteri ne vestigium quidem ullum pristini erroris possent intueri. Hanc enim sententiam constitutioni super ea re data inseruit*. Legendus Gothofredus in harum Legum commentariis.



I. CHristi annus quadringentesimus vigesimusquartus Castini, & Victoris Consulatu describitur, ipsi priori Consuli Castino funestus: etenim nescio qua ex causa profugus factus, in Africam navigans, apud Bonifacium Comitem ibi cum copiis Gothorum agentem quæsivit sibi salutem. Magna quidem divini judicii dispensatione factum est, ut ad eum coactus sit confugere, quem sub se militantem despexit, & ut ab exercitu recesserit, & in Africam venerit, compulit, ut superiori anno narratum est. Expunctum e Fastis Consularibus Castini nomen, inde possumus intelligere, quod rescripta Theodosii Imper. hoc anno data, absque Castini Consulis nomine, Victoris tantum collegæ Consulatu notata leguntur (*a*).

(*a*) *l. 36. de erog. milit. ann. l. 14. de sollat. l. 5. de donat. & aliis.*

Extant litteræ Bonifacii Comitis de fuga Castini in Africam, datæ ad S. Augustinum; quæ cum breves sint, & de rebus tunc gestis nos admoneant, hic eas describemus; sic enim se habent:

*Domino* (*b*) *venerabili sancto patri Augustino Episcopo Bonifacius.*

(*b*) *Apud Aug. in append. ep. 10. edition. Plantin.*

*Castinus ille, privatus ex Consule, vitæ meæ ac nominis* (*omnibus ut notum est*) *persecutor, pejores committens ac fingens factiones, quasi mearum a me gestarum immemor donationum, Italia fugiens, mei se in Africam defensionibus tradidit committendum. Omitto, beatissime pater, olim mihi ab eodem ingestas miserias, ostensa pericula: fugiens enim nunc usque vivo. Thrax natus, vix Scytham evasi, duravi invido sub Consule miles. Sed divina potentia, quæ novit planare sublimia, & altius elevare prostrata, fecit de superbo quod voluit; & hostem meum, me quieto, victoria mihi, qua novit, addixit. Sufficit pro funere victi tanta dejectio, adoravit saracam clavus, timuit Senator barbarum caput, tremuit militem dux. Doloris dicuntur ista, pater sancte cothurno. Nam veneror illustrissimum Consulem, & primum conspicio Senatorem: sed ne consueta fallacia mali erga me* (*ut solet*) *aliquid moliatur, putetque se suis fraudibus Romanis ducibus profuturum, & in meo versetur exitio; integrum de suis sensibus det tuæ beatitudini sacramentum, si nullus in ejus corde vertitur dolus. Ego autem, per omnia quæ sanctæ sunt, juro, quoniam si apud eum animi reperero puritatem, eum incolumen ac sublimen Italiæ Romæque reddam, frustratis inimicis ejus & domitis. Hostis autem erit suæ animæ, si aliquid in eo sinistræ partis invenero.* Hactenus Bonifacius, ad quem ejusmodi habetur Augustini responsio.

(*c*) *Ibid. epist. 11.*

*Domino* (*c*) *insigni meritoque sublimi filio Bonifacio Augustinus Episcopus.*

III. *Vir illustrissimus Castinus sacramento se prodidit, quod sit ab omni culpa & erroribus alienus. Quem tibi, ut dicit fœderatus ille Sonia, adhuc te in Palatio posito, falsis suggestionibus concitabat. Sed ne totum quod tunc agebatur, mittatur*



*Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS

SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CDLXII. A. C. 424.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5917.

☉ 13. FE. ☽ 7. P. 6. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 424.

CÆLESTINI PAPÆ 3.

THEODOSII JUN. 23. & 17.

I. *Consules.*

[1] COSS. *Castinus & Victor*, ille in Occidente, ubi supra diximus fuisse Magistrum militum hic in Orient:, ut ostendunt leges Theodosii hoc anno datæ, & ejus solius Consulatu notatæ; ut enim sæpius monuimus, in Oriente, si in actis publicis unius tantum Consulis mentio fieret, Orientalis memorabatur, & vice versa; quod cum Baronius non animadvertisset, existimavit *Castinum* e fastis fuisse expunctum; cum tamen anno tantum sequenti e gratia Theodosii Imp. exciderit, ut mox narro.

II. *Castinus anno sequenti in exilium missus.*

A num. I. ad IV. Prosper in Chronico ad Consulatum Mariniani & Asclepiodoti anno superiori gestum, scribit: *Honorius moritur; & regnum ejus Joannes occupat, connivente, ut putabatur, Castino, qui exercitui Magister militum præerat*. Tum ad Consulatum Theodosii XI. & Valentiniani, ad annum nempe sequentem, postquam tyrannum profligatum fuisse narravit, ait: *Castinus in exilium actus est; quia videbatur Joan-*

NOTÆ [1] *Coss. Castinus & Victor.* Fasti Idatii, Prosper vulgatus & MS. *Castino & Victore*. Marcellinus: *Victore & Castino*. Inscriptiones basilicæ S. Pauli, pag. IV. num. 38.

DEPS. EST. IN. PACE. FILO.....
CASTINO. V. C. COS.

Paschalis Iaterculus in fine Gennadii: FL. GAASTINO. V. C. CONS. De *Flavii* prænomine in *Castino*, seu *Gastino* non dubitandum sed & a nonnullis etiam *Victori* tribuitur.

*tur in medium, detur prolixitati compendium. David ille opilio regnum, parcendo inimicis, obtinuit. Christus pro Judæis, qui eum crucis patibulo confixerunt, Patrem ne irasceretur rogavit, & indignis hominibus veniam misericors condonavit. Crede igitur homini, qui mihi fidele tradidit sacramentum, & quærit, me pollicitante, tua defensione vitæ subsidium. Scio enim quod ejus salutis mihi promissa complebis.* Hæc Augustinus ad Bonifacium timentem, ne sub fugæ simulatione Castinus Consul, iras tyranni in se simulans concitatas, Africam illi proditione subigeret, tentando fidem exercitus, & eum ab ipso Bonifacio avertendo. His vero hujus anni exordio de Consule Castino narratis, jam ad res Ecclesiasticas stylum admoveamus..

IV. Hoc ipso anno, qui primus numeratur Cælestini Romani Pontificis, scripsisse ad eum S. Augustinus epistolam reperitur: cui cum in primis gratuletur de ipsius electione pacifice facta, quibus ipse urgeretur molestiis, & a quibus ab eo liberari cupiat, significat. Apostolicæ enim sedis implorat auxilium, ad quam juste damnatus injuste admodum appellaverat. Rem gestam autem sic ipse narrat (*a*)

(*a*) *Aug. epist.* 261. De ordinatione Antonii Episcopi Fussalensis.

*In magna* (inquit) *tribulatione positus, hæc ad tuam beatitudinem scripta direxi. Quoniam volens prodesse quibusdam in nostra vicinitate membris Christi, magnam illis cladem improvidus & incautus ingessi. Fussala dicitur Hipponensi territorio confine castellum: antea ibi numquam Episcopus fuit, sed simul cum contigua sibi regione ad paræciam Hipponensis Ecclesiæ pertinebat. Paucos habebat illa terra Catholicos: cæteras plebes illic in magna multitudine hominum constitutas Donatistarum error miserabiliter obtinebat, ita ut in eodem castello nullus esset omnino Catholicus. Actum est cum Dei misericordia, ut omnia ipsa loca in unitate Ecclesiæ cohærerent; per quantos labores & pericula nostra, longum est explicare: ita ut ibi presbyteri, qui eis congregandis a nobis primitus constituti sunt, expoliarentur, debilitarentur, excæcarentur occiderentur. Quorum tamen passiones inutiles ac steriles non fuerunt, unitatis illic securitate perfecta. Sed quod ab Hippone memoratum castellum millibus quadraginta sejungitur, cum in eis regendis, & eorum reliquiis, licet exiguis, colligendis, quæ in utroque sexu aberrabant, non minaces ulterius, sed fugaces, me viderem latius, quam oportebat extendi, nec adhibendæ sufficerem diligentiæ, quam certissima ratione adhiberi debere cernebam: Episcopum ibi ordinandum constituendumque curavi. Quod ut fieret, aptum loco illi congruumque requirebam, qui & Punica lingua esset instructus: & habebam de quo cogitabam, paratum presbyterum; propter quem ordinandum, sanctum senem, qui tunc Primatum Numidiæ gerebat, de longinquo ut veniret, rogans, litteris impetravi; quo jam præsente, omniumque in re tanta suspensis animis, ad horam nos ille, qui mihi paratus videbatur, omnino resistendo frustravit.*

V. *Ego autem, qui utique (sicut exitus docuit) differre potius debui, quam periculosum præcipitare negotium; dum nolo gravissimum & sanctissimum senem ad nos usque fatigatum sine effectu propter quem venerat, tam longe ad propria remeare: obtuli non petentibus quemdam adolescentem Antonium, qui mecum tunc erat, in monasterio quidem a nobis a parvula ætate nutritum, sed præter lectionis officium nullis clericatus gradibus, & laboribus notum. Ai illi miseri, quid futurum fuerat ignorantes, offerenti eum mihi obedientissime crediderunt. Quid plura? factum est. Esse illis Episcopus cæpit. Quid faciam? nolo apud tuam venerationem gravare, quem nutriendum collegi: nolo deserere, quos colligendos timoribus & doloribus parturivi. Et quomodo utrumque agam, reperire non possum. Res quippe ad tantum scandalum venit, ut cum hic apud nos causas dicerent, qui de illius Episcopatu suscipiendo, tamquam bene sibi consulentibus obtemperaverant nobis: in quibus causis cum stuprorum crimina capitalia, quæ non ab ipsis, quibus Episcopus erat, sed ab aliis quibusdam objecta fuerant, probari minime potuissent, atque ab eis quæ invidiosissime jactabantur, videretur esse purgatus: tam miserandus factus est & nobis & aliis, ut quicquid a castellanis & illius regionis hominibus de intollerabili dominatione, de rapinis & diversis oppressionibus & constrictionibus obiiciebantur, nequaquam nobis tale videretur, ut propter*

Antonii crimina.

PAGIUS *Joannes sine conniventia ipsius non potuisse præsumere.* Quare cum anno tantum sequenti aperte Imperatori ingratus fuerit, & in exilium missus, Consulatus ejus omni perturbatione vacavit. Neque nomen ejus fastis erasum verisimile est; cum *Castinus* ab Honorio Imperatore Occidentis Consul creatus fuerit, & hoc anno *Joannes tyrannus* in Occidente dominatus sit.

III. Anum. IV. ad X. Epistola Augustini CCIX. alias CCLXI. ad *Cælestinum* Romanum Pontificem, qua ei de ejus electione pacifice facta gratulatur, eique exponit causam *Antonii* Episcopi Fussalensis, qui administratione Ecclesiæ suæ ob scelera privatus ab eodem Augustino appellaverat ad Sedem Apostolicam, data est sub finem anni CCCCXXII. quo *Cælestinus* die X. Septembris ordinatus est Pontifex Romanus, quod non tantum ostendit Augustini congratulatio; sed etiam *Antonii* in Numidiæ Synodo damnati appellatio ad Bonifacium; qui interea defunctus est

*S. Augustinus scribit Cælestino PP. de Antonio Episc. Fussalensi.*



*pter hoc vel simul cuncta congesta Episcopatu computaremus esse privandum, sed restituenda quæ viderentur ablata.*

VI. *Denique sententias nostras sic temperavimus, ut salvo Episcopatu, non tamen omnino impunita relinquerentur, quæ non deberent, vel eidem ipsi deinceps iterumque facienda, vel cæteris unienda * proponi. Honorem itaque integrum servavimus juveni corrigendo, sed corripiendo minuimus potestatem, ne scilicet eis præesset, ulterius cum quibus sic egerat, ut dolore justo eum sibi præesse ferre omnino non possent, & cum suo illiusque periculo in aliquod scelus forsitan erupturam impatientiam sui doloris ostenderent. Quorum talis animus etiam tunc, quando cum eis de illo Episcopi egerunt, evidenter apparuit, cum jam vir spectabilis Celer, de cujus adversum se præpotenti administratione conquestus est, nullam gerebat vel in Africa, vel uspiam potestatem.* Hæc ipse. Porro Celer hic, de quo scribit Augustinus, magistratus fungebatur in Africa; ad quem ipse alias scribens (*a*) provocat eum contra Donatistas, ut illos reprimat. De eodem quoque Celere habetur mentio in epistola (*b*) Augustini ad Marcellinum. Reperitur & Celer postea gessisse Proconsulatum in Africa sub Consulatu Felicis & Tauri. His igitur, quæ ad Antonii causam spectabant, enarratis, implorans Augustinus Apostolicæ sedis auxilium sic pergit:

* imitanda. Quid de Antonio decretum.

(*a*) *Aug. epist.* 210.

(*b*) *Aug. epist.* 158.

VII. *Sed quid multis moror? Collabora, obsecro, nobiscum, pietate venerabilis domine beatissime, & debita charitate venerande sancte Papa: & jube tibi, quæ directa sunt, omnia recitari. Vide Episcopatum qualiter gesserit: quemadmodum judicio nostro usque adeo consenserit communione privatus, nisi prius Fussalensibus omnia redderentur: Jam postea citra Acta æstimantibus rebus solidos sepofuerit, ut ei communio redderetur. Quam versuta suasione sanctum senem primatem nostrum gravissimum virum, ut ei cuncta crederet, quem velut omnimodo inculpatum venerando Papæ Bonifacio commenderet induxerit, & cætera a me quid opus est recoli, cum memoratus venerabilis senex ad tuam sanctimoniam universa retulerit? In illis autem multiplicibus Gestis, quibus de illo nostrum judicium continetur, magis deberem vereri, ne tibi minus severe quam oporteret, judicasse videamur; nisi scirem vos tam propensos ad misericordiam, ut non solum nobis, quia illi pepercimus, verum etiam ipsi existimetis esse parcendum. Sed ille, quod a nobis aut benigne aut remisse factum est, in præscriptionem vertere ac usurpare conatur. Clamat: Aut in mea cathedra sedere debui, aut Episcopus esse non debui: quasi nunc sedeat nisi in sua: propter hoc enim loca illa eidem dimissa atque permissa sunt, in quibus prius Episcopus erat, ne in aliena cathedra contra statuta Patrum transitus illicite diceretur. Aut vero quisquam ita esse debet sive severitatis, sive lenitatis exactor, ut qui nonnisi fuerint Episcopatus honore privandi, nullo modo in eis aliquid vindicetur; aut in quibus aliquid visum fuerit vindicandum, Episcopatus honore priventur? Exstat exemplo, ipsa sede Apostolica judicante, vel aliorum judicata firmante, quosdam pro culpis quibusdam nec Episcopatus spoliatos honore, nec relictos omnimodo impunitos, &c.* Hæc Augustinus, subdens & ostendens compluribus aliorum exemplis, aliquot Episcopos ita in Africa esse punitos, ut tamen honor Episcopatus ab eis non fuerit ablatus. His alia addit, quibus indicat, Antonium ab Africanis Episcopis ea sententia condemnatum provocasse ad Bonifacium Papam, qui in ea causa rescripserat pro Antonio, si tamen, sicut ipse exposuerat, res se haberet.

Antonii petulantia.

Quod vero vulgo ferretur, affore executores ab Apostolica sede directos in Africam, qui Antonium in sedem suam restituerent: his auditis cum illi essent penitus consternati, id ne accideret, idem Augustinus Cælestinum vehementer rogat his verbis: *Non sinas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per Apostoli Petri memoriam, qui Christianorum præpositos populorum monuit, ne violenter dominentur inter fratres, &c.* Quid autem ipse Augustinus statuerit animo, si pessimum hominem contingeret in sedem restitui per Romanum Pontificem, dolens ita

VIII. Timet executores mitti Augustinus.

PAGIUS rat, eique *Cælestinus* suffectus appellationem admiserat. Quare, hujus Epistolæ epocha a Patribus Benedictinis accurate consignata. Ex ea vero Epistola inter alia intelligimus, hoc sæculo, quemadmodum, & in præcedentibus, Episcopatum dimittere, si graves causæ intercederent, permissum fuisse. Nam Sanctus Augustinus de cedendo Episcopatu Hipponensi cogitavit, propter scandala ejusdem Antonii, quem ipsemet ad Episcopatum promoverat, ut imprudentiam suam, hac in se animadversione castigaret: *Ego*, inquit, *Fussalenses Catholicos filios in Christo meos, & Antonium Episcopum filium in Christo meum, benignitati caritatis Sanctitatis tuæ, quia utrosque diligo, utrosque commendo, &c. Me sane, quod confitendum est Beatitudini tuæ, in isto utrorumque periculo, tantus timor & mœror excruciat, ut ab officio cogitem gerendi Episcopatus abscedere, & me lamentis errori meo convenientibus dedere, si per eum, cujus Episcopatui per imprudentiam suffragatus sum, vastari Ecclesiam Dei, &, quod ipse Deus avertat, etiam cum vastantis perditione perire conspexero*, Anno CCCCXXXIV. cessionis *Silvani* Episcopi in Thracia exemplum afferemus.

Anum.

ita subdit: *Me sane (quod confitendum est beatitudini tuæ) in isto utrorumque periculo tantus timor & mæror excruciat, ut ab officio cogitem gerendi Episcopatum abscedere, si per eum, cujus Episcopatui per impudentiam suffragatus sum, vastari Ecclesiam Dei, & (quod Deus avertat) etiam cum vastantis perditione perire conspexero. Recolens enim quod ait Apostolus (a): Si nosmetipsos judicaremus, a Domino non judicaremur: judicabo me ipsum, ut parcat mihi qui judicaturus est vivos & mortuos. Si autem & membra Christi, quæ in illa regione sunt, ab exitiali timore & tristitia recreaveris, & meam senectutem hac misericordia justitiæ fueris consolatus: retribuet tibi & in præsenti & in futura vita, qui per te nobis in ista tribulatione succurrit, & qui te in illa sede constituit.* Hactenus Augustinus, summo (ut vides) animi angore confectus.

(a) 1. Cor. 12.

IX. *Cælestinus Papa annuit Augustino.*

Annuisse quidem Augustino Cælestinum Romanum Pontificem, inde certam capimus conjecturam, quod idem Cælestinus vehementer ipsum coluit Augustinum, & laudibus mirifice celebravit (ut ex ipsius Cælestini litteris inferius dicturi sumus) ejusdemque scripta sarta tecta voluit in Ecclesia esse defensa & custodita. Haud enim par est credere, Cælestinum hæc rogantem & enixius expetentem Augustinum, negando, in vehementiorem mærorem coniicere, quem dilexisse, & magno in honore habuisse, certum est. Quod insuper constet post hæc perseverasse Augustinum suæ Hipponensi Ecclesiæ Episcopum præsidere; æque manifestum indicium est, ex animi ejus sententia Cælestinum in eadem causa rescripsisse. Vidisti, lector, Ecclesiastici judicii praxim; & ex his, puto, in memoriam revocasti quæ superius dicta sunt de usu appellationis ad Romanam Ecclesiam, & sententia expectari solita ab eadem: ut nihil adversus hujusmodi aliquando obnisi sint Episcopi Africani, sed tantum in eo refragati, quod ministri executores cum apparitura militari mitterentur. Sed & hæc interdum, cum opus est, jure sancteque fieri, ex ejusdem Augustini sententia superius est demonstratum. Meminit autem hujus epistolæ Augustini ad Cælestinum Possidius in Indiculo (b).

(b) Possid. in Indic. c.7.

X. *Joannes tentat Africam.*

Quod vero ad Joannis tyranni conatum pertinet: tentasse hoc anno jungere sibi Africam, cui (ut dictum est) Bonifacius præerat, sed restitisse illum, Prosper in Chronico sub hujus anni Consulibus docet his verbis: *Joannes dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello reposcit, ad defensionem suam infirmior factus est.* Ob id scilicet, quod milites misit in Africam, eam sibi vendicaturus jure belli provinciam. Hæc plane etiam duabus brevioribus illis Augustini & Bonifacii epistolis significantur, quarum prior Augustini ad Bonifacium sic paucis scripta se habet (c):

(c) Aug. ep. 4. in append.

XI. *Augustinus ad Bonifacium.*

*Africæ littus (ut audio) miles attigit transmarinus. Sed cujus meriti dux, qui a Catholica veritate dissentit? Quid orem (sicut oportet) ignoro. Adest quidem Africæ olim paratum in Italia bellum: sed tamen non invideo, fili carissime, Romaniæ; sed dico quod sentio. Non dabit, Divinitate juvante, Catholicus hæretico terga. Tui cordis intentio dirigatur ad Dominum; non militem timebis, non Gothum, non Hunnum.* Hactenus ipse quod Bonifacius valde pius pugnaturus esset adversus milites, quos Joannes tyrannus impius in Africam miserat. Sed quæ ad hæc Bonifacius (d), audi:

(d) Apud Aug. ep. 5. in append.

XII. * &. *Bonifacius ad Augustinum.*

*Scio quod si tua sanctitas pro mea vita solicita: at * quæ adversus me tyrannus ille ordinaverit ac disponat, antequam tuum sacerdotium scriberet, novi. Obviamus ad mortem ultro tendentibus, quos nostræ victoriæ (ut credimus) faciet Christus addictos. Sed si erga me meosque omnes aliud voluerit ordinare Divinitas: precare ut animam liberet Deus, & dabitur competens adversario secunda vice responsio. In pugna enim utriusque desævit furor: sed Deus inspiciet causas. Igitur ora, ut dixi; & vincet una Trinitas nobis.* Hæc Bonifacius dux exercitus, cum renuisset expetitam a tyranno Africæ deditionem.

In-

PAGIUS IV. *Exercitus adversus Joannem tyrannum ex Oriente missus.*

A num. X. ad XIV. Gesta hoc anno adversus *Joannem* tyrannum his verbis recitat Olympiodorus: *Remissa est Constantinopoli a Theodosio Placidia cum liberis, adversus Joannem tyrannum: Et illa quidem Augustæ nomen, Valentinianus vero Nobilissimi titulum iterato suscepit. Submissus quoque exercitus, bellique Imperator utriusque militiæ, Ardaburius nimirum cum Aspare filio. Ad Thessalonicam cum ventum esset, Helion Officiorum Magister a Theodosio missus, Valentinianum in illa ipsa urbe Cæsaris veste induit, annos natum non amplius quinque. Cum autem ad Italiam pervenissent, Ardaburius a tyranni militibus capitur, missusque ad illum amicitiam cum eodem init. Ejus interim filius Aspar una cum Placidia in magna rerum desperatione luctuque versabantur. Sed Candidianus multis occupatis Urbibus, partaque rebus bene gestis nominis claritate, luctum dissipavit, animosque reddidit.* Porro Joannes fuit *Vir leni animo, rerum intellectu valens & virtutem suo pretio æstimare gnarus, quinque per annos Imperium tenuit, moderate usus. Nam nec delatoribus aurem dedit, nec ullius injustæ cædis sponte auctor fuit, nec inhiavit rebus alienis. Cæterum in Barbaros nihil agere voluit, quod Byzantinam vim sibi adversam experiretur,* inquit Procopius lib. I. de Bell. Vandal. cap. 3. Joannis etiam clementia, prudentia atque moderatio apud Suidam, in voce Ἰωάννης, iisdem fere verbis ac apud Procopium commendatur; sed cum apud Suidam hæc verba, πέντε γοῦν ἔτη, idest, *per annos quinque*, non legantur, appa-

ret



XIII. *Ardaburius Dux a tyranno captus.*

Inter hæc autem adversus eumdem Joannem tyrannum Theodosius Imperator mittit exercitum in Occidentem, sub duce selectissimo Ardaburio, sed, Deo sic disponente, ne militum viribus, vel prudentiæ ducis, sed divinæ potentiæ adscriberetur tyranni extinctio, factum est, ut res longe diversum ab optato atque sperato finem fuerit consecuta. Narrat rem paucis Socrates istis verbis (a): *Ardaburius cum Salonas venisset, transmisit in Aquilejam; ventoque adverso flante, in manus tyranni delatus est. Qui, illo comprehenso, spem concepit, Theodosium necessitate compulsum fore, modo Ardaburium ducem suum salvum vellet, uti ipsum crearet, declararetque Imperatorem. His auditis, & Theodosius, & exercitus etiam contra tyrannum missus, anxio & solicito animo fuit, ne quid mali Ardaburius a tyranno perpeteretur.* Hæc Socrates. Quomodo autem, misso Aspare filio Ardaburii, & pater ejus est liberatus, & tyrannus extinctus, dicemus suo tempore anno sequenti.

(a) Socr. l.7. c.23.

XIV. *Theodoretus laborat adversus Marcionitas.*

Quod ad res pertinet Orientalis Ecclesiæ Theodoretus, quem anno superiori creatum diximus Episcopum Cyri civitatis, octingentas (ut ipse testatur) (b) sub se parœcias habentis, cum regionem illam Marcionitis hæreticis confertam videret, ad eos ab errore liberandos primum omnium adjecit animum, sicque (ut ex ipsius litteris (c) patet) plusquam decem millia ipsorum ad Ecclesiam Catholicam convertit; cum vel unum ex eis ipsum esse lucratum, quasi miraculum videri poterat: nam facilius est invenire Marcionitam a Gentilibus olim occidi, quam a Christianis Ecclesiæ redditum. Hoc plane munere persuasum habeo eumdem Theodoretum adeo sibi Deum conciliasse, ut licet in castris Nestorianorum aliquando militaverit demum in Ecclesiam, desertor factus impietatis, redierit, atque sancto fine quieverit. Sed age jam aliquid ex certaminibus ejus adversus Marcionitas ab eo editis referamus, ex quo reliqua plura ejus certamina, quæ nos latent, cogitatione saltem essequi possumus. Ipse enim in Historia sanctorum Patrum, cum res præclare gestas a S. Jacobo anachoreta memoriæ prodidit, hæc de his habet (d):

(b) Theod. epist. ad Leonem. (c) Theod. epist. 146. (d) Theo. hist. sanct. Patr. c.21.

XV. *Diabolus ægre fert turbari hæreticos.*

*Execrandus Marcio multas spinas impietatis seminavit in regione urbis Cyri. Eas cum conarer evellere radicitus, omnem laborem subibam, & omnibus machinis assidue utebar. Qui autem mea fruebantur cultura, cum me eo nomine deberent (e) diligere, detrahebant mihi: ego autem orabam, & reddebant mala pro bonis, & odium pro dilectione mea: & magicis utentes præstigiis, & malignorum freti ope dæmonum, conabantur bellum gerere, quod sub visum non caderet. Et noctu venit quidam dæmon exitialis, clamans, & lingua utens Syriaca: Cur (inquiens) tu bellum geris cum Marcione? Cur hanc pugnam adversus eum suscipis? Quanam is te umquam affecit molestia? Desine belligerare: desiste a malevolentia: aut disces experientia, quantum bonum sit quies. Scias quod te jampridem confodissem, nisi chorum martyrum te custodientem vidissem cum Jacobo. Hæc ego audivi, & dixi cuidam ex familiaribus, qui prope me dormiebat: Audis (inquam) quæ dicuntur? Ille vero: Omnia (inquit) audivi: & cum vellem surgere & respicere, & scire quis loqueretur, tua causa quievi, quia te putarem quiescere. Ambo itaque surgentes, respeximus; neque ullum qui moveretur, vidimus, nec qui loqueretur audivimus. Illa verba alii quoque, qui nobiscum habitabant, audiverunt. Intellexi igitur, quod martyrum quidem chorum dicebat lecythum olei martyrum, qui cum a multis martyribus collectam haberet benedictionem, pendebat in meo lecto. Sub meo autem capite erat magni Jacobi vetus amictus, qui quovis claustro adamantino fuit mihi validior.*

(e) Psal. 108.

XVI. *Quinetiam cum eorundem Marcionitarum maximum vicum essem ingressurus; deinde multa essent intermedia, quæ mi-*

bi

PAGIUS

ret, ea in Procopium infarta fuisse; cum aliunde *Joannem* per quinquennium Principatum exercuisse prorsus sit a veritate alienum, & hoc vix potuerit Procopius ignorare.

V. *Valentinianus Cæsar renunciatur.*

*Valentinianus* Cæsar nuncupatus est, post diem decimam mensis Octobris currentis anni; lex enim 33. Cod. Theod. *de annona & tributis*, de qua mox, eo die Constantinopoli data, Theodosii duntaxat nomen præfert, ideoque post eum diem Valentinianus, qui jam in Occidentem missus fuerat, Cæsarea veste indutus, dum Thessalonicæ esset. Ex laudatis Olympiodori verbis liquet, Valentinianum anno tantum CCCCXIX. natum esse, ut anno CCCCXVIII. num. LXXIII. ostendi. Olympiodoro suffragatur Frigeridus apud Turonensem lib. 2. cap. 8. qui ait, *post divi Honorii excessum, Valentinianum puerulum, uno tantum lustro peracto, a consobrino Theodosio Imperatorem fuisse creatum.* Prosper in Chronico sub hujus anni Coss. scribit: *Joannes dum Africam quam Bonifacius obtinebat, bello reposcit, ad defensionem suam infirmior factus est.* Sed Epistolæ duæ Augustini ad Bonifacium IV. scilicet & V. quibus hoc probat Baronius ex earum numero sunt, quas anno CCCCXXII. suppositias esse ostendimus.

VI. *Singulare Privilegium Thessalonicensi Ecclesiæ concessum.*

Theodosius *V. Id. Octob. Constantinop. Victore V. C. Conf.* dedit legem 33. Cod. Theod. *de annona & tributis*, qua Macedonicæ diœceseos Provinciarum tributi modum sancit, & Thessalonicensi Ecclesiæ immunitatem a tributis firmat. Quod singulare privilegium uni in tota Macedonica Diœcesi, immo in tota Præfectura Prætoriana Illyrici, Thessalonicensi Ecclesiæ concessum, quanta ejus claritas esset demonstrat.

Hinc

Visio de conversione Marcionitarum.

*bi prohibebant exitum: missi ad meum Isaiam, rogans, ut divinum consequerer auxilium. Ille vero: Esto (inquit) bono animo. Soluta sunt omnia illa impedimenta instar telæ aranearum: idque nonoctu me docuit Dominus, non in somno obumbrans, sed re vera ostendens. Vidi enim (ajebat) cum incepissem hymnodiam, in illa parte, in qua illa loca sita sunt, serpentem quemdam ignis speciem præferentem, qui ab Occidente reptabat in Orientem, & ferebatur per medium aerem. Cum orationes autem tres peregissem, rursum vidi inflexum, & orbiculatam ostendentem figuram, & ejus caudam capiti conjunctam. Cum rursus autem octo orationes absolvissem, aspexi eum in duas partes dissectum, & in fumum resolutum. Hæc ipse Jacobus quidem prævidit: nos autem vidimus exitum, qui consentit ejus prædictioni. Mane enim mali auctoris dæmonis imperio parentes, qui olim quidem erant sectæ Marcionis, nunc autem sunt classis Apostolicæ, ab Occidente profecti, nudos nobis enses ostendebant. Hora autem diei tertia simul coacti, curam gerebant suæ solum custodiæ, sicut serpens qui cauda caput suum contexit. Octava autem dispersi dederunt nobis locum ingrediendi in vicum. Statim autem invenimus serpentem factum ex æris materia, qui ab his adorabatur. Cum enim adversus opificem, & universorum creatorem bellum aperte suscepissent, execrandum serpentem, tamquam illius hostem, colere intendebant. Talia ego beneficia a mihi venerando capite sum consecutus.*

XVII. *Quoniam autem divinarum revelationum narrationem ingressa est oratio: age narrabo quæ audivi ab illa lingua ab omni mendacio aliena. Narrabat non ulla gloriæ inductus cupiditate (fuit enim divina anima illa ab eo vitio remotissima) sed cum illum quidam usus cogebat dicere, quæ volebat celare. Supplex ab eo contendebam, ut oraret Deum universorum, ut redderet mihi segetem mundam a zizaniis, & a seminibus hæreticis eam omnino liberaret: me enim valde angebat abominandi Marcionis error, qui plurimum invaluerat. Dixit itaque ad me oratus: Nec mé, nec ullo alio tibi opus est ad Deum interessore. Habes enim Joannem illum insignem, Verbi vocem, Domini præcursorem, has pro te preces assiduo offerentem. Cum autem ego dicerem, me & ejus credere orationibus, & aliorum sanctorum Apostolorum, & prophetarum, quorum ad nos nuper delatæ sunt reliquiæ: Esto (inquit) bono animo. Habes Joannem Baptistam. Sed nec eum sic passum sum silere: sed multo magis urgebam, interrogans, & scire desiderans, cur ejus potius meminisset. Ille autem: Vellem (inquit) amplecti & deosculari ejus amabiles reliquias. Cum autem dixissem: Non asseram eas, nisi pollicitus fueris te ea dicturum, quæ videris: atque ipse quidem est pollicitus. Ego vero postridie attuli ea quæ desiderabat: & cum omnes jussisset abscedere, hæc mihi soli narravit:*

Reliquiæ Sanctorum profucæ.

XVIII. *Quando hos (inquit) Civitatis patronos, qui a Phœnicia venerant, & Palæstina, cum Davidica excepisti chorea: venit mihi in mentem cogitare, num hæ essent illius insignis Joannis reliquiæ, & non alterius martyris qui ejus esset nominis. Post unum ergo diem ego quidem stabam ad hymnos decantandos: video autem quemdam candida veste indutum, atque dicentem: Frater Jacobe, cur nobis advenientibus non venisti obviam? Cum autem ego rogarem, quisnam esset: respondit, dicens: Qui a Phœnicia, & Palæstina nuper venimus; & cum prompto, & alacri animo nos omnes excepissent & pastor, & populus, & Cives, & rustici, tu solus eorum honoris non fuisti particeps. Innuebat autem eam, quæ fuerat, dubitationem. Ad hæc ergo dicit se dixisse: Absentibus, & vobis, & aliis, & vos honoro, & adoro Deum universorum. Rursus autem die sequenti, eodem tempore, cum ille ipse apparuisset: Vides*

PAGIUS Hinc non fine elogio in ea lege nominatur: *Sacrosancta*, inquit Theodosius, *Thessalonicensis Ecclesia Civitatis excepta*. Hanc legem memorat Baronius sub Cari Imperio anno CCLXXXIV. num. V. quod in Codice Justinianeo lege VIII. *de Sacrosanctis Ecclesiis*, per errorem Librariorum Caro Imperatori attribuatur, ut jam anno CCLXXXIII. observavi. Verum rescriptum istud ad eum annum pertinere non potest; cum in eo Imperator dicat: *Quæ dispositio in perpetuum observanda, initio indictionis octavæ congruum sumere debebit exordium*. Indictio enim octava Kalendis Septembribus currentis anni inchoata; anno vero quo illud recitat Baronius, Indictiones nondum institutæ erant; neque *Victor* eo anno Consulatum gessit, ut recte Gothofredus in hujus legis Comment. observavit.

VII. Holstenius in Collectione Romana exhibet Epistolam *Cælestini* Papæ, *Perigeni* aliisque novem Episcopis per Illyricum constitutis inscriptam, datam sine die & Consule, & recitatam in Synodo Romana a Bonifacio II. celebrata. Ex ea Epistola discimus, *Felicem* Episcopum Provinciæ Dyrracenæ, quorundam accusantium factione circumventum pene oppressum fuisse, si *Cælestini* diligentia non interveniset. Ea occasione *Cælestinus* Illyricianis Episcopis significat, jam inde ab antiquitate Sedem Apostolicam derivasse partem aliquam suæ sollicitudinis in Provincias Illyricianas, earumque curam Thessalonicensi Ecclesiæ semper esse commissam; confirmasse se eam auctoritatem *Rufo* Episcopo Thessalonicensi, cui eos obedire præcipit in omnibus causis Ecclesiasticis. Tum declarat causas, quæ sine *Rufi* auctoritate & consensu agi non possent, nimirum Episcoporum ordinationes, Conciliorum celebrationes, & majorum causarum relationem ad Sedem Apostolicam: *sine ejus consilio*

*Vicariatus totius Illyrici Episcopo Thessalonicensi continuatur.*



Joannis Baptistæ apparitio.

*des (inquit) frater Jacobe eum illic stantem, cujus quidem vestis est colore nivi similis: est autem prope illum positus ignis clibanus. Cum autem ego illuc oculos convertissem, & illum esse Joannem Baptistam conjecissem; nam & vestitu erat indutus & manum habebat ut baptizans: Is est (inquit) quem tu conjecisti. Quinetiam (inquit Jacobus) cum tu aliquando noctu ad primum vicum ad seditiosos, eos docturus abires; & ut ego majori, & vehementiori studio Deo offerrem orationem mandasses: tota nocte vigilavi, rogans Dominum. Deinde audivi vocem dicentem: Ne timeas, o Jacobe: Magnus enim Joannes Baptista tota nocte orat Deum universorum. Facta enim fuisset magna cædes, nisi illius intercessione extincta fuisset diaboli audacia. Hæc cum mihi narrasset, præcepit ut ego solus scirem, & ne alios assumerem conscios. Ego autem utilitatis gratia, non solum multis narravi, sed etiam mando scriptis.* Hactenus de his Theodoretus acceptam ferens conversionem Marcionitarum S. Joannis Baptistæ precibus, & Jacobi anachoretæ apud Deum pro ea causa legatione fungentis.

XIX. Porro non solum cum Marcionitis fuit Theodoreto confligendum, sed cum aliis quoque hæreticis suam ipsius Ecclesiam labefactantibus, de quibus ipse ad Nomum Consularem hæc habet (*a*): *Vicos*

(*a*) Theo. epist. 81. *Aun. Eccl. Tom. VII.*

Labores Theodoreti adversus hæreticos.

*octo Marcionis hæresi laborantes una cum vicinis locis ad veritatis agnitionem libenti animo duxi: alium præterea vicum Eunomianorum plenum, & alium Arianorum in lucem veritatis accedere procuravi: & divina ope, ne unum quidem apud nos extat hæreticorum zizanium, aut germen. Nec ista sine periculo feci, sed sanguinem sæpius effudi meum, sæpe etiam ab ipsis lapidatus fui, & sæpe ad inferorum & mortis portas perveni. Sed jam insipiens factus sum, dum glorior: hæc autem ex necessitate, non autem ex animo a me dicta sunt: hoc etiam beatissimus Paulus facere aliquando coactus est.* Hæc quidem ipse, cum gravissimarum procellarum impetu quateretur, prodere compulsus est, ut suo loco dicemus. Rursus vero idem ipse eadem permotus occasione, in epistola quam scripsit ad Cultores vitæ monasticæ hæc de iisdem: (*b*) *Ego vero lugeo & suspiro, quod eas quas paulo ante illis qui labe Marcionis erant infecti, attuli demonstrationes, ex quibus plures quam decem millia, divina gratia & opere ad sanctissimum duxi baptismum, easdem nunc illis qui habili sunt nobiscum Fideles, ob eam quæ orta est infirmitas & hæresis, iterum afferre me cogit.* In testimonium scilicet bene administratæ Ecclesiæ. Porro ex hoc numero decem millium Marcionitarum ad Deum conversorum, restituen-

(*b*) Theod. epist. 146.

H h dus

PAGIUS *lio*, inquit Cælestinus *nullus ordinetur, nullus usurpet eodem inconscio commissam illi provinciam; colligere nisi cum ejus voluntate Episcopos præsumant, per eum etiam ad nos, si quid est, referatur.* Excommunicationis mox pœnam intentat illis, qui his constitutis Apostolicæ Sedi non obedierint: *Sed hæc præceptione cognoscent & eum, qui refragandum nostræ auctoritati, vel illius crediderit jussioni, a fraternitatis cœtu, cum ipse se separet, segregandum.* Ostendit hæc Epistola, quam ægre Illyriciani Episcopi Thessalonicensis Vicariatui sese subiicerent. Est porro *Dyrrachium* urbs Macedoniæ, posita in ora occidua maris Ionii, inter Brundisium Italiæ urbem & Thessalonicam.

VIII. *Synodus Antiochena adversus Pelagianos.* Habita Synodus *Antiochiæ* circa hæc tempora contra Pelagium, qua is ex Hierosolymitana Diœcesi expulsus est, ut docet Mercator in Commonitorio cap. 3. *Adhuc etiam Hierosolymis constitutus Pelagius accusatus fuit apud Synodum* (scilicet Diospolitanam anno CCCCXV. habitam) *& primo quidem tergiversando, ambiguis quibusdam se professionibus tegens, & profequens dubia, vel respondens, illam tunc videtur Episcoporum audientiam delusisse. Sed postmodum evidenter deprehensus, insistentibus accusatoribus a posteriore Synodo, cui sanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præsedit Episcopus, atque detectus, a Sanctis quoque & venerabilibus Hierosolymorum locis est deturbatus. Quod ejusdem sancti Theodoti ad Reverendissimum urbis Romæ Episcopum, & sanctæ recordationis Praylii Hierosolymitani Episcopi missa scripta testantur, quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus.* Cum ergo Pelagius rectæ fidei professor a Joanne Hierosolymitano, iterumque ab Eulogio Metropolita Cæsareensi judicatus fuisset, ad *Theodotum* totius Orientis Patriarcham appellationem iterum Orthodoxi interposuere, quando *Theodotus* Ecclesiam Antiochensem regebat. Ex laudatis porro Mercatoris verbis liquet, *Praylium*, Joannis successorem qui anno CCCCXVII. ad Innocentium Papam pro Pelagio literas dederat, Pelagii postea erroribus, quos homo versipellis mille fucis dudum obduxerat, probe cognitis, illum ex sua Diœcesi exturbasse. Garnerius in dissert. de Synodis in causa Pelagianorum habitis, ad hanc Synodum Antiochenam refert verba Photii in Biblioth. Cod. LIV. *Porro hæ quidem Pelagianæ, seu Cælestianæ hæresis, non in Oriente duntaxat viguit, sed etiam Occidentem pervasit, & Carthagine in Africa ab Aurelio atque Augustino deprehensa & convicta variisque publice Conciliis damnata est. Ejecti vero, qui cum his sentirent, tanquam hæretici, extra Ecclesiam, temporibus Episcoporum Theophili Alexandrini, & Innocentii Urbis Romæ, tam a Romanis, quam Africanis, cæterisque Occidentis Episcopis*, aitque Garnerius, loco *Theophili Alexandrini* legendum esse, *Theodoti Antiochiæ*, quod Theophili temporibus Pelagiani vix innotuerint in Oriente. Verum Photii locus purus est, rectèque is asserit, Pelagianos *Theophili* temporibus ejectos fuisse extra Ecclesiam tanquam hæreticos; cum *Theophilus* usque ad mensem Octobrem anni CCCCXII. vixerit, eoque anno *Cælestius* Pelagii discipulus in Concilio Carthaginensi ab Aurelio Primate damnatus fuerit. Nec refert quod *Theophili* temporibus hæresis Pelagiana vix in Oriente innoturerit; cum Photius

non

dus est textus ejusdem Theodoreti in epistola ad S. Leonem Papam, ubi legitur mille, loco decem millium. Sed de Theodoreti rebus gestis, cœptis anno superiori ipso Episcopatus sui exordio, in his quæ spectant ad Marcionitarum conversionem, modo satis. Illud vero nunc non prætereundem, ipsius quoque testificatione exploratum haberi tempore Theodori, & ejus qui ante eum præfuit Ecclesiæ Antiochenæ, & qui postea, immo & postquam Joanni subrogatus est Dominus Episcopus, ipsum Theodoretum perseveravisse Antiochiæ docere populum: testatur id quidem ipse in epistola (a) ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum. Se

Theodoretus docet Antiochiæ.

(a) Theo. epist. 81.

PAGIUS non affirmet, *Theophilum* Pelagianos ex Oriente expulisse, sed tantum, eo Ecclesiam Alexandrinam regente, *Pelagianos* ex Ecclesia ejectos fuisse, quod in dubium revocari non potest. Nec minus verum est quod asserit Photius, casu quo hæc damnatio *Theophilum* latuerit; Photius enim non dicit, cum in aliquam hujus rei partem veniisse, aut eam ejus opera factam esse. Denique scribere non potuit Photius *Theodoti & Innocentii* temporibus Pelagianos Ecclesia ejectos esse; cum Innocentii tempore non *Theodotus*, sed *Alexander* ejus decessor Ecclesiam Antiochenam administrarit.



I. Valentinianus Augustus.

SEquens annus Domini quadringentesimus vigesimusquintus, Consulibus Theodosio Aug. undecies, & Valentiniano Cæsare ejus consobrino, Occidentali Imperio felix illuxit: cum, extincto Joanne tyranno, reddita pace, ipse Valentinianus a Theodosio Augustus est appellatus, ut Sanctus Prosper (a), Socrates (b), & Marcellinus (c) testantur. Id autem hoc anno contigisse, die vero decimo Kalendas Novembris, idem Socrates tradit: qui addit, venientem ipsum Valentinianum Constantinopolim, ægritudine detentum fuisse Thessalonicæ, accepisseque (d) ibi per Helionem Patricium a Theodosio Imperii coronam. Verum hæc de morbo evenisse anno superiori, ex eo redditur exploratum, dum liquet hoc ipso anno eumdem Valentinianum Augustum mense Julii fuisse Aquilejæ, uti rescripta ab eo ibi data declarant, de quibus agemus inferius.

(a) Prosp. in Chron. (b) Socrat. lib. 7. c. 24. (c) Marcell. in Chron.

(d) Socrat. lib. 7. c. 25.

II. Divina virtute superatur Joannes, & occiditur.

Sed quomodo se habuerit Joannis tyranni exitium, a Socrate (e) descriptum ponamus: *Aspar* (inquit) *filius Ardaburii, cum & patrem a tyranno comprehensum, & infinitas barbarorum copias ad auxilia tyranno ferenda accessisse, certior factus esset, omnino incertus animi erat, quid ageret. Itaque preces pii Imperatoris illo tempore rursum plurimum momenti habuisse, constabat. Nam Angelus Dei in habitu & forma pastoris ducem itineris Aspari se præbuit, & per stagnum Ravennæ adjacens (in ea namque civitate tyrannus commoratus, ducem Ardaburium tenuit) copias ejus deduxit, qua via nemo umquam iter fecisse commemoratur. Deus igitur, qua transiri non poterant, transitum Aspari patefecit. Ille tum copiis per stagnum, cujus aqua divinam ope penitus exhausta fuit, traductis; portas civitatis, quas apertas offendit, ingressus tyrannum opprimit.*

(e) Socrat. lib. 7. c. 25.

III. Pietas Theodosii in gratiarum actione.

*Quo tempore etiam Imperator sanctissimus (cui ludos Circenses peragenti significatum est, tyrannum e medio sublatum esse) suam eximiam erga Deum pietatem perspicue declaravit. Sic enim populum affatur: Relictis his oblectamentis, hæc potius (si videtur) nos referamus, & ad ecclesiam profecti preces Deo, quibus illi pro tyranno ipsius manu occiso agamus gratias, pie fundamus. Quæ cum dixisset, non modo spectaculis finis impositus fuit; verum etiam omnibus illis neglectis, per medium Circum, una voce gratiarum actionem pariter cum Imperatore decantantes iverunt, rectaque ad ecclesiam Dei contenderunt.* Hæc Socrates: qui caute



qui-

bus Cod. Theod. mense Januario & deinceps datis. Ille propter *quinta Quinquennalia* Imperii cum patre administrati ut ex ejus Vicennalibus & Tricennalibus certum fit; *Valentinianus* vero ob Imperium Cæsareum anno superiori susceptum.

*Quinta Quinquennalia Theodosii*

II. *Joannis tyranni interitus.*

A num. I. ad IV. Philostorgius lib. 12. n. 11. recitata Honorii Imp. morte Joannis tyrannidem, & interitum his verbis narrat: *Joannes cum tyrannidem arripuisset* (Romæ scilicet, ubi Palatini milites suo e numero eum Imperatorem dixerunt, ut testatur Procopius lib. I. de Bell. Vandal. cap. 3.) *Legationem misit ad Theodosium. Sed re infecta, Legati insuper contumelia affecti, alius alio per Propontidem relegati sunt.* (hujus exilii unus Philostorgius meminit) *Placidiamvero & Valentinianum teutium, qui post obitum Honorii Byzantium profugerant, Theodosius Thessalonicam misit. Illic patrueli suo Cæsaris dignitatem*

FAGIUS SÆC. V. Olymp. 301. Anno Eræ Hispan. CCCCC LXIII. A. C. 425.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5918.

☉ 14. D. ☽ 8. P. 19. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 425.

CÆLESTINI PAPÆ 4.

THEODOSII JUN. 24. & 18.

VALENTINIANI III. IMP. 1.

I. [1] COSS. *Theodosius* Aug. XI. & *Valentinianus* Cæsar, ut recte in fastis Heraclii Imp. a Dodwello publicatis legitur, & in legi-

NOTÆ [1] *Coss. Theodosius Aug.* XI. & *Valentinianus Cæsar*. Lapis apud Boldettum lib. 1. cap. XIX. n. 27:

D N N THEODOSIO. XI. ET. VALEN
T. . . . . TERRVM. COS
IDVS. DECEM. . . . . .

Lapis apud Hieronymum Fabrum in sacris monumentis Ravennatibus pag. 226. Fuit olim ad D. Laurentii in Cæsarea.

STEPHANO. PROTASIO. ET. GERVASIO. BEATO
MARTYRIO. ET. SIBI. MEMORIAE LAVRITIVS DE
DICAVIT. SUB. DIE. XIII. KAL. OCTOBR. THEODOSIO
XI. ET PLACIDO VALENTINIANO COSS.

Paschalis Iaterculus in fine Gennadii: *Theod.* XI. & *Valentiniano*. Fasti Idatii, Prosper vulgatus ac MS. & Marcellinus: *Theodosio* XI. & *Valentiniano*. Item Socrates lib. VII. cap. XXV.

quidem atque prudenter facta hæc non Asparis ducis virtuti, sed Imperatoris religioni esse accepta ferenda, docet. Etenim constat, tum Ardaburium, tum Asparem ejus filium militiæ magistros secta fuisse Arianos, de quibus inferius pluribus dicendum erit. Hic finis tyranni, qui Imperii sui primordia ab imminutione Ecclesiæ jurium est auspicatus. Vides, quomodo Spiritu Dei flante, bulla tumens repente disrupta est.

IV. At non hic finis belli: siquidem post extinctum Joannem tyrannum, confligendum etiam fuit cum Ætio fortissimo duce, sub se habente sexaginta millia barbarorum, quos fuisse Hunnos, Prosper (*a*) affirmat. Sed pugnatum est, & utrinque cæde peracta, sic res inter eos compositæ sunt, ut Ætius auctus Comitatus dignitate, ab Imperatore reciperetur; Hunni vero auro donati, ad propria remitterentur. Sic igitur Dei ope

(*a*) *Prosp. in Chron.*

Ætius potens Hunnorum exercitu.

PAGIUS *tatem concessit, & Ardaburio Magistro militum, ejusque filio Aspari belli adversus tyrannum administrationem commisit. Hi Placidiam & Valentinianum secum ducentes, cum Pannoniam & Illyricum pertransissent, Salonas urbem Dalmatiæ vi ceperunt. Post hæc Ardaburius quidem cum navalibus copiis contra tyrannum profectus est. Aspar vero assumtis secum equestribus copiis, & impressionis inopinæ celeritate suspicionem præveniens, Aquilejam urbem maximam occupavit, Placidia & Valentiniano ipsum comitantibus. Et hic quidem maximam Civitatem absque ullo negotio cepit. Ardaburium vero violentus quidam ventus excipiens, una cum duabus triremibus in manus tyranni detulit. Ille de fœdere ineundo cogitans, Ardaburium humaniter excepit; qui cum maxima libertate frueretur, Ductores tyranni, qui jam ad defectionem propensi erant, contra tyrannum animavit. Simul Aspari filio per literas significavit, ut tanquam ad paratam victoriam adesset. Qui cum celeriter adventasset una cum equestribus copiis, conserto levi prælio captus est Joannes, proditione eorum, qui circa ipsum erant, & Aquilejam ad Placidiam & Valentinianum deducitur. Illic dextra manu prius amputata, postea etiam capite truncatus est, cum per unum ac dimidium annum tyrannidem exercuisset. Tum vero Theodosius Valentinianum Romam missum Imperatorem renunciavit.*

III. *Joannem* tyrannum tardius, quam mense Aprili captum non fuisse, pauloque post occisum ex rerum, quæ postea contigere, serie intelligitur. Non enim pauci dies insumendi fuere, ut Constantinopolim faustum illud nuncium perferretur. *Constantinopoli* vero *III. Idus Maii* Theodosius dedit legem Cod. Theod. *de petitionibus*, eique ludos Circenses edenti mors illa nunciata, ut tradit Socrates lib. 7. cap. 23. post diem XIII. Maii, quo ea lex emissa *cum ipse in Italiam proficisci instituisset, postquam Thessalonicam venisset, morbo ingruente ulterius progredi prohibitus est. Misso igitur ad consobrinum* (scilicet Valentinianum) *Imperiali diademate per Helionem Patricium ipse Constantinopolim rediit*, inquit Socrates cap. 24. Mense circiter Junio Thessalonica digressus videtur Hælio; ait enim Olympiodorus: *Cæso Joanne tyranno, Placidia una cum Cæsare filio Ravennam iniit. Helion vero Magister & Patricius Romam invasit.* Cum autem Valentinianus Cæsar *XVI. Kalend. Aug.* Aquileiæ legem 62. Cod. Theod. *de hæreticis*, ad Faustum P. V. inscripserit, jam ante diem XVII. Julii quo ea lex emissa, Roma in Valentiniani & Placidiæ potestate erat; ea enim ad Præfectum Urbis mittitur. Ea vero ferri non poutuit, nisi postquam Valentinianus jam accepisset. *Helionem* Romam occupasse, quod ideo factum circa initium mensis Julii.

*Mense circiter Aprili in potestatem Placidiæ & Valentiniani Roma venit.*

IV. Ex quibus liquet primo *Joannem tyrannum* ante mensem Majum interfectum; quia ad ea, quæ narravimus peragenda, vix menses duo sufficiunt. Liquet secundo, *Theodosium* per aliquot menses Thessalonicæ constitisse. Tradit enim Socrates cap. 25. eum Constantinopolim ingressum postridie quam *Atticus* Constantinopolitanus Episcopus sepulcro conditus est. Is autem die decima mensis Octobris obierat, ut ibidem Socrates prodit. Liquet tertio, *Joannem* exeunte anno CCCCXXIII. ut ibidem insinuavimus, tyrannidem arripuisse, cum teste Philostorgio laudato, *per unum ac dimidium annum* illam exercuerit. Idacius in Chronico ait, *Joannem* Ravennæ occisum. Verum id Aquileiæ factum Philostorgius testatur, de quo non dubitandum, quia Idacius de rebus extra Hispanias gestis parum edoctus fuit. Baronius num. I. tradit, Socratem scribere *Valentinianum* Constantinopoli venientem ægritudine Thessalonicæ detentum fuisse, ibique per *Helionem* Imperii coronam accepisse, ac morbum illum anno superiori accidisse. At Socrates, non Valentinianum, sed Theodosium Thessalonicæ ægrotasse refert, illumque per Helionem, quem Theodosius in Italiam misit, veste imperiali indutum esse; ac denique non *Valentinianum* sed *Theodosium* Constantinopolim rediisse.

*Duratio tyrannidis Joannis.*

V. Diem natalem Imperii Augustei Valentiniani notavit auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. ubi ait: *His COSS. Valentinianus Junior a Theodosio creatus est Augustus, mense Hyperberetæo, X. Kalendas Novembris;* quod confirmat Laterculus Sylvii apud Bollandum, in Præfatione ad Vitas SS. mensis Januarii pag. 43. ubi ejus fragmentum habet: *X. KL. Nov. Natalis Valentiniani purpuræ.* Quare Valentinianum die XXIII. mensis Octobris Augustum appellatum, certum est. Difficultatem tamen facit Socrates qui lib. 7. cap. 25. scribit; *Nunciata est nuncupatio Augustæ Valentiniani Junioris die X. Kalend. Novembres*, juxta Valesii versionem, ex quibus Vir doctissimus deducit non Auctori Chronici Alexandrini, sed Socrati standum, qui eam nuncupationem *X. Kalend Novemb.* apud urbem Constantinopolitanam nunciatam dicit. Verum Socrates aliud non designat, quam non multo post Attici exequias & ingressum Theodosii in Urbem Regiam, significatam esse nuncupationem Augustam Valentiniani Junioris, die *X. Kalend. Novemb.* Romæ factam, ita ut dies ille non ad diem, quo ea in urbe Regia nunciata, sed quo Romæ facta fuerat, referatur. Eam enim inaugurationem Romæ peractam, affirmant Philostorgius & Olympiodorus citati, ac præterea Prosper in Chron. Imperiali, ac Idacius in Chronico. Quare falluntur Marcellinus in Chronico, & Jornandes de Reg. success. cap. 97. qui scribunt, Valentinianum *Ravennæ* Imperatorem factum.

*Dies natalis Imperii Augustei Valentiniani.*

VI. Ad num. IV. Prosper in Chronico sub hujus anni COSS. scribit: *Placidia Augusta & Valentinianus Cæsar mira felicitate Joannem tyrannum*



ope factum est, ut maximus Orbis motus brevi temporis spatio sedatus fuerit, extincto nequissimo Imperii perduelle, & barbaris, qui vocati fuerant in Italiam absque comprovincialium damno pacifice abire jussis Galla Placidia Augusta cum Valentiniano filio Augusto in Italia summa pace regnantibus, quorum quidem felicitatis hoc tempore prægrande cusum aureum numisma hic tibi formis reddendum putavimus, in cujus altera parte Valentinianum Augustum habes, dextera volumen (ut creditur) Evangelii, sinistra super globum geminam crucem margaritis ornatam tenentem: altera vero parte intueris ipsam Gallam Placidiam Augustam, dextera erigentem, quæ oppressa a tyranno jacebat, Italiam; sinistra vero gemmatam crucem gestantem, cujus potentia Occidentale Imperium, post Honorii obitum a tyranno præreptum, absque ullo ferme negotio recepisset.

(*a*)

(*a*) *Acceptum a Hier. Manlitio Canon. S. Mariæ Majoris*

V. Verum hæc omnia (ut dictum est) prisci omnes historici Theodosii pietati tribuerunt, qui ob Catholicæ religionis patrocinium tot tantaque a Deo beneficia consequi meruit, dum piis sanctisque operibus divinum sibi numen conciliavit, ut ipsius exordio exortæ tyrannidis ante annum superiorem abunde satis diximus, quibus plane jungenda sunt, quæ idem Theodosius Imperator, hujus quoque anni exordio, ac deinceps pro Christiana religione decreta sancivit; unde & ad prospera cuncta gerenda Divinitatem reddidit sibi propitiam. Mense enim Februarii ipsis Kalendis ad Asclepiadotum PP. ita scripsit de sacris festis diebus religiose sancteque absque spectaculorum impuritate servandis (*b*):

(*b*) *l.* 5. *de spectac. C. Theod.*

VI. *Dominico, qui septimanæ totius primus est dies, & Natale, atque Epiphanio-*

PAGIUS *num opprimunt; & regnum victores recipiunt, data venia Aetio, quod Hunni, quos per ipsum Joannes exciverat (ejusdem studio ad propria reversi sunt.* Idem habent Cassiodorus in Chronico, & Auctor Miscellæ lib. 14. sed ex eodem desumptum. Frigeridus apud Turonensem lib. 2. cap. 8. rem magis explicat: Postquam enim narravit; Legatos Joannis a Theodosio fuisse despectos, adiicit: *Dum hæc ita gererentur, Legati ad tyrannum reversi sunt, mandata atrocia reportantes: quibus permotus Joannes, Aetium id temporis curam Palatii gerentem cum ingenti auri pondere, ad Chunos transmittit, notos sibi obsidiatus sui tempore, & familiari amicitia devinctos cum mandatis hujusmodi: Cum primum partes adversæ Italiam ingressæ forent, ipse a tergo adoriretur, se a fronte venturum. Et quia de hoc Viro consequenter plura memoranda sunt, genus moresque ordiri placet. Gaudentius pater, Scythiæ provinciæ primoris locis, a Domesticatu exorsus militiam usque ad Magisterii Equitum culmen provectus est. Mater Itala, nobilis ac locuples femina. Aetius filius, a puero Prætorianus, tribus annis Alarici obses: Donec Chunorum, post hæc Carpilionis gener, ex Comite Domesticorum, & Joannis curam Palatii gerere capit.*

*Aetio parcit, qui Hunnos in auxilium tyranni adsciverat.*

VII. Scribit etiam Prosper post laudata verba: *Arelas nobile Oppidum Galliarum a Gothis multa vi oppugnatum est, donec imminente Aetio non impuniti abscederent.* Idem habet Pseudo-Prosper in Chronico Imperiali; qui & testatur, *Aetium* Gaudentii Comitis in Gallis a militibus occisi filium fuisse; sed id refert ad annum IV. Theodosii post mortem Honorii regnantis, quia per hæc tempora Chronicon ejus, quoad annos Imperatorum, valde depravatum. Idem denique habet Isidorus in Chronico Gothorum. Ex quo liquet Theodoricum Gothorum Regem pacem cum Romanis sancitam ante hunc annum rupisse. Baronius ad has Valentiniani Augusti Victorias refert nummum Placidii Valentiniani Augusti in postica inscriptum: Votis XXX. Multis XL. Infra Comob. idest, *Constantinopoli obsignata moneta.* Verum numisma illud in Tricennalibus Valentiniani percussum; cum quæcumque hujusmodi vota præferunt, non aliis annis quam Decennalibus, & id genus festis cudere mos fuerit, ut in dissert. Hypatica demonstravi.

*Pax Romanos inter & Gothos rupta.*

VIII. Ad num. V. & seq. *Theodosius* & *Valentinianus* immortalitati commendare cupientes, hic Imperii sui exordium, ille quinta sua Quinquennalia, variis legibus hoc anno datis Ecclesiæ Catholicæ & Reipublicæ Romanæ consuluere. Theodosius *Kalend. Februarii* emisit legem 5. Cod. Theod. *de Spectaculis*, qua Festis Christianorum diebus spectacula exhiberi vetuit. Theodosius Magnus solo Dominico die spectacula inhibuit, ludosque Theatrales, Circenses, & Venationes, veluti

*Spectacula diebus festis & Dominicalibus vetita.*

Theodosii sanctio de Festis diebus.

*niorum, Christi Paschæ, & in Quinquagesimæ diebus, quamdiu cœlestis lumen lavacri imitantia novam sancti baptismi lucem vestimenta testantur; quo tempore & memoratio Apostolicæ passionis totius Christianitatis magistræ a cunctis rite celebratur: omni Theatrorum atque Circensium voluptate per universas urbes earumdem populis denegata, totæ Christianorum ac Fidelium mentes Dei cultibus occupentur. Si qui etiam Judæi impietatis amentia, vel stolido Paganitatis errore & insania detinentur: aliud esse supplicationum noverint tempus, aliud voluptatum. At ne quis existimet in honorem numinis nostri, veluti majore quodam Imperialis officii necessitate compelli, & nisi divina religione interrupta, spectaculis operam præstet, subeundam forsitan sibi nostræ serenitatis offensam, si minus circa nos devotionis ostenderit, quam solebat: nemo ambigat, quod tunc maxime mansuetudini nostræ ab humano genere defertur, cum virtutibus Dei omnipotentis ac meritis universi obsequium Orbis impenditur Dat. Kal. Februarii, Constantinopoli, Theodosio A. XI. & Valentiniano Cæs. Conss.* Hæc idcirco, quod in spectaculis coronare solerent imagines Imperatorum, & fastis eas acclamationibus prosequi; quibus quidem, ob propensiorem divinum cultum festis diebus exhibendum, Imperator volens libensque carere voluit. Qui autem præcipui festi dies essent apud Christianos, & celebriori honore recepti, eadem sanctione significantur.

VII. Sed & Valentinianus pro acceptis adeo insignibus a Deo muneribus, pro gratiarum actione pias valde hoc anno sub iisdem Consulibus edidit sanctiones: adeo ut nihil sibi antiquius fuisse visum fuerit, quam ut ea quæ Joannes tyrannus abstulerat, privilegia Ecclesiis concessa, illibata servari debere, edita sanctione, cunctis redderet manifestum, ita rescribens ad Georgium Proconsulem Africæ(a):

(a) l. 46. de Episc. & cler. C. Theod.

Jura Ecclesiastica restituta.

*Privilegia præteritarum legum, Ecclesiæ sive clericis delata, serventur, &c. Dat. prid. Non. Julii, Aquilejæ, D. N. Theod Aug. XI. & Valentin. Cæs. Conss.* & ad Bassum Comitem Rerum privatarum idem hæc mense Octobris (b):

(b) l. 47. C. eod.

*Privilegia Ecclesiarum omnium, quæ sæculo nostro tyrannus inviderat, prona devotione revocamus: scilicet, ut quicquid a divis Principibus constitutum est, vel quæ singuli quique Antistites pro causis Ecclesiasticis impetrarant, sub pœna sacrilegii, jugi solidata æternitate serventur. Clericos etiam, quos indiscretim ad sæculares Judices debere deduci, infaustus præsumptor edixerat, Episcopali audientiæ reservamus. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio, &c.* Quæ desunt reliqua constitutionis hujus in codice Theodosiano jam cuso, ex scripto antiquo volumine ita supplentur. *Itaque auctoritas tua in omni ævo mansura in provinciarum missa notitiam, præcipiat, etiam sub pœna sacrilegii, custodiri. Specialiter id illustribus comprehensura præceptis, ut in omnibus circa Ecclesiasticæ veterum Principum statuta serventur. Diversos vero Episcopos nefarium Pelagiani, & Cælestiani dogmatis errorem sequentes, per * Patroclum sacræ legis Antistitem præcipimus conveniri. Quos quia confidimus emendari: nisi intra viginti dies a conventionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata corexerrint, seseque Catholicorum Fidei reddiderint; Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum locum sacerdotium fidelius subrogari; quatenus præsentis erroris macula de populorum animis tergatur, & futuræ bonum disciplinæ justionis instituat. Sane quia religiosos populos nullis decet superstitionibus depravari, Manichæos &c.* Prout inferius ex eodem cuso codice Theodosiano descripta leges, & post hæc quæ sequuntur. *Judæis quoque vel Paganis causas agendi, vel*

* Patroclus erat Episcopus Arelatensis.

PAGIUS luti Ursorum, Leonum, & Pardorum, ut liquet ex leg. 2. *de Spectaculis*. Postea *Honorius* ad petitionem Patrum Africanorum Concilii Carthaginensis V. ut habetur in Codice African. Canone LXI. omnibus Festis Christianorum diebus in universum spectacula prohibuit; sed *Theodosius Jun.* omnibus etiam Festis, Supplicationumque Christianarum diebus ea edi vetat, *Quinquagesimæ* etiam *diebus*. Jam D. Chrysostomus Homilia V. in cap. I. Geneseos, vehementer increpuerat populum, quod Quadragesimæ & jejuniorum diebus ad Circensia certamina sese contulisset, & ante eum Nazianzenus Epist. LXXIV. *Colensium* Præsidem eo nomine reprehenderat, quod jejunii diebus spectacula exhiberet. Secundo, hac constitutione *Natale & Epiphaniorum* Christi dies distinguntur, licet eo tempore, quo D. Chrysostomus habuit Orat. I. in Pentecosten, unus & idem dies in Urbe Constantinop. eis assignatus esset, sextus nempe Januarii. Indicat Theodosius, adeo Festis diebus spectacula se vetare, ut, etsi Natalis aliquis Imperatorum in aliquem ex prædictis Diebus inciderit, ea iis edi nolit, quia sc. honor Principis infra divinæ Religionis contemptum consistere debet. Ita postremam partem hujus legis explicandam docet Gothofredus in ejus Comment. non vero, ut Baronius putavit, de imaginibus Imperatorum coronari, faustisque acclamationibus excipi in solemnibus spectaculis solitis; verum de spectaculis, quæ in honorem Principis, ejusque Natalibus specialiter exhiberi consueverant.

A num. VII. ad IX. Valentinianus *pridie Non. Jul. Aquileiæ* legem 46. Cod. Theod. *de Episcopis*, Georgio Proconsuli Africæ direxit, qua Privilegia Ecclesiæ & Clericis anterioribus legibus concessa per Africam Proconsularem confirmat. Baronius hanc legem latam existimavit, ut Privi-

IX.



*vilegia redderentur Ecclesiis, quæ Joannes tyrannus abstulerat. Verum Joannis tyrannis Africam Proconsularem non pervasit, ut ex mox dictis liquet. Tum Valentinianus VIII. Idus Octob. Aquileiæ* dedit leg. 47. *de Episcopis*, qua Privilegia Ecclesiarum, quæ jam pro causis Ecclesiasticis impetrata fuerant, confirmavit, & præterea Forum Ecclesiasticum stabilivit. Qua ex lege liquet, *Joannem* tyrannum privilegia Ecclesiastica publicis etiam Edictis imminuisse, & Clericos indiscretim ad Judices sæculares deduci debere; edixisse.

PAGIUS *Valentinianus privilegia Ecclesiarum & Clericorum confirmat.*

*Omnes hæreses, omnesque perfidias; omnia schismata superstitionesque Gentilium, omnes Catholicæ legis inimicos infectamur errores. Si quos vero hæc quoque clementiæ nostræ statuta pœna comitetur, & noverint sacrilegæ superstitionis auctores participes consocios proscriptione plectendos: ut ab errore perfidiæ, si ratione retrahi nequeunt, saltem terrore revocentur; & universo supplicationum aditu in perpetuum denegato, criminibus debita severitate plectantur, &c. Dat. prid. Non. Aug. Aquilejæ, D. N. Theod. A. XI. & Valentiniano Cæs. Conss.* Rursus post duos dies sanctionem edidit adversus eosdem, cujus hoc est exordium (c):

(c) l. 64. de hæret. Cod. Theo.

VIII. Vidisti, lector, quæ invasor Imperii, & jurium Ecclesiasticorum violator tyrannus primo ingressu lege sancierit; ob idque tamquam fœnum, quod velociter arescit, quam citissime defecisse; nec quicquam ei profuisse centum ferme millia barbarorum in Italiam advocasse, cum miser pene solus ab Aspere angelico ductu imparatus offensus capitur, & jugulatur: contra vero de immani tyranno, barbarorum copiis præpotente, imbellem puerulum Valentinianum, instar David, insperatum retulisse triumphum: qui & pro gratiarum actione has, quas legis, affixit ubique locorum de restituenda libertate Ecclesiastica sanctiones.

IX. Quod insuper tyranni favore, hæretici atque schismatici, qui antea legibus Honorii religiosissimi Imperatoris compressi erant, jam sublevati capita cœpissent erigere, palamque vagari, ac Romæ morari: idem Imperator hoc eodem anno, Aquilejæ cum esset, adversus eosdem ejusmodi promulgavit edictum (a):

(a) l. 62. de hæret. Cod. Theo.

X. Quid Valentinianus adversus hæreticos.

*Manichæos, hæreticos, schismaticos, omnemque sectam Catholicis inimicam ab ipso aspectu urbis Romæ exterminari præcipimus, ut nec præsentiæ criminosorum contagione fœdentur. Circa hos autem maxime urgenda commotio est, qui pravis suasionibus a venerabilis Papæ sese communione suspendunt, quorum schismate plebs etiam reliqua vitiatur. His, conventione præmissa, viginti dierum condonavimus inducias; intra quos nisi ad communionis redierint unitatem, expulsi usque ad centesimum lapidem, solitudine quam eligunt, macerentur. Dat. VI. Kal. Aug. Aquil Theod. A. XI. & Valentin. Cæs. Coss.* Sequenti vero mense de iisdem ad Proconsulem Africæ ejusmodi rescriptum dedit (b):

(b) l. 63. C. eod.

XI. Barbari in Theodosium conspirantes a Deo puniti.

*Manichæos, hæreticos, sive schismaticos, nisi his emendatio matura subvenerit, &c. Dat. VIII. Id August. Aquilejæ, D. N. Theod. A. XI. & Valentiniano Cæs. Conss.* Sed quæ pro gratiarum actione de perceptis beneficiis persoluta sunt Deo a Christianis Principibus munera, eadem ad majora promerenda ab ipso beneficia ampliorem illis viam aperuere. Accidit enim post hæc, ut præter barbaros illos, qui a Joanne tyranno vocati sese infuderant in Italiam, & ad propria remearant, alii ab eodem solicitati cum parassent adventum, audita morte ipsius haud continere se valuerint, sed in Romani Imperii fines grassati fuerint: quomodo autem Deus ubique armis omnes illos consumpserit, desuper fulmina jaculatus in hostes, Socrates describit, cum mansuetudinem prædicat Theodosii istis verbis (d): *Sicut libro Numerorum de Moyse loquitur divina Scriptura. Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morantur in terra: idem ipsum de Theodosio Imperatore jam dici potest. Propter quam quidem mansuetudinem Deus hostes illius sine præliorum certaminibus subjugavit; sicut cum trophæa contra Joannem tyrannum statuta, tum clades barbarorum quæ post consecuta est, evidenter ostendunt. Nam Deus talia beneficia in hunc sanctissimum Imperatorem contulit, qualia in eos qui olim justitiam in vita diligenter colebant, contulerat. Atque certe non assentandi studio compulsus hæc scribo; sed re vera ita se habere, omnibus deinceps perspicuum declarabo.*

(d) Socrat. lib. 7. c. 41.

*Post*

PAGIUS A num. IX. ad XIX. *Die XVI. Kalend. Aug. Aquileiæ*, Valentinianus dedit legem 62. Cod. Theod. *de Hæreticis*, qua *Manichæos, Hæreticos, Schismaticos, omnemque sectam Catholicis inimicam ab ipso aspectu Romæ exterminari* præcipit. In hujus legis inscriptione legitur: *Impp. Theod. A. & Valentinianus Cæs. ad Faustum P. V.* Quare jam mense Julio Joannes tyrannus cæsus fuerat, Romaque Valentiniano Cæsari parebat, qui ubi ea potitus est, curam suam convertit ad Ecclesiæ statum in ea & in Italia restituendum; quia

X. *Valentinianus gesta admittit adversus hæreticos.*

XII. *Post* (a) *tyranni necem, barbari quos ille ad auxilium sibi contra Romanos ferendum accersiverat, in fines Imperii Romani incursionem facere constituerunt. Quo audito Imperator, uti solebat, istarum rerum curam Deo commendavit: atque precibus se totum dedens, brevi, quod in optatis erat, est consecutus. Quibus autem cladibus barbari opprimerentur, non incommodum est hoc loco recensere. Primum illorum dux, nomine Cughas fulminis ictu interiit; deinde pestis subsecuta, maximam partem hominum qui ei parebant, e medio sustulit. Neque hoc satis esse videbatur: sed ignis etiam de cælo delapsus, complures eorum qui supererant, absumpsit. Quæ res barbarorum animis maximum iniecit timorem, non tam propterea quod contra bellicosam Romanorum gentem arma ferre ausi fuissent, quamquod Romanos a Deo præpotenti auditos animadverterent. Eo tempore Proclus Episcopus prophetiam quamdam ex Ezechiele petitam in Ecclesia docuit, eamque præclare ad salutem jam tum a Deo Romanis datam, non sine maxima omnium commendatione accomodavit. Prophetia autem hæc est* (b): *Tu fili hominis vaticinare super Gog principem Rhos, Misoch, & Tobel. Judicabo eum morte & sanguine, & pluvia inundanti & lapidibus grandinis, & ignem & sulphur pluam super eum, & super omnes qui sunt cum eo, & ingentes multas cum eo: & magnificabor, & glorificabor, & notus ero in oculis multarum gentium, & scient quia ego sum Dominus. Hæc de causa Proclus (ut dixi) maximam consecutus est laudem.* Hactenus Socrates, quod prudenter appositeque Gog nomen ex rerum eventis Cughæ barbarorum duci Proclus accomodasset.

(a) Socrat. lib. 7. c. 41.

Dux barbarorum fulmine ictus.

(b) Ezech. 38.

XIII. Sed hic adverte, ne ex tempore sedis Procli Episcopi Constantinopolitani, hæc sub eodem jam Episcopo accidisse putes; quem post abhinc ferme decennium sedere cœpisse, ejusdem Socratis assertione certissimum est: nulla enim ratio patitur, ut cum hæc ipse eveniisse tradat mox post extinctum tyrannum Joannem de gentibus ab eo vocatis, & invitatis ad cladem Imperii, & jam loco motis, post novem annos facta fuerint, & nonnisi ad illud tempus illi fines attigerint Romanorum. Sed de Proclo sic illa intelligenda scito, quod cum adhuc presbyter illa peroraſſet in Ecclesia coram populo (ut assolet in panegyricis) pro concione laudans Theodosium, res ab eo gestas omnes retexens, ea de Cugha, & aliis barbaris divinitus extinctis narratione oportuna fuerit prosecutus.

XIV. Porro quem Socrates Cugham appellat, Theodoretus eamdem narrans historiam, Rhoilam nominat, dum eamdem rem gestam (ne diversam putes) sic refert, gratias Theodosio divinitus impertitas recensens (c): *Cum Rhoilas dux Scytharum, qui Nomadæ dicuntur, trajecto Istro, cum ingentibus copiis Thraciam populari & prædas agere inciperet; ac Constantinopolim urbem primariam obsessurum, & momento temporis capturum, atque adeo solo æquaturum minaretur: Deus fulminum jactu, & facibus cælitus demissis cum illum combussit, tum universum exercitum penitus absumpsit.* Hæc Theodoretus, eadem quoque Nicephorus (d). At licet diversitas in nomine sit (accidere namque solet eumdem hominem sæpe diversis nominibus nominari) rem tamen non diversam, sed eam probe testatam unam eamdemque fuisse, nulla potest esse dubitatio, cum iidem in eamdem sententiam conveniant, remque narrent, & posteris tradant, quæ suis temporibus accidisset.

(c) Theod. l. 5. c. 36.

(d) Nicep. lib. 14. c. 14.

XV. Theodoretus igitur una cum Socrate laudibus celebrans Theodosii Imperatoris mansuetudinem, & pium erga Deum cultum, quorum causa tot tantaque a Deo beneficia est consecutus, ut tyrannos, & barbaros in Romanum Imperium grassantes absque suorum sanguinis effusione compresserit; ne rem verbis tantum agere videretur, factis eam ipsam confirmans, narratæ a nobis de Rege barbarorum cum suis fulmine extinctis historiæ ista perpetua memoria digna præmisit (e): *Quamquam (inquit) iste Imperator multis aliis virtutibus eximie decoratus erat, clementia tamen, vel maxime mansuetudine, animi tranquillitate, quæ nullis procellis agitari poterat, fide denique sincera & spectata excelluit: cujus rei certissimum argumentum ostendam.*

(e) Theod. lib. 5. c. 36.

XVI. *Vir quidam vitam excolens monasticam, animo paulo audaciore præditus, ad Imperatorem rei cujusdam petendæ gratia acce-*

PAGIUS quia per *Joannis* tyrannidem perturbatus fuerat. Porro inter hæreticos Valentinianum *Pelagianos* comprehendere,, dubium esse non debet; cum Sirmondus in Appendice ad Cod. Theod. referat; constitutionem Valentiniani ad *Amacium* Præfectum Prætorio Galliarum *de conveniendis per Patroclum Arelatensem Episcopis quibusdam Pelagianis*, datam *VII. Id. Jul. Aquileiæ*. Baronius num. VII. partem hujus constitutionis recitat, & Gothofredus in Notis ad legem 47. Cod. Theod. farraginem potius diversarum legum, quam legem esse censet. Verum is immerito Appendicem Sirmondi ad Codicem Theodosianum rejecit; cum Lugdunensi & Anicensi Codici Divionensis auctoritatem adjungat. De hac constitutione ad *Amacium* legendus Garnerius Tom. I. Oper. M. Mercat. pag. 258. observandumque, in harum legum titulis haberi: *Impp. Theodosius & Valentinianus Cæsar*, quia Cæsares *Imperatores* etiam appellabantur, uti sæpe monui. Deinde *prid. Non. Aug. Aquileiæ* dedit leg. 63. *de hæreticis*, Georgio Proconsuli inscriptam, qua hæ-



Theodosii admiranda erga religionem observantia.

*accedit. Quod cum sæpius fecisset, Imperatori Ecclesiastica interdixit communione; vinculoque Ecclesiæ ei injecto, decedit. Imperator autem fide cum primis excellens, ad Palatium veniens, cum tempus instaret convivii, & omnes convivæ adesset, dixit se non prius capturum cibum, quam Ecclesiæ vinculo solveretur. Proinde unum ex familiarissimis ad Episcopum mittit, ut potestatem faciat ei, qui ipsum ligaverat, vinculo solvendi. Cum autem Episcopus respondisset, non debere cujusquam vinculum admittere, significassetque eum solutum esse: non tamen solutione illa contentus fuit donec ille qui eum ligaverat, magno cum labore conquisitus, communioni illum restituisset: hujusmodi erat Imperatoris erga leges divinas fides.* Hæc Theodoretus, itemque Nicephorus (a), & alii illud fortasse ex institutione sanctæ sororis Theodosius mente versans de servis Dei dictum: (b) *Qui benedixerit tibi, benedictus erit: & qui maledixerit, erit maledictus.*

(a) Niceph. l. 14. c. 4.

(b) Num. 24.

XVII. Sed tantam animi Theodosii cum religione demissionem aliquis nimium prudens scrupulositatem seu superstitionem dixerit, & fortasse damnarit: verum scias eam odoratum esse Deum (ut verbis divinæ Scripturæ utar) in odorem suavitatis: quod palam omnibus fecit, dum religionis ejus intuitu præstitit, quæ omnem humanum captum excederent, rependens & remunerans opus illud mensura conferta, coagitata, & superefluente, dum absque armis immanissimos fortissimosque barbaros debellavit, ut (sicut suo cantico occinuit Debora (c) de cælo pugnatum sit contra eos. Cum e contra videre sæpe contigerit, Christianos Principes parvi facientes censuras Ecclesiæ, & Ecclesiastica jura calcantes robustissimos licet pararint exercitus, atque classibus mare replerint, adversante illis Deo, omnium jacturam feciisse, non hostibus tantum pugnantibus, sed ipsis etiam elementis in ultionem violatæ religionis exurgentibus, & sacrarum legum contem-

(c) Judic. 5.



ptum ac Dei ministrorum oppressionem ulciscentibus. Utinam & sæculum nostrum istiusmodi careret exemplis. Sed ad Theodosium rursum recurrat oratio, de quo in Vitis Patrum ista scribuntur (d):

(d) Vit. Patr. par. 2. c. 14. de humilitate.

XVIII. Theodosius convenit Anachoretam.

*Manebat quidam monachus Ægyptius in suburbano Constantinopolitanæ Civitatis: & dum transiret Theodosius Junior Imperator per illam viam, reliquit omnes qui in obsequio ejus erant, & venit solus in cellam ejus; & pulsans ad ostium monachi, aperuit ei monachus. Videns autem eum, cognovit quia Imperator esset; sic tamen suscepit eum, tamquam unum ex officio militantium. Cum ergo introisset, fecerunt orationem, & sederunt. Cœpit autem eum interrogare Imperator dicens, quomodo sint Patres in Ægypto. Et ille: Orant pro salute nostra omnes. Imperator autem circumspiciebat in cella ejus, si quid haberet, & nihil ibi vidit, nisi parvam sportulam habentem modicum panis, & lagenam aquæ. Et dixit ei monachus: Gusta modicum; & infudit ei panem, & misit oleum & sal, & manducavit; & dedit ei aquam bibere. Dixit autem ei Imperator: Scis quis sim ego? Et ille dixit ei: Deus te scit, quis sis. Tunc dixit ei: Ego sum Theodosius Imperator. Ille autem statim adoravit, salutans eum humiliter. Et dixit Imperator: Beati estis vos monachi, qui securam vitam habetis, & non cogitatis de hoc sæculo. Veritatem dico vobis: quia licet in Imperio natus sim, numquam tamen delectatus sum, sicut hodie pane, & aqua: satis enim, & libenter comedi. Et cœpit ex tunc honorare eum Imperator. Senex autem egrediens fugit, & iterum venit in Ægyptum.* Hactenus ibi: atque de Theodosio satis.

XIX. Attici Episcopi Constantinop. obitus.

Hoc eodem anno Atticus Constantinopolitanus Episcopus, cum ageret in Episcopatu annos viginti unum, sexto Idus Octobris ex hac vita migravit: hæc Socrates (e). Sed error irrepsit in assertum ab eo numerum annorum sedis Attici, nam non annos viginti unum,

(e) Socr. l. 7. c. 25.



PAGIUS hæreticos, proscriptionis pœna mulctat, in Africa sc. positos. Et denique *VIII. Id. Aug. Aquileiæ* dedit leg. 64. *de hæreticis*, qua *Manichæos*, hæreticos & schismaticos universis Urbibus exterminat, Urbibus sc. Italiæ, ut recte Gothofredus notat, quia ea inscripta *Basso Comiti rerum privatarum* sub Valentiniano. Propagatum itaque exemplum ab Urbe Roma ad alias Urbes, & quidem pauciissimis post diebus.

XI. *Hunni Imperium Romanum devastant.* Socrates lib. 7. cap. 43. refert quot & quanta mala passi sint Barbari, qui Joanni tyranno suppetias tulerant; quod tamen paulo aliter narrat Theodoretus lib. 5. cap. 37. licet uterque de eodem *Roila* seu *Rova* Hunnorum Rege loquatur: *Cum Roila Scytharum hac illac vagantium Regulus Istrum cum innumerabili exercitu transgressus, Thraciam vastaret ac depopularetur, ipsamque Urbem Regiam obsessurum se, & primo impetu capturum, funditus eversurum minaretur, fulminibus & igneis turbinibus cœlitus immissis Deus illum exussit, & universas ejus copias delevit*, inquit Theodoretus, qui *Roilæ* nomine intelligit *Roam*, seu *Rovam*, qui ante Attilam Hunnicis gentibus imperavit, ut docet Priscus initio Excerpt. ubi ait, *Rova Mortuo Hunnorum regnum ad Attilam* perveniisse. Quare erravit Jornandes lib. de Reb. Get. ubi scribit, Rovam, quem *Roam* appellat, fuisse germanum patris Attilæ, qui tamen recte habet utrisque *Attilam* successisse, & patrem ejus non omnibus Hunnis præfuisse, sed Attilam, *Bleda* fratre fraudibus perempto, cunctos sibi subjugasse.

A num. XIX. ad XXIII. Socrates lib. 7. cap. 25. de Sancti Attici Episcopi Constantinopolitani morte loquens ait: *Anno Episcopatus sui pri-*

XII.

sed tantum decem, & novem menses septem, minus diebus tribus sedisse, revera reperitur: nam idem ipse atque Sozomenus testantur, federe cœpisse anno Christi quadringentesimo sexto, tertio Idus Martii, & hoc anno, sexto Idus Octobris mortuus est. ☞ Vacavit Episcopatus usque ad pridie Kalen. Martii, quibus ordinatus est Sisinnius (*a*). Laudatur a Socrate Atticus, quod nomen Joannis Chrysostomi in Ecclesia recitari voluerit: sed id factum est (ut suo loco diximus) præcipiente, immo cogente Innocentio Romano Pontifice. Laudatur & a Cyrillo Alexandrino in epistolis ab eo scriptis contra Nestorium: quod insignis esset Orthodoxiæ; quo nomine etiam a Cælestino Romano Pontifice prædicatur in suis epistolis, ut in ea quam ad Nestorium scripsit, ubi ejusmodi eum extollit elogio: *Rexit* (inquit) *sanctæ memoriæ Atticus Christianum populum prædecessoris* (nempe Joannis Chrysostomi) *exemplo, & sacrilegos persecutus est errores hæreticorum*. Hæc ipse. Inter alias vero res ab Attico laudabiliter gestas, recitat Socrates (*b*) Sabbatianis schismaticis vetuisse, ne ipsorum auctorem Sabbatium defunctum colerent ut sanctum, sublato ejus opera clanculo Sabbatii corpore e sepultura.

(*a*) *Ib. c. 26.*

(*b*) *Socr. eod. lib. 7. cap. 15.*

XX. Sed & in eo Atticus majore laude dignus habitus est, quod Pelagianorum legationem confutavit atque rejecit: quod egregium facinus S. Prosper (*c*) his prædicat versibus:

(*c*) *Prosp. carm. de Ingratis.*

Pelagiani ab Attico propulsati.

*Quid loquar & curam, magna quam gessit in urbe*
*Constantinopoli, docto bonus ore sacerdos,*
*Atticus, antiqua legatos hæreticorum,*
*Confutando fide? De qua tunc impia corda*
*Quamvis se obducto tegerent velamine formæ*
*Judicii, & tacitæ tulerint tormenta repulsæ.*

Sed & S. Augustinus (*d*) dum agens contra Julianum, affirmat Pelagianam hæresim fuisse damnatam Constantinopoli, Attici Episcopi præconia celebravit: testatur hoc ipsum etiam Cælestinus Papa in epistola ad Nestorium (*e*). Quoto autem anno Attici sedis hæc facta sint, cum haud satis exploratum haberi possit; hic ad finem ejus vitæ quasi ornamentum sepulcrale apposuisse, sat est.

(*d*) *Aug. cont. Jul. l. 3. c. 1.*

(*e*) *Cælest. epist. 5.*

Prædicatur a Socrate itidem Attici erga pauperes munificentia: idemque recitat ejusdem epistolam perbrevem ad Calliopium Ecclesiæ Nicænæ presbyterum, cum ei dedit aureos erogandos in pauperes: qua præcepit, illorum pauperum habendam esse potissimum rationem, qui mendicare erubescunt; addens, nec ab accipiendo egentes esse excludendos hæreticos, cum videlicet opus habent naturæ necessarii: sic enim se habet: XXI.

*Calliopio Atticus in Domino salutem.*

Epistola Attici ad Calliopium.

*Certior quidem factus sum, infinitos in vestra urbe fame opprimi, piorumque egere eleemosyna. Cum infinitos dico, intelligo multitudinem, cujus certum numerum ostendere nequeo. Quoniam igitur numerum pecuniæ ipse ab eo accepi, qui divitias large & quasi plena manu iis, qui eas probe administrant, suppeditat: usuque venit, ut nonnulli egestate premantur, quo alii qui opes habent, easque istis minime largiuntur, penitus explorati sint: tu frater carissime, istos trecentos aureos a me accipe, eosque in pauperes, uti volueris, impende. Velis autem in eos conferre, non qui ventris causa quasi mercaturam per totum vitæ tempus mendicando exercent, sed qui mendicare erubescunt. Neque in hac officii parte ullam sectæ, vel religionis cujusquam rationem ducas; neque porro respectum ad eos qui a nobis in fide sententia dissentiunt, habeas: sed in illud unum incumbas, ut qui fame cruciantur, eos alimentis subleves.* Hactenus Attici epistola. ☞ Quod autem in erogandis eleemosynis nul- XXII.



nullam vult haberi rationem cujusvis sectæ hæreticorum, sed omnibus tribui indigentibus: accipe quæ de his accuratius S. Gregorius scribat in epistola ad Joannem Episcopum Ravennatem (*a*): *De hoc quod dicitis incensæ Civitati Severi schismatici eleemosinam esse mittendam: idcirco vestra fraternitas sentit, quia quæ contra nos in Palatium præmia mittat, ignorat. Quæ etsi non transmitteret, nobis considerandum fuit, quia misericordia prius Fidelibus & poste a Ecclesiæ hostibus est facienda. Juxta quippe est Civitas Phanum, in qua multi captivi sunt; ad quam ego jam transacto anno transmittere volui, sed inter hostes medios non præsumpsi.* Hæc Gregorius de his quæ ad Attici spectant epistolam ☞. Porro eidem Attico tantum tribuit Socrates, ut diem obitus sui prævidisse ac prædixisse affirmet. Atque de Attico hactenus. Contigit autem post ejus mortem sedem Constantinopolitanam vacasse usque ad annum sequentem. Agemus suo tempore de eo qui in locum ipsius substitutus est Sisinnius pridie Kal. Martii

(*a*) *Gregor. l. 2. ep. 32.*

XXIII. Hoc eodem anno Theodosius Imperator adjecit animum, ut gymnasium litterarum Constantinopoli in meliorem formam restitueret: vetuitque in primis, neminem publice docere, aliove in loco scholas litterarias aperire, quam qui probati essent, & ad hoc ipsum munus delecti; eosdemque in Capitolii auditoriis profiteri debere. Locus iste instar veteris Romæ a Constantino Constantinopoli erectus fuit, & Capitolii nomine (ut suo loco dictum est) insignitus, rei litterariæ exercendæ adscriptus. Porro professorum numerum edita sanctione ita voluit definitum (*b*). *Habeat* (inquit) *auditorium specialiter nostrum, in his primum quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, Oratores quidem tres numero, decem vero Grammaticos. In his etiam qui facundia Græcitatis pollere noscuntur, quinque numero sint Sophistæ, & Grammatici æque decem. Et quoniam non his artibus tantum adolescentiam generosam optamus institui, profundioris quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociamus auctores. Unum igitur adjungi cæteris volumus; qui Philosophiæ arcana rimetur, duos quoque quæ Juris ac legum formulas pandant. Ita ut unicuique loca specialiter deputata assignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi invicem possint obstrepere, &c.* Hæc quidem hoc anno, tertio Kalendas Martii: Idibus vero ejusdem mensis alia rursum edita sanctione (*c*), eos qui diutius in eadem functione meruissent, Comitivæ ordinis primi dignitate idem Imperator honestare voluit, hos, scilicet, Græcorum Grammaticorum Helladium & Syrianum, Latinorum Theophilum, Sophistarum Martinum & Maximum, Jurisperitorum Leontium: eodem quoque honore cæteros exornandos fore, cum vigintiduorum annorum cursum docendo compleissent: hæc quidem hoc anno laudabiliter Theodosius editis sanctionibus statuit.

(*b*) *l. 3. de stud. liber. Cod. Theo.* Quid Theodosius de professoribus litterarum.

(*c*) *l. 1. de profess. C. Theod.*



PAGIUS *Moritur S. Atticus Episc. Constantinopolitanus.*

*primo & vicesimo, die sexto Idus Octobris, abiit e vita, Consulatu Theodosii XI. & Valentiniani Cæsaris primo.* Sed error irrepsit in numerum illum; cum enim Atticus mense Februario aut Martio anni CCCCVI. ordinatus fuerit, ut anno CCCCV. demonstratum est, vicesimum Sedis annum non absolvit, ut recte vidit Baronius, qui tamen perperam ejus ordinationem deduxit a die XIII. mensis Martii anni CCCCVI. ut ibidem ostendi. Quare tam in Tabulis Theophanis, quam in Chronico Nicephori anni viginti accurate ei assignantur. *Atticus* zelo immoderato adversatus est sancto Chrysostomo, & post *Arsacium*, in ejus etiam tum superstitis, Sedem successit. Verum crimen pœnitentia deinde & recte factis expiavit. Ejus in repurgandis hæresibus vigilantiam, & in orthodoxa fide propugnanda sinceritatem prædicant Patres Ephesini; in egenos vero liberalitatem describit Baronius ex Socrate. Denique de ejus contra Messalianos hæreticos zelo hæc habet Photius in Biblioth. cod. LII. *Scripsit & Atticus Constantinopolitanus Episcopis in Pamphylia existentibus, ut undique Messalianos veluti sacros ac detestandos exturbarent. Quin & idem ad Amphilochium Sidæ Præsidentem similiter scripsit.* Colitur die VIII. Januarii in Menæis Atticus, ejusque Vita ex variis Auctoribus a Bollando ad eum diem collecta. Ei successit *Sisinnius* ut anno sequenti videbimus. Is statim celebravit Synodum adversus Messalianos hæreticos, de qua ibidem.

Atticus, ut refert Baronius ex Prospero Carm. *de Ingratis*, Pelagianos, qui Legatos ad eum mi- XIII.

PAGIUS *Julianus in Oriente damnatus.*

serant, ex Urbe Constantinopoleos expulit, quod contigisse videtur circa annum CCCCXXI. aut insequentem. Ejectus fuit & *Julianus* Pelagianus ex Cilicia circa hæc tempora. Marius enim Mercator in Præfatione ad Symbolum Theodori Mopsuesteni scribit: *Agnoscat supradictus Julianus, si legere non fastidierit, manente apud memoratum Theodorum illa, qua eum diximus mala fide secum Nestorium decepisse, etiam sibi magis suoque Dogmati, de quo male turgidus & male sanus libros confecit, esse contrarium, seque etiam post de Cilicia abscessum, ab eo in Episcoporum Provincia sua Conventu, anathemate esse damnatum.* Quibus ex verbis liquet, non solum habitam esse in Cilicia Synodum, in qua *Julianus* cum sua hæresi damnatus est; sed etiam ipsum Theodorum Mopsuestenum in ejus damnatione, saltem verbo tenus consensisse. Quæ Synodus circa hæc tempora celebrata,

XIV. Idacius in Chronico anno Abrahami 2441. qui Kalend. Octobris superioris anni inchoatur, ait: *Vandali Baleavicas insulas depradantur. Deinde Carthagine Spartaria, & Hispali eversa, & Hispaniis depredatis, Mauritaniam invadunt.* Vandali Romanis adversabantur, ideoque Carthaginem quæ in ditione Romanorum erat, solo æquarunt. Mariana lib. 5. cap. 3. scribit Carthaginem Spartariam consequenti tempore propter portus nobilitatem habitari cœpisse, & ejus ætate vix in ea sexcentas familias numeratas esse. *Baleares* etiam insulæ (Majoricam & Minoricam hodie appellant) Romanorum auctoritatem sequebantur. Quare Gothi in Gallia, Vandali in Hispania adversus Romanos in armis erant, licet ipsi inter se minime convenirent. Moritur *Praylius* Episc. Hierosolymorum ut anno CCCCXXIX. ostendemus. *Vandali Romanos in Hispaniis adoriuntur.*

I. NOvo Consulatu eorumdem Imperatorum, Theodosii duodecimo, & Valentiniani secundo, novus incipit annus, quo novus Episcopus Constantinopolitanam sedem Sisinnius suscepit administrandam: de cujus electione ita Socrates (*a*): *Post mortem Attici de Episcopo eligendo vehementer certatum est, dum alii alium in eo honoris gradu collocare laborarent. Nam Philippum presbyterum nonnulli, alii Proculum, qui etiam presbyter fuit, cupiebant: sed populus universus communi consensu. Sisinnium designari desiderabat: qui quidem presbyter quoque fuit, non tamen in ulla ecclesia intra urbem Constantinopolim ordinatus, sed in Elæa, suburbio ejusdem civitatis, quod e regione illius situm est (in quo quidem loco dies festus Ascensionis Salvatoris ab universo populo Constantinopolitano celebrari solet) sacerdotii dignitatem sortitus. Omnes laici desiderio illius ad Episcopatus honorem efferendi tenebantur: tum quod ob singularem pietatem percelebris fuit: tum potissimum quod pauperes, supra quam ejus facultates ferebant, fovere, sustentareque laboravit. Itaque laicorum studium tulit superiores; Sisinniusque ordinatus est pridie Kalendas Martias, Theodosio XII. & Valentiniano Minore Augusto secundum Conss.* Hæc Socrates. Commendat pariter Sisinnium Marcellinus, eumque virum sanctæ simplicitatis & simplicis prædicat sanctitatis, quem hoc ipso anno creatum dicit. Sed quod præ cæteris æstimandum est, eumdem Sisinnium summis laudibus ornat Cælestinus Romanus Pontifex in epistola ad Nestorium, de qua suo loco dicendum.

(a) Socrat. lib. 7. c. 26.

Sisinnius Episcopus Constantinop. eligitur.

De Philippo autem competitore, qui repulsus est; ab eo Historiam Christianam esse scriptam, tradit verbis istis Socrates (*b*): *Postea Philippus presbyter, quoniam Sisinnium sibi prælatum videbat, illius ordinationem graviter perstrinxit in opere ab ipso edito, quod Historiam Christianam inscripsit: qui dum & Sisinnio, qui Episcopus ordinatus erat, & Episcopis qui eum ordinaverant, & laicis vel maxime obtrectare studet, ea dicit, quæ mihi (quoniam illum, qui tam inconsiderate ejusmodi verba litteris prodere ausus est, admodum improbo) scriptis mandare, non est animus. De illo ipso tamen non erit, mea quidem sententia alienum pauca hoc loco disserere. Philippus Sydæ ortus fuit: hæc quidem est civitas Pam-*

II.

(b) Socr. l. 7. c. 26. 27.

De Philippo & ejus historia.

---

A num. I. ad IV. Socrates lib. 7. cap. 26. asserit, post Attici Episcopi CP. obitum alios postulasse *Philippum* Sidensem, alios *Sisinnium*: sed cum universus populus Sisinnium optaret, *ordinatus est*, inquit, *Sisinnius pridie Kalendas Martii Consulatu proxime sequente, qui fuit Theodosii XII. & Valentiniani Junioris Aug. II.* Hoc autem anno dies ultimus Februarii in Dominicam incidit, qua ordinationes Episcoporum fieri solitæ erant. Iste *Philippus* patria Sidensis, (est autem Side Urbs Pamphiliæ) conscripserat *Historiam Christianam*, ut eam appellaverat, de qua pluribus ibidem Socrates cap. sequenti, quæ extabat adhuc tempore Photii, qui in Biblioth. Cod. XXXV. testatur, se eam legisse, ac fuisse prolixissimam, *atque ostentationis plus habet*, inquit, *quam utilitatis*.

II. *Sisinnius fit Episcopus Constantinopolitanus.*

Ad

---

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CCCC-LXIV. A.C.426. — ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5919.

⊙ 15. C. ☽ 9. P. 11. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 426.

CÆLESTINI PAPÆ 5.

THEODOSII JUN. 25. & 19.

VALENTINIANI III. IMP. 2.

I. *Vicennalia Theodosii.* (1) COSS. *Theodosius* Aug. XII. & *Valentinianus* Aug. II. ille propter Vicennalia Imperii post patris mortem suscepti, hic vero propter Imperium Augusteum anno superiori initum.

NOTÆ [1] *Coss. Theodosius Aug.* XII. *& Valentinianus Aug.* II. Fragmentum inter inscriptiones basilicæ S. Pauli num. 344. sed sine numerali consulatuum nota, Margarinus tamen ad hos consules refert. Est autem.

THEODOS. ET. VAL. CONS.

Prosperi chronicon MS. *Theodosio* XII. *& Valentiniano secundo*. Paschalis laterculus in codice Gennadii: *Theod. XII. & Valentiniano*; sine nota geminati consulatus in *Valentiniano*, per oscitantiam librarii. Fasti Idatii, Prosper vulgatus, & Marcellinus: *Theodosio* XII. & *Valentiniano II.* Augg. Sirmondus in notis ad Sidonium pag. 1194. scribit *consulatum Joannis Augusti* de quo in Epitaphio *Darivæ & Basilii*, hoc anno consignari: quod *Honorio* A. D. 425. Ravennæ vita functo, *Johannes* imperium arripuerit, & anno insequenti consulatum: *Ex eodem fonte*, inquit, *paria consulum interpolari nonnunquam, & uni consuli collegam hic unum, alibi alium copulari videas.*



*Pamphiliæ, in qua etiam Theophilus sophista natus dicitur, cui Philippus se cognatum esse gloriatus est. Hic Philippus cum esset diaconus, Joannis Episcopi consuetudine, qua multum usus est, impulsus, in studiis litterarum permultum operis & laboris collocavit, multosque & varios cujusque generis libros in unum collegit, atque Asiaticum dicendi genus studiose imitatus, multa conscripsit. Et quo Juliani Imperatoris libros refelleret, opus etiam, quod Historiam Christianam inscribebat, composuit, inque triginta sex libros distribuit: singuli libri tomos complures continent, adeo ut omnes simul prope mille numero sint: argumentum etiam cujusque tomi ipsum tomum fere exæquat.*

III. Philippi Sydetæ historia qualis.

*Hoc opus non Historiam Ecclesiasticam, sed Christianam inscripsit: multasque & varias in eo congessit materias, eo quidem consilio, ut se doctrina philosophorum non expertem fuisse declararet, quapropter præceptiones grammaticas, astronomicas, arithmeticas, & musicas crebro citat: quinetiam insulas, montes, & alias res non magni momenti describit: unde opus inflatum & plenum inanis ostentationis factum est. Quare si quid ego judico, neque indoctis, neque doctis prodesse poterit. Quippe indocti insolentem illam & nimio artificio elaboratam dicendi rationem, quæ in eo est, animadvertere nequeunt: docti autem crebram eorumdem verborum repetitionem, quæ in illo usurpatur, condemnabunt. Cæterum quisque de libris illis pro arbitratu suo judicium faciat: ordinem vero temporum, quibus res gerebantur, ab eo confusum esse, audeo quidem affirmare: nam temporibus Theodosii commemoratis, ad tempora Athanasii Episcopi recurrit: quod quidem ab illo sæpissime factum est. Sed de Philippo satis.* Hucusque Socrates: in cujus sententiam de ejus historia eruditos omnes abiisse, inde certum deducimus argumentum, quod Photius in Bibliotheca sic de ea: *Historia Christiana Philippi Sydetæ, potius disceptatio, quam historia est. Vixit tempore Procli & Sisinnii Episcoporum Constantinopolitanorum. Incipit ab illo. In principio creavit Deus, &c.* Longe diversus ab hoc fuit Philippus ille Amphipolites historicus, qui scripsit Rhodiacos libros obscœnos, cujus meminit Suidas.

Accidit autem inter hæc, ut cum vacaret sedes Cyzicena, Sisinnius Episcopus Constantinopolitanus eidem præfecerit Proclum presbyterum Constantinopolitanum, Cyziceni vero Dalmatium monachum, qui & eam tenuit: cur autem non potius Proclus eam obtinuerit, hanc Socrates (*a*) rationem affert: *Hoc* (inquit) *a Cyzicenis factum est, neglecta illa lege, quæ jubet, ne quis Episcopus designetur absque sententia & auctoritate Episcopi Constantinopolis. Legem autem propterea neglexerunt, quod Attico soli (ut illi putabant) nominatim auctoritatem illam concederet. Proinde Proclus cum suæ ipsius Ecclesiæ administrationem non obiret, in ecclesiis Constantinopolis mansit, in quibus docendo permagnam laudem adeptus est.* Hæc Socrates. Vides igitur, neque in ipso Hellesponto jus aliquod ex aliqua Synodo œcumenica vendicasse sibi Episcopos Constantinopolitanos, sed Attico id tantum fuisse concessum, nescio cujus legis auctoritate.

IV. Proclus frustra ordinatus Episcopus Cyzicenus.

(a) Socr. l. 7. c. 28.

V.

Iisdem Consulibus Theodosius Imp. Dei auxilium adversus barbaros atque rebellantes tyrannos expertus, sicut anno superiori, ita & præsenti inessabili studio se erga Deum pro gratiarum actione pium exhibens, rursum nova edita sanctione, si quod vestigium esset idololatriæ, penitus abolendum curavit, cum ita statuit (*b*): *Omnibus scelaratæ mentis Paganæ execrandis hostiarum immolationibus, damnandisque sacrificiis, cæterisque antiquarum sanctionum auctoritate prohibitis, interdicimus; cunctaque eorum fana templa, delubra, si qua etiam nunc restant in-*

(b) l. ult. de Pagan. Cod. Theo. Lex Theodosii adversus idololatras.

---

PAGIUS III. *Episcopus Cyzicenus ab Episcopo Constantinopolitano ordinatus.*

Ad num. IV. Socrates lib. 7. cap. 28. tradit, mortuo Cyzicenorum Episcopo *Sisinnium* Cyzici Antistitem *Proclum* ordinasse. Hic tamen primus non fuit ex Episcopis Cyzicenis, qui ab Episcopo Constantinopolitano Episcopus ordinatus fuerit. Scribit enim Philostorgius lib. 5. num. 3. *post Eustathii, Eusebii & Eleusii depositionem, Maris atque Eudoxii, annuente Constantio,* (Constantini magni filio) *Eunomium Cyzici Episcopum ordinarunt.* Erat Maris Episcopus Chalcedonensis, Eudoxius Episcopus Constantinopolitanus. Quare diu ante *Atticum* Constantinopolitani Episcopi Cyzicenis Præsules dederant. Postea Synodus Trullana statuit, ut provincia Hellesponti, in qua *Cyzicum* posita, pleno jure subiiceretur *Joanni* Archiepiscopo novæ Justinianopoleos, seu Constantiæ insulæ Cypri Metropoleos, ita ut ipsius quoque Cyziceni Episcopi Provinciæ Hellespontiacæ ordinationem celebraret Socrates lib. 4. cap. 7. lumen affundit loco Philostorgii, cum ait, *Constantium* Edicto proposito jussisse *Eleusium* Ecclesia Cyzicena exturbari, & *Eunomium* in Sede collocari, & *Eudoxium* Episcopum Constantinopolitanum hunc Cyzicenæ urbis Episcopum constituisse. Quare existimandum, simile indultum *Atticum* a Theodosio Jun. accepisse, vereque dixisse Cyzicenos, qui quemdam Monachum Episcopum sibi constituerant, *solius Attici personæ* hanc prærogativam concessam esse, ut habet Socrates lib. 7. cap. 28.

Ad num. V. die *XIX. Kal. Decemb.* Theodosius emisit legem 25. Cod. Theod. *De Paganis*, inscriptam Isidoro Præfecto Prætorio, scilicet Illyrici, qua sacrificia sub pœna mortis interdicuntur, & templa quæ supererant, destrui jubentur; præcipitque cuncta eorum fana *destrui, conlocationeque venerandæ Christianæ religionis signi expiari.* Ubi vox *destruendi* accipi commode po-

IV. *Sacrificia Paganis interdicta.*

*integra, præcepto magistratuum destrui, collocationeque venerandæ Christianæ religionis signi expiari præcipimus. Scientibus universis, si quem huic legi apud competentem Judicem idoneis probationibus illusisse constiterit, etiam morte esse mulctandum. Dat. XVIII. Kalend. Decemb. C.P. Theodosio XII. & Valentin. II.* * *Conss.* Penes Phœnices namque etiam tempore patris ejus Arcadii Imperatoris invaluisse idololatras, jam superius ex litteris sancti Joannis Chrysostomi demonstratum est. Jam vero ad res Occidentalis Ecclesiæ transeamus.

* IV.

VI. S. Augustinus Coadjutorem sibi Eradium deligit.

Hujus quoque anni Consulibus consignata habentur Acta Ecclesiastica a Notariis Ecclesiæ publice excepta de re gesta per sanctum Augustinum Hipponensem Episcopum, cum allegit sibi coadjutorem in Episcopali functione Eradium presbyterum, quem optavit etiam sibi postquam contingeret ex hac vita migrare, in eamdem sedem Episcopalem successorem: cujus quidem rei recens præcessisset exemplum de Severo Episcopo Milevitano, qui sibi vivens successorem delegit Episcopum, prout eadem ipsa Acta declarant, quæ hic ad verbum ob multarum rerum cognitionem inferenda putavimus: sic enim se habent (*a*):

(*a*) *Aug. epist.* 110.

VII.

*Glorioſiſſimo Theodoſio duodecies & Valentiniano Auguſto iterum Conſule, ſexto Kalendas Octobris, cum Auguſtinus Epiſcopus una cum Religiano & Martiniano* * *coepiſcopis ſuis conſedisſet in eccleſia Pacis Hipponenſium Regionum* *, *præſentibus Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Ruſtico, Lazaro, & Evadio presbyteris, aſtante clero & frequenti populo, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Quod heſterno die promiſi charitati veſtræ, propter quod vos volui frequentius convenire, & video frequentius convenisse, mora omni poſtpoſita, hoc agendum eſt. Si enim aliud velim loqui, in illud ſuſpenſi, minus auditis.*

* *Martiano.*

* *Regiorum.*

Acta de Eradii in coadjutorem electione.

VIII.

*Omnes in hac vita mortales ſumus, & dies hujus vitæ ultimus omni homini eſt ſemper incertus: verumtamen in infantia ſperatur pueritia, & in pueritia ſperatur adoleſcentia, & in adoleſcentia ſperatur juventus, & in juventute ſperatur gravitas, & in gravitate ſperatur ſenectus: utrum contingat incertum eſt; eſt tamen quod ſperetur: ſenectus autem aliam ætatem, quam ſperet, non habet: incertum eſt enim ipſa ſenectus quamdiu ſit homini: illud tamen certum eſt, nullam remanere ætatem, quæ poſſit ſuccedere ſenectuti. Quia voluit Deus, ad iſtam civitatem cum vigore ætatis adveni, & tamen juvenis fui, & ſenui. Scio poſt obitus Epiſcoporum per ambitioſos atque contentioſos ſolere Eccleſias perturbari; & quod ſæpe expertus ſum & dolui, debeo quantum ad me attinet, ne contingat, huic proſpicere civitati. Sicut novit charitas veſtra, in Milevitana Eccleſia modo fui: petierant enim me fratres, & maxime ſervi Dei qui ibi ſunt, ut venirem; quia poſt obitum beatæ memoriæ fratris & coepiſcopi mei Severi nonnulla ibi perturbatio populi timebatur. Veni: & quomodo voluit Dominus, adjuvit nos pro ſua miſericordia, ut cum pace Epiſcopum acciperent, quem vivus deſignaverat Epiſcopus eorum. Hoc enim eis cum innotuiſſet, voluntatem præcedentis & decedentis Epiſcopi ſui libenter amplexi ſunt. Minus tamen aliquid factum erat, unde nonnulli contriſtabantur: quia frater Severus credidit poſſe ſufficere, ut ſucceſſorem ſuum apud clericos deſignaret: ad populum inde non eſt locutus, & erat inde aliquorum nonnulla triſtitia. Quid plura? triſtitia fugata eſt, gaudium ſuceſſit; ordinatus eſt Epiſcopus, quem præcedens Epiſcopus deſignaverat.*

IX. Fauſtæ acclamationes populi.

*Ergo ne aliquis de me queratur, voluntatem meam, quam credo Dei eſſe, in omnium veſtrum notitiam profero. Presbyterum Eradium mihi ſucceſſorem volo. A populo acclamatum eſt: Deo gratias: Chriſto laudes: dictum eſt vicies ter. Exaudi Chriſte, Auguſtino vita: dictum eſt ſexies decies. Te patrem, te Epiſcopum: dictum eſt octies. Cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Non opus eſt, me de laudibus ejus aliquid dicere: faveo ſapientiæ, & parco verecundiæ: ſufficit quia noſtis eum: & hoc me velle dico, quod vos velle ſcio: hoc ut mecum oretis, exhortor, admoneo, rogo, ut omnium in pace Chriſti collatis & conflatis mentibus, confirmet Deus quod operatus eſt in nobis. Qui miſit mihi eum, ſervet eum, ſervet incolumem, ſervet ſine crimine: ut qui facit gaudium viventis, locum ſuppleat morientis. A Notariis Eccleſiæ (ſicut cernitis) excipiuntur quæ dicimus, excipiuntur quæ dicitis, & meus ſermo & veſtræ acclamationes in terram non cadunt. Apertius, ut dicam, Eccleſiaſtica nunc Geſta conficimus; ſic enim hoc eſſe (quantum ad homines attinet) confirmatum volo. A populo acclamatum eſt trigeſies ſexies: Deo gratias, Chriſto laudes. Exaudi Chriſte, Auguſtino vita: dictum eſt terdecies. Te patrem, te Epiſcopum; dictum eſt octies. Dignus eſt, & juſtus eſt: dictum eſt vicies. Bene meritus, bene dignus: dictum eſt quinquies.*

Quid Valerius contra Nicænos canones.

X. *Cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Ego (ut dicebam) voluntatem meam & voluntatem veſtram, Geſtis Eccleſiaſticis (quantum ad homines attinet) confirmatam volo. Quantum vero ad latentem Dei voluntatem: omnes (ut dixi) oremus, ut confirmet Deus quod operatus eſt in nobis. A populo acclamatum eſt: Judicio tuo gratias agimus: dictum eſt ſexdecies. Fiat, fiat: dictum eſt duodecies. Te patrem Eradium Epiſcopum; dictum eſt ſexies. Cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Scio quod ſcitis & vos: ſed nolo de illo fieri, quod de me factum eſt: quid autem factum ſit, multi ſcitis; illi ſoli neſciunt, qui tunc aut nondum nati erant, aut nondum habebant ætatem ſciendi. Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ patre & Epiſcopo ſene Valerio, Epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo: quod Concilio Nicæno prohibitum fuiſſe neſciebam, nec ipſe ſciebat. Quod ergo reprehenſum eſt in me, nolo reprehendi in filio meo. A populo acclamatum eſt: Deo gratias; Chriſto laudes; dictum eſt tredecies. Cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Erit presbyter (ut eſt) quando Deus voluerit, futurus Epiſcopus. Sed plane modo facturus ſum, adjuvante miſericordia Chriſti, quod adhuc uſque non feci.*

XI. *Noſtis ante aliquot annos quid facere voluerim, & non permiſiſtis. Placuit mihi & vobis propter curam Scripturarum, quam mihi fratres, & patres mei coepiſcopi duobus Conciliis Numidiæ & Carthaginis imponere dignati ſunt, ut per quinque dies nemo mihi moleſtus eſſet. Geſta confecta ſunt. Placuit, acclamaſtis. Recitatur placitum veſtrum & acclamatio veſtra. Parvo tempore ſervatum eſt cinca me, & poſtea violenter irruptum eſt; & non permittor, ad quod volo vacare. Ante meridiem & poſt meridiem occupationibus hominum teneor. Obſecro vos & obſtringo per Chriſtum, ut huic juveni, huic presbytero Eradio quem hodie in nomine Chriſti deſigno ſucceſſorem mihi, patiamini me refundere onera occupationum mearum. A populo acclamatum eſt: Judicio tuo gratias agimus: dictum eſt vicies ſexies. Cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Ego charitati & benevolentiæ veſtræ apud Dominum Deum noſtrum gratias ago: immo de illa gratias ago. Ergo, fratres, quicquid eſt quod ad me perferebatur ad illum perferatur. Ubi neceſſarium habuerit conſilium, meum non negabo auxilium. Abſit ut me ſubtraham: tamen quicquid eſt, quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Ipſe me autem conſulat, ſi forte non invenerit quid facere debeat; aut poſcat adjutorem, quem novit patrem: ut & vobis nihil deſit, & ego tandem aliquando, ſi quantumcumque ſpatium mihi hujus vitæ donaverit Deus, ipſam meam quantulamcumque vitam non dem ſegnitiei, neque donem inertiæ, ſed in ſanctis Scripturis, quantum ipſe permittit & largitur, exerceam: hoc & ipſi proderit, & per ipſum etiam vobis. Nemo ergo invideat otio meo, quod magnum habet negotium.*

Cur Auguſtinus otium optet.

XII. *Video me de hac re, propter quam vos invitavi, omnia vobiſcum egiſſe, quæ debui. Hoc ultimum rogo, ut Geſtis iſtis dignemini ſubſcribere, qui poteſtis. Hic mihi reſponſione veſtra opus eſt: teneam reſponſionem veſtram: de hac aſſenſione aliquid acclamate. A populo acclamatum eſt: Fiat, fiat; dictum eſt vicies quinquies. Dignum eſt, juſtum eſt: dictum eſt vicies octies. Fiat, fiat; dictum eſt quater decies. Olim dignus, olim meritus: dictum eſt vicies quinquies. Judicio tuo gratias agimus; dictum eſt tredecies. Exaudi Chriſte, Eradium conſerva; dictum eſt octies decies. Cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Bene habet, ut ea quæ Dei ſunt, circa ſacrificium ejus agere valeamus: in qua hora ſupplicationis noſtræ, maxime commendo charitati veſtræ, ut omnes veſtras cauſas & negotia intermittatis, & pro iſta Eccleſia & pro me & pro presbytero Eradio Domino precem fundatis.* Hucuſque ejus diei & cauſæ Acta Eccleſiaſtica.

XIII. Erat autem Auguſtinus hoc tempore annum ætatis agens ſeptuageſimumſecundum

PAGIUS poteſt pro ſuperſtitione ſua ſpoliari, videlicet mox expiata delubra in Eccleſias converti jubet Theodoſius. Certe ſub Theodoſio Magno *Pagani* ipſi templa ſua dirui ægre ferentes, ea alios & publicos in uſus ſaltem mutari volebant, quod ferme eſt argumentum Orationis Libanii *pro Templis*. Denique Theodoretus Sermone de Martyribus 8. teſtatur, ſub Theodoſio Jun. templa idolorum vel diruta, vel ea ipſa eorumve materias in Eccleſias mutata, idque ut hic cavetur, expiatione præcedenti. Plura Gothofredus in hujus legis Comment.

V. *Eradius eligitur Coadjutor Hipponenſis a S. Auguſtino.*

A num. VI. ad XIV. dies XXVI. Septembris hoc anno cum die Dominica concurrit; quare cum eo die *Eradius* Coadjutor Divi *Auguſtini* ordinatus fuerit, ut ipſemet Auguſtinus in Epiſtola CCXIII. alias CX. quæ hujus anni Conſulibus notata eſt, teſtatur, manifeſtum eſt, in Africa Epiſcoporum ordinationes diebus Dominicis hoc tempore fieri ſolitas eſſe. Sic *Valerius* Hipponenſis Epiſcopus obtenta diſpenſatione ab Epiſcopo Carthaginenſi totius Africæ Primate, Sanctum *Auguſtinum* Coadjutorem ſibi aſſumſerat, & Hipponenſem Epiſcopum ordinari



curarat, qui una ſecum Eccleſiam regeret. Epiſcopatum ſuſcipere ſub vivente Epiſcopo contra morem Eccleſiæ *Auguſtinus* recuſabat; ſed cum jam nonnulla exempla præceſſiſſent, ejus excuſatio non admiſſa. Is tamen in ſe ipſo poſtea fieri non debuiſſe, ut vivo ſuo Epiſcopo ordinaretur, & dixit, & ſcripſit, propter Concilii Nicæni Canonem, quem jam ordinatus didicit. Qua de re legendus Poſſidius in ejus Vita cap. 8. Quare hoc & præcedentibus ſæculis Sancti Epiſcopi *Coadjutores* & Succeſſores ſibi deſignarunt, Clero & Plebe conſentiente, ut variis exemplis oſtendit Natalis Alexander in parte 2. quinti Sæculi cap. I. artic. 2.

A num.

Subrogandi successoris cur postea dempta facultas.

dum, Episcopatus vero trigesimumsecundum, prout ex ratione ejus ætatis & sedis superius habita facile deduci potest. Vixit vero post hæc annos quatuor. Porro licentia ista de subrogando sibi successore bene usi sunt complures sancti Episcopi, cum quos sanctissimos scirent, eos ad Episcopale munus deligerent. Excrescente vero hominum iniquitate, cum successionem Antistites refunderent in propinquos, quos carnalis affectio, non meritorum excellentia commendaret; proscripta est ab Ecclesia sacris canonibus & decretis summorum Pontificum ejusmodi successores subrogandi facultas.

XIV. Augustinus recognoscit omnia sua scripta.

Sed illud quærendum: Quodnam adeo magnum (ut ait) negotium istud fuit, propter quod adeo enixe postulavit otium? Quænam, rogo fuerunt post hæc S. Augustini in sacris litteris elucubrationes, quarum causa curæ Episcopali (quod hactenus numquam fecerat) nuncium remisit? Illud in primis insidebat ejus menti negotium, quod jam plurimis ante annis conceperat animo, nempe, ut omnia sua scripta recognosceret, & quod minus recte dictum videri posset, ingenue retractaret. Ad Marcellinum enim olim scribens, hæc ait (*a*): *Si mihi Deus, quod volo, præstiterit, ut omnium librorum meorum quæcumque mihi rectissime displicent, opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligam atque demonstrem: tunc videbunt omnes homines, quod non sim acceptator personæ meæ.* Hæc ipse. Porro quod diu ante fuerat meditatus, numquam hactenus implere valuit: sed cum nec impleturus aliquando foret, quamdiu negotiis detinerentur Episcopatus; ut rem adeo sibi visam necessariam explere posset, ejusmodi substituendi Eradium consilium iniit, nec quidem sine Dei nutu, quod jam impenderet ipsius ad Deum transitus: datum est enim ei a Deo spatium, quo saluberrimum mente conceptum opus conficeret. Hoc quidem anno & sequenti duos illos Retractationum libros a S. Augustino conscriptos esse, ex his quæ Possidius scribit, ut affirmemus, adducimur: etenim ait, illis absolutis; brevi excurso temporis spatio, contigisse Vvandalorum in Africam irruptionem, quam quidem factam esse anno sequenti dicemus.

(*a*) *Aug. epist.* 7.

Possidius igitur de his agens, hæc ait: XV.

(*b*) *Ante proximum vero diem obitus sui, a se dictatos & editos recensuit libros, sive eos quos primo tempore conversionis suæ adhuc laicus, sive quos presbyter, sive quos Episcopus dictaverat; & quæcumque in his recognovit aliter quam sese haberet Ecclesiastica regula a se fuisse dictata, vel scripta, cum adhuc Ecclesiasticum usum minus sciret, minusque intelligeret, a semetipso & reprehensa & correcta sunt. Unde etiam duo scripsit volumina, quorum est titulus, De recensione librorum. Præreptos etiam sibi quosdam libros ante diligentiorem emendationem a nonnullis fratribus conquerebatur, licet eos postmodum emendasset. Imperfecta etiam quædam librorum suorum, præventus morte, reliquit, &c.* Addit enim ab eodem tunc scriptum fuisse commentarium, cujus est titulus, *Speculum*.

(*b*) *Possid. Vit. Aug. c.* 28.

XVI.

Magna plane debet existimari felicitas, ut quæ quisque elucubravit, ante obitum recognoscat. Meminimus dictum superius, S. Hieronymum erubuisse senem quæ scripserat adolescens. Scimus S. Gregorium Nazianzenum doluisse hoc sibi non licere, ob urgentem jugiter morbum, & optasse id ipsum ab aliquo fideli amico præstari: sunt hæc ejus verba, cum in morbum invectus est: *Si tu cari eque libri mei obsiti sunt, lucubrationes meæ rudes adhuc & inchoatæ. Quibus quis tandem amicorum ultimam manum apponet? omnia etiamnum viventi mortua sunt.* Hæc ipse dolens. Magno ergo Dei beneficio id concessum est Augustino: qui de iisdem Retractationibus suis, scribens ad Quodvultdeum diaconum Ecclesiæ Carthaginensis, qui ab eo scribi petierat de Hæresibus commentarium, meminit: ubi & quibus aliis detineretur, hoc tempore occupatus scriptionibus, his verbis ostendit (*c*): *Sed ne quidem hoc potui*, nempe de Hæresibus librum scribere, *talibus curis supervenientibus impeditus, quibus omnino dissimulare non possem: nam & me ab eo quod habebam in manibus, averterunt. Hoc autem est, ubi respondeo libris Juliani, quos octo edidit post illos quatuor, quibus ante respondi. Hos enim cum Romæ accepisset frater Alypius, nondum omnes descripse-*

(*c*) *Aug. ep. ad Quodvultd. habetur to.* 6. *ante librum de hæres.* Libris Juliani interpellatur Augustinus ab instituto.

PAGIUS VI. *Augustinus scribit libros duos Retractationum.*

A num. XIV. ad XIX. Baronius hoc & sequenti anno duos *Retractationum libros* ab Augustino conscriptos esse existimat, quod Possidius cap. 28. postquam locutus est de illa librorum suorum recensione, subdat: *Verum brevi consequenti tempore divina voluntate & potestate provenit*, ut Vandali in Africam irruerint, quod Baronius anno sequenti contigisse putavit. Emin. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 24. eam opinionem alio argumento probat, quia, inquit, Augustinus anno CCCCXVIII. *XII. Kal. Octob.* Cæsareæ fuit in Mauritania, ut suo loco vidimus; octennio vero post scripsit libros Retractationum; nam cum corrigendum suscepisset Opus *de Doctrina Christiana* inscriptum, imperfectum illud agnovit: *Libros*, inquit lib. 2. Retract. cap. 4. *de Doctrina Christiana, cum imperfectos comperissem, perficere malui, quam eis sic relictis ad alia retractanda transire.* Tertium igitur librum perfecit: *Addidi etiam*, inquit, *novissimum librum, & quatuor libris Opus illud implevi.* At in libro isto quarto de Doctrina Christiana inter librorum Retractationem elucubrato, tradit, se ab octennio apud Cæsaream Mau-



*pserat, cum oblatam occasionem noluit præterire, per quam mihi quinque transmisit, promittens alios tres cito se esse missurum, & multum instans, ne respondere differrem. Cujus instantia coactus sum remissus semper agere quod agebam, ut operi utrique non deessem, uni diebus, alteri noctibus, quando mihi ab aliis occupationibus hinc atque inde venire non desistentibus parceretur.* Hæc ipse: quem perseveraße quidem in ejusmodi scriptione in Julianum usque ad mortem, testatur Prosper in Chronico, ubi agit de Augustini obitu. Quod vero spectat ad libros Retractationum, ista ipse mox subdit:

XVII. Quæ Augustin. suorum operum retractavit, quæve prætermisit.

*Agebam vero rem plurimum necessariam: nam retractabam opuscula mea, & si quid in eis me offenderet, vel alios offendere posset, partim reprehendendo, partim defendendo quod legi deberet & posset, operabar: & duo volumina jam absolveram, retractatis omnibus libris meis, quorum numerum nesciebam, eosque ducentos triginta duos esse cognovi. Restabant epistolæ, & tractatus populares, quos Græci homilias vocant: & plurimas epistolarum legeram, sed adhuc ni-*



PAGIUS Mauritaniæ dissuasisse populo pugnam, quæ lapidibus peragebatur: *Et ecce jam ferme octo, vel amplius anni sunt, propitio Christo, ex quo illic nihil tale tentatum est.* Quare inde colligit Cardinalis Norisius, hæc Augustinum hoc anno scripsisse, & *Retractationum* libros anno sequenti, quo Vandalorum irruptionem in Africam accidisse autumat, completos esse. Alii denique idem colligunt ex *Eradii* electione, quæ ad hoc fuit ab Augustino instituta, ut magnum illud opus exequi posset. Verum cum irruptio Vandalica contigerit tantum mense Majo anni quadringentesimi vicesimi noni, ut infra demonstrabo, manifestum est, duos illos *Retractationum libros* ante annum CCCCXXVIII. ad finem perductos non esse.

VII. *Libri de Civitate Dei ante libros Retractationum completi.*

„ Baronius num. XVIII. inquit; cum constet „ testificatione Possidii, duos illos *Retractationum* „ *libros* ab Augustino absolutos esse ante Van„ dalicam cladem, quam liquet esse cœptam „ anno sequenti: quomodo accidit, ut idem „ Sanctus Augustinus inter alia sua Opera „ retractasse ponat libros XXII. de Civitate Dei, „ cum eos vix post biennium absolvisse, ipsius „ Augustini testificatione liqueat? etenim in fi„ ne XVIII. libri cum dicat, interlapsos esse a „ Consulatu Manlii Theodori) quem contigisse „ vidimus anno Domini CCCXCIX.) *annos fer„ me triginta*; dicendum plane esset, post bien„ nium eos vix absolutos. Ne igitur Possidium „ mendacem esse velimus: dicendum est, ipsum „ Augustinum intellexisse de libris illius nobi„ lissimi commentarii, quos jam ad illum us„ que diem absolverat. Posuisse autem deinde, „ integrum numerum viginti duorum librorum „ quos postea non absque censura reliquerit. Ita Baronius, qui recte quidem observat, libros de Civitate Dei ab Augustino anno CCCCXXVIII. completos esse, sed in eo hallucinatur, quod eosdem post libros de Retractationibus; quos hoc anno editos censet, absolutos existimet. Card. Emin. Norisius citatus recte ostendit, universum volumen de Civitate Dei ante libros Retractationum terminatum fuisse; ex eo quod Augustinus lib. 2. Retract. cap. 41. scribat: *utrum vel quomodo Deus, qui spiritus est, etiam per corpus videatur; sed eam postea quæstionem sane difficillimam in novissimo, ideest, vicesimo & secundo libro de Civitate Dei, satis, quantum arbitror, explicavi.* Explicatur ea quæstio cap. 29. quod est totius Operis de Civitate Dei penultimum. Quare Augustinus totum illud Opus ante libros Retractationum perfecerat, ideoque ruit conjectura Baronii arbitrantis, Augustinum libros illos XXII. de Civitate Dei nominasse, non quod eosdem integros tum temporis edidisset, sed quod universo Operi eum librorum numerum destinasset.

XVIII.

Sed prius dubitationi illi occurrendum: Cum constet testificatione Possidii, duos illos



VIII. *Idque anno* CCCC-XXVIII.

Quoad alteram partem objectionis a Baronio factæ, quod nempe Augustinus in fine libri XVIII. de Civitate Dei dicat, a Consulatu Mallii Theodori (non vero Manlii, ut editiones S. Augustini corrupte habent) seu anno Christi CCCXCIX. usque ad annum, quo librum illum XVIII. scribebat effluxisse *annos ferme triginta*, ex quo deducit Baronius librum illum XVIII. ante annum CCCCXXVIII. ad finem perductum non esse, ei Cardinalis Norisii citati responsio non satisfacit. „ Ait enim libros XXII. „ *de Civitate Dei* anno superiori in lucem e„ missos, & triginta annos illos ab Augustino „ memoratos, non a Consulatu Manlii, seu „ anno CCCXCIX. sed a superioris anni COSS. „ Honorio Aug. IV. & Eutychiano, anno sc. „ Christi CCCXCVIII. numerandos esse: Ibi „ enim, inquit Cardinalis Norisius, Augusti„ nus confutat illud Gentilium Oraculum fabu„ losum post annos CCCLXV. a primo Petri „ miraculo cultum Christianum desiturum, ait„ que illum numerum Honorio & Eutychiano „ COSS. terminatum *Idibus Maii ex quo*, ad„ dit *Augustinus, usque ad hoc tempus per tri„ ginta ferme annos, quis non videat, quan„ tum creverit cultus nominis Christi?* Non di„ xit

illos Retractationum libros ab Augustino absolutos esse ante Uvandalicam cladem, quam liquet esse cœptam anno sequenti; quomodo accidit, ut idem S. Augustinus inter alia sua opera retractasse ponat (*a*) libros viginti duos de Civitate Dei, cum eos vix post biennium absolvisse, ipsius Augustini testificatione liqueat? Etenim in fine decimioctavi libri cum dicat, interlapsos esse a Consulatu Manlii Theodori (quem contigisse vidimus anno Domini undequadringentesimo) annos ferme triginta; dicendum plane esset, post biennium eos vix absolutos. Ne igitur Possidium mendacem esse velimus; dicendum est, ipsum Augustinum intellexisse de libris illis nobilissimi commentarii, quos jam ad illam usque diem absolverat; posuisse autem deinde integrum numerum viginti duorum librorum, quos postea non absque censura reliquerit.

(*a*) *Aug. Retract. lib. 2. c. 43.* Libri de Civitate Dei quando fuerint absoluti.

XIX. Prosper Aquitanus & Hilarius Arelatensis laborant pro Augustino.

Quænam autem importune adeo in his occupatum offenderint Augustinum, ut eum ab illis evocarint, jam dicamus. Prosper Aquitanus, & Hilarius Arelatensis, ambo sancti Augustini studiosissimi, hoc eodem tempore scripserunt ad ipsum e Galliis singuli singulas litteras, easdemque prolixiores, de quibusdam quæstionibus ab adversariis ipsius Augustini in medium adductis. Ad has ergo dubitationes solvendas, eidem divertere opus fuit. Quod enim ad tempus spectat ipse Augustinus hæc habet in primis (*b*): *De-*

(*b*) *Aug. ad Prosp. de prædest. sanct. c. 3.*

PAGIUS „ xit absolute triginta, sed *ferme triginta*, „ quo loquendi modo, aliquot annos ad illum „ numerum deficere significavit, nempe unum „ aut alterum. Ita vir eruditissimus, & de Doctrina Augustiniana optime meritus. Verum ex his quæ scribit Augustinus, non minus fere manifestum est, eum libros Retractationum currenti anno exorsum esse, & inter eosdem scribendos, libros de Civitate Dei terminasse, quam eodem medio tempore libris IV. de Doctrina Christiana finem imposuisse. Augustinum vero annos illos ferme triginta, non enumerare ab anno CCCXCVIII. ut interpretatur Eminen. Card. Norisius, sed a Consulatu Mallii, annoque insequenti, quo constat Gaudentium, & Jovium, juxta constitutionem Honorii Imp. eo anno datam, templa in Africa evertisse, ipsa, Augustini verba nos dubitare non sinunt: *Numeratis proinde Consulibus*, inquit Augustinus, *CCCLXV. anni reperiuntur impleti, per easdem Idus Majas, Consulatu Honorii & Eutychiani. Porro sequenti anno cum socium accepisset Honorius Consulem Manlium Theodorum, quando jam secundum illud oraculum Dæmonum, aut figmentum Dæmonum, nulla esse debuit religio Christiana, quid per alias terrarum partes forsitan factum sit, non fuit necesse perquirere. Interim quod scimus, in Civitate notissima & eminentissima Carthagine Africæ Gaudentius & Jovius Comites Imperatoris Honorii, XIV. Kalend. Aprilis falsorum Deorum templa everterunt & simulacra fregerunt. Ex quo* (ex XIV. nempe Kalend. April. anni CCCXCIX.) *usque ad hoc tempus per triginta ferme annis quis non videat quantum creverit cultus nominis Christi?* Libri itaque XXII. de Civitate Dei anno CCCCXXVIII. *triginta ferme annis* a Consulatu Mallii ad finem perducti, & postea libri duo *de Retractationibus* eo anno exeunte completi.

IX. *Liber de Hæresibus anno* CCCCXXX. *ab Augustino editus.*

Quoad librum de *Hæresibus*, cujus meminit Baronius num. XVI. elucubratus is ab Augustino anno CCCCXXX. ut liquet ex argumento deducto tam ex ejus Epistola CCXXIV. ad Quodvultdeum Diaconum, qui ab eo flagitarat, ut hæreseon omnium catalogum texeret, earumque errores ac ritus paucis complecteretur quam ex Indiculo Possidii. In ea ait Augustinus, se *duo Volumina* jam absolvisse, *retractatis omnibus Libris suis*. Quare cum duos Retractationum libros nonnisi exeunte anno CCCCXXVIII. absolverit, librum de *Hæresibus*, in quo elucubrando non parvum tempus insumptum, ante annum CCCCXXX. non conscripsit. Præterea Possidius in Indiculo, cap. 5. tradit, *de Hæresibus ad Quodvultdeum Diaconum imperfectum Opus*, scilicet morte interveniente, ut interpretatur Isidorus de Viris illustr. cap. 9. Adhæc in eadem ad Quodvultdeum Epistola asserit Augustinus, se opus illud suscepturum, post absolutam responsionem ad quintum librum Juliani ex illis octo, quos hic edidit post illos quatuor, quibus jam responderat: *Quando*, inquit, *ad explicavero, quintoque respondero, si tres non supervenerint* (nempe VI. VII. VIII. Juliani, quos nondum acceperat) *dispono, si Deus voluerit, ea quæ poscis* (nempe librum de Hæresibus) *incipere, simul agens utrumque, & hoc scilicet, & illud de Retractatione opusculorum nostrorum*; quia scilicet tertium Retractationum librum moliebatur, cui tamen numquam manum admovit, aliis libris scribendis occupatus. Anno itaque CCCCXXIX. elaboravit libros de *Prædestinatione Sanctorum & de Perseverantia*, ad postulationem Prosperi & Hilarii Monachi, ut mox ostendemus, ac priores libros quatuor in Julianum, cum nondum Alypius ad eum transmisisset tres libros ultimos ejusdem Juliani, & tandem anno CCCCXXX. quo ad Deum migravit die XXVIII. mensis Augusti, librum *de Hæresibus*, & libros V. & VI. adversus Julianum exaravit, utrique enim operi immortuus est, ut de libro de Hæresibus jam ostendimus, & de libro sexto adversus Julianum indicat Possidius cap. 4. ubi ait: *Item contra secundam Juliani responsionem, Opus imperfectum.* Liber igitur ille ultimus fuit Operum sancti Augustini; hinc Possidius de libris ejus loquens, hos tantum duos imperfectos esse dicit, quia scilicet morte præventus eosdem absolvere non potuit.

X. *Prosper & Hilarius adversus Semipelagianos ad Augustinum scribunt.*

A num. XIX. ad XXVI. Joannes *Cassianus* scientia & morum integritate clarissimus, qui post hujus sæculi initium monasterium Massiliæ ædificavit, sancti Augustini sententiam de Gratuita prædestinatione tum ad Fidem tum ad Gloriam a Sanctorum Patrum opinione abhorrere existimabat, multoque non modo de communi Doctorum vulgo; sed etiam quorumdam Episcoporum pietate & eruditione insignium eamdem opinionem tuebantur; adeo ut plures qui Doctrinæ Augustini favebant, ab hujus sententia revocarentur. Illi postea *Semipelagiani* appellati. Verum *Prosper & Hilarius*, non Arelatensis Episcopus, ut putavit Baronius, sed vir Laicus, cum per omnia eis satisfacere non possent, rem ad Augustinum retulerunt, roga-

runt-



*Denique cum mea cuncta opuscula retractarem, eamque retractationem stilo prosequerer, cujus operis jam duos absolveram libros, antequam scripta vestra prolixiora sumpsissem, &c.* Rursum vero posteriori libro (*a*): *Propterea* (inquit) *nunc facio libros in quibus opuscula mea retractanda suscepi, ut nec ipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrem: sed proficienter me existimo, Deo miserante, scripsisse, non tamen a perfectione cœpisse: quandoquidem arrogantius loquor quam verius, si vel nunc dico me ad perfectionem sine ullo errore scribendi jam ista ætate venisse. Sed interest, quantum & in quibus rebus erretur, & quam facile quisque corrigat, vel quanta pertinacia suum quisque defendere conetur errorem. Bonæ quippe spei est homo, si eum sic proficientem dies ultimus vitæ hujus invenerit, ut adiiciantur ei quæ proficienti defuerunt, & perficiendus quam puniendus potius judicetur.* Hæc ipse, & notatu quidam dignissima.

(*a*) *Aug. ad Prosper. de bono persev. lib. 2. c. 21.*

XX. Qui igitur ad Augustinum ea scripserunt Prosper & Hilarius, nondum erant Episcopi: ideo eos Augustinus filios, non autem fratres appellat, sicut & Cælestinus Papa, cum de iisdem scripsit ad Episcopos Galliarum (*b*): quando autem contigerit creari Episcopos, suo loco dicetur. Errare ergo scias auctorem, qui in præfatione ad dictas ipsorum epistolas affixa, eosdem Episcopos nominat; additumque id esse superfluo in epistola Prosperi ad Augustinum. Quænam autem fuerint turbæ istæ contra S. Augustini scripta in Galliis concitatæ, ex iisdem utriusque litteris, aliorumque scriptis perfacile intelligi potest: nimirum accidisse, ut cum perveniissent in Gallias scripta S. Augustini adversus Pelagianos; nonnulli qui Pelagio studuissent, inter quos adnumerabatur Joannes Cassianus presbyter Ecclesiæ Massilitensis, cognomento Collator, ea carpere, acriterque insectari cœperint. Insurrexerunt vero pro eisdem scriptis præcipui defensores viri eruditissimi (quos diximus) Prosper & Hilarius, quorum prior commercio litterarum tantum Augustino notus erat, Hilarius autem se usum esse Augustino magistro testatur. De se enim ita Prosper in dicta epistola ad Augustinum: *Ignotus quidem facie, sed jam aliquatenus (si reminiscris) animo & sermone compertus: nam per sanctum fratrem meum Leontium diaconum misi epistolas & recepi, &c.* qui & inferius de Hilario ista habet: *Unum eorum præcipuæ auctoritatis, & spiritualium studiorum sanctum Hilarium Arelatensem sciat beatitudo tua admiratorem, sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ.* De se vero ipse Hilarius Augustini discipulus ita in suis litteris: *Nolo autem, sanctitas tua sic me arbitretur scribere, quasi de his quæ nunc edidisti, arbitretur hæc scribere, quasi de his dubitem. Sufficiat mihi pœna mea, quod a præsentiæ tuæ deliciis exulatus, ubi salubribus tuis uberibus nutriebar non solum absentia tua crucior, verum etiam pervicacia quorumdam, qui non tantum manifesta respuunt, sed etiam non intellecta reprehendunt, &c.*

(*b*) *Cælestin. ep. 8.*

Joannes Cassianus impugnat Augustini opera.

Hilarius & Prosper defensores Augustini.

XXI. Quænam fuerint, quæ a Pelagianis clam sub Catholico nomine latentibus, objicerentur, ex iisdem eorum litteris intelligere potes, ea nimirum quæ S. Augustinus scripsisset de vocatione & pœnitentia electorum, deque gratia præveniente, quam a voluntate hominum præveniri jactabant, & alia his cognata, ut idem qui supra S. Prosper pluribus ea epistola significavit; præstitit id ipsum Hilarius Arelatensis, plura addens. Quibus omnibus acceptis, Augustinus hisce diebus ad ea elucidanda, & adversariorum objectiones confutandas conversus, in altum pelagus ingenii vela pandit: inspiranteque divino Spiritu, duos ad eosdem conscripsit libros, alterum inscriptum de Prædestinatione sanctorum, alterum vero de Bono perseverantiæ: ad cujus finem ejusmodi contestationem appposuit: *Qui legunt hæc, si intelligunt, agant Deo gratias. Qui autem non intelligunt, orent ut eorum ille sit doctor interior, a cujus facie est scientia & intellectus. Qui vero errare me existimant, etiam atque etiam quæ sunt dicta considerent, ne fortassis ipsi errent. Ego autem cum per eos, qui meos labores legunt, non solum doctior,*

S. Augustini modestia & humilitas



PAGIUS runtque, ut quæ in ejus libris præsertim *de Correptione & Gratia*, quosdam suorum offendebant, clarius explicare vellet. Eam ob rem uterque literas ad eum dedit, quæ ad alias Tom. VII. Operum Divi Augustini, nunc inter Epistolas Augustinianas ordine CCXXV. & CCXXVI. extant. *Prosper* tum moribus tum studio commendabilis *Augustinum* numquam viderat, sed tantummodo officiosis literis salutaverat, quas per *Leontium* Diaconum direxerat, ut Hilarius in fine suæ Epistolæ insinuat; & ipsemet se tantum ex ordine Laicorum fuisse quodammodo indicat, quando profitetur minime se parem auctoritati adversariorum, a quibus multum & vitæ meritis & summo Sacerdotii honore superetur. *Hilarius* vero in sua Epistola significat, se ipsius *præsentiæ deliciis* aliquando potitum, *uberibusque salubribus nutritum* fuisse, ac postremo n. IX. se Laicum indicat, & Augustinum appellat *Patrem*, a quo viciissim in libro de Prædestinatione Sanctorum cap. 1. *filius* nuncupatur. Quare hallucinati sunt, qui hunc *Hilarium* cum Hilario Arelatensi Episcopo confudere. Prosper etiam in suis literis loquitur de eodem Hilario Arelatensi Episcopo, ostenditque illum unum ex iis fuisse, qui Cassiani partes sequebantur, ac Augustinum certiorem faciens omnium, quæ a Cassiano ejusque Monachis contra illius de præ-

de-

*verum etiam emendatior fio, propitium mihi Deum agnosco, & hoc per Ecclesiæ doctores magis expecto, si & in ipsorum manus veniunt, dignenturque nosse quæ scribo.* Hæc ipse, digna quidem S. Augustini modestia, animique ejus admirabili cum summissione verecundia: ut plane, nisi aliunde, ex his saltem intelligere valeas, afflatum ipsum divino Spiritu illa scripsisse: cum non super quempiam alium, quam super humilem, quietum, & trementem sermonem Dei, divinum

(a) *Isai. 46. secundum LXX.* (b) *Jacob. 3.* affore numen, Deus per Prophetam (*a*) fuerit contestatus, sicut & Jacobus docuit, ubi ait (*b*): *Quæ de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, &c.* At longe longius, dicam, & quam longissime abest, ut quid hujusmodi in aliquo reperiatur hæretico.

XXII. Sed & hic obiter attingenda quæ Hilarius Arelatensis inter alia S. Augustino voluit innotescere, adjecta ad epistolam ejusmodi appendice: *Sciat sanctitas tua, fratrem meum, cujus maxime causa hinc discessimus, cum matrona sua ex consensu perfectam Deo continentiam devoviße. Unde rogamus sanctitatem tuam, ut orare digneris, quo hoc ipsum in eis Dominus confirmare & custodire dignetur.* Hæc Hilarius. At quisnam fuerit iste germanus ejus, adhuc me latet: de sorore vero ipsius Pimeniola nomine (*c*), nupta

(c) *Acta S. Lupi apud Sur. die 29. Julii.* Lupo viro illustri, eadem dedicata ab eis Deo ex consensu castitate narratur hi-

De Pimeniola, & Lupo. storia, cum contigit eosdem pios conjuges post septennium amore perfectioris vitæ se invicem separasse, sanctumque conjugem Lupum sub S. Honorato abbate cœnobii Lirinensis vitam monasticam excoluisse, inde vero a Trecensibus ad Episcopatum assumptum mira sanctitate claruisse. Hic namque ille Lupus collega S. Germani in legatione Britannica adversus Pelagianos suscepta, de qua suo loco inferius pluribus dicturi sumus.

XXIII. Hic ille Lupus, quem tot tantisque præconiis celebrat Sidonius Apollinaris, cum ipse creatus Episcopus ad eum scribit in Episcopatu novem jam lustra perfunctum, cujus monitis haud parum Sidonius ipse profecerat. At quantus hic (quod est admiratione dignum) evaserit ex homine conjugato sacerdos, hæc modo obiter ex ipsius Sidonii epistolæ exordio accipe (*d*): *Benedictus Spiritus sanctus, & Pater Dei omnipotentis, quod tu pater patrum, & Episcopus Episcoporum, & alter sæculi tui Jacobus, de quadam specula charitatis, nec de inferiore Hierusalem tota Ecclesiæ Dei nostri membra super inspicis.* Et inferius: *Post defudatas militiæ Lirinensis excubias, & in Apostolica sede novem jam decursa quinquennia, utriusque sanctorum ordinis te conclamatissimum primi pilarem spiritualia castra venerentur, &c.* Hæc de ipso, quem quidem mirifica sanctitate conspicuum omnium Galliarum Episcopi intuebantur & venerabantur, cum eum omnes

(d) *Sid. l. 6. epist. 1.*

(ut

PAGIUS destinatione gratuita sententiam in Galliis asserebantur, ait: *Speramus non solum tenuitatem nostram disputationum tuarum præsidio roborandam, sed etiam ipsos, quos meritis, atque honoribus claros caligo istius opinionis obscurat, defæcatissimum lumen gratiæ receptures. Nam unum eorum præcipuæ auctoritatis & spiritualium studiorum virum, Sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum, sciat beatitudo tua admiratorem, sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ, & de hoc quod in querelam trahit, jampridem apud Sanctitatem suam per literas velle conferre.*

XI. *Augustinus anno* CCCC-XXIX. *Libros de Prædestinat. SS. & de Dono perseverantiæ scribit.* Quare *Hilarius*, qui ad Augustinum scripsit adversus Semipelagianos, diversus erat ab Hilario tunc Episcopo Arelatensi, & in quæstione de initio fidei ac dono perseverantiæ a partibus Cassiani stabat, at *prater hæc omnia* (Augustini scilicet *se profitebatur amplecti*, ut testatur Augustinus libro de Dono perseverantiæ cap. 21. Baronius num. XX. dicit, Prosperum & Hilarium nondum Episcopos fuisse, quando Epistolas illas scripsere. Verum ex verbis citatis Prosperi constat tunc Hilarium jam Arelatensem Episcopum fuisse, ideoque Hilarium qui ad Augustinum scripsit, fuisse & Laicum, & diversum ab Hilario Arelatensi. *Prosperum* vero hoc tempore fuisse Laicum, mox ostendimus, & infra visuri sumus eum numquam Episcopatum Regiensem administrasse. Secundo ait Baronius, addititium esse in Epistola Prosperi titulum Episcopi Arelatensis; aliqui vero Viri Eruditi, loco Hilarii *Honoratum*, qui hoc anno creatus est Episcopus Arelatensis, legendum esse arbitran-

XII. *Quando illos scripsit, S. Hilarius jam erat Episc. Arelatensis.* tur. Sed præterquam quod omnes codices MSS. habent *Hilarium*, ambæ hæ literæ, non hoc anno ad Augustinum datæ, sed anno quadringentesimo vicesimo nono, cum is in libris Retractationum mentionem non faciat librorum de Prædestinatione Sanctorum & de Dono perseverantiæ, post acceptas has literas ab Augustino compositorum. Libros autem Retractationum absolvit Augustinus sub finem anni CCCCXXVIII. ut supra monstravimus. Quare cum *Hilarius* anno tantum CCCCXXIX. Episcopus Arelatensis renunciatus fuerit, ut ex dicendis liquebit, utraque Epistola, & uterque liber de prædestinatione Sanctorum & de Dono perseverantiæ ad eum Christi annum pertinent. Hinc Augustinus lib. de prædest. Sanct. cap. 3. ait: *Cum mea opuscula retractarem, eamque retractationem stylo persequerer, cujus Operis jam duos absolveram libros, antequam scripta vestra prolixiora sumpsissem*, &c.

Baronius num. XXII. referens hæc verba Hilarii, qui ad Augustinum scripsit: *Sciat sanctitas tua, fratrem meum, cujus maxime causa hinc discessimus, cum Matrona sua ex consensu perfectam Deo continentiam devoviße*, ait, adhuc se latere, quis fuerit iste germanus Hilarii Arelatensis. Verum cum Hilarius Arelatensis Episcopus has literas non scripserit, significat Hilarius laicus, qui eas dedit, fratrem suum continentiæ perpetuæ votum mutuo inter conjugem suam consensu iniisse. Præterea Baronius num. XXIII. referens ista verba Sancti Eucherii in Epistola Paræneticа ad Valerianum, in qua ait: *Hila-*



(ut idem ait) scirent esse normam morum, & columnam virtutum. Sed de Lupo hæc modo satis, occasione ejus conjugis S. Pimeniolæ sororis Hilarii: libuit namque ex fructibus postea editis, arboris plantationem laudibus istis a majoribus dictis prosequi. Quod vero ad Hilarium, de quo agitur, pertinet: commendat ipsum inter alia una cum S. Petronio Bononiensi S. Eucherii (*a*) illud elogium: *Hilarius nuper, & de Italia nunc Antistes Petronius, amba ab illa plenissima (ut ajunt) mundanæ potestatis sede, unus in religionis, alius in sacerdotii nomen ascendit.* Hæc Eucherius, cum creatus est Petronius Episcopus Bononiensis, perseverante Hilario in vita monastica.

De Hilario & Petronio.

(a) *Eucher. ad Valerian. epist.*

XXIV. Graves contra Augustinum calumniæ. Sed redeamus ad Prosperum, qui his temporibus pro defensione scriptorum S. Augustini exurgens acerrimus propugnator, adversus eos quoque qui clam (quod palam non auderent, damnata jam hæresi Pelagiana) in S. Augustinum adeo inverecunde obloquerentur, ut in eum Ethnicismum necnon Manichæismum calumniose nimis impingerent: contra hos, inquam, S. Prosper iniens ipse certamen, primum omnium hos fuisse Pelagianos ostendit aperte in commentario quem ad Ruffinum conscripsit, demonstrans insuper Augustini doctrinam ab universa Catholica Ecclesia esse receptam, illorum vero ubique damnatam: de his enim hæc ait (*b*): *Has autem versutias, quibus se filii tenebrarum in similitudinem filiorum lucis transfigurare voluerunt, cum & Orientalium Episcoporum judicia, & Apostolicæ sedis auctoritas, & Africanorum Conciliorum vigilantia deprehenderit: beatissimus quoque Augustinus, præcipua atque hoc tempore portio Domini sacerdotum, copiose & pulchre in multis voluminum disputationibus destruxit; utpote inter multa Dei dona, quibus illum abundantissime Spiritus veritatis implevit, habens etiam hanc scientiæ, & sapientiæ ex Dei charitate virtutem, ut non solum istam* (Pelagianam hæresim scilicet) *adhuc in suis detruncationibus palpitantem, sed etiam multas prius hæreses victoria verbi debellaret. Cui inter tot certaminum palmas, inter tot triumphorum coronas ad illuminationem Ecclesiæ, & ad gloriam Christi qua ipse illustratus est perfulgenti, quidam nostrorum (quod de ipsis multum dolendum est) occultis, sed non incognitis susurrationibus obloquuntur, & prout sibi obnoxias aliquorum aures, opportunasque repererint, scripta ipsius, quibus error Pelagianorum impugnatur, infamant, dicentes eum liberum arbitrium penitus submovere, & sub gratiæ nomine necessitatem prædicare fatalem: adiicientes etiam, duas illum humani generis massas, & duas credi velle naturas, ut scilicet tantæ pietatis viro Paganorum, & Manichæorum adscribatur impietas.*

(b) *Prosp. de liber. arbit.*

Augustini celebritas.

XXV. In adversarios Augustinum impugnantes. *Quæ si vera sunt: cur ipsi tam negligentes, ne dicam tam impii sunt, ut tam abruptam perniciem ab Ecclesia repellant? tam insanis prædicationibus non resistant? nec saltem aliquibus scriptis eum, a quo talis emanat doctrina, conveniant? Magna enim gloria sua humano generi consuluerint, si Augustinum ab errore revocaverint. Immo noverunt, non solum Romanam Africanamque Ecclesiam, & per omnes mundi partes, universos promissionis filios cum doctrina hujus viri, sicut in tota fide, ita in gratiæ confessione congruere; sed etiam in ipsis locis, in quibus adversus eum querimonia concitatur, esse, propitio Deo plurimos, qui ad perceptionem Evangelicæ Apostolicæque doctrinæ saluberrimis ejus disputationibus imbuuntur, & quotidie in membris corporis Christi (in quantum ea ipse multiplicat) dilatantur. Si recte reprehendimur, cur non constanter arguimur? Si arguendi non sumus, cur occulta obtrectatione mordemur? Sed quis nescit, cur ista privatim de stomacho garriant, &*

PAGIUS *Hilarius nuper, & in Italia nunc Antistes Petronius, ambo ex illa plenissima, ut ajunt, mundanæ potestatis sede, unus in religionis, alter in Sacerdotii nomen ascendit*, addit: *Hæc Eucherius, cum creatus est Petronius Episcopus Bononiensis, perseverante ante Hilario in vita monastica*, hoc fundamento ex literis Prosperi deduxit, Hilarium nondum fuisse Episcopum, cum Prosper eas literas dedit. Verum, inquit Doctissimus Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 2. aperte colligitur, oppositum ex Eucherii verbis; etenim *nuper* refertur ad *nunc*, quasi diceret *Eucherius*, Hilarius nuper Episcopus in Gallia, & *nunc* Petronius in Italia; alias sensus ac proprietas dictionis omnino corrumpitur. Porro tempus Episcopatus Petronii nos edocet in eadem Epistola Eucherius, cum dicat, se eam scribere *anno Urbis conditæ millesimo centesimo octuagesimo quinto*, ideoque anno Christi CCCCXXXII. si Varronianam putationem secutus est, aut etiam tardius, si Capitolinæ aut Frontinianæ adhæsit. Quare initium Episcopatus Petronii cum anno CCCCXXX. non bene illigarunt Signonius in Historia de Regno Italiæ, & Ughellus in Italia Sacra.

XIII. *Argumentum Libro. rum de Prædestinat. SS. & de Dono perseverantiæ.* Augustinus Prosperi & Hilarii Literis permotus duos ad utrumque scripsit Libros priorem de *Prædestinatione* Sanctorum, posteriorem de *Dono Perseverantiæ*. In priori docet, *Semipelagianos* in quæstione de Prædestinatione Sanctorum non recedere a Pelagii sententia, si humani arbitrii viribus initia fidei adscribant: Incrementum certe ejusdem Deo dare superbiæ esse. Quasi vellet priores sibi partes tribuere, posteriores Deo: nihil novi se se in medium attulisse, sed quæ *Cyprianus* atque *Ambrosius* an-

te

*& publice de consilio conficescant? Volentes enim in sua justitia magis quam in Dei gratia gloriari, molestè ferunt, quod his, quæ adversus excellentissimæ auctoritatis virum inter multas collationes asseruere, restitimus, &c.* Hæc & alia Prosper adversus hujusmodi susurrones. Sed de his modo hactenus. Quæ autem per adversarios post obitum S. Augustini adversus ejus scripta excitata sunt prælia, suo loco dicemus. Jam vero quæ hujus anni sunt reliqua prosequamur.

XXVI. Patroclus Episcopus Arelat. occiditur, Honoratus substituitur.

*His ipsis Consulibus* (inquit Prosper in Chronico) *Patroclus Arelatensis Episcopus a Tribuno quodam barbaro vulneribus laniatus occiditur; quod facinus ad occultam jussionem Felicis Magistri militum referebatur, cujus impulsu traditur etiam Titus diaconus vir sanctus, Romæ pecunias distribuens, interfectus.* Hæc ipse. Cæterum longe dispar utriusque conditio & causa necis. Etenim Titus vir sanctus (ut ait) inter sanctos adscriptus est martyres (*a*). Patroclus autem suorum scelerum, ultore numine, pœnas dedit; quippe qui (ut suo loco superius dictum est) pulso Herote viro digno, alienam sedem violentus invasit, & vicinorum Episcoporum (ut patet ex epistola Bonifacii Romani Pontificis) jura turbavit. Successit autem Patroclo S. Honoratus abbas Lirinensis cœnobii, quem S. Eucherius primo Insulanum, inde vero magistrum Ecclesiarum appellat, cum ad Salonium scribit. Laudat eum etiam Sidonius Apollinaris in carmine ad Faustum. Porro res ab eo gestæ scriptis commendatæ sunt ab ejus successore Hilario, sed plane perierunt: quæ enim extant tribus conscripta libris, alterius potius, quam Hilarii esse, in Notis diximus. Sed de Hilario inferius pluribus.

(*a*) *Martyr. Rom. die 15. Augusti.*

PAGIUS te docuerant, nempe fidem esse a Deo: hac de re se aliter sensisse aliquando, & in opusculis a se nondum Episcopo scriptis erasse, sed postea convictum fuisse hoc præcipue testimonio, *Quid autem habes quod non accepisti?* quod testimonium de ipsa etiam fide accipiendum probat. Fidem inter alia numerandam esse opera, quibus Dei gratiam præveniri negat Apostolus gratia duritiam cordis auferri; & ad Christum venire omnes, qui a Patre docentur ut veniant. Denique prædestinationem sine meritis non solum aperte ex Epistolis Apostoli deduci; verum etiam ex Christo præclarissimo gratuitæ prædestinationis exemplari. In posteriori Libro qui est *de Dono perseverantiæ* docet, perseverantiam in bono esse donum Dei: Gratiam aliquibus a Deo dari, quia misericors est, aliis negari, quia justus est: Perseverandi gratiam non secundum accipientium merita, sed aliis misericordia dari, aliis justo ejus judicio non dari: Cur ex adultis ille potius quam iste vocetur, quemadmodum & ex duobus parvulis cur iste assumatur, ille relinquatur, inscrutabile esse: inscrutabilius autem, cur ex duobus piis huic perseverare donetur, non illi; sed istud tamen certissimum, hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. His duobus Augustini Libris diu a Gallicanis Doctoribus contradictum, sed tandem pari cum reliquis auctoritate ac reverentia excepti sunt.

XIV. S. Honoratus ex Abbate Lerinensi fit Episc. Arelatensis.

Ad num. XXVI. Prosper in Chronico his COSS. tradit, *Patroclum* Episcopum Arelatensem a Tribuno quodam barbaro occisum fuisse. Pseudo-Prosper in Chronico Imperiali, ad annum XX. Honorii Imp. de Patroclo habet: *Patroclus Arelatensis Episcopus, infami mercatu Sacerdotia venditare ausus.* Ei successit Sanctus *Honoratus* antea Lerinensis Abbas, de cujus Patria anno CCCCLV. num. XXVII. agemus. Sermo in laudem illius anniversario obitus ejus die habitus a Sancto Hilario, qui ei successerit in Sedem Arelatensem, extat apud Bollandum ad diem XVI. Januarii, quo Sanctus *Honoratus* colitur. Baronius existimavit Vitam Sancti Honorati, quam Isidorus lib. de Script. Eccles. cap. 16. ab eodem Sancto Hilario scriptam asserit, periisse. Verum ea diversa non est a laudata Oratione funebri, quam retulit Surius ad diem XVI. Januarii. Alia autem Sancti *Honorati* Vita, tribus libris distincta fabulis & deliriis plena est, ut observat Baronius anno CCCCXLV. num. XIX. Antelmius in Dissert. de Initiis Ecclesiæ Forojulienſis cap. 16. ostendit, hujus Vitæ fabulosæ Auctorem esse *Raymundum Feraudum* Gallo-Provincialem Poetam vernaculum, qui vivebat tempore Caroli II. Andegavensis, Neapolitani Regis & Provinciæ Comitis. Sanctus *Honoratus* post suam in Orientem Peregrinationem, Monasterium *Lerinense* fundavit, in quo ejus tempore floruere Eucherius, Maximus, Hilarius, Faustus, Lupus, aliique celeberrimi Monachi, qui deinde ad Episcopatum in diversis partibus Galliarum assumti sunt. Est autem *Lerina* insula Provinciæ adjacens adversus Antipolim. Tempus conditi illius Monasterii, incertum; citius tamen quam par erat, Baronius ejus conditum consignat circa annum CCCLXXV. Honoratus enim Sancto Leontio Forojulienſi Episcopo sedente illud ædificavit, teste Sancto Hilario laudato in ejus vita cap. 3. dicente: *Vacantem insulam ob nimietatem squalloris & inaccessa venenatorum animalium metu, Alpino haud longe jugo subditam petit. Prater secreti opportunitatem, sancti ac beatissimi in Christo Viri Leontii Episcopi oblectatus vicinia, & caritate constrictus plurimis sitim novo haustu protrahere conantibus.* Quare cum Leontius anno CCCCXXXII. ad Deum migrarit, ejus Episcopatus initium videtur incidisse in priores hujus sæculi annos.

XV. Cassianus XIV. postremas Collationes scribit.

Cassianus Abbas Monasterii Massilienſis præter priores Collationes decem, de quibus supra egimus, alias quatuordecim elucubravit, quarum septem priores Sanctis Honorato & Eucherio inscripsit, quas iteratis literis ab eo Eucherius extorsit, teste eodem in præfatione ad Collationem XVIII. *post conspectum*, inquit, *atque colloquium trium illorum Senum, quorum Collationes sancto fratre nostro Eucherio compellente utcumque digessimus.* Editæ septem istæ Collationes antequam Honoratus ad Episcopatum Arelatensem eveheretur; ait enim ibidem Cassianus: *Vos, o Sancti fratres Honorate & Eucheri, tanta illa sublimium Virorum, a quibus prima anachoreseos instituta suscepimus, laude flammamini*, ut &c. Septem postremæ dicatæ sunt *Joviniano, Minervio Leontio & Theodoro Monachis* in Stœchadibus degentibus. Quare quando priores; se-



XXVII. Felix dat pœnas sceleris.

Verum quod ad Felicem Magistrum militiæ spectat, qui adeo nefaria scelera patravit, haud inultus abiit: occisus enim est una cum uxore ab Ætio Magistro militum post triennium, ut auctor idem est Prosper; qui item de Felice tradit, ejus opera indictum fuisse bellum in Africa adversus Bonifacium Comitem illic cum exercitu agentem (*a*). Sed id anno sequenti contigisse, cum idem Prosper affirmet, de his suo loco agemus.

(*a*) *Prosp. in Chron.*

Adve-

PAGIUS septem Cassianus scripsit, Honoratus nondum erat Episcopus; cum eum & Eucherium Cassianus *fratres* appellet. Reliquas septem Collationes, quas Joviniano aliisque Monachis dicavit, jam in manibus habebat, cum priores septem ad Honoratum & Eucherium misit. Nam earum mentionem facit in fine ejusdem Præfationis ad Honoratum & Eucherium: *Si vero sanctam studii vestri sitim etiam hac satiare non quiverint, septem alia Collationes, quæ ad sanctos qui in Stœchadibus constituti insulis, emittenda sunt, fratres, desiderium, ut arbitror, vestri ardoris explebunt.* Hæ porro septem ultimæ ante diem XV. Januarii anni CCCCXXIX. quo Sanctum Honoratum e vivis excessisse dicemus, scriptæ. In Stœchadibus, quæ insulæ sunt in ora Provinciæ contra Olbiam, nullum illius Monasterii superest vestigium. *Theodorus* unus ex Monachis, quibus septem postremas Collationes *Cassianus* scripsit, Forojulienſis post Sanctum Leontium Episcopus fuit; cum enim *Stœchades* vix unius diei itinere a Forojulio distent, ejus fama & virtutes facile Clerum Forojulienſem movere potuere, ut eum sibi Episcopum præficeret; eoque magis, quod ille necdum in insulis illis; sed & in Gallicanis Provinciis monasticæ disciplinæ observantiam sanctissimis regulis primus instituisset. Ita enim Cassianus in laudata Præfatione: *Emensis juvante gratia Christi*, &c. *totidem & nunc vobis, o Sancti fratres Joviniane, Minervi, Leonti, & Theodore, credidi deputandas; posterior siquidem vestrum illam Cœnobiorum sanctum atque egregiam Disciplinam in Gallicanis Provinciis antiquarum virtutum districtione fundavit.* Theodorus igitur cœnobiticæ severioris disciplinæ restitutor in Galliis fuit, quam Sanctus Martinus, aliique prius in hasce partes invexerant, sed quam haud dubie collabentem, *Theodorus* iste antiquarum virtutum districtione quasi iterum fundasse reputabatur.

XVI. In illis Semipelagianorum opiniones amplectitur.

In his Collationibus *Cassianus* liberius de Gratia & libero arbitrio sensit, quam in illis prioribus decem. Nam, ut ostendit Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 1. licet Collatione tertia a Cap. XI. usque ad XXII. de Divinæ Gratiæ necessitate disseruit, non tamen adeo confidenter locutus est, uti in Collatione XIII. ad Lerinenses, in qua animosior factus non jam titubanter, sed aperte, atque audacter liberi arbitrii vires plus justo contra Dei Gratiam evexit. Nam sine Dei gratia docuit posse nos habere scientiam boni cap. XII. ubi & Gratiam quandoque prævenire liberum arbitrium, quandoque ab isto præveniri tradit; dici Deum salvatorem, cum prævenit, susceptorem, cum prævenitur cap. XVII; posse homines suis viribus habere fidem cap. XIV. spem & desiderium boni cap. IX. orare Deum cap. XII. tentationes vel gravissimas, quales Job passus est sine gratia posse superari cap. XIV. Ne tamen Pelagianam sententiam tenere putaretur, ea bona opera a libero arbitrio inchoari tantum, at sine Dei gratia perfici nullo modo posse dicebat; hæc habet cap. VIII: *qui cum in nobis ortum quemdam bona voluntatis inspexerit, illuminat eam confestim, atque confortat, & incitat ad salutem incrementum tribuens ei, quam vel ipse plantavit, vel nostro conatu viderit emersisse.* Et cap. IX. in fine: *Ut autem evidentius clareat etiam per naturæ bonum, quod beneficio Creatoris indultum est, nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia, quæ tamen nisi a Domino dirigantur, ad consummationem virtutum pervenire non possunt; Apostolus testis est dicens:* Velle adjacet mihi perficere autem bonum non invenio. Ita Cassianus. Plura hac de re Cardinalis Norisius laudatus qui tam Pelagianorum quam Semipelagianorum Historiam egregie illustravit.

XVII. Theodosius favet Judæis conversis & Apostatis ad Ecclesiam redeuntibus.

Valentinianus Imp. *VI. Idus April.* emisit legem, 28. Cod. Theod. *de Judæis*, qua duo Privilegia filiis proselytis, idest, ex Judæo Christianis effectis, in paterna successione tributi. Primum est quod exhæredari a parentibus Judæi non ideo possint, neque Legitima eis minus relinqui. Hoc primum, nempe mutationem religionis paternæ vel avitæ non censeri hac parte inter legitimas exhæredationis causas, si videlicet liberi ad meliora diverterint. Secundum Privilegium, est ut etiam exhæredationis causa subsistente legitimam eis relinqui oporteat, *ut hoc saltem*, inquit, *in honorem religionis electæ meruisse videantur.* Idem Imperator *VII. Idus April.* dedit legem 7. Cod. Theod. de *Apostatis*, qua cum alias apostasiæ crimen, atque adeo pœnæ in apostatas constitutæ in eos etiam, qui ex Christianis Judæi vel Manichæi fiunt, cadere solent, pœnas hac constitutione comprehensas iis, qui ex Christianis Pagani facti essent, proprias esse voluit. Uttamque constitutionem omisit Baronius in Annalibus,

I. ADvenit annus Domini quadringentesimus vigesimusseptimus, Consulatu Hierii & Ardaburii * inchoatus, Africanæ provinciæ funestus, primum quidem ob bellum invidia Felicis Magistri militum Bonifacio Comiti cum exercitu in Africa agenti illatum; de quo Prosper in Chronico, his Consulibus, ita habet: *Bonifacio, cujus potentia gloriaque in Africa augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, qui ad Italiam venire annuerat, publico nomine illatum est, ducibus Mavortio, & Galbione, & Sinoce, cujus proditione Mavortius & Galbio, cum Bonifacium obsiderent, interempti sunt; moxque ipse a Bonifacio dolo detectus, occisus est. Exinde gentibus, quæ uti navibus nesciebant, dum a concertantibus in auxilium vocantur, mare parvum factum est: bellique contra Bonifacium cœpti in Sigisvultum Comitem cura translata est.* Hæc Prosper.

* *Artaburis ex veteri inscr. in Basilica S. Pauli Romæ.*

Bonifacius Comes calumniis pressus.

II. Verum hæc non Felici, sed Ætio apud historiam Miscellam, quæ Paulo diacono adscribitur, tribuuntur; ejusque traditur dolo & insidiis factum, ut Bonifacius apud Imperatorem male audiret: res autem gesta sic ibi narratur (*a*): *Cum Bonifacius principatum Occidentalis Libyæ percepisset, & apud Africam potentia gloriaque augeretur; invidia inflammatus Ætius accusationem facit adversus Bonifacium, tamquam rebellionem meditantem, & obtinere Libyam satagentem. Et hæc quidem Placidiæ fatebatur, quæ fuit mater Valentiniani. Cæterum Bonifacio scribit: Si accersitus fueris, accedere noli: accusatus enim es, & te dolose vocant Imperatores. Hæc suscipiens Bonifacius, & veluti proprio servo Ætio credens, accersitus accedere distulit. Tunc Imperatores Ætium quasi devotum recipiunt, & adversus Bonifacium Mavortius, & Galbio mittuntur.* Reliqua ut supra. Porro ansa Bonifacium accusandi, & in suspicionem adducendi apud Imperatorem, ea æmulis tributa est, quod cum eidem Bonifacio jussu ejusdem Imperatoris proficiscendum fuisset in Hispaniam, ibi affinem Wandalorum Regibus uxorem duxerat, eosdemque barbaros sibi fœdere nuptiarum obstrinxerat. Unde facile fuit, Imperatori persuadere, aliquid ipsum in Romanum Imperium machinari. Quamobrem statuit ut adversus eum bello decerneret, dictosque duces in Africam mitteret. Quorum plane adventu nonnihil perculsus animo Bonifacius, ad S. Augustinum has litteras dedit, de belli eventu solicitus (*b*):

Ætius calumniator, & proditor.

(*a*) *Paul. diac. hist. Miscel. lib. 14.*

(*b*) *Apud Aug. in appen. ep. 12.*

*Domino venerabili sancto patri Augustino Episcopo Bonifacius.*

*Grave nobis est bellum. Inimici mucro nostra pectora pulsat, Deo funde preces, ut*

III.

---

PAGIUS SÆC. V. An. U. C. 1180. Anno Eræ Hispan. CDLXV. A. C. 427. I. *Consules.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5920.

⊙ 16. B. ☽ 10. P. 3. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 427.

CÆLESTINI PAPÆ 6.

THEODOSII JUN. 26. & 20.

VALENTINIANI III. IMP. 3.

(1) COSS. *Hierius & Ardaburius*, uterque Orientalis; Hierius enim memoratur his verbis in Chronico Alexandrino: *His COSS. instauratæ sunt Thermæ olim dictæ Constantinianæ, nunc autem Theodosianæ, perficientibus opus Hierio iterum Præfecto & Ardaburio Consulibus, mense Hyperberetæo, V. Nonas Octobris*, ubi in Græco *Ardaburii* nomen deest omissione Librarii, & Hierius dicitur Præfectus Urbi, errore Raderi, & Ducangii in suis versionibus, *Hierium* enim hoc anno Præfectum Prætorio fuisse liquet ex legibus Cod. Theod. eidem hoc anno a Theodosio inscriptis, & vox Ἔπαρχος tam Præfectum Urbis, quam Præfectum Prætorio significat, ut ipsemet Ducangius ex aliis ostendit in Glossario mediæ Græcitatis. De Thermis Constantinianis plura habet Ducangius in Constantinopoli Christiana lib. 1. §. 27. num. 5. ostenditque, opus illud inceptum fuisse a Constantino M. absolutum a Constantio ejus filio, & de suo nomine *Thermas Constantianas* appellatum. Sed cum eis *Constantius* extremam manum non apposuisset, tandem sub Theodosio Jun. confectæ sunt, & de illius nomine *Theodosianæ* appellatæ. De *Ardaburio* Consule Asparis patre supra locuti sumus anno CCCCXXIV. & seq.

A num. I. ad XX. Baronius refert verba Prosperi in Chronico asserentis bellum contra *Bonifacium* Comitem susceptum fuisse, ejusque curam in Segisvultum Comitem translatam. Rem gestam explicat ex Auctore Miscellæ, & aliquibus Epistolis Augustinianis ad eumdem Bonifacium. Verum breves illæ Epistolæ, uti supra ostendimus, supposititicæ sunt, & Auctor Miscellæ longe post Procopium vixit; ideoque res hæc verbis Procopii exponenda. Procopius itaque lib. 1. Hist. Vandal. cap. 3. calamitatem Africæ his verbis narrat: *Duo Romani*

II.

NOTÆ [1] *Cos. Hierius & Ardaburius.* Inscriptiones basilicæ S. Pauli num. 428.

HIERIO. ET. ARTABVRE *Conss.*

Paschalis laterculus in codice Gennadii: *Hierio, & Artaburi.* Fasti Idatii: *Pierio & Artabu.* Prosper: *Hierio & Ardabure.* Marcellinus *Hierio, & Ardaburio,*



Bonifacius vallatus hostibus auxilium implorat ab Augustino.

*sit soles: tua sit nobis comes oratio. Rauca buccina, terrifica tuba, puto quod & fidera terreant. Hostium clamor immanis adest: sed his non terremur. Novimus enim ista non hodie. Ergo, venerande Christi sacerdos, pete Deum, ut jacula in hostes dirigat nostra, ac se ipsi trucident mutua cæde.* Hæc breviter Bonifacius ad Augustinum magna fiducia: qui ad eum ista pauciora reddidit (*a*):

(*a*) *Aug. ep. 13. in append.*

*Domino & spectabili viro Bonifacio Augustinus Episcopus.*

IV. *Gravi de pugna conquereris. Dubites nolo. Utile tibi, tuisque dabo consilium: arripe arma: oratio aures pulset auctoris; quia quando pugnatur, Deus apertis cælis prospectat, & parti quam aspicit justam, dat palmam.* Hæc Augustinus.

V. Cum vero res ex sententia accidisset, ut duces Mavortius & Galbio proditione Sinocis occiderentur; Bonifacius Deo hæc omnia accepta ferens, rursus ad eundem sanctum Augustinum hæc scripsit (*b*):

(*b*) *Ib. ep.* 14.

*Domino venerabili S. Patri Augustino Episcopo Bonifacius.*

*Manus superba, Deo juvante, cecidit, quæ ante paululum audax gladium erecta portabat. Multi ex adversis ceciderunt: de nostris autem, Christo juvante, nullus est vulneratus. Ora igitur, venerabilis Papa, ut talis de inimicis ultio sæpe præcedat.* Ista ipse: ad quæ hæc Augustinus rescripsit, cum ægrotaret (*c*):

(*c*) *Ib. ep.* 15.

*Domino insigni meritoque sublimi filio Bonifacio Augustinus Episcopus.*

VI. *Lecto me vacare, nobilitatem tuam latere non credo: ultimumque diem mihi exopto venire. Gaudeo tuæ victoriæ. Civitatem, quæso, serva Romanam: tuos ut bonus reges Comes. Nihil de viribus propriis præsumas. De auctore gloriare virtutum, & nullum curabis penitus inimicum. Vale.* Sed ad eum rursum sic Bonifacius quam religiosissime (*d*):

(*d*) *Ib. ep.* 16.

*Numquam Divinitas preces & lacrymas despicit peccatorum. Cupis ipse quidem de hac vita securus ad cæli regna migrare: sed nobis opus es, fessis in tantis adhuc periculis constitutis. Itaque ora nobiscum, ut tua nobis salus aliquantulum temporis condonetur.* Hactenus ad Augustinum Bonifacius.

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

Scimus quidem perbreves has litteras ob Laconicum scribendi genus, præter Augustini morem ab aliquibus non creditas ipsius esse. Sed si quis personam ad quam scripsit, & tempora exacte consideret, nempe Bonifacium perduellem Romani Imperii declaratum, ad eumque eo tempore Augustinum scribere: certe quidem omnis adhibenda ipsi fuit industria, ne ad illum ista scripsisse sciretur: unde non solum a consueta scribendi forma recessisse oportuit, sed (ut assolet) notis Bonifacio tantum perspicuis litteras exarasse: secus autem accidit, cum idem Bonifacius ab eo reprehendendus fuit, cum nulla Augustinus potuisset nota suspicionis inuri, quod ad rebellem Imperii scripsisset. Verum (quod diximus) etsi quis contentiose nimis Augustinum esse neget; haud (si prudens est) inficias ierit, easdem epistolas esse germanas ab omni prorsus fictione remotas, ab aliquo alio Africanorum Episcoporum conscriptas, ut superius diximus, Aurelio, aut Alypio.

VII.

Sed quid post hæc accidit? Cum (ut vidimus ex Prospero) ejusdem belli cura Sigisvulto Comiti legata esset, idemque valentioribus copiis adversus Bonifacium exercitum comparasset: propriis diffidens viribus ipse Bonifacius quid præstiterit, apud Paulum diaconum (*e*) sic res gesta narratur: *Bonifacius igitur sentiens se non posse tuto Africam tenere, cernensque sibi periculum instare in perniciem totius Reipub. effervescens, transfretans e Libya in Hispaniam ad Uvandalos, Alanosque venit. Cumque Modegisclum invenisset mortuum, & filios ejus Guntharium, & Gensericum Imperium moderantes, hortatus est, ut Hispaniam, Libyamque in tres partes dividerent. Qui polliciti sunt, unicuique parti se una cum ipso principaturos, in communi tamen in quemlibet hostem ulturos. In talibus ergo professionibus Uvandali, Alanique fretum transeuntes, Libyam habitaverunt; & cunctam Africam ferro, flamma, rapinis crudelissime devastantes, insuper Catholicam fidem Ariana impietate subverterunt.* Hæc ibi. Ex litteris etiam postea a S. Augustino ad eum scriptis liquet ipsum Bonifacium navigasse: ex quibus redarguas Procopium affirmantem, (*f*) non ipsum, sed ejus germanos in

VIII.

(*e*) *Paul. diacon. hist. Miscell. l. 14.* Bonifacius navigat in Hispaniam ad Uvandalos & Alanos.

(*f*) *Procop. de bel. Uvandal. l. 1.*



*Duces erant Aetius & Bonifacius, validi ambo, bellique rerum peritia secundi ætatis suæ nemini. His æmulatus circa civile regimen intercedebant: Cæterum tanta animi erat magnitudo, virtutesque aliæ, ut si quis utrumvis Romanorum ultimum dicat, a vero non sit abiturus; ita omnis Romana laus in illos duos confluxerat. Horum alterum Bonifacium Placidia toti præfecit Africæ: Dolebat id Aetio, sed minime displicere sibi rem ostendebat; nondum enim in apertum odia prorupe-*

Hispaniam missos esse, & Uvandalos infauste nimis in Africam convocasse: quod hoc anno, iisdem Consulibus, contigisse, Prosper notat in Chronico: nisi utrumque acciditse dixerimus, diversorum temporum habita ratione.

IX. Bonifacius in immania lapsus facinora.

Quo tandem (proh dolor!) desperatio virum alioqui pium adegit? Cum enim se calumniis oppressum, caputque suum infatigabili studio, summaque potentia peti cerneret: jamque sciret omnem prorsus sibi clausam esse viam excusandi se apud Imperatores, quos magis magisque recentioribus Romani exercitus cladibus exasperasset; adeo enormia & homine Christiano prorsus indigna, & indecora patravit, ut infelix sibi in primis, ac toti Africæ, Ecclesiæque Catholicæ immensum parturierit malum. Sed unde ipsi, ut vel talia cogitaret, malorum origo? Desciverat jam miser a pristina pietate, morumque probitate, in qua hactenus se S. Augustini monitis continuerat, & in dies magis magisque profecerat: sed in vitia jam prolapsus enormia, didicit miser experimento, quam malum, (a) Hier. 2. & amarum (a) esset, dereliquisse Dominum Deum, quem ante sanctis demerens operibus, expertus sæpius suum fuerat protectorem, & hostium appetentium fuisse ultorem.

X. Ante hæc autem, accidit, ut cum ad se defendendum adversus æmulos totis viribus Bonifacius intentus esset, bellis civilibus Romanis inter se exercitibus confligentibus, barbari Africani in finitimos populos Romano Imperio subditos grassarentur. Hæc miseratus Augustinus, ad ipsum Bonifacium in deterius prolabentem, ut eum ad meliorem frugem revocaret, epistolam scripsit, in cujus exordio post alia ista habet (b): *Scio non deesse homines, qui te secundum vitam mundi hujus diligunt, & secundum ipsam tibi dant consilia, aliquando utilia, aliquando inutilia: quia homines sunt, & sicut possunt, ad præsens sapiunt, nescientes quid contingat sequenti die. Secundum Deum ne pereat anima tua, non facile tibi quisquam consulit: non quia desint qui hoc faciunt, sed quia difficile est invenire, quando tecum ista possint loqui. Nam & ego semper desideravi, & numquam inveni locum vel tempus, ut agerem tecum quod me agere oportebat cum homine, quem multum diligo in Christo. Scis autem, qualem me apud Hipponem videris, quando ad me venire dignatus es, quia vix loquebar, imbecillitate corporis fatigatus. Nunc ergo, fili, audi me saltem per litteras tibi sermocinantem, quas in periculis tuis numquam tibi mittere potui, periculum cogitans perlatoris, & cavens, ne ad eos, ad quos nollem, mea epistola perveniret.* Vides ex his Augustini in scribendo cautelam: ut non mireris, si in aliis perbrevibus, ad eum datis epistolis consuetam mutaverit dictionem. Sed subdit: *Unde peto, ut ignoscas, si me putas plus timuisse, quam debui: tamen dixi quod timui. Audi ergo me, immo Dominum nostrum per ministerium infirmitatis meæ.*

(b) Aug. epist. 70.

Augustinus admonet Bonifacium.

XI. Bonifacii sanctum propositum.

*Recole qualis fueris, adhuc in corpore constituta religiosæ memoriæ priore conjuge tua, & recenti ejus obitu, quomodo tibi vanitas hujus sæculi horruerit, & quomodo cupieris servitutem Dei. Nos novimus, nos testes sumus, quid nobiscum apud Tubunas de animo, & voluntate tua fueris collocutus: soli enim eramus ego, & frater Alypius. Non enim existimo tantum valuisse terrenas curas, quibus impletus es, ut hæc de memoria tua penitus delere potuerint. Nempe omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita vivere, in qua servi Dei monachi vivunt. Ut autem non faceres, quid te revocavit? quia considerasti, ostendentibus nobis, quantum prodesset Christi Ecclesiis quod agebas, si ea sola intentione ageres, ut defensæ ab infestationibus barbarorum quietam, & tranquillam vitam agerent (sicut dicit Apostolus c) in omni pietate, & castitate: tu autem ex hoc mundo nihil quæreres, nisi ea quæ necessaria essent huic vitæ sustentandæ tuæ ac tuorum, accinctus bal-*

(c) 1. Tim. 2.

PAGIUS *perant, sed sub persona amicitiæ tegebantur. Profectum jam in Africam Bonifacium criminari apud Placidiam Aetius cœpit, ut Regni appetitorem; & ipsi & Imperatori Africam erepturum. Neque rem exploratu difficilem, si enim Romam Bonifacium vocaret, non venturum. Hæc ut audiit fœmina, laudatum Aetii consilium sequitur. At occuparat jam Aetius clam scribere Bonifacio, matrem Imperatoris insidias ipsius in exitium struere: ejus rei indicium prædixit, fore ut sine causa subito revocaretur. Hæc erant quæ literis ipsius continebantur, quibus neutiquam spretis Bonifacius, simul aderant qui ipsum ad Imperatorem acciverent, negavit se aut Imperatori, aut matri ejus pariturum, Aetii monita silentio premens, His Placidia intellectis tam Aetium fidelissimum Principi credidit, quam suspectum habuit Bonifacium. Hic vero nec parem se Imperatoris potentia sentiens, nec salutem sperans, si Romam proficisceretur, consultare cœpit quomodo Vandalos sibi adjungeret, qui Africæ propinquam Hispaniam, ut diximus, obtinebant. Mortuo ibi Godigisclo (in hoc fallitur Procopius, quia Godigisclus ante ingressum Vandalorum in Hispaniam mortuus est, ut anno CCCCVI. num. XIV. ostendimus,) filii successerant duo, natus justa matrefamilias Gontharis (Gundericus ab Idacio in Chronico, & ab Isidoro in Historia Vandalorum appellatur,) Gisericus aliter genitus: quorum ille ætate & ingenio fecors: alter vero ad bella plurimum exercitus, & solertiæ eximius. Mis-*



*baltheo castissimæ continentiæ & inter arma corporalia spiritualibus armis tutius ac fortius munitus.*

XII.

*Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, navigasti, uxoremque duxisti:* (a) Rom. 13. *sed navigasse, obedientiæ fuit, quam secundum Apostolum (a) debebas sublimioribus potestatibus: uxorem autem non duxisses, nisi susceptam deserens continentiam, concupiscentia victus esses. Quod ego cum comperissem (fateor) miratus obstupui: dolorem autem meum ex aliqua parte consolabatur, quod audivi te illam ducere noluisse, nisi prius Catholica fuisset facta. Et tamen hæresis eorum, qui verum Filium Dei negant, tantum prævaluit in domo tua, ut ab ipsis filia tua, baptizaretur. Jam vero si ad nos non falsa perlata sunt (quæ utinam falsa sint) quod ab hæreticis etiam ancillæ Deo dicatæ rebaptizatæ sint; quantis tantum malum plangendum est fontibus lacrymarum? Ipsam quoque uxorem non tibi sufficisse, sed concubinarum nescio quarum commixtione pollutum, loquuntur homines, & forsitan mentiuntur. Ista omnibus patent & tot, & tanta mala, quæ te, posteaquam conjugatus es, consecuta sunt. Quid dicam? Christianus es, cor habes, Deum times: tu ipse considera quæ volo dicere; & invenies de quantis malis agere debeas pœnitentiam: propter quam tibi credo Dominum parcere, & a periculis omnibus liberare, ut agas eam, sicut agenda est. Sed si illud audias, quod* (b) Eccl. 5. *scriptum est (b): Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem.*

Bonifacii multiplices errores.

XIII. Evacuat excusationes Bonifacii.

*Justam quidem dicis habere te causam; cujus judex ego non sum; quoniam partes ambas audire non possum. Sed qualiscumque sit causa tua (de quo modo quærere, & disputare non opus est) numquid coram Deo potes negare, quod in istam necessitatem non pervenisses, nisi bona sæculi hujus dilexisses: quæ tamquam servus Dei, quem te ante noveramus, contemnere omnino, & pro nihilo habere debuisti: & oblata quidem sumere, ut ea utereris ad pietatem, non autem negata vel delegata sic quærere, ut propter illa in istam necessitatem ducereris, ubi cum amantur vanæ, perpetrantur mala; pauca quidem a te, sed multa propter te: & cum timentur quæ ad exiguum tempus nocent, si tamen nocent, committuntur ea quæ vere in æternum nocent? De quibus ut unum aliquid dicam; quis non videt, quod multi homines tibi cohærent ad tuendam tuam potentiam, & salutem: qui etiamsi tibi omnes fideles sint, nec ab aliquo eorum ullæ timeantur insidiæ; nempe tamen ad ea bona, quæ ipsi quoque non secundum Deum, sed secundum sæculum diligunt, per se cupiunt pervenire; ac per hoc qui refrenare, & compescere debuisti cupiditates tuas, explere cogeris alienas, quod ut fiat, necesse est, ut multa quæ Deo displicent fiant, nec sic tamen explentur tales cupiditates.* Et paulo post: *Quando ergo poteris tot hominum armatorum, quorum fovenda est cupiditas, timetur atrocitas; quando (inquam) poteris eorum concupiscentiam, qui diligunt mundum, non dico satiare (quod fieri nullo modo potest) sed aliqua ex parte pascere, ne universa plebs pereat, nisi tu facias, quæ Deus prohibet, & facientibus comminatur? Propter quod vides tam multa contrita, ut jam vile aliquid quod rapiatur, vix inveniatur.*

XIV. Barbarica clades in Africa.

*Quid autem dicam de vastatione Africæ, quam faciunt Afri barbari, resistente nullo, dum tu talis tuis necessitatibus occuparis, nec aliquid ordinas, unde ista calamitas avertatur? Quis autem crederet, quis timeret, Bonifacio Domestico rum, & Africæ Comite in Africa constituto cum tam magno exercitu & potestate, qui Tribunus, cum paucis fœderatis ipsas gentes expugnando, & terrendo pacaverat, nunc tantum fuisse barbaros ausuros, tantum progressuros, tanta vastaturos, tanta rapturos, tanta loca, quæ plena populis fuerant, deserta facturos? Qui non dicebant, quandocumque tu Comitivam sumeres potestatem, Afros barbaros non solum domitos, sed etiam tributarios futuros Romanæ Reipublicæ? Et nunc quam in contrarium ver-*



PAGIUS III. Bonifacius Vandalos in Africam invitat.

*Missis igitur in Hispaniam Bonifacius de amicorum numero potissimis, cum ambobus Godigiscli filiis æquum init fœdus, ut cuique ipsorum tertia pars Africæ cederet: quod si quis bello impeteretur, commune periculum esset. Hac pacti Vandali, fretum ad Gadum travecti, in Africam venere: eorum in locum Hispaniam Visigothi insederunt. postea Romæ qui erant noti Bonifacio, expensis ipsius moribus, quamquam non credibile esset, talem Regni cupiditate abduci, rem mirabantur: quidam eorum ex jussu Placidiæ proficiscuntur Carthaginem, ubi cum Bonifacio collocuti, conspectis Aetii literis, reque omni comperta, Romam citissime redeunt, & quomodo se res haberent Bonifacii, referunt. Attonita femina, Aetium quidem nec malo affecit ullo, nec ei exprobravit ausa in principalem domum, quando & ipsi multum erat potentiæ, & res Imperii ægra esse cœperant. Amicis interim Bonifacii aperit monitus Aetii, fidemque suam jurejurando obstringens, obtestatur, ut si posset Virum ad patriæ amorem retraherent, neu pateretur Romanum sub Barbaris esse Imperium. His intellectis Bonifacius & consilii sui & societatis inita cum Barbaris pœnitentiam agens, rogat eos, promissis etiam additis, ut Africa decederent.*

IV. Africa a Romanis amissa anno CCCCXXIX.

*Sed cum Vandali dicta illius non modo non probarent, sed & in contumeliam suam interpretarentur, coactus ad arma venire prælioque victus Hipponem regium se contulit, Maritimam Nu-*

*sa sit spes hominum, vides: nec diutius hic tecum loquendum est, quia plus tu potes ea cogitare, quam nos dicere. Sed forte ad ea respondes: illis hoc esse imputandum, qui te læserunt, qui tuis officiosis virtutibus non paria, sed contraria reddiderunt; quas causas ego audire, & judicare non possum. Tuam causam potius aspice & inspice, quam non cum hominibus quibuslibet, sed cum Deo habere te cognoscis, quia in Christo fideliter vivis; ipsum timere debes ne offendas. Nam ego causas superiores potius attendo: quia ut Africa tanta mala patiatur, suis debent homines imputare peccatis. Verumtamen nolim te ad eorum numerum pertinere, per quos malos & iniquos Deus flagellat pœnis temporalibus, quos voluerit.* Et paulo post hujusmodi eum impugnat dilemmate:

XV. Stringit Augustinus dilemmate Bonifacium,

*Si ergo tibi bona sunt præsitia, quamvis terrena & transitoria, ab Imperio Romano, quia & ipsum terrenum est, non cæleste, nec potest præstare nisi quod habet in potestate: Si ergo bona in te collata sunt, noli reddere mala pro bonis. Si autem mala tibi irrogata sunt, noli reddere mala pro malis. Quid istorum duorum sit, nec discutere volo, nec valeo judicare: ego Christiano loquor: Noli reddere vel mala pro bonis, vel mala pro malis. Dicis enim fortasse: In tanta necessitate quid vis ut faciam? Si consilium a me secundum hoc sæculum quæris, quomodo ista salus tua transitoria tuta sit, atque potentia & opulentia, vel ista servetur quam nunc habes, vel etiam major addatur; quid tibi respondeam, nescio. Incerta quippe ista certum consilium habere non possunt. Si autem secundum Deum me consulis, ne anima tua pereat, & times verba veritatis dicentis (a): Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? habeo plane quod dicam: est apud me consilium, quod a me audias. Quid autem opus est ut aliud dicam, quam illud quod supra dixi; Noli (b) diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Si quis autem dilexerit mundum, non est charitas Patris in illo.* Et subinde: *Hic appareat si vir fortis es. Vince cupiditates, quibus iste diligitur mundus: Age pœnitentiam de præteritis malis, quando ab eis cupiditatibus victus per desideria non bona trahebaris. Hoc consilium si acceperis, si tenueris atque servaveris; & ad bona illa certa pervenies, & cum salute animæ tuæ inter ista incerta versaberis.*

(a) Luc. 9.

(b) 1. Jo. 2.

XVI.

*Sed forte iterum quæris a me, quomodo ista facias in tantis mundi hujus necessitatibus implicatus. Ora fortiter, & dic Deo quod habes in Psalmo (c): In necessitatibus meis erue me. Tunc enim finiuntur istæ necessitates, quando finiuntur istæ cupiditates. Qui exaudivit te, & nos pro te, ut liberareris de tot tantisque periculis visibilium corporaliumque bellorum, ubi solum ista vita quandoque finienda periclitatur, anima vero non perit, si non malignis cupiditatibus captiva teneatur: ipse exaudiet, ut interiores & invisibiles hostes, idest, ipsas cupiditates, invisibiliter & spiritualiter vincas.* Et post nonnulla de mundi contemptu salubriter inculcata, ad postremum hæc addit: *Si enim conjugem non haberes, dicerem tibi, quod & Tubunis diximus, ut in sanctitate continentiæ viveres: Adderem, quod tunc fieri proibuimus, ut jam te, quantum rerum humanarum salva pace potuisses, ab istis rebus bellicis abstraheres, & ei vitæ vacares in societate sanctorum, cui tunc vacare cupiebas, ubi in silentio pugnant milites Christi, non ut occidant homines, sed ut expugnent principes, & potestates, & spiritalia nequitiæ, id est, diabolum & angelos ejus: hos enim hostes sancti vincunt, quos videre non possunt: & tamen quos non vident, vincunt, ista vincendo quæ sentiunt.*

(c) Ps. 24. Quid consulat Augustinus Bonifacio

XVII.

*Sed ut te ad istam vitam non exhorter, conjux impedimento est, sine cujus consensione continenter tibi non licet vivere; Quia etsi tu eam post illa verba Tu-*

PAGIUS *Numidiæ urbem prævalidam, quam juxta positis castris obsessum eunt Vandali* (mense scilicet circiter Junio anni CCCCXXX. ut infra videbimus). *Ducem habentes Giserichum, mortuo jam Gonthari, quem fratris dolo peremptum fuit, qui tradant. Aliter Vandali, qui eum in Hispania captum a Germanis & in crucem sublatum memorant, compotemque totius rei Giserichum Ducem in Africam suis fuisse. Hæc sic a Vandalis audire memini. At ii cum multo exacto tempore nec vi nec conditionibus Hippona regium sui juris facere potuissent, ac fame insuper afflictarentur, obsidionem solverunt. Nec ita multo post Bonifacius, quique cum eo erant Romani, cum a Roma Byzantioque exercitus & Ducem accepissent Asparem quasi tentare belli fortunam, ingenti commisso prælio, multum hostibus inferiores, fugam quo quisque poterant caperant: & Aspar quidem ad sua rediit: Bonifacius vero ad Placidiam profectus, purgavit se adversus suspicionem, ut inique in se susceptam. Atque eum in modum ablatam Romanis Africam tenuere Vandali.* Hæc Procopius; Aspar vero Bonifacius a Vandalis anno CDXXXI. superati, ut ibi Baronius narrat.

V. Augustinus scribit ad Bonifacium.

Baronius anno sequenti num. XIV. quæ duobus præcedentibus numeris in medium adduximus, refert, sed usus est editione Procopii incredibili perversitate corrupta ac mutilata, quia ejus tempore melior non extabat. Hæc autem uno tenore recitanda duximus occasione insidiarum *Bonifacio* Comiti ab *Aetio* structarum. Certum enim nunc esse debet Vandalos mense tantum



*Tubunentia ducere non debebas; illa tibi tamen, nihil eorum sciens, innocenter & simpliciter nupsit. Atque utinam posses ei persuadere continentiam, ut sine impedimento redderes Deo, quod te debere cognoscis. Sed si cum illa agere non potes, serva saltem pudicitiam conjugalem; & roga Deum, qui te de necessitatibus eruit, ut quod non potes modo, possis aliquando. Veruntamen, ut Deum diligas, non diligas mundum: ut in ipsis bellis (si adhuc in eis te versari opus est) fidem teneas, pacem quæras: ut ex mundi hujus bonis facias bona opera, & propter mundi bona non facias opera mala, aut non impedit conjux, aut impedire non debet. Hæc ad te, fili dilectissime, ut scriberem, charitas jussit, qua te secundum Deum, non secundum hoc sæculum diligo: quia & cogitans quod scriptum est (a): Corripe sapientem, & amabit te: corripe stultum, & adiiciet odisse te. Non te utique stultum, sed sapientem debui cogitare.* Hactenus Augustinus ad Bonifacium, plane beatum, si hæc eum admonentem audisset. Sed indignatione commotus (proh dolor!) veluti œstro percitus furenti animo (cum se cerneret potentioribus æmulorum exagitari procellis) ad auxilium Uvandalorum confugit, quos (ut diximus) in Africam traiiciendos curavit: ex quo infelix (nolens licet) effecit, ut Africa in manus Uvandalorum deveniens, sic captiva ad centum annorum spatium sub barbarico jugo permanserit. Quomodo vero sero tandem ipse Bonifacius in gratiam rediens Imperatoris, ab illis deficiens, adversus illos frustra exercitum duxerit, dicemus anno sequenti.

(a) Prover. 5.

XVIII.

Uvandali Arianorum omnium perditissimi.

Quanta autem damna Catholicæ esset allatura Ecclesiæ societas ista Bonifacii icta cum Uvandalis, & amicitia nuptiarum vinculo stricta, jam ante patentia indicia præcesserе, cum videlicet orta ex nova conjuge proles ab Arianis impio fuit initiata baptismate; qui & deteriora adhuc præsumentes, in ejusdem Bonifacii domo ancillas Deo dicatas virgines rebaptizarunt: de quo queritur Augustinus. Nulli plane barbari, æque ac Uvandali, obstinatiores facti sunt defensores Arianæ perfidiæ, & acerbiores adversus Catholicos persecutores: nam ut taceamus persecutionem diram illam, quam postea intulerunt Ecclesiæ Africanæ, de qua suis locis dicturi sumus; de his quæ egerint in Hispania, antequam navigarent in Africam, sub Trasamundo Uvandalorum Rege adversum dicatam Deo virginem, historiam afferam, quæ a Gregorio Turonensi ita describitur (b):

(b) Greg. Tur. Fran. hist. lib. 2. cap. 11.

XIX. Virginis Hispanæ nobile martyrium.

*Factum est* (inquit) *ut puella quædam religiosa, prædives opibus, ac secundum sæculi dignitatem nobilitate Senatoria florens, & quod his omnibus est nobilius, fide Catholica pollens, Deoque omnipotenti irreprehensibiliter serviens, ad hanc quæstionem duceretur. Cumque Regis fuisset oblata conspectibus: cœpit eam primum ad rebaptizandum blandis sermonibus illicere. Quæ cum venenosum ejus jaculum fidei parma propelleret: præcepit Rex, ejus facultates auferri, quæ jam mente possidebat regna paradisi: deinde suppliciis applicatam sine spe præsentis vitæ torqueri. Quid plura? post multas quæstiones, post ablatos rerum terrenarum thesauros, cum adhuc frangi non posset, ut beatam rescinderet Trinitatem, ad rebaptizandum invita deducitur. Cumque in illud cœnosum lavacrum vi cogeretur immergi, ac proclamaret: Patrem cum Filio ac Spiritum sanctum unius credo esse substantiæ, essentiæque: digno aquas unguine cunctas inficit, id est, fluxu ventris aspergit. Exhinc ad legitimam ducta quæstionem, post equuleos, post flammas, post ungulas, Christo Domino capitis decisione dicatur.* Hæc Gregorius, qui & affirmat, per eumdem Regem Arianum alios quoque in Hispania vexatos esse Catholicos, diversisque tormentorum generibus cruciatos, ac denique morte mulctatos, corona martyrii honestatos: porro fugatis undique Catholicis, eorundem maryrum memoria remansit obscura. Fugisse quidem nonnullos de Hispania Episcopos, eorum plebibus fuga jam lapsis, vel peremptis, vel captis, S. Augustinus (c) affirmat in epistola ad Honoratum. Sed ad res Orientalis Ecclesiæ veniamus.

(c) Aug. epist. 180.

Hoc

PAGIUS tum Maii anni CCCCXXIX. in Africam ingressos esse. Quare quæ post illam irruptionem facta narrat Procopius, ad suos annos ab æquo Lectore referenda. Divus Augustinus, qui summa necessitudine cum Bonifacio Comite conjunctus erat, hoc anno ad eum scripsit Epistolam CCXX. alias LXX. recte a Baronio num. X. & seqq. ubi eam integram recitat, cum præsenti anno illigatam; ex ejus enim lectione apparet, illam scriptam esse tempore belli in ipsum tanquam in Imperii perduellem illati. Unde Augustinus num. V. sic eum alloquitur: *Justam quidem dicis habere te causam, cujus judex ego non sum, &c. Et oblata quidem sumere debuisti, ut eis uteteris ad pietatem; non autem negata vel delegata sic quæsere, ut propter illa in istam necessitatem perducereris.* Baronius num. XIX. refert ex Gregorio Turonensi lib. 2. cap. 2. Martyrium cujusdam virginis Hispanæ sub Trasamundo Vandalorum Rege. Verum *Trasamundus* Guntamundo fratri in regnum Vandalorum in Africa non succesit ante annum CCCCXCVI. ut anno CCCCXCV. demonstravi, & nonnisi magno errore Turonensis scripsit, *Trasamundum* successisse Gunderico Vandalorum Regi, ideoque in rebus extra Gallias gestis ei non adhærendum, nisi

XX. Memoria S. Joannis Chrysostomi cœpta publice coli.

Hoc eodem anno contigit, ut S. Joannis Chrysostomi, cujus nomen in Ecclesiasticas tabulas fuerat restitutum ab Innocentio Romano Pontifice, memoria ritu solemni in Ecclesia anniversaria die celebrari cœperit sexto Kalendas Octobris. Marcellinus enim id tradit in Chronico sub anni hujus Consulibus.

XXI. (a) Socr. lib. 7. c. 28.

*Quibus etiam Consulibus, nono Kalendas Januarii* (inquit Socrates *a*) *moritur Sisinnius Episcopus Constantinopolitanus, vir ob temperantiam, ob rectam & piam vivendi rationem, denique ob benignitatem in pauperes, omnium sermonibus celebratus, moribus facilis, affabilisque, simplex, & veritatis amicus, ac propterea nemini quicquam exhibuit negotii: unde curiosis, & qui aliis facessendo molestiam delectantur, offensioni fuit, atque adeo apud eos opinione venit ignaviæ.* Hæc ipse. Cessavit Episcopatus ejus sedis mensibus tribus, ac diebus quindecim. Agendum igitur de ejus successore anno sequenti.

XXII. (b) l. 1. c. nemini licere signum.

Hoc item anno, cum Christiana pietas propensiori cultu (ut par erat) sanctissimam Domini Crucem coleret, & passim ubique locorum eamdem pingeret, vel sculperet: ne hac ex parte effrenis religio irreverentiæ patefaceret aditum, Imperatores Theodosius, & Valentinianus ejusmodi sanctionem ediderunt (*b*):

*Cum sit nobis cura diligens, per omnia superni numinis religionem tueri: signum Salvatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere, vel pingere; sed quodcumque reperitur, tolli, gravissima pœna mulctando eos qui contrarium statutis nostris tentaverint, specialiter imperamus. Dat. XII. Kal. Jun. Hierio, & Ardaburio Conss.*

XXIII. Hoc eodem etiam anno in Oriente (quo vero loco, nescimus) celebratum est Concilium adversus Massalianos hæreticos, alias sæpe damnatos. Quod autem perdifficilis esset horum hæreticorum extinctio, ex eo accidit, quod clam sub Catholico nomine delitescerent: & inventi, nullo negotio, pro arbitrio exigentis, se hæresim damnare simularent; quam protinus, simulac liberum esset, repetentes, eadem quæ ab Ecclesia vetita essent, facerent & docerent, prout Acta sæpe adversus eos superius recitata declarant; quibus & quænam essent eorumdem hæreticorum sententiæ, satis est demonstratum. Pertæsi igitur Episcopi horum causa sæpius fatigari, illud in Synodo sanxere decretum, ut iidem, quantamlibet imaginem pœnitentium præseferrent, non amplius in Ecclesiam reciperentur, quam jam visi essent sæpius eluisse relapsi. Celebrem quidem hujusmodi fuisse Episcoporum conventum, inde possumus intelligere, quod interfuisse eidem, & subscripsisse reperiuntur inter alios Sisinnius Constantinopolitanus Episcopus, & Theodotus Episcopus Antiochenus; ut Photius, cum agit de eodem Theodoto, tradit. Perierunt quidem hujus Acta Synodi; & tantum canon, quem Photii Bibliotheca servavit, reliquus reperitur, cujus ita meminit ipse, cum agit de ipso Theodoto Antiocheno, & Synodali epistola data ad Baronianum, sive Beronicianum, & Amphilochium, atque universos Pamphiliæ Episcopos, adversus eosdem in illis partibus ingruentes Massalianos hæreticos; in qua hujusmodi decretum Synodi haberetur ita describitur:

Concilium contra Massalianos.

XXIV. Canon de relapsis.

*Si quis post anathematismum aliquando fuerit deprehensus vel verbo, vel opere in suspicionem hujus morbi lapsus, nunquam amplius in posterum locum habeat, neque si decies millies polliceatur se esse paratum ad omnia, quæ ad pœnitentes attinent.* Hæc ejus Synodi canon ex



ex Photii Bibliotheca depromptus.

XXV. Theodoti Episcopi Antiocheni obitus, & sedis tempus.

(a) Theo. l. 5. c. ult.

Post hæc autem Theodotus ipse Antiochenus Episcopus ex hac vita migravit. Ad hunc usque annum pervenisse, eodem auctore proditur, dum declarat, eumdem cum Sisinnio subscripsisse eidem epistolæ Synodali: neque hunc annum præteriisse, quæ habet Theodoretus in fine suæ historiæ (*a*), possunt cuique reddere manifestum, dum eamdem cum obitu Theodoti claudens, spatium centum, & quinque annorum se complecti testatur: cumque profiteatur se historiam exordiri ab eo tempore quo Eusebius (*b*) desinit, ab ipso nimirum Licinii tyranni exitu, quem occidi contigisse vidimus anno Domini trecentesimo vigesimotertio; ab eo anno si incipias numerare annorum centum & quinque periodum, ad hunc usque annum quadringentesimum vi-

(b) Theo. in præf. l. 1.

PAGIUS

tam esse. Legendi & Epiphanius lib. de Hæresibus hæresi ultima, & Augustinus lib. de Hæresibus cap. 57. Duæ Synodi adversus illos habitæ; prior *Sydæ* in Pamphilia cui præfuit *Amphilochius* Iconii Episcopus, de quo Baronius loco citato, & posterior Constantinopoli celebratæ a *Sisinnio*, in qua gesta in priori Synodo relecta & confirmata. Quod fraudi fuit Petavio in lib. 13. de Doctrin. temp. ubi ait Sisinnium *Sydæ* Synodum de qua agimus, celebrasse.

IX. Theodoretus anno CCCC-XXIX. Historiam suam Ecclesiasticam terminat.

Ad num. XXV. & seqq. *Theodoretum* ad nunc tantum annum Historiam suam Ecclesiasticam perduxisse communis omnium opinio fuerat antequam dissertationem Hypaticam in lucem emisissem, nisi quod Valesius in fine notarum suarum ad Theodoretum scripserat, se communi opinioni penitus non acquiescere, quod videret, *Theodoretum* Mopsuestiæ Episcopum, in cujus & Theodoti Episcopi Antiocheni morte eam claudere asserit Theodoretus, anno sequenti adhuc in vivis fuisse. Verum Theodoretum anno tantum quadringentesimo vicesimo nono præstantissimo illi Operi finem imposuisse, certum & indubitatum esse debet. Ipsemet enim in Historiæ suæ Præfatione ait: *Et Eusebius quidem Palæstinus a Sanctissimorum Apostolorum temporibus exorsus, res in Ecclesiis gestas, usque ad Deo accepitum Constantini Principatum perscripsit. Ego vero a fine Historiæ illius initium operis mei sumam;* ubi Græcum habet μέχρι τῆς Κώνς. αὐτοῦ θεοφιλοῦς βασιλείας; duplex autem Constantini Principatus distinguendus; prior desumtus ab anno CCCVI. quo Imperium iniit, & cum aliis Imperatoribus coregnavit; posterior ab anno CCCXXV. quo Licinio sublato solus ac monarcha regnavit. Quare cum Theodoretus de priori ejus Principatu intelligi non possit, manifestum est eum de ejus Monarchia loqui, ideoque Baronium ab anno CCCXXIII. quosdam alios ab anno CCCXXIV. initium Historiæ Theodoreti perperam deducere; cum neuter Constantini Principatus ab illis annis repeti possit.

X. Refellitur vulgaris opinio.

Ad hæc Theodoretus ab eo anno, quo Arius in Synodo Nicæna damnatus, quove desiit Eusebius, Historiam suam se se incipere in ejus calce indicat: *Quinque autem ac centum annorum spatio res gestas hac Historia complectitur: ab Arii quidem vesania ducens exordium: desinens vero in obitu præstantissimorum virorum Theodori atque Theodoti.* Antiqui enim Historias suas ab aliquo insigni eventu inchoare, & aliquo memorabili casdem claudere, in more positum habebant. Porro si annos CV. addas aliis annis CCCXXV. habebis annos CCCCXXIX. ultimo incompleto pro completo numerato, cujus hæc ratio est, quia quando additur numerus alteri numero, numerus addendus incipiendus ab eo cui additur, ideoque primus ex illis CV. annis concurrit ex parte cum anno ultimo prioris numeri CCCXXV. qui ideo bis numeratur, quia pars est anni CCCXXV. & pars prioris anni numeri CV. Decepit Baronium aliosque initium hæreseos Arianæ; cum enim *Arius* aliquot ante Concilium Nicænum annis eamdem docuerit, existimarunt, centum ac quinque illorum annorum exordium, *Theodoretum* deduxisse ab eadem hæresi, non vero a Monarchia Constantini, aut a Concilio Nicæno, a quo hæresis illa ante aliquot annos exorta, profligata fuit. Verum *Eusebius*, cujus Historiam continuavit Theodoretus, ad annum tricesimum vicesimum quintum Opus suum perduxit, ideoque ab eodem anno *Theodoretus* Historiam auspicatus est, & quia *Eusebius* rerum eo anno actarum mentionem non fecit, de iis sermonem habet Theodoretus initio sui Operis.

XI. Theodoretus Historiam suam inchoavit ab anno CCCXXV.

Recte itaque Gennadius in libro de Script. Ecclesiast. annum inchoatæ a Theodoreto Historiæ notavit; *Sunt*, inquit, *& ejus decem Historiæ Ecclesiasticæ libri, quos imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit, incipiens a fine librorum Eusebii, usque ad suum tempus, idest, a Vicennalibus Constantini usque ad Imperium Leonis Senioris, sub quo mortuus est.* Quia enim, ut mox dixi, soliti erant Scriptores Opera sua a re aliqua memorabili inchoare, plerumque ab Imperatorum Decennalibus & id genus festis, aut illa publicabant, aut denique terminabant, ut in laudata Dissertatione ostendi. Quare vere scripsit Gennadius, *Eusebium* Historiam suam usque ad *Vicennalia*, Nicomediensia scilicet, Constantini perduxisse, & Theodoretum a fine librorum Eusebii, idest, ab anno Christi CCCXXV. quo Vicennalia illa edita, Historiam suam auspicatum esse. Quia tamen habemus tantum quinque Libros Historiæ Ecclesiasticæ Theodoreti, a quibusdam viris Doctissimis existimatum, *Gennadium* tam in fine quam in principio librorum Historiæ Theodoreti recensendis hallucinatum, esse; quod nemo ex Veteribus plures quam quinque Historiæ Ecclesiasticæ Theodoreti Libros unquam agnoverit. At nunquid Sozomenus lib. 1. cap. 1. testatur, se complexum esse, quæ ab Ascensione Christi ad Licinii Imperatoris exauctorationem gesta essent; & tamen quis ex Veteribus aliquid ex prioribus illis Sozomeni libris in medium attulit? Certe non Cassiodorus, non Photius, non Nicephorus, nec ullus ex Auctoribus, qui extant. Nihilominus probabilius est, *Theodoretum* quinque ultimos libros, quos ei Gennadius attribuit, non elucubrasse; sed inde non sequitur eum Historiam suam non incepisse ab anno, quo *Constantinus* Nicomediæ Vicennalia edidit, ab anno scilicet Christi CCCXXV; cum hoc ex Præfatione Theodoreti manifestissime deducatur.

XII. Theodoretus itaque Mopsuestenus & *Theodotus* Antiochenus Episcopi ad annum usque quadringentesimum vicesimum nonum in vivis fuere. *Theodotum* autem anno CCCCXXIX. demortuum esse, liquet ex Commonitorio Marii Mercatoris sub illius anni Coss. ut titulus ejus ostendit. Theodosio Juniori oblato; cum ibidem cap.

PAGIUS

nisi quando aliis Historicis non contradicit.

VI. S. Chrysostomi memoriæ Constantinopoli celebratæ.

Ad num. XX. Marcellinus sub sequentis anni Coss. scribit: *Beatissimi Joannis Episcopi, dudum malorum Episcoporum invidia exulati, apud Comitatum capit memoria celebrari mense Septembris die XXVI.* Verum Baronius mendoso Marcellini codice utebatur, ut sæpe monuimus. Joannis Chrysostomi nomen sacris diptychis ab Attico Constantinopolitano Episcopo jam ab anno CCCCXX. adscriptum fuerat, ut supra ostendimus, sed ejus corpus *Cumanis* Constantinopolim tantum translatum anno CCCCXXXVIII. ut ibidem dicetur.

VII. Obitus Sisinnii Episc. Constantinop.

Ad num. XXI. *Sisinnius* Episcopus Cpolitanus sub hujus anni Coss. ut tradit Socrates lib. 7. cap. 28. ex hac vita migravit die *IX. Kal. Januarii*, cui Nestorius nonnisi anno sequenti successit. In Chronico Nicephori & in Tabulis Theophanis anni duo *Sisinnio* attribuuntur, qui ex dictis incompleti intelligendi sunt.

VIII.

Ad num. XXIII. & seq. *Sisinnio* sedente habita Synodus Constantinopoli adversus Messalianos, qui & *Euchetæ*, vel etiam *Enthusiastæ* dicti sunt. Baronius ait, nescire se quo in loco ea habita fuerit. Verum Photius in Biblioth. Cod. LII. ab eo laudatus Synodicæ Sisinnii fragmentum refert, in quo legitur: *Sisinnius atque Theodotus & universa Sancta Synodus, quæ Dei gratia in magna urbe Constantinopolitana coacta est consecrandi gratia Deo amantissimi Episcopi Sisinnii*, &c. Quare cum Sisinnius die ultima Februarii superioris Christi anni consecratus fuerit, eodem etiam tempore hæc Synodus Constantinopolitana habita. Hanc Constantinopoli coactam observat Baluzius in Nova Collect. Concil. pag. 374. ex Actis Concilii Ephesini part. 2. Act. 7. pag. 809. & tam Photii, quam Concilii Ephesini verba in medium adducit. Baronius anno CCCLXXXIII. num. XXXIX. recitat Synodum *Sydæ* contra Messalianos coactam, & Nicephorus lib. 11. cap. 14. refert sectam illam circa ea tempora exortam esse. De eadem hæresi ejusque dogmatis agit Theodoretus lib. 4. cap. 11. asseritque Valentiniani primi temporibus natam

*Sisinnius adversus Messalianos in Urbe Constantinopolit. Synodum cogit.*

vigesimum septimum pervenies, quo ait defunctum fuisse Theodotum, de quo agimus, Antiochenum Episcopum: cum igitur id ipse scribat, & ad hæc tempora pervenisse, Photius ex Synodali epistola, cui cum Sisinnio subscripsit, ostendat: perspicuo plane intelligis, quam erret Nicephorus in catalogo Antiochenorum Antistitum, dum eidem Theodoto annos dumtaxat quatuor in sede tribuit, quem ad annum usque decimum sextum vixisse Episcopum ex superius dictis cum ex Cyrilli Alexandrini litteris, tum ex Photio atque Theodoreto evidenter satis apparet.

XXVI. Joannes creatus Episcopus Antiochenus.

Defuncto autem Theodoto laudato satis Episcopo, subrogatus est in locum ipsius Joannes, ex schola (ut exitus demonstravit) Theodori Mopsuesteni, sicuti & Nestorius, Theodoretus, & alii complures in Syria sacerdotes, ex quibus clades oborta est Orientalis Ecclesiæ. Occulto namque, sed plane terribili Dei judicio factum est, ut uno eodemque fer-

me tempore Theodori illius alumni, fœtus viperini dicendi damno Ecclesia maximo in præcipuarum sedium Episcopos fuerint cooptati, nempe Joannes hoc anno creatus Antiochenus Episcopus, Nestorius vero anno sequenti in Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfecturam vocatus, ut suo loco dicturi sumus.

XXVII. Sed audiamus Theodoretum, Theodori ejusdem laudibus historiam scriptam a se claudentem & maxima ob id eam, omnium sententia, ignominia afficientem: hæc enim habet ad calcem (*a*): *Per id tempus quo dictus Theodotus rexit Ecclesiam, Theodorus Episcopus Mopsuestiæ, qui totam Christi Ecclesiam sua doctrina erudierat, & contra universas hæreticorum phalanges victoriam reportaverat, obiit mortem. Iste & Diodori viri excellentissimæ doctrinæ particeps factus est, & sanctissimi Joannis socius & adjutor: nam communiter inter ipsos sapientiæ præcepta ex spiritualibus Diodori fluentis hauserunt. Trigintasex annis Præsulatum gessit Theodorus, neque umquam cessavit contra Arianam & Eunomianam sectam velut in area dimicare, tum clandestinum Apollinaris manipulum impugnare, tum optimam herbam sanctis Christi ovibus suppeditare: cujus frater Polycronius Ecclesiam Apameensem gubernavit. Isto qui-*

(*a*) *Theod. l. 5. c. ult.*

Quid Theodoretus de Theodoro Mopsuesteno.



PAGIUS capp. 1. & 3. Theodotus dicatur Episcopus *sanctæ memoriæ*. Sedit is annos circiter decem, non vero annos IV. ut errore Librariorum legitur in Chronico Nicephori, aut annos sex, ut perperam Viris eruditissimis persuasum, multo minus annos XVI. ut arbitratus est Baronius, qui ejus initium deducit ab anno CCCCXI. ut videre est num. XXV. ubi & scribit, Theodoretum Historiam suam ordiri ab ipso *Licinii* tyranni exitu, quem perperam putat, contigisse anno CCCXXIII. *Licinius* enim, ut anno CCCXVIII. n. VII. demonstravi, anno CCCXXIV. debellatus est, & insequenti Constantini jussu occisus. Porro *Theodotum* anno CCCCXXVIII adhuc vixisse, colligitur ex Epistola Theodoreti ad Dioscorum Alexandrinum anno CCCCXXIII. a nobis explicata, in qua *Theodoretus* ait, se sub *Theodoto* Antiochiæ per annos sex Catechistam egisse, ab anno scilicet CCCCXXIII. quo Episcopatum Cyrensem adeptus est, usque ad initium Episcopatus Joannis Theodoti successoris; qui cum anno CCCCXXIX. Theodoto successerit, sex illi anni, non incompleti, sed completi numerandi. Vivebat etiam sine dubio anno sequenti Theodorus Mopsuestenus, teste Evagrio lib. 1. cap. 2. ubi de Nestorio ad Episcopatum Urbis Constantinopoleos proficiscenti loquens ait: *Quo quidem tempore Nestorius apud Mopsuestiam congressus, cum Theodoro, audita illius doctrina, a recta pietate deflexit, sicut in Epistola quadam de his rebus agens scribit Theodulus*. Garnerius in Auctario Theodoreti in Vita ejusdem Theodoreti cap. 4. autumat, Evagrium deceptum, quia, inquit, *Theodorus* anno CCCCXXVII. diem obiit. Verum sine Historiæ Theodoreti suo anno reddito liquet vera esse quæ narrat Evagrius. Corrigendus & error Photii, qui in Biblioth. Cod. XXXI. ait, *Theodotum* mortuum quando Constantinopoli sacrorum Antistes Sisinnius fuit. Cum enim *Sisinnius* die XXIV. Decembris hujus anni vita functus sit, patet ex laudatis locis Theodoreti & Evagrii, Theodotum Sisinnio superstitem fuisse, annoque sequenti adhuc invivis extitisse.

PAGIUS *Theodotus Antiochenus & Theodorus Mopsuestenus anno CCCC. XXIX. dimortui.*

XIII. *Meletius succedit Theodoro.*

Successerat Theodorus *Olympio*, qui Concilio Constantinopolitano anno CCCLXXXI. coacto interfuit, eumque Theodoretus cap. ultimo suæ Historiæ de Theodoro scribat: *In Episcopatu annos peregit sex & triginta*, apparet, ipsum circa annum CCCXCIII. ad Ecclesiam Mopsuestensem evectum fuisse. Lupus in Scholiis & Notis ad Epistolam XLV. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi existimans, *Theodorum* anno sequenti vita functum esse, ait eum interesse potuisse Concilio Constantinopolitano anno CCCLXXXI. celebrato, & per *Diodorum* Tarsensem Episcopum dolose obtinere, ut in Symbolo de Spiritu Sancto duntaxat poneretur: *Qui ex patre procedit*. Verum non Theodorus, sed *Olympius* ejus decessor prædictæ Synodo interfuit & Theodorus ex dictis vitam usque ad annum CDXXIX. propagavit. *Theodorum* excepit, non *Thomas*, ut putavit Garnerius in Notis ad Marium Mercatorem, sed *Meletius*, Vir eruditione insignis, at ob impietatem Nestorianam in secundam Armeniam a Theodosio Imp. relegatus, ut patet ex Epistola CXC. ejusdem Synodici, in quo etiam recitantur quædam Epistolæ a *Meletio* scriptæ. Porro *Chomatius*, quem in ejecti Meletii locum *Joannes* Episcopus Antiochenus ordinavit, decessor fuit *Thomæ*, ut liquet ex Antiochena Domni Patriarchæ Synodo, ac ex Mopsuestenæ Ecclesiæ diptychis jussu Justiniani Imp. prolatis in Mopsuestena Synodo. Neque enim dubito quin Viri Doctissimi, qui *Chomatium* a Thoma non distinguunt, fallantur.

XIV. *Theodoretus longe post Concilium Ephesinum Historiam Eccles. scripsit.*

Inquirendum restat, quo anno Historiam suam, quæ desinit in obitu Theodoti & Theodori, Theodoretus scripserit. Baronius num. XXVIII. ait: „ Certe quidem ipsius testificatione affirmari posse videtur, scriptam ab ipso fuisse hujusmodi Historiam ante Ephesinum Concilium: etenim in Epistola quam scripsit postea ad *Eusebium Ancyræ Episcopum* cum sua scripta recenset, quæ post dictum Ephesinum Concilium elaborasset, nullam penitus de scripta a se Historia mentionem habet: unde dicendum est hoc triennii spatio, quod intercedit ab hoc anno usque ad Concilium Ephesinum, ab illo dictam Historiam esse scriptam. Ita Cardinalis Doctissimus. Verum cum Epistola illa quæ ordine est LXXXI. data sit anno quadringentesimo quadragesimo octavo, ut anno CCCCXLIII. demonstrabo, ex ea inferendum, nondum eo anno Theodoretum Historiam suam in lucem emisisse, cujus ideo mentionem in eadem facere non potuit. Quomodo enim *Theodoretus* ante Concilium Ephesinum egregium illud Volumen elucubrare potuit, cum in libro 5. cap. 36. referat Reliquiarum Sancti Chrysostomi Translationem in Urbem Regiam, quæ facta est anno CCCCXXXVIII. ut suo loco videbitur? *Aliquanto post*, inquit Theodoretus, *ipsa quoque magni Doctoris Reliquiæ in Urbem Regiam translatæ sunt*, &c. *Hunc porro thesaurum Regiæ Urbi donavit is, qui nunc Imperium obtinet, qui & avi nomen præfert, & pietatem ejus integram atque illibatam servat*. Ex quibus etiam verbis intelligimus, Theodoretum, quemadmodum & Socratem ac Sozomenum, Theodosio Jun. imperante Historiam suam publicasse. Hinc Valesius in Præfatione ad suam ejusdem Historiæ Versionem docte observat, eum in lib. 5. cap. 3. tradere Eutychetis opinionem jam tum cum Historiam conscriberet, turbas in Ecclesia concitasse: *Ex hac radice* (Apollinaris sc. Laodiceni Doctrina) *pullulavit in Ecclesiis opinio illa, unam esse naturam carnis ac Deitatis: & illa qua Unigenitî*



*dem in loco finem historiæ facere, animus est: Atque omnes qui sunt eam aliquando perlecturi, vehementer oratos volo, ut precibus suis labores compensare non graventur. Spatium quidem centum & quinque annorum ista complectitur historia, quæ initium habet ex rabie Ariana, exitum autem a morte hominum præstantissimorum Theodori atque Theodoti*. Hæc ipse: qui ex inita superius ratione ad præsentem annum eamdem scriptis prosecutus esse, satis apparet.

XXVIII. Sed cur hic desinit? ea quidem ex causa reor, quod noluit attingere Nestorii tempora, qui anno sequenti creatus est Constantinopolitanus Episcopus: sciens namque per scabra sibi incedendum fore, prudenter quidem cessavit ab historiæ scriptione, quando in seipsum opus fuisset, convertere stylum. Certe quidem ipsius testificatione affirmari posse videtur, scriptam ab ipso fuisse hujusmodi historiam ante Ephesinum Concilium: etenim in epistola (*b*) quam scripsit postea ad Eusebium Ancyræ Episcopum, cum sua scripta recenset, quæ post dictum Ephesinum Concilium elaborasset, nullam penitus de scripta a se historia mentionem habet: unde dicendum est, hoc triennii spatio, quod intercedit ab hoc anno usque ad Concilium Ephesinum,

(*b*) *Theo. epist. 82.*



PAGIUS *geniti Divinitati passionem attribuit, & aliæ plures, quæ tum inter populos, tum inter Sacerdotes aliarum Provinciarum, magnam discordiam concitarunt. Verum hæc postea gesta sunt.* Quibus verbis Eutychianos & Theopaschitas qui ex Apollinaris stirpe prognati erant, haud obscure designat.

XV. *Theodoretus, Socrates, & Sozomenus eodem tempore suas scripsere Historias.*

Theodoretus lib. 5. cap. 39. asserit, persecutionem ab *Isdigerde* Persarum Rege adversus Christianos excitatam *annos triginta* duravisse. Quare cum anno CCCCXIV. cœperit, anno CDXLIV. quo desiit, Historiam suam nondum *Theodoretus* promulgarat. Videtur itaque ea ipso fine Theodosiani Imperii edita. Socrates, Sozomenus & Theodoretus uno eodemque tempore rerum Ecclesiasticarum Historiam scribere aggressi sunt, idem omnes scribendi principium sumpsere, eumdemque fere finem Historiæ suæ imposuere, ab iis temporibus exorsi, quibus *Eusebius* Historiam suam terminaverat. Valesius tam in Præfatione laudata, quam in Præfatione ad Versionem Socratis & Sozomeni arbitratur, Socratem priorem Sozomeno ad Historiam scribendam se contulisse, & post illos *Theodoretum* ad res Ecclesiasticas scriptis mandandas animum applicuisse. Et quidem *Theodoretum* post illos scripsisse, omnium fere Antiquorum sententiam fuisse dicit. *Cassiodorus* in Præfatione, quam Tripartitæ Historiæ præfixit, Theodoretum postremo loco nominat. *Justinianus* quoque Imperator in Edicto de *Confessione vera fidei*, & *Photius* in Bibliotheca eumdem ordinem servant. Sed & *Nicephorus* in exordio Historiæ suæ, Ecclesiasticorum Scriptorum indicem texens, Theodoretum post Sozomenum collocat. Nec aliter *Evagrius* in procemio Operis sui. Hæc prior Valesii conjectura, quæ profecto valde infirma. *Cassiodorus* enim in Præfatione laudata prius nominat Theodoretum, & postea Sozomenum, ac ultimo loco Socratem, qui tamen in libro de Divinis lectionibus cap. 17. Socratem priori loco, & Theodoretum ultimo nominat. *Theodorus* Lector in Epistola, quam præfixit Historiæ Ecclesiasticæ dicit eam scriptam esse a Theodoreto, Sozomeno ac Socrate, seque eam ordiri ab Historia Sozomeni. *Evagrius* in lib. 1. cap. 1. ait Historiam Ecclesiasticam post Eusebium a Sozomeno, Theodoreto & Socrate litteris mandatam esse. Ad hæc *Justinianus* in eodem Edicto de Confessione rectæ fidei: *Atque hæc testantur Sozomenus, Hesychius, Socrates, ac Theodoretus, qui pro Theodoro multos libros scripsit*. Et tamen Valesius ex eodem Edicto infert Theodoretum post Socratem & Sozomenum scripsisse, licet neget Sozomenum ante Socratem Historiæ Ecclesiasticæ manum admovisse. Denique *Nicephorus* in lib. 1. cap. 1. ait, Sozomenum, Theodoretum, Philostorgium, & Socratem a fine Eusebii exorsos usque ad tempora Theodosii Jun. Historias suas perduxisse. Quare argumentum a testimonio Veterum a Valesio deductum se ipso corruit.

XVI. *Refellitur opinio contraria.*

Ait denique Valesius, Historiam Ecclesiasticam *Theodoreti* nihil fere aliud esse, quam supplementum Historiarum Socratis atque Sozomeni, quæ ab illis prætermissa erant, *Theodoretum* accurate commemorasse: *Socratem* ac *Sozomenum* cum Constantinopoli degerent, quæ in Ecclesia Constantinopolitana contigerant, scriptis prodidisse, Theodoretum vero qui in partibus Orientis vixit, tres Orientalis Ecclesiæ diligentissime persecutum esse: & denique *Theodoretum* errores, qui a Socrate & Sozomeno admissi fuerant, non raro in Historia sua correxisse, suppresso eorum nomine præ sua modestia. Verum *Theodoretus* de Socratis & So-

ab illo dictam hiſtoriam eſſe ſcriptam.

XXIX. Verum hic conſidera, ipſum Theodoretum ex immenſis laudibus quibus ornat Theodorum Mopſueſtenum neſandiſſimum hæreticum, plane ſe ejus fuiſſe communionis, haud levem ſuſpicionem concitaſſe: immo adeo ſtudioſus ejus extitit, ut credendi occaſionem dederit, quod ipſe ab eodem Theodoro nomen derivando dici voluerit Theodoretus.

Quo nomine S. Gregorius Papa ſugillat quoque Sozomenum, ejuſque hiſtoriam, ubi de ipſa agens (*a*): *Sed ipſam* (*a*) *Greg. l. 6. ep. 95.*

PAGIUS zomeni Hiſtoria ſupplenda, non cogitavit, ſed cum utroque longe doctior eſſet, & in Oriente verſaretur, errores plurimos, in quos uterque incidit, vitavit, & quia res in Oriente, quam quæ in Urbe Regia geſtæ melius callebat, ideo in illis quam in iſtis fuſior & diligentior eſt; contra vero Socrates & Sozomenus eaſdem leviter attigere. Quare non dubito, quin tres iſti Scriptores, qui omnes ſibi idem argumentum propoſuere, non ſolum ſub extremis *Theodoſii Jun.* temporibus, quod de Socrate & Sozomeno infra videbitur; ſed etiam eodem tempore Hiſtorias ſuas Eccleſiaſticas in lucem emiſerint. Luculentum hujus rei exemplum habemus in Hiſtoria Pelagiana, quam nuper duo Viri doctiſſimi Cardin. Noriſius ſc. & Garnerius eodem tempore ex Veterum monumentis maxima cum laude ingentique labore eduxere, & publici juris fecere. Horum enim alter diligentiſſime quædam perſecutus eſt, quæ alter aut prætermiſit, aut leviter attigit. Uterque eaſdem difficultates iiſdem rationibus & Antiquorum teſtimoniis quandoque reſolvit, & ſæpe ubi unus offendit, alter ſcopulum tanta felicitate ſuperat, & quod dici poteſt in contrarium ita ſolide diſcutit, ut credas eum alteri confutando totum intentum fuiſſe. Si enim in Hiſtoria ſcribenda quandoque peccatur, multo magis in Critica, in qua aliquando non offendere potis non eſt. Quemadmodum autem dici non poteſt, unum ex duobus iſtis Hiſtoriæ Pelagianæ Auctoribus plura ex altero furatum eſſe; cum alter alterius opus non viderit, ita non audiendus Valeſius in eo quod autumat, ex tribus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus alterum alterius ſcrinia compilaſſe, & ex illis eum qui alteri aliquid addidit, aut alterum interdum emendavit, hunc poſteriorem videri ſcripſiſſe.

XVII. *Theodorus non a Sozomeno, ſed a Theodoreto laudatus.* Baronius num. XXIX. arbitratur, librum ultimum Hiſtoriæ Sozomeni mutilum ad nos perveniſſe, quia, inquit, *Theodorum* Mopſueſtiæ eum nimium laudaſſe aſſerit Gregorius Magnus, quod tamen in Sozomeni Hiſtoria non legitur. Verum Valeſius in fine Notarum ad Hiſtoriam Theodoreti, recte ſcribit, dubitandum non eſſe, quin Gregorius memoriæ vitio lapſus ſit, & pro *Theodoreto Sozomenum* poſuerit. Etenim Gregorii M. temporibus Hiſtoria Eccleſiaſtica Sozomeni nihil amplius continebat, quam quod nunc habemus; cum Caſſiodorus, qui diu ante Gregorium vixit, & qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam Sozomeni Tripartitæ ſuæ intexuit, integriores Sozomeni „ codices non habuerit. Unde igitur integriores Gregorius nanciſci potuiſſet? Pro certo habeo, „ inquit Valeſius, Gregorium Magnum non aliter illo dictam hiſtoriam eſſe ſcriptam. Verum hic conſidera, ipſum Theodoretum ex immenſis laudibus quibus ornat Theodorum Mopſueſtenum neſandiſſimum hæreticum, plane ſe ejus fuiſſe communionis, haud levem ſuſpicionem concitaſſe: immo adeo ſtudioſus ejus extitit, ut credendi occaſionem dederit, quod ipſe ab eodem Theodoro nomen derivando dici voluerit Theodoretus.

Quo nomine S. Gregorius Papa ſugillat quoque Sozomenum, ejuſque hiſtoriam, ubi de ipſa agens (*a*): *Sed ipſam* (*a*) *Greg. l. 6. ep. 95.*

PAGIUS zomeni Hiſtoria ſupplenda, non cogitavit, ſed cum utroque longe doctior eſſet, & in Oriente verſaretur, errores plurimos, in quos uterque incidit, vitavit, & quia res in Oriente, quam quæ in Urbe Regia geſtæ melius callebat, ideo in illis quam in iſtis fuſior & diligentior eſt; contra vero Socrates & Sozomenus eaſdem leviter attigere. Quare non dubito, quin tres iſti Scriptores, qui omnes ſibi idem argumentum propoſuere, non ſolum ſub extremis *Theodoſii Jun.* temporibus, quod de Socrate & Sozomeno infra videbitur; ſed etiam eodem tempore Hiſtorias ſuas Eccleſiaſticas in lucem emiſerint. Luculentum hujus rei exemplum habemus in Hiſtoria Pelagiana, quam nuper duo Viri doctiſſimi Cardin. Noriſius ſc. & Garnerius eodem tempore ex Veterum monumentis maxima cum laude ingentique labore eduxere, & publici juris fecere. Horum enim alter diligentiſſime quædam perſecutus eſt, quæ alter aut prætermiſit, aut leviter attigit. Uterque eaſdem difficultates iiſdem rationibus & Antiquorum teſtimoniis quandoque reſolvit, & ſæpe ubi unus offendit, alter ſcopulum tanta felicitate ſuperat, & quod dici poteſt in contrarium ita ſolide diſcutit, ut credas eum alteri confutando totum intentum fuiſſe. Si enim in Hiſtoria ſcribenda quandoque peccatur, multo magis in Critica, in qua aliquando non offendere potis non eſt. Quemadmodum autem dici non poteſt, unum ex duobus iſtis Hiſtoriæ Pelagianæ Auctoribus plura ex altero furatum eſſe; cum alter alterius opus non viderit, ita non audiendus Valeſius in eo quod autumat, ex tribus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus alterum alterius ſcrinia compilaſſe, & ex illis eum qui alteri aliquid addidit, aut alterum interdum emendavit, hunc poſteriorem videri ſcripſiſſe.

XVII. *Theodorus non a Sozomeno, ſed a Theodoreto laudatus.* Baronius num. XXIX. arbitratur, librum ultimum Hiſtoriæ Sozomeni mutilum ad nos perveniſſe, quia, inquit, *Theodorum* Mopſueſtiæ eum nimium laudaſſe aſſerit Gregorius Magnus, quod tamen in Sozomeni Hiſtoria non legitur. Verum Valeſius in fine Notarum ad Hiſtoriam Theodoreti, recte ſcribit, dubitandum non eſſe, quin Gregorius memoriæ vitio lapſus ſit, & pro *Theodoreto Sozomenum* poſuerit. Etenim Gregorii M. temporibus Hiſtoria Eccleſiaſtica Sozomeni nihil amplius continebat, quam quod nunc habemus; cum Caſſiodorus, qui diu ante Gregorium vixit, & qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam Sozomeni Tripartitæ ſuæ intexuit, integriores Sozomeni „ codices non habuerit. Unde igitur integriores Gregorius nanciſci potuiſſet? Pro certo habeo, „ inquit Valeſius, Gregorium Magnum non aliter legiſſe Sozomenum, quam in Hiſtoria Tri-

(inquit) *quoque hiſtoriam ſedes Apoſtolica recipere recuſat: quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopſueſtiæ nimium laudat, atque uſque ad diem obitus ſui magnum doctorem Eccleſiæ fuiſſe perhibet.* Hæc cum dicat S. Gregorius de Sozomeno, quæ apud Sozomenum hodie minime leguntur, putavit aliquis nimium ſibi ſapiens S. Gregorium errore lapſum, & quod eſſet apud Theodoretum, dixiſſe, apud Sozomenum legi. Sed qui eum erroris arguit, erravit ipſe, cum non conſiderarit multa deſiderari in hiſtoria So- Sozomeni hiſtoria mutilata.

„ partita, in cujus lib. 10. cap. 34. ita ſcriptum „ eſt: *Eo autem tempore, quo Theodotus ſacratiſſimus Antiochenam regebat Eccleſiam, Theodorus Mopſueſtiæ quidem Epiſcopus, ſed totius „ Doctor Eccleſiæ, terminum vitæ ſortitus eſt.* Id „ cum legiſſet olim Gregorius, ex Sozomeno „ deſumptum eſſe exiſtimavit, eo quod nullius „ Scriptoris nomen, nec hujus, nec multorum „ præcedentium capitum titulo ſit præfixum. „ Hinc factum eſt, ut memoriæ vitio Sozomenum ſcripſerit pro Theodoreto. Quæ Valeſii „ conjectura certa videtur.

XVIII. *Vita Theodoreti ſummarium.* Compendium vitæ *Theodoreti* Baronius num. XXX. paucis verbis exhibet, quam juvabit magis explicare, quia ſæpius ſequentibus annis de eo acturi ſumus. Natus itaque *Theodoretus* ex parentibus nobilibus ac opulentis, ſed pietate longe præſtantioribus, quem a Deo *Macedonius* Aſceta ſanctiſſimus precibus ſuis obtinuit, ut ipſemet Theodoretus in Hiſtoria Religioſa cap. 13. teſtatur. Vix dum ſeptennis Monaſterio traditus eſt, ubi in vitæ religioſæ inſtitutis & literis ita profecit, ut & paternas opes pauperibus largitus ſit, & ſacris prophaniſque doctrinis pene omnibus mentem admirabiliter excoluerit. Magiſtros elegit, quos ſequeretur, totius Orbis ea ætate celeberrimos, ſcientiæ *Theodorum*, eloquentiæ *Chryſoſtomum*, utrumque Antiochenum, & ſuæ ætatis ut tunc erat opinio, lumen eximium. Ambos vero ſic in ſe expreſſit, ut *Theodori* errores infeliciter poſtmodum, *Chryſoſtomi* eloquentia tanto pernicioſius, quanto admirabilius tueretur. Non aliud ſaltem initio Monaſterium incoluit, quam quod ſancti *Euprepii* dicebatur, prope Antiochiam poſitum. Sed accidit forte, ut ea tempeſtate in Monaſterium degerent *Neſtorius* & *Joannes*, quorum alter Conſtantinopolitanæ poſtea, alter Antiochenæ Eccleſiæ præfuit. Cum his duobus arcta fuit *Theodoreto* neceſſitas, quæ cum poſtmodum ab aliis cauſis confirmata eſſet, magnum Orienti totique Orbi Chriſtiano malum intulit, *Neſtorii* improbitate, *Joannis* cæcitate.

XIX. *Ejus labores ante & poſt Epiſcopatum.* Alexandro & Theodoto Eccleſiam Antiochenam regentibus per plures annos Antiochiæ Catechiſtam egit, & licet adſcriptus eſſet in Clerum de rigore tamen aſceticæ diſciplinæ nihil remiſit, nec anno CCCCXXIII. *Cyrenſis* Epiſcopus quamvis reluctans ereatus. Aſceticam vitam vivere deſiit. Poſita eſt *Cyrus* in ea parte Auguſtæ Euphrateſiæ, quæ vergit ad Occidentem, & proprius accedit ad mare, & complectebatur *Cyreſtica regio* vicos octoginta, quarum Eccleſiarum curam ſibi obveniſſe ſcribit *Theodoretus* ad Leonem Magnum in Epiſtola CXIII. Indefeſſo ſtudio incubuit in parochiam a Marcionitis, Arianis, aliiſque hæreticis purgandam, quibus vero laboribus, & quo fru-

clu



Sozomeni, quæ exciderunt, & illa ipſa tempora, in quibus de eodem Theodoro Mopſueſteno tractandi ſe ingerebat occaſio. Cum enim in ſuæ hiſtoriæ præfatione ipſe teſtetur ſe eam producere uſque ad decimum ſeptimum Conſulatum Theodoſii, viginti prope annorum res geſtæ in ea deſiderari certum eſt. Sed adverſus hominem audacter nimis carpentem S. Grego-



rium Romanum Pontificem in Notis (*a*) ad Romanum Martyrologium pluribus egimus. (*a*) *Not. in Rom. Martyrol. die 23. Decemb.*

Quod vero ad Theodoretum ſpectat addictiſſimum Theodoro: accipe paucis totam ipſius vitæ periodum, ex quo Deum plurimum laudes. Qui a parentibus Deo dicatus, numeros magna cum laude monaſticæ inſtitutionis abſolvit, conſuetudi- Theodoreti vitæ periodus.

PAGIUS ctu, ipſemet in Epiſtola LXXXI. *Nomo Conſulari* exponit & in Epiſtola CXLV. ad Monachos Conſtantinopolitanos; decem Marcionitarum millia a ſe ſacro Baptiſmo tincta refert. Porro etſi Antiochiæ ſubinde etiam conciones haberet vocatus tamen ad Synodos, ab eis numquam abfuit, ut ipſe in eadem Epiſtola LXXXI. prodit, & inter hæc Commentarios in Cantica Canticorum, aliaque plura compoſuit: de Theodoreti caſu ſequentibus annis agemus: interim legendus Garnerius in Vita Theodoreti a ſe compoſita in Auctario Oper. ejuſdem Theodoreti.

XX. *Pax Viſigothos inter & Romanos ſancita.* Marcellinus in Chronico ſub hujus anni Coſſ. ait: *Pannonia quæ per quinquaginta annos ab Hunnis retinebantur, a Romanis recepta ſunt.* Quare Hunni in Pannonia ſedes elegerant anno CCCLXXVI. quo anno num. IV. diximus eos inde Gothos expulſiſſe, hiſque *Valentem Imp.* in Thracia ſedes aſſignaſſe. Idem habet Jornandes de rebus Geticis cap. 33. qui addit, eos a Pannonia a Romanis & Gothis expulſos fuiſſe, ſubditque: *Videns Vallia Vandalos in ſuis finibus, ideſt, Hiſpania ſolo, audaci temeritate ab interioribus partibus Galliciæ (ubi eos fugaverat dudum Athaulfus) egreſſos, cunctos in prædas vaſtare, eo tempore, quo Hierius & Ardaburius Conſules proceſſiſſent, nec mora, mox contra eos movit exercitum.* Sed loco, *Vallia* reponendus eſt *Theodericus* Gothorum Rex, qui Valliæ ſucceſſerat, ut ex dictis conſtat. Oſtrogothi igitur in Oriente, & Viſigothi in Occidente, hoc anno a Romanis ſtabant, ideoque *Theodoricus* Rex Viſigothorum, qui & Gothi ſine addito dicebantur, pacem pepigerat cum *Aetio*, a quo ante biennium ab Arelatenſis urbis obſidione remotus fuerat, & e Gallia, ubi regnabat bellum in Italiam tranſtulerat adverſus Vandalos Romani nominis inimicos. Loquitur de hac pace Sidonius Apollinaris in panegyrico Aviti verſ. 215. & ſeqq. docetque, eo in fœdere datum eſſe obſidem *Theodorum* clariſſimum juvenem Arvernorum, *Aviti* poſtea Auguſti propinquum.

*Ducis hinc pugnas & fœdera Regum*
*Pandere Roma libet. Variis inceſſa procellis*
*Bellorum, Regi Gothico tua Gallia pacis*
*Pignora juſſa dare eſt: inter quæ nobilis obſes*
*Tu, Theodore, venis, quem pro pietate propinqui*
*Expetis in media pelliti Principis Aula*
*Tutus, Avite, fide.*

dicitur Theodoricus *pellitus*, quod Gothi pellibus veſtirentur. Sirmondus in Notis ad Sidonium, *Gothicum*, inquit, *hoc fœdus, poſt Arelatenſem, ni fallor, obſidionem intelligi debet.* Quam conjecturam certam eſſe docet laudatus Jornandis locus, ac præterea fœdus illud currenti anno ictum eſſe, aut ſaltem alterutro ex duobus, præcedentibus; cum *Theodoricus* anno CCCCXXV. *Arelatem* obſidione cinxerit.

XXI. *Diſſidium occaſione Doctrinæ Auguſtini de Gratia exortum.* Duravit Pax illa uſque ad annum CCCCXXXVI. Libri *de Gratia & Libero Arbitrio*, itemque liber *de Correptione & Gratia* occaſione controverſiarum inter Monachos Adrumetinos exortarum, hoc anno a Sancto Auguſtino editi. Baronius quidem anno CCCCXVIII. num. XVIII. eos tunc ſcriptos exiſtimavit: Janſenius vero decennio poſt, anno ſcilicet, CDXXVIII. Verum cum in Retractationibus ante finem anni CCCCXXVIII. abſolutis, ultimi omnium recenſeantur, ad hunc annum pertinent. Præterea Hilarius Monachus in Epiſtola anno CCCCXXIX. ad Auguſtinum data, ait: *Librum de Gratia & Libero arbitrio non habemus: ſupereſt, ut eum quia utilem quæſtioni conſidimus, mereamur accipere.* Quod ſi jam diu compoſitus fuiſſet, adhuc eo anno in Galliis is Liber deſideratus non fuiſſet. Proſper quidem in Epiſtola ad Auguſtinum cum Epiſtola Hilarii Monachi in Africam miſſa loquens de Adrumetinis Monachis ait: *Evenit ex diſpoſitione miſericordiæ Dei, ut cum quidam intra Africam ſimilia moviſſent, Librum* de Correptione & Gratia *plenum divinæ auctoritatis emitteres. Quo in notitiam noſtram inſperatæ opportunitate delato, putavimus omnes querelas reſiſtentium ſopiendas*, Maſſilienſium ſcilicet ac Semipelagianorum; ideoque libri illi nec tardius, nec citius quam hoc anno videntur ſcripti.

XXII. *In Monaſterio Adrumeti.* Erat in Urbe Africæ (vocabatur Adrumetum) Byzacenæ Provinciæ Metropoli inſigne monaſterium, cui præerat *Valentinus*, eo tempore quo novæ de Gratia & Libero arbitrio inter Monachos Adrumetinos contentiones natæ ſunt. *Florus* ejuſdem Cœnobii monachus *Uzalam* Provinciæ Proconſularis urbem ad ſuos profectus, ibi Sancti Auguſtini Epiſtolam ad Sixtum Presbyterum, qui poſtea Romanus Pontifex creatus eſt, datam excripſit, eamque *Adrumetum* tranſmiſit. Hanc cum Adrumetini Monachi perlegiſſent, nec ejus ſenſum aſſequerentur, imo in ſenſus ab Auguſtini mente prorſus alienos diſtraherentur, graviora eo in monaſterio diſſidia emerſere. Indeque factum, ut *Creſconius* & *Felix* Monachi rectam Epiſtolæ intelligentiam ab ipſomet Auguſtino diſcere voluerint. Quæ uterque Auguſtino dixerit, narrat Auguſtinus in Epiſtola ad Valentinum miſſa: *Retulerunt*, inquit, *monaſteriorum veſtrum nonnulla diſſenſione turbatum, eo quod quidam in vobis ſic gratiam prædicent, ut negent hominis eſſe Liberum arbitrium, & quod eſt, gravius, dicant, quod in die judicii non ſit vel redditurus Deus* unicuique ſecundum opera ejus. *Etiam hoc tamen indicaverunt, quod plures veſtrum non ita ſentiant, ſed liberum arbitrium adjuvari fateantur per Dei gratiam, ut recta ſapiamus, atque faciamus.*

XXIII. Quare Auguſtinus illis inſtruendis ſtatim libros elucubravit *de Gratia & libero Arbitrio*, quibus acceptis ad ſuos *Creſconius* & *Felix* redire cogitabant, ut in ſuo monaſterio Paſcha celebrarent, niſi Auguſtinus, ut eos magis inſtrueret,

per

ne Theodori Mopsuesteni tantam gloriam obumbravit, obnubilavit vero ex Nestorii amicitia, obscuravitque penitus ex suscepto adversus S. Cyrillum ejusdem hæresiarchæ patrocinio. Sed spirante deinde Dei benignitate divini Spiritus aura, fugatis densis nubium globis, effulgentibus rursus in cor ejus divinæ gratiæ radiis, iterum pulcher, gloriosus, ac decorus apparuit, atque in communicatione Catholicæ Ecclesiæ & amicitia S. Leonis Papæ diem clausit extremum. Hæc autem tibi præsens, & qui sequitur sextus Annalium tomus perspicue demonstrabunt.

Con-

PAGIUS *Augustinus componit libros de gratia & libero arbitrio & libros de gratia & de correptione.*

per aliquos dies retinuisset, ut ipsemet scribit ad Valentinum: *Qui ex vestra Congregatione ad nos venerunt, nobiscum egisse Paschæ noverit charitas vestra, &c.* Præterea una cum Epistola ad Valentinum dedit eis omnia instrumenta causam Pelagianam spectantia. Verum lectio librorum *de Gratia & Libero arbitrio* novo errori locum dedit; cum enim quidam legissent, omnia bona opera esse dona Dei, inde deduxit, neminem corripiendum, si Dei præcepta non faceret, sed pro illo tantummodo orandum Deum, ut ipso donante faceret, quod jubebatur. Id Sancto Augustino *Valentinus* per *Florum* Monachum significavit, qui, ut procul ab Adrumetinis omnem errorum caliginem expelleret, librum *De Correptione & Gratia* inscriptum composuit. Qui quidem liber, inquit Em. Cardinalis Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 23. parvus mole est, sed Doctrina maximus, totus mysteriis refertus, universam Divinæ gratiæ œconomiam oculis subiicit, ut jure merito Aureos a Viris doctis nuncupetur, sitque veluti clavis, qua ad universam Augustini de Divina gratia, & libero arbitrio Doctrinam aditus aperitur. In eodem Volumine Semipelagianos, qui post biennium in Galliis emersere, Augustinus evertit, indeque illi contra hoc Opus declamare non cessabant. Porro Paschia illud de hujus anni Paschate intelligendum, ante quod Libri de *Gratia & Libero arbitrio* ab Augustino editi, & sub hujus anni finem Liber de *Correptione & Gratia*.

XXIV. *Libri isti hoc anno editi.*

Card. Norisius citatus utrumque Opus ad annum CCCCXXIV. Garnerius vero Libros de *Gratia & Libero* Arbitrio ad eumdem annum, sed Librum de *Correptione & Gratia* ad annum CDXXV. referunt; quod inde provenit, quod Garnerius libros Retractationum anno CDXXVI. Em. Card. Norisius hoc anno completos fuisse existiment. Sed cum nonnisi ante finem anni CDXXVIII. ab Augustino in lucem emissi sint, ut anno CDXXVI. ostendi; non dubito, quin uterque Vir doctissimus citius quam par erat, memoratos Libros de Gratia & Libero Arbitrio, ac de Correptione & Gratia consignarit.

*Alia huc revocanda.*

Hoc circiter anno *Theodoretus* scribit Libros *De curandis Græcorum affectionibus*, uti dixi anno CDXXXIX. *Hilarius* Episcopus Narbonensis moritur, ut videre est anno CDXLV. *Leporii* Monachi conversio ad hunc annum revocanda, ut anno CDXX. dixi.



I. *Africa a Uvandalis exagitatur.*

COnsulatu Tauri atque Felicis annus Christi quadringentesimus vigesimusoctavus illuxit, quo Africa Wandalorum grassatione vastatur. Simulac enim anno superiori per freti Gaditani angustias sese in Africam immisere, favente illis jam exercitu, qui eos vocaverat, Bonifacii Comitis, cum deesset omnino qui illis occurrendo resisteret, sed adesset qui incenderet, non secus ac flamma

PAGIUS SÆC. V. Anno Æræ Hispan. CDLXVI. A.C. 428.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5921.

☉ 17. AG. ☽ 11. P. 22. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 428.

CÆLESTINI PAPÆ 7.

THEODOSII JUN. 27. & 21.

VALENTINIANI III. IMP. 4.

ex prosopographia Codicis Theodosiani. Ad hunc Taurum Patricium extant Epistola a Theodoreto scripta, ordine. LXXXVIII. & Epist. 194. & 540. Isidori Pelusiotes. Valentinianus Imperii Cæsarei *Quinquennalia* exhibuit.

II. *Genserico Vandalorum Rex in Africam irrumpit.*

Ad num. I. ad XV. quemadmodum captæ ab *Alarico* Gothorum Rege Urbis; ita & captæ a Genserico vandalorum Rege Africæ epocha cardo quidam est horum temporum; quare hæc posterior eo magis nobis est certis argumentis adstruenda, quo nullus ex Recentioribus, quod legerim, eam suo anno reddiderit. Alii enim cum Prospero in Chronico Gothorum in Africam irruptionem anno superiori, alii cum Auctore Chronici Alexandrini ac Baronio currenti anno consignant; cum tamen sequenti anno contigerit. Idacius enim in Chronico anno Abrahami 2444. qui Kalendis Octobris superioris Chri-

I. *Quinquennalia Valentiniani.*

(1) COss. *Felix* [2] & *Taurus*; prior Occidentalis, & quidem Gallus, ut annis CDLXIII. & DXI. quibus ejus posteri Consulatum gessere, ostendemus: posterior Orientalis fuit, ut liquet

NOTÆ [1] *Coss. Felix & Taurus.* Relandus *Flavii* prænomen *Felici* tribuit. Gruterus pag. MLXXVI.

FL. FELIX. V. C. X
CONS. ORD.

Reinesius cl. XX. pag. 998.

HIC. REQVIESCIT
IN. PACE. QVI. VIX. ANN. PL....
FL. FELICE. V. C. CO.....

Item Fabrettus pag. 167. num. 312. ex Reinesio.

DEPOS. III. ID. JANVAR. FL.
FELICIS. V. C. CONS.

Inscriptiones basilicæ S. Pauli num. 103.

IN PACE SD. IIII. KAL. MAI. PS. CONS. FELICIS
ET TAVRI. VV. C.

Donianæ Inscriptiones cl. XX. num. 102. pag. 548.

DEPOSITUS. IN. PACE. XV.
KAL. SEPT. FELICE. V. C.
CONS.

Fragmentum Romæ in pavimento Ecclesiæ S. Clementis, apud Antonium Mariam Lupum in Dissertatione ad Epitaphium S. Severæ, pag. 101.

.....T. IN PACE CRESCENTI.
....AN. P. M. LXX. DEPVS. D
.....DIE VENERIS P. C. FL. F.

Siglæ postremæ accipiuntur: *Post consulatum Flavii Felicis.*
Fuit *Felix* alius, consul A. D. 511.
Prosperi chronicon editum & MS. *Felice & Tauro.* Paschalis latereulus in codice Gennadii: *Fl. Felice* V. C. *cos.* prætermisso orientali consule *Tauro.* Epistola IV. S. Cælestini Papæ. *Data VII. Kal. Aug. Flavio Felice, & Tauro* VV. CC. *cos.*

[2] FElici huic, sive alteri qui Consulatum gessit anno 511. Flavii prænomen conciliat lapis apud Reines. Cl. 20. num. 355. Ejus integrum ejus nomen ex lapide apud Gruterum pag. 1076. 2. *Flavius, Constantius, Felix, Victor Magister utriusque militiæ &c.*

ma impulsu venti vehementior reddita, cuncta simul sacra atque profana devastant. Antequam autem de singulis orationem instituamus, quantum fas est homini ex causis occulta Dei perscrutari judicia; cur tam immani flagello ea meruerit provincia divexari, ut una simul duplici hac affligeretur clade, altera ex barbaris Africanis, ex Uvandalis altera Ariana perfidia crudelius sæviente narrare aggrediamur: atque in primis, quæ hac de re posteris commendavit Salvianus Massilienses Episcopus suorum temporum scriptor, inspiciamus: qui cuncta mentis acie rimatus, de malorum causa ista conscripsit (a):

(a) Salv. de vero judic. l. 7.

II. *Compulsus est criminibus nostris Deus, ut hostiles plagas de loco in locum, de orbe in orbem spargeret, & excitatas pene ab ultimis terræ finibus gentes etiam trans mare mitteret, quæ Afrorum scelera punirent.* Testatur quidem Procopius (b), Uvandalos populos fuisse circa Meotidem paludem confidentes, eosdemque fame pressos, in Germanos illos irrupisse qui Franci dicuntur. Pergit vero Salvianus: *Quid enim? numquid abductæ a solo patrio degere intra Gallias non potuerant? aut ne degerent, cum illæsæ a vobis usque ad tempus illud cuncta vastaverint? Sed esto, intra Gallias formidabant: quid in Hispania, ubi exercitus nostros etiam bellando contriverant, numquid consistere aut permanere metuebant jam victores, jam triumphantes? quibus usque ad hoc fortitudinis factum contingeret ascendere, & post experimenta belli diu parati intelligerent sibi Romanæ Reipub. vires etiam cum barbarorum auxiliis pares esse non posse. Poterant ergo illic sedere, nec timere. Sed illa utique cælestis manus, quæ eos ad punienda Hispanorum flagitia illuc traxerat, etiam ad vastandam Africam transire cogebat. Ipsi denique fatebantur, non suum esse quod facerent; agi enim se divino jussu, ac perurgeri. Ex quo intelligi potest, quanta sint mala nostra, ad quos vastandos atque cruciandos barbari compelluntur inviti.* Et paulo post:

(b) Procop. de bell. Vvan. l. 1.

Cur Africa meruit tanta pati

III. *Unde quod Uvandali in Africam transierunt, non est divinæ severitati, sed Afrorum sceleri deputandum: gravi enim eos, antequam illuc pergerent, ac longa iniquitate traxerunt: & ideo intelligere debemus, quia pietatis divinæ fuit, quod pœnam diu debitam distulit; piaculorum autem & criminum, quod aliquando peccator populus quæ merebatur accepit: nisi forte hoc non meruisse credimus; cum utique nulli magis, utpote in quos omnia simul improbitatum atque impuritatum genera confluxerint. Cæteri enim homines etsi nonnullis flagitiorum vitiis obligati sunt quibusdam tamen non implicantur: & si violentia non carent, malevolentia carent: & si libidine æstuant, rapacitati non serviunt: multos denique etsi accusat incontinentia corporum, simplicitas commendat animorum. In Afris pene omnibus* Africano. rum pec. cata. *nihil horum est quod ad utrumque pertineat, id est bonum, æque ac malum quia totum admodum malum: adeo exclusa naturæ originali sinceritate, aliam quodammodo in his naturam vitia fecerunt. Exceptis enim paucissimis Dei servis, quid fuit totum Africæ territorium, quam domus unæ vitiorum?* Ac post aliqua rursum.

IV. *Sicut in sentinam profundæ navis colluviones omnium sordium, sic in mores eorum quasi ex omni mundo vitia fluxerunt: nullam enim improbitatem scio, quæ illic non redundaverit; cum utique etiam Paganæ ac ferinæ gentes, etsi habeant specialiter mala propria, non sunt tamen in his omnia execratione digna. Gothorum gens perfida, sed pudica; Alanorum impudica, sed minus perfida; Franci mendaces, sed hospitales; Saxones crudelitate efferi, sed castitate venerandi: omnes quippe gentes habent sicut peculiaria mala, ita etiam quædam bona. In Afris pene omnibus nescio quid non malum. Si accusanda est inhumanitas, inhumani sunt; si ebrietas, ebrioси sunt; si falsitas, fallacissimi sunt, si dolus, fraudulentissimi; si cupiditas, cupidissimi; si perfidia perfidissimi. Impuritas eorum atque blasphemia his omnibus admiscenda non sunt: quia illis quæ superius diximus malis, aliarum gentium vitia, his autem etiam sua ipsorum vicerunt.*

V. *Ac primum, ut de impuritate dicamus: quis nescit, Africam totam obscœnis libidinum tædis semper arsisse? non ut terram ac sedem hominum, sed ut Ethnam putes impudicarum esse flammarum: nam sicut*

PAGIUS Christi anni inchoatur, scribit: *Gundericus Rex Vandalorum capta Hispali, cum impie elatus, manus in Ecclesiam Civitatis ipsius extendisset, mox Dei judicio damone correptus interiit. Cui Gaisericus frater succedit in regno. Qui, ut aliquorum relatio habet, effectus apostata, de fide Catholica, in Arianam dictus est transisse perfidiam.* Idem habet Isidorus in Historia Vandalorum, ubi tradit, eum Era CDXLIX. seu anno Christi CDXI. in Hispania regnare cœpisse in Gallæciæ partibus, & regnum tenuisse *annis decem & octo*. Quare currenti anno interiit, annique illi XVIII. incompleti fuere. Tum anno Abrahami 2445. qui Kalend. Octobris hujus Christi anni inchoatur, hæc Idacius narrat, *Gaisericus Rex de Betica Provincia littore cum Vandalis omnibus eorumque familiis, mense Majo ad Mauritaniam & Africam relictis transit Hispaniis. Qui priusquam pertransiret, Hermigarium Suevum vicinas in transitu suo provincias de-*



*sicut Ethna intestinis quibusdam naturæ ferventis ardoribus, sic illa abominandis jugiter fornicationum ignibus eructavit. Nec volo hac in re assertionibus meis credi; testimonium requiratur generis humani. Quis non omnes omnino Afros impudicos generaliter sciat, nisi forte ad Deum conversos, id est, fide & religione mutatos? Sed hoc tam rarum est ac novum, quam rarum videri potest, quemlibet ganeonem non esse ganeonem, aut quemcumque sævum non esse sævum. Tam infrequens est enim hoc & inusitatum, impudicum non esse Afrum, quam novum & inauditum, Afrum non esse Afrum. Ita enim generale in eis malum impuritatis est, ut quicumque ex eis impudicus esse desierit, Afer non esse videatur.*

VI. At pauca sunt hæc, & parvi fermo momenti esse, quis dicet, si alia nefanda Afrorum scelera considerarit, quæ idem auctor narrat, dum agit de capta ab iisdem barbaris deinde Carthagine; quæ nos suo loco dicturi sumus. Quod autem ad solutam nimis Afrorum libidinem, quam adversus eos adeo Salvianus exaggerat: certe quidem in hoc potissimum Patres ejus provinciæ incubuisse visi sunt, ut habenis eos continentiæ coercerent. Quantum enim eos putas adversus adulteros & incestuosos declamasse, cum & conjugalem thorum mira coercuerint observantia? Videas (quod mireris) S. Augustinum (a) suadere conjugibus a tempore Quadragesimæ usque ad octavam Paschæ abstinentiam ab usu conjugii, similiter & festivis diebus; contestarique evenire sæpe, ut si secus agerent, intemperantia conjugum nascerentur filii leprosi, & arreptitii, vel lunatici. Hinc rursum reperies ab eodem affirmari triginta dies præscribi, ne intrarent in ecclesiam, cum mulieres virum accipiunt: Insuper admonere ne pollutus nocturno phantasmate participet cum Fidelibus sacram communionem; sed, ut grave facinus, jubere id ipsum expiari debere prius cordis compunctione, eleemosyna, atque jejunio. Hæc ex multis, quibus valeas considerare sanctissimos Patres non defuisse Africanos æstuantes ardore libidinis Ecclesiastica coercere disciplina: simul & cognoscere possis (ut dictum est) si in hæc adeo levia iidem Patres vehementer in-

(a) Aug. de temp. serm. 244.

veherentur, quid eos feciſſe putandum adversus adulteros & alios alias nefandas libidines admittentes: veruntamen illos omni excusso jugo mandati, contemptaque monitione, præcipites sese dedisse in gurgites turpitudinum. Unde Dei vindicta factum est, ut dedignantes sanctis obtemperare sacerdotibus, juste traditi sunt barbaris enecandi, vel saltem in servitutem redigendi.

VII. Cæterum quod ad Salvianum spectat: ne putes eum, dum pravos mores Africanorum fugillat, ex parvis magna composuisse, quasi eloquentiæ arte amplificationibus rem exaggerans, ex paucis multa, vel ex minimis maxima reddere sit conatus: sed parcius dicas egisse, dum his non leviora intacta penitus prætermisit, nempe immensam multitudinem Donatistarum a temporibus Constantini obstinatissima pertinacia in schismate perseverantium, immania in se ipsos & in alios perpetrantium, qui nullo valuerunt curari remedio, quantumlibet Imperatores edictis, & Episcopi scriptis & collationibus sæpissime ab ea mentis duritie ipsos revocare studuerim. Licet enim nonnulli vel metu pœnarum ex legibus Augustorum, vel aliter ad fidem & unitatem Catholicam (ut superius ex Augustino dictum est) fuerint restituti: reliqui tamen in erroris obstinatione manserunt: adeo ut nec centum annorum spatio Wandalicæ persecutionis valuerit eorumdem cervix ferrea perdomari: ut plane secundum illud propheticum (b), in medio fornacis scoria argenti facti sint, non autem purgati rubigine; sed tribulationis igne succensi, deteriores sint redditi. Quid memorem Manichæos secreta in Africa habitantes latibula, sæpe detectos, sæpe ejectos, numquam autem ad Catholicam fidem vere conversos? Scatebat etiam Africa Arianis, quos cavendos sæpe admonuit Augustinus. Blasphemiis nominis Dei abundasse, inde colliges ex Augustino (c), cum agit de morione blasphemantes lapidibus insectari solito.

(b) Ezech. 22.

(c) Aug. de pecc. merit. & remiss. l. 1 c. 22.

VIII. Sed & idem S. Augustinus paucis his diebus, quibus, capta a Uvandalis Africa, supervixit, cum cladem barbaricam nonnisi ob exundantem peccatorum copiam ipsos pati testetur; jam in profundum illud scelerum eos perveniſſe demonstrat, quod

PAGIUS *deprædari, recursu cum aliquantis suis facto, prædantem in Lusitania consequitur. Qui haud procul de Emerita, quam cum S. Martyris Eulaliæ injuria spreverat, multis per Gaisericum cæsis, ex his quos secum habebat, arrepto, ut putavit, Euro velocius fuga subsidio, in flumine Ana divino brachio præcipitatus interiit. Quo ita extincto, mox quo coeperat, Gaisericus enavigavit.* Quare non Guntharius, seu, ut eum alii appellant, Gundericus Vandalos in Africam duxit, sed Gisericus ejus frater, ut anno CDXXXI. quo Baronius clarius quam hic num. XIV. id asserit, rursus ostendetur.

III. *Ea irruptio anno sequenti facta.* Cum itaque Vandalorum in Africam irruptio facta fuerit *mense Maio*, non dubium quin ea ad sequentem annum pertineat. Decepit Viros doctissimos, qui eam hoc vel superiori anno collocarunt, modus annos numerandi ab Idatio usurpatus; neque enim animadvertere hunc Chronographum, qui tam Eusebii quam Hieronymi Chronica continuavit, horum exemplo annum ab autumno inchoare; & quia

*Ida-*

(a) Prov. 28.

quod a divina Scriptura (*a*) verbis illis significatur: *Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit*. Hinc illæ lacrymæ, cum ista gemens (*b*): *Interim tantas* (inquit) *angustias & in ipso fine rerum posita est universa provincia; & quotidie frequentantur spectacula. Sanguis hominum quotidie funditur in mundo; & insanientium voces crepitant in Circo. O planctus omni mœstitia acceptior! O planctus omni mœstitia afligens cor! Libet flere. Plangimus, dilectissimi, & illos & nos: quia & nos digni sumus, qui cum talibus merito flagellemur, &c.* Inferius vero de idololatriam adhuc sectantibus, consentientia his, quæ ex Salviano suo loco dicentur, ista subinfert: *An non sacrificavit, qui imagines idolorum per noctem ludentes (quod Nocturnum vocant) libentissime spectavit? Sacrificavit, prorsus sacrificavit, & quod pejus est, non tauri, vel cujuslibet pecoris aliquam victimam, sed ipsum animam hominis pretiosam. In hoc tam nefando sacrificio non unus vel pauci accusantur: tota hoc civitas fecit, quæ tota consensit; nec ab hostibus, nec a barbaris, sed a se ipso omnis homo in anima se occidit videndo, consentiendo, non prohibendo: omnes remansimus rei: & dum nolumus pacem civitatis turbari perversam, pacem quam desideramus, non accipimus rectam; consentimus pacem servare bonorum morum, & periit pax temporum nostrorum.* Hæc & alia plura Augustinus, suos Hipponenses ad pœnitentiam cohortatus, quam & agere negligebant: nam idem ipse hæc ad eos, ipso orationis exordio: *Admonet Dominus Deus noster, non nos debere negligere nostra peccata, quando talem demonstrat iram suam: ipse quippe juste punit nocentem, quia nullum invenit pœnitentem.* Sed de iisdem rursum cum de Hipponensis civitatis obsidione agemus.

(b) Aug. ser. de temp. barbar.

IX. Accidit plane Africæ, quod Deus per Ezechielem populo Israel fuerat comminatus: nimirum, quod impudicitiis suis ipsum mirum in modum ad iracundiam provocassent, missurum se fore prædixit in eos hostes, qui cloacas ipsorum libidinum exhaurirent, cum ait (*c*): *Dabo te in manus eorum, & destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum.* Nam de Uvandalis vastantibus Africam idem qui supra Salvianus ista subjecit (*d*), dum licet Uvandalorum detestetur superbiam, fastumque barbaricum, eorundem tamen prædicat castitatem, quam, invitos licet, iidem cogerent, fero saltem discere Africanos. Ait enim: *Sufficere igitur ad laudem eorum hæc possunt talia, etiamsi alia non dicam. Abominati enim sunt virorum impuritates; plus ad hæc addo: abominati etiam feminarum: horruerunt lustra ac lupanaria; horruerunt concubitus, contactusque meretricum. Numquid hoc credibile ullis videri potest, Romanos hæc admisisse, barbaros horruisse?* Et paulo inferius: *Grande est profecto quod dicimus, grande ac supereminens. Quis credat Uvandalos in civitatibus Romanis ista fecisse? Remota quippe est ab illis omnis carnis impuritas. At quomodo remota? non sicut removeri aliqua a Romanis solet, qui statuunt non adulterandum, & primi adulterant: statuunt non furandum; & furantur, &c.* Ac subinde. *Non tales ergo isti, de quibus loquimur, barbari ad emendandam nostrarum turpitudinum labem extiterunt. Abstulerunt enim de omni Africa sordes virorum mollium, contagiones etiam horruere meretricum, nec horruerunt tantum, aut temporarie submoverunt, sed penitus jam non esse fecerunt. O pie Domine, o Salvator bone, quantum efficiunt per te studia disciplinæ, per quæ mutari possunt vitia disciplinæ, sicut ab illis scilicet immutata sunt.*

(c) Ezech. 16.

(d) Salvian. de vero judic. lib. 7.

X. *At quomodo immutata? Interest enim, non solum effectus rerum, sed etiam affectuum causas dicere. Difficile quippe est, impudicitiam verbo aut jussione tolli, nisi fuerit ablata: & difficile est, pudicitiam verbo exigi, nisi fuerit exacta. Quod isti utique scientes, sic impudicitiam summoverunt, quod impudicas conservaverunt, non interficientes mulierculas infelices; ne vitiorum curam crudelitate respergerent; & dum peccata auferre cuperent, ipsi in peccatorum resecatione peccarent: sed ita errantes emendaverunt, ut factum eorum medicina esset, pœna non esset. Jusserunt siquidem & compulerunt omnes ad maritalem thorum transire meretrices: scorta in connubia converterunt, implentes* (a) 1. Cor. 7. *scilicet Apostoli (a) dictum atque mandatum: Et ut unaquæque mulier virum habeat suum, & unusquisque vir conjugem suam. Addiderunt quoque ad libidinem comprimendam severas pudicitiæ sanctiones, decretorum gladio impudicitiam coercentes, ut puritatem scilicet utriusque sexus & domi connubii servaret affectus, & in publico metus legum: ac sic duplici præsidio castimonia niteretur, cum & intus esset quod amaretur, & foris quod timeretur.*

XI. *Leges quidem illorum nequaquam illis sunt legibus consentaneæ, quæ ita partem improbitatis removent, ut partem obscœnitatis admittant; ut Romana illa decreta, quæ scortationes quidem ab alienis uxoribus removerunt, ad omnes autem solitarias passim admiserunt; adulteria vetantes, lupanaria ædificantes: timuerunt videlicet, ne minus casti homines & puri essent, si ab omni eos penitus impuritate prohiberent. At non ita isti, de quibus loquimur, qui sic inhibuerunt scorta & adulteria, qui & feminas nullis voluerunt esse feminas, nisi maritis suis.* Ac demum multa locutus in detestationem fornicationem probantium, ista ad finem addit: *Erubescamus, quæso, & confundamur. Jam apud Gothos impudici non sunt, nisi Romani: jam apud Uvandalos nec Romani: tantum apud illos profecit studium castimoniæ, tantum severitas disciplinæ, non solum quod ipsi casti sint; sed (ut rem dicamus novam, rem incredibilem, rem pene etiam inauditam) castos etiam Romanos esse fecerunt. Si infirmitas id humana pateretur, exclamare super vires meas cuperem, ut toto Orbe resonarem. Pudeat vos, Romani ubique populi, pudeat vitæ vestræ: nullæ pene urbes lustris, nullæ omnino impuritatibus vacant, nisi illæ tantum, in quibus barbari esse cœperunt. Et miramur si miseri, qui tam impuri sumus: miramur si ab hoste viribus vincimur, qui honestate superamur: miramur si bona nostra possident, qui mala nostra execrantur: nec illos naturale robur corporum facit vincere, nec nos naturæ infirmitas vinci: nemo sibi aliud persuadeat, nemo aliud arbitretur: sola nos morum nostrorum vitia vicerunt.*

Hactenus Salvianus: ut plane omnibus perspicuum esse possit Dei consilium, quo tradiderit Africanos in manus immanium barbarorum. Porro qui ista deploravit Salvianus, magni nominis Episcopus fuit temporis fuit, laudaturque ab Eucherio Episcopo Lugdunensi, simul cum Vincentio, quos, sanctos viros eloquentia & doctrina eminentes fuisse tradit in præfatione ad libros de Quæstionibus veteris ac novi Testamenti, quos ad Salonium inscripsit, ad quem etiam Salvianus eosdem suos commentarios dedit. Fuit autem ipse Salonius Viennensis Episcopus. De Wandalorum vero in Africam progressu hæc Victor habet (*b*):

(b) Victor. de persecut. Vvand. l. 1. in præfat.

XII. *Transiens igitur quantitas universa, calliditate Geiserici * ducis, ut famam terribilem suæ faceret gentis, illico sta-*

* Genserici.





PAGIUS Idacius *Vandalorum* in Africam ingressum eum anno V. Theodosii post Honorium imperantis copulavit, tam illi qui cum superiori Christi anno, quam qui cum currenti eum conjunxere, Idacium sibi favere arbitrati sunt; nec enim fuisse existimo, qui in rebus Hispanicis Prosperum vel Auctorem Chronici Alexandrini Idacio præferendum esse censuerit. Verum opinione sua falsi sunt; anni enim tam Imperatorum, quam Olympiadum in hujus Chronico memorati, præterquam quod a Librariis loco suo quandoque moti fuere, plerumque male ab ipsomet Idacio in Historia Romana parum accurato referuntur, quod de morte Honorii & ætate Theodosii nullus negaverit; cum illam anno CCCCXXIV. accidisse, & *Theodosium tunc annorum viginti sex* fuisse autumet. Id annis itaque ab Idacio expressis ad annos Eræ Christianæ reducendis, semper ad annos Abrahami attendendum, & in usum vocanda Methodus, quam in Dissertat. de Periodo Græco-Romana, tradidi; quæ non minus clara ac facilis, quam certa est. Isidorus & ipse Hispanus, qui Idacium exscribere solet, in Historia Vandalorum Regnum *Genserici* hujus expeditionis auctoris consignat Era quadringentesima sexagesima septima, quæ cum Kalendis mensis Januarii sequentis Christi anni inchoatur, & cum eodem absolvitur; quia scilicet Isidorus exorditur annos Principum ab eo qui sequitur mortem decessoris. Ibidem autem statim de Genserico scribit: *Hic de Batica Provincia littore cum Vandalis omnibus, eorumque familiis ad Mauritaniam & Africam trajecit.* Jornandes lib. de Reb.

PAGIUS Reb. Get. cap. 23. anno hujus irruptionis non memorato, ait tantum Genericum jam a Bonifacio in Africam invitatum, *per tractum angustum, quod dicitur Fretum Gaditanum*, Vandalos transposuisse.

IV. *Probatur ex legibus Cod. Theod. anno sequenti datis.* Leges anno sequenti a *Valentiniano* Imp. datæ Africæ invasionem eo anno accidisse etiam evincunt. Quatuor in Codice Theodosiano hujus Imperatoris, ad quem Africa pertinebat, leguntur, eæque emissæ ante mensem Majum, & ad *Colerem* Africæ Proconsulem directæ, in quibus nullum hujus calamitatis vestigium extat; licet ea de quibus in iis agitur, id exigere viderentur. Prior, quæ est 34. *de annona & tributis*, data est V. Kalend. Mart. *Florentio & Dionysio Coss.* eaque prohibet Valentinianus, ne ante quartum mensem ab alicujus Edicti publicatione Africani ad solvendum compellantur. Secunda, quæ est 68. *de appellationibus & consultationibus*, eodem die iisdemque Consulibus data, *Valentinianus* a Rationalibus ad Proconsulem Africæ appellari vult. Erant *Rationales* Procuratores Imperatoris in Africa. Tertia quæ est 185. *de Decurionibus* data legitur *V. Kal. Maii*, iisdem Coss. ad Legationem Proconsularis Provinciæ seu Africæ estque de re tributaria in universum. Quæstus enim fuerat *Bubulcus* legatus, quod Africani rei tributariæ occasione premerentur. Quarta est 186. *de Decurionibus* eadem die data & eamdem ob causam emissa, respondetque utraque lex totidem querelis a Bubulco factis. Prior querela erat, quod etsi securitates tributorum a se solutorum sub alio Proconsule haberent, tamen ab alio Proconsule eæ refricarentur quod priori lege imposterum fieri vetat Valentinianus. Altera quærela fuit, quod Curiales alii pro aliis in eodem Civitatis territorio tributa solvere cogerentur; idque passim fieret, & ut loquitur lex, *in eam famam mali jugitate, pervenit, ut nullus pene Curialis idoneus in ordine cujusque urbis valeat inveniri.* Quare prohibet Imperator, ne alius pro aliena possessione conveniatur.

V. *Probatur iterum ex iisdem legibus.* Monet Gothofredus in Comment. his duabus legibus jungendas esse duas laudatas, duabus aliis querelis Africanorum respondentes. Una ex istis querelis fuit, quod pro dissimulatione judicum, Compulsore misso, Africani possessores in prædam mitterentur. Altera, quod appellationum a Rationali in privatæ rei causis occasione ad longinqua traherentur; quibus

*tuit omnem multitudinem annumerari, usque ad illam diem, quam huic luci uterus profuderat ventris. Qui reperti sunt, senes, juvenes, parvuli, servi, vel domini, octuaginta millia numerati. Quæ opinio divulgata usque ad hodiernum, a nescientibus tantus numerus æstimatur, cum sit nunc exiguus & infirmus. Inventientes igitur pacatam quietamque provinciam, speciositatem totius terræ florentis quaquaversum, impietatis agminibus impendebant, devastando depopulabantur, incendio & homicidiis totum exterminantes: sed nec arbustis fructiferis omnino parcebant: ne forte quos antra montium, aut prærupta terrarum, vel secluſa quæque occultaverant, post eorum transitum illis pabulis nutrirentur: & sic eadem atque iterum tali crudelitate furentibus, ab eorum contagione nullus remansit locus immunis.* Hæc Victor: quæ autem in sacra loca, sacrasque personas admiserint, ex eodem auctore inferius dicturi sumus. Erat autem Africanorum haud exiguus numerus, qui bonis expoliati ad loca munita se receperunt: quos suis Hipponensibus commendans S. Augustinus (*a*) in concione tunc habita, hæc in fine: *Abundant peregrini captivi, & spoliati. Facite* (*b*) *vobis amicos ex mammona iniquitatis.*

(*a*) *Aug. ser. de temp. barbar.*

(*b*) *Luc. 16.*

XIII. Consultatio Africanorum Episcoporum an fugiendum.

Hoc ipso tempore, quidnam pastoribus populorum faciendum esset, fugiendum ne, vel una cum cæteris Vvandalorum opperiri catenas & gladios: cum hac de re controversia verteretur, duo Episcopi consuluerunt S. Augustinum: quorum alter fuit Quodvultdeus Episcopus Carthaginensis, quem his temporibus post Aurelium sedisse Carthagine Victor (*c*) tradit: hic ille ad quem diaconum haud pridem S. Augustinus de Hæresibus librum conscripserat. Alter vero fuit Honoratus Antistes Thabennensis Ecclesiæ, cujus Possidius (*d*) meminit, necnon de consultatione Quodvultdei: ad quem quæ rescripserit, idem Augustinus (*e*) ad eumdem Honoratum scribens, ita meminit: *Charitati tuæ misso exemplo epistolæ, quam fratri Quodvultdeo nostro coepiscopo scripsi, putabam me hoc onere caruisse, quod mihi imposuisti, quærendo consilium, quid in his periculis, quæ tempora nostra invenerunt, facere debeatis. Quamvis enim epistolam illam breviter scripserim, nihil tamen me prætermisisse arbitror, quod & respondenti dicere, & quærenti audire sufficeret. Quandoquidem dixi, nec eos esse prohibendos, qui ad loca (si possunt munita migrare desiderant; & ministerii nostri vincula quibus nos Christi charitas alligavit, ne deseramus Ecclesias, quibus servire, de-*

(*c*) *Victor de pers. Vvand. lib. 1.*

(*d*) *Possid. in Vit. S. Aug. cap. 30.*

(*e*) *Aug. epist. 180.*



*bemus, non esse rumpenda. Ista sunt quidem verba, quæ in illa epistola posui.* Hæc Augustinus, qui ad ipsum Honoratum de his ea epistola fusiorem habet tractationem.

XIV. Bonifacius vincitur a Vvandalis.

Quid vero interea egerit Bonifacius, qui Vvandalos provocarat in Africam, Procopius (*a*) narrat his verbis: *Interea Romæ amici Bonifacii facinus considerantes, quem semper in officio perseverantem cognoverant, satis admirari non poterant. Nonnulli jussu Placidiæ Carthaginem delati, eumdem convenient. Ubi vero Ætii insidias ac litteras ab eo exhibitas accipiunt, statim reversi Placidiæ rem omnem deferunt, Bonifacium non sua, sed aliena culpa erravisse dicunt. Illa animo perculsa, cum Ætio quidem dissimulavit, nec quicquam eorum quæ contra Imperatorem gesta erant, probro objecit, quod exercitus rerumque summam in potestate haberet, & res in discrimine jam esset. Verum Bonifacii amicis omnia communicavit; de Ætii fraude vehementer conqueritur. Jurat sese æquam Bonifacio fore, si illi rem animo detrectare, tum rem Romanam a barbaris perditum iri non permittere, persuadeant. Hæc ubi ille accepit, facti illico pœnitens, & initam jam societatem detestans, Vvandalos multis millibus nummum tentare cœpit, uti ex loco discederent. Quod cum minime auscultarent, quid probris potius insultare viderentur, necesse fuit ad manus venire. Victus Bonifacius Hipponem Regium se recepit, civitatem Numidiæ maritimam ac munitissimam. Hanc Vvandali,*

(*a*) *Procop. de bel. Vvand. lib. 1.*

Detectis dolis Ætii Bonifacius recedit a Vvandalis.

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

N n 2 sub

PAGIUS bus duabus querelis totidem saluberrimis constitutionibus medetur Imperator. Quod si jam currenti anno, aut superiori Africa a *Vandalis* devastata fuisset, non dubium, quin *Valentinianus* aliquam hujus rei mentionem in quatuor præfatis legibus anno sequenti datis injecisset, significassetque, aut calamitates, aut fidelitatem subditorum fundamentum esse favorum a se in illis concessorum. Imo eas leges non dedisset; pars enim Africæ, quæ post Vandalorum irruptionem in Romanorum potestate remansit, non legibus sed subsidio indigebat. Quare cum post mensem Aprilem anni CCCCXXIX. nulla amplius in Codice Theodosiano extet constitutio, quæ Africanorum causa data fuerit, præter legem 33. *de susceptoribus*, Kalend. Martiis anno CCCCXXX. in gratiam Byzacenæ provinciæ datam, manifestum est Vandalos ante mensem Maii anni CCCCXXIX. in Africam ingressos non esse, nec provinciam Byzacenam ante annum CCCCXXX. a Vandalis sub jugum missam.

VI. *Iterum probatur ex lege hoc anno emissa.*

Verum quidem est, Valentinianum hoc anno Legem 22. Cod. Theod. *de tyronibus*, V. Kalend. Martii dedisse, qua Africæ Proconsularis Sacerdotes, tyronum præstatione immunes esse definit, & Gothofredum in Chronologia Cod. Theod. scribere: *Forte pertinet ea lex ad Vandalorum in Mauritaniam superiore anno transvectationem.* Verum ex ipso legis tenore contrarium deducitur: hujus enim Privilegii Sacerdotibus Paganis concessi duas rationes affert Imperator. Prima est, quia Proconsularis Provincia in qua Carthago sita *omnium intra Africam Provinciarum obtinet principatum.* Secunda, quia hujus Provinciæ Sacerdotes majoribus fatigantur expensis; & in uno prægravatus in alio relevari debet. Quod si *Vandali* jam anno superiori *Africam* invasissent, non unius Provinciæ Sacerdotibus Privilegium illud concedendum fuisset; sed extendendum ad Sacerdotes aliarum Provinciarum, quas hostis occupare non potuerat. Diœcesis enim Africæ sex Provinciis constabat, ut Rufus in Breviario, & Notitia Imperii docent. Quare ex hac lege liquet currenti anno, mense Februario, omnia in Africa adhuc tranquilla fuisse. Hujus autem legis emittendæ occasio, quæ Gothofredum fugit, fuere *Quinquennalia* a Valentiniano edita: annis enim hujusmodi solemniis dicatis, tam Urbibus ac Provinciis, quam & privatis hominibus ac peculiaribus Ordinibus Privilegia de more concessa. Regnatum est a *Vandalis* in Africa per annos amplius centum, donec *Belisarius* imperante Justiniano eam rursus Imperio Romano adjecit.

VII. *An Episcopis fugere liceat in persecutione.*

Porro Epistola Augustini CCXXVIII. alias CLXXX. *ad Honoratum*, cujus meminit Baronius num. XIII. qui consultus a *Quodvultdeo* Episcopo, an Vandalis adventantibus, Episcopis vel Clericis recedendum esset ex Ecclesiis, an non, scripserat ea de re ad Augustinum, data est anno quadringentesimo tricesimo, paulo ante mortem Divi Augustini. Possidius enim in ejus Vita cap. 30. narrata Hipponensis Urbis obsidione, quæ circa mensem Junium illius anni cœpit, ait: *Interea reticendum minime est, cum memorati impenderent hostes, a sancto Viro quoque nostro Coepiscopo Thiabensis Ecclesiæ Honorato, literis fuisse consultum, utrumnam illis adventantibus ex Ecclesiis, Episcopis vel Clericis recedendum esset, nec ne:* & ea Epistola recitata, Possidius cap. sequenti & ultimo mortem Augusti-

XV. Ætius vincit Francos.

*Genserico duce, exercitu admoto, obsederunt. Guntharius jam deceserat, a fratre (ut putatur) imperfectus. Vandali autem illum potius dicunt in Hispania a Germanis captum, paloque infixum, jam in Africa Genserico res gerente.* Porro ille legitimus filius & regni successor erat, Gensericus autem frater nothus. Illum vero quem Procopius nominat Guntharium, Isidorus Gundericum appellat, fratremque Genserici: sed nequaquam a fratre interfectus, sed (ut ait Isidorus *b*) cum capta Hispali irreverenter in ejus civitatis ecclesias manus extenderit, mox Dei judicio a dæmone correptus interiit. Additque Gensericum ex Catholico esse factum apostatam: hæc ex Isidoro. Hic fuit præsentis anni in Africa rerum status: cætera autem sequenti anno pro temporis ratione dicemus. Meminit quoque Possidius de Bonifacio a Vvandalis superato, & ad Hipponense præsidium confugiente. Quantam vero Vvandali, Bonifacio victo, intulerint Africæ cladem, dicemus inferius.

(*b*) *Isidor. in hist. Vvand.*

Cur autem detrectaverit in Ætium malorum horum omnium auctorem ulcisci Placidia: præter illa quæ ex Procopio diximus, nempe quod vires exercitus in manu ejus positæ essent; additum est, quod hoc anno agens cum exercitu in Galliis, pugnans adversus Francos, rem bene gessit: nam sub iisdem Coss. inquit S. Prosper in Chronico: *Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam acceperant, Ætii Comitis armis recepta est.* Hæc ipse, eadem Cassiodorus

PAGIUS stini refert, quæ, dum Hippone Civitas obsideretur, contigit. Quare ea Epistola scripta, non anno CDXXVIII. aut CDXXIX. ut in nova Operum Sancti Augustini editione a Patribus Benedictinis curata legitur, sed medio anno CDXXX. Hoc summarium responsionis Augustini: *Quicumque isto modo fugit, ut Ecclesiæ necessarium ministerium illo fugiente non desit, facit quod Dominus præcepit, sive permisit. Qui autem sic fugit, ut gregi Christi ea, quibus spiritaliter vivit, alimenta subtrahantur, mercenarius ille est qui videt lupum venientem & fugit, quoniam non est ei cura de ovibus.* Quæ ab Augustino in eadem Epistola pluribus probata. Quod vero Baronius, eum *Quodvultdeum* fuisse hoc tempore Episcopum Carthaginensem Aurelii successorem tradit, refellitur ex iis, quæ infra dicemus, *Capreolum* scilicet paulo ante Concilium Ephesinum Aurelio successisse, & *Capreolo* Quodvultdeum, anno CDXXXIX. quo Carthago a Vandalis occupata, in exilium missum. Dicit etiam Baronius istam *Quodvultdeum* eum esse, qui ab Augustino per literas petiit, ut Librum *de Hæresibus* componeret; sed hoc valde incertum, cum in Epistola Synodica Concilii Carthaginensis anno CDXVI. adversus Pelagianos, celebrati ad Innocentium Papam, legantur tres Episcopi eo nomine, quod Africanis familiare fuit, appellati. Cur *Bonifacius* Comes Vandalos in Africam asciverit, anno superiori ex Procopio explicavimus. Denique *Salvianum* a Baronio citatum Presbyterum tantum fuisse, suo loco demonstrabimus.

VIII. *Victoria Ætii de Francis.*

Ad num. XV. & seq. Recte Baronius scribit, noluisse *Placidiam* pœnas sumere de Ætio, qui *Bonifacium* Comitem ad prodendam Vandalis Africam proditione sua adegerat, quod ille hoc tempore bellum adversus hostes Imperii Romani fortiter gereret. Bellum tamen sub hujus anni Coss. adversus *Francos* susceptum, de quo loquitur Prosper in Chronico a Baronio citatus, & Cassiodorus in Chronico sub hujus anni Coss. ubi hic ait: *Aetius multis Francis cæsis, quam occupaverant propinquam Rheno partem recepit Galliarum;* bellum, inquam, istud antecessit Bonifacii proditionem. Fortitudine certe Aetii sequentibus annis Imperium etiam defensum; de eo enim scribit Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 34. *Reipublicæ Romanæ singulariter natus, qui superbiam Suavorum Francorumque barbariem immensis cædibus servire Romano Imperio coegisset.*

IX. *Clodio a Romanis victus.*

Ad num. XV. Prosper sub hujus anni Coss. scribit: *Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverant, Aetii Comitis armis recepta.* Baronius huc refert victoriam a *Majoriano* antequam imperaret reportatam, de qua Sidonius in Panegyrico Majoriano Augusto anno CDLVIII. dicto, vers. 210. canit:

*Pu-*

sub iisdem Consulibus, Sidonius quoque Apollinaris in Panegyrico de Consulatu Majoriani, qui sub Ætio tunc eques adversus eosdem Francos pugnavit ad vicum Helenam. Nam bene usus Ætius opportunitate temporis, adortus ex improviso Francos choreas ducentes in nuptiis cujusdam nuptæ Franco claræ puellæ, & eam cæpit, & cæteros in fugam egit, novo casu metuque perculsos. Persimili plane modo olim Francos imparatos offensos, levi negotio, a Juliano Apostata superatos fuisse, Ammianus affirmat (*a*). Præerat hoc tempore Francis Clodio. Hæc narrans Sidonius Apollinaris, describit pariter Francorum corporis cultum: sed hæc relinquimus otiosis.

(*a*) *Ammian. lib.* 20.

XVI.

Illud de Francis non prætereat, tam a Gentilibus quam a Christianis antiquis scriptoribus ipsos dici fœdi fragos; nam de eis Vopiscus in Proculo; *Francis familiare est, ridendo fidem frangere:* Id ipsum Salvianus (*b*) sæpius. Sed ita quidem ipsi, cum adhuc essent idololatræ, & humanas cæderent hostias, a quibus (ut Procopius auctor est *c*): nec statim ut facti sunt Christiani, omnino recesserunt. Tandem vero exculti penitus Christianis moribus, eo religionis & fidei atque constantiæ provenere, ut inter Christianos omnes & observantissimos fidei populos inventi sint maxime pii atque fideles defensores Ecclesiæ, cultodesque Catholicæ veritatis & disciplinæ. At quod de Francis dicimus, de aliis quoque dicendum est nationibus, quæ antequam fidem Christianam susceperint, depravatis constat fuisse moribus: ubi autem sacro sunt imbuti baptismo & Christiano signati charactere, novum hominem sunt induti, qui creatus est secundum justitiam & sanctificationem, ipsum inquam Christum Dominum nostrum, jure dicente Apostolo:

(*b*) *Salvian. lib.* 4. *&* 7.

(*c*) *Procop. de bel. Goth. lib.* 2.

(*d*) *Quicumque baptizati estis Christum induistis.* At hæc de gentibus barbaris, feralibus assuetis moribus, per Evangelium redditis mansuetis & piis, pluribus agit Theodoretus in libro de Legibus: ut vel ex hoc uno cernere perspicuo liceat veritatem Catholicæ fidei; cum hoc minime sit invenire apud hæreticos, penes quos tantum abest ut Gentiles unquam ad vitam excultiorem perduxerint, ut ipsimet ex quo a vera pietate & sinceritate Catholicæ fidei defecerunt, redditi sint barbaris omnibus crudeliores, nequioresque cunctis gentibus Deum verum ignorantibus: quamtumlibet usque ad tempus conati sunt nonnulli ipsorum tegere lupum ovina pelle. Sed lupus semper lupus, cum offertur occasio, perspicuus cunctis ostenditur. Id quidem de Francis, de quibus est sermo, nostro tempore satis evidenter apparuit: dum si de vere Catholicis agitur, vix in orbe Christiano sit invenire illis æquales probitate atque constantia: si de impietate subversis & conversis in hæreses, haud facile sit reperiri hæreticos his nequiores. Clamant hæc lapides, Sed reliqua prosequamur:

(*d*) *Galat.* 3.

XVII. De habitu clericorum nova inventio.

Quod ad statum pertinet Ecclesiarum Galliæ, Narbonensis scilicet & Viennensis; turbatum illum fuisse ab innovatoribus, ex litteris Cælestini ad Episcopos qui illis præerant datis hoc anno, mense Julii, potest intelligi; emersisse nimirum novatores quosdam, qui in vestitu clericorum novum usum inducerent, nempe ut incederent palliati, præcincti renibus, eo quod Dominus in Evangelio suos admonuisset, dicens (*e*); *Sint lumbi vestri præcincti*, &c. Reprehendit igitur hos Cælestinus, vetuitque ne novus atque diversus ab eo qui hactenus usui fuisset, induceretur clericorum habitus, sed illum quem

(*e*) *Luc.* 12.



*Pugnastis pariter, Francus qua Cloio patentes*
*Attrebatum terras pervaserat. Hic cocuntes*
*Claudebant angusta vias, arcuque subactum*
*Vicum Helenam flumenque simul sub tramite longo*
*Artus suppositis trabibus transmiserat agger.*

*Franci* enim nonnisi hac clade, quæ jam in Galliis obtinuerant, amisere. Hinc Idatius in Chronico anno Abrahami 2448. qui Kalend. Octobris anni Christi CDXXXI. inchoatur, ait; *Superatis per Aetium in certamine Francis & in pace susceptis, Censorius Comes Legatus mittitur ad Suevos.* Quibus verbis non significat Idatius eo Abrahami anno Francos victos esse, sed tantum eos pacem cum Aetio pepigisse, Aetiumque post pacem illam Legatum ad Suevos misisse; quia Chronographi, præsertimque Epitomatores, quæ diversis annis gesta uno tenore recitant, si inter se ordinem habeant. Quare ibi Idatius loquitur de pristina dignitate ab Aetio recuperata, quod tamen nonnisi post aliquot annos contigisse, videbimus. Sirmondus quidem in Notis ad illum Panegyricum contendit, hoc bellum certius videri gestum post annum Christi CDXLV. quo tempore narrat Turonensis lib. 2. cap. 4. *Clodionem* Thoringorum finibus egressum *Tornacum & Cameracum* Urbes, aliaque mox omnia ad Somonam usque fluvium occupasse. Verum nihil affert quod suam conjecturam Baronianæ præferendam esse demonstret. Ibi enim *Franci* victores, & tamen Prosper, Sidonius ac Idacius de eorum clade loquuntur.

X. *A Clodione Reges Francorum primæ stirpis originem ducunt.*

*Clodio* autem Francorum Rex, cujus mentionem ibidem facit Baronius, anno incerto, circa tamen hæc tempora, Regnum Francorum iniit. Pseudo-Prosper in Chronico Imperiali ad annum V. Theodosii post Honorium Imperantis, scribit: *Clodius regnat in Francia*, sed temporain eo Chronico valde depravata. Sigebertus in Chronico Clodionis initium anno CDXXX. collocat, sed citius regnum iniisse videtur. Quidquid autem sit de anno, quo regnare exorsus est, Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 9. qui Faramundi non meminit, de illo scribit; *Ferunt tunc Chlo-*



quem a majoribus accepissent, retinerent, nec a peregrinis clericis peregrinum acciperent usum vestium; quod præstaret, moribus magis quam indumentis sacerdotalem præseferre decorem. Redarguit etiam eos, quod petentibus in fine vitæ negarent pœnitentiam; necnon quod ad sedem Episcopalem ab eis laici provecti fuerint & criminosi, exprobrans factam ab illis Danielis cujusdam ad Episcopatum contra jus fasque promotionem. Cujusnam facinoris iste ab Orientalibus accusatus fuisset, eadem Cælestinus epistola narrat his verbis (*a*):

(*a*) *Celestin. ep.* 1.

XVIII. De Danielis facinoroso Episcopo ordinato.

*Daniel enim, nuper missa relatione ex Orientalibus ad nos partibus, ab omni quod tenuerat virginum, monasterio, nefariis est objectionibus accusatus: multa a multis objecta flagitia. In quanam lateret terrarum parte, quæsitus est: ut si sinæ innocentiæ confideret, contra se judicium postulatum minime declinaret. Missæ sunt ad Arelatensem Episcopum per Fortunatum subdiaconum nostrum præceptiones, ut ad judicium Episcopale destinaretur. Tantis gravatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus sacrarum (ut dicitur) virginum pollutus incestu, Episcopus asseritur ordinatus:* & paulo post: *Sacro nomini absit injuria: facilius est, ut hanc dignitatem tali dando ipse amiserit ordinator, quam eam ordinatus obtineat, &c.* Hæc ex multis satis ad exprimendam consuetam judiciorum praxim, quomodo majoris momenti causa ab Orientalibus etiam deferri solerent ad Romanum Pontificem. Ad postremum autem ista subdit: *Massilienses vero Ecclesiæ sacerdotem, qui dicitur quod dictu nefas est) in necem fratris sui taliter gratulatus, ut huic qui ejus sanguine cruentatus advenerat, portionem cum eo habiturus occurreret, vestro eum audiendum collegio delegamus.* Hæc ipse, alludens plane ad Arelatensis Episcopi Patrocli necem, de qua superius ex Prospero dictum est. Sed jam de rebus Occidentalibus satis.

XIX. Nestorius creatur Episcopus Constantinopolitanus.

Quod vero ad Orientalis Ecclesiæ statum spectat: sub iisdem consulibus Felice & Tauro, quarto Idus Aprilis, suffectum in locum Sisinnii Constantinopolis Episcopi Nestorium presbyterum Antiochenum ex monacho, Socrates tradit (*b*). Quod enim olim ab eadem Ecclesia Antiochena sanctissimum atque doctissimum nacta fuisset Antistitem S. Joannem Chrisostomum Constantinopolitana Ecclesia, inde alium illi similem acceptura post aliquot annorum spatium, mira omnium consensione, Nestorium delegit: ejusmodi enim illorum fuisse consilium, testatur Cassianus suorum temporum scriptor, cum ait hæc in Nestorium (*c*): *Quia de Antiochena Ecclesia te sibi sumeret sacerdotem, ex qua illum* (nempe Joannem) *ante prælegerat; recepturam se in te credidit, quicquid in illo habere desiisset.* Quod præcipue factum scias Theodosii Imp. impulsu, Sed quomodo, quandove electio Nestorii facta sit, Socratem audiamus ita dicentem (*d*): *Post mortem Sisinnii, visum est Imperatori propter homines inanium rerum appetentes, neminem ex illa Ecclesia (licet multi Philippum, complures Proclum designatum cuperent) ad Episcopatum illum eligere, sed advenam Antiochia accersere constituit. Erat namque illic Nestorius ex Germanicia oriundus, voce in primis sonora, linguaque diserta; & ob eam causam tamquam ad docendum populum admodum accomodatus, de illorum sententia accersitur.*

(*b*) *Socrat. l.* 7. *c.* 24.

(*c*) *Cassian. de Incarn. l.* 7.

(*d*) *Socrat. l.* 7. *c.* 29.

XX.

Si Nestorii majorum genus spectes, certe quidem ab impiis impius prognatus est. Etenim testatur de eo Suidas, fuis-



*Chlogionem utilem ac nobilissimum in gente sua Regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in termino Thoringorum* (editio Ascensiana anno MDXII. Parisiis facta loco *Thoringorum*, habet Tungrorum,) *in his autem partibus, ideest, ad meridionalem plagam habitabant Romani usque Ligerim fluvium*, &c. *Chlogio autem missis exploratoribus ad urbem Camaracum, perlustrata omnia ipse secutus, Romanos proterit, Civitatem adprehendit: in qua paucum tempus residens, usque Suminam fluvium occupavit. De hujus stirpe quidam Merovevem Regem fuisse asserunt, cujus filius fuit Childericus.* Ubi situm esset *Dispargum*, & quonam anno illæ victoriæ a Clodione reportatæ, inter recentes rerum Francicarum Scriptores non convenit, sicuti nec an *Merovevs* Clodionis successor, a quo Reges primæ stirpis Merovingici appellati, ejus filius fuerit. At *Clodionem* patrem fuisse duorum filiorum, ex quibus Merovevs junior erat, Priscus in Excerptis de Legationibus, cujus verba anno CCCCXXXII. num. XIX. referemus, ita diserte asserit, ut mirer, id in dubium multos revocasse. Priscus enim filios Clodionis viderat, ideoque ei tuto fides haberi potest. Porro licet certum videatur *Merovevum* filium fuisse Clodionis, Reges tamen primæ stirpis Regum Francorum, non a Clodione, sed a *Merovveo* denominati sunt, appellatique Merovingici, quemadmodum Reges secundæ stirpis, non a Pippino sed a Carolo Magno ejus filio *Carolovingi* nuncupati. Liquet id de Merovingis ex Præfatione præfixa Legibus a Dagoberto primo Bojoariis, Alemannis & Francis traditis: *Hoc decretum est apud Regem & Principes ejus, & apud cunctum populum Christianum, qui infra regnum Meruvvingorum consistunt.*

XI. *Nestorius ordinatur Episcopus Constantinopoli.*

A num. XIX. ad XXIX. Mortuo sub finem anni superioris *Sisinnio* Episcopo Constantinopolitano *Nestorius* in ejus locum subrogatus est, non *Quarto Idus Aprileis*, ut cum Socrate lib. 7. cap. 29. Baronius & Garnerius in Præfatione Historica ad posteriorem partem Operum Marii Mercatoris autumarunt; sed *Kalendis Aprilis*, ut testis est Liberatus Diaconus cap. 4. sui Breviarii. Et ratio est, quia hoc anno dies Dominica

fuisse nepotem Pauli Samosateni nefandi hæresiarchæ: cujus errores jam penitus oblivioni mandatos ipse instaurare conatus est, tempus opportunum opperiens. Dum enim in suo monasterio S. Euprepii apud Antiochiam sito versatus est, nihil antiquius habuit, quam ut simulata sanctitate magnam sibi apud omnes conciliaret gratiam, & aucuparetur inde, quem est consecutus, honorem: *Nam trimestri spatio percurso* (subdit Socrates) *Antiochia Constantinopolim deducitur Nestorius: qui quamquam a plerisque ob temperantiam laude & prædicatione efferebatur: tamen quales præterea ejus mores fuerint, primus illius doctrinæ exorsus prudentibus viris satis demonstravit.*

XXI. De pellendis hæreticis Nestorii dictum.

*Nam simulac Episcopus quarto Idus Aprilis ordinatus fuit, Felice & Tauro Consulibus, extemplo cum orationem apud Imperatorem haberet, hanc sententiam, quæ multis in ore est, coram universo populo protulit: Mihi o Imperator, terram hæreticis tu purgatam tribue, & ego tibi cælum tribuam. Tu mihi in profligandis hæreticis subveni, & ego tibi in profligandis Persis subveniam. Hæc verba, quamvis illi quibus odio habebantur hæretici, lubentes audierint: tamen his qui ex oratione noverunt de interiore mentis cogitationem conjecturam facere, neque ejus animi levitas, neque invereundia, neque præterea inanis gloriæ cupiditas, præsertim cum ne minima quidem mora interposita ejusmodi voces tam temere profunderet, obscura esse potuit. Immo vero, etiamsi illud in proverbii consuetudinem abiit, dicere liceat, neque aquam civitas jam degustaverat, cum homines acerbe & graviter persequi aggressus est.* Hæc ipse.

XXII. Sed concitum contine gradum, lector, ne pedibus cito abeas in sententiam Socratis, dum ita primum invehitur in Nestorium ob hujusmodi sibi visum temere dictum. Cur enim displicuerint ista Socrati, dicam: tu arbiter esto. Non quidem ex his reprehensibilis Nestorius videri debuit, quod de hæreticis profligandis Episcopali egerit libertate, vigoreque sacerdotali sententiam illam dixerit; nec quod in hæreticos primo bellum indixerit, meruit reprehensionem. Quid enim in optimo quoque pastore, qui præficitur gregi, magis desiderari debet, quam ut ingruentes lupos arceat? Cur præterea temeraria, vanaque & inflata fastu sententia illa cum pollicitatione victoriæ adversus barbaros obtinendæ, si ante ab eo fuerint Ecclesiæ perduelles expulsi, videri possit; si id a Deo præstari solere, cum talia ab Imperatore facta præcedunt, & vetera & recentia exempla clamarent? Sed quod una cum aliis hæreticis ex ea sententia exagitandi quoque fuerint Novatiani, quos & idem Nestorius magnopere infectatus est; inde plane accidit, ut Novatianus ipse Socrates, eadem expertus verbera verbis illis ipsum incesserit. Sed audi quod subdit:

XXIII. Nestorius hæreticos infectatur.

*Quinto die postquam erat Episcopus designatus, dum ecclesiam Arianorum, in qua clam & ex occulto preces fundebant, demoliri instituerat; eos ad tantam adegit vecordiam, ut cum ecclesiæ vastationem cernerent, ipsi etiam facibus injectis eamdem succenderent. Quod quidem incendium ædes vicinas depascens, penitus adsumpsit. Ex qua re tumultus in civitate concitatus est, Arianique ad ulciscendum parati. Verum Deus urbis conservator non passus est malum longius serpere. De cætero vero non hæretici modo, verum etiam ejusdem cum eo fidei fautores, Nestorium incendiarium vocaverunt. Nec hoc pacto acquievit; sed dum contra hæreticos machinas struebat, civi-*

PAGIUS ca, quo Constantinopolitani Episcopi ordinari soliti erant, in Kalendas Aprilis seu diem primam ejusdem mensis incurrerit, Verosimile est, Socratem, diem, quo *Nestorius* in Sede Episcopali collocatus est pro die ejus ordinationis perperam sumsisse. Mortuo *Sisinnio* inter agendum de successore Clerus Constantinopolitanus divisus est, ideoque visum Theodosio Imp. *Nestorium* ex Antiochena Ecclesia accersere. Erat ille Germanicia oriundus oppidulo Syriæ, &, ut scribit Evagrius, Monasticam vitam professus erat in Laura sancti Euprepii prope Antiochiam, ubi versabantur Joannes postea Patriarcha Antiochenus, & Theodoretus dein Cyrensis Episcopus. Magistrum habuit *Theodorum* Mopsuestenum, a quo didicit male sentire de Incarnatione Verbi. Cumque magnam sanctitatis speciem affectaret, Constantinopolim a Theodosio evocatus, illuc venit cum *Anastasio* Presbytero omnium consiliorum suorum socio, quod postmodum usus est velut administro sui in Deiparam odii.

*Nestorius discipulus fuit Theodori Mopsuesteni.*

XII. Quia porro *Theodori Mopsuesteni* Episcopi discipulus fuit, hæresimque a Paulo Samosateno editam secutus est, dicitur Theodori filius, ac Pauli Samosateni nepos a Theodoro Presbytero Raithuensi in Libello de Incarnatione, qui extat in Bibliotheca Patrum, cujusque verba in suum Lexicon transtulit Suidas. Quæ sic a Baronio num. XX. accipiuntur tanquam ex *Pauli Samosateni* stirpe, ejusque nepos fuerit. Quod tamen, ut ait Petavius lib. 1. Theologic. Dogm. de Incarnat. cap. 7. nihil magis procedit, quam ut Theodori quoque Mopsuesteni filius, hoc est eo patre genitus, iisdem ex verbis fuisse credatur. Itaque non generis ac sanguinis, sed Doctrinæ erroriscque cognatio verbis illis exprimitur. Sic Cyrillus in Epistola ad Theodosium Imp. quæ recitata est in Quinta Synodo Collatione V. *Diodorum* Tarsensem & *Theodorum* Mopsuestenum vocat *Nestorii* impietatis patres, hoc est, auctores; hoc enim Græci πατέρας nominant.

XIII. Ipso suæ ordinationis initio legem contra omnes hæreses a Theodosio Imp. *Nestorius* impetra-



*vitatem (quantum in eo erat) prorsus evertit. Quinetiam Novatianos divexare aggreditur, inde impulsus, quod Paulus eorum Episcopus ob pietatem tanta famæ celebritate fuit. Verum Imperator admonitionibus conatum ejus repressit. Quibus autem incommodis eos qui festum Paschatis ad decimumquartum diem mensis celebrant, in Asia, Lydia, Caria affecerit, & quam multi Mileti & Sardis seditione propter eum conflata interierint, mihi omittendum arbitror.* Hæc Socrates & hinc illæ lacrymæ.

XXIV. Nestorii exordia laudatissima.

Porro de ordinatione Nestorii scripserunt ex more Episcopi, qui ejus interfuerunt ordinationi, ad Cælestinum Romanum Pontificem, multis vitam, & doctrinam Nestorii prædicantes. Testantur id quidem ipsius Cælestini Papæ literæ ad Nestorium datæ, ubi ait: *Lætificavit animam nostram venientium enarratio nunciorum, quam mox firmavit eorum, qui interfuerunt ordinationi tuæ, relatio collegarum: qui tibi testimonii tantum detulerunt, quantum ferri huic debuit, qui aliunde videbatur electus. Tanta ante opinione vixisti, ut tuis te aliena Civitas inviderit.* Hæc Cælestinus: eadem ferme Cyrillus (a) Alexandrinus, cum & ipsæ ab iisdem Episcopis de ordinatione Nestorii litteras accepisset plenas cumulatasque immensis ejus præconiis, & id quidem illi haud (ut fieri solet) adulatione, sed tum ex ejus vita (ut fama erat) antea bene instituta, tum ex alacritate illa quam ipso sedis initio præsetulit in hostes Ecclesiæ insectando. Utinam hisce ipse se Nestorius continuisset limitibus: certe quidem omni laude ob eam causam celebrandus fuisset. Quid enim magis proprium Orthodoxi Antistitis est, quam Orthodoxam prædicare doctrinam, omnesque hæreses (si posset) penitus profligare, radicitusque convellere?

(a) *Cyril. ep. ad Theod. to. 5. Concil. Ephesedit. Pelt.*

XXV. Theodosius igitur sua sponte currens ad insequendos hæreticos (ut vidimus ex diversis legibus singulis ferme annis adversus eos datis) calcaribus jam ad cursum vehementius excitatus, ejusmodi adversus eos edidit hoc anno, mense Maii sanctionem, (b) Nestorii haud dubium persuasione commotus.

(b) *l. 65. de hæret. Cod. Theod.*

*Impp. Theodosius, & Valentinianus AA. Florentio Præfecto Prætorio. Hæreticorum ita est reprimenda insania, ut ante omnia, quas ab Orthodoxis acceptas tenent ubicumque Ecclesias, statim Catholicæ Ecclesiæ tradendas esse non ambigant: quia ferri non potest, ut qui nec proprias habere debuerant, ab Orthodoxis possessas, aut conditas, suaque temeritate invasas ultra detineant. Dein ut si alios sibi adjungant clericos, vel (ut ipsi æstimant) sacerdotes; decem librarum auri mulcta per singulos ab eo qui fecerit, & qui fieri passus sit, vel si paupertatem prætendant, de communi clericorum ejusdem superstitionis corpore, vel etiam donariis ipsis extorta, nostro inferatur ærario. Post hæc, quoniam non omnes eadem austeritate plectendi sunt: Arianis quidem, Macedonianis, Apollinarianis, quorum hoc est facinus, quod nocenti meditatione decepti credunt de veritatis fonte mendacia, intra nullam civitatem ecclesiam habere liceat. Novatianis autem & Sabbatianis omnis innovationis adimatur licentia, si quam forte tentaverint. Eunomiani vero, Valentiniani, Montanistæ, seu Priscillianistæ* (sic dicti a Priscilla, non autem a Priscilliano) *Phryges, Marcianistæ* *, *Borboriani, Massaliani, Euchitæ* *sive Enthusiastæ, Donatistæ Audiani, Hydroparastatæ, Ascodrogitæ, Photiniani, Pauliani, Marcelliani, & qui ad unam usque scelerum nequitiam pervenerunt Manichæi, nusquam in Romano solo conveniendi, orandique habeant facultatem, Manichæis etiam de civitatibus pellendis.*

Lex Theodosii adversus omnes hæreticos.

Diversis pœnis hæretici exagitati.

* *Marcionitæ. Euchaitæ.*

XXVI. *Quoniam nihil omnibus relinquendi loci est, in quo etiam ipsis elementis fiat injuria: nulla his penitus præter cohortalinam in provinciis, & castrensem, indulgenda militia: nullo donationis faciendæ invicem, nullo testamenti, aut voluntatis ultimæ penitus jure concesso: cunctisque legibus quæ contra hos, cæterosque qui nostræ fidei refragantur, latæ sunt, diversisque promulgatæ temporibus semper viridi observantia valituris, sive de*

PAGIUS *Nestorius legem adversus hæreticos a Theodosio impetrat.* travit, qua de re gloriatur in capite 6. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, ubi fragmentum ejus Epistolæ post biennium scriptæ, ac post acceptas Sancti Cælestini literas, quibus jubebat ut Palinodiam caneret: *Legem*, inquit Nestorius, *inter ipsamet ordinationis initia contra eos qui Christum purum hominem dicunt, & contra reliquas hæreses innovavi.* Est Lex 65. Cod. Theod. *de hæreticis* a Baronio num. XXV. & seq. recitata, qui licet ejus ætate *Synodicum* citatum in lucem nondum prodiisset, recte conjecerat, eam a Theodosio *Nestorii* impulsu promulgatam. Socrates lib. 7. cap. 29. scribit, eum simul ac Episcopus creatus fuit, in Oratione ad Theodosium Imp. habita, hæc inter cætera dixisse: *Mihi, o Imperator, da terram hæreticis purgatam, & ego tibi Cœlum retribuam, Mecum hæreticos debella, ego Persas tecum debellabo.* Quare Nestorius acerrimum sese hæreticorum persecutorem credi volebat. Jam quidem ab anno CDXXII. Romanos inter & Persas pax sancita fuerat; sed quia *Vararanes* Persarum Rex Christianos sibi subditos vexare non desistebat, pax illa duratura non credebatur, & a Persis Romani valde abhorrebant.

XIV. *Ea lex contra hæreses XXIII. lata*

Eam legem explicat Gothofredus in ejus Comment. observatque *Theodosium* hæreticos viginti tres in ea nominare, eosque quatuor in classes di-

*de donationibus in hæreticorum factis ecclesias, sive ex ultima voluntate rebus qualitercumque relictis, sive de privatis ædificiis, in quæ domino permittente vel connivente convenerint, venerandæ nobis Catholicæ vendicandis Ecclesiæ; sive de procuratore, qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri multam & exilium, si sit ingenuus, subituro; metallum vero post verbera, si servilis conditionis sit: ita ut nec in publico convenire loco, nec ædificare sibi ecclesias, nec ad circumscriptionem legum quicquam meditari valeant; omni civili & militari, Curiarum etiam & Defensorum & Judicum sub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio. Illis etiam in sua omnibus manentibus firmitate, quæ de militia, & donandi jure, & testamenti faciendi vel negandi penitus, vel incertas vix concessa personas, pœnisque variis de diversis sunt hæreticis promulgatæ: ita ut nec speciale quidem beneficium adversus leges valeat impetratum. Nulli hæreticorum danda licentia, vel ingenuos, vel servos proprios, qui Orthodoxorum sunt initiati mysterio, ad suum rursus baptisma deducendi: nec vero illos quos emerint, vel qualitercumque habuerint, necdum suæ superstitioni conjunctos prohibendi Catholicæ sequi religionem Ecclesiæ. Quod qui fecerit, vel cum sit ingenuus, in se fieri passus sit, vel factum non detulerit, exilio & decem librarum auri multa damnabitur, testamenti & donationis faciendæ utrique denegandæ licentia. Quæ omnia ita custodiri decernimus, ut nulli Judicum liceat delatum ad se crimen minori aut nulli coercitioni mandare, nisi ipse id pati velit, quod aliis dissimulando concesserit. Dat. III. Kalend. Junii, Constantinopoli, Felice & Tauro Conss.* Hactenus Theodosius, inserviens in comprimendis hæreticis novi Antistitis incenso desiderio, cujus impulsu etiam turpes personas cæpit exagitare. Siquidem adversus lenones, qui invitas prostituerent feminas, rescriptum dedit (*a*). Ista quidem omnia ex sententia Nestorii, impulsuque ejus a Theodosii sancita, seu potius innovata, ea quæ superius dicta sunt facile persuadent. (*a*) *l. 2. de lenon. Cod. Theo.*

XXVII. Nestorius fautor Pelagianorum.

Sed illud diligenter observa, in toto nuper recitato catalogo hæreticorum, nullam penitus haberi mentionem Pelagianorum, qui in primis, utpote his temporibus vigentes, & sub Attico Episcopo ante damnati Constantinopoli, fuerant nominandi, & acriori supplicio coercendi: ut ex his probe intelligas Nestorium ipsum faviſſe Pelagianis. Confirmatur id quidem ex eo, quod Cælestinus Papa in epistola post sequentem annum ad ipsum Nestorium data queritur de ipso, quod Pelagianos hæreticos a se Roma expulsos, receperit Constantinopoli. Nestorianos quidem ex Pelagianis esse prognatos, quæ dicta sunt superius ex Cassiano de Leporio, & quæ dicentur inferius, satis perspicue demonstrabunt.

XXVIII.

Quid præterea acciderit, cum hoc tempore Nestorius totus esset in persequendis hæreticis, Socrates narrat his verbis: (*b*) *Nestorius autem, quoniam multa contra Ecclesiæ consuetudinem moliebatur, sibi propterea gravissimum odium peperit, sicut eventus rerum ab eo gestarum satis declarat. Germæ urbis Hellesponti Episc. Antonius Nestorii ferocitati in hæreticis profligandis obsecutus, Macedonianos graviter exagitare conabatur: & quo se excusaret, mandatum a Patriarcha* (Episcopo scilicet Constantinopolitano) *se de ea re accepisse simulabat. Itaque Macedoniani etsi ad tempus se vexari passi sunt; postea tamen ubi Antonius eos acerbius infectabatur, non amplius illam injuriarum molem tolerare potuerunt: sed tam cœco animorum impetu ferebantur, ut libidine ulciscendi æquo & bono prælata: per vi-* (*b*) *Socrat. lib. 7. c. 32.*

*ros*

PAGIUS distribuere, & diversos pœnarum gradus constituere. Prima classis eorum est, quibus intra Civitates tantum, non in agris Ecclesiarum jus adimit, ideoque quasdam extra Civitates eis Ecclesias relinquit. Quo in censu ponit hos tres; *Arianos, Macedonianos, & Apollinarios.* Secunda classis eorum, quos suis Ecclesiis contentos esse jubet, neque alias de novo ædificare, puta *Novatianos & Sabbatianos.* Tertia est eorum, quibus nusquam in Romano solo conveniendi, orandique, neque in agris facultatem patere jubet. Postrema in classe sunt *Manichæi*, quos etiam Civitatibus expelli mandat. Unde liquet etiam levissimam *Novatianorum & Sabbatianorum* conditionem: gravissimam Manichæorum constitui: Nempe Novatiani & Sabbatiani meliori loco inter hæreticos per hæc tempora habebantur. Denique hæreticis Catholicos, ut servos habere quocumque titulo permittitur, sed mysteriis suis imbuendi vel prohibendi eos Catholicam religionem sequi, interdicitur pœna exilii, & decem librarum auri.

XV. *Nestorius ex parte tantum adhærebat Pelagianis.*

Inter illos hæreticos non memorantur *Pelagiani*; certum tamen Nestorium peccatum Originale fassum esse, & in hoc capite contra Pelagianos stetisse. Testantur id Cælestinus Papa & Marius Mercator, ille in Epistola ad Nestorium scripta: *Legimus*, inquit, *Quod de originis vitio recte sentias, quodque naturam ipsam culpa obstrictam non neges, & quod eam tandem exactum debitum juste exolvere doceas, quod a debitrice generatione ortum trahit.* Mercator vero Præfatione in Tractatus Nestorii adversus hæresim Pelagianam ex editione Baluziana pag. 110. *Item ejusdem contra hæresim Pelagii seu Cælestii; contra quorum pravam & impiam definitionem, quamvis recte sentiret, & doceret, Julianum tamen ex Episcopo Eclanensi cum particibus suis hujus hæresis signiferum & antesignanum, olim ab Apostolica sententia exauctoratum atque depositum, in amicitiam interim censuit suscipiendum. Spem enim absolutionis promittens ipsum quoque Cælestium literis suis, quarum exemplaria subdidimus consolatus est. Quod utrum malitia, an vecor-*

*dia*



Antonius Episcopus occiditur a Macedonianis.

*ros ad eam rem missos Antonium occidendum curarent. Hoc scelus a Macedonianis patratum, tamquam materia ad incendendam Nestorii ferociam fuit. Quare Macedonianis una Ecclesia Constantinopoli extra vetera urbis mœnia sita, altera Cyzici, aliæ præterea complures, quas in agris Hellesponti tenebant, ablatæ fuerunt. Unde nonnulli eorum ad Ecclesiam reversi, fidei Consubstantialis assenserunt.* Hæc Socrates, eademque Marcellinus in Chronico paucis refert.

XXIX.

Sed jam de Nestorio lugubrem aggrediamur enarrare tragœdiam hoc anno ordiri cœptam; de qua hæc S. Prosper sub iisdem hujus anni Consulibus (*a*): *Nestorius Constantinopolitanus Episcopus novum Ecclesiis molitur errorem inducere, prædicans Christum ex Maria hominem tantum & non Deum natum, eique divinitatem collatam esse pro merito. Huic impietati præcipue Cyrilli Alexandrini Episcopi industria, & Papæ Cælestini repugnat auctoritas.* Hæc Prosper. Sic videas hominem maxime impium, quo tempore alias hæreses persequi aggrediturus, tetriorem hæresim introducere in Ecclesiam. Liberatus (*b*) quoque diaconus hoc anno sub dictis Consulibus ortum ponit nefandæ hæresis. (*a*) *Prosp. in Chron.* De ortu Nestorii hæresis. (*b*) *Liberat. diac. Breviar. c. 2.*

XXX.

Sed unde hæresis ista profluxerit, accurate intuendum est. Deducit eam Cassianus (*c*) e fæculentis fontibus Ebionæis, derivatque per lutulentos ipsorum cuniculos, qui Christi negaverunt divinitatem: demum vero per Pelagianorum esse perductam cloacas tradit. At contra Socrates, qui se in Nestorii libris versatum dicit, contrarium affirmare (*c*) *Cassian. de Incar. Verb. lib. 1.*



videtur, dum hæc ait (*d*): *Nestorius autem apud complures venit in opinionem, quod Dominum, hominem solum esse asseveret, quodque Pauli Samosateni, & Photini opinionem in Ecclesiam introducere niteretur. Atqui de hac re tanta certatio, & tumultus ciebatur, ut generali Concilio ad eum sedandum opus esse videretur. Ego vero dum libros a Nestorio editos lego, hominem reperio imperitum, & doctrinæ penitus expertem: hocque vere & ex animo dico. Nam neque odio in illum incensus, ejus vitia recordatione renovare; neque ut quibusdam gratificer, pauciora quam reperi, commemorare decrevi. Nestorius, meo quidem judicio, neque Paulum Samosatenum, neque Photinum imitatur; neque denique Dominum hominem solum esse dicit; sed vocem dumtaxat,* Deiparam, *tamquam larvam reformidans, declinat: hocque illi præ insigni inscitia, & ignorantione contigit. Nam tametsi natura lingua erat diserta, & propterea doctus putabatur, tamen re vera imperitus fuit. Quinetiam veterum interpretum scripta perdiscere dedignatus est: linguæ enim volubilitate, & elegantia insolenter se efferens, tum veteres prope neglexit, tum se ipsum omnibus antecellere existimavit, &c.* Hæc Socrates; qui & subdit, vocem Deiparam ab antiquis Patribus usurpatam, atque adeo ab ipsis etiam Arianis assertam, nempe inter alios ab Eusebio Cæsariensi, cujus citat auctoritatem. Assentimur quidem Socrati recte primarium edocenti fontem, unde omnes hæreses manare solent, ex quo & Nestorius venena hausit, nempe ex tumore mentis, (*d*) *Socrat. lib. 7. c. 32.* Nestorius quos secutus Hæresiarchas.

O o ne-

PAGIUS *dia fecerit, non facile nosci potest; ut contra quorum distortas sententias, præter propriam impietatem, quæ illum ad damnationem usque perduxit, rectissime sentiebat & docebat, eos & amicos haberet, & spe vanæ promissionis fovendos & lactandos putaret; quique cum patrono memorato in Ephesiensi Concilio a ducentis septuaginta & quatuor Episcopis iterum iterumque damnati sunt. Nunc itaque hic contra eos eodem Juliano cum complicibus suis in Constantinopolitana Urbe constituto & cum tractantem publice in Ecclesia audiente primus ejus habitus est sermo, de Græco in Latinum verbum de verbo translatus.*

XVI. *Pelagiani Constantinopolim veniunt Nestoriani ordinatione audita.*

Primus ille *Nestorii* sermo contra Pelagianos anno sequenti habitus, ut ibi videbimus. Porro ex laudatis Mercatoris verbis intelligimus, non solum *Nestorium* recte de peccato originali sensisse, sed etiam *Julianum* cum Persidio, Marcellino, Floro, aliisque Episcopis Pelagianis exauctoratis audita *Nestorii* ordinatione hoc anno Constantinopolim venisse, ut sc. novi Episcopi ope Imperatoris animum suis querelis inflecteret. De adventu & querelis testimonium fert ipse Nestorius in utraque ad Cælestinum pro Pelagianis Epistola a Garnerio Tom. II. Oper. Mercatoris recitatis, quarum prior circa hujus anni finem videtur data. Intelligimus secundo, *Nestorium* adversus Pelagianos tractatus habuisse in sua Ecclesia, & eosdem hæreticos bis damnatos ab Ephesina Synodo. Denique in quo Nestorius cum Pelagianis senserit, & in quo discesserit. Nestorianos tamen a suo Magistro discescentes Pelagianum dogma docuisse tradit de iis Photius in Biblioth. Cod. LIV. *Asserunt, quandoquidem nostræ Christus naturæ sit particeps factus, & Deus omnes homines similiter salvos fieri velit, unum quemlibet etiam per arbitrii sui libertatem proprium peccatum corrigere, & Deo dignum se facere; idcirco non genitum esse Verbum, sed eum qui ex Maria natus est ob naturalis voluntatis dignitatem habuisse Verbum concomitans cum sola ista nobilitate, & eadem appellatione communicare cum ratione filiationis.* Quæ verba Photius descripsit ex libro, cui titulus erat: *exemplar Actorum ab Occidentis Episcopis adversus Nestoriana dogmata.* Eo in exemplari dicitur, eamdem esse Nestorianam & Cælestianam hæresim, pro ut scilicet a Nestorii discipulis promulgabatur, non vero pro ut docebatur a *Nestorio*, qui ignorare non poterat, Synodum Theodoti Episcopi Antiocheni adversus Pelagianos; cum ipse Nestorius Presbyter Antiochenus esset, quando ea coacta.

XVII.

A num. XXIX. ad XXXIX. Nestorius hoc ipso anno hæresim suam propalavit; alii tamen aliter primum ejus factum narrant: *erat Episcopus*

neglectuque sanctorum Patrum, atque contemptu antiquarum Ecclesiæ traditionum, cum sibi nimium sapiens, fastu inflatus eloquii, se non indigere doctore putavit.

XXXI. Cæterum quod ipse negat Nestorium Pauli Samosateni vestigiis institisse, haud res ab eo exacte videtur esse considerata: cum omnes qui de Nestorio scripserunt, secus sentiant, atque in primis S. Cælestinus Papa ad ipsum Nestorium scribens: insuper & S. Cyrillus Alexandrinus Episcopus demonstrat, Nestorium quindecim capitibus eadem cum Paulo hæresiarcha sentire. Certe quidem longe ante Nestorium inter Latinos Patres S. Ambrosius non alium quam Paulum Samosatenum, ejusque sectatores sugillat, dum ait (*a*): *Nonnulli etiam aliud Dei Verbum, alium verum Dei Filium crediderunt: cum ipsum, qui in principio erat Verbum apud Deum Patrem, in sua propria veniße, Evangelista testetur:* quam quidem sententiam esse a Nestorio acceptam quis non videt? At si altiorem petas originem, invenies eamdem positionem hanc Ario tribui ab Alexandro Episcopo Alexandrino apud Socratem (*b*).

(*a*) *Ambr. de Incar. Verb. c. 6.*

(*b*) *Socrat. lib. 1. c. 3.*

XXXII. Sic igitur cum negari non possit Nestorius complura ex Pauli Samosateni hæresibus mutuatus, reclamantibus contra Socratem Cælestino Romano Pontifice, atque Cyrillo Alexandrino Episcopo; tamen ad excusationem Socratis illud afferri posse videtur, quod versipellis hæresiarcha Nestorius sciens male audiri in Ecclesia nomen Pauli Samosateni, atque a b Orrhodoxis omnibus procul explodi, simulavit se eumdem Paulum pariter detestari, profiterique Nicænum Concilium, ut eo modo audientium sibi animos conciliaret. Unde accidit ut ipse Nestorius in Paulum ista jactarit: *Sic pereat Paulus Samosatenus, qui nudam nos-*

*bis Dominicam deliravit humanitatem, &c.* Porro inter Nestorium, & Paulum Samosatenum, ejusmodi ponitur differentia, quod ille negarit in utero sanctissimæ Virginis Christum fuisse Deum, Paulus autem semper. At nec qui tradunt Nestorium secutum Paulum, vel alios impios negantes hypostaticam unionem carnis cum Verbo, eumdem cum illis omnia æque sensisse astruunt: nam & in eo potissimum ab illis omnibus Nestorius discrepabat, dum se Nicænæ fidei assertorem esse profiteretur, cui illi penitus adversarentur: cujus rei causa gloriosus incederet; & licet paria cum illis de Christi incarnatione sentiret, se tamen illis adversari, inani studio jactitaret. Sed viciniorem attendamus canalem, ex quo in ipsum Nestorii agrum prava dogmata ista fluxerunt.

XXXIII. De Theodoro Mopsuesteno magistro Nestorii.

Certe quidem sententia omnium constat, Nestorium discipulum fuisse Theodori Mopsuesteni Episcopi, de cujus obitu ex Theodoreto paulo superius egimus: testantur id Evagrius (*c*) & alii. Quinta etiam œcumenica Synodus damnasse reperitur (*d*) ipsum Theodorum veluti ducem Nestorii: quod ipsum affirmat S. Gregorius (*e*) Papa scribens ad Eulogium Episcopum Alexandrinum. Justinianus Imperator hoc idem profitetur, promulgata sanctione, cujus est exordium: *Scientes quod nihil*, &c. eadem plane habet de Theodoro Mopsuesteno, Liberatus (*f*) diaconus. Sed nec ipsi etiam Nestorii fautores ierunt inficias Theodorum errore lapsum esse, verum recantasse palinodiam: testatur id quidem Joannes Episcopus Antiochenus in Epistola ad Nestorium, de qua suo loco dicemus.

(*c*) *Evagr. lib. 1. c. 2.*

(*d*) *Synod. 5. œcu. act. 4. & aliis.*

(*e*) *Greg. lib. 6. ep. 31.*

(*f*) *Liberat. Breviar. c. 4.*

XXXIV. Qualia vero Theodori hujus primordia fuerint, suis locis annis superioribus demonstratum est, nempe desertorem monachismi extitisse, & luxuriæ sordibus non

PAGIUS

*Nestorius hæresim suam propalare incipit.*

*pus quidam*, inquit Cyrillus in Epistola ad Acacium Berœensem, *Dorotheus nomine, Constantinopoli eadem, quæ Nestorius sentiens, vir questus causa adulationi deditus, linguaque ad temeritatem promptus. Hic dum frequens esset in Ecclesia populus, Nestorio in Cathedra Constantinopolitanæ Ecclesiæ sedente, surrexit, & magna voce inclamare ausus est: Si quis Mariam Deiparam esse dixerit, anathema sit. Mox ingens populi clamor, & discessio consecuta est*, &c. Socrates vero lib. 7. cap. 32. ita rem narrat: *Causa ejus generis fuit. Anastasius Presbyter, qui una cum eo Antiochia illuc venerat, ejusque consuetudine semper usus erat, & in magno honore ab illo habitus, eique in rebus gerendis consiliarius, quodam tempore in Ecclesia docuit*, Mariam a nemine Deiparam vocari debere: eam enim hominem esse, & ab homine Deum non posse nasci. *Hæc verba omnium animos, tam Clericorum, quam Laicorum, magnopere conturbarunt.* Quocumque tamen modo res acciderit, non tantum patienter tulit Nestorius *Anastasium Dorotheumque* im-

pie locutos; sed cum decrevisset conceptum ex longo virus per se tandem evomere, in magna Ecclesia, ubi frequens erat omnium ordinum confessus, Sermonem habuit *de Incarnatione Dominica*, qui totum continet venenum impietatis tunc primum a Nestorio propalatæ: *Habet matrem Deus*, inquit inter alia: *ergo excusabilis gentilitas matrem Diis subintroducens. Non, vir optime, Maria peperit Deum*, &c. *peperit hominem Deitatis instrumentum, hominem θεοφόρον*, &c. Sermonis initium est, *Doctrina pietatis est*, &c. Illum recitat Marius Mercator, qui e Græca in Latinam linguam verterat, apud Garnerium Tom. II. Oper. Mercatoris pag. 5. Adversus Sermonem illum *Proclus* Panegyricam orationem de Laudibus Deiparæ Virginis, Cyrillus Epistolam ad Monachos Ægypti, & Homiliam 17. Paschalem, aliaque plura scripsere, & Cassianus septem libros edidit, quos idcirco *de Incarnatione* inscripsit, quia in his pugnabat adversus *Nestorii* tractatum de Incarnatione. Omnes *Nestorii* nomen in dictis operibus tacuerunt, quia cum scribe-



non inquinatum tantum, sed obrutum, ut non valuerit ex eo cœno per S. Joannem Chrysostomum abstrahi. Vides, lector, ex quo manarint ista principio: ut hæc tantum scisse, sit hæresim Nestorii penitus confutasse. Lege & repete quæ miro eloquentiæ fluxu scripsit S. Joannes Chrysostomus ad Theodorum lapsum; quem istum ipsum fuisse, de quo agimus, Mopsuestiæ postea creatum Episcopum, suo loco superius dictum est.

XXXV. Diodorus Tarsensis magister Nestorii.

Asseritur pariter Diodorus Tarsensis Episcopus Nestorii præceptor fuisse. Certe quidem eamdem doctrinam Diodori fuisse, quæ fuit & Theodori Mopsuesteni, Theodoretus (*a*) affirmat. Sed quænam fuerit Diodori de fide sententia, ex S. Cyrillo accipe, qui dum tradit Nestorium a Diodoro didicisse perfidiam, hæc ait (*b*): *Diodorus quidem cum primo tempore Spiritus sancti impugnator existeret (ut ajunt) Orthodoxæ communicavit Ecclesiæ. Hic (ut putavit) Macedonianæ deponens maculam perfidiæ, in alteram recidit ægritudinis qualitatem. Sensit enim (ut scripsit) quod alter sit Filius sursum, qui de semine David & sancta Virgine natus est, & alter proprie Filius Dei Patris existat. Qui ovina pelle lupum contegens, simulat quidem unum se Christum docere, hoc nomen tantummodo ut Patris Verbo Filio unigenito tribuens: gratiam vero & huic deputans (sicut ipse dicit) qui est ex semine David, quem & Filium vocat, tamquam unitum (inquit) ei qui secundum veritatem est Filius: unitum autem non sicut nos asserimus, sed juxta solam dignitatem & auctoritatem & honoris æqualitatem. Hujus discipulus Nestorius fuit: & ex librorum ejus eloquiis obscuratus, simulat quidem se unum Christum etiam Filium & Dominum confiteri: verumtamen & ipse duos in unum individuumque partitur hominem dicens Deo Verbo æquivoca nuncupatione & honore & æqualitate atque dignitate conjunctum.* Hactenus de Diodoro Cyrillus.

(*a*) *Theod. lib. 5. c. ult.*

(*b*) *Cyril. de Incar. Unig. & in epist. ad Success.*

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

Admonendus hic, lector, es, usurpari interdum Theodorum pro Diodoro & contra, cum longe discrepent inter se, licet uterque fuerit Tarsensis Episcopus: Theodorus enim præfuit Tarsensi Ecclesiæ tempore Concilii Nicæni cui etiam inter Orthodoxos reperitur esse subscriptus: Diodorus vero (ut suo loco quarto tomo diximus) eidem Tarsensi Ecclesiæ ex monachorum Abbate a Meletio Episcopo Antiocheno ordinatus est, qui quod dum vixit pravam sententiam reticuerit, inter magni nominis Episcopos claruit, & Orthodoxæ fidei acerrimus propugnator habitus est: unde & factum, ut cum a Basilio, tum etiam a Joanne Chrysostomo laudaretur, qui eum in eremo nactus fuerat institutorem: quin etiam Theodosii Majoris edita sanctione (*c*) inter coryphæos Catholicæ fidei recenseretur. Omittimus dicere de Theodoreto, qui mirificis eum semper præconiis extulit. Sic quidem ille dum vixit, non latuit tantum, sed & claruit inter Catholicos. Porro post ejus obitum, qualis intus latuisset, ex ipsius depromptum est scriptis. Sane quidem tum de ipso, tum de collega Theodoro Mopsuesteno ista Leontius (*d*) habet: *Extiterunt iisdem temporibus magni quidam duo viri, Diodorus Episcopus Tarsi, & Theodorus Mopsuestiæ, qui adversus Arianos, & Macedonium, & Apollinarem pugnabant, universasque litteras sacras commentariis illustrabant, & in pretio habiti mortem oppetierunt: nec ipsis vivis quisquam dictum aliquod eorum reprehendebat, immo quamplures scriptis encomiis eos celebrarunt: nam & Basilius, & Joannes Chrysostomus eos prædicant. Verum post hæc, exorto dogmate Nestoriano, coactus est Cyrillus, qui & ipse pridem eos laudasset, adversus eorum opera scribere, quod dogma suum Nestorius ex eis confirmaret.* Hæc & alia Leontius.

Diodorus ante obitum latuit qualis esset.

(*c*) *P. 3. de fide Cath. C. Theod.*

(*d*) *Leont. de Sect. act. 4.*

XXXVI.

Qui igitur hos habuit ad impietatem addiscendam magistros, Nestorius ad eam



XXXVII.

PAGIUS

XVIII. *Ad primum Nestorii Sermonem omnes fideles cohorruere.*

berent, necdum damnatus fuerat, imo nec publico judicio de hæresi postulatus.

Ad tantam blasphemiam cohorrescentibus omnibus, ea fuit auditorum indignatio, eaque fidelium animorum commotio, ut non defuerint, qui in Sanctissima Ecclesia coram illo reclamarent: factum enim est eo die, quo, Sermo de Incarnatione dictus est, *ut simplex quidam Monachus, statim habita concione, cum fidei studio arderet, in medium Ecclesiæ progressus, cum Synaxis celebraretur, impietatis præconem, quod hæreticus esset, ab ingressu prohibere conatus sit. Sed tunc ille* (scilicet Nestorius) *cæsum magnificis Præsidibus tradidit, flagrisque denuo dissectum, & publice cæsum, præcone non absque clamore præeunte, in exilium expulit. Neque tragœdia hæc hisce finibus constitit: etenim qui partes sequebantur omnia per vim agentis, post impiam illius concionem, nisi Deus prohibuisset, in ipsamet Sacrosancta Dei Ecclesia eadem edituri erant.* Ita Monachi Constantinopolitani in Supplicatione Imperatori oblata, parte I. Concil. Ephes. cap. 30. Factum quoque scribit Cyrillus ibidem cap. 14. *ut plebs Constantinopolitana, levibus quibusque vanisque hominibus, & iis qui Nestorio adulabantur, exceptis, a Synaxi abstineret; abstinuerunt ab ea quoque omnia fere monasteria, eorumque Archimandritæ, imo & magna pars Senatus: verentes, ne ipsomet Episcopo, & illis etiam, quos Antiochia discedens, inde secum abduxerat, quidvis perversum evomentibus, aliquod in fide detrimentum acciperent.*

XIX. Garnerius laudatus pag. 306. & seqq. pluribus agit de conventia hæresis Nestorianæ cum hæresi *Ebionis & Pauli Samosateni*, ac cum

do

promulgandam Anastasio presbytero sectatore dogmatum Judæorum (ut Evagrius ait *a*) classico usus est; sed & præconem adhibuit, qui eodem tempore eamdem hæresim Constantinopolim majori etiam auctoritate prædicaret, Dorotheum Episcopum; cum tamen ipse Nestorius jam totius impietatis præcentionem occinuisset, prout ex Cyrilli litteris (*b*) ad Cælestinum apparet, in quibus hæc leguntur: *Is igitur, cujus paulo ante mensionem feci, Nestorius, ubi primum Episcopus creatus est, cum piis exhortationibus domesticos æque ac peregrinos, quorum magna vis ex omnibus Civitatibus, & regionibus ad id loci convenire solet, instituere debuisset; ea studuit effutire, quæ absurda & rationi dissentanea, & ab Apostolica, & Evangelica fide, quam majores nostri magna semper constantia retinuerunt, nobisque perinde ac pretiosam quamdam margaritam tradiderunt, non parum discrepantia sunt. Porro autem homilias, quas pro concione non infrequenter habuit, & hucusque habere non desinit, tamquam evidens quoddam doctrinæ illius argumentum ad tuam pietatem misi.* Et post aliqua: *Cum is talis modi evasisset, accidit inter cætera, ut Episcopus quidam Dorotheus nomine Constantinopoli præsto esset, eadem quæ Nestorius, sapiens & sentiens, vir quæstus causa adulationi impense deditus, linguaque ad temeritatem usque (ut scriptum est) promptus. Hic cum in Constantinopolitanæ Ecclesiæ Synaxi, præsente Nestorio, cathedram occupasset; magna sublataque voce inclamare ausus est: Si quis Mariam Deiparam dixerit, anathema sit. Mox ingens universi populi clamor, & discessio confecuta est: nolebat enim diutius cum eo communionem habere, qui temere, talique sententia præditus esset.* Et post multa: *Ad Nestorii autem conatum, quod attinet, & magni illi admirabilesque ac celebrati Patres nostri, qui sacram Virginem Deiparam esse dixerunt, & nos ipsi quoque qui adhuc superstites sumus, una cum ipsis anathemate perculsi sumus: quamvis enim id ore suo facere noluerit; attamen sedens, & audiens alium, nempe supra memoratum Dorotheum, ut hoc diceret, induxit, suborna-vitque. Cui etiam confestim, ubi e cathedra descendisset, in divinorum mysteriorum celebratione communicavit.* Hæc S. Cyrillus ad Cælestinum Romanum Pontificem de Nestorii erroris exordio: eadem scribit ad Acacium Beroensem, & alios, de quibus suo loco inferius.

(*a*) *Evagr. lib. 1. c. 2.* De Dorotheo Episcopo Nestoriano.

(*b*) *Extant inter epist. Cælest. Pap.*

XXXVIII. De Nestorii primordiis.

His de Dorotheo dictis: quisnam fuerit conatus Anastasii presbyteri, sociique Nestorii, de quo superius mentio facta est, Evagrius ex epistola Theoduli ita refert (*c*): *Anastasius quidam presbyter, perversa imbutus opinione, Judaicorum dogmatum, quæ tenebat Nestorius, acerrimus fautor & ei ad Episcopatum proficiscenti comes ubi Nestorius cum Theodoro in Urbe Mopsuestia congressus audita illius doctrina, a vera pietate descivit: Anastasius inquam (ut a Theodulo in epistola quadam de his rebus scriptum est) in disputatione apud populum Christum sancte colentem in Ecclesia Constantinopolitana habita, palam ausus est dicere: Nemo Mariam Deiparam vocet: nam Maria (inquit) homo erat, atque ab homine Deus nasci non potest. Quæ quidem verba cum populus Christo consecratus graviter & acerbe ferret, & disputationem illam non sine causa haberet pro blasphemia: Nestorius istius blasphemiæ auctor & dux non solum non prohibuit illum, neque rectam sanamque doctrinam tutatus est, verum etiam verba in primis roborare contendit, & in iisdem defendendis acrius institit: atque sua ipsius opinione hisce adjuncta, atque adeo adscripta, venenoque animi sui in Ecclesiam effuso atque ejecto, multo majorem blasphemiam docere conatus est: adeo ut ad sui ipsius capitis perniciem hanc impiam sententiam, nimirum: Ego eum qui spatiis menstruis, hoc est, bimestri, & trimestri, & ita deinceps adoleverit, Deum certe non appellavero; proferre non dubitaret, sicut tum a Socrate tum a priore Concilio Ephesi celebrato perspicue narratum est.* Hucusque Evagrius. Sed ad Nestorium auctorem malorum omnium recurrat oratio, licet mœrens in his diutius detineri cogatur.

(*c*) *Evagr. lib. 1. c. 2. & Socrat. lib. 7. c. 32.* De Anastasio promulgatore Nestorii hæresis.

Progressus vitæ Nestorii.

Quibus autem ipse Nestorius progressibus ad hæc adeo execranda devenerit, dignum est ut audiamus ab eo qui ipsi Nestorio fuit amicitia intime junctus, ab ipso inquam Theodoreto, qui & visus est eidem aliquando faviſſe; qui narrat his verbis hæc omnia in epistola ad Sporadium: *Omnibus* (inquit) *notus ille extitit. Ex Germaniciorum Civitate ortus homo iste, cuinam exercitio initio deditus fuerit, ignoro. Ex alia vero aliam regionem peragrans, instar Ægyptiacæ plagæ ad magnam Antiochensium pervenit urbem; in qua liberalibus artibus mediocriter instructus & imbutus, & pulcherrima, & maxima præditus voce, in Ecclesiam Dei cum certa ejus pernicie irrepsit; & sacerdotum numero adscriptus, populi Dei regendi suscepta cura, in ipsomet principio, qualis in tota vita sua futurus esset, aperte ostendit. Non enim ingenuum illum, & fructuosum dicendi characterem imitatus est qui hominum animos pascere posset: sed ad popularem auram declinando, & vanum populi applausum, ut quivis alius, aucupando, instabile & abjectum vulgus ad sui desiderium concitavit. Sordida quidem indutus veste, mœstus & tristis incedens, forenses tumultus devitans, corporis pallore & macie abstinentiam simulans, libris domi ut plurimum incumbens, & intentus, & quiete sibi vivens, his artibus, & simulationibus plerosque alliciebat ad sui admirationem, quousque ad graviorem provenit ætatem, videri potius quam esse Christianus, & suam magis quam Christi gloriam quærere studens.*

XL. Quando detecta Nestorii Hypocrisis.

*Quoniam vero* (juxta Domini (*a*) *dictum*) *nihil occultum, quod non reveletur, & nihil absconditum quod non prodeat in lucem; & bona opera manifesta fiunt, & quæ mala sunt occultari minime possunt: imperscrutabili judiciorum Dei abysso Nestorius eorum calculo qui rerum potiebantur, & Ecclesiam administrabant, necnon ipsius qui tunc temporis universi Orbis sceptrum tenebat, Catholicæ Orthodoxorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ sedem obtinet, quinetiam parum abest, totius Orbis. Hinc deinde secutæ sunt tragœdiæ illæ, quarum universa terra, & mare ipsum repletum est. Ut primum enim maximam illam sedem occupavit, ac si tyrannidem quandam sacerdotii præfecturam rapuisset, non amplius in se ipso impietatem, quam antea mente conceperat, continere valuit; sed ex potestate licentiam quamdam stultam adeptus, in medium illum profert, & omnibus patefacit quam an-*

(*a*) *Matt. cap. 10.*



PAGIUS *Convenientia Nestoriani-smi cum aliis hæresibus.*

dogmatis *Diodori* Tarsensis & *Theodori* Mopsuesteni, quibus plurimum illustrari possunt, quæ de iisdem Baronius habet. Verum fatetur Garnerius, horum dogmata varie ab Antiquis, referri, & *Nestorium* in variis capitibus ab illis dissensisse. Docuit *Ebio* Christum fuisse nudum hominem, sed eximiæ sanctum, & morum integritate promeritum, ut in ipsum tota fere plenitudo efficientiæ divinæ descenderet; unde filius Dei adoptione singulari factus sit; quibus in capitibus eidem consensit *Nestorius*. Divus Augustinus hæresi 44. hæreseos Pauli Samosateni tria capita facit. Primum, quod Christus non semper fuerit, alterum, quod initium exortus ex Virgine sumserit, postremum, quod aliquid amplius non fuerit quam homo. Eadem habet totidem verbis Auctor Prædestinati; habet & *Nestorius*, *Diodorus* Tarsensis cum senuisset, incidit in errorem, dum *Apollinaris* hæresim inconsiderate insequitur: illius enim blasphemiæ, quam *Theodorus* postmodum Nestoriusque defenderunt, nullam partem non asseruit, ut merito dictus sit *Theodori* parens, & *Nestorii* avus. Docuit duos in Christo ineſſe filios Dei: eum, qui ex Maria, non esse filium nisi adoptione seu gratia: Verbum neque duas habuisse nativitates, neque natum ex Maria: Verbum non esse Christum, sed Christi Dominum: Deum dici non posse passum seu crucifixum. Quibus sex propositionibus, vel omnino, vel magnam partem Nestorianismus continetur. Ejusmodi errores inspersit Operi quod contra Synusiastas scripsit, cujus fragmenta, quæ supersunt, recitat ibidem Garnerius. *Diodorus*, quando Hieronymus lib. de Script. Ecclesiast. absolvit, licet jam senio pene foret confectus, nondum Opus suum scripserat, alioquin ejus Hieronymus meminisset.

XX. Leontius Scholasticus, cum adolescens a sectariis *Theodori Mopsuesteni* suas in partes adductus esset, diuque ab ipsis stetisset, tandem assulgente divino lumine detexit fraudes improbæ factionis, easque aliquando, ne pergerent imprudentibus nocere, patefecit omnibus, libro quem inscripsit *de Nestorianorum impietate secreto tradita principio, & de ejus parentibus triumphus*. Jam vero Leontius in Excerptis de libris Theodori, contra Incarnationem, ut loquitur, colliguntur ea, quibus *Theodorus* in quinque propositionibus blasphemiæ convincatur. Primum quod Verbum non sit reipsa factum homo, sed visum duntaxat fieri. II. Quod Christus sit solus homo, in quo Verbum inhabitaverit, jam inde a prima formatione III. quod homo iste sit adoptione tantum Dei filius. IV. quod mater Christi non sit Dipara. V. quod duæ in ipso extant hypostases etsi ad fastidium unitas personæ memoretur, sed qualis nempe virum inter & uxorem reperitur. Quæ & *Nestorius* docuit.

PAGIUS *Convenientia Nestoriani-smi cum erroribus Theodori Mopsuesteni.*

XXI. *Epistola ad Sporacium Theodoreto supposita.* Ad num. XXXIX. & seq. In Epistola *ad Sporacium* Theodoreto attributa plura referuntur de *Nestorio*, quarum partem recitat Baronius; verum licet ea scripta sit ab aliquo antiquo Auctore, & forsan non ignobili, perperam tamen adscribitur *Theodoreto*, ut ostendit Garnerius in Auctario Operum Theodoreti. Quis enim credat, quæ dicit Auctor illius Epistolæ adversus Nestorium, & ejus Sectatores, quos inquinatores portionis Dominicæ, desolatores agri Christi, filios apostatas, & invidiæ mancipia appellat, dicta fuisse a *Theodoreto*, qui nusquam fere nonnisi honorifice de eo in suis Operibus locutus erat. Quis sibi persuaserit, hominem amantem famam constantiæ hæc & plura his similia protulisse, nullo verbo indicata, quæ tanta causa fuisset mutatæ ea in re sententiæ? Certe si Epistola illa ante Chalcedonense Synodum prodiit, cur Patres Chalcedonenses tanto ambitu damnari *Nestorium* a Theodoreto petiere, cum tam aperte scripto publico jamdudum suam aperuisset? Cur ipsemet Theodoretus quantumvis utraque potestas urgeret, vi tantum coactus *Nestorium* damnavit, ut videre est anno CDLI. Cur tergiversatus est in eo execrando, quem jam instrumentum dæmonis, impium, amentem & per Sanctos Ephesi congregatos, divino suffragio de Pontificatu dejectum dixisset? Si ea Epistola post Concilium Chalcedonense scripta, cur siluit Theodoretus de eo cum Ephesini magnifice in ea Epistola meminerit, & in utroque *Nestorius* sit proscriptus? Cur *Sporacio* scribens uni ex illustribus Concilii Chalcedonensis Cognitoribus non fecit mentionem victoriæ de Nestorio eo in Concilio reportatæ, cum Virum tam nobilem, tamque religiosum laudaret? Cur si ante V. Synodum illa Epistola a *Theodoreto* scripta, criminantibus Chalcedonensem Synodum, quod Theodoretum recepisset, nullo requisito ab eo scripto quo se alienum a *Nestorio* probaret, responsum non est ab illis, qui ejus causam tanto ardore tuebanban-

*antea adversus Unigenitum Dominum conceperat blasphemiam, & contra Apostolica dogmata apertum suscipit bellum, contra etiam sanctos Patres, qui ab ipsis Evangelii cunabulis Orthodoxæ fidei duces, & magistri fuerunt, eorum sententias nititur conculcare, regiæ Civitatis Ecclesiam perturbando, & universum Orbem commovendo, nihil veritus divinum Paulum clamantem: Qui vos conturbat, judicium portabit, quicumque est ille: sed super sacri altaris principum sacerdotum candelabrum non lucernam veritatis, sed impietatis tenebras collocat: & excogitatur ab illo primum novitatis facinus, & exordium: quod non oporteat videlicet sanctam virginem Dei verbi secundum carnem genitricem, Dei matrem confiteri, sed Christi tantum matrem: licet jam diu, & diutissime Ortodoxæ fidei præcones, juxta Apostolorum traditionem, Dei genitricem illam ore confiteri, & corde credere nos docuerint Domini matrem.* Hæc Theodoretus.

Pergrave plane illatum est Ecclesiæ per Nestorium hoc tempore scandalum, de quo XLI.

PAGIUS bantur, non fuisse opus ab eo scriptum exigere qui tam clarum tamque manifestum sponte volensque edidisset? Mitto alias conjecturas a Garnerio in medium allatas, quia istæ & animus Theodoreti a natura magnus, & fame incredibiliter appetens mihi plane persuadent hanc Epistolam non longe post ejus mortem ab aliquo *Theodoreti* studioso ei fuisse suppositam.

XXII. *Respondetur fundamento opinionis vulgaris.* Nec quemquam movere debet, quod Photius in Biblioth. & Theodorus Abbas in Argumento Synodi Ephesinæ, caput 12. libri quarti Hæreticarum Fabularum, quod ab ea Epistola non differt, Theodoreto tribuant; quin etiam Leontius in libro de Sectis & Theodorus inde jubeant agnosci, quantum exosus esset Theodoreto *Nestorius*. Leontius enim post Quintam Synodum, Photius tribus sæculis a morte Theodoreti, & Theodorus adhuc serius scripsere, ideoque hac in re facile falli potuere, & consequenter Scriptores in eumdem errorem pertrahere. Quare cum conjecturæ Garnerii simul compositæ vim demonstrationis habeant, Epistola illa a genuinis Theodoreti Operibus distinguenda.

XXIII *S. Lupus sit Episcopus Trecensis.* Sanctus *Lupus* Monachus Lerinensis, *cum annum unum illic egisset,* [1] *magno fidei calore regressus est ad urbem Matisconensem, ut ea, quæ ipsi remanserant, pauperibus elargiretur. Et ecce de improviso ad urbis Trecensis Episcopatum rapitur*, ut scribit Auctor Anonymus in ejus Vita apud Surium, ad diem XXIX. mensis Julii. Quod hoc anno contigisse deduco ex Sidonio Apollinari, qui anno CCCCLXXII. Arvernensis Episcopus *dictus*, *lib. 6. Epist. 1.* ad Lupum scribens, cum jam in Sede Episcopali annos quadraginta quinque exegisse dicit: *post desudatas militiæ Lirinensis excubias, & in Apostolica Sede novem jam decursa quinquennia*, &c. ubi Sidonius Episcopatus Lupi annos per quinquennia numerat, quia hoc anno, quo *Valentinianus* Imperii Cæsarei Quinquennalia dedit, Episcopus creatus fuerat. In alia Epistola ad Lupum scripta, quæ Libri noni decima est, in eodem loquendi modo perstat: *Jam per quinquennia decem, non æquævis Sacerdotibus tantum, verum & antiquis, quoties collatus antelatusque sit*, &c. Si itaque *Lupus* anno CCCCLXXIII. quo prior Epistola ad eum scripta, jam nona quinquennia, seu annos XLV. in Episcopatu exegerat, hoc anno, non vero superiori, quo nulla *Quinquennalia* aut alia ejusmodi solemnia edita, ad Episcopatum Trecarum, quæ Urbs est Campaniæ, evectus. [2] Verum quidem est, passim ejus Episcopatus initium in annum superiorem conferri, quod laudatus Anonymus scribat, *exacto biennii spatio*, cum cum Sancto *Germano* Autisiodorensi Episcopo, contra hæresim Pelagianam, in Britanniam profectum esse. Verum innumeris exemplis in hac Critica allatis patet, biennium exactum, triennium, & hujusmodi notas temporarias sæpe biennium aut triennium utrinque incompletum designare, & nonnisi ex circumstantiis, aliisque indiciis intelligi posse, an Auctores, de biennio aut triennio absoluto vel inchoato loquantur. Sed biennium, de quo agitur, incompletum fuisse, & *Lupum* duos annos Julianos non integros ante Britannicam Legationem Episcopum fuisse, liquet ex Sidonii Apollinaris verbis laudatis, & in hujus Episcopatu constituendo magis confirmabitur.

Quesnellus in fine Tom. I. Operum Sancti Leonis Papæ exhibet Vitam Sancti *Hilarii* Arelatensis Episcopi, a Sancto Honorato Massiliensi Episcopo scriptam, in qua cap. 6. legitur de Sancto Hilario, qui ne ad Episcopatum raperetur XXIV. *Vita S. Hilarii Episc. Arelatensis emendatur.*

NOTÆ [1] ANotandum hic esse censeo in genuina Vita S. Lupi, & in altera auctiori & interpolata nequaquam legi Virum Sanctum unius tantum anni moram in Lerinensi Monasterio traxisse. Quamquam enim id legitur in Surio & Vincentio Bellovacensi, unde illi hujus anni definitum tempus acceperint ignoratur; cum in nullo id legatur vitæ Codice M. S. nec in eo quem Ugo Flaviacensis historiam suam scribens consuluit. Hinc Bollandistæ moram illam ad sex vel ad septem annos trahunt; alii longius, alii arctius spatium definiunt. Conjecturæ omnes certi nihil. Vide Bollandistas ad diem 29. Julii pag. 62. &c.

[2] EPiscopatus S. Lupi exordium melius constitueretur cum vulgari sententia anno 427. vel 426. quod & Bollandistis ad diem 29. Julii pag. 63. probatur; ita enim melius supputatur biennium illud, quod idem Sanctus egit in Pontificatu ante profectionem suam Brittannicam. Neque contrarium evincit Epistola Sidonii apud Pagium, quæ si admittatur scripta A. 473. de quo tamen dubitant Bollandistæ, nihil aliud asserit, quam tunc Episcopatus S. Lupi jam effluxisse *quinquennia novem*. Nec tanta diligentia usi sunt veteres in supputandis annis, ut si quinquennia novem uno vel altero anno jam fluxissent religiose id annotarent. Sidonium vero ideo tunc annos S. Lupi per quinquennia recensuisse, quod Episcopatum e quinquennalibus Valentiniani (A. 428.) ceperit, asserit Pagius conjectura magis ingeniosa quam solida. Ita vero altera Sede Episcopatui S. Lupi constituta, locus permittitur collocandi Epistolam S. Eucherii de Laude Eremi anno 426. exeunte, vel 427. ineunte.



(a) *Vincen. Lirin. cont. hæres. c. 16.* Magnum scandalum Nestorius Ecclesiæ intulit.

quo Vincentius horum temporum scriptor sic ait (a): *Qualem fuisse nuper tentationem putamus, cum infelix ille Nestorius subito ex ove conversus in lupum, gregem Christi lacerare cœpisset? cum hi ipsi qui rodebantur, ex magna adhuc parte ovem crederent, ideoque morsibus ejus magis paterent. Nam quis eum facile errare arbitraretur, quem tanto sacerdotum studio persecutum videret? qui cum magno sanctorum amore, summo populi favore celebraretur, quotidie palam divina tractabat eloquia, & noxios quoque Judæorum atque Gentilium confutabat errores. Quo tandem justo modo non cuivis fidem faceret, se recta docere, recta prædicare, recta sentire? Qui ut uni hæresi suæ aditum patefaceret, cunctarum hæreseon blasphemias infectabatur*, &c. Inferius vero dum de ejusdem Nestorii errore

PAGIUS tur, se se occultarat: *Spiritalis præda adstat ante oculos inquirentium* (nempe idem Hilarius) *& nihilominus ignoratur. Quorumdam tamen indiciis declarata capitur. Et o superna gratia dispensatio inaudita! Ibi officia Pastoris oves egerunt; nec immerito postmodum abegit exinde Lupum, ubi oves primitus officia Pastoris peregerunt.* Quesnellus in margine scribit, videri Auctorem ludere in *lupi* nomine, & indicare Lupum ad Trecensem Sedem postea evectum ex Lerinensi Monacho. At certum est, Sanctum *Lupum* anno CDXXIX. quo cum Sancto Germano in Britanniam profectus est, secundum Episcopatus sui annum jam inchoasse, ut mox ex Lupi Vita ostendimus. Quare in textu Sancti Honorati *lupi* nomen minori charactere scribendum, & ad S. Lupum non referendum; aliter sensus non constat. Henschenius ad diem V. mensis Maii eamdem Sancti Hilarii vitam describit, sed textus duobus in locis ibidem corruptus: *o superna gratia dispensatio inaudita! ubi officia Pastoris oves egerunt. Nec immerito postmodum abegit ex mente lupum, ubi oves primitus Pastoris officium peregerunt.* Loco enim *ubi officia*, legendum, *ibi officia*, & loco *abegit ex mente lupum*, legendum, *abegit exinde lupum*, ut manifestum est.

XXV. *S. Eucherius scribit librum de laude Eremi.* Ex initio Episcopatus Lupi deducitur, sanctum *Eucherium* Monachum Lerinensem, Epistolam *de Laude Eremi*, sive *de Vita solitaria ad Hilarium*, postmodum Episcopum Arelatensem, sed tum adhuc Monachum, hoc anno etiam scripsisse. *Hilarius* sanctum Honoratum sub finem anni CDXXVI. Arelatem, cujus dictus fuerat Episcopus proficiscentem comitatus est, annoque CDXXVII. Lerinæ iterum se reddidit, testibus sancto Honorato Massiliensi Episcopo cap. 2. de Vita sancti Hilarii, & ipsomet Hilario in Oratione de sancto Honorato Arelatensi Episcopo cap. 28. ubi Hilarius ait: *Ab insula, cui me derelictis Episcopatus ejus principiis, secreti amore reddideram, non audeo dicere nescius, fortasse prascius, amovere satagebat.* Quare data ea de laude Eremi Epistola post Hilarii ex Urbe Arelatensi ad Lerinam redditum, ut ibidem etiam Eucherius fatetur: *Horum tu, mi charissime Hilari, redditus incertusque consortio, plurimum tibi, plurimum etiam illis contulisti, qui nunc pro redditu tuo alacri exultatione lætantur.* Denique quando ea Epistola scripta Lerinensi Monasterio sanctus *Maximus*, qui postea ad Regiensem in secunda Narbonensi Ecclesiam evectus est, præerat, & Lupus in Episcopatu Trecensi jam constitutus erat; cum de Lirina Eucherius loquens ibidem dicat: *Hæc nunc successorem ejus* (scilicet Sancti Honorati, tunc Episcopi Arelatensis) *tenet Maximum nomine clarum, quia post ipsum meruit adsciri. Hæc habuit reverendi nominis Luptum, qui illum nobis ex Tribu Beniamin Luptum retulit*, &c. Ex quibus intelligitur, perperam a quibusdam Viris doctis existimatum, Epistolam illam ab Euche-

rio scriptam, vel sub finem anni CDXXVI. vel initio anni CDXXVII. cum Lupus toto anno CDXXVII. in Monasterio Lerinensi commoratus fuerit; & quando ea Epistola data jam Trecensem Episcopatum obtinuerit, quam dignitatem hoc tantum anno consecutus est. Cumque *Hilarius* nondum Arelatensis Episcopus esset, eam anno sequenti in lucem emissam, dici non potest; cum die XIV. aut XV. Januarii anni CDXXIX. sanctus *Honoratus* ad Deum migrarit, eumque in Episcopatu Arelatensi Hilarius exceperit.

XXVI. *Theodosii lex adversus Lenones.* Theodosius sub hujus anni COSS. dedit legem 2. Cod. Theod. *de lenonibus*, XI. Kal. Maii, ex qua patet quanta fuerit hujus sæculi corruptio, & erga Episcopos reverentia. In ea enim Imperator pœnas statuit in *lenones*, patres & dominos, qui filias vel ancillas suas, vel etiam conductas pro paupertate personas prostituunt invitas, ut ex iis quæstum faciant; his potestate data implorandi *suffragii*, sive Episcoporum, sive Judicum, sive Defensorum, ut ab hac impotentium Patrum & Dominorum necessitate liberentur. Nempe Episcoporum curam res hæc tangebat, iisque incumbebat, ut castitati publicæ consultum esset. Ex qua etiam lege liquet, ut notat Gothofredus in ejus comment. *lupanarium* adhuc usum hac tempestate inter volentes in Oriente retinuisse, & quidem Constantinopoli. Quod etiam patet ex ejusdem Theodosii Novella 18. *de Lenonibus*, anno CDXXXVIII. data, qua demum Lenones in ea Urbe vetantur, ut eo anno apud Baronium n. XXXVII. legitur.

XXVII. *Epistolæ Augustini ad Vitalem Semipelagianorum præcursorem.* Semipelagianismi initia quædam exhibentur in Epistola Augustini CCXVII. alias CVII. ad *Vitalem* Carthaginensem data, cujus meminit Baronius anno CDXIX. num. LV. in ea enim Augustinus cum sibi delatum fuisset, *Vitalem* virum eruditum in Carthaginensi Ecclesia, ut ibidem legitur num. II. docere initium fidei non esse donum Dei, fortiter reclamavit, aitque: *Illi* (nempe Pelagiani) *omnia ad fidelem pianque vitam hominum pertinentia ita tribuunt libero voluntatis arbitrio, ut habenda ex nobis, non a Domino putent esse poscenda: tu autem si ea, quæ de te audio, vera sunt, initium fidei, ubi est etiam initium bonæ, hoc est piæ voluntatis, non vis donum esse Dei, sed ex nobis nos habere contendis, ut credere incipiamus: cætera autem religiose vitæ bona Deum per gratiam suam jam ex fide petentibus, quærentibus, pulsantibus donare consentis.* Vitalem ex precibus Ecclesiæ confutat Augustinus, ac duodecim regulas proponit ad fidem Ecclesiæ pertinentes circa quæstionem de Gratia Dei. Non videtur autem dubitandum, quin hæc ad *Vitalem* Epistola scripta ab Augustino fuerit, postquam librum de Gratia & Libero Arbitrio, ac librum de Correptione & Gratia in lucem emisit. *Vitalis* enim circa eamdem cum Adrumetinis quæstionem laborans, existimavit, non aliter posse liberum ho-

rore diſputat, eum ex diametro adverſantem Apollinari fuiſſe dicit; nam ſubdit (a): *Cum veritas dicat, ex duabus ſubſtantiis, unum eſſe Chriſtum: Apollinaris contrarius veritati ex una Chriſti divinitate duas aſſerebat eſſe ſubſtantias: Neſtorius autem contraria Apollinaris morbo, dum ſe duas in Chriſto ſubſtantias diſtinguere ſimulat, duas introducit repente perſonas, & inaudito ſcelere duos vult eſſe Filios Dei, duos Chriſtos, unum Deum, alterum hominem, unum qui ex Patre, alterum qui ſit generatus ex matre.* Hæc Vincentius: atque de his modo ſatis.

(a) *lib. c. 17.*

Qua-

PAGIUS hominis arbitrium & Dei juſtitiam ſervari, niſi dicatur, & fidem & divinæ ſuaſioni conſenſionem eſſe a nobis, ideſt, ex propria voluntate; ita ut quiſque pro eo quod ex libertate naturali fecerit, præmium vel ſupplicium ſit recepturus. Quia vero in libro *de gratia & libero arbitrio*, cap. 7. & ſeqq. contrarium ab Auguſtino aſſertum erat, ideſt, ex Dei dono ipſam fidem ac bonam voluntatem venire, hoc forte permotus Vitalis apertius contradicere cœpit.

XXVIII. *Epocha illius Epiſtolæ.* Porro duodecim regulæ, quibus Catholica ſententia de arcano gratiæ prævenientis myſterio traduntur ab Auguſtino in eadem Epiſtola, parum differunt ab octo Canonibus in Concilio Arauſicano adverſus Semipelagianos anno DXXIX. celebrato conditis. Viginti quidem & quinque Arauſicani Canones numerari vulgo ſolent; ſed poſtremi tredecim, non tam canones per ſe videri poſſunt, quam priorum octo confirmationes quædam ab Auguſtini teſtimonio petitæ. Indeque Garnerius in Diſſert. de Scriptis adverſus hæreſim Pelagianam ſuſpicatur ex *Vitali* parente ortum eſſe Gallorum errorem, qui Arauſicanis Canonibus damnatur, ideoque Semipelagianam Sectam in Africa primum ortam eſſe. Dicit etiam Garnerius, annum quo ea Epiſtola data, incertum eſſe; ſed cum tam liber de Gratia & Libero Arbitrio, quam liber de Correptione & Gratia anno ſuperiori in lucem emiſſi fuerint, ea Epiſtola hoc anno data videtur.

Hoc anno *Auguſtinus* abſolvit libros XXII. *de Civitate Dei*, & libros duos *Retractationum* ut anno CDXXVI. num. VI. & ſeqq. oſtendimus. Sed cum Baronius, aliique omnes irruptionem Vandalorum in Africam citius quam contigerit, conſignaſſent, varia Auguſtini Opera, neceſſaria quadam conſecutione ante annos quibus ſcripta fuerant, collocarunt. Porro *libros Retractationum* menſes aliquot ante anni inſequentis initium elaboratos oportet; cum poſtquam eoſdem edidit, libros duos adverſus *Maximinum* Arianorum Epiſcopum, ac præterea libros de *Prædeſtinatione & de Dono Perſeverantia* ac libros quatuor, & forte quinque Operis imperfecti adverſus *Julianum* elucubrarit ante annum CDXXX. in quibus conſcribendis non parvum tempus inſumptum. Auguſtinum enim in Epiſtola CCXXIV. ad *Quodvultdeum*, quæ alias extabat Tomo VI. ante librum *de Hæreſibus*, ſcribit ſe abſolviſſe duos *libros Retractationum*; ſed adhuc nihil de tertio dictaſſe, quod accepiſſet ab Alypio quinque priores libros *Juliani* (quos confutat in Opere imperfecto) *quorum*, inquit, *nunc quarto reſpondere capi*. Quare non videtur dubium, quin *Auguſtinus* anno ſequenti libros quatuor priores adverſus *Julianum*, & forte quintum compoſuerit, ideoque quin ante finem præſentis anni libros duos *Retractationum* terminarit, propter rationem jam aſſignatam. XXIX. *Opera ab Auguſtino hoc anno compoſita.*



I. QUadringenteſimus unde trigeſimus annus adſcriptus eſt Faſtis Conſulatu Florentii, & Dionyſii: quo Cæleſtinus Romanus Pontifex Britanniam Pelagiana hæreſi infectam legatione Palladii diaconi liberavit. Id quidem ſub his Conſulibus Proſper (a) ſummatim complexus ſic narrat: *Agricola (b) Pelagianus, Severiani Pelagiani Epiſcopi filius, Eccleſias Britanniæ dogmatis ſui inſimulatione corrupit: ſed actione Palladii diaconi Papa Cæleſtinus Germanum Antiſiodorenſem Epiſcopum vice ſua mittit, ut deturbatis hæreticis, Britannos ad Catholicam fidem dirigat.* Hæc in Chronico Proſper; qui adverſus Collatorem agens, dum Cæleſtini laudes prædicat, iſta ſubdit (c): *Venerabilis memoriæ Pontifex Cæleſtinus, cui ad Eccleſiæ Catholicæ præſidium multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt; ſciens damnatis non examen judicii, ſed ſolum pœnitentiæ remedium eſſe præſtandum, Cæleſtium quaſi non diſcuſſo negotio audientiam poſtulantem totius Italiæ finibus juſſit extrudi: ab eo & prædeceſſorum ſuorum ſtatuta & decreta Synodalia inviolabiliter ſervanda cenſebat, ut quod ſemel meruerat abſcindi, nequaquam admitteret retractari. Nec vero ſegniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberavit, quando quoſdam inimicos gratiæ ſolum ſuæ originis occupantes* (Pelagius enim Britannus cum eſſet, ex Britannia complures allegerat ſibi diſcipulos) *etiam ab illo ſecreti excluſit Oceani; & ordinato Scotis Epiſcopo, dum Romanam Inſulam ſtudet ſervare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam.* Hæc Proſper, *Ann. Eccl. Tom. VII.*

(a) *Proſp. in Chron.* (b) *Ita apud Bedam l. 1. c. 17.* (c) *Proſp. adv. Collat. in fin.*

Scotorum etiam inſinuans factam hoc tempore converſionem.

II. Scimus tamen recentiores ſcriptores (d), qui hoc noſtro ſæculo res Scotorum ſunt proſecuti, longe antiquiorem vendicare ſibi Scotorum Chriſtianitatem, nempe a tempore Victoris Papæ & martyris, qui legatione interpellatus Donaldi primi hujus nominis Scotorum Regis, in Scotiam miſerit Roma clericos qui eos docuerint Evangelium. Sed miramur tanta hæc antiquiorem Scotum chronographum Marianum prorſus ignoraſſe, & Bedam illis propinquum penitus latuiſſe, & neſciſſe iſta Hieronymum, qui ad Oceanum ſcribens de Scotis adhuc Gentilibus iſta habet (e): *Audiant Ethnici meſſes Eccleſiæ, de quibus quotidie horrea noſtra complentur: audiant catechumeni, qui ſunt fidei candidati, ne uxores ducant ante baptiſma, ne honeſta jungant matrimonia, ſed Scotorum & Aſotorum ritu ac de Republica Platonis promiſcuas uxores communes liberos habeant.* Hæc & alia per Ironiam. Idemque adverſus Jovinianum (f); *Quid* (inquit) *loquar de cæteris nationibus, cum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim Scotos gentem Britannicam humanis veſci carnibus, & cum per ſilvas porcorum greges & armentorum pecudumque reperiant, paſtorum nates & feminarum papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari? Scotorum natio uxores proprias non habet, &c.*

(d) *Hect. Boëtius hiſt. Scot. lib. 6. Sander. de viſib. monarch. Geor. Thomſon. in libello de antiq. Chr. religion. Scot. Geor. Buch. rerum Scot. lib. 4.* (e) *Hieron. epiſt. 83.* (f) *Hier. cont. Jovin. lib. 2.*

III. Certe quidem Chriſtianorum iſta eſſe non poſſunt, ſed omnino Gentilium expertium penitus Chriſtianæ doctrinæ. Sed



Chalcedonenſis in quibus dicitur *Exprafectus, & Exconſul Patricius Florentius:* poſterior in capite 176. Synodici adverſus Tragœdiam Irenæi dicitur *Præſes utriuſque militiæ & Exconſul*, & apud Priſcum pag. 47. habetur eum fuiſſe ex Scythia oriundum, ac Legatum miſſum ad *Rovam* Hunnorum Regem, Attilæ deceſſorem, cum jam antea Conſulatum geſſiſſet. *Quinta Quinquennalia* Theodoſii poſt patris mortem imperantis, eaque anticipata, ut ejuſdem Imperii *Tricennalia* demonſtrant.

II. A nunc. I. ad XXI. Proſper in Chronico ſub hujus anni COSS. ſcribit: *Agricola Pelagianus, Severiani Epiſcopi Pelagiani filius, Eccleſias Britanniæ dogmatis ſui inſinuatione corrupit. Sed actione Palladii Diaconi Papæ Cæleſtinus Germanum Antiſiodorenſem Epiſcopum vice ſua mittit, & deturbatis hæreticis Britannos ad Catholicam fidem di-* *Prima Legatio S. Germani in Britanniam.*

PAGIUS SÆC. V. Olymp. 302. Anno Æræ Hiſpan. CCCC-LXVII. A. C. 419. I. *Quinta Quinquennalia Theodoſii.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5922.

⊙ 18. F. ☽ 12. P. 7. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 429.

CÆLESTINI PAPÆ 8.

THEODOSII JUN. 28. & 22.

VALENTINIANI III. IMP. 5.

(1) COSS. *Florentius* & *Dionyſius*, uterque Orientalis. Prior enim anno ſuperiori Præfectus Prætorio ſub Theodoſio Jun. fuit, ut liquet ex legg. Cod. Theod. & ex Actis Concilii

NOTÆ [1] *Coſſ. Florentius*, & *Dionyſius*.
Faſti Idatii, Proſper, & Marcellinus: *Florentio* & *Dionyſio*. Paſchalis laterculus in codice Gennadii: *Florentio*, & *Zioniſio*, corrupte, pro *Dionyſio*, Epiſtolæ V. S. Cœleſtini Papæ. Data XII. Kal. Aug. *Flaviis Florentio* & *Dionyſio* VV. CC. *Coſ.*

ad hæc dici potest, ut in aliis omnibus provinciis accidisse vidimus, sic eas Evangelium accepisse, ut tamen quamplurimi Gentiles pristino ritu viventes remanserint ab Evangelica gratia alieni. Certe quidem Christianitatem aliquam in Scotia tempore ipsius S. Hieronymi oportuit extitisse, ex qua & qui Pelagium sectati fuerint, emersissent: de quibus, cum idem præfatur in Hieremiam, (*a*), hæc symbolicis quibusdam figuris de Pelagio: *Latrat per Alpinum canem grandem & corpulentum, qui calcibus magis possit ferire, quam dentibus: habet enim progeniem Scoticæ gentis, de Britannorum vicinia*. Et superius (*b*) de eodem enigmatice item agens, antequam detegeretur hæreticus, eumdem stolidissimum, & Scotorum pultibus prægravatum appellat. Sic igitur Hieronymi tempore in Scotia Christianismum viguisse oportuit, ex quo aliqui prodiere Pelagiani. Certe quidem assertoribus Scoticæ gentis Christianitatis temporibus Victoris papæ favet Tertullianus, cum adversus Judeos agens hæc ait (*c*): *Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita*. Porro Britanniæ loca inaccessa Romanis tempore Tertulliani fuisse Scotos, quos illi subjugare nullatenus valuissent, recte intelligi posse videtur.

(*a*) *Hier. in Hierem. li. 3. præf.*

(*b*) *Hier. in Hierem. lib. 1. præf.*

(*c*) *Tert. adversf. Judæos, c. 7.*

IV. Sic igitur qui a Victore Romano Pontifice Scotos Evangelium accepisse majorum traditione scripsere, haud sunt refellendi: nec quod tradunt majorem in Scotia auctum esse numerum Christianorum, cum vigente in Orbe Romano Diocletiani persecutione, e Britannia profugi Christiani in Scotiam se contulerunt extorres: neque dum addunt ab illis excoli cœptum vitam monasticam ardentioribus studiis. Primum vero eam gentem a Cælestino Papa Episcopum habuisse Palladium, omnes consentiunt: quem sic dicit S. Prosper Britanniam ab hæresi liberasse, & Scotiam barbaram gentem fecisse Christianam, ut Scotos illos, qui adhuc Gentilicio, immo ferino ritu vivebant, reddiderit omnes Christianæ religionis cultores, eosdemque sub uno pastore, unoque ovili collegerit, ipso illis Episcopo præsidente; quem jure ut suum Apostolum venerati sunt Scoti, magno honore prosequentes ejus reliquias in Mernia Scotiæ provincia collocatas. Ex his autem habes quibus redarguas afferentes Sedulium Christianum poetam, quem tantopere Gelasius Papa laudat, habuisse præceptorem Hildebertum Scotorum Archiepiscopum: etenim cum ipse Sedulius ad Theodosii Imp. tempora referatur, quomodo usus esse potuit Hildeberto Scotorum Archiepiscopo præceptore, si nullus adhuc ordinatus erat in Scotia Archiepiscopus, & Palladius absque controversia primus fuisse dicatur ejus gentis Antistes? Habes autem ex antiquitate Sedulii hominis Christiani, ejusdemque doctissimi, quo intelligas ante Palladium cognitam, & acceptam a Scotis Christianam religionem, florente ex ipsis doctissimo viro, eodemque maxime pio, cujus opimi ingenii extant hactenus complura nobilissima monumenta.

Qui igitur Evangelium primo a Victore Pontifice Maximo accepere, & a Cælestino Papa primum Episcopum, a quo sunt omnes penitus redditi Christiani, eatenus Christi gratia profecere, ut qui olim Gentilicio ritu viventes ob ferinos mores, ut portentum ostentui erant humano generi, postea omnium præstantissimi evaserint Christiani, Christianamque fidem summa diligentia excolentes, Apostolico munere (ut suis locis dicturi sumus) in exteras gentes longe positas latissime eam atque locupletissime propagarint. Porro eamdem Ecclesiam nobilissimam hoc nostro sæculo Deus tentari permisit, ut Christianæ constantiæ præclarissimum specimen ederet, cum inter alios martyres habere etiam meruit (quod nulla hactenus Christiana gens habuit) ipsam Reginam, Catholicæ fidei eximium decus, & ornamentum, diutissima confessione in carcere ante probatam, nobiliori corona martyrii auctam. Sed jam ad legationes hoc anno in Britanniam missas redeamus ☞.

V.

Duæ

PAGIUS *dirigit*, vel, ut alia lectio habet, *redegit*. Hanc Sancti Germani Autisiodorensis Episcopi collega Sancto Lupo Episcopo Trecensi, Legationem Britannicam accurate collocavit Prosper; cum Anonymus in Vita Sancti Lupi scribat: *Exacto biennii spatio* (ab Episcopatu nempe Lupi anno superiori ad eum evecti) *cum Sancto Germano contra hæresim Pelagianam, quæ sanam oppugnabat fidem, in Britanniam profectus est*. Constantius Presbyter in Vita ejusdem Sancti Germani apud Surium ad diem XXX. Julii, testatur, utrumque Episcopum a Synodo Gallicana incerto loco habita in Brittanniam missum. Libro enim I. cap. 19. ait: *Ex Britanniis directa legatio, Gallicanis Episcopis nunciavit, Pelagianam perversitatem in locis suis late populos occupasse. Ob quam causam Synodus numerosa collecta est, omniumque judicio duo præclara religionis lumina universorum precibus ambiuntur, Germanus ac Lupus*, &c. Eam Synodum autumno præsentis anni habitam, Anonymus in Vita Sancti Lupi indicat, quando ait, eos profectos temporibus hybernis, idest, sub hujus anni finem: *Terribiles Oceani fluctus, temporibus hybernis mari se committentes orationum gubernaculis mitigarunt*. Synodum hanc Gallicanam numerosam fuisse scribit Beda lib. 1. cap. 17. ubi de hac Germani & Lupi missione in Britanniam verba facit: *Inveniunt salubre consilium* (Britanni scilicet), *ut a Gallicanis Antistitibus auxilium beli-*





VI. Duæ fuerunt istæ legationes, nimirum Palladii diaconi altera, altera vero S. Germani Episcopi, sed posterior ex priore, ambæque ex uno eodemque prodeuntes fonte, nempe a Cælestino Romano Pontifice; ut ex Prospero, qui res gestas sui temporis scripsit, apparet; cui & præ cæteris inhærendum prærogativa tanti auctoris, res quæ ob oculos, & præ manibus habuit scribentis, omnes æque consentient. Duas præterea fuisse Palladii legationes in Britanniam, eodem auctore liquet; priorem nimirum, cum hoc anno occasione hæresis Pelagianæ ab ipso Cælestino Romano Pontifice missus est in Britanniam; posteriorem vero post sequentem annum (ut idem affirmat Prosper) cum Palladius ex diacono creatus Episcopus ad Scotos ab eodem missus est Cælestino. Agamus de singulis ex ordine rerum gestarum, & temporis.

VII. Primum vero quod ad Palladium diaconum spectat, ex Prospero corrigendus est Beda (*a*), dum ait, anno octavo Imperii Theodosii Junioris missum esse Palladium a Cælestino Romano Pontifice: nam Pontificatus ipsius Cælestini ab eo tempore post annos octo contigit, nempe decimosexto ejusdem Theodosii Imperatoris. De Palladio autem, quisnam iste fuerit, pervestigandum est. Græcum fuisse hominem cum dicant, vane putavit aliquis ex recentioribus (*b*) hunc illum fuisse Palladium Joannis Hierosolymitani pernecessarium: nam illum non diaconum, sed Episcopum, non expugnatorem Pelagii, sed defensorem fuisse, superius pluries demonstratum est. Vixit hoc tempore alius quoque Palladius, ad quem Cyrillus Alexandrinus scripsit commentarium de Adoratione, & cultu in Spiritu sancto.

(*a*) *Beda hist. Angl. li. 1. c. 14. & de sex ætat. in Theodos. Jun.*

(*b*) *Trithem. de Script. Eccles.*

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

Cæterum quem fuisse putamus, constat his temporibus vixisse Palladium diaconum S. R. E. qui reperitur scripsisse haud pridem sub Zosimo Papa res gestas S. Joannis Chrysostomi, nempe dialogum illum alterius Palladii Episcopi Helenopolis cum Theodoro itidem Romanæ Ecclesiæ diacono: qui quidem Palladius diaconus apud Trithemium numeratur inter scriptores Ecclesiasticos; nam præter Vitam Joannis Chrysostomi ab ipso scriptam per dialogismum, in quo Palladius Episcopus, & Theodorus diaconus interloquuntur librum etiam contra Pelagianos, & homiliarum librum unum, & ad Cælestinum epistolarum librum unum, & alia Græco sermone ab eodem edita idem tradit. Utinam extaret liber ille Palladii epistolarum ad Cælestinum; certe quidem, cuncta quæ in hac legatione ab eo gesta essent, fuisse accurate scriptis mandata illis epistolis, opinari possumus: cum nos illis carentes, de rebus magni ponderis memoria perpetua dignis, nihil præterea quam quæ dicta sunt ex Prospero, habeamus expressum. Scotos quidem ipsos ab eo ad Christi fidem conversos fuisse, & ex munere Apostolico consecutum quoque fuisse nomen, ut Apostolus Scotorum fuerit nuncupatus, una omnium cum Prospero est sententia. Navigasse quoque ad Hibernos, & illic Evangelium prædicasse mandato ejusdem Cælestini Romani Pontificis, Probus testatur in rebus gestis sancti Patricii a se conscriptis, qui & nominat eumdem Palladium, Archidiaconum Cælestini. Porro morte prævento Palladio, S. Patricius cœptum ab eo opus absolvit, de quo suo loco dicendum inferius.

VIII. Scripta Palladii.

IX. At quoniam res summas, & plurium annorum spatio confectas cogimur, jactura



PAGIUS *Ii spiritalis inquirant, quam ob causam collecta magna Synodo* (scilicet in Gallia) *quærebatur in commune, qui illuc ad succurrendum fidei mitti deberent: atque omnium judicio eligebantur Apostolici Sacerdotes Germanus Autisiodorensis, & Lupus Trecassina civitatis Episcopi*, &c. [1] Inter eos, qui Fidem Orthodoxam hoc tempore in Britannia oppugnabant, aliqui Viri docti Fastidium numerant, sed hunc eximie Catholicum fuisse supra monstravimus.

III. *S. Genovefæ pedibus ejus provolvitur.* Dum *Germanus* in Britanniam proficiscitur, & per territorium Parisiacæ Urbis transit, ei complures obviam procedunt, qui puellam quandam *Genovefam* nomine eminus conspicatus, dixit ejus parentibus hujus filiæ nativitatem, ipsis quoque Angelis lætitiam peperisse, ut narrat Constantius loco citato cap. 20. & seq. Idem legitur in Vita Sanctæ hujus Virginis a Chiffletio in fine Historiæ Bedæ edita. *Genovefa* postea multis miraculis ac virtutibus in Galliis refulsit, ut in ejus Vita narratur. Gesta in Britannia a Germano & Lupo idem Constantius cap. 23. describit, ut videre est apud Baronium, atque, cum paulo ante Paschalia festa, anni nempe quadringentesimi tricesimi, *Saxones Pictique bellum adversus Britones junctis viribus* suscepissent, Germanum Insulanorum precibus motum exercitui se se ducem præbuisse, & hostes in fugam compulisse, dum *Alleluia, tertio repetitum, Sacerdotes exclamant*. Quare cum Constantius cap. 28. testetur, hæc contigisse *emensa solemnitate Paschali*, manifestum est, nonnisi anno se-

NOTÆ [1] HAnc Synodum Gallicanam Trecis in Campania celebratam fuisse inde deducitur, quod fidei formula in ea, ut non obscure deducitur, condita contra hæresim Pelagianam in Britania paulo ante invectam appelletur *Trecassina confessio* in Vita S. Lupi antiqua apud Bollandistas ad diem XXIX. Julii. Porro hæc genuina loci hujus lectio videtur, pro eo quod Surius temere substituit. *Ad fidem sana Confessionis*. Vide Bollandist. *ibid.*

De Legatione Germani Episc. a Constantio scripta.

veterum monumentorum, transilire jejuni, res inquam præclaras a Palladio in hac legatione perfunctas: age de S. Germani legatione orationem instituamus; de qua primum (quod ad rationem temporis spectat) ex Prospero rursum corrigendus est Beda. Etenim cum Prosper sub hujus anni Consulibus referat legationem Germani opera Palladii procuratam, apud Bedam (a) ponitur post obitum Theodosi Junioris sub Marciano Imperatore: auscultandum autem Prosperum potius ex dictis rationibus, quam Bedam, nemo non videt. Exstant Acta ipsius S. Germani Episcopi legati posteris tradita, & omni fide consignata, a Constantio presbytero scripta ad S. Patientem Episcopum Lugdunensem: floruerunt ambo hoc sæculo, estque de utroque mentio apud Sidonium Apollinarem, meminit etiam ejusdem Constantii, qui Vitam S. Germani conscripsit, Isidorus (b): sed cum Episcopum nominet, alii vero presbyterum, non mirum videtur ut idem postea Episcopus factus sit: sic & apud Sidonium, & in Conciliis Gallicanis Constantius nominatus reperitur Episcopus: scripsit autem ea Constantius ad Censurium Antisiodorensem Episcopum, ad quem extat quoque Sidonii Apollinaris (c) epistola. Ex quibus omnibus intelligas, haud ad ignotum ab ignoto, & vulgari homine ea de legatione Germani esse conscripta, sed a nobili auctore, qui inter claros illustresque viros hujus sæculi vixerit.

(a) Bed. de sex ætat. & hist. Angl. l. 1. c. 17.

(b) Isid. de Vir. illust. c. 4.

(c) Sidon. l. 1. epist. 12. & lib. 3. ep. 2. & lib. 6. epist. 12.

X. Cum vero auctoritate Prosperi satis liqueat, S. Germanum Episcopum in Britanniam a Cælestino missum esse legatum; Constantius vero ac post eum Beda tradat a Synodo Gallicana id factum: potuit quidem utrumque facile contigisse; vel, ut quem mittendum Synodus illa delegisset, Pontifex comprobasset; vel quem sibi ad eam provinciam legare deberet, ipse Cælestinus arbitrio Gallorum Episcoporum reliquisset. Certe quidem clades ipsa illata Britannorum Ecclesiæ ab ipsorum gentili Pelagio, ac ejus discipulis, prius innotuit Episcopis Galliarum legatione Catholicorum Antistitum Britannorum, ut ex Constantio liquet. Qui igitur legibus Imperatorum undique (ut dictum est) exagitati Pelagiani fuere; in insula illa in primis, ex qua Pelagius auctor impietatis oriundus erat, latebras captare curarunt: ubi affectato ex more titulo sanctitatis, in se populi oculos convertentes, in eos paulatim cum prædicatione Christianæ vitæ perfectionis, quam se profiteri jactabant, venena hæresis instillarunt; quæ adeo eorum præcordiis inhæserunt, ut jam medicinam nullam admitterent, suorumque pastorum lupos argentium vocem contemnerent; unde opus fuit, e vicinis Gallis, immo e longe posita Romana Ecclesia adversus ingruentia mala auxilium implorare. Sed non unus Germanus Episcopus tantum suscepit onus subeundum; verum additus est illi collega vir sanctissimus Lupus Episcopus Trecensis: amboque sicut Paulus, & Barnabas, in Evangelium segregati. Sed jam rem ipsam a Constantio descriptam referre aggrediamur (d):

(d) Const. l. 1. c. 19. apud Surium. 4.

XI. Synodus Gallicana ex qua Germanus, & Lupus Episc. missi in Britanniam.

*Eodem* (inquit) *tempore ex Britanniis directa legatio Gallicanis Episcopis nuntiavit, Pelagianam perversitatem in locis suis late populos occupasse, & quam primum fidei Catholicæ debere succurri. Ob quam causam Synodus numerosa collecta est: omniumque judicio duo præclara religionis lumina universorum precibus*



*bus ambiuntur, Germanus ac Lupus Apostolici sacerdotes, terram corporibus, cælum mentibus possidentes. Et quanto necessitas laboriosior apparebat, tanto eam promptius heroes devotissimi susceperunt, celebritatem negotii fidei stimulis maturantes.* Subdit post hæc auctor, quomodo in itinere apud Parisios sanctam virginem Genovefam S. Germanus præscius futurorum vocatam Deo despondit, nummumque casu repertum cruce impressum eidem in memoriam gestandum dedit: ac de navigatione in Britanniam mox hæc addit (a):

(a) Ibid. l. 1. c. 22.

XII. *Hi itaque Oceanum mare Christo duce & auctore, conscendunt: qui famulos suos inter discrimina & tutos reddidit & probatos. Ac primum de sinu Gallico flabris levibus navis in altum provecta ducitur, donec ad æquor medium perveniret, ubi porrectis in longum visibus nihil aliud videretur, quam cælum & maria. Nec multo post occurrit in pelago legionis inimicæ vis dæmonum, qui tantos ac tales viros pervadere ad recipiendam populorum salutem lividis iniquitatibus inviderent. Opponunt pericula, procellas concitant, cælum diemque nubium noctæ subducunt, & tenebrarum caliginem maris atque aeris horrore congeminant. Ventorum furorem velu non sustinent, & Oceani moles fragilis cymba vix tolerat. Cedunt ministeria victa nautarum. Ferebatur navigium oratione, non viribus. Et casu dux ipse vel Pontifex, fractus corporis lassitudine, sopore resolutus est.*

XIII. *Tum vero quasi repugnatore cessante, tempestas excitata convaluit, & jam navigium perfusis fluctibus mergebatur. Tunc beatus Lupus, omnesque turbati, excitant seniorem, elementis furentibus opponendum. Qui periculi immanitate constantior, Christum invocat, Oceanum increpat, & procellis sævientibus causam religionis opponit: statimque assumpto oleo, in nomine Trinitatis levi aspergine fluctus sævientes oppressit: collegam commonet, hortatur universos: oratio uno ore & clamore profunditur: adest Divinitas, fugantur inimici, tranquillitas serena subsequitur: venti contrarii ad itineris ministeria vertuntur: navigium famulatrix unda subsequitur, decursisque immensis spatiis, brevi optati litoris quiete potiuntur. Itaque conveniens ex diversis partibus multitudo excepit sacerdotes, quos venturos etiam vaticinatio adversa prædixerat. Nuntiabant enim sinistri spiritus quod timebant. Qui imperio sacerdotum dum ab obsessis corporibus detruduntur, & tempestatis ordinem & pericula quæ intulerant fatebantur, victosque se eorum meritis & imperio non negabant.*

Maris tempestatem divina virtute superant.

XIV. Britanni audiunt Germanum.

*Interea Britannorum insulam, quæ inter omnes est vel prima vel maxima, sacerdotes Apostolici raptim opinione, prædicatione, virtutibus impleverunt. Et cum quotidie irruente frequentia stiparentur, divinus sermo non solum in ecclesiis, verum etiam per trivia, & per devia fundebatur; ut passim & fide Catholici firmarentur, & depravati viam correctionis agnoscerent. Erat in illis Apostolorum instar gloria, & auctoritas per conscientiam, doctrina per litteras, virtutes ex meritis: accedebat præterea tantis auctoribus assertio veritatis. Itaque regionis universitas in eorum sententiam promptæ transierat; latebant abditi sinistræ persuasionis auctores, & more maligni spiritus gemebant perire sibi populos evadentes. Ad extremum diuturna meditatione con-*

PAGIUS sequenti *Germanum & Lupum* in Gallias rediisse; licet Baronius hoc anno uno tenore Synodum Gallicanam & reditum Legatorum in patriam referat. Eadem quæ Constantius, fuse recitat Beda loco laudato.

IV. *Germanus Verolamii Synodum celebrat.* Collectores Conciliorum, & post eos Garnerius in Dissert. de Synodis in causa Pelagianorum habitis, scribunt Sanctum *Germanum*, dum in Britannia esset, *Verolamii* Synodum celebrasse; quam in rem citant Bedam & Constantium, quamvis neuter Verolamii, quæ urbs erat Albionis, cujus hodie nihil præter mœnium fragmina supereſt, mentionem faciat, *Verolamii* tamen Synodum collectam tradit Florilegus in Historia sua ad annum CDXLVI. pro quo faciunt, inquit Usserius in Britan. Eccles. Antiquit. cap. 11. & *antiqua fani Albani membranulæ*, quæ eo in loco; ubi Sancti *Germani* sacellum etiamnum supereſt, hunc pro suggestu verbum Divinum effatum fuisse testantur; & ipse Constantius lib. 1. cap. 25. quem Sancti Albani, qui Verolamii colebatur, sepulcrum aperiri tum jussisse refert; *Germanus*, inquit, *omnium Apostolorum, diversorumque martyrum Reliquias secum habens, facta oratione, justit revelli sepulcrum, pretiosa ibidem munera conditurus: arbitrans opportunum, ut membra Sanctorum ex diversis regionibus collecta, quos pares meritis receperat Cœlum, sepulcri quoque unius teneret hospitium. Quibus depositis honorifico atque sociatis: de loco ipso ubi beati martyris effusus fuerat sanguis, missam pulveris secum portaturus abstulit; in qua apparebat, cruore servato, rubere martyrum eadem persecutore pallente.*

Ad hanc Germani & Lupi victoriam alluſit sine dubio Gregorius lib. 27. Moral. cap. 6. hæc verba Job. cap. 36. exponens: *Cardines quoque maris operiet:* ait enim: *Omnipotens Dominus coruscantibus nubibus cardines maris operuit, quia emicantibus Prædicatorum miraculis ad fidem etiam terminos mundi perduxit. Ecce enim pene cunctarum jam gentium corda penetravit. Ecce in una Fide, Orientis limitem Occidentisque conjunxit. Ecce lingua Britannia, quæ nihil aliud noverat, quam barbarum frendere, jam dudum in Divinis laudibus Hebraum cœpit Alleluja resonare: Ecce quondam tumidus, jam subtractus Sanctorum pedibus servit Oceanus; ejusque barbaros motus, quos terreni Principes edomare ferro nequiverant, hos pro Divina formidine Sacerdotum ora simplicibus verbis ligant: & qui ca-*

V. *S. Gregorius M. hujus S. Germani Missionis meminit.*

PAGIUS *catervas pugnantium infidelis nequaquam metuerat, jam nunc fidelis humilium linguas timet. Quia enim perceptis cœlestibus verbis, clarescentibus quoque miraculis virtus ei Divinæ cognitionis infunditur, ejusdem Divinitatis terrore refrænatur; ut prave agere metuat, ac totis desideriis ad æternitatis gratiam pervenire concupiscat.* Beda quidem lib. 2. cap. 1. hæc Gregorii verba ad prædicationem Sancti Augustini, ejusque sociorum refert. Verum cum Gregorius anno DXCI. ut videre est apud Baronium eo anno num. XL. Moralium libros absolverit, non potuit Gregorius illa scribens intendere ad Augustinum, cujus missio Anglicana anno tantum DXCVI. decreta est, & annis sequentibus executioni mandata. Beda itaque hoc in loco lapsus est.

VI. *Otinio Sirmondi de anno prioris Legationis S. Germani.* Sirmondus in Notis posthumis, quæ referuntur in Appendice ad Tomum III. Concil. editionis Labbeanæ, existimat, Synodum Gallicanam, & priorem Germani Legationem in Britanniam pertinere ad annum CCCCXLVI. quam in rem laudat Sigebertum in Chronico, & Bedam lib. 1. cap. 17. ubi post Saxonum in Britanniam adventum, *Germani* Legationem commemorat; & „ vero, inquit Sirmondus, postea contigisse necesse „ est; cum ex Legationis istius historia, quam „ Constantius Presbyter in sancti Germani vi„ ta descripsit, Britannos constet præsente Ger„ mano cum Pictis & Saxonibus conflixisse; „ *Saxones* autem quo anno in Britanniam irru„ perint, etsi non omnes consentiunt, tamen „ ante hunc annum irrupisse nemo tradit. Ad„ de quod idem Constantius auctor est Germa„ num ex Britannia reversum, alterum mox „ iter iniisse Arelatum; quo tempore Gallia„ rum Prætorio Præfectus erat *Auxiliaris*. At „ Auxiliarem hoc anno & proximis Præfectu„ ram gessisse, vel ex eis patet, quæ paulo an„ te dicta sunt de causa Chelidonii. Quare „ quod in vulgari Chronico Prosperi Cælestini „ Papæ temporibus anno CDXXIX. affixa est „ *Germani* Legatio, insititii, ut apparet, men„ di suspicione non caret, ab iis fortasse, qui „ cum Palladium in eas oras a *Cælestino* mi„ sum legissent, *Germanum* ibidem ab eodem „ in Britanniam destinatum credidere. Quod „ neque a Beda neque a Constantio vel Erico, „ neque ab ullo Scriptore antiquo est proditum.

Verum hæc Sirmondi opinio ab Auctore Vi-

VII. *Refellitur.*

tæ

*concepta, præsumunt inire conflictum. Procedunt conspicui divitiis, veste fulgenti circumdati assentatione multorum: contentioniſque ſubire aleam maluerunt, quam in populo, quem ſubverterant, pudorem taciturnitatis incurrere, ne viderentur ſe ipſi ſilentio damnaviſſe.*

XV. *Illic plane immenſæ multitudinis numeroſitas etiam cum conjugibus ac liberis excitata convenerat. Aderat populus ſpectator futurus & judex. Aſtabant partes diſpari conditione diſſimiles: hinc divina auctoritas, inde humana præſumptio: hinc fides, inde perfidia: hinc Chriſtus, inde Pelagius auctor. Primo in loco beatiſſimi ſacerdotes præbuerant adverſariis copiam diſputandi, quæ ſola verborum nuditate diu inaniter & aures occupavit & tempora. Deinde Antiſtites venerandi torrentes eloquii ſui cum Apoſtolicis & Evangelicis tonitruis profuderunt. Miſcebatur ſermo proprius cum divino, & aſſertiones frequentiſſimas lectionum teſtimonia ſequebantur. Convincitur vanitas, & perfidia confutatur: ita ut ad ſingulas verborum objectiones reos ſe, dum reſpondere nequiverunt, faterentur. Populus arbiter vix manus continet: judicium cum clamore teſtatur. Cum ſubito vir Tribuniciæ poteſtatis cum conjuge procedit in medium, decem annorum filiam cæcam ſinibus ingerens ſacerdotum: quam illi offerri adverſariis præceperunt. Sed illi, conſcientia puniente deterriti jungunt cum parentibus preces, & curationem parvulæ a ſacerdotibus precantur. Qui expectationem populi & inclinatos adverſarios intuentes, orationem breviter fundunt. Ac deinde Germanus plenus Spiritu Sancto ſanctam invocat Trinitatem, & protinus inhærentem lateri ſuo capſulam cum ſanctorum reliquiis collo avulſam manibus comprehendit, eamque*

Miraculo fides Catholica probata.

*in conſpectu omnium puellæ oculis applicavit: quos ſtatim, evacuatis tenebris lumine veritatis implevit. Exultant parentes, miraculo populus contremiſcit. Poſt quam diem ita ex animis hominum perſuaſio iniqua deleta eſt, ut ſacerdotum doctrinam ſitientibus deſideriis ſectarentur.*

*Compreſſa itaque perverſitate damnabili, ejuſque auctoribus confutatis, animiſque omnium fidei puritate compoſitis, ſacerdotes ad beatum Albanum martyrem, auctori Deo per ipſum gratias acturi, properabant. Ubi Germanus, omnium Apoſtolorum, diverſorumque martyrum reliquias ſecum habens, facta oratione, juſſit revelli ſepulcrum, pretioſa ibidem munera conditurus: arbitrans opportunum, ut membra ſanctorum ex diverſis regionibus collecta, quos pares meritis receperat cælum, ſepulcri quoque unius teneret hoſpitium. Quibus depoſitis, honorificeque ſociatis, de loco ipſo, ubi beati martyris effuſus fuerat ſanguis, maſſam pulveris ſecum portaturus abſtulit: in qua apparebat, cruore ſervato, rubere martyrum cædem, perſecutore pallente. Quibus ita geſtis, innumera hominum eodem die ad Dominum converſa eſt turba.* Hæc Conſtantius. Vide & conſidera hic opportune, lector, quænam ſit putanda Catholica fides, & in ſanctorum cultu pia traditio, num ea, quam ſanctiſſimi Epiſcopi, ſequentibus ſignis, Dei teſtificatione docebant, an quam in demolitione martyrum ſepulcrorum in eadem inſula (proh dolor!) fæx hæreticorum hodie vi armorum & carnificina ſanctorum extorquet? Sed miſſis his (nam quis corriget quos Deus deſpexit) ſacros antiſtites mira adhuc in eadem inſula agentes proſequamur: ſubdit enim Conſtantius.

XVI. Germanus pulverem colligit ex loco Martyrii S. Albani.

*In-*

PAGIUS tæ Sancti Lupi evertitur, ut ex dictis liquet, eique Sigebertus contrarius eſt; cum hic diſerte duas *Germani* Legationes Britannicas referat, & in eo ſolum peccet, quod eas ſuis annis non reddiderit. Priorem Lupo comite factam dicit anno CDXXXVI. quod in cauſa fuit, cur poſteriorem Baronius in annum CCCCXXXV. congeſſerit. Secundam recitat Sigebertus anno CDXLVIII. non vero CDXLVI. aitque *Severum* Trevirenſem Epiſcopum Germani ſocium fuiſſe. Præterea in rerum Anglicarum Chronologia hoc ſæculo alii duces a Sigeberto ſequendi, quia is plerumque in magnos anachroniſmos incidit. Quoad Bedam a Sirmondo citatum, hic Socratis, Sozomeni, & Theodoreti exemplo ſæpe res, quæ diverſis annis contigere, ne narrationem interturbet, uno tenore recitat. Quare lib. 1. cap. 15. refert Anglorum & Saxonum adventum in Britanniam, quem certum eſſe debet, anno CDXLIX. accidiſſe, & poſtea cap. 17. Germani & Lupi in Britanniam navigationem, tumque alteram *Germani* Legationem ſancto *Severo* Epiſcopo Trevirenſi comite factam. Quæ cum anno CDXLVII. obita fuerit, ut in-

*fra oſtendemus, Beda utramque circa ea tempora, quibus prior Legatio peracta, narravit, ac ſtatim de legatione ſancti Auguſtini a Sancto Gregorio Papa decreta verba fecit, licet hæc ultima ſæculo tantum ſequenti in finem vergente miſſa fuerit.*

VIII. *Hoc tempore Saxones Britanniam infeſtabant.*

Quoad pugnam *Saxones* inter & *Britones* habitam, quæ Sirmondum in tranſverſum egit, Uſſerius in Antiquit. Eccleſ. Britan. cap. II. reſpondet, longe prius quam *Hengiſtus* cum ſuis Saxonibus in Britanniam appuliſſet, frequenter in eam Saxonas irrumpere ſolitos. Initio enim Imperii Valentiniani primi Saxonas, non minus quam Pictos & Scotos ærumnis continuis Britannos vexaſſe, auctor eſt Marcellinus lib. 27. cap. 8. & alibi, & ſub Honorio Imp. de Stilichone ita canentem Britanniam inducit Claudianus lib. 2. de laudib. Stilich.

*Illius effectum curis, ne bella timerem*
*Scotica, nec Pictum tremerem, nec littore toto*
*Proſpicerem dubiis venturum Saxona ventis*

Hinc



XVII. Germanus patitur pedis colluxationem.

*Inde dum redeunt, inſidiator inimicus caſualibus laqueis præparatis, Germani pedem lapſus occaſione contrivit, ignorans illius merita, ſicut Job beatiſſimi, afflictione corporis propaganda. Et dum aliquandiu uno in loco infirmitatis neceſſitate conſtringitur; in vicinia, qua manebat, caſuale exarſit incendium: quod conſumptis domibus, quæ illic paluſtri arundine tegebantur, ad habitaculum in quo idem jacebat, flabris ſtimulantibus, ferebatur. Concurſus omnium ad Antiſtitem convolavit, ut elevatis manibus periculum quod imminebat evaderet. Qui omnibus increpatis, moveri ſe fidei præſumptione, non paſſus eſt. Multitudo omnis deſperatione perterrita obviam occurrit incendio. Sed ut potentia Dei manifeſtior appareret, quicquid cuſtodire tentaverat turba, conſumitur: quod vero jacens & infirmus defenderat, reſervatur: hoſpitium ſancti viri expaveſcens flamma tranſilivit, ultra citraque deſæviens; & inter globos flammantis incendii incolume tabernaculum, quod habitator incluſus ſervabat, emicuit. Exultat turba miraculo, & victam ſe divinis virtutibus gratulatur. Excubabat diebus ac noctibus ante tugurium pauperis turba ſine numero, hi animas curari cupientes, hi corpora. Referri nequeunt, quæ Chriſtus operabatur in famulo, qui virtutes faciebat infirmus. Et cum debilitati ſuæ remedii nihil adhiberi pateretur: quadam nocte candentem niveis veſtibus vidit ſibi adeſſe perſonam, quæ manu extenſa jacentem videretur attollere, cumque conſiſtere firmis veſtigiis imperabat. Poſt quam horam ita fugatis doloribus, recepit, priſtinam ſanitatem, ut die reddito, itineris laborem ſubiret intrepidus.*

XVIII. Germanus præſto eſt Britannis adverſus hoſtes.

*Interea Saxones, Pictique bellum adverſus Britones junctis viribus ſuſceperunt, quos eadem neceſſitas in caſtra conſtrinxerat: & cum trepidi partes ſuas pene impares judicarent, ſanctorum Antiſtitum auxilium petieruut. Qui promiſſum maturantes adventum, tantum ſecuritatis & fiduciæ contulerunt, ut acceſſiſſe maximus crederetur exercitus. Itaque Apoſtolicis ducibus Chriſtus militabat in caſtris. Aderant etiam Quadrageſimæ venerabiles dies, quos religioſiores reddebat præſentia ſacerdotum, in tantum ut quotidianis prædicationibus inſtituti certatim ad gratiam baptiſmatis convolarent. Nam maxima exercitus multitudo undam lavacri ſalutaris expetiit. Eccleſia ad diem Reſurrectionis Dominicæ frondibus contexta componitur, & in expeditione campeſtri inſtar civitatis aptatur. Madidus baptiſmate procedit exercitus, fides fervet in populo; & contempto armorum præſidio, Divinitatis expectatur auxilium.*

XIX. Victoria ſine ſanguine divina virtute parta.

*Interea hæc inſtitutio vel forma caſtrorum hoſtibus nunciatur: qui victoriam quaſi de inermi exercitu præſumentes, aſſumpta alacritate feſtinant: quorum tamen adventus exploratione cognoſcitur. Cumque emenſa ſolemnitate Paſchali, recens de lavacro major pars exercitus arma capere & bellum parare tentaret: Germanus du-*

PAGIUS Hinc ad inſulam a *Saxonum* impetu defendendam inſtitutus fuit *Comes littoris Saxonici per Britanniam*, ut habet Notitia Imperii: quo præſidio abductis hinc Romanis legionibus jam ante hunc annum ceſſante, non mirum, ſi e Saxonico illo littore crebras incurſiones perpeſſa fuerit Britannia, ut de *Vortigerni* Conſiliariis Saxonas in Britanniam anno CDXLVII. invitantibus Gildas in libello de Excidio Britanniæ jure merito exclamarit: *O altiſſimam ſenſus caliginem! O deſperabilem crudamque mentis hebetudinem! quos propenſius morte cum abeſſent, tremebant; ut ita dicam, ſub unius tecti culmen Sponte invitabant ſtulti Principes Taneos, dantes Pharaoni conſilium inſipiens* (Eſaiæ cap. 19.) Ita Uſſerius, cui tamen non aſſentio in omnibus.

IX. *Septentrionalem Britannia partem incolebant.*

Saxones enim, de quibus loquitur Conſtantius in vita Sancti Germani, in ipſamet Britannia habitabant, quod manifeſte indicat Beda lib. 1. cap. 17. & ſeqq. ait enim: *Ante paucos ſane adventus eorum annos* (nempe Saxonum Anglorum & Jutarum) *hæreſis Pelagiana per Agricolam inlata, Severiani Epiſcopi filium, fidem Britannicarum, fœda peſte commaculaverat &c. quam ob cauſam collecta magna Synodo, &c. eligebantur Apoſtolicis Sacerdotes Germanus Antiſſiodorenſis, & Lupus Trecaſſinæ civitatis Epiſcopus.* Tum cap. 20. *interea Saxones, Pictique bellum adverſus Britones junctis viribus ſuſceperunt: & cum trepidi partes ſuas pene impares judicarent, Sanctorum Antiſtitum auxilium petierunt,*

Germani ſcilicet & Lupi. Quare ante adventum Anglo-Saxonum in Britanniam jam alii Saxones in ea inſula ſedem fixerant, & de iſtis Beda & Conſtantius loquuntur. Hi vero alii non erant, quam Scoti ac Hiberni, quos Scriptores Latini longe ante Conſtantium *Saxones* appellarant. Claudianus enim in IV. Conſulatu Honorii, quem anno CCCXCVIII. geſſit, canit:

*Maduerunt Saxone fuſo*
*Orcades. Incaluit Pictorum ſanguine Thule*
*Scotorum cumulos flevit glacialis Hiberne.*

Claudianus & Statius Magnam Britanniam *Thule* nomine ſæpe appellant, *Orcades* vero inſulæ ſunt Scotiæ ad Septentrionem, in mari Caledonio, & ab eo tantum Pictico Freto diviſæ. Claudianus itaque illius incolas *Saxones* diſerte vocat. Præterea Sidonius Apollinaris in Panegyrico Aviti anno CDLVI. recitato verſu 85. ait:

*Victricia Cæſar*
*Signa Caledonios tranſvexit ad uſque Britannos.*
*Fuderit & quamquam Scotum, & cum Saxone Pictum,*
*Hoſtes quæſivit, quem jam natura vetabat*
*Quærere plus homines.*

Lo-

*ducem se prælii profitetur. Eligit expeditos, circumjecta percurrit: & e regione qua hostium sperabatur adventus, vallem circumdatam editis montibus intuetur: quo in loco novum componit exercitum, ipse dux agminis. Et jam aderat ferox hostium multitudo, quam appropinquare intuebantur in insidiis constituti. Cum subito Germanus signifer universos admonet, & prædicit, ut voci suæ uno clamore respondeant. Securisque hostibus, qui se insperatos adesse confiderent. ALLELUJA, tertio repetitum, sacerdotes inclamant. Sequitur una vox omnium; & elevatum clamorem, repercusso aere, montium inclusa multiplicant. Hostile agmen terrore prosternitur, & ruisse super se non solum rupes circumdatas, verum etiam ipsam cæli machinam, contremiscunt: trepidationique injectæ vix sufficere pedum pernicitas credebatur. Passim fugiunt, arma projiciunt, gaudentes vel nuda corpora eripuisse discrimini. Plures etiam timore præcipites, flumen quod sensim venientes transierant, devoravit. Ultronem suam innocens intuetur exercitus, & victoriæ præstitæ otiosus spectator efficitur. Spolia colliguntur exposita, & prædam cælestis victoriæ miles religiosus adipiscitur. Triumphant Pontifices, hostibus fusis sine sanguine, triumphant victoria fide obtenta, non viribus. Composita itaque opulentissima insula securitate multiplici, superatisque hostibus vel spiritualibus, vel carne conspicuis, quippe qui vicissent Pelagianistas & Saxones: cum totius mœrore regionis reditum moliuntur. Tranquillam navigationem meritæ propria & intercessio Albani martyris paraverunt, quietosque Antistites suorum desideriis felix carina restituit.*

Germanus revertitur Antisidorum.

*In reditu venerabilium sacerdotum exultant Galliæ, gaudent Ecclesiæ, dæmones contremiscunt. Certe expectatio propriæ civitatis beatum Germanum votis duplicibus ambiebat, quam & apud majestatem divinam & inter mundi procellas servare consueverat. Tributaria enim functio præter solitum & necessitates innumeræ cives suos quasi pupillos orbatos parente depressrant. Et pro quiete vel requie quæsiturus remedia civitati, post maritima discrimina labores terrenæ expeditionis ingreditur. Itaque Gallias illustraturus parvissimo comitatu & exigua evectione progreditur, qui pro largissimis thesauris Christum ferebat in pectore.* Adiit enim Præfectum Galliarum, rogaturus pro civibus suis. Post alia vero ab eodem sacro Antistite insigna opera edita, idem auctor subdit de posteriori legatione ejusdem in eamdem insulam eadem quoque ex causa suscepta: sed quoniam ea contigit sub Sixto Romano Pontifice, de ea suo loco agemus. XX.

Hoc eodem anno ipse Cælestinus Roma- XXI.

PAGIUS Loquitur Sidonius de Julio Cæsare, & *Caledonios* qui habitabant in finibus Magnæ Britanniæ & in ejus Occidentali parte, *Saxones* & *Pictos* appellat. Quare jam a Romanorum temporibus *Saxones* in parte Septentrionali Magnæ Britanniæ morabantur. Neque Sidonius, ut eum interpretatur Sirmondus in Notis ad illum Panegyricum, intelligi potest de Anglo-Saxonibus, qui paucis annis antequam Panegyricum illum Sidonius haberet, in Britanniam venerant; *Saxones* enim Anglorum socii partem Britanniæ meridionalem, non vero partem quæ in Septentrione posita est, incoluere, ut omnibus notum. *Saxones* autem a Sidonio nuncupantur *Caledonii* cum Pictis fœderati, qui uterque populus integram Caledoniorum gentem Magnæ Britanniæ partes Septentrionales habitantem conflabat. Ex quibus manifestum est, Prosperum in Chronico priorem Germani Legationem Britannicam accurate hoc anno retulisse, & verum esse quod Constantius & Beda citati tradunt, *Germano* in Britannia agente, Britones ejus precibus *Pictos Saxonesque* in fugam compulisse, hosque *Saxones* in Septentrionali parte Britanniæ, & in insulis Orcadibus sedes habuisse.

X. *Et quidem jam a Sæculo superiori.* Jam ante annum Christi CCCLXIV. *Saxones* cum Pictis Septentrionalem partem Magnæ Britanniæ habitabant, ut certo colligi videtur ex his quæ Ammianus lib. 26. cap. 4. ad Consulatum Joviani & Varroniani eo anno gestum, habet: Picti, inquit, *Saxonesque & Scoti, & Attacotti Britannos æruminis vexavere continuis.* Erant *Attacotti* populi Scotiæ Septentrionalis, ubi nunc Comitatus Buquamensis, ut recte Nicolaus Samson. Hoc ipso tempore Provinciæ illæ Septentrionales ad Orientem sitæ, uti *Angus*, *Marnes*, *Mourray*, aliæque lingua Hibernica non utuntur, & populi montes incolentes versus Occidentem e regione insularum *Hebridum* dictarum inferioris regionis *Occidentales Saxones* appellare solent, ut observat Camdenus pag. 90. & 95. Hic autem Auctor arbitratur, hoc nomen ab antiquis Northumbris inferioris Scotiæ habitatoribus originem ducere. Verum hac in re labitur; *Northumbri* enim ultra Fretum Edimburgense nunquam sedes habuere, sicut nec Angli Septentrionalem partem hodierni Scotiæ regni unquam incoluere; & tamen anno CCCLXIV. juxta Mare Germanicum *Saxones* morabantur. Quare cum *Northumbri* nunquam Saxones appellati fuerint, neque in Scotia habitarint, Ammianus de veris Saxonibus, Scotiæ incolis, omnino intelligendus. Quæ quia non satis nota sedulo explicanda fuere.

XI. *Palladius hoc anno in Scotiam missus non est.* Baronius a num. VI. ad IX. agit de *Palladio* Diacono, cujus efflagitatu Prosper loco laudato asserit *Germani* Legationem Britannicam a *Cælestino* Papa decretam esse. Putat vero Baronius hoc anno duas ab hoc Pontifice missas Legationes, alteram *Palladii*, alteram *Germani*, & utramque hoc anno suscepta. Verum non dicit Prosper, *Palladium* hoc anno in Britanniam venisse, sed tantum anno CCCCXXXI. ut ibidem videbimus. Præterea Beda Prospero suffragatur tam in Epitome, quam in Historia. In Epitome enim ad annum CCCCXXX. scribit: *Palladius ad Scotos in Christum credentes a Cælestino Papa primus mittitur Episcopus*, quod in Historia lib. 1. cap. 13. dicit, contigisse *anno* Imperii Theodosii Jun. *octavo*. Baronius num. VII. *Bedam* perver-



Cælestinus admonet Episcopos Apulos, & Calabros.

manus Pontifex, qui in Britanniam S. Germanum legavit, & Scotos ad fidem per Palladium convertit, pastorali functione solicitus, vicinarum Ecclesiarum curam non negligens, ad Episcopos Apuliæ & Calabriæ epistolam dedit, qua admonuit, ne ex laicis assumerentur Episcopi, sed eligerentur ex clero: & quod illi ad excusationes suas studia populi & conatum afferrent, eosdem his verbis admonuit: *Docendus est populus, non sequendus, nosque (si nesciunt) eos quid liceat, quidve non liceat, commonere, non his consensum præbere debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram Apostolicæ sedis minime defuturam: quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est per severitatem congruentem regulis vindicemus.* Hæc Cælestinus.

XXII. Sed jam quomodo se habuerint hoc anno res Orientalis Ecclesiæ tumultibus Nestorii perturbatæ, videamus. Nestorius igitur, quam promulgasset hæresim Constantinopoli, cupiens per totum Orbem ampliorибus spatiis dilatari, omnes quibus pollebat, vires impendit, quo ista posset implere: parum enim sibi visus in ipsa primaria urbe novam hæresim promulgasse, ad eam latius diffamandam sua scripta ad diversos dedit, & inter alios ad Ægypti monachos: quos ut deciperet, se nonnisi Nicænæ fidei professorem esse ostentans, nihil se nisi ex Nicæni Concilii præscripto docere, fraudulenter suis literis præseferebat: ex quo factum est, ut nonnulli ex eisdem Ægypti monachis ipsius errori consenserint: hæc quidem omnia Cyrillus ipse testatur (*a*). Porro non litteras tantum ad diversos Nestorius sparsit, sed & libros ejusdem hæresis defensores dedit; quos etiam per Antiochum virum illustrem ad Cælestinum Pontificem misisse, idem qui accepit ipse Cælestinus Papa testatur (*b*): quales autem ii essent, quæ de iisdem Nestorii libris postea per visum demonstrata fuerunt sanctissimo anachoretæ, declarant; quæ, antequam reliqua prosequamur, hic adducamus in medium ex Sophronio, rem gestam, ut se habuit, describente his verbis (*c*):

(*a*) *Cyril. epist.* 1. Nestorius libros hæresis suæ ad diversos mittit. (*b*) *Cælest. epist.* 5.

(*c*) *Sophron. Prat. spir. cap.* 66.

XXIII. De libris Nestorii ostensa visio. *Accessimus ad abbatem Cyriacum presbyterum Lauræ Calamonis juxta sanctum Jordanem: narravitque nobis, dicens: Die quadam vidi per somnium mulierem honestate facie, purpura indutam, & cum ea viros duos, & ipsos venerando habitu, & aspectu præclaro. Arbitratus sum mulierem illam esse Dominam nostram sanctam Dei genitricem, duosque viros qui cum ea erant, sanctum Joannem Baptistam, & sanctum Joannem Theologum & Evangelistam. Egressusque de cella, rogabam illam ut ingrederetur: quæ non accessit. Permansi ergo diutius orans, & obsecrans, dicens; Ne, quæso, avertatur humilis factus confusus: & alia plurima hujusmodi. Illa igitur ut me vidit instare precibus, eamdemque postulationem iterare, severius mihi respondit, dicens: Habes intra cellam inimicum meum, & vis ut ingrediar? Et his dictis, abscessit. Vigilans autem affligi cœpi, & cogitabam numquid in mentem peccatum contra illam admisissem: neque enim erat aliquis alius in cella mea, nisi ego solus. Diutius igitur me ipsum discutiens, nihil inveni quod in illam peccassem. Cum vero vidissem me nimio mœrore absorberi, surgens cœpi librum, ut legerem quod per hujusmodi lectionem dolorem meum cogitationesque repellerem: librum autem illum mutuo acceperam a B. Eſychio presbytero Hierosolymitanæ Ecclesiæ: evolvensque librum, inveni duos ipsius Nestorii libros in fine voluminis scriptos: moxque agnovi, hunc esse inimicum illum sanctæ Dominæ nostræ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ. Tunc surgens abii, librumque illi, qui eum mihi*





PAGIUS versæ temporum rationis insimulat, licet huic cum Prospero egregie conveniat, quia scilicet Baronius non animadverterat, Bedam annos Theodosii inchoare ab anno Christi CCCCXXIII. quo post Honorii mortem in Occidente regnare cœpit. In eo itaque tantum Beda differt a Prospero, quod ille annum, quo *Palladius* Roma in Britanniam missus, Prosper vero annum, quo illuc appulit, memoret.

XII. *Palladius in Scotiam missus nullum librum reliquit.* Præterea Baronius numer. VIII. & anno CCCLXXXVIII. num. CX. & anno CDXVII. num. I. tradit, *Palladium*, qui ex Romanæ Ecclesiæ Diacono, Scotorum factus est Episcopus, scripsisse sub Zosimo Papa res gestas Sancti „ Joannis Chrysostomi, nempe Dialogum il- „ lum alterius Palladii Episcopi Helenopolis „ cum Theodoro itidem Romanæ Ecclesiæ Dia- „ cono: qui quidem *Palladius* Diaconus apud „ Trithemium numeratur inter Scriptores Ec- „ clesiasticos. Nam præter Vitam Joannis Chry- „ sostomi ab ipso scriptam per Dialogissimum, „ in quo Palladius Episcopus, & Theodorus „ Diaconus interloquuntur, librum etiam con- „ tra Pelagianos, & Homiliarum librum unum, „ & ad Cælestinum Epistolarum librum unum, „ & alia Græco sermone ab eodem edita idem „ tradit. Utinam extaret liber ille Palladii E- „ pistolarum ad Cælestinum, inquit Baronius. Verum, ut animadvertit Usserius in lib. de Britannic. Eccles. Primordiis cap. 16. Baronius perperam Joanni Trithemio tribuit, quæ Joanni Balæo Centuria 14. num. VI. accepta erant referenda. Solet enim Balæus, non illa solum Auctoribus assignare, quæ scripta ab iis fuisse alicubi legit; sed etiam quæ scribi ab illis probabiliter potuisse ipse conjecit. A Palladio enim in Scotiam misso quicquam literarum monumentis posteritati proditum fuisse, nihil est quod faciat fidem. De hujus Missione anno CDXXXI. agemus.

A num. XXII. ad XLIII. Venio nunc ad rem Nestorianam, cujus synopsim præfixit *Garnerius* XIII.

*mihi accommodaverat, reddidi, dicens illi: Accipe librum tuum, frater; neque enim ex eo tantum utilitatis accepi, quantum detrimenti. Cum ille vero detrimenti ipsius causam scisciteretur, omnem illi rei ordinem retuli. Qui zelo succensus, protinus duos illos Nestorii libros ex volumine præscidit, eosque igni tradidit, dicens: Non manebit in cella mea Dominæ nostræ S. Dei genitricis semperque Virginis Mariæ inimicus.* Hæc ibi.

XXIV. Ejusmodi namque fuerunt libri illi, quos (ut diximus) per diversas Orbis partes Nestorius divulgavit, quorum blasphemias idem qui supra Cyrillus sedulo sursum collegit (*a*), & confutavit. Horum causa magnæ inter Ægypti monachos excitatæ sunt turbæ; ad quas sedandas Cyrillus primam scripsit epistolam, (*b*) ubi inter alia: *Audio exitiales quosdam rumores inter vos proseminatos, nonnullos quoque oberrare, qui sinceram vestram fidem demoliri studeant, & inanium vocabulorum bullas apud rude vulgus eructantes, utrum Θεοτόκον sacram Virginem appellare liceat, in controversiam vocare audeant. Præstaret sane ejusmodi quæstionibus omnino supersedere, & in ea quæ abstrusioris considerationis sunt, nec aliter fere, nisi veluti in speculo, & in ænigmate, etiam ab iis qui ingenii celeritate mentisque subtilitate pollent, perspici possunt, nequaquam inquirere (nam simpliciorum captum subtiliora theoremata excedunt.). At quoniam horum sermonum expertes non permansistis, sitque probabile contentiosos quosdam non defuturos qui venenum, quos semel hauserunt, veluti spicula quædam in imbecilliorum animos defigere conabuntur; operæ me pretium facturum putavi, si pauca quædam his de rebus ad vos dissererem, &c.* Docet enim ex Patrum sententia, qui Nicæno interfuerunt Concilio, & ex ipso in primis S. Athanasio, sanctissimam Virginem, Deiparam appellatam.

(*a*) *Cyril. de dogm. Nestor.*

(*b*) *Cyril. ep. 1. edit. Pelt.*

Dissidia inter Ægypti monachos ob libros Nestorii exorta.

Cum vero in tota illa tractatione S. Cyrillus a Nestorii nomine abstinuerit, qui ut blasphemiæ auctor in primis nominandus erat; hinc ducimus conjecturam, eamdem epistolam a Cyrillo primam omnium esse conscriptam, antequam Nestorius perfricta fronte palam se auctorem & defensorem horrendæ impietatis proderet; vel potius (quod testari videtur ipse Cyrillus (*c*) sequenti epistola) quod etsi in libris missis Nestorii nomen inditum esset, haud tamen Cyrillus facile credere voluit eos esse Nestorii; nam in epistola ad ipsum scripta hæc habet: *Nosser proinde hic animi dolor ex iis natus est, quæ pietas tua dixit, aut etiam non dixit: siquidem schedis, quæ ea die referuntur, parum fidei habeo.* Hæc ipse in epistola ad Nestorium anno sequenti scripta, postquam scilicet Cælestinus ad Nestorium atque Cyrillum litteras reddidisset, quæ sequentis anni Consulibus signatæ sunt.

XXV. Cyrilli modestia in impugnando Nestorium.

(*c*) *Cyrill. epist. 2.*

Dissimulavit itaque prudenter eo modo Cyrillus, ne videretur vetera instaurare certamina, pugnaretque rursum (ut olim Theophili tempore) Episcopum Alexandrinum contra Constantinopolitanum Antistitem. Quo igitur appareret, se contra hæresim, non contra hominem inire certamen; illud hoc ipso rerum exordio consilium iniit, ut sic ad Ægyptios monachos scribens, nomen tamen Nestorii reticeret; quod & præstitit in commentariis eo argumento ad ipsos Imperatores atque ad Reginas conscriptis: unde etiam conjicere possumus, hoc quoque tempore libros illos a Cyrillo esse conscriptos, tacito Nestorii nomine, ne ex eo Theodosii animus offenderetur, qui Nestorium Antiochia accersitum, rejectis cæteris in Episcopum Constantinopolitanæ Ecclesiæ diligendum curarat. Quod enim vereretur Cyrillus, ne venena Nestorii in animos Augustorum & Augustarum illaberentur, in aulamque & in magistratus reli-

XXVI. Cyrillus prudenter dissimulat

PAGIUS. *Cyrillus primum Sermonem Nestorii in Homilia Paschali XVII. refellit.*

rius Tomo II. Operum Marii Mercatoris, ubi exhibet plura istius causæ instrumenta, quæ in hunc usque diem, vel obscura fuerant, vel penitus ignota. Cum tamen tunc Garnerius non vidisset *Synodicon* adversus Tragœdiam Irenæi, quod postea Lupus sub titulo *Casinensium literarum*, in lucem emisit, non potuit in multis non labi, & plura tenebris involuta non relinquere. Gesta hoc anno, de quibus vix in eodem Synodico mentio, accurate pertractavit, quæ ideo hic, quanta fieri poterit brevitate, ex eo exhibebimus. Die Epiphaniæ sacra Sanctus *Cyrillus* de more diem Paschatis currentis anni indixit, & homiliam Paschalem ordine XVII. ad alias Ecclesias misit. Cum enim mense Octobri anni CDXII. Alexandrinæ Ecclesiæ regimen suscepisset, eam ad hunc annum pertinere certum est. Ea homilia *Cyrillus* fidei dogma de Incarnatione Verbi sic explicuit, ut egregie refellerit sermonem primum Nestorii *de Virgine*

*partu*, anno superiori habitum, singulis partibus non leviter perstrictis.

XIV. *Ea ante II. & III. Sermonem Nestorii edita.*

Nihil in ea Cyrillus de iis, quæ hoc anno Constantinopoli gesta, habet, licet nullam postea quam de hac controversia *Nestorium* inter & *Proclum* exorta resciverit, prætermitteret occasionem *Procli* super ea defendendi; ex quo liquet eam publicatam, antequam *Nestorius* secundum & tertium suum sermonem, de quibus mox faceret; & deceptum esse Garnerium, qui in laudata Præfatione pag. II. scribit, Monachis circa diem Festum Theophanias indictam fuisse diem Paschalem, & pag. 14. ac 18. postquam varia hoc anno in causa Nestorii gesta Garnerius recitavit, refert, *Cyrillum* de more misisse homiliam Paschalem ad omnes Ecclesias eam scilicet quæ ordine est XVII. & postea homiliam XVIII. qua diem Paschatis indiceret in annum CDXXXI. Verum jam anno CDI. demonstravi, non solum in Oriente; sed etiam in Galliis Fe-



reliquos serperent; ut ad eos scriberet, antidotumque pararet, in animum induxit: declarat namque ipse hoc animi sui consilium ea epistola, quam post Ephesinum Concilium ad Theodosium dedit (*a*).

(*a*) *Extat Act. Conc. Ephes. to. 1. cap. 2. edit. Pelt.*

XXVII. Cælestinus mandat inquiri de veritate scriptorum Nestorii.

Cum autem quæ ad Ægypti monachos scripta impii Nestorii pervenerant, eadem ab incerto homine Romam ad Cælestinum Papam perlata essent: iisdem in fratrum coepiscoporum consessu percognitis, & horrendis confertis blasphemiis adinventis, idem Cælestinus ad Cyrillum Alexandrinum Episcopum scripsit, ut diligenter perquireret, num illa re vera fuissent a Nestorio exarata: impossibile enim quodammodo videbatur, talia de Nestorio credere, de quo nuper Orientalium Episcoporum litteris præconia accepisset: testatur id quidem Cyrillus in primis ad eumdem Nestorium datis hoc anno litteris, ea occasione, quod audierat illum admodum expostulare ob datas a se ad monachos litteras adversus blasphemias ad eos ab ipso Nestorio missas. Epistola autem Cyrilli ad Nestorium sic se habet (*b*):

(*b*) *Act. Conc. Eph. to. 1. cap. 2.*

XXVIII. Epistola prima Cyrilli ad Nestorium.

*Advenerunt Alexandriam viri aliquot veneratione ac fide digni, qui pietatem tuam graviter stomachari, nullumque mei lædendi causa lapidem non movere, mihi renunciarunt. Cupienti autem mihi agnoscere, undenam pietas tua in hanc ægritudinem incidisset: Alexandrinos quosdam epistolam illam, quam ad sanctos monachos miseram, circumferre, eamque rem odii molestiæque causam esse, respondérunt. Ego vero miratus sum majorem in modum, pietatem tuam non perpendisse, secumque reputasse, eas in fide turbas, antequam ego quicquam omnino scriberem, ex quibusdam pietatis tuæ sermonibus excitatas fuisse. An non, obsecro, priusquam ullæ penitus ejusmodi chartæ vel commentarii circumferrentur, dum quorumdam perversorum emendationi studemus, insignem molestiam pertulimus? Eo nam-*



*que malum hoc paulatim serpendo pervenit, ut nonnulli Christum, Deum appellari, ægre patiantur, sed potius Divinitatis organum & instrumentum, hominemque Deiferum, & alia his ineptiora. Nosser proinde hic animi dolor ex his natus est, quæ pietas tua dixit, aut etiam non dixit: siquidem schedis, quæ ea de re feruntur, parum fidei habeo. Cum igitur fides tam insigniter læderetur, totque passim perverterentur; qui tandem tacere hic licuit? An non ante tribunal Christi sistemus? An intempestivi silentii rationem reddituri non sumus, præsertim nos qui ea de re hunc in locum ab eo evecti sumus, ut quæ oportet prædicemus?*

XXIX. Digna Cyrilli excusatio.

*Et quid nunc, obsecro, consilii capiam? (tuam hic namque pietatem appellare compellor) quandoquidem Cælestino religiosissimo Romanæ Ecclesiæ Episcopo jubente, cæterisque pientissimis Episcopis, qui ipsi adfuere, ita postulantibus, investigare cogor, chartulæ ne illæ & exegeses, quæ illuc ad se nescio quomodo perlatæ sunt, a tua pietate, an vero ab alio quopiam profectæ sint: scribunt enim, ut qui gravissime videantur offensi. Quomodo vero eos, qui ab omnibus totius Orientis Ecclesiis subinde huc ventitant, & contra hæc schedia gravissime murmurant, quandoque sedabimus? An exiguas forte turbas ex hujusmodi homiliis in Ecclesias excitatas existimat? Omnes enixe sudamus: omnes, ut eos qui nescio quo pacto, uti fecus quam oportebat, saperent persuasi sunt; ad rectum veritatis tramitem reducamus, impendio elaboramus. Cum autem pietas tua hanc murmurandi necessitatem attulerit: quo, quæso, jure me incusat? Cur odiis in me flagrat? cur temere me allatrat? cur emendata oratione sua Orbis offensionem non sanat? Nam etsi præterfluxit sermo, utpote in populo currens; tamen seria retractatione emendetur.*

XXX. *Ne graveris, obsecro, iis qui non leviter offensi sunt, unam hanc Θεοτόκου vocem largiri, sacramque Virginem Deiparam*



PAGIUS Festum Paschatis anni, qui in cursu erat, indictum fuisse die Epiphaniæ, seu Theophaniæ. Quare mos ille ad solos Monachos non restringendus.

XV. *Eusebius laicus Nestorio contradicit.*

*Nestorius* paulo post priorem sermonem alterum fecit velut adversus Arianos & Macedonianos, reipsa vero adversus Catholicos, quo priorem confirmare visus est. Quo tempore contigit mirabile quiddam, atque audax facinus, quod narrat Cyrillus lib. I. Contradict. de *Eusebio*, qui propter singularem Doctrinam & Pietatem *Dorylei* Episcopus postea renunciatus est. Is cum inter Laicos versaretur, impie dicentem pro concione Episcopum ausus est verbo palam arguere, suæque fidei, atque animosæ in hæreses fortitudinis specimen eximium dedit. Fecit & tertium *Nestorius*, brevi post tempore, velut in Apollinaristas, *de dogmate*, seu Οἰκονομίᾳ, id est, *de inconfusa duarum in Christo naturarum conjunctione, & reciproca nominum communione*; in quo venenum texit paulo artificiosius, tantoque nocentius populis infudit, quod videretur in Apollinaristas, qui naturas in Christo confundebant, invisum Catholicis ea tempestate nomen invehi: quamquam hæresim suam de Christo puro homine, & sola præstantia a cæteris hominibus diverso, tacere non potuit. Utrumque sermonem Græce & Latine edidit ibidem Garnerius.

XVI. *Obtestatio nem suam in eum promovit in fidei studio; adversus Episcopum hæretica Pauli Samosateni dogmata renovantem. ponit.*

Furenti in Christum hæretico plures magnis animis restiterunt, primusque omnium præfatus *Eusebius* laicus Obtestationem in eum publice proposuit, eoque facto omnium animos inflam- blice pro-

Refertur Eusebii Obtestatio in parte I. Concil. Ephes.

Cupit Cyrillus Neſtorium emendari.

*appellare: quo illis qui non levem hinc forte mœſtitiam cœperunt, medentes, & noſtræ quoque famæ & exiſtimationi conſulentes, in populorum pace, animorumque conſenſione Eccleſiaſticos conventus celebremus. Certo autem pietas tua perſuaſum habeat, nos & vincula & carceres & cætera omnia hujuſmodi incommoda, quin & ipſum quoque vitæ diſcrimen propter Chriſti fidem adire paratos eſſe. Fateor autem, beatæ memoriæ Attico etiamnum ſuperſtite, quemdam me de ſancta & conſubſtantiali Trinitate libellum compoſuiſſe, in quo & de Unigeniti quoque incarnatione nonnulla iis quæ nunc conſcripſi, concinnentia attexi. Veruntamen licet non ipſi ſolum Attico, cæteriſque Epiſcopis & clericis, ſed ſtudioſioribus quoque popularibus eum legerim, nulli tamen per id tempus illius copiam feci. Probabile ſit ergo, edito jam hoc commentariolo, non defuturos, qui me accuſent, hujuſmodi oratiunculam me concinnaſſe prius quam Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Pontificatus pietati tuæ mandaretur.* Hactenus prima Cyrilli ad Neſtorium epiſtola.

XXXI. Cyrillus reſtitit Neſtorii impietati.

Rurſum vero idem Cyrillus ſecundo Neſtorium admonuit, alia ad eum data epiſtola cujus eſt exordium: *Intelligo quoſdam meæ apud tuam pietatem æſtimationi detrahere.* Eſt quidem ipſa dogmatica, in qua cum hæreſim impugnat, doctrinæ Catholicæ demonſtrat & firmat aſſertiones. Porro hujus epiſtolæ meminit ipſe Cyrillus in litteris ad Cæleſtinum Romanum Pontificem datis, cum in primis cauſas irarum, quas adverſus ipſum Neſtorius ſuſcepiſſet ob ſcriptas adverſus promulgatam impietatem defenſiones, alte repetens, de ſcriptis ad monachos adverſus eam impietatem meminit: quæ eo magis Neſtorium ferierunt, quod complures ex eis non monachi tantum, ſed Conſtantinopolitani quoque cives profecerint: *Nam eadem ſcripta* (inquit *a*)

(*a*) *Apud Cæleſt. ep. 20. 1. epiſt. Rom. Pont.*

*ad Conſtantinopolitanam urbem quorumdam opera deportata, ibidem lecta, tanto permultis adjumento fuerunt, ut plurimi e magiſtratu, ejus rei cauſa, per litteras gratias mihi egerint. Verum hoc ipſum Neſtorio quaſi novum quoddam iræ contra me ſuſceptæ fomentum ſubminiſtravit. Me itaque ut capitalem hoſtem impugnat, aliud plane nihil de quo me incuſet habens, quam unum hoc, quod eadem quæ ille, ſentire recuſo, eamque quam a majoribus accepimus, necnon ex divinis Scripturis didicimus, fidem amplectendam eſſe, ſerio perſuadens, non paucos ad ſanam mentem ſubinde reducam. Verum floccifaciens quæ is adverſum me hactenus machinatur, Deoque qui omnia poteſt & novit, permittens; alteram rurſus epiſtolam, quæ rectæ fidei expoſitionem brevi compendio complecteretur ad memoratum Neſtorium exaravi, ſerio eumdem admonens, obteſtanſque ut ad modum, quem epiſtola præfinit, ſapiat. Sed nihil omnino apud illum etiam tum effeci: nam ad hoc uſque tempus eadem illa quæ initio probarat, probare pergit, nec modum ullum perverſæ docendi facit.* Hæc Cyrillus.

XXXII. De epiſtola Cyrilli ad Neſtorium.

Porro epiſtola, cujus hic meminit Cyrillus fuit poſterior ad eum data: quod declarant illa quoque verba, quæ in eadem continentur (*b*): *Ego vero ad id denuo reverſus (quod me potiſſimum decere exiſtimo) te velut fratrem in Domino etiamnum monere non gravabor, &c.* Quibus apparet, eam quam alteram epiſtolam dicit, debere intelligi ſecundam ad Neſtorium datam: eſſe plane eamdem ex ejus argumento narrato in epiſtola ad Cæleſtinum agnoſcitur, cum fidei brevem expoſitionem contineat: nam in fine ejuſdem epiſtolæ ad Neſtorium hæc habet: *Atquæ hæc quidem in præſentia ex charitate quæ eſt in Chriſtum ſcribenda exiſtimavi, obſecrans te ut fratrem, & co-*

(*b*) *Extat in Conc. Epheſin. tom. 1. edit. Pelt. apud Cyril. ep. 8.*

*ram*

PAGIUS Epheſ. cap. XIII. & his verbis inchoatur: *Quicumque ſchedam hanc acceptari ſunt, eos per Sacroſanctam Trinitatem adjuro, obteſtorque, ut eamdem Epiſcopis Presbyteris, Diaconis, Lectoribus, nec non & Laicis quoque Conſtantinopoli habitantibus oſtendant, ejuſdemque exemplum ad evidentem hæretici Neſtorii confuſionem iiſdem impertiantur; ut qui eadem prorſus ſentiat, quæ Paulus Samoſatenus, ante centum ſexaginta annos a Catholicis Epiſcopis anathemate condemnatus*, in ſecunda ſcilicet Synodo Antiochena anno CCLXX. habita, ut anno CCLXXI. num. II. oſtendi, & ex his Euſebii Dorylenſis verbis epocham præfatæ Synodi paſſim male aſſignatam ibidem anno ſuo reddidi. Hæc conteſtatio contra omnes Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Clericos propoſita non eſt; cum iſtorum plures fuerint ab Hæreſiarcha adeo alieni, ut e civitate proſcribi maluerint, quam ejus adhærere impiis dogmatis; ſed propoſita fuit adverſum ſolos profani Epiſcopi fautores ab homine laico, quem

Leontius Byzantinus in III. contra Neſtorianos ac Eutychianos libro affirmat, floruiſſe *in judicandi poteſtate*, & Anaſtaſius Bibliothecarius ac Theophanes fuiſſe Pulcheriæ Auguſtæ Scholaſticum, & Auctor Breviculi Eutychianiſtarum, fuiſſe Agentem in rebus, & denique Marius Mercator in Scholio ad III. Neſtorii Sermonem, admirabilem ſibi collegiſſe eruditionem, & contentiori voce inclamaſſe *ipſum ante ſæcula Verbum etiam ſecundam ſubiiſſe generationem, id eſt, illam ſecundum carnem & ex muliere*. Hujus Euſebii laici plurimum a laudatis Auctoribus commendati non meminit Baronius in Hiſtoria Neſtoriana.

XVII. *Potitus in Neſtorium commovetur.*

Tunc pariter, exemplo Laicorum incenſi Presbyteri, cum in Eccleſia quæ *Irene maritima* dicebatur, in pravum dogma invecti eſſent, continuo minis & auctoritate frendentis Epiſcopi ſilere juſſi ſunt: *unde accidit, ut populus iſtiuſmodi fidei prædicationem requirens publice inclamaret: Imperatorem habemus, Epiſcopum non habe-*



*rum Chriſto ſanctiſque Angelis ejus obteſtans, ut hæc nobiſcum & ſentius & doceas, quo Eccleſiarum pax conſervetur, dilectionis quoque & concordiæ vinculum inter ſacerdotes indiſſolubile permaneat. Saluta, quæ apud te eſt, fraternitatem. Te, quæ nobiſcum eſt, ſalutat in Domino.* Hæc Cyrillus ad Neſtorium. Extant autem ad duas Cyrilli litteras totidem ad eum a Neſtorio redditæ (*a*) litteræ, ambæque refertæ arrogantia ſumma, atque tumore in verba mordacia erumpente, faſtuque ſe ſuper omnes Antiſtites efferente.

(*a*) *Apud Cyril. ep. 3. & epiſt. 9.*

XXXIII. Qui averſarentur Neſtorium.

Qui autem præter Cyrillum hoc tempore Neſtorium execrati fuerint, idem Cyrillus in litteris (*b*) ad Cæleſtinum anno qui ſequitur datis declarat his verbis: *Quin hoc ipſo quoque tempore plebs Conſtantinopolitana (levibus quibuſdam vaniſque hominibus, qui ipſi adulantur, dumtaxat exceptis) a Synaxi abſtinet: abſtinent ab eadem omnia pene monaſteria, eorumque archimandritæ; abſtinet & major quoque pars Senatus, verentes ne ab illo, vel ab illis quoque, quos Antiochia diſceſſurus: inde ſecum abduxerat, qui & ipſi quoque quidvis perverſum evomunt, &c.* & inferius: *Sciat nihilominus hoc quoque ſanctitas tua, nempe commenta illius Orientales Epiſcopos non probare, ſed offendi eos atque dolere, & præcipue Macedoniæ Epiſcopos. Et quia hoc Neſtorius non ignorat, ſe omnibus ſapientiorem exiſtimat, ſe ſolum divinæ Scripturæ ſcopum attigiſſe autumat, ſe ſolum Chriſti myſterium cognoviſſe ſomniat. Atqui quomodo non magis ſecum reputat, cum omnes per terrarum orbem ſparſi Or-*

(*b*) *Extant inter ep. Cæleſt. Pap.*

*thodoxi Epiſcopi & laici, Chriſtum Deum, Virginem vero quæ illum genuit, Deiparam eſſe confiteantur; ſe ſolum, qui iſtud inficiatur errare? Verum faſtu tumens, inſtidiiſque & ſedis potentia fretus, effecturum ſe arbitratur, ut nos ipſi & reliqui omnes ſuæ ſententiæ ſubſcribamus.* Hæc Cyrillus ad Cæleſtinum anno ſequenti.

XXXIV. Theodoſius non reprimit Neſtorium.

Sed unde vis tanta Neſtorio, ut adverſante licet ipſi orbe Catholico, non demitteret animum, ſed magis magiſque ad ſtabiliendam impietatem majoribus in dies conatibus erigeretur? Accidit plane dolendum illud, quod Neſtorius Imperatorem faventem ſibi nactus fuit; non quidem ut ejus patrocinaretur impietati; ſed donec controverſia illa a ſancta Eccleſia dilucidata foret, ipſe hominem (ut opus ſuum) quem Antiochia accerſierat, fovendum ſibi putarit. Quod enim, rejectis reliquis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ clericis, qui ad eam ſedem tum a populo poſtulari, tum a clero eligi videbantur, ipſe omnibus illis ſuo calculo Neſtorium prætuliſſet: ut quod ſemel fecerat, recte factum eſſe defenderet (quod ſolent Principes) cauſæ Neſtorii præſto erat. Accedebat his quoque, quod reprehenſione dignum cognovit factum parentis Arcadii, cum adverſus Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſtuduit Theophilo Epiſcopo Alexandrino. Sciebat præterea, jam a tempore Theodoſii Senioris ſui avi, æmulatos eſſe Epiſcopos Alexandrinos gloriam Conſtantinopolitanorum Antiſtitum, dum Petrus labefactandam curavit electionem magni illius Epiſcopi Gregorii Nazianzeni: nec latuit, Theophilum cu-

PAGIUS *bemus*. Ita legitur in Supplic. Baſilii part. I. Concil. Epheſ. cap. XXX. & fuſe etiam apud Baronium num. XXXV. & ſeqq. neque tantum quærelis populus rem egit; ſed minis quoque & publica exprobatione ſcelerum quæ ſpecie pietatis Neſtorius tegeret: objecit enim *indigentium negligentiam, facultateſque pauperum cupidis hominibus erogatas;* tum minatus eſt *projectionem in mare, & Paſtoris in lupum verſi necem*, inquit Cyrillus in Encomio Virginis. Minas exceſſiſſent, facta, niſi Magiſtratuum potentia, ipſiuſque Imperatoris Neſtorio faventis retinuiſſet metus. Utrumque libera ſimplicitate Monachi in laudata ſupplicatione Theodoſio objecerunt: poſtquam enim impotentiam *Neſtorii*, & furendi adverſus quemlibet, licentiam expoſuerunt: *Superbia*, inquiunt, *qua omnes parvipendit, elatus, pecuniiſque, & corruptorum quorumdam hominum potentia fretus, &, ut libere quod res eſt dicamus, Veſtra quoque dominatione fretus, hæc facit.*

XVIII. *Proclus pro Deipara contra Neſtorium orationem habet.*

Dum cuncta ferverent, odiis *Proclus* Cyzicenorum Epiſcopus pergebat in Eccleſia populum, ut antea, docere, dumque fieret ampliſſima quædam Synaxis, habuit in maximo omnium ordinum cœtu, pro Deipara Virgine contra *Neſtorium* Orationem Panegiricam, *die feſto ſolemniore*, ideoque Chriſti aut beatæ Virginis, in qua oratione, licet adverſarii nomen tacuerit, præſidentem Epiſcopum reveritus, hæreſim tamen omnibus notam ſummo auditorum plauſu refellit. Factum narrant Theophanes & Cedrenus ad annum primum Neſtorii. Conſtituerat Neſtorius feſtum ſolemnius *Proclo*, quo doceret populum; hic vero repente magna voce dixit: *Homilia in Dominam Deiparam, Virginalis hodie ſolemnitas*, &c. Hæc oratio adhuc extat. Licet dicenti magnus plauſus ab omnibus datus ſit, auſus eſt tamen *Neſtorius* continuo pro more populum affari, ſummaque impudentia ac impietate *Procli* præcipua quæque dicta reprehendere, immo & blaſphemiæ damnare. Neſtorianæ orationis initium eſt, *Amatores Chriſti populos*, &c. Recitat eam Garnerius ex Mario Mercatore pag. 26. *Neſtorium* vero facultate dicendi ex tempore valuiſſe, teſtatur Socrates lib. 7. cap. 32.

XIX. *Neſtorius in ſuis ſermonibus Proclum refellit.*

Neque contentus *Neſtorius* ſemel dixiſſe adverſus Deiparæ laudatorem, tres iterum habuit ſermones, tribus conſequentibus poſt Paſchalia Synaxibus, quibus res præcipuas Procli ſententias arguit, quod Deus ſit paſſus & mortuus, quod Deus ſit noſter Pontifex, quodque beata Virgo dici debeat Θεοτοκος. Unum præ cæteris dixit in ingenti corona per ſuos coacta, reliquis nocentiorem, cujus initium: *Contumelias quidem ha-*

curasse deponi S. Joannem Chrysostomum ejusdem sedis Episcopum. His igitur & aliis permotus Imperator, haud) ut par erat) continuo repressit hominem, sed potius defendendum suscepit. Hinc videas, prudenter quidem Cyrillum, cum scribit ad Cælestinum, numeratque omnes Nestorio resistentes, nihil prorsus de Imperatore loqui, neque eum rursum accusare; sed solita modestia, quæ essent ejus studia pro Nestorio, reticere; quæ quidem potius per legatum, quem misit Possidonium, ei secreto nuntianda, quam litteris credenda esse putaret.

XXXV. Imperatoris ergo favore incalescens bestia illa, quam violenta in adversantes sibi prosiliit! Res namque ab eo gestæ Constantinopoli hoc ipso anno, & in sequentem productæ, relatæ vero in libello Basilii archimandritæ, sunt hujusmodi (a) *Accidit, ut populus usitatam pridemque receptam fidei doctrinam requirens, publice aliquando inclamarit: REGULUM HABEMUS, EPISCOPUM NON HABEMUS. Verum hic populi conatus neutiquam mansit impunitus: pars namque illo temporis articulo comprehensa, & in regia hac Civitate ad tribunal abstracta, tali immanitate diverberata, exceptaque est, qualis ne apud barbaras quidem nationes quandoque usitata fuit.* Et inferius: *Non defuerunt qui populo præsente: & audiente, in sanctissima Ecclesia coram illo reclamarent: quamvis hoc ipsum quoque non citra gravissima incommoda, quæ ea de causa pertulerunt. Denique simplex quidam monachus zelo quodam vehementi instigatus, per mediam Ecclesiam progressus, impietatis præconem, quod hæreticus esset, quodque populi Synaxis haberetur, ab ingressu prohibuit. Sed hunc ille* (nempe Nestorius) *egregie cœlum magnificis Præsidibus tradidit: flagrisque denuo dissectum, publico præcone non absque clamore præeunte miserando spectaculo in exilium expulit. Neque tragœdia hæc hisce finibus constitit: etenim quidam ex proscripti contubernio post impiam illius concionem, certissimam, nisi Deus prohibuisset, in ipsamet sacrosancta Dei Ecclesia cædem edituri erant.*

(a) Extant inter Acta Conc. Ephes. Nestorius favore Theodosii abusus fuit in Orthodoxos.

XXXVI. Dira a Nestorio passi sunt monachi Orthodoxi. *Porro autem quæ nos ab illo perpessi sumus, ea omnem fidem, omnemque opinionem longe superant: Etenim quo perfecte edoceremur, vera ne ea essent, an falsa, quæ de eo acceperamus, in Episcopale palatium illius jussu hortatuque conscendimus: aliquoties autem in aliud & aliud tempus rejecti. Vix tandem prodiens: Quæ* (inquit) *vultis, ea paucis exponite. Postquam vero ex nobis audivit; quæ docuerat, puta, sacram Virginem nihil aliud peperisse quam hominem sibi coessentialem; nihil rursum ex carne nasci posse, nisi carnem; ea rectæ fidei non satis consentanea videri: quamprimum Decurionibus, ut nos a turba abreptos cædant, serio mandat. Cæsi autem inde ad Ecclesiasticum tribunal abducimur; ibidemque veluti nequam, scelerati, summumque supplicium promeriti denudamur, denudatique indignis modis vapulamus, jactamur, calcibusque impetimur. Quid multis? ejus-*

PAGIUS *hæreticorum in me, tanquam delirantium machinas, & horum in mare comminatas submersiones, perturbationum quoque desideria, & persecutionum nova, quæ intenduntur, molimina, & indigentium negligentiam, quam nobis objiciunt, & aliorum in nos gavrulitatis deliramenta, tanquam ranarum strepitus video, aut certe quantum infantium jactula seu castra contremisco,* &c. In hac Oratione tacuit Procli nomen, ut in aliis tribus prioribus; sed singula ipsius arguens, atque ea imprimis, quæ continerent *Deum pro nobis mortuum*, Virum omnibus exinde satis notum, *miserrimi, hæretici, calumniatoris, Apollinaris, Arii que nomine traduxit*. Has IV. Orationes Nestorii recitat ex M. Mercatore Garnerius & notis illustrat.

XX. *Cyrillus scribit Monachis Ægyptiis ut sese Nestorio opponant.* Miserat *Nestorius* per fidos homines primum suum tractatum *de Incarnatione*, cum nonnullis aliis Homiliis in provincias, ad pestem latius spargendam. His in Ægyptum perlatis, *Cyrillo* Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopo necessitas imposita est scribendi ad Monachos, ut obviam iret malo, quod propter nonnullorum, quorum in manus scripta venerant, imperitam simplicitatem, & credulam levitatem timeri poterat: proclive enim erat, ut commotio animorum, quæ jam suborta fuerat, paulatim, ut fit alterc tione crescceret, & in pertinaciam erroris, hæresimque verteretur. Ita rem narrat Cyrillus ipse Cælestino Papæ in parte I. Concil. Ephes. cap. XIV. præstantis illius Epistolæ ad Monachos *exempla*, inquit Cyrillus in Epist. ad Cælestinum, *ad Constantinopolitanam Urbem quorundam opera deportata* (a Cyrillo suis Apocrisiariis missa sunt) *ibidemque lecta, tanto adjumento fuerunt, ut plurimi e Magistratu ejus rei causa per literas Cyrillo gratias egerint. Verum hoc ipsum Nestorio quoddam iræ contra Cyrillum susceptæ fomentum subministravit.* Jussit ergo Nestorius Photium quemdam respondere; & occultas primum, tum apertas inimicitias adversus Cyrillum exercuit. Cumque in Urbe Regia Ægyptii quidam versarentur, in quos Alexandrinus Episcopus propter infamiam vitæ ex Canonum præscripto animadverterat, eos *Nestorius* subornavit, ad calumniam *Cyrillo* faciendam, dandosque adversus ipsum sibi ac *Theodosio* libellos, quibus argueretur, non Ecclesiam modo male administrare; sed in Ægypto etiam contra Imperatorem & Magistratus turbas ciere, ut videre est in parte I. Concil. Ephes. cap. XII. in Epist. II. Cyrilli ad Nestorium, & in Apologet. Cyrilli ad Theodosium.

XXI. *Cælestinus PP. consulit Cyrillum de turbis a Nestorio excitatis.* Non tantum Constantinopoli; sed Oriente toto turbatum est, ut liquet ex Epist. I. Cyrilli ad Nestorium, occasione sermonum *Nestorii*: quos cum accepisset aliunde *Cælestinus*, simulque nuncios de turbis Ecclesiarum Orientalium, offensus inde, cum aliis Episcopis, quorum in cœtu relationem de cunctis fieri voluerat, consulendum



*ejusmodi nos in Ecclesia injuste ab injustis perpessi sumus, cuiusmodi ne infimæ quidem sortis homines in foro civili, nedum clerici & monachi, & archimandritæ experti sunt aliquando. Cæterum diu multumque in Episcopali Consistorio divexati, rursum fame tabescentes, inde ad supplicium ergastulum abripimur, eoque in loco non modico tempore conclusi asservamur. Neque illius furiæ his contentæ quieverunt, verum per quamdam imposturam magnificentissimo celeberrimæ Civitatis hujus Præfecto tradi nos curavit.*

XXXVII. *Per hunc ergo ferro onusti ad publicum reorum carcerem abstrahimur. Hinc iterum extracti, catenisque ut ante, impediti Prætorio sistimur. Cumque ibidem nullus plane, qui nos accusaret, præsto esset, ordine rursum ad Ecclesiasticum Concilium deducimur: hucque reducti, denuo ab illo in faciem cædimur. Denique compositæ orationi, fraudem quamdam, ut postea patuit, commentus (alium namque filium animo occultabat) naturalem Dei Filium ex sacra Virgine natum dixit: eumque in modum exceptos tandem dimisit.* Ista monachi talia perpessi exposuerunt in libello Theodosio dato: quorum modestiam magnopere illud commendat, quod eidem Imperatori ad postremum ista subjecerunt: *Quamobrem iterum atque iterum immortalem pietatem vestram obtestamur, ne Orthodoxam Ecclesiam. Orthodoxi piissimique regni vestri temporibus ab hæreticis adulteratam in postremum neglectui habeatis. Non expetimus contumeliam indigne nobis illatam vindicari, Deus novit: Desideramus autem Christianæ fidei fundamentum inconcussum, immotumque persistere. Vestra proinde majestas sacram & œcume-*

Modestia Monachorum commendatur.

XXXVIII. Nestorius in Cyrillum armatur. *Audio vim maximam Catholice sentientes, quibus nos communicamus, clericos sustinere: ita ut & his etiam civitas interdicta dicatur,* &c. Qui autem in viros sanctos sibi coram resistentes talia tantaque patrare non timuit vel erubuit, idem in absentes repugnantes sibi vibrare jacula totis viribus minime prætermisit. Quænam meditatus & omni dolo adversus Cyrillum Alexandrinum Episcopum est prosecutus, suis ipse Cyrillus litteris notum facit, illis præsertim quas primum hoc ipso anno ad eumdem Nestorium dedit, aliisque ad clerum Constantinopolitanum postea datis, quibus queritur missos a Nestorio tamquam præcones quosdam, qui nefanda crimina adversus ipsum Cyrillum ubique spargerent: sed quæ fuerint ista, ipsius Cyrilli ad eum redditæ litteræ patefaciunt. At contra Cyrillus omni egit tolerantia, mansuetudine & modestia, prout litteræ ab eo scriptæ ad Cælestinum Pontificem datæ demonstrant, in quibus post multa id genus hæc habet (a): *Fateor autem, in animo fuisse, Synodicis litteris ipsum commonefacere, nos cum eo communionem retinere non posse, qui talia doceret, ac saperet: ratus tamen lapsis manum porrigendam prostratosque tamquam fratres erigendos esse, hoc ipsum in hodiernum usque diem non feci: attamen ne nihil hic agerem, hortatus sum illum per litteras,* &c. Sed quid est quod ait, *Synodicis eum convenire litteris, nisi adversus eum Æ-*

(a) Extant inter epist. Cælestin.

PAGIUS dum ratus est super ea re *Cyrillum*, an perinde se res haberet, atque fama jactabat. Harum *Cælestini* literarum meminit Cyrillus in Epist. I. ad Nestorium. Uno eodemque circiter tempore Epistola adversus Homilias Nestorii missa est a Cyrillo, tum ad Monachos, ut eruditentur, tum Constantinopolim ad Clericos Alexandrinos, a quibus spargeretur: plures enim *Cyrillus* e suis Clericis eo submiserat, qui non tantum de more res agerent Ecclesiarum Ægypti in Urbe Regia; sed etiam qui excubarent pro Fide, certoque de singulis *Nestorii* molitionibus atque consiliis Præsulem suum monerent. Ab his cum nunciatum esset, *Nestorium* omnem lapidem movere, quo Epistolæ auctorem offenderet, literas dedit *Cyrillus* ad Nestorium, quibus & objecta purgaret, & motuum causas refunderet in suum auctorem, & querelas Romani Pontificis de Tractatibus a se missis exponeret, & pœnitentiam suaderet, & suam sponderet, in promovenda re Fidei, constantiam. Epistola hæc recitatur in parte I. Concil. Ephes. cap. VI. Acceptis literis *Nestorius* rescripsit per *Lamponem* Presbyterum, breviter quidem, sed non sine gravi Cyrilli accusatione, quod intemperantius ad se prior scripsisset.

XXII. *Nestorius tentat occupare animum Cælestini PP.* Atque hoc initium fuit apertæ contentionis inter duos majorum Sedium Antistites, Alexandrinæ & Constantinopolitanæ: quorum, ut erat maxima tunc auctoritas, exinde cœpit res agi magno animorum æstu, Orbe Christiano in duas partes diviso. Tentavit *Nestorius* occupare animum *Cælestini*, quia didicerat ex literis *Cyrilli* illum, lectis quibusdam tractatibus, qui *Nestorii* ferrentur, vehementer offensum esse: ad ipsum ergo Epistolam dedit, occasione Pelagianorum Episcoporum Constantinopoli existentium, misitque aliquot Tractatus, per *Antiochum* virum illustrem, qui venenum continerent, multis verorum Dogmatum involucris absconditum. Tres saltem hi Tractatus, quantum colligere licet ex Cælestini literis, & Cassiani libris, ab Antiocho delati sunt. Primus *de Incarnatione*, quæ turbarum causa. Alter in speciem *contra Macedonianos & Arianos*; tertius, qui veluti *adversus Apollinaristas*, reipsa in Catholicos existebat. Epistolæ initium est: *Fraternas nobis invicem debemus*, &c. Recitat eam Baronius anno CCCCXXX. num. III. & seqq. quia eam tantum eo anno datam existimavit.

XXIII. Oriente ita turbato videtur *Marius Mercator* suum Commonitorium obtulisse Theodosio Impe-

*gyptiorum Episcoporum Synodum cogere, eumque a sua ipsorum communione alienum pronunciare? Noluit equidem Synodum cogere, ut ipse in fine testatur, absque nutu (ut postea innotuit) Cælestini Romani Pontificis. Sed rursum idem Cyrillus in alia epistola (a): Quid (inquit) vetabat & nos quoque vocibus illius contraria scribere ac sentire; Anathema, si quis Mariam Deiparam esse negaverit? Verum id hactenus propter illum facere nolui, ne sint qui Episcopum Alexandrinum, Ægyptiorumve Synodum anathematis sententiam in Nestorium tulisse dicant.* Hæc idcirco, quod cum Nestorius anathema in omnes dixisset, qui Mariam Deiparam dicerent; etsi jure ipse contrariam huic sententiam ferre potuisset in omnes qui negarent Mariam Deiparam, tamen modestiæ, & pacis causa hactenus abstinuisse voluit.

(a) *Apud Act. Ephes. tom. 1. c. 8. edit. Pelt.*

XXXIX. Sed accipe, & illud Cyrilli mansuetudinis & animi moderationis his quoque temporibus exhibitum dignum exemplum. Cum clerici Constantinopolitani adversus Nestorium formassent libellum, quem offerrent Imperatori, primum omnium miserunt illum Alexandriam ad Cyrillum, ut de eo judicaret, & sententiam ferret. Ad quos ipse rescribens, ne darent illum persuasit, ne agere viderentur Nestorii accusatores: inter alia enim ista ad eos rescripsit: *Libellum supplicem vestra opera ad me missum, quasi is citra nostram sententiam Imperatori porrigi non debuerit, accepi & legi. Verum quod prolixe in eum incurrat, qui illic agit, nempe Nestorium (sive fratris, sive alio quocumque nomine censeatur) hactenus suppressi; ne adversus nos insurgens, se per nos hæreseos apud Imperatorem delatum cavillaretur.* Hæc ipse & alia plura id genus, quibus declaratur quam ægre, & obtorto (ut dicitur) collo Cyrillus protraheretur ad pugnam, licet bellum sanctissimum videretur, & sponte appetendum ab omnibus Orthodoxis adversus emergentem impietatem.

XL. Quam autem propensiori studio Christianæ charitatis Nestorii salutem Cyrillus summa patientia (quod charitatis proprium est) procuraverit, testantur plane litteræ ille ad amicum Nestorii scriptæ, quibus rogat, ut ab insania illa hominem retrahat: est illarum exordium (b): *Novi dilectionis tuæ sinceritatem, &c.* Et post multa, quo sit animo erga ipsum Nestorium, declarat his verbis: *Me itaque non offendit ullæ injuria vel contumelia, nec quamvis multæ illa convitia, quibus me petunt quidam, de quibus nihil tale suspicabar: sed in oblivionem abeant hæc omnia; judicabit autem eos Deus, qui talia nugati sunt. Modo salvi sint quæ fidem concernunt, & amicus ero & dilectus; nec cuiquam concedam, ut me religiosissimum Episcopum Nestorium diligendo superet, quem etiam (coram Deo loquor) in Christo celebrem esse cupio, &c.* Vidisti ne, lector, quales veri esse soleant Orthodoxi filii pacis, vere Israelitæ, pacifice progredientes ad bellum? nempe consueviſſe primum offerre pacem, quam & magis optent, salva fide, suscipi: præmittereque legationes, & dum rogant quæ pacis sunt, vibratos validos ab hoste ictus scuto excipere charitatis.

(b) *Cyrill. epist. 6.*

XLI. Sed quænam contra Cyrillum Nestorii arte probrosæ calumniæ sparsæ fuerint, alibi cum scribit postea ad clericos Constantinopolitanos (c) recensetur: nimirum col-

(c) *Cyril. epist. 7.*

PAGIUS *M. Mercator offert Commonitorium suum Theodosio Imp.*

perat. contra *Julianum* & *Cælestium*, cæterosque Pelagianos, in quo totam ejusmodi hominum causam ita patefecit, ut cunctis innotesceret, quos homines amicitia sua Nestorius foveret. Hæc Operis inscriptio: *Item exemplum Commonitorii, quod super nomine Cælestii Græco sermone a Mercatore datum est, non solum Ecclesiæ Constantinopolitanæ; sed etiam plurimis religiosissimis viris, oblatum quoque pissimo Principi Theodosio semper Augusto, id ipsum ex Græco in Latinum translatum per eumdem Marium Mercatorem Christi servum in Consulatu Florentii & Dionysii VV. CC. per quod Commonitorium cognito funestissimo errore, Imperiali præcepto tam Julianus defensor & sequax ejus cum cæteris sociis & particibus suis, quam postea idem Cælestius, de Constantinopolitana Urbe detrusi, in Synodo quoque Ephesiensi ducentorum septuaginta quinque Episcoporum sententia postmodum in præsenti damnati sunt.* Commonitorium itaque hoc anno Florentii & Dionysi Consulatu notato e Græco in Latinum versum, postquam iam Imperatori oblatum fuisset, & *Cælestius* anno CDXXXI. damnatus in Concilio Ephesino.

XXXIV. Oblata est etiam Theodosio supplicatio a *Basilio Diacono* & Archimandrita, aliisque sanctis Monachis, qua post expositа quæ hactenus indigne passi essent, paterenturque quotidie a *Nestorio*; post objectum quoque libera simplicitate Imperatori suum hæretici patrocinium, duo Maxime postulabant: alterum convocari Synodum qua dissensiones fidei tollerentur, alterum, comprimi Nestorianorum audaciam, ne interim pergerent, bacchari. Temporis ratio conficitur ex eo, quod in illa supplicatione res Nestorianæ dicuntur perinde se habere ac in literis *Nestorii* ad Cælestinum; augeri nimirum & invalescere in dies, *Nestorio* multos, ut ipse quidem mentitur, errorem, dedocente, ut autem verius Monachi aiebant, minis & verberibus terrente. Recitatur hæc supplicatio part. I. Conc. Ephes. cap. XXX. ex qua varia refert Baronius num. XXXV. & seqq. Tunc etiam, *Cyrillus* respondit nonnullis querentibus, quod cum audisset impiam *Nestorii* doctrinam ruere in pejus, non continuisset se se, tacendoque passus esset, ipsam per se interire; sed e contrario misisset Constantinopolim Epistolam, quam ad Monachos Ægyptios scripserat, eaque sparsa in vulgus *Nestorium* exacerbasset, & quasi coegisset, pertinaciter obfirmare animum alienæ reprehensionis impatientem. Scripto *Cyrillus*

*Basilius alique Monachi Theodosio exponunt quæ passi sint a Nestorio.*



collegisse Nestorium circuitores, & deploratos homines, qui ad hoc vagarentur, & ubique locorum adversus ipsum Cyrillum probra disseminarent: erant isti Cheremon, Victor, Sophronius, & alii: testatur id etiam in epistola ad Acacium (a) & illis ad ipsum Nestorium datis litteris, quarum est exordium (b): *Intelligo quosdam*, &c. ubi inter alia: *Jactant autem voces in me insania plenas: hic quidem, quod cæcos egenosque per injuriam oppresserim: alius quod ferrum in matrem strinxerim: nonnulli, quod ancillæ præsidio aurum alienum abstulerim: quidam denique, quod ejusmodi improbitatis suspicione laboraverim semper, cujusmodi ne infestissimos quidem hostes laborare optaverit quispiam. Verum istos, & si qui ejus farinæ sunt alii, non multum moror; ne supra magistrum, & Dominum, vel etiam supra majores meos tenuitatis meæ mensuram extendere videar. Fieri enim vix potest (quamcumque demum vitæ rationem inieris) ut pravorum maledicorumque hominum dentes evadas. Sed illi quidem maledicentiæ, & acerbitatis os plenum habentes, coram omnium Judice causam olim dicturi sunt. Ego vero ad id denuo reversus, quod me potissimum decere existimo, te veluti fratrem in Domino etiamnum admonere non gravabor, &c.* Porro istas omnes calumnias inania prorsus fuisse figmenta, inde perspicuo colliges, quod in judicio Ephesino, ubi ejus accusatores auditi sunt om-

(a) *Cyrill. epist. 14.* (b) *Cyrill. epist. 8.*

Calumniæ in S. Cyrillum sparsæ a Nestorio.

*Ann. Eccl. Tom. VII.*



nes, nec unus ausus est de his adversus Cyrillum libellum accusationis offerre.

XLII. Intueris ne vel ex his saltem (appello te iterum, lector) penes horum alterutrum, vel Nestorium, vel Cyrillum, sit veritas, & qui Deo militet, vel diabolo? Furit ille, clamat, fremit, dissecatur corde, stridet dentibus, infligit verbera: iste contra modeste, patienter, atque quiete rem agit, obtemperans divinæ legi jubenti (c): *Si quando accesseris ad expugnandam Civitatem, offeres ei primum pacem:* hæc plane suadet & jubet Spiritus lex: etenim ex sententia Jacobi (d): *Quæ desursum est patientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non judicans, sine simulatione.* His plane legibus obsecutus S. Cyrillus, charitatis, & pacis frequenter & ubique in toto hoc progressu reliquit impressa vestigia; quod & crebro erit inspicere in litteris ab ipso datis ad diversos anno sequenti: etenim præter quam ad Nestorium, hoc anno ad neminem se ea de re scripsisse, idem ipse Cyrillus testatur in dicta epistola ad Cælestinum sequenti anno conscripta, illis verbis: *Ad nullum alium consacerdotum nostrorum scripsi.* Hæc quidem satis de Orientalibus turbis Nestorii causa hoc anho magno damno Fidelium excitatis.

(c) *Deut. 20.* (d) *Jac. 3.*

Indicium patens cognoscendi hæreticum a Catholico.

XLIII. Quo ipso tempore, defuncto Prailio Hierosolymorum Episcopo in locum ejus subro-

PAGIUS *lus* exposuit, tum facti sui causas, tum negotii momentum, quod silentium nequaquam permitteret. Videatur pars I. Concil. Ephes. cap. X.

XXV. *Cyrillus secundam ad Nestorium Epistolam scribit.* Interim a suis Constantinopoli morantibus accepit *Cyrillus* quartum Nestorii sermonem adversus *Proclum*; immo & intellexit a quibus calumniam in Urbe, quibusve incentoribus pateretur; rescivit etiam homines, qui *Nestorii* partes sequebantur, de pace verba facere. Quare scripsit ex Synodo Alexandrina, quæ singulis annis de more habebatur, secundas ad *Nestorium* literas, quibus & se ab improbis ipsius adulatoribus injuriam pati quereretur, & sermonem quartum in *Proclum*, quasi aliud agens, refelleret. Habetur ea Epistola part. I. Concil. Ephes. cap. VIII. & in Concilio Chalcedonensi data dicitur *mense Mechir, indictione XII.* Ægyptii mense Mechir a die XXVI. Januarii nostri auspicantur, ideoque cum ea Epistola indictione XII. scripta sit, ad anni hujus initium pertinet. Hujus Epistolæ partem recitat Baronius num. XLI. Sub idem temporis, immo eadem via, suos illos Apocrisarios, misso Commonitorio *Cyrillus* docuit, qua ratione deberent, si de pace tractaretur, gerere se cum Nestorianis, quibus pacisci conditionibus; quid ad quæstiones respondere; quid in congressibus dicere; quam testari suam esse animi sui sententiam, &c. Scriptum incipit: *Legi literas missas a vobis*, &c. & habetur part. I. Concil. Ephes. cap. XII.

XXVI. *Nestorius secundam ad Cyrillum scribit epistolam, hicque rectam fidem exponit.* *Nestorius* tempore Quadragesimæ, secundæ *Cyrilli* Epistolæ, secundam & ipse suam repositi, quæ cum legeretur in Concilio Ephesino, visa est Patribus continere doctrinam Catholicæ contrariam, nec immerito; cum Cyrillianæ secundæ contradiceret, quæ secunda quædam erat fidei a Majoribus acceptæ expositio. Extat ea Parte I. Concil. Ephes. cap. IX. Scripsit etiam *Nestorius* iterum *Cælestino* Papæ, retulitque de Pelagianorum causa. Literas detulit *Valerius* vir illustris, qui fidem faceret, non scriptis tantum *Nestorii*, cujus erat amicissimus; sed iis etiam, quæ dicturus erat de rebus Constantinopolitanis, ideſt, de *Pelagianorum* querelis apud Imperatorem, & de contentionibus Nestorii, partim cum *Cyrillo* urbisque Regiæ Clero, partim cum aliis ipsius doctrina offensis. Epistolæ exordium est: *Sæpe scripsi Beatitudini tuæ propter Julianum*, &c. Hanc Epistolam Baronius anno sequenti num. VII. recitat. Cum vero Cyrillus ex suis didicisset intepescere fidelium ardorem, Nestorianorumque animos accendi, invalescente in dies apud multos opinione, quod de dogmate quæstio non esset, sed de unica tantum vocula, veritus ne vafer hæreticus, & *Cælestino* per literas, & *Theodosio* blandis sermonibus, & aliis Ecclesiis per fidos ministros imponeret, dedit ad *Cælestinum* literas, & ad alios scriptam rectæ fidei expositionem misit, partim ad *Theodosium*, partim ad *Pulcheriam*.

XXVII. Ad num. XLIII. & seq. *Praylius* Episcopus Hierosolymitanus ultra annum CCCCXXV. non vixit

Juvenalis Episc. Hierosolymit. post Prailium.

subrogatus est Juvenalis. Haud quidem ad longioris temporis spatium constat Prailium propagasse sedem, cum extent Cyrilli Alexandrini Episcopi litteræ sequenti anno ad Juvenalem Hierosolymitanæ sedis Antistitem datæ: quamobrem necessario affirmandum est, irrepsisse mendum in Nicephori Chronicon, ubi sedi Prailii anni viginti adscribuntur; cum, habita ratione ejus prædecessoris, nempe Joannis decessus, eum nonnisi annos tredecim in sede eadem transegisse dicendum sit. Quantum vero temporis sederit Juvenalis, in fine ipsius dicendum erit.

XLIV. Haud multum temporis intercessit, cum hoc anno creatus Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus idem ordinavit Petrum primum Episcopum Saracenorum, quem diximus ex duce ipsorum a S. Euthymio esse ad fidem Christianam conversum. De hujus in Episcopum promotione superius dictum est: hic autem ad certum ejus ordinationis tempus declarandum, oportuit iterum meminisse: nam hoc, vel sequenti anno id accidisse, inde certum deducitur argumentum, quod reperiatur ipse Petrus (ut dicemus) interfuisse post sequentem annum Ephesino Concilio: qui nec ante præsentem annum ordinari potuit, cum nondum creatus esset Juvenalis Episcopus Hierosolymæ, qui dictum Petrum Pontificem gentis Saracenorum ordinavit. Magna quidem Dei providentia factum est, ut quo tempore Dei Ecclesia gravia passura esset ab illis, qui eam propagare deberent in exteras regiones, & bar-

PAGIUS vixit, ideoque eo anno *Juvenalis* ei successit. Quare cum Praylius Episcopatum susceperit anno CCCCXVI. ut suo loco diximus, sedit annos decem eosque incompletos, licet in Chronico Nicephori Librariorum errore ei anni XX. & menses VI. in Tabulis vero Theophanis anni XX. adscribantur: Non dubito tamen, quin in Nicephoro, *loco, annos XX. legendum sit, annos X.* In Vita sancti Euthymii a Cyrillo Monacho scripta dicitur, *Juvenalem* Lauram hujus Sancti Abbatis dedicasse anno LII. Euthymii ipsius, *die VII. Maii, indict. XI.* ideoque anno superiori, quo usque ad mensem Augustum annus LII. Euthymii in cursu fuit. Natus est enim Euthymius, *mense Augusto quarto Gratiani Consulatu*, ut habet Cyrillus. Sed ex hoc similibusve argumentis deduci tantum potest, *Juvenalem* jam anno superiori Ecclesiam Hierosolymitanam rexisse. Licet autem anno CDXXVIII. quo ea dedicatio peracta, Dominica non inciderit in diem septimam Maii, hæc tamen dies apud Sancti Euthymii discipulos solemnis erat, indeque novum templum in hujus Sancti honorem constructum, die etiam septima Maii dedicatum fuit, eodemque pariter die ejus *Laura*, mutata in Cœnobium, etiam dedicata, ut infra videbitur. *Juvenalis* paulo post suam ordinationem *Petrum* Episcopum Saracenorum, quem ex Duce ipsorum a Sancto Eutymio esse ad fidem conversum ostendit Baronius anno CCCCXX. num. XXXVII. confecravit. Porro ex Saracenis alii Persas, alii Romanos colebant, ut Procopius lib. 1. de bello Persic. cap. 17. & Menander Protector docent. Dividebantur vero in *Phylas* seu *Tribus* duodecim, ut Nonnosus in Legatione, & Orosius initio suæ Historiæ scribunt ac singulis Tribubus præerant *Phylarchi*, ut vocabant. Denique Petrus *primus* ordinatus fuit *Episcopus copiarum, quæ erant in Palæstina*, inquit Cyrillus in Vita Sancti Euthymii. De Saracenis vero Palæstinis legendus Procopius ibid. cap. 19.

*Moritur Praylius Episc. Hierosolymorum.*

XXVIII. Cum Sanctus *Lupus* anno superiori Episcopus Trecensis dictus fuerit, quo tempore *Hilarius* Honorati Episcopi Arelatensis successor adhuc Monachus Lerinensis erat, ut anno superiori diximus, liquet mortem ejusdem Sancti *Honorati* ad hunc annum pertinere, at non ad diem decimum sextum mensis Januari, quo eam Bollandus ejus vitam explicans, aliique passim collocant, quia sc. in Martyrologiis eo die colitur. Sanctus enim *Hilarius* ejus successor in oratione funebri, quam de eo habuit, num. 29. ait Honoratum *Epiphaniorum die* in Ecclesia sermonem habuisse, cum jam in morbum incidisset, qui morbus *ingravescens, octavo eum vel nono die a solemnitate prædicta, paulatim attenuando confecit*, inquit Hilarius, ideoque uno aut altero ante die Sanctus *Honoratus* ex hac vita migravit, & die XVI. Januarii sepulturæ attribuendus. De Sedis ejus duratione hæc tantum habet Hilarius num. 26. Arelatensis alloquens; *Brevi tempore, quo vobis indultus est*, & Sanctus Honoratus Massiliensis Episcopus in Vita ejusdem Sancti Hilarii cap. 6. tradit, eum *emenso biennio*, vita functum esse, indeque consequens est, ejus Episcopatus initium incidisse in finem anni CDXXVI. In Vita quidem Sancti Hilarii juxta editionem Henschenii, ad diem V. mensis Maii, loco horum verborum, *emenso biennio*, legitur, *gemens a biennio*, sed error ille ex editione Quesnelliana emendandus. *Hilarius* in laudata oratione gloriatur, quod Sancti *Honorati* exhortatione mundum reliquerit, & insulæ Lerinensis incola effectus fuerit. Liberaliter & nobilissime educatus fuerat *Hilarius*, factusque Episcopus omnes ultimæ paupertatis numeros explevit: bona enim sua aut pauperibus reliquit, aut vendita pauperibus erogavit, ut habet Auctor librorum de Vita Contemplativa lib. 2. cap. 9. idque exemplo Honorati decessoris & Venantii hujus fratris, de quibus *Hilarius* in citata oratione: *Possessio quæ pauperibus, ex quo ab ipsis fuerat possessa servierat, pauperibus nunc distribuenda distrahitur*, quando nempe patriam reliquere Baronius, qui eam orationem non viderat, in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem XVI. Januarii ait. *Honoratum* vixisse usque ad Sixti III. Pontificis Romani tempora, sed nunc certum est, mortem ejus ultra præsentem annum differri non posse.

*Moritur S. Honoratus Episc. Arelatensis.*

XXIX. Sub hujus anni Coss. *III. Kalend. Jun.* Theodosius dedit legem 29. Cod. Theod. *de Judæis*, quæ de auro coronario duo indicat. Primum, aureum Canonem quondam Patriarchas Judæorum coronarii auri nomine de Synagogis omnibus etiam Occidentalium partium exegisse. Secundum, post *excessum* Patriarcharum Primates *Judæorum* hoc sæculo hanc pensionem susceptisse. Ex quo Blondellus libro contra Primatum Ecclesiæ pag. 532. & Gothofredus in hujus legis Comment. recte colligunt, *Patriarchas* Judæorum nullos amplius hac tempestate fuisse, electosque deinceps *Primates*, quibus cum successionis jure patri-

*Finis Patriarcharum Judæorum.*



barbaros populos; tunc acciderit, ut iidem barbari omnium immanissimi ad fidem Christianam se sponte contulerint, & ex eis unus constitueretur Episcopus, qui cum aliis sanctis Patribus Nestorium damnaturus esset in Concilio Ephesino: *Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS triarchatus deferretur, quod ex Epiphanio hæresi 30. quæ est Ebionitarum, evidens est. Sane Theodoretus quoque lib. I. Dialogorum, quos scripsit contra Eutychianos post annum CCCCLI. sua ætate nullos amplius Judæorum Patriarchas fuisse prodit, qui desiisse videntur sub Theodosio Juniore, inter annum CCCCXV. & currentem. Jussit autem Theodosius prædicta lege, ut Judaicum illud coronarium suis largitionibus inferretur, idest Fisco suo vindicaretur. Plura Gothofredus citatus.

ut plane impletum fuerit Dominicum illud oraculum (*a*): *Multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob; filii autem Regni eiicientur in tenebras exteriores.* (*a*) *Matt.* 8.

R r 2 Tri-

XXX. Divus *Augustinus* hoc anno postquam *Prosperi* & *Hilarii* Monachi literas accepisset, libros duos de *Prædestinatione & de Dono perseverantiæ* composuit, ac præterea quatuor libros, & forte quintum Operis imperfecti in *Julianum*, ut anno superiori ostendimus. De literis *Prosperi* & *Hilarii* & libris duobus de prædestinatione & de dono perseverantiæ, egimus anno CCCCXXVI. Initium itaque *Semipelagianorum* ad hunc annum retrahendum.

*S. Augustinus varios libros scribit.*

*Vandali* ex Hispaniis in Africam navigarunt, ut anno superiori visum est.

*Vandali Africam occupant.*

I. Nestorii, & Cyrilli litteræ ad Cælestinum allatæ.

TRigesimus supra quadringentesimum Christi annus amborum Augustorum Consulatu, Theodosii nimirum decimotertio, Valentiniani vero tertio, clarus illuxit, sed Catholicæ Ecclesiæ ob concitatas per Nestorium turbas ærumnosus: quo litteræ ipsius Nestorii una cum aliis ejus scriptis pro defensione hæresis lucubratis, per Antiochum virum illustrem Cælestino Romano Pontifici redditæ sunt. Cum paulo post, ante etiam quam ipsa Nestorii scripta in Latinum translata essent, opportune contigit adventus Romam Possidonii diaconi Ecclesiæ Alexandrinæ ad eumdem Cælestinum Romanum Pontificem; cui cum litteras, tum etiam volumina dedit; quibus Nestorii execranda impietas omni ex parte latissime confutabatur. Quid autem, his acceptis atque perlectis, statuerit Cælestinus contra Nestorium, litteræ ab ipso tum ad eum, tum ad Cyrillum, & alios eadem ex causa redditæ, apertissime indicabunt: de quibus omnibus antequam agamus, ex more, consignanda est certa firmaque demonstratione ipsa veritas temporum; qua stabilita, res quæ tractandæ sunt, clariori veritatis nitore perspicuæ in omnibus effulgebunt.

II. Possidonii legationis tempus.

Cum ex redditis a Cælestino Rom. Pontifice ad Nestorium litteris satis liquido ac manifeste dicatur, eodem ferme momento temporis quo ipse litteras Nestorii accepit, superveniisse Possidonium cum litteris Cyrilli ac voluminibus ab ipso missis, & antequam Latinitati redderentur Nestorii scripta, legisse Cælestinum quæ per eumdem Possidonium missæ erant, Cyrilli chartas Latine scriptas: certo certius affirmandum est, eodem anno quo contigit legatio Possidioni, æque evenisse reddi Nestorii litteras Cælestino. Erat hic Possidonius Ecclesiæ Alexandrinæ diaconus, ut litteræ hoc anno datæ ab ipso Cælestino ad Joannem Episcopum Antiochenum in fine significant: quem quidem hoc item ipso anno Romam a Cyrillo ad Cælestinum venisse legatum, inde potest intelligi, quod litteræ (*a*) ab ipso Cælestino ad Nestorium tunc primum redditæ, datæ hoc anno leguntur, tertio Idus Augusti, sub dictis anni hujus Consulibus Theodosio decimumtertium, & Valentiniano tertium, licet mendose legatur in edita nuper Cælestini ad Nestorium epistola Consulatus Theodosii decimusquartus cum Valentiniani tertio: nam nonnisi decimustertius Theodosii Consulatus cum tertio Valentiniani contigisse, Fasti omnes manifeste demonstrant; ut ex Consulatibus eorumdem qui præcedunt, & subsequuntur, absque aliqua vel levi dubitatione potest intelligi.

(*a*) *Cælest. ep. 6. to. 1. epist. Rom. Pontif.*

III. His igitur in hunc modum de veritate temporis stabilitis, jam describamus hic litteras ab ipso Nestorio ad Cælestinum Romanum Pontificem missas, quæ tamen nonnihil mendosæ in veteri scripto codice leguntur his verbis (*a*):

(*a*) *Ex codice Antonii Augustini.*

*Fraternas nobis invicem debemus collocutiones, ut * una inter nos secundum obtinente concordia pugnaturi diabolum pacis inimicum. Quorsum hoc antiloquium Julianus quidam, & Florus, & Orontius, & Fabius, dicentes se Occidentalium partium Episcopos, sæpe & pissimum, & prædicatissimum Imperatorem adierunt, ac suas causas deflevisse, tamquam Orthodoxi temporibus Orthodoxis persecutionem passi: sæpe eadem & apud nos lamentantes, ac sæpe rejecti, eadem facere non desierunt: sed insistunt per dies singulos implentes aures omnium vocibus lacrymosis. His quidem ad eos sermonibus, quibus oportuit, usi sumus, cum negotii eorum veram fidem nesciremus. Sed quoniam apertiore nobis de causis eorum notitia opus est, ne pissimus, & Christianissimus Imperator noster molestiam sæpe ab his sustineat; ne nos, ignorantes eorum causas, circa negotii defensionem dividamur; dignare nobis notitiam de his largiri: ne vel quidam ignorando justitiam veritatis, importuna miseratione conturbentur, vel canonicam indignationem beatitudinis tuæ, quæ contra eos pro sectis religionis forte probata est, aliud quiddam quam hoc æstiment. Nam sectarum novitas multum * meretur defensionem a veris pastoribus. Unde & nos non modicam corruptionem Orthodoxiæ apud quosdam hic reperientes, & ira & lenitate circa ægros quotidie utimur.*

* unanimiter nobiscum obtinente concordia impugnaturi.

*Est enim ægritudo non parva, sed affinis putredinis Apollinaris & Arii: Dominicam enim in homine unionem ad cujusdam contemperationis confusionem passim commiscent; adeo ut & quidam apud nos clerici, quorum alii ex imperitia, alii ex hæretica fraude in se olim celata * , qua plurima, & Apostolorum temporibus contigerunt, tamquam hæretici ægrotent, & aperte blasphement Deum, Verbum Patri Homousion, tamquam originis initium de Christotoco Virgine sumpsisse, & cum templo suo ædificatus esset, & carni consepultus; eumdemque dicunt post resurrectionem commiscuisse carnem, sed in naturam transisse Deitatis (ut in compendio dicam) & Deitatem Unigeniti & ad originem conjunctæ carnis referunt, & commortificant carni. Carnem vero conjunctam Deitati ad Deitatem transisse blasphemant ipso Verbo Deificationis: quod nihil est aliud, nisi utrumque corrumpere: sed & Virginem Christotocon ausi sunt cum modo quodam, Theotocon dicere: hanc enim Theotocon vocantes* (ita quidem legendum esse persuadet, quod in Concilii Ephesini Actis hæc sic reddantur (*b*): Citra horrorem sacram Virginem Dei genitricem appellant) *non perhorrescunt, quod sancti illi, & supra omnem prædicationem Patres per Nicæam nihil amplius de sancta virgine dixissent, nisi quia Dominus noster Jesus Christus incarnatus est ex Spiritu sancto, & Maria Virgine. Et taceo Scripturas, quæ ubique Virginem matrem Christi, non Dei Verbi, & per Angelos, & per Apostolos prædicarunt.*

* nullam

(*b*) *Tom. 1. Conc. edit. Nicol.*

* quæ est.

V. *Propter quæ quanta certamina sustinuimus, æstimo famam præcedentem docuisse beatitudinem tuam; hoc quoque attendentem, quod non frustra certaverimus: sed emendati sunt, gratia Domini, multi ex his qui perversi erant discedentes a nobis, quia † propria & parient Homousios nativitas, cui vivere commissa est: illa in homine unio creaturæ est humanitatis Dominicæ, Deo conjunctæ ex Virgine per Spiritum. Si quis autem hoc nomen Theotocon propter natam humanitatem conjunctam Deo Verbo, non propter parentem proponent; dicimus quidem hoc vocabulum in ea quæ peperit, non esse conveniens. Oportet enim veram matrem de eadem esse essentia * ex se natum. Ferri tamen potest hoc vocabulum propter ipsam considerationem, & quod solum nominetur de Virgine hoc verbum propter inseparabile templum Dei Verbi ex ipsa, non quia ipsa ma-*

† *locus depravatus.*

PAGIUS ni, mysteriumque Incarnationis ita exposuit, ut qua ratione Deus dicatur mortuus, unde *Nestorius* calumniam maxime faciebat Catholicis, manifeste explicaret. Sub finem potissimum orationis omnes hortatus est ad indigentium sublevationem, cujus neglectæ *Nestorius* accusabatur. Interim *Possidonius* Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconus literas *Cyrilli* Romam attulit, quod *Cælestinus* Nestorio scribens innuit, ut videre est part. I. Concil. Ephes. cap. XVIII. *Dudum* inquit, *sumpsimus Epistolas tuas, quibus in angusto nihil potuimus dare responsi: erat enim in Latinum sermo vertendus; quod cum, licet sero factum, sanc-*

*cti fratris & Coepiscopi mei Cyrilli probatissimi Sacerdotis per filium meum Possidonium Diaconum talia de te scriptæ susceperimus, quibus his qui de tua ordinatione retulerant, periisse suum testimonium doleremus.* Nestorii literas ad Cælestinum recitat Baronius num. III. & seqq. Secundas vero ejusdem Nestorii ad eumdem Pontificem literas num. VI. & seq. & denique Epistolam Cælestini ad Nestorium num. XIV. & seqq. Hæc data dicitur *tertio Idus Aug. Theodosio IV. & Valentin. III. Augg. Coss.* Sed loco IV. legendum, XIII. Epistolæ Nestorii ad Cælestinum sunt fine die & Consule. Prior Epistola Nestorii ad Cælesti-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5923.

SÆC. V. ⊙ 19. E. ☽ 13. P. 30. Mart. Indict. 13.

Anno Eræ Hispan. CCCCLXVIII. JESU CHRISTI 430.

A.C. 430. CÆLESTINI PAPÆ 9.

THEODOSII JUN. 29. & 23.

VALENTINIANI III. IMP. 6.

I. *Tricennalia Theodosii & Valentiniani Quinquennalia.*

[1] COSS. *Theodosius* Aug. XIII. & *Valentinianus* Aug. III. Sumptus ab utroque Consulatus, quia ille in Oriente *Tricennalia* Imperii vivente patre susceperat; hic vero in Occidente Augustei Imperii *Quinquennalia* dedit. De Theodosio sub hujus anni Coss. scribit Marcellinus; *Theodosius Imp. Tricennalia gessit.* Extat Nummus hujus Imperatoris, in cujus antica visitur Theodosius cum his verbis circum: DN. Theodosius Pe Aug. ideſt) *perpetuus Augustus.* In postica repræsentantur duæ figuræ habitu Consulari indutæ, & circum hæc verba leguntur: Vot. XXX. mult. XXXX. infra, Conob. ideſt, *Constantinopoli obsignata*, nempe moneta. Vide quæ de eo nummo diximus anno CCCXCIV. num. II. Cum itaque duæ figuræ illæ Consulares Theodosium & Valentinianum exhibeant, liquet, non solum utrumque hoc anno præfata solemnia edidisse; sed etiam ex illis ea, quæ tam præcedentibus quam subsequentibus annis data sunt, dirigenda esse. Porro nummus ille aureus Theodosii repræsentatur Tom. I. Musæi Farnesiani.

II. *Possidonius Romam adversus Nestorium a S. Cyrillo mittitur.*

A num. I. ad XXVII. Sanctus *Cyrillus* Episcopus Alexandrinus die Epiphaniorum diem Paschatis hujus anni indixit, & de more ad omnes Ecclesias misit homiliam Paschalem ordine XVIII. currebat enim ea die annus XVIII. Pontificatus ejus. In ea usus allegoria pugnæ cum pravis animi motibus ineundæ, visus est fideles incendere ad pugnandum fortiter prælium Domini

NOTÆ [1] COSS. *Theodosius Aug.* XIII. & *Valentinianus Aug.* III. Vetus fragmentum sepulcralis lapidis in pavimento basilicæ S. Laurentii extra muros Urbis exscripti A. D. 1736. ita habet:

. . . . . .
. . . . POSITVS ES NONA. . . .
Theod OSIO XIII. ET VALENTI
. . . . N SS. GEMINA SE VIV. . . .

Prosper MS. *Theodosio* XIII. & *Valentiniano ter.* Paschalis laterculus in codice Gennadii: *Theodosio* VII. (pro XIII. & III. ideſt *Valentiniano tertium*, Prosper editus, Idatii Fasti, & Marcellinus; *Theodosio* XIII. & *Valentiniano* III.

*mater sit Dei Verbi: nemo enim antiquiorem se parit. Hæc quidem existimo præcedentem famam significasse. Exponimus vero etiam nos quæ contigerunt. Rebus ostendimus, quia fraterno animo negotium eorum, quos prædiximus, nosse cupimus, non desiderio curiositatis importunæ, cum & nostra narramus tamquam fratres fratribus, veritatem sectarum nobis invicem publicantes, ut sit mihi principium litterarum verissimum. Dixi enim, cum has litteras inciperem, quia fraternas nobis debemus invicem collocutiones. Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem, & qui mecum sunt, salutamus.* Hactenus Nestorii litteræ ad Cælestinum scriptæ ab eo prætensa causa Pelagianorum Episcoporum,

VI. Hi quidem damnati in Occidente, & sedibus expulsi, Constantinopolim commigrarunt, a Theodosio Imperatore auxilium imploraturi: quorum itidem occasione aliis quoque post hæc se dedisse litteras, idem Nestorius testatus est posteriori epistola ad Cælestinum data: quas ab eodem codice acceptas hic tibi cudendas curavimus. Quem autem primo loco posuit Julianum, ut Pelagianorum signiferum, haud alium esse putamus, quam illum Episcopum Capuanum patria Atellanensem, ut Prosper in Chronico docet, quem sanctus Augustinus contrariis scriptis exagitavit. Posterior vero epistola Nestorii ad Cælestinum sic se habet (*a*):

(*a*) *Ex codice Antonii Augustini.*

VII. Posterior epistola Nestorii ad Cælestinum.

*Sæpe scripsi beatitudini tuæ propter Julianum, Orontium, & cæteros, qui sibi usurpant Episcopalem, dignitatem & creberrimam additionem apud piissimum, & prædicatissimum Imperatorem faciunt, nosque concidunt frequentibus lamentationibus, tamquam temporibus Orthodoxis de Occidente projecti. At hucusque scripta de his a tua veneratione non suscipimus; quæ si haberem, possem eis respondere, daremque compendiosum responsum luctibus eorum: nunc enim ab incertis dictis eorum non habet quis ad quod se convertat; aliis hæreticos eos vocantibus, & ideo de Occidentalibus patribus * projectos esse dicentibus; ipsis vero jurantibus calumniam se sustinuisse, & periculum pro Orthodoxa fide ex subreptione perpessos. Quorum utrum certum sit, nobis gravis est ignorantia. Nam condolere eis, si vere hæretici sunt, crimen est; & iterum non condolere, si calumniam sustinent, durum & impium est. Dignetur igitur amantissima Dei anima tua informare nos, qui ad utrumque momentum hucusque dividimur, id est, & ad odium, & ad miserationem eorum: doceri autem volumus quam de his sententiam teneamus: detineamus enim eosdem viros per dies singulos dissimulantes spe & expectatione beatitudinis tuæ. Non est enim, o venerandissime (sicut nosti) res vilis discussio piæ sectæ, nec parva est probatio eorum qui hoc agunt. Multus enim etiam nobis labor hic celebratur, dum elaboramus eruere sordidissimam impietatem pessimæ opinionis Apollinaris & Arii de Ecclesia Dei: nescio enim quemadmodum quidam de Ecclesiasticis quamdam contemperationis imaginem Deitate, & humanitate Unigeniti accipientes ægrotant ægritudine prædictorum hæreticorum, dum & corporis passiones audent superfundere Deitati Unigeniti, & immutabilitatem Deitatis ad naturam corporis transisse confingunt; & utramque naturam, quæ per conjunctionem summam, & inconfusam in una persona Unigeniti adoratur, contemperationis mutabilitate confundunt. Cæci, qui nec sanctorum illorum Patrum expositionem meminerunt, aperte ad eos reclamantes: Credimus in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei incarnatum ex Spiritu sancto, & Maria Virgine. Hæc enim vox in nomine quod significat utramque naturam, id est, Christus est Deitati Patris Homousius, humanitas vero posterioribus temporibus nata est ex sancta Virgine, quæ propter conjunctionem Deitatis ab Angelis, & hominibus simul colitur. Eum ergo qui hic propter sectarum pravitatem tot laboribus fatigatur, confidero, quid iterum pati necesse est, si negotium prædictorum virorum nesciat, timeatque nimis ne additamentum hæreticorum per ignorantiam hic positus faciat. Unde rogo, ut undique studiosum sit sanctæ animæ tuæ donare notitiam prædictorum virorum, maxime*

* partibus.

PAGIUS lestinum, cujus initium, *Fraternas nobis*, &c. data est anno superiori, ut ibidem ostendimus, & per *Antiochum* illustrem virum Sancto Cælestino cum quaternionibus expositionum tradita. *Nestorius* enim in ea multa jam se sustinuisse certamina dicit: imo & plures tum de Clero, tum de Monachis, qua vi, qua promissis, coegerat sibi consentire: & rerum Constantinopoli gestarum fama late per Orbem sparsa erat. Quare quæ refert *Nestorius*, contingere non potuere nisi anno CCCCXXVIII. aut insequenti. Corruptissima erat illa Epistola, sed eam pluribus locis emendavit Garnerius Tomo I. M. Mercatoris pag. 67.

*Nestorius* licet a se rejectos fuisse Pelagianos ad Cælestinum scripserit, benigne tamen illos excepit, ideoque novum se illis advocatum exhibuit. In prioribus enim ad Cælestinum literis scripsit: *Julianus quidam, & Florus, & Orontius, & Fabius dicentes se Occidentalium partium Episcopos sæpe & piissimum, & prædicatissimum Imperatorem adierunt, ac suas causas deflevernnt tanquam Orthodoxi temporibus Orthodoxis persecutionem passi, sæpe eadem & apud nos lamentantes, ac sæpe rejecti eadem facere non desierunt; sed insistunt in dies singulos implentes aures omnium vocibus lacrymosis.* Postea nescire se fingit causas, ob quas illi proscripti essent eni-

III. *Binas ad Cælestinum PP. Nestorius scribit Epistolas.*



*me cum litterarum sequester fidelissimus Valerius cubicularius possit beatitudini tuæ per se exponere molestias eorum. Omnem in Christo fraternitatem, quæ tecum est, ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus.* Hactenus Nestorii ad Cælestinum litteræ pro Pelagianis primo loco scribentis.

VIII. Nestorius tentat Cælestinum inducere in suas partes.

Sed quodnam Nestorii consilium fuerit scribendi ad Cælestinum Romanum Pontificem, pervestigandum est. Ut autem qui jam ferme biennio tacuisset, modo ad ipsum scriberet, insuperque una cum litteris, & codices a se pro hæresis defensione illis adjungeret: ea quidem ex causa id factum esse videtur, quod cum idem Nestorius in promulganda hæresi acerrime sibi adversantem Cyrillum Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum inveniisset, qui tum sedis auctoritate, tum excellenti doctrina Orientales Episcopos ad suas partes trahere facile posset: considerans ex antiquorum usu, in hujusmodi de fide obortis controversiis dubia lance suspensis, in eam partem favorabile inclinare judicium, in quam Romani Pontificis sententiæ calculus apponeretur: ut eum promereri posset, omnem conatum adhibuit, curans id tractari per Antiochum virum illustrem, qui Cælestino Papæ, quæ pro defensione hæresis hactenus ab eo essent scripta, redderet; ut illis (o summa dementia!) primario Catholicæ sedis Antistite persuaso, universa simul cum eo Catholica Ecclesia in eamdem quoque sententiam traheretur. De hujusmodi quidem vana hominis spe hæc habet Cyrillus in epistola (*a*) data hoc anno ad Juvenalem Hierosolymorum Episcopum, verbis his: *Ratus autem quod & Romanæ Ecclesiæ sacerdotem in suam sententiam pertrahere queat, scripsit ad dominum meum ac religiosissimum ac pientissimum Cælestinum, inferens epistolis dogmatum suorum perversitatem: misit autem & multas expositiones; ex quibus perversa sapere deprehensus, ac jam cum execratione tamquam hæreticus condemnatus est.* Hæc Cyrillus.

(*a*) *Apud Cyrill. ep. 16.*

Sed quæ sunt ista confecuta, dicamus. Jam plane fefellit inanis spes sua, & cæca præsumptio miserum, qui fieri posse stulta existimatione putavit, ut Ecclesia, quæ (ut est sententia Patrum) hæreses omnes semper incessabili studio insectata, easdem penitus profligavit atque dissecit: eadem ipsa acceptura foret tale portentum monstrumque deforme, omniumque teterrimum, quod spiritu satanico concepisset, vanitate formasset, & horrendum visu compositum peperisset superbia, aluisset maledictis, atque blasphemiis saginasset. Sed quomodo illud, simul ac Romæ visum, eodem ferme momento temporis Apostolico confossum est gladio, jam dicamus. Primum vero de Cyrilli ad Cælestinum Papam epistola, quæ & primo loco lecta est, instituamus orationem pro ordine rerum gestarum ac temporum.

XI.

X. Cyrillus quam patienter agat adversus Nestorium.

Cyrillus igitur Episcopus Alexandrinus cum frustra tentasset Nestorii emendationem, quam ex Cælestini Papæ litteris procuraverat: quo de omnibus ipsum Romanum Pontificem redderet certiorem, ad ipsum legavit (ut dictum est) Possidonium Ecclesiæ Alexandrinæ diaconum, cui ad eumdem litteras dedit. Præterea vero, ne in damnationem Nestorii excitaret ipsum Cælestinum ad id præstandum paratum, sed ut dilatione aliqua expectaretur, si tolerantia ejusdem hæresiarchæ morbus curari posset, ista in mandatis Possidonio dedit: *Si* (inquit) *Nestorii litteras, & expositionum illius codices redditos Cælestino compereris, tu quoque illi meas redde litteras: sin secus, non reddas.* Sed hæc inferius. *Possidonius autem cum comperisset, tam epistolas quam exegeses illius Cælestino, fuisse exhibitas, compulsus est ipse quoque quas ferebat exhibere.* Hæc namque ita transacta esse, (*b*) ex relatione Petri Primicerii Notariorum presbyteri Alexandrini (*b*) intexta Ephesino Concilio habentur expressa. Extant autem ipsæ Cyrilli litteræ ad Cælestinum Papam Possidonio datæ, quarum est exordium (*c*): *Si in rebus usque adeo seriis, & necessariis*, &c. Ubi inferius:

(*b*) *Act. Conc. Ephes. t. 1. edit. Pelt.*

(*c*) *To. 1. ep. Rom. Pont. post epist. 2. Cælest.*

Tra-

PAGIUS enixe rogans ut brevi responso significaret, num forent inter Catholicos numerandi, an cum hæreticis computandi. Baronius num. VI. dicit *Julianum* fuisse Episcopum *Capuanum*, patria *Atellanensem*. Verum anno CDXIX. jam ostendimus, eum fuisse Episcopum *Eclanensem*, ac natum in Apulia. Epistolæ suæ duas partes fecit Nestorius, quarum altera de Pelagianorum Episcoporum causa, altera de sua & utrique respondit *Cælestinus*, sed secundæ prolixius; quia rem ipsam continebat, propter quam tota Epistola conscripta fuit. In secunda Epistola *Nestorius*, perinde atque in prima, partim Pelagianorum causam partim suam apud *Cælestinum* agit. Hæc autem secunda Epistola anno præcedenti, etiam data, cum Mercatoris Commonitorium eo anno Theodosio Aug. oblatum contineat totam Cælestii, Pelagii, & Juliani reliquorumque Episcoporum causam, illudque *Mercator* scripserit, ut Imperatorem doceret, quod celatum volebat *Nestorius* qui ideo hoc anno causam ignorare non potuit Pelagianorum, nec a Cælestino Papa ejus notitiam expetere. Reddita est per *Valerium* Cubicularium, sicuti prima per *Antiochum*, viros ex aula præstantes: Vafer enim ille hæreticus, priusquam proderet in apertum impietatem, Potentum animos corruperat, ut quorum favore Sedem acceperat, eorumdem potentia Sanctorum sibi adversantium conatus opprimeret.

IV. Cælestinus *Nestorio* indignatus, quod Pelagianis Episcopis auxilium præberet, diutius re-

spon-

*Tradidi* ( inquit ) & *epistolas quoque a me scriptas* ( ad Nestorium scilicet ) *Possidonio, ut tuæ sanctitati eas offerat*. Fuisse autem has primas litteras a Cyrillo ad Cælestinum conscriptas, id illis ipse verbis ostendit, ubi ait: *Sane hactenus altum tacui. Neque enim quicquam omnino de illo, qui Constantinopolitanam Ecclesiam hoc tempore administrat, vel ad religionem tuam, vel ad ullum alium consacerdotem nostrum scripsi: non ignorans præcipitem celeritatem in ejusmodi rebus cum vitio plerumque conjunctam esse solere, &c.*

XI. Post hæc vero narratis, quæ gesserit Nestorius adversus Catholicam fidem, quæve ipse Cyrillus pro ejusdem defensione operatus esset: quamvis sciret, quod & aliis prædicarat, scriptisque firmarat, Nestorii sententiam omni esse execratione dignam; tamen haud suarum partium esse ratus, novam hæresim condemnare, & quæ de fide exorirentur quæstiones definire, sed id tantum modo muneris esse Romani Pontificis; ista ad finem epistolæ subjicit: *At quamvis res ita habeat, non prius tamen illius communionem confidenter deserere ausi fuimus, quam hæc ipsa pietati tuæ indicaremus. Digneris proinde, quid hic sentias, declarare; quo liquido nobis constet, communicare ne nos cum illo oporteat, an vero libere eidem denuntiare, neminem cum eo communicare, qui hujusmodi erroneam doctrinam fovet & prædicat. Porro tuæ integritatis mens ac super hac re sententia non modo pissimis Deoque devotissimis Macedoniæ Episcopis, sed totius quoque Orientis Antistitibus perspicue per litteras exponi debet: nam cupientibus illis ansam dabimus, ut omnes uno animo in una sententia persistant, rectæque fidei, quæ jam impugnatur, opem ferant.* Et in fine post recensitos tomos, quos pro fide Catholica a se scriptos mittit Romam ad Cælestinum, mox addit: *Tradidi & epistolas quoque a me scriptas Possidonio, studiose illi injungens, ut tuæ sanctitati eas offerat*. Hactenus ipse. Vidisti haud obscure, lector, pristinum morem ab ipso exordio Romanæ Ecclesiæ in Annalibus demonstratum, nimirum solius esse cathedræ Petri quæstiones de fide definire, & emergentes hæreses cum earum auctoribus condemnare.

Romani Pontificis summa auctoritas.

XII. Synodus Romana contra Nestorium.

Cælestinus igitur, his visis Cyrilli litteris, perlectisque ab eo missis una cum ipsis etiam voluminibus: posteaque inspectis Nestorii litteris, & reliquis ab eodem pro defensione hæresis scriptis, convocat Episcopos; habita Synodo omnium sententia fuit tanta blasphemia condemnata, auctori vero ipsius decem dierum ad resipiscendum concessum est spatium, eadem damnatione feriendus & ipse, si in asserto errore persisteret. Collectum quidem fuisse ea de causa Romæ ex more Concilium, litteræ Cyrilli ad Nestorium postea redditæ declarant his verbis: ( *a* ) *Et quid nunc, obsecro, consilii capiam? ( tuam hic namque pietatem appellare compellor ) quandoquidem Cælestino religiosissimo Romanæ Ecclesiæ Episcopo jubente, cæterisque piissimis Episcopis, qui illi adfuere, ita postulantibus, investigare cogor, &c.* Est de eadem Synodo etiam mentio in aliis litteris Cyrilli ad Joannem Antiochenum postea datis.

(a) *In Act. Con. Ephes edit. Pelt. t.1. c.2.*

XIII. Quæ igitur tunc in Romana Synodo a Cælestino Pontifice adversus Nestorium definita fuerunt, ab eodem Pontifice in datis ad eum litteris sunt expressa: quarum cum plura extent exempla ex Græco reddita, nos eamdem ex veteri Cresconiana Collectione describemus epistolam, quam quidem Patres Concilii Ephesini præconis extulerunt, & Evagrius ( *b* ) Scholasticus pro dignitate argumenti & auctoritate scribentis, divinam appellat; quæ tum ex Latino in Græcum, & rursum e Græco in Latinum reddita translatione, tum etiam scribentium vitio ( ut assolet in antiquioribus, quæ sæpe sæpius descripta esse oportuit ) aliqua interdum contraxisse menda cognoscitur. Sed utcumque sit, veneranda certe antiquitate conspicua permanet; qua primum ad ea quæ spectabant ad Pelagianos, pro quibus Nestorius scripserat, respondit: est autem hujusmodi: Di-

(b) *Evag. l.1 c.4.*

PAGIUS *Cælestinus ex Synodo Romana scribit ad Nestorium.*

sponsionem distulit; at acceptis a *Cyrillo* Alexandrino literis, quibus ejus errores memorabantur, statim acres ad Nestorium literas dedit, quibus illum uti veterum hæreticorum patronum, novæque insuper hæreseos auctorem increpuit. Laudatas tamen literas non recta ad Nestorium perferendas voluit *Cælestinus*, sed per Possidonium easdem ad Cyrillum in Ægyptum misit, qui illas postea Constantinopolim transmitteret: *Quam nostri*, inquit Cælestinus apud Baronium num. XXIII. *in te judicii formulam cum cæteris omnibus chartis, & commentariis per filium nostrum Possidonium Diaconum, cujus supra meminimus, ad Sanctum Cyrillum memoratæ Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum, qui ea ipsa quoque de re fusius ad nos retulerat, transmisimus, ut noster hac in parte Vicarius efficiat, quo nostrum decretum & tibi, & reliquis quoque omnibus fratribus patefiat.* Verum antequam hæ literæ Cælestini Constantinopolim pervenirent, *Julianum* cum collegis Urbe Regia accepto a Mario Mercatore contra eosdem Commonitorio, a Theodosio expulsum fuisse, testatur idem Mercator his verbis: *per quod Commonitorium, cognito funestissimo errore*, & cætera anno superiori num. XXIII. recitata. Illi tamen *Pelagiani*, in vicinia moras traxerunt, ut ex dicendis liquebit.

V. Habita autem *Romæ* sub initium Augusti a *Cælestino* Synodus, ut videre est apud Baronium num.



*Dilectissimo fratri Nestorio Cælestinus.*

XIV. Epistola Cælestini ad Nestorium.

*Aliquantis diebus vitæ nostræ post nefandum, & sæpe damnatum dogma Pelagii atque Cælestii Catholica fides quietem habuit, quando eos cum duæ disputationis sequacibus telis unitatis sententiæ Oriens Occidensque percussit. Denique sanctæ recordationis Atticus Catholicæ magister fidei; & vere beati Joannis etiam in ista successor, eos ita persecutus est pro re communi, ut iis nec standi quidem illic copia præstaretur. Mansit nos post ejus exitum solicitudo vel maxima, cum successor ipsius, utrum etiam in ejus fide succederet, quæreremus: quia difficile est continuari, quæ bona sunt ( nam sibi sæpe alternis vicibus adversa succedunt ) habuimus tamen post hunc, a quo eramus continuo deserendi, sanctum Sisinnium, celebratum simplicitate, & sanctitate collegam, eam fidem quam invenerat, prædicantem. Legerat profecto simplex sanctitas, & sancta simplicitas, timendum magis, quam alte sibi esse sapiendum, & alibi* ( *a* ), *altiora sectanda non esse: & iterum* ( *b* ): *Si quis aliud prædicaverit, quam quod prædicavimus anathema sit. Hoc tamen exuente de sæculo; cum se solicitudo nostra in tantum, in quantum ei Dominus noster permisit, extenderet; lætificavit animam nostram universorum enarratio nuntiorum, quam mox firmavit eorum qui interfuerunt ordinationi tuæ, relatio collegarum; qui tibi testimonii tantum detulerunt, quantum ferri huic debuit, qui aliunde videbatur electus. Tanta antea opinione vixisti, ut tuis te aliena Civitas invideret: tanto nunc terrore vitaris, ut tui in aliis videant qualiter fuerint liberati.*

De Sisinnio Episc. Constant.

(a) *Eccl.* 3. (b) *Gala.* 1.

XV. Deplorat amentiam Nestorii.

*Dudum sumpsimus epistolas tuas, quibus in angusto nihil potuimus dare responsi: erat enim Græcus in Latinum sermonem vertendus: quod cum licet sero facimus, sancti fratris, & coepiscopi mei Cyrilli probatissimi sacerdotis per filium meum Possidonium diaconum talia de te scripta suscepimus, quibus his qui de tua ordinatione detulerant, periisse suum testimonium doleremus. Bonis enim principiis tuis malus ( quantum videmus ) successit eventus: bonis inquam principiis, quæ apud nos ita celebrata fuerant, ut responsum dantes ad relationem fratrum, vos faceremus participes gaudiorum. Sed considerantes nunc & querelam de te prædicti fratris, & interpretatas tandem epistolas apertam blasphemiam continentes: illud nobis Apostolicum* ( *c* ) *videmus esse dicendum: Vellem mutare vocem meam, quia confundor in vobis: quinimmo mutavi, nisi de præcipitiis se revocet impius disputator. Necesse est enim, ut malum ex vobis ipsis, sicut præcipitur, auferamus. Legimus ergo epistolarum tenorem, & eos liberos, quos illustri viro filio meo Antiocho reddente suscepimus. In his quidem a nobis investigatus, deprehensus & tentus es, quod multiloquio labefactaris, dum vera involvis obscuris rursum utraque confundes, vel confiteris negata, vel niteris negare confessa. Sed in epistolis tuis apertam non tam de fide nostra, quam de te tulisti sententiam, volens de Deo Verbo aliter quam fides habet omnium, disputare.*

(c) 1. *Cor.* 5.

XVI. *Ecce nunc in quam de te vocamur sententiam, ecce quæ tuarum sunt beneficia * novitatum: postquam ignoratus electus es, cognitus accusaris. Jam nunc cum illo Gentium doctore* ( *d* ) *dicendum est: Nam quid oremus, secundum quod oportet, nescimus. Nonne hæc Ecclesiæ illi verba conveniunt? quæ probatos sibi viros, non notitiam, sed famam secuta, contempsit, jam inhærens tum opinioni bene de te credentium. Quis enim intra ovile velut rapacem lupum putaret abscondi? Vox est ejusdem Apostoli* ( *e* ): *Oportet hæreses esse, ut probati manifesti sint. Aperi aures, & ejus ad Timotheum* ( *f* ) *vel Titum dictos audito sermones: quid his aliud præcipit, quam ut novitates vitent vocum profanas? Ad impietatem enim ista proficiunt, quæ semper spinas & tribulos intulerunt. Timotheum* ( *g* ) *certe rogasse se dicit, ut Ephesi remanens, nuntiaret quibusdam, ne qui aliter prædicaret. Ante oculos mibi Hieremiæ* Pro-

* venefi-cia.

(d) *Rom.* 5.

(e) 1. *Cor.* 11.

(f) 1. *Ti.* 6. 2. *Tim.* 2.

(g) 1. *Ti.* 1.



PAGIUS *Gesta in Synodo Romana.*

num. XII. & seqq. in qua laudatæ ad Nestorium literæ datæ, in eaque damnatus *Nestorius*, jussusque, ne depositionis pœna mulctaretur, intra decimum a denunciatione diem, Alexandrinæ confessioni subscribere; postea restituti in Ecclesiæ communionem, qui propter fidem ejecti fuerant; Alexandrino Præsuli exequendæ sententiæ provincia demandata; denique ex Synodo scriptæ septem Epistolæ a Summo Pontifice, *Cyrillo* scilicet, ut Sedis Apostolicæ vice hoc in negotio fungeretur; *Nestorio*, ut ad pœnitentiam rediret, Clero Constantinopolitano, ut constans remaneret in fide; *Joanni* Antiocheno, *Rufo* Thessalonicensi, *Juvenali* Hierosolymitano *Flavio* Philippensi, idest, majorum Sedium Orientis Episcopis, ut strenue causam fidei agerent. Recitantur eæ literæ part. I. Concil. Ephes. Cap. XV. XVIII. XIX. & XX. consignanturque omnes eadem temporis nota, *III. Idus Augusti Theodosio XIII. & Valentiniano III. Coss.* Balusius tamen in Notis ad Acta Concilii Ephesini pag. 437. observat, in antiquis Codicibus legi, *IV. Idus Augusti*.

VI. *In ea Pelagianorum exauctoratio confirmata.*

In hac Synodo Romana damnati etiam *Pelagiani*, ut qui societate erroris cum *Nestorio* jungerentur, eadem sententia percellerentur. Liquet id ex literis citatis Cælestini Papæ ad Nestorium apud Baronium num. XIV. & XXI. Quæ Cælestinus adversus eos statuit, confirmavit Synodus Ephesina, ut videre est in ejus parte II. Act. V.

*Prophetæ verba sunt: Horribilia (inquit a) facta sunt super terram, Prophetæ iniquitates prophetizant. Hæc, dicas volo, quasi ignota te transeunt, aut quasi nota contemnis? Si quasi ignota te transeunt; non sit pudoris rectum discere, quando timoris non fuit perversum docere. Si quasi nota contemnis; intellige te inexcusabilem fore, cum a te commissi tibi talenti quæsierit ille rationes, qui per nos de hoc sancto fœnore suum lucrum semper expectat. Aspice quæ pœna illum manet, qui abscondit (b) acceptum, qui integrum certe restituit quod accepit; unde evidenter adverte, quod sit & quale periculum, nec hoc quod acceperis, reddidisse. An tu Domino dicturus es (c): Quod dedisti mihi, custodivi: cum sic scindi paries ejus videamus Ecclesiæ?*

(a) Hier. 5.

(b) Mat. 25.

(c) Jo. 19.

XVII. *Qua conscientia vivis, pene ab omnibus in hac Civitate desertus? optaveram eos tunc fuisse tam cautos, quam nunc sunt, cum sibi desiderant subveniri. Unde tibi in has quæstiones verba dirigere, quæ sit blasphemia, cogitasse? Unde hæc in populo Episcopum prædicare, quibus virginei partus reverentia saucietur? Non debent veteris fidei puritatem blasphema in Deum verba turbare. Qui umquam non dignus est anathemate judicatus, vel adiiciens, vel detrahens fidei? Plene iterum ac manifeste tradita ab Apostolis nobis nec argumentum nec imminutionem requirunt. Legimus (d), in libris nostris non addi debere, non detrahi: magna quidem, & addentem, & detrahentem pœna constringit. Unde cauterium præparamus & ferrum: quia ultra non erunt fovenda vulnera, quæ merentur abscindi. Scimus certe majora vitia majore semper dolore sanari. Inter multa quæ a te impie prædicata universalis recusat Ecclesia, e Symbolo ab Apostolo tradito plangimus hæc verba fuisse sublata, quæ nobis totius spem vitæ salutisque promittunt: quod quare fiat, loquuntur epistolæ tuæ, de quibus nulla dubitatio est, quia eas ipse misisti: quas in manus nostras nolueramus venire, ne de tanti cogeremur sceleris genere judicare: omnium disputationum tuarum vias brevis earum sermo concluſit. Extendisti te latius, multis anfractibus circumisti, serio tandem diverso itinere perveniſti ad impium constitutum. Scimus quid ille (e) caverit, qui præcipit contentiones vel pugnas legis esse vitandas: Sunt enim (inquit) inutiles & vanæ. Quod igitur vanum & inutile judicatur, nemo dubitat minime profuturum.*

(d) Deut. 5. 12.

(e) 2. Tim. 6. Tit. 3.

XVIII. Anathematis comminatio. *Itaque quamvis & jam frater Cyrillus secundis te epistolis suis asserat esse conventum, intelligas volo post primam & secundam illius & hanc correctionem nostram, quam constat esse jam tertiam, ab universitate collegii & conventu Christianorum te prorsus esse sejunctum; nisi mox, quæ maledicta sunt, corrigantur; nisi in eam viam redeas, quam se Christus esse testatur. Male in hunc arma desperatione movisti, qui te super familiam suam velut fidelem prudentemque permiserat ante constituit. Periit tibi hujus vice officii beatitudo promissa: non solum non das cibum in tempore, verum etiam veneno interficis, quos ille suo sanguine & sua morte quæsivit. Venenum namque est sub tuis labiis, quæ maledictionis & amaritudinis plena videmus, cum contra eum qui suavis est, niteris disputare. Ubi est diligentia pastoralis? Pastor bonus (f) animam suam ponit pro ovibus suis: mercenarius vero est, qui eas lupis dimittit & tradit. Quid hic tu pastor acturus es, qui Dominicum gregem pro lupis ipse dispergis? Ad quænam grex Dominicus septa confugiet, si intra ovilia Ecclesiæ sauciatur? Qua futurus est tuitione defensus, qui te patitur pro custode raptorem? Et alias (inquit Dominus g) habeo oves quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere. Ille alias se promittit adducere: tibi pereunt quas habebas. Tametsi quidem certum sit, quoties ista contingunt, non oves pastoribus, sed magis ovi-*

(f) Joan. 10.

(g) Ibidem

PAGIUS V. *Quæ a Pietate tua de ipsis decreta & constituta sunt, & idem omnes tecum statuimus, eos pro damnatis habentes*, inquiunt Patres Ephesini. Baluzius in nova Collect. Concil. p. 378. publicavit commonitorium, quod Cyrillus dedit Possidonio *cum mitteretur Romam propter Nestorii negotium*, in quo Cyrillus significat Cælestino errores Nestorii, confutatque, & docet *Nestorium* nempe qui inimicus erat Philippi Presbyteri, quem, ut scribit Socrates lib. 7. cap. 29. plures ad Episcopatum Regiæ Urbis promovere voluerant, coegisse Synodum in eadem Urbe & Cælestio, qui ibi degebat, persuasisse, ut libellum daret adversus eumdem Philippum, tanquam si Manichæus esset: *Fecit, ut Cælestius libellos daret adversus Presbyterum Philippum, qui ipsum arguerat, nec jam cum ipso propter haresim volebat convenire. In his autem libellis accusationis caput erat, quod Manichæus foret. Deinde vocavit hominem ad Concilium* (Nestorius scilicet) *Venit ille rem agens secundum canones, promptus ad se defendendum. Quoniam vero Cælestius non habebat unde probaret objectum crimen a conspectu se removit, & ad Concilium non venit*, inquit Cyrillus in suo Commonitorio.

VII. *Aliquot loca S. Cyrilli explicantur.*

Cæterum quod scribit Baronius num. XI. loquens de primis Cyrilli ad Cælestinum Papam literis, Cyrillum nempe in earum fine recensere *tomos, quos pro fide Catholica ab se scriptos mittit Romam ad Cælestinum*, videntur, inquit Garnerius Dissert. II. de Synodis habitis in causa Nestorii pag. 350. Cyrilli verba huic expositioni contradicere. Ait enim ibidem Cyrillus: *Quo*



*ovibus pervenire pastores. Et vocem meam (inquit) audient. Quare? Ut fiat unus grex. Ad illius vocem unus sit grex: ad tuam vocem aut inficitur, aut fugatur. Durum est, ut in te de Actibus Apostolorum beati Pauli verba conveniant (a): Ego (inquit) scio quia introibunt post discessum meum lupi graves in vos, non parcentes gregi: & ex vobis ipsis surgent homines quærentes perversa, ut abducant discipulos post se. Hæc a te aliis, quam dicta tibi velimus: docenda enim tibi fuerant, non discenda quæ dicimus: nam quis ferat, doceri Episcopum, qualiter debeat esse Christianus?*

(a) Act. 20.

XIX. *Diligenter aspice in quam conditionem voceris: accerseris, argueris: quid horum convenit sacerdoti? duris dura responsio; si tamen vicissitudo est, verbis blasphemiam vindicare. An tibi a nobis existimas esse parcendum, cum animæ tuæ ita ipse non parcas, & omnibus velis & præteritis, & præsentibus & futuris beneficium salutis auferre? Persequar plane boni Domini mei fidelis servus inimicos, cum Propheta (b) asserat, odio eos odisse perfecto. Memor rursus, altero loquente (c), ne parcam. Quem hic ego respiciam? Cui hominis aliquid reservem, quando agitur ut mihi totius spei meæ causa tollatur? Ipsius in Evangelio Domini verba sunt, quibus ait (d): Non sibi patrem, non sibi matrem, nec filios, nec aliquam necessitudinem debere præponi. Etenim talis frequenter est pietas, ex qua nascitur impietas, cum vincente carnis affectu charitati illi, quæ Deus est, charitas præponitur corporalis, cujus intuitu aliquibus sæpe deferimus: at ubi ad eum tenditur, qui est ipsa dilectio, necesse est nec illa serventur, quorum auctor vocatur in causam.*

(b) Ps. 138.

(c) 2. Cor. 13.

(d) Matt. 19.

XX. Exhortatio ad Nestorium. *Expergiscere tandem: quia non sunt istæ dicendæ vigiliæ, quas non exhibes custodiæ, sed rapinæ. Velimus te in hoc quod prædicas dormire, & vigilare, in hoc quod impugnas. Levius certe ferremus, si in utroque dormires: nemo tibi perditus esset, nemo quæsitus: nullo animarum dispendio mœreret Ecclesia, nullo*



*compendio lætaretur. Satius ei esset, si hanc sponsa suo, ita ut acceperas, resignares. Sed quid multis moror? loquente architecto Paulo (e), frustra superædificatum; quid, quæso, in quo non invenio fundamentum? Audio, vim maximam Catholice sentientes, quibus nos communicamus, clericos sustinere: ita ut his etiam civitas interdicta dicatur: lætamur eos præmium confessionis acquirere; sed dolemus, quod Episcopo persequente. Beatus Paulus Apostolus persecutorem prædicatore mutavit: nefas est maximum prædicatorem persecutore mutatum. Digere in numerum retro hæreticos, qui hujusmodi quæstiones Ecclesiæ intulerunt: quis umquam de hoc certamine victor revertit? Habes certe tuæ civitatis exemplum: Paulus civis Samosatenus, occupata Ecclesia Antiochiæ, cum talia prædicaret, collegit suorum feminum messem: reliquos inventores malorum, Ecclesiis occupatis, sententiæ censura semper non dispar ejecit.*

(e) 1. Cor. 3.

XXI. De Pelagianis. *Hos quoque hæreticos, de quibus nos, velut eorum quæ gesta sunt nescius, consulere voluisti; sedibus suis, injusta dicentes, expulit justa damnatio: quos illic invenisse requiem, non putamus esse mirandum: invenerunt enim impiam prædicationem, cujus comparatione se existimant innocentes. Legimus quam bene teneas originale peccatum, qualiter ipsam naturam asseras debitricem, & eum delictum merito reddere, qui descenderit de genere debitoris. Quid tecum faciunt, qui sunt hæc negando damnati? numquam sine suspicione ea quæ sibi sunt adversa conveniunt: ejicerentur denique, si tibi quoque similiter displicerent. Cur tamen ea quæ in hos tunc sunt acta, quæruntur; cum certum sit, illinc ad nos a Catholico tunc Antistite Attico gesta directa? Cur non sanctæ memoriæ Sisinnius quæsivit? quia utique sub decessore suo probaverit eos jure damnatos. Defleant infelices, spe se hominum fuisse deceptos, quibus jam potuit propter communionem sola pœnitentia subvenire. Ecce scire de his incipis, si qua ante nescisti. Causam tuam magis modo quam aliorum Catholica &*



PAGIUS *Quo Sanctitas tua, tam quæ ille dicit & sapit, quam quæ beati & magni illi Patres nostri tradiderunt, clare perspiciat, miss tomos aliquot, capitum quorumdam fragmenta continentes, quos etiam ab iis, qui Alexandriæ versantur, Latine reddi curavi.* Quare loquitur Cyrillus, non de tomis a se editis, sed de tomis, qui continebant quæ excerpserat ex Sanctis Patribus. Tum Baronius num. XII. dicit, *Cælestinum* post acceptas Cyrilli per *Possidonium* literas Synodum convocasse, cujus mentionem fecerit Cyrillus in Epistola prima ad Nestorium. At, ut inquit ibidem Garnerius, hac in Epistola Cyrillus ad Nestorium scribit quidem de Romana aliqua Synodo; sed illa, quemadmodum præcesserit hancce primam Cyrilli Epistolam ad Nestorium, quod per se apertum est; ita quoque prior est Cyrilli ad Cælestinum literis, ad quem nempe ipsas etiam secundas *Nestorii* literas per *Possidonium* misit. Non potuit itaque *Cyrillus* in Epistola, quam anno superiori scripsit, mentionem facere Synodi Romanæ mense Augusto hujus anni celebratæ.

VIII. *Fabulæ recentiorum Græcorum de Vallio a Cælestino ad Cyrillum missa.*

Præterea num. XIII. dicit Baronius, Epistolam *Cælestini* ad Nestorium, cujusmodi nunc habetur, e Latino sermone in Græcum, & rursus e Græco in Latinum versam esse. Sed illud, inquit idem Garnerius, incredibile videtur; Ephesina enim quæcumque e Græcis in Latinum conversa sunt, aliis in editionibus aliter legun-

(a) Luc. 4. *feſtina deliberatione curato: quia convenienter dicimus (a): Medice cura te ipſum, qui aliis deſideras ſubvenire: ægritudinis tuæ qualitas non recipit, aut præſtare permittit inducias.*

XXII. Probat Cæleſtinus ſcripta a S. Cyrillo. *Alexandrinæ Eccleſiæ ſacerdotis fidem & probavimus & probamus. Et admonitus per eum, rurſum eadem ſentire te oportet, quæ nos, ſi nobiſcum frater eſſe vis. Si tibi ſenſus datur, damnatis omnibus quæ hucuſque ſenſiſti, ſtatim hæc volumus prædices, quæ ipſum videas prædicare. Nos contra fas etiam nolumus ſacerdotes eſſe correptos; quibus ſicut præmiſſa conventione conſulimus, ita in hos neceſſe eſt damnationis ſententiam, ſi abſtuntur noſtra ſalubri admonitione, firmemus. Hoc tamen erit poſt damnationem pravi dogmatis plenum correctionis indicium, ſi revocentur omnes ad Eccleſiam, qui propter Chriſtum caput ejus videntur excluſi, revocentur omnes. Quod niſi fiat quod dicimus, ejiciendus qui ejecit: quamvis in noſtra communione ſint iſti, in quos talis cognoſceris extitiſſe. Ad clerum quoque Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, vel omnes qui cenſentur nomine Chriſtiano, qualia neceſſitas poſtulavit, ſcripta direximus: ut ſi in perverſæ diſputationis obſtinatione perſiſtis, nec hæc quæ frater Cyrillus prædicat, nobiſcum prædicaveris; a noſtro collegio, cum quibus tibi non poteſt eſſe communio, te intelligant ſeparatum; ſcituri exemplo jam cauti, qualiter animæ ſuæ decocto & maturato judicio debeant providere.*

Qualis debeat eſſe vera converſio hæreticorum.

XXIII. Terminus præfigitur peremptorius. *Aperte igitur hanc noſtram ſcias eſſe ſententiam, ut niſi de Domino Chriſto noſtro ea prædices, quæ Romana & Alexandrina & univerſalis Eccleſia Catholica tenet, ſicut & ſacroſancta Conſtantinopolitanæ urbis Eccleſia ad te uſque optime tenuit; & hanc perfidam novitatem quæ hoc quod venerabilis Scriptura conjungit, nititur ſeparare, intra decimum diem a primo innoteſcentis tibi hujus conventionis die numerandum, aperta & ſcripta confeſſione damnaveris; ab univerſalis te Eccleſiæ Catholicæ communione dejectum. Quam formam noſtri judicii filium meum Poſſidonium diaconum cum omnibus chartis ad ſanctum conſacerdotem meum moratæ Alexandrinæ urbis Antiſtitem, qui ad nos ſuper hoc ipſo plenius retulit, deſtinavimus, ut agat vice noſtra, quatenus ſtatutum noſtrum vel tibi vel univerſis fratribus innoteſcat: quia omnes debent noſſe quod agitur, quoties omnium cauſa tractatur;* & alia manu: *Deus te cuſtodiat incolumen, frater cariſſime. Data tertio Idus Auguſti, Theodoſio IV.* * III. *& Valentiniano III. Aug. Conſſ.*

Cyrillus Vicarius Cæleſtini.

Sed antequam ulterius progrediatur in his proſequendis oratio, de Neſtorio (quod ad hanc ſpectat epiſtolam) illud admonendum; ipſum nimirum non tantum faviſſe Pelagianis (ut ſuperius demonſtravimus ex edicto Theodoſii Imperatoris, quod modo evidentius apparet ex Cæleſtini Papæ querelis) ſed etiam in aliquibus eadem ſenſiſſe cum illis: etenim ſicut de radice truncus, ita ex Pelagiana impietate Neſtorianas liquet progreſſas eſſe blaſphemias: ut non mireris, cum vides Neſtorium Pelagianos hæreticos ubique damnatos Epiſcopos recepiſſe Conſtantinopoli, atque ut gentiles ſuos omni officiorum genere confoviſſe, ſcripſiſſeque pro his iterum ad ipſum Romanum Pontificem Cæleſtinum. Symbola namque interceſſiſſe inter Pelagianam atque Neſtorianam hæreſim, plane detegit Caſſianus ſecretorum Pelagianorum optime conſcius in libris ad Leonem Eccleſiæ Romanæ diaconum de Incarnatione Verbi, ubi primum hæc habet (b): *Illud ſane unum prætereundum non arbitramur, quod peculiare & proprium ſuprædictæ illius hæreſeos, quæ ex Pelagiano errore deſcenderat, fuit; quod dicentes quidem ſolitarium hominem Jeſum Chriſtum ſine ullo peccati contagio vixiſſe; eo progreſſi ſunt, ut aſſererent, homines, ſi velint, ſine peccato eſſe poſſe.* Et inferius: *Unde advertit novus nunc jam non novæ hæreſeos auctor* (Neſtorius ſcilicet) *qui Dominum Salvatoremque noſtrum ſolitarium hominem natum eſſe contendit, idem ſe omnino dicere, quod Pelagianiſtæ ante dixerunt,* &c. Et paulo poſt: *Nec dubium eſt re ipſa penitus declarante: hic enim illud eſt, quod interceſſionibus ſuis* (Neſtorius ſcilicet) *Pelagianiſtarum querelas fovet, & ſcriptis ſuis cau-*

(b) Caſſ. de Incarn. Verb. l. 1. Hæreſis Neſtorii a Pelagio.

PAGIUS tur: Epiſtola vero de qua agitur, ubique eadem eſt, iiſdemque verbis, & iis quidem Latinam loquendi formam aperte retinentibus. Denique quod habet Baronius num. XXVI. de inſignibus Vicariæ poteſtatis a *Cæleſtino* ad Cyrillum miſſis, ideſt, de Phrygio ſive Pallio, ſive capitis tegumento, quam *Mitram* vocant, refertur quidem a recentioribus Græcis, ſed ſine veterum teſtimonio. Et quia ſimul cum ipſis dicuntur ab iiſdem Auctoribus nomina tum *Papæ*, tum *Judicis univerſi Orbis* Epiſcopo Alexandrino tributa, vix ullam fidem inveniunt etiam apud Baronium. Cum denique hæc omnia recentiores iſti Græci aſſerant, ad ſucceſſores *Cyrilli* tranſmiſſa, plane nugantur. Quis enim neſciat, quod veteres omnes imagines docent, quoſlibet Græcos Epiſcopos, ſaltem Metropolitas, Pallium geſtaſſe, cujuſmodi Occidentales Antiſtites a Summo Pontifice dono accipiunt? Quis ignoret nomen *Papæ* quibuſlibet Epiſcopis, Judicis totius Orbis, nulli attributum? Aut quis opinetur *Mitram*, qualis vulgo in uſu eſt, ſummæ illius poteſtatis eſſe ſignum; imo qualem nunc gerunt Summi Pontifices, vel ab antiquioribus geſtatam, vel ad Vicarium, ſi quando fieret, tranſmiſſam; id ſane ſi contigiſſet, meminiſſent Ve-



*cauſum illorum aſſerit; quod ſubtiliter his, ac (ut verius dixerim) ſubdole patrocinatur, conſanguineæ ſibi improbitati improbo ſuffragatur affectu, ſciens ſcilicet ejuſdem ſe eſſe ſenſus, ejuſdem ſpiritus; & ideo dolens cognitam ſibi hæreſim ab Eccleſia eſſe diſjunctam, quam ſcit ſibi utique perverſitate conjunctam.* Hæc Caſſianus de protectione & communione Neſtorii cum Pelagianis; idemque inferius (a) eadem refricat & exaggerat, & acerrime (ut par eſt) in nefandum hæreſiarcham Neſtorium invehitur: ſed hæc omnia in Leporio Pelagiano ſatis perſpicuo demonſtravit exemplo, ea diſertis ſane verbis ipſum eſſe profeſſum in Occidente, quæ poſtea in Oriente Neſtorius creatus Epiſcopus prædicavit: licet ille pœnitens palinodiam, quam vidimus, recantarit. Sed ſicut doloſam, ita inanem prorſus eſſe ſcias excuſationem illam Neſtorii ad Cæleſtinum, qua ut ſe Pelagianum minime eſſe doceret, de peccato originali atque de libero hominis arbitrio demonſtravit ſe recte ſentire: nam etſi non omnia Lernææ hydræ capita in ipſo videas, unum ſaltem, illudque ferocius in Filium Dei, ejuſque matrem extentum fuiſſe conſtat. Sed de his haſtenus. Jam vero cœptam ſemel de litteris Cæleſtini per Poſſidonium in Orientem ad diverſos miſſis proſequamur orationem.

(a) Caſſ. de Incarn. Verb. l. 5.

XXV. Cæleſtinus ſcribit ad Cyrillum. Cæleſtinus igitur ad ipſum Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum per eumdem Poſſidonium, quem ille miſerat, reddidit litteras, quibus ipſum certiorem fecit de his quæ Romæ geſta eſſent adverſus Neſtorium; quorum omnium ut ſit legitimus executor, his ad finem epiſtolæ mandat verbis (b): *Quamobrem noſtræ ſedis auctoritate aſcita, noſtraque vice & loco cum poteſtate uſus, ejuſmodi non abſque exquiſita ſeveritate ſententiam exequeris; nempe, ut niſi decem dierum intervallo ab hujus noſtræ admonitionis die numerandorum nefariam doctrinam ſuam conceptis verbis anathematizet, eamque de Chriſti Dei noſtri generatione fidem in poſterum confeſturum ſe ſpondeat, quam & Romana & tuæ ſanctitatis Eccleſia & univerſa denique religio Chriſtiana prædicat;*

(b) Cæleſt. ep. 3. in fin.

*illico ſanctitas tua illi Eccleſiæ proſpiciat.* Hæc & alia Cæleſtinus litteris ad Cyrillum datis hoc anno iiſdem Conſulibus & die, nempe tertio Idus Auguſti. Vides, lector, in his omnibus tum ad Neſtorium, tum ad Cyrillum datis litteris Cæleſtini, ipſum quidem ut primum Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum, ſummum pontificium, ſummumque jus præſeferentem, ſic nempe loquentem, ut poteſtatem habentem, dum illum damnat, huic mandat, & ſententiæ ſuæ executorem conſtituit, quem certum eſt inter Orientales Epiſcopos primam cathedram obtinere: in illumque ſententiam damnationis intrepide jaculari, qui regiæ urbis, novæque Romæ Epiſcopus exiſtens, faſtu & arrogantia tumens, favoreque pollens Imperatoris, nulli concedat.

XXVI. Quod autem conſtet his litteris Cæleſtinum Cyrillo in proſequenda cauſa Neſtorii legaſſe vices ſuas: tradit Theodorus (c) ad eumdem ab ipſo Cæleſtino fuiſſe miſſum prhygium, ipſum nempe pallium, quo ſignificatur plena poteſtas, eoque Cyrillum eſſe uſum in Epheſino Concilio, & in ſacris ſolemniis more Romani Pontificis: quod privilegium affirmat eſſe propagatum poſtea ad Alexandrinos Epiſcopos ſucceſſores. Nicephorus (d) autem mitram, qua Romani uterentur Pontifices, a Cæleſtino miſſam affirmat, necnon nomen Papæ: ſed & conceſſum dicit ut appellaretur univerſi Orbis judex. Verum de Papæ nomine aliter res ſe habet: conſtat enim illud olim commune (ut alias dictum eſt) fuiſſe reliquis Epiſcopis: ſed nec de nomine Judicis univerſalis ſatis liquet. Certe quidem nihil præterea Cyrillo conceſſum a Cæleſtino, quam concedi ſoleat iis, quibus creditur Vicaria præfectura, vel legatio a Latere, exiſtimatur: ut autem eadem poteſtas propagaretur ad poſteros, non in inſignibus dumtaxat, ſed etiam in auctoritate, exemplum extare neſcimus.

(c) Theod. Balſ. in Nemoc. Phot. tit. 8. c. 1.

(d) Niceph. l. 14. c. 34.

XXVII. Cæleſtinus ad diverſos Epiſcopos de Neſtorio ſcribit. Ad quoſnam inſuper Orientales Epiſcopos de iiſdem ſcripſerit Cæleſtinus, in fine ejuſdem epiſtolæ ad Cyrillum ita declarat: *Eadem hæc & ad ſanctos fratres & coepiſcopos noſtros Joannem, Rufum, Juvenalem, & Flavianum præſcripſimus, quo noſtra, immo*

PAGIUS Veteres, tanquam rei, aut inſolentis hoc uno in facto, quod nunc tractatur, aut ordinariæ, quoties Vicaria poteſtas a Summis Pontificibus daretur, ut ſcribit ibidem Garnerius. *de Pallio* hodierno & antiquo caute legendus Marca lib. 6. de Concordia qui cap. 6. num. III. fallitur, dum ſcribit effigiem veteris Pallii exhibere numiſma Theodoſii Imp. in quo dicit, Philippum & Joannem Apoſtolos habitu Epiſcoporum repræſentari. Hanc enim explicationem anno CCCXCIV. jam rejecimus, oſtendimuſque illud non *Philippum & Joannem*, ſed Imperatores *Theodoſium* & *Valentinianum* III. exhibere. De eo Numiſmate etiam hoc anno num. I. locuti ſumus, diximuſque cuſum eſſe in Theodoſii *Tricennalibus*.

IX. *Cyrillus ſcribit Acacio Beroeenſi Epiſ. de Neſtorio.* A num. XXVII. ad L. Sanctus Cyrillus per *Poſſidonium* Epiſtolam miſit *Acacio* Beroeenſi in eamdem fere ſententiam, atque *Cæleſtino* Papæ. De hac ad Acacium Epiſtola agit Baronius num. XXX. & ſeq. quæ prius miſſa dici non poteſt; cum Cyrillus teſtetur, in Epiſtola ſua ad Cæleſtinum, ſe hac de re ſcripſiſſe prius ipſimet Cæleſtino, *quam ulli alii Conſacerdotum*; neque etiam poſtea: ſiquidem datarum a ſe literarum ad Sedem Apoſtolicam nullam fecit mentionem, ſa-

*immo divina Christi Domini nostri sententia pluribus de eo manifesta sit*. Hæc ipse. Porro Joannes, quem nominat, erat Episcopus Antiochenus, Rufus vero Ecclesiæ Thessalonicensis Episcopus, & Juvenalis Hierosolymorum Antistes, & Flavianus præsidebat Ecclesiæ Philippensium. Extant insuper datæ per eumdem legatum Possidonium ab eodem Cælestino ad clerum Constantinopolitanum litteræ, quibus de iisdem quæ superius dicta sunt de damnatione Nestorii, eosdem reddidit certiores: est ipsius epistolæ exordium: (a) Cælestin. ep. 4. (*a*) *Ad eos qui faciunt Ecclesiam mihi locuturo det Apostolicus sermo principium*, &c. Inter alia autem quibus eos fortiter agere admonet, uno exemplo illo Athanasii magni fidei athletæ corroborat, quod sicut ille ab Arianis, ita ipsi a Nestorio pulsi essent; nam ait: *Habetis vos, quicumque Ecclesia estis ejecti, pene nostrorum temporum beatæ recordationis Athanasii Alexandrinæ Ecclesiæ prudentissimi sacerdotis exemplum. Cui non consolationi sit illius tolerantia? cui non spem faciat ejus expectata reversio? Eiicitur Ario persequente, sed revocandus Domino prosequente: passus est carcerem, passus angustias; nec mirum si vir Apostolicus ea passus est, quibus se Apostolus gloriatur exercitatum. In his tamen omnibus secutus est illum, qui sibi in tribulationibus placere testatur. Fugatus illinc & in nostris partibus roboratus est. Denique hic ei redintegratus est status, & in hac sede quietem communionis invenit, a qua semper Catholicis subvenitur*. Hæc idcirco Cælestinus inculcat & in memoriam revocat, quo eos certa spe alat, victores nimirum adversus omnes hæreticos semper fore qui Apostolicæ sedis munimine fulciuntur.

XXVIII. Extant etiam litteræ ab ipso Cælestino per eumdem Possidonium ad Joannem Antiochenum Episcopum datæ, quæ hoc habent exordium (*b*): *Optaremus, ut sicut una est Divinitatis essentia, ita unam quoque apud omnes omnino homines, ubicumque tandem locorum degant, rectæ fidei veritatem obtinere*. Ibi & de anathemate, si non corrigat errorem suum, in Nestorium irrogato mentionem facit. Reliquæ vero eodem argumento ad Juvenalem, & Rufum Episcopos datæ litteræ desiderantur, sed absque jactura: nam iisdem plane verbis eædem conceptæ erant, quibus dicta epistola ad Joannem: etenim in aliquibus exemplaribus non ad Joannem tantum eadem epistola reperitur inscripta, sed insuper ad Juvenalem Hierosolymitanum, Rufum Thessalonicensem, Flavianum Philippensem (*c*). (b) Cælest. epist. 6. De litteris Cælestini ad diversos. (c) Conc. Ephes. edit. Cont. ep. 7.

XXIX. Quæ vero post hæc gesta sint, ex litteris Cyrilli ad diversos possumus intelligere: in quibus quidem dignoscendis, & certa nota temporis distinguendis, meminisse oportet quæ ipse Cyrillus in epistola per Possidonium ad Cælestinum data hoc anno ait (*d*) se hactenus de his quæ ad Nestorium spectant, ad nullum scripsisse Episcopum, præter quam ad ipsum Cælestinum: quamobrem affirmare necesse est, diversas Cyrilli epistolas ad diversos Episcopos datas, omnes post hæc fuisse conscriptas. Insuper cum neque allis scriptis ipsum Cyrillum exagitasse Nestorium, præter quam litteris ad Ægyptios monachos scriptis, & duabus ad ipsum Nestorium datis, ex eadem Cyrilli ad Cælestinum epistola colligi posse videatur; inde & illud quoque inferatur, reliqua adversus Nestorium quæ reperiuntur Cyrilli scripta, in quibus nominatim Ne- (d) Apud Cælest. ep. to. 1. epist. Rom. Pon.

PAGIUS

facturus utique, si suas a Cælestino acceptas sciviſſet; mandaverat enim *Possidonio*, ut eas *Cælestino* non prius redderet, quam eidem datas a *Nestorio* noviſſet. Statim acceptis literis *Acacius* reſpondit, ſed pro ingenio, ſubdole nimirum. *Cyrillum* enim ita laudavit, propter ſtudium fidei, ut interim *Neſtorium* excuſaret; tanquam verbo ſolo lapſum; utrumque vero imprudentiæ damnavit, quod cum orta eſſet de una vocula quæſtio, alter Patrum more loqui nollet, alter rem vehementius urgeret, quam ratio ſineret. Etſi autem neutrius in partes abivit expreſſis verbis, oculatius tamen intuentibus videri poteſt in Neſtorianas propendere. Recitantur eæ Acacii literæ part. I. Concil. Epheſ. cap. XXIII. Ita Garnerius in Præfat. ad Tom. II. Operum M. Mercatoris pag. 17.

X. *Acacius manifeſte favet Neſtorio.* At Acacius ſatis mentem ſuam prodit, ſuamque in Neſtorium propenſionem, cum reſpondeat, hunc eſſe paſſum quid ſimile illi, *quod beato Paulino* (Antiocheno Epiſcopo) *accidiſſe traditur. Hic enim etſi tres Hypoſtaſes palam dicere recuſaret ve tamen & virtute ab illorum ſententia & fide, qui hoc profitebantur, non recedebat. Sectabatur hic autem piiſſimos Occidentis Epiſcopos, propterea quod Romanæ linguæ angu-*

*ſtia, ſicut Græca Phraſis, tres hypoſtaſes dicere commode non ferat*. Reſpondit, Cyrillum & Cæleſtinum, uti olim Paulinum Patriarcham ac Damaſum Papam, hærere in ſyllabis, ideoque hanc litem parvi eſſe momenti. Adjecit vocem, quæ Beatam Virginem negavit Deiparam improvide elapſam Neſtorio, ſubdidiſque: *Quanquam plurimi, tum Clero adſcripti, tum plebeii quoque ex Urbe Conſtantinopolitana Antiochiam, & ad nos uſque profecti, a prædicto ſermone abhorrere non videantur. Aiunt enim in ſenſu nihil continere, quod vel Apoſtolicæ Doctrinæ adverſetur, vel fidei a ſanctis Patribus in Nicæa congregatis definitæ repugnet*. Aſſeruit eſſe quæſtionem de nomine, & *Neſtorium*, licet forſitan male locutum, tamen recta ſentire, quin immo nec male locutum: quoniam & e Clero & e populo Conſtantinopolitano multi voces ejus non improbarent. Erat *Acacius* magni nominis Epiſcopus, qui ab exilio reverſus poſt Valentis Imp. mortem, quæ anno CCCLXXVIII. contigit, conſecratus fuerat Epiſcopus, ut docet Theodoretus lib. 5. cap. 4. Vir animo mobili, & modo virtutibus, modo exceſſibus inſignis.



Neſtorianus error confutatur, poſt hæc omnino ſcripta ab ipſo fuiſſe. Rurſus vero & epiſtolæ illæ Cyrilli quæ inveniuntur ante indictum Concilium Epheſinum eſſe conſcriptæ, & poſt Synodum Romanam hoc anno (ut dictum eſt) a Cæleſtino habitam, eaſdem hoc pariter anno ab eo eſſe datas, affirmare neceſſe eſt: ſiquidem edictum Theodoſii, quo in ſequentem annum Synodum cogendam indicit, datum apparet (*a*) ſub anni hujus Conſulibus Theodoſio XIII. & Valentiniano III. decimotertio Kalendas Decembris. (a) Act. Conc. Epheſ. edit. Pelt. to. 1. c. 25.

XXX. Cyrillus ſcribit ad Acacium Beroœenſem. His præcognitis, quæ extant Cyrilli ad diverſos epiſtolæ hoc anno datæ, ex quibus res geſtæ in cauſa Neſtorii colliguntur: quæ ſcriptæ ſunt prius, quæ poſtea, temporis ordine referemus. Equidem illa primum vendicat ſibi locum, quæ ad Acacium Beroœenſem habetur inſcripta, data illa quidem non antequam ipſe Cyrillus ſcriberet ad Cæleſtinum: ſiquidem (ut dictum eſt) ipſe in epiſtola ad eum miſſa tradit, ad nullum hactenus conſacerdotem ſe de Neſtorii hæreſi litteras dediſſe: nec inſuper poſt acceptas litteras a Cæleſtino de Neſtorii anathemate eamdem ab ipſo Cyrillo ad Acacium oportuit eſſe ſcriptam: ſiquidem (quod primo loco ponendum erat) nihil penitus in ea de Neſtorii damnatione legitur. Quamobrem illud ut dicamus neceſſe eſt, eodem tempore quo ea inter Cyrillum ac Cæleſtinum de Neſtorio tractabantur, ad Acacium Beroœenſem illam eſſe conſcriptam epiſtolam. Erat enim Acacius magnæ æſtimationis Epiſcopus ob doctrinam & ætatem longam in ſede perfunctam, cæterum inveteratus dierum malorum, malis favens, ſubdolus & verſipellis; quippe qui primum in turbis adverſus Joannem Chryſoſtomum olim excitatis Theophilo Alexandrino Epiſcopo inhæſiſſet, atque demum (ut dicetur ex Actis Concilii Epheſini) favit Neſtorio, ejuſque ſectatoribus adverſus Catholicos, inhærens & ipſe contra Cyrillum Joanni Epiſcopo Antiocheno. Extat ipſa Cyrilli epiſtola, quæ ſic incipit (*b*): *Qui vehementer contriſtati ſunt*, &c. verſatur in deteſtatione Neſtorii recens emergentis hæreſis. (b) Cyrill. epiſt. 14.

XXXI. His Acacius acceptis litteris, magnopere adgaviſus eſſe, videri voluit, ſuſceptum eſſe a Cyrillo patrocinium Catholicæ fidei; eamdemque ipſius epiſtolam oſtendit Joanni Epiſcopo Antiocheno, amboque ſimul execrari viſi ſunt nefandam impietatem: reſcribenſque ad Cyrillum, eum hortatur, ut fortiter agere pergat, & de Joanne Antiocheno Epiſcopo iſta ſignificat: *Curavi* (inquit *c*) *ut epiſtola pietatis tuæ a ſanctiſſimo & pientiſſimo Ioanne Antiocheno Epiſcopo legere-* (c) Apud Cyrill. ep. 15.

*tur. Qui ubi hæc audivit, multa cum conſenſione & compaſſione eadem affectat, quæ & nos ſenilem agentes ætatem; cum ipſe recens ad Epiſcopatum venerit, qui per gratium Dei in certaminibus ad Epiſcopatum pertinentibus ita floret, ut præclare de illo ſentiant ac glorientur, quotquot per Orientalem adminiſtrationem ſunt Deo dilectiſſimi Epiſcopi. Is pietatem tuam, ut traditur, obſecrat, ut ſanctitas tua, prudentiam quam habet, uſa, intolerabile illud verbum quod prorupit, ita in manus ſumat, ut per ea quæ loqueris ac facis. Apoſtolicum illud, exigente ipſo tempore, oſtendas, quo Apoſtolus dicit: Etenim ſi poteſtate uti voluero, quam Deus mihi ad ædificationem, non ad deſtructionem dedit, haud pœnitebit*. Hæc & alia Acacius ad Cyrillum: quod ſi ex animo, Deus ſcit: certe progreſſus ejus atque Joannis Antiocheni ab his longe diſcrepare poſtea inventi ſunt. Etenim qui hoc anno adeo in Neſtorium infenſi apparuere, paulo poſt eidem patrocinari cœperunt: ſed de his ſuo loco. Acacii & Joannis Antiocheni Epiſcopi ſimulata ſtudia.

XXXII. Cyrillus admonet Joannem Epiſcopum Antioch. Inter hæc autem redditis Cyrillo per Poſſidonium Eccleſiæ Alexandrinæ diaconum acceptis Romæ a Cæleſtino Romano Pontifice litteris: quas ad diverſos Epiſcopos ſuperius numeratos inſcriptas legit, ad eoſdem mittendas ex ipſius Cæleſtini admonitione curavit; ſed & dat alias Cyrillus ipſe litteras ad Joannem Antiochiæ Epiſcopum, quibus de rebus Romæ geſtis adverſus Neſtorium iſta in fine de Romano Concilio ſubjicit (*d*): *Lectis namque in Concilio*, Romæ habito ſcilicet, *tum expoſitionibus, tum epiſtolis ejus, in quibus præſertim non eſt ſycophantiæ locus, habent enim illius ſubſcriptionem: Sancta Romana Synodus quæ manifeſta ſunt, notavit. Quamquam & ad tuam pietatem ſcripſit: quibus etiam obediendum eſt neceſſario ab illis, qui univerſæ Occidentis communioni adhærent. Exemplaria namque reſcripſerant ad pientiſſimum Rufum Theſſalonicenſem Epiſcopum, & ad alios quoſdam pientiſſimorum, qui in Macedonia ſunt, Epiſcoporum qui & ſemper illius adhæſere ſententiis. Scripſerunt autem nihilominus ad Juvenalem pientiſſimum Heroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopum. Eſt enim pietatis tuæ conſiderare quid conducat. Nos enim illius ſequemur judicia, veriti ne a tantorum virorum communione deficiamus, qui nullis aliis de cauſis indignantur, neque ob res minutas, ſed propter ipſam fidem, & quæ ubilibet ſunt Eccleſias, populique ædificationem, motus excitarunt*. Hæc ad Joannem Cyrillus. (d) Cyrill. ep. 13.

XXXIII. Eodem quoque argumento hoc etiam tempore ſcripſit ad Juvenalem Hieroſolymitanum Epiſcopum (*e*), ubi poſt recenſita quæ tum a ſe, tum a Cæleſtino ad- (e) Cyrill. ep. 16.

Cyrillus scribit ad Juvenalem Episc. Hierosolymit.

adversus Nestorium gesta atque decreta essent, hortatus est eum ut & ipse ad vendicandam læsam Catholicam fidem arma capesseret: quodnam vero consilium sibi ineundum putarit, ita declarat: *Necessarium autem erit, ut Christo amanti & religiosissimo Regi & universis magistratibus scribamus, consulamusque ne pietati hominem præponant, sed largiantur orbi terræ fidei firmitatem, ac greges Dominicos a malo pastore liberent, nisi universorum consiliis obtemperaverit.* Scripserit ne Cyrillus hoc tempore ad Theodosium, haud certum est.

XXXIV. Joannes Episc. Antioch. agit cum Nestorio de pace.

Inter hæc autem cum Joannes Antiochenus Episcopus per Alexandrinos clericos litteras accepisset tum Cælestini Romani Pontificis, tum etiam Cyrilli de damnatione Nestorii: omni qua potuit celeritate prævenit, ut easdem ad Nestorium mitteret Constantinopolim: adjecitque suas, quibus ei suasit, pacem Ecclesiæ, recantando palinodiam, amplecti. Sed reddamus hic litteras ipsas Joannis, quæ admodum conducunt historicæ veritati: sic enim se habent scriptæ pariter nomine etiam aliquot insigniorum Syriæ Episcoporum, qui simul tunc Antiochiæ aderant, quorum nomina in ea ponit (a):

*Domino meo pissimo sanctissimoque Episcopo Nestorio Joannes in Domino S.*

(a) *Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. lib. 1. c. 31.*

XXXV.

*Meam de tua pietate sententiam per dominum meum magnificumque per omnia Comitem Irenæum sincere absque ullo prorsus fuco dilectioni tuæ patefeci. Et quoniam vera expurgatione usus, omni (ut arbitror) suspicione apud te vaco; libere candideque sinceritati tuæ in posterum consilium dare institui. Poteris autem ex iis quæ suasurus sum, nostri erga te candoris non leve argumentum sumere, simulque quantæ ea charitas, quæ secundum Deum est, curæ nobis sit, perspicere: quam sane charitatem qui consectantur, illi divinis legibus obtemperant; qui vero ea neglecta impostoris student, ii suis se telis prius conficiunt, quam eos, quos adoriuntur. Hæc itaque opportune (ut existimo) præfatus, te etiam atque etiam rogo, ut me consultorem haud malum tibi futurum benevole admittas: neque, si quid utile, aut divinæ charitati cognatum in dictis meis occurrerit, id ipsum respuas.*

XXXVI.

*Equidem oportebat ut de rebus bonis atque utilibus inter nos conferremus: verum quia peccata nostra perturbationibus Ecclesiasticis ingens ostium patefecerunt, ideo ea charitati tuæ explanare cogor, quæ nuperrime ex Romana & Alexandrina urbe ad me perscripta sunt. Etenim clerici Alexandrini diversas de tua pietate litteras magno ad nos studio pertulerunt, unas quidem pissimi Episcopi Cælestini, reliquas omnes sanctissimi Episcopi Cyrilli: harum autem antigrapha mittens, charitatem obnixe tuam rogatam cupio, ut ita eas legat, ne qua hinc animi perturbatio consurgat; ex qua contentiones minime leves, seditionesque admodum noxiæ sæpenumero exoriuntur. Sed neque rem hanc tantam parvi quoque ducas, ut contemnas: diabolus namque res initio minus recte habentes per superbiam novit amplificare, in eamque magnitudinem paulatim evehere, ut postea omnem curam, omnemque medicinam respuant. Quare benevolum ac studiosum affectum ad illarum litterarum lectionem afferas: viros quoque nonnullos cordatos ac tibi benevolos ad propositarum rerum considerationem socios tibi adjungas; illisque non quæ grata, sed quæ utilia sunt effandi potestatem facias. Omnino enim si arbitri plures, minimeque fucati, ac liberam dicendi quod sentiunt facultatem nacti, præsentis negotii disquisitioni adhibeantur: facillime illud ea deliberatione consequemur, ut quod nunc perplexum & durum ac triste censetur, mox leve & lætum sit.*

Salubre consilium Joannis datum Nestorio.

XXXVII. Prudenter agit cum Nestorio Joannes.

*Enim vero licet dominus meus Cælestinus Deo devotissimus Episcopus decem tantum dierum intervallum ad terminum usque responsioni præfinitum valde angustum litteris suis expresserit: tamen res ea ejusmodi est, ut non dico decem diebus sed uno, immo vero paucis horis tota confici posse videatur. Nam quid facilius est, quam nomine commodo, multisque sanctis Patribus usitato, & vero nihilominus salutarique ex Virgine ortui percongruo in Christi omnium nostrum Regis dispensatione uti? Cum hoc ergo neque grave, neque periculosum sit, æquum non est ut sanctitas tua refutet. Neque id nunc apud se cogitet: Turpe est, si pugnantiæ docere videar. Si enim mens tua eadem sapit & sentit quæ sancti Patres Ecclesiæque doctores sentiunt & sapiunt (nam hoc, domine mi, & ex multis & ex communibus amicis de te accepimus) quorsum vereris pium animi tui sensum convenienti voce publicare, præsertim, cum tot tantæque tumultuationes ac disceptationes ex te natæ ob oculos jam versentur? Eas namque (mihi crede Deo dilecte) tum apud finitimos, tum apud longe quoque positos turbas concitasti, quæ ingentem ex insperato Ecclesiis tempestatem peperere: constat enim, Fideles circumquaque degentes hujus quæstionis & controversiæ causa inter se conflictari, quotidieque a se invicem divelli.*

XXXVIII. Hæresim Nestorii quomodo omnes execrentur.

*Verum esse quod dicimus, ex ipsismet rebus haud difficulter perspicere licet. Nam & Occidens & Ægyptus & ipsa quoque Macedonia ab ea unione sese abrumpere decreverunt, quam singularis Dei beneficentia per multos sanctorum*





*Patrum celebriumque Episcoporum, & præcipue per sanctissimi magnique illius patris nostri Acacii sudores molestiasque communi Ecclesiæ utilitati impertivit. Quis, quæso, reprehendat, si ea quæ sentis, libere exponas? Immo vero quis laudibus non efferat, si nomen, cujus sensum pietas tua (ut cognovimus) possidet, propter publicam quietem, communemque Orbis pacem, aliquando amplecti, in animum inducas? Quod si ita visum est, perpulchrum & ad præsentem controversiam peropportunum exemplum tibi hoc loco in mentem reducam, cujus te quoque meminisse velim: temporis enim, ex quo illud apud nos accidit, adeo multum non intercessit, ut jam animo excidere potuerit.*

XXXIX. De Theodoro Mopsuesteno historia.

*Memoria haud dubie tenes, cum beato Theodoro in expositione quadam excidisset quiddam quod tibi in primis, cui per id tempus cæteris liberius agere licebat, tum cæteris quoque omnibus ad quorum aures pervenerat, neque recte, neque satis quoque catholice dictum videbatur: quo pacto ille posteaquam damnum turbamque, quæ exiguus admodum lapsus peperarat, considerasset, expendisset atque nihilo secius ejusmodi tumultuationes, sectas, dissidiaque generare posse (solent namque homines, ejusmodi arrepta occasione, ultro citroque tumultuari, atque a se mutuo sejungi) cogitasset præterea parvam offensionis scintillam magnum sæpe fomitem discordiæ subministrare (quod etiam nunc apud nos usu venisse cernimus) ac commoda tandem opportunæ correctionis secum reputasset; non post multos dies generose in medium progressus, id quod a se non satis commode dictum fuerat, in gratiam Ecclesiæ nihil quicquam veritus correxerit; factaque emendatione, omnem mox calumniam adversum se excitatam penitus extinxerit: & quamvis nemo nesciret, quod ab illo dictum erat, minus recte sincereque dictum fuisse; attamen quod prompte id retractaret quod dixerat, hominem statim complexi sunt omnes.*

XL. Ut Mariam Deiparam dicat hortatur.

*Equidem non ad probrosam aliquam orationis correctionem, neque ad puerilem palinodiam (ut sic loquar) pietatem tuam invito. Sed quia multi (ut intelligo) non infrequenter ex te audierunt, quod ipsam solam vocem, non piam quoque ipsius vocis notionem averseris; si qui vero celebrioris famæ Ecclesiastici auctores tibi fuerint, ut ipso quoque nomine admisso, sacram Virginem Mariam Deiparam appelles, te istud neutiquam recusaturum esse: Hanc ob rem te iterum atque iterum moneo hortorque, ut libera id voce depromas, quod citra errorem sapere certo dignosceris. Age, inquam, rei quam recte tenes, nomen quod a multis sæpe Patribus usurpatum, scriptum & pronunciatum est, adjungere ne graveris: neque vocabulum, quod piam rectamque motionem in animo gignit, refutare pergas. Etenim nomen hoc, θεοτόκος, nullus umquam Ecclesiasticorum doctorum repudiavit. Qui autem illo subinde usi sunt, & multi reperiuntur, & apprime celebres. Quod si qui sunt qui illud non usurparunt, illi numquam erroris alicujus eos insimularunt, qui illo forte usi fuissent. Sane dum supervacanea quadam ad vanas hæreticorum opiniones solum spectante curiositate incitati, nomen, cujus sententiam recte tenemus, pertinaciter respuimus; aliud nihil (ut videtur) facimus, quam quod fratrum nostrorum conscientias & temere, & absque ulla utilitate graviter offendimus, planeque contemnimus.*

Patres, & Ecclesia semper confessa Deiparam.

XLI.

*Etenim si id quod nominis significatione offertur, non recipimus, restat, ut in gravissimum errorem prolabamur, immo vero ut circa inexplicabilem illam unigeniti Filii Dei œconomiam periculosissime versemur: quandoquidem hoc nomine sublato, vel hujus potius nominis notione repudiata, sequitur mox illum non esse Deum, qui admirabilem illam dispensationem nostræ salutis causa suscepit; tum Dei Verbum neque se exinanivisse, neque in servi formam sese demittens, ineffabilem quamdam benignitatis magnitudinem humano generi exhibuisse. Hanc enim Dei erga nos clementiam divinæ Scripturæ hinc præcipue constituunt, quod unicum illum sempiternumque Dei Filium, ante omnia sæcula natum, impatibili modo ex sacra quoque Virgine ortum ostendunt. Huc namque divinus tendit Apostolus, dum ita ait (a): Misit Deus Filium suum factum ex muliere. Clare hic ostendit, non alium, sed ipsummet Dei unigenitum in lucem prodiisse. Quod si virgo a sanctis Patribus propter hanc generationem Deipara nominetur, ut vere hoc nomine ab illis nominatur: nescio quorsum attinuerit, ut quæstionem hanc nequaquam necessariam (bona venia tua dictum sit) & contra illos ipsos, & contra Ecclesiasticam pacem quoque (ut vides) agitandam suscepimus. Etenim nulli nos periculo exponimus si ea sentimus, & loquimur, quæ doctores in Ecclesia Dei celeberrimos sensisse, & docuisse, certo novimus. Supervacaneum autem censeo illorum nomina hoc loco percensere: nosti enim illos æque ac nos, ut qui haud secus ac nos omnes, quod discipulus illorum aliquando extiteris, glorieris.*

(a) Galat. 4.

XLII. Præmunit Nestorium ad ictus accipiendos ex litteris Cælestini.

*Hoc nostrum, quæso, consilium admitte: hæc per nos rogatus exequere: nullum dissidiis locum, nullum gliscenti novitati fomentum suppedites. Cogita, si priusquam ullæ omnino litteræ missæ forent, multi contra nos extitere infrenes, peneque intolerabiles; quales nunc futuri sunt, tanta ex illatis litteris* (nempe Ro-

mani Pontificis) *subministrata fiducia, qualique in posterum adversum nos audacia sunt usuri. Hæc ego complures religiosissimos, tuæque pietatis studiosissimos, Episcopos apud me habens, quos etiam tunc præsto esse contigit, cum infaustæ illæ literæ afferrentur, scribere volui, ratus ingenui amici officium, illudque a promissione mea non alienum, me præstiturum, si fraterno quodam consilio existimationem tuam graviter hoc tempore laborantem nonnihil sublevarem.*

XLIII. Episcopi Syriæ qui hæc una scripsere.

*Quo circa pietatem tuam rogo, obtestorque ut ea quæ ob sanctæ Ecclesiæ tranquillitatem cum Dei timore, veraque erga te charitate exposui, placido animo suscipias. Nam non solus hæc dictavi, sed (ut modo ajebam) præsentibus multis Episcopis, videlicet domino meo Archelao Episcopo piissimo, Apringio, Theodoreto, Heliade, Miletio, & Macario, qui per Dei gratiam Ecclesiæ Sardicenæ præfectus est nuperrime: qui omnes & in fidei doctrina instructissimi & tui studiosissimi una mecum, domine mi, te rogant, ut animo facili literarum illarum turbinis instar ruentium impetum sistas. Quæ, si quidem obstinati restiterimus, molestiam afferent non modicam: sin autem obsecuti fuerimus, neque turbare, neque aliqua ex parte confundere nos poterunt. Hæc, tua perinde ac propria cordi habentes, monere voluimus: jam tuum est, æquo benevoloque animo monita nostra complecti: nisi forsitam minus nostri amans ita comparatus sis, ut cum tui, & Reipublicæ Christianæ damno obstinate isthæc aspernari decreveris. Obsecro, ut quamprimum, quod visum fuerit, immo vero non quod visum fuerit, sed quod utile fuerit, rescribas.* Hactenus Joannes Antiochenus cum aliis Syriæ Episcopis nominatis, cujus epistolæ mentionem habet Liberatus diaconus in Breviario (*a*).

(*a*) *Liberat. diac. in Brevia. c. 4.*

XLIV.

Præstitisse hactenus visus est Joannes, quod Catholicum decebat Episcopum, numerosque expleſſe veri amici: sed contra pietatem, & amicitiæ jura sancita deinde peccavit, cum renitentem hominem salubri obedire consilio, adhuc amicum retinuit atque fovit cum jactura Catholicæ fidei, & damno privationis communionis Orthodoxorum Antistitum. Etenim qui hæc scripsere ad Nestorium eidem intima conjuncti necessitudine, postea in Concilio Ephesino pro ipso Nestorio steterunt, maxime vero eidem addictus qui hic nominatur, Theodoretus Cyri Episcopus, laudator (ut vidimus) Theodori Mopsuesteni, ex quo sibi haud levem maculam superinduxit. Qui iidem omnes ea quoque ex parte nonnihil suspecti redduntur, non recto pede incedisse in Evangelium, dum Nestorium non ut hæreticum arguunt, sed ut qui recte sentiat, tamen minus caute atque prudenter voce illa uti detrectet, recusetque pertinaciter nimis dicere Virginem Deiparam; cum ea utendo voce, nihil detrimenti ipsi de fide doctrinæ inferre possit, quam sequitur rectam. Quomodo autem in his delitesceret anguis, subjicienda tibi hic, lector, est epistola ipsius Theodoreti ad Irenæum Episcopum: hic quidem ille Irenæus, cujus ipse Joannes Antiochenus in dicta sua epistola meminit ad Nestorium; quem licet Comitem appellet, tamen ex Comite idem est postea ordinatus Episcopus, ut suo loco dicemus. Epistola igitur Theodoreti ad Irenæum sic se habet (*b*):

Fautores Nestorii Syri Episcopi.

(*b*) *Theod. epist. 16. ex Cod. Vatic.*

XLV. Epistola Theodoreti ad Irenæum.

*Non est (ut videtur) bonum, amplius expectare: non enim solum non quievit, sed in dies (ut ita dicam) Ecclesiæ tempestas augetur. Venerunt siquidem illi, qui Synodum convocant, & nonnullis Metropolitis, necnon & nostro, Ecclesiæ literas dederunt; quarum exemplum ad te misi, ut cognosceres, juxta illud poetæ, malum malo jam esse obfirmatum, & sola nobis Domini bonitate opus esse, ut tempestatem quiescere faciat: illi enim tantum id facile est, nos vero hujusmodi quietе sumus indigni: satis autem nobis erit patientiæ gratia & virtus & donum, ut per hanc hostes vincere possimus. Hoc enim divinus Apostolus petendum esse, nos docuit: Facite enim (inquit) cum tentatione proventum, ut possitis patienter sustinere.*

XLVI. Quomodo Theodoretus suadet dimicandum esse.

*Te autem, o Deo dilecte, in primis oro, ut detractorum ora obstruas, ac illos doceas, quod non oportet, illos (ut ajunt) qui extra sagittas existunt, eos reprehendere, qui invicem præliantur, & percutiunt, & percutiuntur. Quid enim interest, his armis aut illis præliantes uti, & hostes vincere? Magnus namque David neque omnibus armis indutus alienigenarum propugnatorem conculcavit Goliath, & Samson asini mascella armatus mille eodem tempore prostravit: & nullus ejus victoriæ detrahet, neque victorem pusillanimitatis arguet, quod neque hastam vibrans, neque scutum objiciens, neque jacens frequentius, vel arcum tendens, hostes devicit. Ita igitur de illis qui pro pietate sunt præliaturi, sentiendum est: neque dictiones sunt quærendæ, quæ controversiam excitarunt, sed enthymemata, & argumentationes, quæ veritatem aperte declarant, & eos qui adversari audent, rubore perfundunt. Quid enim interest, hominis simul & Dei genitricem appellare beatam Virginem, vel dicere ipsam geniti matrem & ancillam; & inferre, quod mater quidem est ut hominis Domini nostri Jesu Christi, ancilla vero ut Dei: & quod quidem sycophantiæ & captionis, vel erroris causam præbet,*



*bet, tacere; eumdem autem dicere sensum, aliam usurpando nuncupationem?*

XLVII. Dei genitricem Mariam subdole dicunt fautores Nestorii.

*Præter hæc & illud scire oportet, quod alterum commune est Virginis nomen suum, alterum vero suum & proprium: & quod de hoc tota controversia orta est, quæ utinam orta numquam fuisset: quod quamplurimi veterum sanctorum Patrum honorabilius nomen tribuerunt Virgini: hoc etiam tua fecit pietas in duabus, vel tribus orationibus; habeo enim nonnullas, quas tuum mihi Deo dilectum caput misit: & dum eamdem Virginem Dei genitricem appellas, huic nuncupationi illam minus adjecisti, ut hominis genitricem appellares, sed aliis nominibus hunc sensum significasti.* Hæc de technis & astu, vaticieque in occultanda prava sententia sub Catholico nomine jam tibi ex his palam facta sunt, lector. Sed quod eumdem plurimum arguit, hoc ibidem de Theodoro Mopsuesteno, & Diodoro Tarsensi hæresis hujus auctoribus mox subdit:

XLVIII. Quam studiosi fuerint, Diodori & Theodori fautores Nestorii.

*Quando vero me arguitis, quod sanctos ac beatos Patres reliquerim atque rejecerim, Diodorum videlicet, & Theodorum; e catalogo Doctorum: necessarium etiam duxi de hoc nonnulla dicere. Primum enim, o carum caput, nullos alios insignes, & illustres viros me omisisse scito. Deinde illud etiam animadverte, quod ille qui accusatur, testes afferre debet, de quibus nulla est controversia, & quos nec ipsi accusatores arguere possent; si vero reus eorum testimonia afferret qui ab accusatoribus etiam accusantur, & arguuntur; nec ipse Judex ipsos facile admittere vellet. Si enim Patrum encomia & laudes conscribendo hosce sanctos omisissem; fateor me deliquisse, & erga Doctores ingratus essem: sin autem dum accusor, excusationem meam attuli, & eorum usus sum testimonio, de quibus nulla est dubitatio: cur frustra illi qui hæc scire nolunt, nos accusant? Quanto vero honore prosequar viros illos* (Theodorum scilicet ac Diodorum) *testatur liber ipse, quem nos pro illis conscripsimus, in quo, ea quæ illis objiciebantur, confutavimus, nihil veriti accusatorum potentiam, nec insidias contra nos structas. Aliam igitur quærant causam impostoræ, qui verborum vanitate delectantur, & garrulitate: mihi vero ea mens, is animus, non ad hujus vel illius gratiam omnia facere & dicere, sed Dei Ecclesiam ædificare, & ejus sponso, & Domino placere: non enim corporei cultus causa, nec honoris multarum*



PAGIUS XI. *Synodus Alexandrina adversus Nestorium.*

Anum. L. ad LXI. *Cyrillus* acceptis *Cælestini* Papæ literis Concilium in Ægypto coegit, indeque Synodicam misit Nestorio, qua continebantur tria, fidei expositio, duodecim anathematismi subscribendi, & denunciatio sententiæ ab eodem Cælestino latæ. Refertur ea Part. I. Concil. Ephes. cap. XXXVI. Legati sunt a Synodo Episcopi quatuor, qui litteras *Cælestini* & Synodicam darent Nestorio Cleroque Constantinopolitano, ac Archimandritis. Ii fuere *Theopemptus* Cabasorum, *Daniel* Darnensium, *Potamon* & *Macarius* Episcopi. Baronius, num. L. duos

*moleſtiarum ac curarum pleni cupidus, quem miserum appellare vereor, hæc facio: testis est mihi conscientia mea: jamdiu enim sponte mea illum omisissem, nisi divinum verer judicium, & tribunal: & nunc certo scito, domine, quod necessitatem, & occasionem expecto: prope autem esse illam puto, ut ex iis quæ fiunt, & parantur, conjicere valeo.* Hactenus epistola Theodoreti ad Irenæum, quæ extat ordine decimasexta ex centum quinquagintaseptem ejus epistolis, quas Græce scriptas codex continet Vaticanus, vertit autem eas in Latinum vir cum primis disertus, mei vero studiosissimus, cui plurimum debeo. Federicus Metius: porro hic eam edendam curavimus ad inspiciendas latebras non tam Joannis ac Theodoreti ipsius, quam omnium Syrorum Episcoporum, qui Nestorii patrocinium susceperunt.

XLIX.

Quod vero pertinet ad Theodorum Mopsuestenum Episcopum, quem Joannes recantasse palinodiam ait, & quem se defendisse Theodoretus asserit: nihili quidem facienda sunt hæc: etenim ex scriptis suis meruit ille post mortem ut impius condemnari, nomenque ejus e sacris tabulis deleri: testatur id quidem Quinta Synodus, & Justinianus Imperator, dum ait (*a*): *Iste usque ad mortem suam permanens in impietate, ab omni Ecclesia ejectus est. Itaque omnis plenitudo Mopsuestenæ Ecclesiæ, in qua Episcopus fuisse dicitur, cum invenisset, quod Paganis, & Judæis, & Sodomitanis a Sanctis Patribus adnumeratus est, deleverunt ipsi ex illo tempore e sacris Diptychis nomen ejus, sicut Gesta in eadem Civitate apud Concilium Episcoporum illius provinciæ confecta ostendunt.* Hæc Justinianus in edicto de fide Catholica. Quænam vero essent sacra Diptycha, accipe ex epistola Ægyptiorum Episcoporum (*b*) ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum contra Timotheum invasorem sedis Alexandrinæ, ubi hæc habentur: *Etiam in venerabili Diptycho, in quo piæ memoriæ transitum ad cœlos habentium Episcoporum vocabula continentur, quæ tempore sanctorum mysteriorum secundum sanctas regulas releguntur, posuit & Dioscori nomen &c.* Jam vero ad Cyrilli Alexandrini reliquas in causa Nestorii hoc tempore res gestas revocemus orationem.

(*a*) *Extat to. 2. Concil. nov. edit.*

(*b*) *In ep. viror. illust. pro Concil. Chalced.*

L.

Inter hæc autem qui jam cogere Synodum usque ad Cælestini Romani Pontificis cognitionem Cyrillus Alexandrinus E-

Synodus Alexandrina adversus Nestorium.

piscopus (ut ipse testatur in litteris superius memoratis ad eum datis) fuerat retardatus, redeunte Possidonio diacono cum litteris ipsius Cælestini, quibus inter alia vicem suam ipsi in prosequenda causa Nestorii delegaverat, confestim collegit Alexandriæ Synodum: in qua percognitis his quæ ab eodem Cælestino Papa adversus Nestorium scripta fuissent, quatuor in primis decernuntur legati, qui Constantinopolim proficiscantur reddituri litteras Cælestini ipsi Nestorio cum decreto damnationis, nisi intra præscriptum terminum resipisceret: legatorum autem nomina hæc sunt, Theopentus, Daniel, Potamon, atque Macarius; quorum Theopentus Episcopus erat Cabasorum, & Daniel Darnensium, ut ex ipsorum relatione (*a*) in Ephesino Concilio cognita patet: reliqui duo Alexandrinæ Ecclesiæ ministri erant.

(*a*) *Concil. Ephes. edit. Pelt. to.2. c.16.* (*b*) *Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. to.1. c.14. & edi. Cont. c.15.*

Decretum quoque in eadem Synodo fuit, ut iisdem legatis Synodalem darent epistolam ad Nestorium, quæ præterea fidei Orthodoxæ confessionem contineret, cum duodecim anathematismis ad calcem positis; quæ sic se habet (*b*):

LI. Synodalis epistola ex Concil. Alexand. ad Nestorium.

*Cum Salvator noster diserte pronunciet* (*c*): *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus: quid nobis fiet, a quibus tua pietas supra Christum omnium Salvatorem diligi postulat? Quis in die judicii nobis patrocinabitur? aut qualem tum excusationem inveniemus, qui tanto tempore silentio utentes, tua illa maledicta, quibus illum invasisti, dissimulavimus? Quod si dum hæc sentis & doces, te ipsum tantummodo læderes: fortasse minor nos solicitudo teneret. At quia totam Ecclesiam graviter offendisti, ac non iis modo qui Constantinopoli versantur, novæ insolitæque hæreseos fermentum, sed omnibus ubivis locorum degentibus objecisti (circumferuntur enim passim tuarum exegeseon libelli) quæ, obsecro, oratio silentio nostro defendendo satis idonea reperietur? aut quomodo sermonis Christi memores esse non poterimus? Nolite (inquit) (d) arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium: Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam. Certe si fides violatur, omnis omnino erga parentes reverentia tamquam inanis, & periculosa valeat. Faceßat lex illa amoris erga liberos, & fratres: quia mori utique satius est piis, quam vivere, quo meliorem (ut scriptum est) inveniant resurrectionem.*

(*c*) *Matt. 10.*

(*d*) *Matt. 10.*

LII.

*Ecce igitur una cum sacra Synodo, quæ in magna Romanorum Civitate, piissimo Episcopo fratre ac comministro nostro Cælestino præsidente, convenit, jam tertio his te littteris contestamur & obtestamur, ut consilium nostrum secutus, stolidis illis absurdisque dogmatibus quæ foris publiceque doces quamprimum nuncium mittas; fidemque rectam, & jam inde ab initio per sacros Apostolos, & Evangelistas, qui Verbi spectatores, & ministri fuerunt sanctis Ecclesiis traditam reverenter suscipias. Quod sane nisi juxta tempus in litteris Cælestini sacratissimi reverendissimique Romanorum Episcopi expreßum præfinitumque præstiteris; certo scias nullam tibi deinceps cum Episcopis, & sacerdotibus Dei consuetudinem, nullum sermonem, nullum denique inter eos locum futurum esse. Neque enim æquum est, ut nos Ecclesias turbatas, populos offensos, fidem rectam labefactatam, gregem Christi misere abs te dissipatum, qui illum, si quidem perinde ac nos rectæ fidei doctrinam consectari, sanctorumque Patrum pietatem æmulari libuisset, conservare alioqui debueras, diutius negligamus.*

LIII.

*Illud quoque latere te nolumus, nempe nos promiscue cum omnibus tum clericis, tum laicis, quoque, quos tu propter fidem excommunicasti, vel ordine movisti, communicare. Haud enim par erat, eos qui rectam fidem tenere comperti sunt, ob iniquam tuam sententiam detrimentum aliquod pati, ob id nimirum, quod recte sentientes, tuæ doctrinæ assentiri noluerunt: nam & hujus quoque exauctorationis, & dissensionis in epistola quam ad Cælestinum Romanorum Episcopum scripsisti, fit mentio. Cæterum minime sat esse putamus, si reverentia tua fidei Symbolum quod a sacra & magna illa Synodo, quæ per Spiritum sanctum in urbe Nicæa quondam convenit, expositum est, nobiscum confiteatur: nam etsi voce tenus illud profiteri videare, attamen neque recte intelligis, neque sincere, quoque, sed perverse plane, præposterequ interpretaris.*



*Verum præter hoc operæpretium quoque* LIV.
*fuerit, ut ea omnia scriptis execreris, & anathematizes, publiceque abjures, quæ sceleste, & profane hactenus sensisti, aliosque docuisti; & ea rursum posthac te sensurum, & docturum sancte polliceare, quæ & nos & cæteri omnes, quotquot vel in Oriente, vel in Occidente vivunt Episcopi doctorum ac populorum duces. Ad epistolas porro quod attinet, quas Alexandrina Ecclesia ad te misit: eas tum a sacra Romana Synodo, tum a nobis omnibus quoque ab omni errore, & vitio immunes judicatas esse scias. Hisce autem litteris nostris utraque subjunximus, & ea quæ te oportet sapere, & docere, & ea rursum a quibus te convenit abstinere.*

*Porro autem Catholicæ Apostolicæque Ecclesiæ fides, in qua universi Orientis, & Occidentis Orthodoxi Episcopi consentiunt, hujusmodi est: Credimus in Deum Patrem omnipotentem, &c.* Usque ad finem, ubi scripta habentur, quæ ipse profiteri debeat secundum Catholicæ Ecclesiæ pietatem; quæ nos brevitatis causa referre prætermittimus: illud insuper hic reddentes, quod dum iidem Synodi Patres in eo argumento versantur, ut de Verbo tradant, quod semel assumpsit, proprium reddidisse, & numquam dimisisse, de sacratissima Eucharistia ejusmodi habent veram sinceramque doctrinam:

Quin

PAGIUS duos ultimos in ordinem ministrorum Ecclesiæ Alexandrinæ redigit, sed nullo teste, & contra Petri Primicerii Notariorum verba, quæ leguntur Part. II. Concil. Ephes. Act. I. *Verum ea etiam quæ sanctissimus pissimusque Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus Cyrillus, & universa Ægypti Synodus per Theopemptum & Danielem & Potamionem & Macarium religiosissimos Episcopos ad eumdem destinaverant*, &c. Et denique contra antiquam consuetudinem conveniendi Antistites majorum Sedium si quando vocandi essent ad judicium, per tres saltem Episcopos, ut variis exemplis probat Garnerius in Dissert. II. de Synodis habitis in causa Nestorii pag. 338.

XII. *Nestorius significat Cælestino Imperatorem indixisse Synodum generalem.*

Interim *Nestorius* tertiam ad *Cælestinum* scripsit Epistolam, cujus versionem nobis conservavit Marius Mercator pag. 355. editionis Baluzianæ; & pag. 80. editionis Garnerii. Iis literis, quæ hactenus lucem non viderant, Nestorius & *Cyrillum* perstrinxit, quasi sibi male conscius metueret Synodi de libellis in se oblatis judicium, & accusavit malignæ cujusdam tergiversationis, morosæque inconstantiæ, qua mox vocem χριστοτόκον reiiceret, modo ad libitum admitteret. *Cælestinum* postea artificiose hortatur, ad componendam litem inter dimicantes de Θεοτόκῳ & ἀνθρωποτόκῳ partes, jubendo singulas abjecta, sua illa, quæ purum Deum, vel purum hominem significare posset, uti voce tertia, χριστοτόκῳ, quæ utriusque alterius vim in se conjunctam habeat. Denique indictam a *Theodosio* generalem Synodum monet, idque callide velut insultans Pontifici, ob declinatam ipsius sententiam; *Placuit vero*, inquit, *piissimis Imperatoribus, Domino adjuvante etiam Synodum inexcusabiliter totius Orbis terrarum indicere, propter inquisitionem aliarum rerum Ecclesiasticarum*. Quæ vox, *inexcusabiliter*, & sacra Imperatoris, de qua mox, ad Metropolitas, indicant non obscure, inquit Garnerius, Synodum rogatu Nestorii indictam, & communicatam cum ipso indictionis quoque formam. Quare cum indictionis decretum consignetur *XIII. Kalend. Decemb.* ea Epistola non multum post diem illum ad Cælestinum a Nestorio data.

XIII. *Nestorius accipit litteras quibus citatur a Cyrillo*

Dum hæc Constantinopoli geruntur, eo appulerunt quatuor Episcopi, quos diximus a Synodo Alexandrina ad *Nestorium* missos, literasque Apostolicas Cælestini, & Synodicas Cyrilli ejus Vicarii, Nestorio dederunt, ut Theopemptus Legatorum unus narravit Patribus Ephesinis part. I. Concil. Ephes. Act. I. & apud Baronium num. LIX. *Die Dominica, post synaxim peractam in Episcopium ascendimus, ibidemque toto*

PAGIUS *toto præsente Clero, cunctisque fere Illustribus adstantibus, literas, de quibus sermo est, Nestorio tradidimus; quibus acceptis constituit nobis, ut sequenti die sermonem cum eo haberemus. Abivimus ergo: at postero die reversos non admisit, neque etiam satisfecit literis, sed publice pro concione eadem, quæ ante, & his quoque deteriora dogmata proposuit.* Dominicam illam incidisse in diem tricesimum mensis Novembris qui Dominicalis fuit, docet Marius Mercator juxta editionem Emin. Cardin. Norisii lib. 2. Histor. Pelag. cap. 7. ubi ex Codice Palatino Vaticano num. 234. recitat Epigraphen præfixam a Mario Mercatore sermoni cuidam Nestorii nempe duodecimo: *Item ejus* (nempe Nestorii, inquit Marius Mercator) *sermo in Ecclesia habitus (postquam literas Cælestini Romani Episcopi & Cyrilli Alexandrini denunciationes accepit) VIII. Idus Decembris Conf. Theodosio XIII. & Valentiniano III. Augg. post sextum diem, quam ejusdem litteras sumsit. Dulcem nobis præcedens Doctor*, &c. quæ ultima verba illius sermonis priora sunt. Nestorius itaque die XXX. Novemb. literas illas Synodicas accepit, & post sextum diem, idest *VIII. Idus Decembris*, seu die VI. ejusdem mensis habuit illum sermonem in Ecclesia quem recitat Garnerius citatus pag. 85. quemadmodum & alium a Nestorio dictum, *die altera, idest Dominica*, inquit Mercator apud Garnerium pag. 93.

XIV. *Dies citationis & dies quo Nestorius Sermonem habuit ad populum distinguendi.*

Cum autem Epistola, quæ Alexandriæ die ultima Novembris data est, Constantinopolim pervenire non potuerit intra spatium septem dierum, Garnerius loco *VIII. Idus Decemb.* reposuit *VII. Idus Decemb.* in quem diem Dominica cadebat, & pag. 19. suæ Præfationis in illum ultimum Tomum Mercatoris, ait: *Tempus quo data est Synodica, atque ideo Synodus habita, in vetere manuscripto invenimus, nempe diem tertium Novembris:* indeque colligit, Synodicam die tertia Novembris Alexandriæ scriptam, Constantinopoli septimo Decembris, seu VII. Idus Decemb. a Nestorio acceptam, & sermonem illum, cujus initium est: *Dulcem nobis præcedens Doctor*, &c. die decima tertia mensis Decemb. alterumque die sequenti, qui Dominicus fuit, recitatum, Pag. vero 69. Garnerius habet: *In Codice MS. Carmelitarum Discalceatorum conventus Parisiensis data* (nempe Synodica) *legitur mense Novembri die XXX. indictione XIV. Quæ temporis nota nisi emendentur cohærere non possunt. Nam scripsit proculdubio Cyrillus postremum Nestorio anno CCCCXXX. & Nestorius Cyrilli Literas accepit Constantinopoli VII. Idus Decemb. Si qua igitur fides Codici, accepta fuisse Constantinopoli Epistola septem post diebus, quam Alexandria scripta esset, quod omnino incredibile. Cohærebunt omnia facile, si dicatur Alexandria scriptæ III. Novembris, accepta Constantinopoli septimo Decembris, & indictio ut par est, non a Januario, quomodo esset decimæ tertiæ, sed a Septembri, quo mense decima quarta incepit.* Garnerio adhæsit Lupus in Notis ad caput 1. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi. Verum Garnerius & Mercatoris textum corrumpit, & diem habitæ Synodi comminiscitur. Duo solum Exemplaria Marii Mercatoris supersunt, Vaticanum sc. & Bellovacense. In priori tam Card. Norisius laudatus, quam Baluzius in nova Collect. *Concil.* pag. 422. legerunt, *VIII. Idus Decembris*, quod & scriptum reperit Baluzius in Codice Bellovacensi, quem præ manibus habuit. Præterea Balu-

LV. De sacra Eucharistia sincera doctrina.

Quin illud quoque non possumus hoc loco non adjicere, nempe dum unigeniti *Filii Dei, hoc est, Jesu Christi mortem, & ex mortuis resurrectionem annunciamus, ejusdemque in cœlum assumptionem profitemur, incruentum in Ecclesia Dei cultum nos obire, mysticasque benedictiones adire, eaque ratione sanctificari, utpote sacræ carnis, & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum Salvatoris participes effecti. Neque enim illam, ut carnem communem suscipimus (absit hoc) neque rursum tamquam viri cujuspiam sanctificati, aut dignitatis tantum æqualitate Verbo consociati, aut divinam inhabitationem sortiti, sed tamquam vere vivificam, ipsiusque Verbi propriam. Nam cum vita sit & Deus secundum naturam; simulatque unum quiddam cum ipsa sua carne effectum est, mox vivificam divinitatem illi contulit. Quamvis ergo ad nos dicat: Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, &c. neutiquam tamen illam communem, hoc est, hominis cujuspiam nostræ conditionis carnem esse, existimare debemus (quomodo enim hominis caro secundum suam ipsius naturam vivifica esse queat?) sed vere illius propriam, qui nostri causa Filius hominis & factus, & appellatus est &c.*

LVI. Omissis igitur reliquis, anathematismos ad calcem positos tantum his subjiciemus: quot enim illi numero sunt, tot æque numerare fuit Nestorii hæresis capita, superantia illa quidem, & deformitate & multiplicitate tricipitem fabulosam inferni bestiam, & Lernæam hydram septem sibilantem faucibus; cum duodecim ista jugiter apertis blasphemaverit oris, quæ ab iisdem Patribus, exemplo Danielis, ejusmodi offis injectis, sunt occlusa: subdunt enim:

*His omnibus, & te quoque subscribere, & citra omnem fucum ac dolum una nobiscum assentiri oportet. Quæ vero tua reverentia anathematis execratione condemnare debet, ea nostræ huic epistolæ in hunc modum hoc loco subiiciuntur.*

LVII. Anathematismi ex Concilio Alexandrino.

*Anathematismus primus. Si quis Emmanuelem Verbum Deum, & ob id sacram Virginem Theotocon esse non confiteatur (genuit enim illa incarnatum Dei Verbum secundum carnem) anathema sit.*

*Secundus. Si qui sunt, qui Dei Patris Verbum carni secundum hypostasin unitum, & unum tantum una cum sua carne Christum esse, eumdem nimirum Deum simul, & hominem non confitentur: anathema sit.*

*Tertius. Si quis post unionem hypostases in Christo distinguit, eaque dumtaxat conjunctione easdem inter se nectit, quæ est secundum dignitatem, vel auctoritatem, vel potestatem, & non ea potius quæ est secundum naturalem unionem: anathema sit.*

*Quartus. Si quis duabus personis, vel hypostasibus eas voces attribuit, quæ in Evangelicis, & Apostolicis Scripturis passim occurrunt, quæve a sanctis de Christo aut ab ipso quoque Christo de se ipso dictæ sunt, & alias quidem homini seorsum a Dei Verbo considerato adscribit, alias vero tamquam in divinam majestatem convenientes soli Verbo, quod ex Deo Patre est accommodat: anathema sit.*

*Quintus. Si quis dicere audet, Christum non esse verum Deum, sed hominem tantum Deiferum, utpote unum naturalemque Filium, quatenus nimirum Verbum caro factum carni & sanguini perinde ac nos communicavit: anathema sit.*

Se-

PAGIUS

Iuzius ibidem recitat Synodicam Cyrilli ad Nestorium, quæ his verbis clauditur: *Data mensis Novembris die XXX. Indictione XIV.* Et tamen in laudato Synodico Tragœdiæ adversus Irenæum, loco, *Indictione XIV.* habetur, *Indictione XIII.* tam apud Lupum loco citato, quam apud Baluzium pag. 686. Collect. Concil.

XV. *Notæ temporariæ Litteris, quibus citatur Nestorius, male additæ.*

Idem Baluzius in editione Operum M. Mercatoris pag. 357. refert eandem Epistolam Synodicam Cyrilli, in cujus fine hæc verba, *data mensis Novembris die XXX. Indictione XIII.* vel XIV. non leguntur quemadmodum nec in versione ejusdem Synodicæ Dionysio Exiguo attributa in Tomo III. Concil. edit. Labbeanæ, pag. 412. Immo ea *Cyrilli* Synodica extat Græce & Latine tam Tomo V. Operum S. Cyrilli part. II. pag. 67. quam in Actis Concilii Ephesini edit. Labbeanæ pag. 396. & apud Garnerium pag. 69. & tamen ibi nec Græce, nec Latine legitur citata temporis nota quæ in duabus versionibus Latinis mox laudatis memoratur. Ex quibus liquet primo, *datam* illam non esse Sancti *Cyrilli*, sed addititiam; eo magis quo *Cyrillus* non menses Romanos, sed Ægyptiacos usurpat, ut omnibus notum. Liquet II. additamentum illud factum esse post XI. Ecclesiæ Sæculum cum antea Indictio semper a Septembri inchoaretur; ideoque currenti anno, die XXX. Novembris non *Indictio XIII.* sed *indictio XIV.* in cursu fuerit. Liquet III. illud ex probato aliquo monumento desumtum fuisse; cum die XXX. Novembris Cyrilli Synodica scripta quidem non fuerit, sed tamen *Nestorio* denunciata ac tradita. Liquet IV. *datam* illam in editionibus Latinis diverso charactere scribi debuisse, ne incautus lector eam a *Cyrillo* positam putaret. Liquet denique, Baluzium pag. 422. novæ Collect. Concil. recte animadvertisse sequentia Mercatoris verba interpunctione, aut, ut ego arbitror, Parenthesi, distinguenda esse hoc modo: *Item ejusdem sermo in Ecclesia habitus (postquam literas Cælestini Romani Episcopi & Cyrilli Alexandrini, denunciationis accepit) VIII. Idus Decembris, Cons. Theodosio XIII. & Valentiniano III. Augg. post sextum diem, quam easdem literas sumsit;* ita ut dies VIII. Idus Decembris sit sermonis habiti, non vero denunciationis acceptæ ut putavit Garnerius, qui ideo textum depravare, & rei gestæ seriem corrumpere coactus fuit.

XVI. *Nestorius* acceptis Romanæ & Alexandrinæ Synodi literis, confestim exemplum Antiochiam mi-



*Sextus. Si quis Dei Patris Verbum, Christi Deum, vel Dominum esse dixerit, neque post Verbum secundum Scripturas incarnatum, unum, eumdemque Deum simul & hominem esse confessus fuerit: anathema sit.*

*Septimus. Si quis Jesum Christum, hominem tantum, divini Verbi vi actum esse dixerit, aut illustrem illam Unigeniti gloriam illi ipsi homini, veluti alteri cuipiam ab ipso Verbo advenisse commentus fuerit: anathema sit.*

*Octavus. Si quis hominem assumptum una cum ipso Dei Verbo adorandum, una cum illo glorificandum, una cum illo tamquam alterum in altero existentem Deum appellandum esse, dicere ausus fuerit (hunc enim intellectum, particula, cum, adjecta perpetuo ac necessario afferre consuevit) & non una potius adoratione Emmanuelem honorat, unamque hactenus illi glorificationem attribuit, quatenus Verbum factum est caro: anathema sit.*

*Nonus. Si quis unum Dominum nostrum Jesum Christum a Spiritu sancto tamquam a virtute ab se aliena glorificatum dixerit; efficaciamque qua contra immundos spiritus uteretur, & divina inter homines miracula operaretur, ab ipso eodem accepisse prædicaverit, & non proprium naturalemque illius esse Spiritum, per quem divina signa edidit: anathema sit.*

*Decimus. Christum Jesum nostræ confessionis Pontificem, & Apostolum extitisse, eumdemque semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo Patri obtulisse, divina Scriptura commemorat. Si quis ergo dixerit, Pontificem & Apostolum nostrum non esse ipsum Dei Verbum postea quam caro & homo nobis similis factum est, sed hominem illum, qui ex muliere natus est, quasi alterum quempiam ab ipso diversum: Aut si quis Christum pro se ipso quoque, & non solum pro nobis sacrificium obtulisse affirmaverit (neque enim is oblatione opus habebat, qui nullum peccatum commiserat:) anathema sit.*

*Undecimus. Si quis ipsam Domini carnem vivificam, ipsiusque Verbi, quod ex Patre est, propriam esse negaverit, sed alterius cujuspiam ipsi Verbo secundum dignitatem tantum conjuncti, aut divinam tantum inhabitationem sortiti, esse dixerit; neque vere rursum vivificam, ut modo meminimus, eo quod Verbi, quod omnia vivificat facta sit propria, confessus fuerit: anathema sit.*

*Duodecimus. Si quis inficiatur Dei Verbum secundum carnem passum, secundum carnem crucifixum, mortemque secundum carnem gustasse, & primogenitum tandem ex mortuis factum esse, quatenus videlicet vita est & vivificum, ut Deus: anathema sit.* Hactenus anathematismi ex Synodo scripti, Cyrillo auctore.

LVIII. De Epistolis Synodalibus ex Conc. Alex.

Adjecerunt his litteris iidem Patres Synodalem aliam epistolam ad clerum Constantinopolitanum, qua ex decreto Romani Pontificis damnationem Nestorii significant, & eorum qui cum illo communicant; declarantes pariter, in suam, hoc est, totius Ecclesiæ Catholicæ communionem recipi, qui ab eo fuissent causa

PAGIUS

*Nestorius amicorum opera anathematismos Cyrilli confutandos curat.*

misit ad *Joannem Antiochenum* amicum suum rogans, ut a doctissimis Episcopis sui consilii, & nominatim ab *Andrea* Episcopo Samosateno, & a *Theodoreto* Episcopo Cyrensi scribendum curaret adversus XII. anathematismos Cyrilli in hujus Synodica contentos, quasi Apollinaris Ariivæ hæresim renovarent. Baronius num. LVI. & seq. XII. illos anathematismos recitat, qui nihil aliud sunt quam Patrum sententiæ, quibus nihil continetur, quod non ubique ac semper omnes docuissent. Omnes anathematismi reducuntur ad quatuor propositiones. I. quod Dei Filius vere sit factus homo. II. quod idem sit, & non alius, Filius Dei, qui filius hominis; atque ita Deus ex muliere natus sit, duasque Verbum generationes habuerit. III. quod Virgo sit Deipara. IV. quod Immortalis mortem pertulerit, & idem crucifixus, qui adorandus. Porro fuit *Andreas* hoc tempore inter Orientales Doctrinæ fama Pietatisque celebris, ad quem extant tres Theodoreti Epistolæ. Andreæ & Theodoreti objecta *Cyrillus* ante insequentis anni Pascha diluit duplici Apologetico, altero adversus Orientales Episcopos, altero adversus *Theodoretum*. Uterque legendus apud Garnerium pag. 133. & pag. 178. vel in editione Baluziana Operum M. Mercatoris pag. 219. & 324. Baronius num. LXI. ait, *Cyrillum* declarationem edidisse duodecim illorum capitulorum, qua ab hæresi Apollinaris se se abhorrere docuit, & quidem antequam *Theodoretus* & *Andreas* suas conscripsissent in illum antitheses. At ea expositio, quæ legitur in part. III. Concil. Ephes. pag. 812. & his verbis inchoatur: *Omnia, ut scriptum* est, petente Synodo confecta est a Cyrillo in custodia posito, ut ex Epistola Schismaticæ Synodi ad suos Legatos ad Imperatorem notat Garnerius pag. 351.

XVII. *Theodoretus & Andreas Monachi scribunt adversus Capitula Cyrilli.*

Baronius ibidem existimat, Andream post solutum Concilium Ephesinum ad scribendum contra Cyrilli Capitula a Joanne Antiocheno impulsum fuisse, & anno CCCCXXXI. num CLXXXIII. ait, tulisse Andream eam pro impietate mercedem, ut ex Monacho Constantinopolitano Samosatenus Episcopus fieret. Verum uterque scripsit ante Concilium Ephesinum, ut diserte de se testatur Theodoretus in Præfatione sui Pentalogii: *Priusquam Conventus*, inquit, *apud Ephesum celebraretur, duodecim capitulis strictim ac aperte restitimus, ut præscius horum fieret intellectus etiam studiorum, & rationis expertibus. Quia vero se manifestum, qui ista protulit, in Concilio declaravit, & plures ex eis, qui convenerant, imperiti penitus, nec ulla dogmatis imbuti notitia, pia hæc arbitrati sunt, opera pretium visum est iterum contra niti, sermonemque distendere, & succisam blasphemiam multipliciter confutare.* Quibus ex verbis Lupus in Notis ad caput 20. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, recte deducit, *Theodoretum* bis contra capitula scripsisse, breviter ante Synodum, prolixe post ipsam. Hujus libri in quinque divisi quædam nobis fragmenta conservavit Marius Mercator apud Garnerium pag. 267. & seqq. Mercator

sa fidei separati: est harum litterarum initium (*a*): *Serius, & vix tandem eo devenimus, quo initio venire oportebat*, &c. His præterea adjectæ, & aliæ litteræ ad patres monasteriorum Constantinopolitanæ urbis, quæ ita exordiuntur: (*b*) *Pietatis vestræ zelum, quem pro Christo infamato, idque in Ecclesia Orthodoxa, ostendistis exacte cognovimus*, &c. de iisdem enim quæ facta essent adversus Nestorium reddiderunt eosdem monachos certiores, quos & viriliter, ut cœperant, agere exhortantur.

(*a*) *Apud Acta Conc. Ephes. to. 1. c. 15. edit. Pelt. apud Cyril. ep. 11.*
(*b*) *Apud Cyril. ep. 19.*

LIX. Acceptis legati a Synodo Alexandrina litteris his, profecti Constantinopolim cum essent, quid per eos actum sit, eorumdem primum locum habentes Theopentus, & Daniel Episcopi ita postea coram Patribus retulerunt in magno Concilio Ephesino, cum a Synodo rogarentur: *Theopentus Cabasorum Episcopus dixit* (*c*): *Die Dominica, cum Synaxis perageretur, ad Episcopalem basilicam ascendimus: ibidemque toto præsente clero, multisque proceribus astantibus, litteras, de quibus hic sermo est, Nestorio reddidimus. Eadem prorsus, & Daniel quoque Darnensium Episcopus affirmavit. Flavianus Philipporum Episcopus dixit: Dic, quæso, litteris ne ab eo factum sit satis. Daniel Darnensium Episcopus dixit: Tunc nihil nobis respondit: indicavit autem, ut postero die privatim illum conveniremus. Porro sequenti die redeuntibus nobis, aditum intercluxit, neque ullo nos responso dignatus fuit. Theopentus Cabasorum Episcopus dixit: Litteris, de quibus proxime dictum est, acceptis, ut postridie illius diei reverteremur, sermonemque seorsum cum eo miscueremus, præcepit. Abivimus ergo: at postero die reversos nos non admisit; adeoque ut litteris satisfaceret, nihil habuit pensi, ut publice pro concione eadem quæ ante & his quoque deteriora deprompserit. Neque enim solum ante redditas litteras perversa effutiebat, sed etiam postea; imo vero tunc multa perversiora effutire cœpit, & usque hodie effutire non cessat.* Hæc ibi.

(*c*) *Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. to. 1. c. 6.*
Res gestæ legatorum cum Nestorio.

LX. Confugit Nestorius ad Imperatorem. Porro qui ita mutus, & contumeliosus legatis fuit, eos vocatos non admittendo, quique pervicax atque contumax extitit in parendo litteris Romani Pontificis, & Synodi Alexandrinæ, quod peculiare hæreticorum est, illud tantum egregie præstitit, nimirum ut ad vitandum judicium Ecclesiasticum, sententiamque ab eo illatam eludendam, Theodosium Imperatorem adierit interpellaveritque eum, atque commoverit adversus Cyrillum, veluti dirum persecutorem. De ipso enim Nestorio ita Liberatus diaconus (*d*): *Cognoscens itaque Nestorius, quod Cyrillus non pateretur Ecclesiam sic esse in perturbationibus, & populos sub scandalo, subrepsit pio Imperatori Theodosio, ut Sacram ad eum dirigeret, & a sua eum persecutione compesceret: & scripsit ad eum Sacram Imperator, arguens eum tamquam inquietum, & scandala suscitantem.* Hæc Liberatus. Sed litteras Theodosii ad Cyrillum suo loco reddemus: res modo Nestorii Constantinopoli gestas ordine prosequamur.

(*d*) *Liberat. Breviar. c. 4. t. 2. Concil.*

LXI. Acceptis Nestorius litteris Cyrilli a legatis ab eo Alexandria missis, lectisque ana-



Nestorius excitat suos contra Cyrillum. anathematismis illis quibus singula suæ ipsius hæresis capita jugularentur; tantum abfuit ut illis subscripserit (quod par erat, & ab eo in primis requirebatur) ut eadem potius carpere, & in erroris calumniam adducere, labemque hæresis in Cyrillum eorum auctorem ex illis inferre omni conatu cum ipse studuerit, tum etiam ad hoc ipsum præstandum convocarit amicos, nimirum Joannem Episcopum Antiochenum, & alios Syriæ Episcopos ad id promptos, & alacres sub ejusdem Joannis ditione positos, ejusque voluntati obtemperantes, nempe Theodoretum Episcopum Cyri, & Andream itidem in Syria sacerdotem, de quibus hæc Liberatus (*a*): *Exemplar epistolæ perveniens ad Ioannem Antiochenum, offensus est in ipsius Cyrilli Capitulis: putavit enim eum, dum immoderate occurreret Nestorio, in sectam Apollinaris declinare. Mandavit ergo Andreæ, & Theodoreto, & Episcopis Concilii sui, ut in scripto responderent contra ipsa duodecim capitula, tamquam Apollinaris dogmata instaurantia.* Hæc Liberatus. Audiens autem ista Cyrillus, omnem ansam arreptam ab adversariis eripiens, postea (ut dicetur) declarationem edidit (*b*) duodecim illorum capitum, qua longe longius ab hæresi Apollinaris abhorrere se docuit: hæc quidem ipse, antequam iidem qui supra Theodoretus, & Andreas suas conscripsissent in Cyrillum anthitheses: quæ autem secuta sint cum eadem ab Evoptio sunt allata, suo loco dicemus. Ex his igitur omnium malorum causa fluxit: Etenim a Nestorii defensoribus Syriæ Episcopis in suspicionem hæresis adductis conscriptis in Nestorium a Cyrillo anathematismis, inde factum est, & quidem astute nimis, ut sententia in Nestorium lata haud valuerit executioni mandari; cum qui ejus executor a Cælestino Romano Pontifice cum amplissima potestate præpositus erat, ipse hæresis accusaretur. Quamobrem Theodosius Imperator rem eo progressam ratus, ut opus esset universali Concilio (quippe quod non Nestorius tantum, sed & Cyrillus reus criminis hæresis diceretur) apud Cælestinum Romanum Pontificem egit de convocando Ephesi in annum sequentem universali Concilio. Factum id quidem Cælestini Romani Pontificis auctoritate, requirente Theodosio per virum illustrem Petronium postea creatum Bononiensis Ecclesiæ Episcopum, ejus vitæ Acta testantur (*c*).

(*a*) *Liberat. Brevis. c. 4.*

(*b*) *Extat apud Cyril. to. 4. incipit: Conspicuas suos.*

(*c*) *Sigonius eam restituit & edidit.*
LXII.

Quoniam vero angustia temporis haud patitur, ut post redditas hoc anno Nestorio Constantinopoli litteras Cælestini, quas scriptas fuisse vidimus Romæ tertio Idus Augusti, & Alexandriam ad Cyrillum primum perlatas, & post habitam illic Synodum eadem Constantinopolim Nestorio allatas; haud, inquam, fert ratio temporis, ut post hæc omnia admoneri a Theodosio potuerit Cælestinus, atque accepta ab eo responsione, de convocando in annum sequentem Concilio litteras ad Episcopos Theodosius scriberet hoc anno, tertiodecimo Kalendas Decembris, quibus datæ eædem sub anni hujus Consulibus reperiuntur: hæc cum ita se habeant, in eam adducimur sententiam, ut existimemus haud Theodosium expectasse Cælestini Papæ litteras Nestorio reddi, cum ipse agere cœpit apud Cælestinum de convocanda Synodo adversus Nestorium. Quis enim dubitare poterit, rem tantam Romæ publicis comitiis in Synodo pertractatam, non fuisse vel per Valentinianum ipsum Augustum, vel alios per litteras Theodosio significatam? Cum his percognitis consulturus ipse paci Orientalis Ecclesiæ,

Theodos. Imp. egit cum Cælestino de cogenda Synodo Ephesina



PAGIUS cator nititur probare *Theodoretum* eadem, quæ *Theodorus* ac Nestorius, sensisse, id est, duos re ipsa filios, duosque Dominos distinxisse; atque ita filium Virginis merum esse revera hominem ratum esse quantumcunque contrariam opinionem tenere videri voluerit. Porro Andreas, qui scripsit adversus Capitula Cyrilli diversus erat ab Andrea Monacho Constantinopolitano; hic enim anno CCCCXLVIII. adhuc erat Monachus, ut liquet ex Epistola Theodoreti 163. ad eum scripta: ille vero Episcopus erat Samosatenus in Euphratesia; Liberatus enim cap. 4. dicit Andream & Theodoretum fuisse tunc consilii Joannis Antiocheni Episcopos. Præterea M. Mercator exhibet Epistolam Theodoreti *ad Andream Samosatenum*, quæ secundum Garnerium pag. 274. Operum M. Mercatoris anno sequenti data est. Quare Baronius utrumque Andream in unum perperam confudit.

XVIII. *Primus Theodoreti casus.* Atque hic primus fuit *Theodoreti* casus: cum enim scriberet pro amici causa, nempe *Nestorii*, non reprehendit tantum Cyrilli capita propter speciem Apollinariani erroris, quod aliis quoque bonis contigit; sed cæco impetu in errores quatuor ipse abreptus est, propter quos a quinta Synodo damnatus fuit. Scriptis suis tentavit fidem Monasteriorum, non Urbis tantum Regiæ; sed etiam Orientis & Ægypti. Volebat enim *Theodoretus* paribus armis cum *Cyrillo* uti, paribusque pugnandi artibus. Scripserat *Cyrillus* ad Ægypti Monachos de *Nestorii* errore Epistolam: hanc Apocrisiariorum ministerio in Urbe Regia, per Monasteria, & inde, ut fit, per totam civitatem spargi curaverat: divulgaverat etiam Synodicam suam cum capitulis in eadem Urbe. Eadem Monasteria *Theodoretus* adversus *Cyrillum* movere voluit, & qua erat auctoritate, plures viros sanctissimos ubique locorum in Catholicum fidei defensorem exacerbavit, & pene emovit. Scripsit etiam *Gennadius* post aliquot annos ad Sedem Constantinopolitanam evectus, & hoc tempore pietatis laude celeberrimus, adversus Cyrilli Capitula, & in Ægypto Isidorus Peluſiota Sancti Cyrilli magister & quasi pater, sed verbis, quæ ab errante zelo oriebantur, ut inquit Garnerius in Historia Theodoreti cap. 4. ubi plura de ejus casu habet. De Theodoreto agit Baronius num. XLIV. & seqq.

A num. LXI. ad LXXIV. *Nestorius* cum acceptis a Joanne Antiocheno literis, visisque exemplis tum Apostolicæ sententiæ, tum Epistolarum Cælestini ac Cyrilli ad eundem Joannem, intelligeret quanta suo capiti impenderet tempestas, tentavit eam in caput *Cyrilli* convertere. Quare cum ipsum apud *Theodosium*, tum impietatis in Deum, tum criminis in Imperatorem accusasset, petiit convocari *generale Concilium*, in quo judicium de reo institueretur. *Theodosius* Nesto-

XIX. *Theodosius Synodum Ephesinam indixit.*

mensis Decembris; cum duodecimus *die* sexta ejusdem mensis, quæ in diem sabbati incidebat, dictus ab eo fuerit. In isto Sermone XIII. (qui ante Marium Mercatorem in lucem editum ignoratus fuerat) *Nestorius* suasu Joannis Antiocheni palinodiam canit: & beatissimam Virginem *Deiparam* appellandam esse fatetur, metu scilicet mandati Pontificii sibi die XXX. Novemb. sibi indicti. At fraudulenter, ut eventus docuit: *in Christi appellatione complectitur utraque naturam* (inquit Nestorius explicans hæc verba Matthæi cap. I. Liber generationis Jesu Christi,) *ut nihil sine altera possit intelligi. Hinc & Sanctæ Virgini, eo quod eam Christi genitricem dicimus, nomen geminæ appellationis convenienter aptamus, idest, Θεοτόκος, quod est genitrix Dei. Quoniam autem oportet, propter eos, qui lucidiorem requirunt intellectum, maxime cum sint Ecclesiæ filii, uti manifestiore locutione, propterea & modo eadem definitione, quia prius breviter de illa beata Maria semper Virgine prædicabam, etiam nunc evidentiore sermone Summa Voce proclamo, quoniam Sancta Virgo & Dei est, & hominis geni-*

XX. *Nestorius bis palinodiam recantavit.*

ad omneſque prorſus diſſenſiones dirimendas, de cogenda Epheſi Synodo remedium excogitavit, agereque cœpit de ea re cum Cæleſtino Romano Pontifice: indicit vero, ubi a Cæleſtino litteras redditas accepiſſet. Hinc fortaſſe & proveniſſe potuit illud Neſtorii affectatum ſilentium, cum nihil prorſus legatis reſpondere voluit; quod videlicet expectaret fore ut cogeretur univerſale Concilium, ſicque ex lata ſententia Cæleſtini, & executione ejus infra decem dierum ſpatium, nullum penitus interim diſpendium paſſurus eſſet.

LXIII. Certe quidem non ſine conſenſu Cæleſtini Papæ congregatum fuit Epheſinum Concilium, quod ipſius aſſenſus neceſſario requireretur; nam profeſſi ſunt Patres in Chalcedonenſi Concilio, abſque auctoritate Romani Pontificis haud licuiſſe Synodum congregare. Id quidem de hac Synodo Epheſina profeſſus eſt ipſe Cæleſtinus in epiſtola ad eamdem Synodum data, nimirum ſua voluntate ipſam eſſe collectam. Quinetiam præſcriptam fuiſſe formam Epheſini Concilii ab eodem Cæleſtino Romano Pontifice, Firmus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus in ipſa Epheſina Synodo teſtatus eſt. Sunt & alia certa ſigna, quibus declaratur ex conſenſione & impertita auctoritate ab eodem Pontifice Cæleſtino coactum eſſe Epheſinum Concilium, quæ inferius ex diverſis datis epiſtolis certiora reddentur: cum alioqui nemo inficias ierit eamdem Synodum fuiſſe litteris ejuſdem Theodoſii Imperatoris indictam. Quas enim hoc anno dicta die Novembris eadem ex cauſa Theodoſius ad Epiſcopos Epheſum conventuros litteras dederit, deſcribemus; quæ quidem non ſic, ut habet inſcriptio, ad Cyrillum datæ leguntur, ut ad eum privatim tantum miſſæ fuerint, ſed ad ſingulos Metropolitanos, eo quod hæ eſſent publicæ litteræ. Quaſnam autem privatim poſt has datas litteras ipſe Cyrillus acceperit ab Imperatore, his ſuo loco ſubiiciemus. Communis vero data epiſtola ſic ſe habet (a).

(a) *Apud Act. Epheſ. tom. 1. c. 35. edit. Pelt. apud Cyril. ep. 17. & edit. Contian. epiſt. 28.*

LXIV Epiſtola Theodoſii Imp. ad Cyrillum, & alios.

*Reipublicæ noſtræ conſtitutio ea quæ erga Deum eſt pietate præcipue nititur: multaque inter hanc & illam cognatio ac familiaritas intercedere ſolet. Nam & ex ſe invicem pendent, & utraque proſperis alterius ſucceſſibus incrementa ſumit. Quandoquidem ut vera religio juſta actione perficitur, ita & Reſpublica utriuſque ope nixa floreſcit. Cum itaque Deus optimus maximus Imperii habenas nobis tradiderit, iiſque qui Imperio noſtro parent, pietatis & juſtæ actionis quoddam quaſi vinculum nos eſſe voluerit: harum inter ſe ſocietatem, partim quidem privata noſtra providentia freti, partim, quoque humano præſidio uſi, indivulſam perpetuo hactenus conſervare enixe contendimus; ad eumque modum promovendæ pietati propter Reipublicæ ſalutem incumbimus, ut in omnibus fere ſubditorum noſtrorum commodo intenti, unum hoc perpetuo urgeamus, contendamuſque ſedulo, ut pie religioſeque privatim vivant omnes, & ut pios decet, in Republica verſentur univerſi. Denique utrique quam par eſt, curam impendere non deſiſtimus. Fieri enim vix poteſt, ut qui alteri ſerio invigilant, alterius curam neglectui habeant.*

*Ante omnia autem operam damus, ut Eccleſiaſticus ſtatus ejuſmodi ſit, qui & Deum deceat, & temporibus noſtris quam maxime congruat; idemque ex omnium concordia & conſenſione ſuam tranquillitatem obtineat, tum per Eccleſiaſticarum controverſiarum pacem a turbis & ſedi-* LXV.

*tio-*

PAGIUS *nitrix, id eſt, Θεοτόκος & ἀνθρωποτόκος; Genitrix quidem Dei, propterea quod templum quod in ea creatum eſt a Spiritu Sancto, unitum eſt Deitati; hominis vero Genitrix, propter ſuſceptas a Divinitatis natura noſtræ naturæ primitias.* Jam in Sermone duodecimo, antecedenti die habito *Neſtorius*, licet debacchatus ſit adverſus Cyrillum, & in ipſum quoque Joannem Antiochenum amicum ſuum invectus, hujus tamen conſilium ſequitur, ut ipſemet in XIII. Sermone aſſerit & palinodiam exemplo Pauli Apoſtoli ſolatur: *Igitur ut eorum conciones etiam elegantes & ſapidulas ſuperemus, dicamus Θεοτόκον ſciebat namque etiam Paulus talia facere, ne ſciſſuræ fierent per aliquam juſtitiam coloratam, cum Gratiam prædicabat, legiſque inutilitatem confidenter arguebat*, &c. Quare fallitur Socrates lib. 7. cap. 32. ubi ſcribit, Neſtorium *vocem Deiparæ perpetuo* rejeciſſe, & cap. 34. ubi loquens de Geſtis in Synodo Epheſina, narrata Neſtorii depoſitione, ait: *pœnitentia ductus Mariam Deiparam appellare cœpit, his verbis utens: dicatur, ſi placet, Maria Deipara, & ſimultas omnis conquieſcat. Verum licet mutata ſententia hæc diceret, nemo tamen illud admiſit.* Neſtorius enim jam ante depoſitionem ſuam in Concilio Epheſino factam, palinodiam ſemel & iterum recantarat, & quidem menſe Decembri currentis anni.

XXI. *Idque Joannis Antiocheni ſuaſu.* Utrumque Sermonem, XII. nempe & XIII. recitavit *Neſtorius* poſt acceptas *Joannis Antiocheni* literas, a Baronio num. XXXV. & ſeqq. relatas, quibus eum Joannes hortatus eſt, ut pacem Eccleſiæ amplecteretur, & Beatiſſimam Virginem exemplo multorum Sanctorum Patrum Deiparam confiteretur. Neſtorius enim reſcripſit ad Joannem Antiochenum. ut legitur in capite 3. Synodici adverſus Tragœdiam Irenæi: *Cognoſcens igitur ex his, quæ ſcripſiſtis, ut dixeram, tam Religioſitatis tuæ benevolentiam circa nos, quam curam pro Dei Eccleſiis competentem, per has literas meas cauſa, quæ mota eſt, certamen ſolvere feſtinavi apud amicam Deo Animam veſtram, Domine. Et hoc innoteſcere intendimus, quia & ante tuæ Religioſitatis literas, ut ita dixerim, ſolvi & ego ipſe, reſpiciens quia oportebat ex deliberatione omnium noſtrum*

*con-*



*tionibus liber exiſtat; tum demum ut pia religio ab omni omnino nota, & reprehenſione immunis perſeveret; eorumque vita qui vel inter clericos cenſentur, vel magno quoque inter illos ſacerdotio funguntur, omni prorſus nævo & culpa vacet. Quia vero intelligebamus, cum per eos qui Deum diligunt, pietatique addicti ſunt, tum per animos rurſum pietatis ſtudioſos iſthæc obtineri poſſe: ſæpenumero jam ante, ob ea quæ ſubinde accidunt, religioſam ſanctiſſimorum Epiſcoporum undiquaque in unum coactorum Synodum neceſſariam judicavimus. Hactenus tamen, ne eorum pietati moleſtiam exhiberemus, cunctantiores hac in re fuimus. At nunc vero tam Eccleſiaſticarum, quam quæ hiſce cohærent, publicarum rerum controverſia eam uſque adeo neceſſariam declarat, ut refutari nullo modo queat.*

LXVI. *Quamobrem ne illa quæ ad præſentem rerum tantopere utilium iuquiſitionem ſpectant, ſi negligentius curentur, in pejus incrementa ſumant (id quod a temporum noſtrorum pietate alienum eſſe decet) tua pietas, Deo bene propitio, operam dabit, ut ſacroſancto Paſchate, quod jam in foribus urget, elapſo, ſub ſacræ Pentecoſtes diem ad Epheſiorum Aſiæ Civitatem accurrat, nonnulloſque quos nimirum idoneos judicabit, ſanctiſſimos provinciæ ſuæ Epiſcopos ſimul eodem ſecum adducat: ita ut neque neceſſarii ſanctiſſimis ejuſdem provinciæ Eccleſiis deſint; neque ii rurſum qui ad eam rem apti cenſebuntur, in ſacra Synodo deſiderentur. De indicta autem ſanctiſſima Synodo noſtra ſerenitas ad omnes omnino Deo dilectos Epiſcopos Metropolitanos litteras ſcripſit: quo nimirum hac tandem ratione turbæ, quæ ex multis diſſidiis, & concertationibus hinc inde enatæ ſunt, rite ſecundum Eccleſiaſticos canones conſopiantur; & illa præterea quæ parum decenter hactenus admiſſa ſunt, corrigantur; & pietatis denique quæ in Deum eſt, publicæque utilitatis firmitati conſulatur.*

*Cæterum ante ſanctiſſimam coactam Synodum, communemque ejuſdem, quæ de omnibus dabitur, ſententiam, nihil quidquam in ulla prorſus re privatim a quoquam innovetur. Omnino autem perſuaſum habemus, neminem ex piiſſimis Deoque devotiſſimis Epiſcopis fore, qui ſimulatque rerum Eccleſiaſticarum cauſa, atque adeo controverſiarum totius Orbis gratia noſtro hoc decreto ſanctiſſimam Synodum cogi intellexerit, non propere ſtudioſeque occurſurus, rebuſque tantopere neceſſariis ac Deo uſque adeo gratis pro virili conſulturus ſit. Nos quoque harum rerum curæ ſedulo incumbentes, nullum impune abeſſe ſinemus. Nec ullam ille vel apud Deum, vel apud nos quoque habiturus eſt excuſationem, qui ſtatim impigre ſecundum præfinitum tempus ad deſtinatum locum præſto non fuerit. Enim vero quicumque ad ſacerdotalem Synodum accitus, alacriter non accurrit, is ſane conſcientiæ parum ſinceræ ſe eſſe oſtendit. Deus in multa tempora incolumem te conſervet, ſanctiſſime piiſſimeque pater. Dat. Conſtantinopoli, tertiodecimo Kalendas Decembris, Conſulatu dominorum noſtrorum ſemper Auguſtorum, Theodoſii quidem decimotertio, Valentiniani vero tertio. Lectæ ſunt publice & inter Concilii Acta relatæ.* Hactenus ibi. LXVII.

LXVIII. Porro privatas idem Imperator litteras ad Cyrillum ipſum dedit, perinfenſas eas quidem; utpote qui verbis Neſtorii fidem adhibens, fuit in eum plus



V v 2 æquo

PAGIUS *conſone & unanimiter vocem, qua Dei Genitrix nominatur, exponere*, &c. *unde ut nullam ovem quo poſſet perire, deſpicerem, ſicut ipſum hominem Dominum feciſſe conſpicimus, Chriſti eam vocavimus Genitricem, ut hæc vox utrumque, manifeſte ſignaret, id eſt, Deum & hominem.* Cum literis mittit Neſtorius exemplar ſermonis ſui XIII. Ejus verſio diverſa ab ea quam jam habebamus apud Marium Mercatorem, ſed utrobique ſermo integer eſt. In fine ſuæ Epiſtolæ de indictione Synodi Epheſinæ loquitur Neſtorius, cujus verba Lupum in notis ad eam Epiſtolam in tranſverſum egere: *quæſo igitur* inquit Neſtorius, *ut quieſcentes ab hujuſmodi curis de cauſa præſenti, & ſcientes, quia per gratiam Dei eadem & ſapuimus ſemper, & ſapimus in his quæ ad pietatem Fidei pertinent, orate conſuete, ut & in his ipſis, & in omnibus reliquis a Domino Chriſto impetremus auxilium, & digni efficiamur ut ad invicem. Manifeſtum eſt enim quia ſi nos invicem viderimus, dum nobis hanc ipſam Synodum donaverit, quam ſperamus, & iſtud, & reliqua quæcumque fieri oportet, ad correctionem generalitatis atque juvamen, abſque ſcandalo, & cum concordia diſponemus*, &c. Lupus enim in Notis ait: Indicta Synodus neſcio „ ex quibus cauſis, ceſpitavit & hæſit. Hinc „ enim Baſilius Diaconus & Archimandrita, & „ plures cum ipſo Collegæ, dum Neſtorius aper- „ tum hæreſiarcham ac tyrannum ageret, fieri „ Synodum inſtantiſſime poſtularunt a Princi- „ pe, & niſi fieret provocarunt ad Dominum „ Deum. Propter neſcio quos tunc pendentis „ Synodi obices dicit: *dum nobis Synodum donaverit, quam ſperamus*. Ita Lupus.

XXII. *Ea Palinodia audita Conſtantinopol. perturbatio ceſſavit.* Verum *Baſilius* Archimandrita, aliique Monachi, non hoc anno ſed ſuperiori Supplicationem ſuam, qua vexationes ſibi a Neſtorio inflictas exponebant, & Concilium generale fieri poſtulabant, Theodoſio præſentarunt, ut ibidem num. XXIV. oſtendi, & Neſtorii verba hæc, *dum nobis hanc ipſam Synodum donaverit*, celebrationi Synodi generalis impedimentum aliquod interpoſitum fuiſſe nullo modo deſignant. „ At, inquit Lupus in Notis ad Epiſtolam IV. „ Synodici, quæ eſt Ioannis Antiocheni ad Fir- „ mum Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopum, Jo- „ annes de illo obice, qualiſcumque fuerit, „ mentionem facit: *Quod autem nunc inſtat*, „ inquit Joannes, *hoc tuæ Deo Amabilitati ſi-* „ *gnifico: Quoniam per Dei gratiam perturbatio* „ *quæ erat Conſtantinopoli, jam quievit de quæ-*

*ſtio-*

æquo commotus: sunt hujusmodi (a):

(a) *Apud Act. Conc. Ephes. to. x. cap. 7. edit. Pelt.*

Alia epistola Theodosii ad Cyrillum.

*Impp. Cæsares Theodosius, & Valentinianus, Victores, Triumphatores, Maximi, semper Augusti Cyrillo Episcopo S. D.*

*Pietate quidem nihil nobis est antiquius; propter quam si qui forte incautius deliquerunt, venia dignos censemus. At parum interim laudabile est, illos ea indigere, qui propter summam religionem plurimum a nobis commendari, maximisque honoribus cumulari debuerant. Oportet autem sacerdotes cum morum suavitate, fideique integritate in primis ornatos esse; tum maximum animi candorem ac sinceritatem per omnem vitæ cursum præseferre; ac certo denique secum statuere, uniuscujusque rei naturam, potissimum vero incorruptæ pietatis doctrinam sedulo investigandi studio facilius quam pertinaci animorum contentione inveniri. Etenim jam inde a primis usque temporibus, non imperantis cujuspiam aut certe imperium usurpantis interminationes aut proteriviæ, sed sanctorum Patrum, sacrarumque Synodorum decreta eam nobis constituerunt. Nam religionem prudentia, & consilio magis quam cujusquam imperio firmari, nulli, opinor dubium esse potest.*

LXIX. *Nunc igitur tua pietas exponat, quid ita nobis, quibus religionem tantopere curæ esse non ignorabas, contemptis, sacerdotibusque quotquot circumquaque degunt (quos utique in unum locum coactus natam de religione controversiam discutere, dirimereque par erat) despectis, hasce turbas, discordiasque inter Ecclesias concitaris? quasi vero impetus temerarii pietatis doctrinam magis quam sedula diligensque veritatis inquisitio decere videantur; plusque apud nos valeat versutia, & audacia, quam cura aut industria: aut aliud quippiam hujusmodi magis nos, quam animi candor ac simplicitas, oblectet. Quamvis ergo honorem non usque adeo magnum inde ad nos accessurum existimemus, si a tua pietate observemur; nec omnia rursum turbatum iri, si quod hic indignationis exemplum in te velimus edere: attamen hoc tempore nobis magis curæ est, ut sancta pax, exoptataque tranquillitas Ecclesiis restituatur, quam ut privatas nostras injurias prosequamur.*

LXX. Indignatur Theodosius in Cyrillum.

*Scito interim magnam abs te rerum perturbationem excitatam esse. Neque mirum est sane, eum qui modum excessit, iis conatus suos non definivisse, quæ ad Ecclesias, & sacerdotes spectant, sed ultra progressum, de nobis ipsis quoque quiddam a pietate nostra prorsus indignum credidisse. Nam nisi aliquod inter nos de religione dissidium ortum esse, persuasum habuisses, aut certe aliquid hujusmodi ex litteris tuis orturum sperasses: cur, obsecro, alia privatim ad nos, alia rursum ad Eudociam religiosissimam conjugem meam, alia tandem ad Pulcheriam sororem meam Augustam, eamdemque pietatis studiosissimam perscripsisses? Quod profecto dissidium si inter nos forte natum fuisset, nosque ad eum modum affectos esse contigisset: omnino tamen vituperationem effugere non poterat, eum qui tanto locorum intervallo a nobis disjungitur, curiosius in res nostras inquirere: si id autem inter nos non existit, conari ut existat; id vero cujusvis potius quam sacerdotis fuerit. Quid enim indignius, quam uno impetu, unoque animi conatu Ecclesiastica, & regia omnia velle confundere, ac a se invicem divellere? quasi vero alia omnis desit occasio, ex qua laudem, & gloriam aucupere.*

LXXI. *Ne igitur clam te sit, quonam in statu res nostræ versentur: noris Ecclesias & regnum nostrum conjuncta esse, nostraque accedente auctoritate & imperio, & Christi Salvatoris nostri aspirante providentia, magis subinde inter se coitura esse: tum tibi quoque a nobis ignotum esse, ne hinc capta occasione jure conqueri ac dicere queas, te ob pietatis doctrinam in reprehensionem incidere: quam quidem pietatis doctrinam in sacra Synodo in utramque partem ventilatam eatenus obtinere volumus, quatenus veritati, & rationi consentaneum esse judicabitur. At vero sive illi veniam impetraturi sint qui a Patribus victi discedent, sive non: nos sane Civitates simul, & Ecclesias conturbari nequaquam sinemus: sed nec eam quoque doctrinam indiscussum manere patiemur, cui dijudicandæ eos præfici oportet, qui sacerdotiis ubivis gentium præsident, per quos & nos quoque in veritatis sententia stabilimur, & magis magisque identidem stabiliemur.*

LXXII. *Omnino autem nemo qui vel aliqua ex parte ad Rempublicam pertinet, quacumque fiducia fretus, inconsultius quippiam in hoc negotio tentet, aut impedire studeat: alioqui enim certam condemnationis sententiam neutiquam evadet: quandequidem nostra majestate, eos qui prompte alacriterque ad ejusmodi inquisitionem advolare non cunctabuntur, merita laude prosequente; cæterosque qui imperare forte mallent; quam in medium consulere, aut aliorum de ejusmodi rebus consilium audire, coercente; nulli omnino, ut maxime velit integrum istud erit. Quamobrem, & tuam quoque reverentiam, ad tempus quod aliis litteris ad universos Metropolitanos Episcopos missis ediximus, præsto adesse oportet. Neque prius nostram amicitiam te recuperaturum confidas, quam omni perturbatione, & animorum ægritudine sedata, ad propositarum quæstionum discussionem ultro accurreris. Hac namque ratione, quæ pro tuenda opinione acerbe inconsulteque abs te jam admissa sunt, neque privato dolore perculsus, neque alicui præter decorum infestus admisisse videberis; & quæ adhuc reliqua sunt, legitime transigere velle censeberis. Quod si quid autem secus visum fuerit, id nequaquam sustinebimus. Vale.*



LXXIII. Vides, lector, quanto periculo immisceant se Reges in his quæ sacerdotum sunt, quantoque majori discrimine aures præstent querelis hæreticorum. Ecce tibi Theodosius (ut ex rebus ab eo gestis sæpius vidimus) religionis integritate nulli secundus, modo tamen Nestorii verbis e recto mentis sensu motus illi favet, (quod pro monstro habendum est) adversus universam Catholicam Ecclesiam impugnantem; succenset vero vehementer, iraque æstuat in Cyrillum Catholicæ fidei propugnatorem, & Cælesti-

PAGIUS „ *stione dispensationis pia susceptione sententia:* „ *Non quod pœnitentia vel correctio sit secuta,* „ *sed quia sana intelligentia, & nomen Dei Genitricis competenter accepit: sapiebat siquidem* „ *sic prius sanctissimus Episcopus Nestorius, sicut* „ *res ipsa docuerunt. Cavebat vero nomen, veluti dare posset, ut diximus, unde nos sequaces hæretici Apollinarii reprehenderent. Quia* „ *vero sic & ante sapuerit, inde convincitur,* „ *quia & cito constitit, admonentibus nobis, sicut* „ *a propriis sit, & ipsum nomen accepit, & in* „ *duobus sermonibus sanam fidei expositionem &* „ *irreprehensibilem nobis direxit.* Haud dubie, „ subdit Lupus, Joannes bis ad ipsum (nempe „ Nestorium) scripserat. Altera utriusque Epistola latet aut periit. Notanda sunt hæc „ verba: *perturbatio, quæ erat Constantinopoli* „ *quievit.* Hæc qualiscumque quies forsitan effecit, ut indicta Synodus videretur non necessaria, ideoque dormitaret. Verum erat dolosa quies; & ipsa abusus Nestorius cœpit „ in Orthodoxos, Clericos præsertim ac Monachos, apertum tyrannum agere: patrare „ illa, quæ, *Basilius*, ac alii Regiæ Civitatis „ Archimandritæ Theodosio representarunt, & „ adversus illa postulare omnino fieri Synodum, „ alioquin ad tremendum Divinæ Majestatis tribunal provocaturi. Et sic Synodus revixit.

XXIII. *Blasphemia in Deiparam valde Constantinopolitanos commoverat.*

Hæc Lupus, qui quidem recte observat deperditam esse unam ex Epistolis Joannis ad Nestorium, cum qua hic Sermonem suum XII. in quo sicuti & in posteriori Beatissimam Virginem Dei Genitricem appellavit, ad Joannem transmisit, & tumultus Constantinopoli excitatos quievisse: sed eum fugit causa cessationis hujusmodi tumultum, licet eam *Joannes Antiochenus* diserte memoret, affirmetque Nestorium *nomen Dei Genitricis competenter* nunc accipere. Non enim alia de causa hoc & duobus superioribus annis Constantinopoli tumultuatum fuerat, nisi quia Nestorius in suis sermonibus hæc Anastasii Presbyteri sui verba cum in Ecclesia doceret prolata, *Nemo Mariam vocet Deiparam* confirmarat, *quæstiones*, inquit Socrates lib. 7. cap. 32. *ea de re pervicaciter proponens, & vocem Deiparæ perpetuo reiiciens. Proinde cum hæc quæstio ab aliis aliter excepta esset, dissidium ortum est in Ecclesia. Ac velut in nocturna quadam pugna temere dimicantes, modo hoc, modo illa dicebant, idem affirmantes pariter & negantes. Nestorium vero plerique in ea sententia esse existimabant, ut Dominum nudum esse hominem asseveret, & Pauli Samosatensis ac Photini Dogma in Ecclesiam invehere. Verum hac de*

PAGIUS *re tanta altercatio, tantusque tumultus est excitatus, ut opus fuerit generali Concilio.* Postquam vero Nestorius palinodiam cecinit, *perturbatio, quæ erat Constantinopoli, jam quievit, de quæstione dispensationis pia susceptione sententiæ*, ut scribit Joannes Antiochenus ad Firmum Cæsareæ Episcopum, qui tamen frustra conatur his verbis, *non quod pœnitentia vel correctio sit secuta*, purgare Nestorium, quem certum est ante suam palinodiam eadem semper docuisse, quæ impius Anastasius ejus Presbyter. Verum dum Joannes tumultum Constantinopoli cessasse ad Firmum scribit, eumdem fovet scribens in eadem Epistola, Capitula quæ circumferuntur, *tanquam quæ religiosissimi Episcopi Cyrilli*, consonare cum doctrina Apollinaris, *quæ ne patiamur & nos*, ait Joannes, *rogo tuam Religiositatem, si hæc Capitula in Pontica sint Diœcesi vulgata, dignare hæc ipsa inspicere, & cognoscens incongruitatem, quæ in eis est, abjura ea apud omnes Deo amicissimos Episcopos, qui eadem sentiunt.*

XXIV. *Joannes Antiochenus ex Capitulis Cyrilli turbandi occasionem sumsit.*

Sed *Firmus* primæ Cappadociæ Metropolita, ac Primas Ponticæ Diœceseos constans in fide permansit, & in Ephesina Synodo fuit unus e præcipuis Sancti Cyrilli defensoribus. *Joannes* tamen ex Pontica Diœcesi *Himerium* Nicomediensem, Bithyniæ Metropolitam, ac *Eutherium* Thyanensem, Metropolitam secundæ Cappadociæ, & *Helladium* Tarsensem Episcopum, Metropolitam primæ Ciliciæ adeo adversus Cyrilli Capitula accendit, ut postea cum pax in Ecclesia composita est, ab ea exclusi fuerint. Fundamentum suum ac totius factionis adversus Cyrilli Capitula his verbis nos edocet *Joannes*, quod nempe existimaret, iis doceri duarum in Christo Domino Naturarum non unionem, sed unitatem & confusionem: *Intendunt namque ista Capitula*, inquit Joannes, *sicut licet tibi legenti cognoscere, corpus, quod Deus Verbum de Sancta Virgine assumpsit, ejusdem, cujus Divinitas esse naturæ: Divinitate permutationem, sicut nosti, non valente suscipere. Unitionem namque summam & conjunctionem dicere pium est, identitatem vero naturæ dicere, nimis illicitum est.* At Cyrilli Capitula, ut ea legenti patet, ab ea impietate valde aliena. Cum vero Nestorii ad Joannem, & Joannis ad Firmum literæ paulo post sermonem XIII. a Nestorio die VII. mensis Decemb. habitum, datæ fuerint, ad currentis anni finem pertinent.

XXV. *Non vero Cælestinus*

Garnerius in Dissert. II. de Synodis habitis in causa Nestorii pag. 352. aliquot loca Annalium Ecclesiast. recte emendavit. Num. LXI. hoc anno dicitur, *Theodosium* apud Cælestinum egisse per *Petronium* postea creatum Episcopum Bononiensem de convocando in annum sequentem Ephesi universali Concilio. Sed hanc opinionem convellit Mercator, patefacta Die, qua literæ *Cælestini* Nestorio redditæ sunt, tricesima sc. mensis Novembris, non septima Decembris, ut perperam Garnerius putat. Nam inde constat, duodecim

stini Papæ in ea tuenda vicariam præfecturam agentem; cunctaque ab eo sancte pieque gesta in deteriorem partem accipiens, in pravum semper est sensum interpretatus: excusanda tamen in ipso mens recta, sed reprehendenda nimia facilitas in adhibenda fide falsis Nestorii persuasionibus. Quod vero ad rerum gestarum ordinem pertinet, pervertunt quidem illum, qui hanc Theodosii epistolam primo loco reponunt; cum ex ipsa manifeste constet, scriptam esse post Synodum ab eodem Imperatore publicis litteris convocatam.

LXXIV. Theodosii igitur haud mens fuit, errantem sequi Nestorium, sed ut ejus causa disquireretur: hinc ipse non Orientales tantum, sed etiam Occidentales Episcopos, Metropolitanos videlicet, & qui essent insignioris nominis, ad Synodum datis litteris advocavit, & inter alios S. Augustinum accersendum curavit: cuinam vero id negotii ereditum fuerit, Liberatus narrat his verbis (*a*): *Scripsit Imperator & beato Augustino Hipponensi Episcopo per Ebagnium Magistrianum, ut ipsi Concilio præsentaret suam præsentiam: qui Ebagnius veniens Carthaginem magnam audivit a Campolo * urbis ipsius Antistite, beatum Augustinum ex hoc mundo migrasse ad Dominum. Acceptis ab eo ad Imperatorem litteris loquentibus de obitu beati Augustini, Constantinopolim, unde venerat, rediit.* Hæc de Augustino Liberatus; sed mendose apud eum Campolus, pro Capreolo legitur: Capreolum namque his diebus sedisse Episcopum Ecclesiæ Carthaginensis, Vincentius Lirinensis haud obscure testatur. Successit hic Genedio, qui a vivente adhuc Aurelio sibi fuerat subrogatus, ut superius, cum actum est de secundo Concilio Carthaginensi, est demonstratum; Capreolum autem ante, non post Quodvultdeum sedisse, ex Victore Uticensi possumus intelligere; hæc quo ad S. Augustini ad Synodum vocationem. Considera (ut id sæpe ingeram) ex his rectam Theodosii mentem, quod non sic favebat Nestorio ut patrocinaretur errori: etenim doctissimos ac sanctissimos ad Synodum convocare Episcopos satagens, utique sincerum de perquirenda veritate studium & animi candorem præsetulit.

Theodosius accersit S. Augustinum ad Concil. Ephesinum.

(*a*) *Liberat. in Breviar. c. 5. to. 2. Concil.*

* *Capreolo.*

LXXV. S. Augustini obitus tempus.

Quod autem ad S. Augustini obitum spectat, vides in primis litteris Theodosii confirmari eum ad hunc usque annum vitam propagasse: siquidem hoc anno, mense Novembris (ut vidimus) ejus litteræ de Synodo datæ reperiuntur, quæ S. Augustinum vocantes ad Synodum mortuum invenerunt. His plane consentiens est, quod sub hujus anni Consulibus S. Prosper Augustini observantissimus testatur ipsum hoc anno e vita migrasse, ubi ait in Chronico: *Augustinus Episcopus per omnia excellentissimus moritur quinto Kalendas Septembris, libris Juliani inter impetum obsidentium Vvandalorum in ipso diorum suorum fine respondens & gloriose in confessione Christianæ gratiæ perseverans.* Hæc Prosper. Quibus omnibus erroris redarguitur Marcellinus, qui anno superiori sub Consulatu Felicis & Tauri recenset in Chronico obitum Augustini. Hæc de tempore satis.

LXXVI. (*b*) *Possid. in Vit. S. Aug. c. 29.*

Tertius (*b*) jam tunc agebatur mensis Hipponensis a Wandalis obsidionis: Bonifacius enim Comes a Wandalis victus, in eamdem Hipponem civitatem munitam se recipiens, ad ejus obsidionem Wandalos provocarat: quatuordecim autem

PAGIUS decim ante diebus indictam esse Synodum quam literæ exhiberentur. Secundo, observat Garnerius, indictam non esse Synodum Consilio *Cælestini*, ut arbitratur Baronius: præter ea enim quæ anno sequenti in medium afferentur, pugnantes *Cælestinus* eodem tempore voluntates habuisset; cum hinc damnationis sententiam definitivam ferret in *Nestorium*; & executores sententiæ mitteret; inde causam Concilio permitteret. Tertio, Garnerius pag. 344. dicit, se sibi persuadere non posse *Theodosium* egisse apud Cælestinum per *Petronium*, qui dicitur a Theodosio ad Cælestinum in causa Nestorii missus, & lator literarum Imperatoris, *quibus respondit Pontifex se ne hæresis latius serperet, Oecumenicam, ut moris esset, Synodum inducturum. Quæ Synodus Ephesi prior sequenti anno celebrata est, frequenti ducentorum Episcoporum conventu.* Nam si qua fides adhibenda esset Scriptori Actorum Sancti Petronii, non impulsu Nestorii, sed odio Theodosius procurasset cogendam Synodum; non eam ipse indixisset, sed *Cælestinus*; non eo tempore, quo indicta est, tulisset Pontifex damnationis sententiam, sed ferendam Synodo mandasset; non executorem sententiæ Cyrillum constituisset, sed totam Synodum. Verum nutat fides Actorum, quantumvis eam interpolatis veteribus monumentis Sigonius in Historia Episcoporum Bononiensium firmare conatus sit. *Nestorius* enim ipse petitam a se Synodum fatetur; unde & Synodi petitor a Cælestino dicitur, & Legatis Sedis Apostolicæ, ipseque inprimis studiosissimus Pontificiæ dignitatis assertor *Philippus*, non a Cælestino, sed ab Imperatoribus indictum Concilium testatus est; & eo tempore congregatum, quo sententia Pontificis in Nestorium lata mandanda erat executioni; & executionem Cyrillo; non Oecumenicæ Synodo Cælestinus commisit, ut ex literis *Nestorii* ac *Cælestini*, & Actis Concilii aperte constat.

LXXVI. *Moritur Aurelius Carthaginensis Episc.*

A num. LXXIV. ad LXXXIX. Scripsit Imperator beato *Augustino* Hipponensi Episcopo, ut ipsi Concilio præstaret suam præsentiam, inquit Liberatus cap. 5. qui addit, Augustino tunc mortuo *Capreolum* Episcopum Carthaginensem, Vessulam Diaconum suum ad Concilium Ephesinum misisse Legatum. Quod vero ait Baronius num LXXIV. Capreolum successisse *Genedio* seu Genethlio, jam supra a nobis confutatum est. Vivebat adhuc *Aurelius* anno superiori, ut liquet ex Marii Mercatoris Commonitorio tunc Theodosio oblato, qui laudans Ambrosium, Inno-



tem menses eamdem perduravisse obsidionem, testatur Possidius: cujus primo tempore mori contigit Augustinum, cum eo statu res Africanæ essent, ut exceptis tribus civitatibus, Carthagine, Cirta, & Hippone, reliquæ omnes a Wandalis captæ essent; quanta vero hominum strage, & ecclesiarum clade, & divini numinis contumelia, audiamus hæc a Possidio (*a*) qui interfuit, referente: ipse enim Calamæ Episcopus se ad Augustinum tunc recepit Hipponem: rem igitur omni luctu prosequendam sic aggreditur, haud puto absque lacrymis, enarrare, cum de obitu sancti Augustini orationem instituit: *Brevi* (inquit) *consequenti tempore, divina voluntate & potestate provenit, ut manus ingens telis armata, & bellis exercitata immanium hostium Vvandalorum & Alanorum commixta, secum habens Gothorum gentem, aliarumque diversarum gentium personas, ex Hispaniæ partibus transmarinis navibus Africæ influxisset & irruisset: universaque per loca Mauritaniarum etiam ad alias nostras transiens provincias & regiones, omni sæviens crudelitate & atrocitate, cuncta quæ potuit, expoliatione, cædibus, aliisque innumerabilibus, & infandis malis depopulata est, nulli sexui, nulli parcens ætati, nec ipsis Dei sacerdotibus & ministris, nec ipsis ecclesiarum ornamentis, seu instrumentis, vel ædificiis.*

(*a*) *Possid. c. 28.*

Clades Africana.

LXXVII. *Et hanc ferocissimam hostium grassationem & vastationem ille homo Dei & factam fuisse & fieri, non ut cæteri homines, sentiebat & cogitabat: sed altius & profundius eam considerans, & in his animarum præcipue vel pericula vel mortes prævidens, solito amplius (quoniam sicut scriptum est (*b*): Qui apponit scientiam, apponit dolorem: & cor intelligens, quasi tinea ossibus) fuerunt ei lacrymæ (*c*) panes die ac nocte, amarissimamque & lugubrem præ cæteris suæ senectutis jam pene ducebat & tolerabat vitam. Videbat enim ille homo Dei civitates excidio perditas pariter cum ædificiis, villarumque habitatores alios hostili nece extinctos, alios effugatos atque dispersos, ecclesias sacerdotibus ac ministris destitutas, virgineasque sacras & quosque continentes ubique dissipatos, & in his alios defecisse tormentis, alios gladio interemptos esse, alios in captivitate, perdita animi & corporis integritate ac fidei, malo more & duro hostibus deservire. Cernebat enim hymnos & laudes de ecclesiis deperiisse, & ædificia ecclesiarum quamplurimis in locis ignibus concremata esse: solemnia quoque, quæ Deo debentur, de propriis locis defecisse: sacrificia ac sacramenta divina vel non quæri vel quærenti qui tradat, non facile reperiri: in ipsas montium silvas & cavernas petrarum & speluncas confugientes, vel ad quascumque munitiones, alios fuisse expugnatos & interfectos, alios necessariis sustentaculis evolutos (*) atque privatos, ut fame contabescerent: ipsosque ecclesiarum præpositos & clericos, qui forte Dei beneficio vel in eos non incurrerant, vel incurrentes evaserant, rebus omnibus expoliatos atque nudatos egentissimos mendicare, nec eis omnibus ad omnia, quibus fulciendi essent, subveniri posse. Vix tres superstites videbant ex innumerabilibus ecclesiis, hoc est, Carthaginensem, Hipponensem, & Cirtensem, quæ Dei beneficio excisæ non sunt, & earum permanent civitates & divino & humano fultæ præsidio; licet post ejus obitum urbs Hipponensis incolis destituta, ab hostibus fuerit concremata. Et se inter hæc mala cujusdam sapientis sententia consolabatur, dicens: Non erit magnum quod cadunt ligna & lapides, & moriuntur mortales. Hæc omnia ille, ut erat sapiens, quotidie ubertim flebat. Accrevitque mœroribus & lamentationibus ejus, ut etiam adhuc in suo statu consistentem ad eamdem Hipponensium regionum civitatem ab iisdem hostibus veniretur obsidendam: quoniam in ejus tunc defensione fuerat constitutus Comes quidam Bonifacius cum Gothorum quondam fœderatus exercitu: quam urbem ferme quatuordecim mensibus conclusam obsederunt: nam & littus illi marinum intercluserunt: quo etiam nos ipsi de vicino cum aliis nostris coepiscopis confugeramus, in eademque omni obsidionis tempore fuimus.*

(*b*) *Eccl. 2.*

(*c*) *Psal. 41.*

Augustinus ob cladem Vvandalicam in luctu versatur.

* evacuatos.

LXXVIII. *Ubi nobiscum super his infortuniis sæpissime colloquebamur, & Dei tremenda Judicia præ oculis nostris posita considerabamus, dicentes: Justus (*d*) es Domine*

(*d*) *Psal. 118.*

PAGIUS nocentium, Zosimum, Theodotum, & Praylum eos *beata recordationis* appellat, sed loquens de Cælestio Carthagine accusato, ait: *de infrascriptis capitulis apud Aurelium Episcopum memoratæ Urbis, per libellum a quodam Paulino Diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis Episcopi est accusatus.* Quamobrem anno superiori adhuc in vivis erat *Aurelius*, qui tamen eodem anno, vel saltem currenti ad Deum migravit, die incerto, ut fidem faciunt Literæ Capreoli Carthaginensis Episcopi, in parte II. Concil. Ephes. cap. IX. pag. 529. recitatæ, & a Baronio anno CCCCXXXI. num. XXXVIII. & seqq. ubi etiam eum in *Genethlii* locum subrogatum esse perperam asserit; cum hic sub finem superioris sæculi vita functus sit, ut jam ostendimus. Colitur *Aurelius* in antiquo Kalendario Ecclesiæ Carthaginensis a Mabillonio Tom. III. Analect. publicato die XX. mensis Julii: ibi enim legitur; *XIII. Kal. Ag. Depositio Sancti Aurili.* Eminent. Card. Norisius lib. 2. Histor. Pelag. cap. 8. *Aurelium* laudibus jure merito exornat; per annos enim fere quadraginta quibus Primatum Africæ tenuit, Donatistas universa fere Africa

*ne, & rectum judicium tuum. Pariterque dolentes & gementes, & flentes orabamus miserationum Patrem & Deum omnis consolationis, ut de eadem nos tribulatione sublevare dignaretur. Et forte provenit, ut una cum eo ad mensam constitutis & inde confabulantibus cœperit coram nobis dicere: Noveritis me hoc tempore nostræ calamitatis id Deum rogare, ut aut hanc civitatem ab hostibus circumdatam liberare dignetur, aut si aliud ei videtur, suos servos ad perferendam suam voluntatem fortes faciat, aut certe ut me de hoc sæculo accipiat. Quæ ille dicens, nos quoque instruens, deinceps, cum eodem & nos cum nostris omnibus, & ipsi qui in eadem fuerant civitate, a summo Deo similiter petebamus:* & inferius de eodem Augustino: *Verbum Dei usque ad ipsam extremam ægritudinem imprætermisse, alacriter, & fortiter sana mente, sanoque consilio in ecclesia prædicavit.* Hæc Possidius. Erant conciones illæ perbreves, dolore plenæ & lacrymis; quarum una tantum nobis reliqua est, quam hic describendam putavimus: nam cum lugubrem faciem Africanæ provinciæ nobis reddat; ob id ad certiorem rerum gestarum cognitionem, Annalibus intexendam esse, ratio instituti a nobis exigit: hæc autem concio eo tibi gratior esse debet, quod veram, scias, qui consueristi apud Gentiles historicos confictas prolixasque auctoris arbitrio compositas legere orationes: sed & ex eo eam jucundiorem ac cariorem accipies, quod novissimus omnium qui extent, hunc scias fuisse S. Augustini sermonem: avidius enim accipi solent novissima parentis eloquia: sic vero se habet (*a*).

(*a*) *Aug. de temp. serm.* III.

LXXIX. Sermo S. Augustini tempore Vvandalicæ obsidionis.

*Quotiens, fratres carissimi aliquæ adversitates veniant; quotiens aut hostilitas, aut siccitas, aut mortalitas justo Dei judicio nobis fuerit irrogata: non ejus injustitiæ, sed nostris hoc peccatis imputare debemus: quia sicut dicit Apostolus (b): Non iniquus est Deus, qui infert iram: multorum enim malis moribus atque clamoribus exagitatus est mundus. Et ut ex hoc omnes intelligere possint, apertius charitati vestræ insinuo. Sic sunt boni & mali, quomodo si duo vasa sint plena, & unum habeat putredinem, & aliud aromata pretiosa, cum uno ventilabro ventilata: illud vas ubi fuerint aromata, odorem desiderabilem, aliud autem fœtorem intolerabilem reddit. Ita simul boni & mali indiscrete quidem turbati, sed alto Dei judicio separati. Quoties aliqua tribulatio in mundum venerit: qui boni sunt velut sancta vasa, gratias agunt Deo, qui eos castigare dignatur: illi vero qui sunt superbi, luxuriosi, cupidi, blasphemant & murmurant contra Deum, dicentes: O Deus, quid tanti mali fecimus, ut talia patiamur? Unde fit, ut infelices isti amore hujus vitæ obligati, nec istam tenere possint, & illam sempiternam, de qua fugiet dolor & gemitus, amittant: & quod pejus est, nec ista mala præsentia possunt evadere, & ad illa quæ æterna mala sunt, eorum crimina eos faciunt pervenire.*

(*b*) *Rom.* 3.

LXXX. *Non insultans, sed gemens & dolens hæc dico. Ecce sicut in eo qui superbo ac rebelli spiritu emendare se noluerit, impletur quod scriptum est (c): Qui in sordibus est, sordescat, adhuc: justus autem justiora faciet, & sanctus sanctiora. Non enim spes bonorum in isto est mundo posita: Spes enim quæ videtur (ait Apostolus) (d) non est spes; quoniam & ipsa spes mundana, quæ videtur, in amaritudine vera * est: amaram enim potionem mundus suis dilectoribus propinat. O infelicitas generis humani! Amarus est mundus, & diligitur: putas, si dulcis esset, qualiter amaretur? Vos alloquitur veritas, dilectores mundi: Ubi est quod amastis? Ubi est quod promagno tenebatis? Ubi est quod dimittere nolebatis? Ubi sunt tot regiones? Ubi sunt tantæ splendidissimæ civitates? Lugendo potius ista dicta sunt, quam insultando. Magno affectu ista deputarentur si tantummodo audirentur.*

(*c*) *Apoc.* 22.

(*d*) *Rom.* 2.

* *versa.*

LXXXI. Mortalitas cum obsidione premit Hipponenses.

*At cum oculos nostros dira calamitas & obsidionis percusserit, & nunc tempore mortalitatis affligat: mortuorum hominum sepeliendis corporibus vix illi qui remanere videbantur, occurrerent. Considerantes etiam illa mala, quæ justo Dei judicio illata sunt: quando totæ provinciæ in captivitatem ductæ sunt? Sustinuimus matres-*familias abductas, prægnantes abscissas; & nutrices, evulsis e manibus parvulis, atque in vias projectis, nec vivos ipsos filios retinere, nec mortuos permiserunt sepelire. Cruciatus magnus & dolor, timor & horror, tortores cordis pariter insistebant; maxima cum a talibus feminis hoc impia barbarica exigebat potentia, ut quæ se sciebat multorum mancipiorum fuisse dominam, barbarorum se subito sine ullo pretio lugeret ancillam. Sic impletum est in nobis quod dictum est per Prophetam David (a): Vendidisti populum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Dura a delicatis & nobilibus mulieribus servitia sine ulla miseratione humanitatis a barbaris exacta sunt: strepitus clamoris hujus in auribus nostris urget, dum talia audimus atque videmus: Numquid ferreæ sunt carnes hominum, etiamsi ferreus servus in aliquibus inveniatur?

(*a*) *Psal.* 43.

LXXXII. *Quis ista audiens, videnque non doleat? Unde cum Propheta dicere possumus. Quis dabit (b) capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? non solum mortem corporum, verum etiam animarum. Christianis loquimur. Multos cognovimus in ista visitatione sine sacramento baptismi ex hac vita fuisse ereptos, atque inter vasa iræ relictos. Quis luctus idoneor, quis planctus celsior inveniri potest, quando sic exarsit ira omnipotentis, ut repelleret etiam tabernaculum suum, in quo habitavit in hominibus? Et ille etiam qui unico (c) Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; nec pretium tanti sanguinis attenderit, nulli ecclesiæ, nulli clero, nulli sacratæ virgini, nulli parcere civitati.*

(*b*) *Hier. prem.* 9.

(*c*) *Rom.* 8.

LXXXIII. *Nos vero fratres, carissimi, quibus Dominus non pro nostris meritis parcere, sed adhuc ad pœnitentiam reservare dignatur non sine grandi timore debemus considerare, quod hæc omnibus nobis præbeantur exempla. Et ideo illorum mors proficiat, ad nostram salutem, eorum tribulatio nostra sit correctio: de aliorum plagis faciamus medicamenta vulneribus nostris: & semper timeamus quod Dominus in Evangelio dixit (d): Putatis quod hi Ga-*

(*d*) *Luc.* 13.





*lilæi præ omnibus peccatores fuerint, quoniam talia passi sunt? non dico vobis: sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et ideo qui solebat esse luxuriosus, sit castus, qui superbus, sit humilis; qui erat invidus, sit benignus; qui per fraudem vel calumniam solebat res alienas rapere, incipiat de suis largiores eleemosynas dare. Nimis delicatum est, quod a nobis requirit Dominus noster, fratres carissimi. Non dixit nobis: Jejunate plusquam potestis, & plusquam vires vestræ fuerint, vigilate. Non nobis dixit: A vino vel a carnibus abstinete. Non a nobis requiruntur *; sed hoc dignatur injungere, quod omnes homines possunt cum ipsius gratia sine grandi labore complere. Sed quod pessimum, multi sunt, qui durissimum & amarissimum avaritiæ jugum cum multis laboribus volunt ferre, & dulce jugum Christi & onus ejus leve dissimulant humeris suis imponere: malunt cum multis peccatis sub sarcina gravi succumbere, quam jugum Christi, quod potest eos in cælum elevare, suscipere. Vos vero fratres, vobiscum sapienter & fideliter cogitantes dirumpatis a cervicibus vestris durum & asperum avaritiæ jugum, & jugum Christi suavissimum vestris humeris imponite, secundum Apostolum (e), conversationem vestram levantes in cælum: ut cum Christus apparuerit vita vestra, & vos cum ipso appareatis in gloria quod ipse præstabit.* Hucusque sermo. Et quidem puto in avaros ista dixisse, quod quamplurimi spoliati omnibus bonis confluxissent Hipponem locum munitum, nec facultates Ecclesiæ ad omnes alendos sufficerent.

* *ista.*

(*e*) *Philip.* 3.

LXXXIV. Tempus ægrotationis Augustini.

Cum vero jam tribus mensibus ejus civitatis perduraret obsidio, qui hactenus verbi prædicatione, pauperum cura, precibus ac vigiliis apud Deum pro populo jugiter laboraret, ægritudine affectus, cogitur lecto decumbere: quantum autem temporis spatium intercesserit ab hoc sermone usque ad obitum, numera: dictus hic enim reperitur feria quinta post Dominicam Pentionis (ut inscriptio præfert) ipse vero defunctus invenitur quinto Kalen. Septembris. Sed quid de ægritudi-



PAGIUS frica exclusit, Pelagianos in pluribus Synodis anathemate percussit, Paganorum templa in Christianæ religionis usum redegit, ac in decem & septem Plenariis ex universa Africa Conciliis orthodoxam doctrinam ac disciplinam egregiis legibus confirmavit.

XXVII. *Moritur & Alypius Tagastensis Episc.* Eodem circiter quo *Aurelius* tempore *Alypium*, Episcopum Tagastensem spiritum Deo reddidisse existimat Card. Norisius citatus. Fuit *Alypius* Augustini tum in patria, tum Carthagine discipulus, & in Pelagiano bello collega. Cum eo Manichæis adhærens erravit, cum eo resipuit, cum eo Mediolani sacris aquis ablutus est. Hierosolymam ex Africa profectus *Hieronymo* Augustinum amicissimum reddidit, & longinquarum peregrinationum periculis pro *Pelagianis* extirpandis, devoratis, doctissimis Epistolis contra eosdem perscriptis, nobilissima etiam ad *Honorium* Legatione ea de causa perfunctus, inter divinæ gratiæ propugnatores secundus ab Augustino nominandus venit. Plures cum eo contra Pelagianos Epistolas conscripsit; indeque factum, ut præclarissimi Patres, qui contra eos Epistolas ad *Augustinum* dabant, easdem cum *Alypio* communes facerent. *Sanctus Paulinus* Nolanus Episcopus Alypium adeo amabat, ut illius vi-

PAGIUS vitam literis tradere in animo habuerit data ea de re ad ipsummet Alypium Epistola, inter Augustinianas XXIV. alias XXV. ubi totus in *Alypii* laudes effunditur. Hæc aliaque plura Eminent. Card. Norisius de Alypio, qui in Martyrologio Romano memoratur ad diem XV. mensis Augusti.

XXVIII. *Obitus S. Augustini Hipponensis Episc.* Hoc etiam anno *V. Kalend. Septembris*, ut utrumque testatur Prosper in Chronico, *inter impetus obsidentium Vandalorum* in Christo obdormivit *Augustinus*, de cujus gestis ac scriptis sæpe disseruimus. Duo ejus ultima Opera fuere Liber *de Hæresibus*, & Liber sextus Operis imperfecti adversus *Julianum*, quod utrumque morte præventus absolvere non potuit, ut supra ostendimus. Ultima ejus Epistola ad *Honoratum* data, CCXXVIII. alias CLXXX. quæ est de fuga in persecutione, hoc anno scripta est, ut anno CCCCXXVIII. ostendimus. Cœpit ægrotare *Augustinus* tertio Urbis Hipponensis obsidionis mense, & gravi febre correptus intra paucos dies finem vivendi fecit, ut scribit Possidius in ejus Vita, qui & docet illum annos septuaginta sex vixisse, & per annos quadraginta Episcopatum Hipponensem gessisse. *Ejus Opera* sedulo studio Patrum Benedictinorum ad MSS.

Co-

nis ejus tempore Possidius litteris commendarit, audiamus: *Et ecce* (inquit) *tertio illius obsidionis mense decubuit lecto febribus defatigatus, & illa ultima exercebatur ægritudine*: ultimam plane Possidius dicit, quod frequenter Augustinus ægrotare consuevisset, ut ex ipsius epistolis intelligi potest: nam ad suos scribens, tradit (*a*) quod ob minus idoneam valetudinem ab Episcopis excusaretur, quo minus, ut aliis, ipsi legationes transmarinæ ex Synodis injungerentur. Sed & in litteris ad Victorinum (*b*), atque aliis ad Profuturum (*c*), itemque ad Dioscorum (*d*) scribens, de sui corporis infirmitatibus meminit, nec non ad Darium epistola (*e*), & ea quam dedit ad Nobilium (*f*). Quid autem acciderit, dum ultima hac ægritudine Augustinus afflictaretur, idem ita narrat Possidius (*g*):

*Itemque ad ægrotantem & lecto vacantem, quemdam cum suo ægroto venisse, & rogavisse, ut eidem manum imponeret, quo sanus esse posset: eumque respondisse, si aliquid in his posset, sibi hoc utique primitus præstitisset: & illum dixisse, visitatum se fuisse, sibique per somnium dictum esse: Vade ad Augustinum Episcopum, ut ei manum imponat, & salvus erit. Quod dum comperisset, facere non distulit; & illum continuo sanum ab eo discedere fecit.* Hæc de miraculo Possidius: quod quidem extremo vitæ articulo Deus per eum operari voluit, ut quodam veluti signo tum res ab eo sancte pieque gestas, tum pia doctaque ejus scripta consignata relinqueret. Quomodo vero ad felicem ad Deum transitum se paraverit, Possidius ita declarat.

LXXXVI. Augustini præparatio ad obitum.

*Dicere autem nobis interfamiliaria colloquia consueverat, post perceptum baptismum etiam laudatos Christianos & sacerdotes absque digna & competenti pœnitentia exire de corpore non debere. Quod etiam ipse fecit ultima qua defunctus est ægritudine. Nam sibi jusserat psalmos Davidicos, qui sunt pauciſſimi de pœnitentia scribi; ipsosque quaterniones jacens in lecto contra parietem positos diebus suæ infirmitatis intuebatur & legebat, & jugiter ac ubertim flebat. Et ne intentio ejus a quoquam impediretur; ante dies ferme decem quam exiret de corpore, a nobis postulavit præsentibus, ne quis ad eum ingrederetur, nisi iis tantum horis, quibus medici ad inspiciendum intrarent, vel cum ejus inferretur refectio. Et ita observatum factumque est. Et omni illo tempore orationi vacabat.* Ac paulo post: *Membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu atque auditu, & (ut scriptum est) nobis astantibus, & videntibus, ac cum eo pariter orantibus, obdormivit in pace cum patribus suis, enutritus in bona senectute. Et nobis coram positis, pro ejus commendanda corporis depositione sacrificium Deo oblatum est, & sepultus est.* Hæc de obitu, & funere una cum Missa, ex more, exhibito Possidius; qui superius eum vixisse tradit annos septuaginta sex: in Episcopali vero functione annos triginta sex habuisse, ex iis quæ a nobis de sedis ejus exordio dicta sunt, satis certo colligi potest. Dies vero obitus in tabulis Ecclesiasticis scriptus fuit anniversaria memoria repetendus, celebrique cultu in Ecclesia transigendus quinto Kalendas Septembris.

(*a*) *Aug. epist.* 138. (*b*) *Aug. epist.* 217. (*c*) *Aug. ep.* 149. (*d*) *Aug. ep.* 56. *in fin.* (*e*) *Aug. epist.* 262. (*f*) *Aug. epist.* 251. (*g*) *Possid. in Vita Aug. c.* 29. 30.

LXXXV. Augustinus Ægrotum sanat.

LXXXVII.

De ejus obitu etiam Victor Uticensis his verbis meminit, cum agit de clade Vvandalica: *Ea* (inquit *h*) *tempestate Hippon regiorum obsessa est civitas, quam omni laude dignus beatus Augustinus multorum librorum confector Pontifex gubernabat. Tunc illud eloquentiæ, quod per omnes campos Ecclesiæ ubertim decurrebat, ipso metu siccatum est flumen, atque dulcedo suavitatis dulcius propinata in amaritudinem absynthii versa est*, &c. De his autem quos reliquit libros suis commendatos ista Possidius (*i*): *Testamentum autem nullum fecit; quia unde faceret, pauper Christi non habuit. Ecclesiæ bibliothecam & omnes codices diligenter posteris custodiendos semper jubebat. Si quid vero Ecclesia vel in sumptibus vel in ornamentis habuit, fideli presbytero, qui sub eodem domus Ecclesiæ curam gerebat, di-*

(*h*) *Victor de persec. Vvand. l.* 1.

(*i*) *Possid. in Vit. Aug. c.* 31. De libris S. Augustini.



*dimisit. Nec suos consanguineos, vel in proposito vel extra constitutos, in sua vita & morte more vulgi tractavit, quibus, dum adhuc superesset, id, si opus fuit; quod & cæteris, erogavit, non ut divitias haberent, sed ut aut non, aut minus egerent.* Hæc & alia Possidius, qui (ut ipse testatur) quadraginta ferme annis cum eo vixit summa concordia, scriptorum ipsius confecit Indiculum, de quo ipse his verbis (*a*):

(*a*) *Possid. c.* 18.

LXXXVIII. De Possidii indiculo.

*Tanta autem ab eodem dictata & edita sunt, tantaque in Ecclesia disputata, excepta, atque emendata, vel adversus diversos hæreticos conscripta, vel ex canonicis libris exposita ad ædificationem sanctorum Ecclesiæ filiorum, ut ea omnia vix quisque studiosorum nosse & perlegere sufficiat. Veruntamen ne veritatis avidissimos in aliquo fraudare videamur, statui, Deo præstante, in hujus opusculi fine etiam eorumdem librorum, tractatuum, & epistolarum Indiculum adjungere: quo lecto, qui magis Dei veritatem quam temporales amant divitias, sibi quisque quod voluerit, ad legendum & cognoscendum eligat: & id ad scribendum vel de bibliotheca Hipponensis Ecclesiæ petat, ubi emendatiora exemplaria forte potuerit invenire; vel unde voluerit, inquirat, & inventa describat & habeat, & petenti ad scribendum sine invidia & ipse tribuat.* Hæc Possidius. At plane miraculo factum esse videtur, ut concremata anno sequenti Hipponensi civitate a furentibus Vvandalis, iisdemque Arianis, ipsa Hipponensis bibliotheca illæsa permanserit, angelica quidem, si non humana vallata custodia. Qui enim consideret ferociſſimos barbaros longa præpeditos obsidione redditos sæviores: reputetque secum, eosdem pariter perfidos fuisse Arianos, scisseque etiam ex recentioribus adversus Arianos ipsos disputationibus, nempe contra Maximum atque Pascentium Comitem publice habitis, Augustinum acerrimum sibi hostem: quis, inquam, ista considerans, non miraculo ducat, ut Vvandali pepercerint Augustini scriptis? certe non ipsorum id quisquam dixerit adscribendum esse clementiæ, sed Dei magnæ potentiæ, qua cohibuit grassantes instar fulminis barbaros, & sua coercuit disciplina, nec sivit quicquam inconcessum invadere, vel tentare vetitum: hæc quidem præstare, divinæ tantum esse potuit facultatis, secundum illud in Job (*b*) divinum elogium: *Numquid mittes fulgura & ibunt, & revertentia dicent tibi: Adsumus?* quod scilicet furentes hominum motus divinæ tantum subjecti sint voluntati eosdem ad libitum moderanti.

(*b*) *Job.* 38.

Sed qui non valuit per barbaros perdere penitus sanctissimi viri scripta, per hæreticos & calumniosos homines ea diabolus summis viribus labefactare conatus est: nec quidem admovit ad ea demolienda arietem unum, sed plures; nec unum vel alterum adversarium, sed ipsos plures ac plurimis armis diversis in locis armavit. Primum enim Galliarum quidam presbyteri, quod jam certamen, ipso Augustino vivente, aggressi fuerant, eo mortuo, acrius instaurarunt, quindecim scribentes objectione adversus eos quos in Pelagianos ipse sanctus Augustinus scripserat commentarios. Rursus vero Vincentius quidam rem privatim agens, sexdecim in eosdem proposuit objectiones. Insuper & Camillus & Theodorus presbyteri Genuenses decem dubia objecere. Adhuc etiam & Cassianus presbyter Massiliensis, de quo superius dictum est, adversus ejusdem Augustini doctrinam egit, adversusque eam aliqua intulit. Porro contra hos omnes steterunt Hilarius Arelatensis, & Prosper Aquitanus: quid Hilarius in adversarios scripserit, non apparet: Prosperi autem adhuc supersunt arma, quibus pro Augustino in hostes indefesso studio dimicavit: Adversus siquidem Gallos liber extat Responsionum, volumen etiam contra Vincentianos, tertius insuper liber contra Genuenses illos presbyteros, ac item quartus contra Collatorem, nempe ipsum Joannem Cassianum inscriptus, quem (ut ex ipso apparet) sub Sixto Romano Pontifice edidit. Cæterum iidem Hilarius atque Prosper sequenti anno Romam se contulerunt, atque apud Cælestinum conquesti sunt, quod quæ a S. Augustino scripta essent, eadem a Romanis Pontificibus Innocentio, Zosimo, atque Bonifacio confirmata, & conciliis stabilita, a quibusdam Gallicanis presbyteris ite-

LXXXIX. Augustini scripta a b adversariis impugnata.

Prosper & Hilarius pugnant pro Augustino.



PAGIUS Codices & Editiones antiquiores castigata, & varie illustrata, majori cum fructu, ac minori temporis dispendio a studiosis imposterum legi poterunt.

XXIX. *Pax Suevos inter & Gallæos sancita.*

Idacius in Chronico anno Abrahami 2446. qui Kalendis Octobris superioris Christi anni inchoatur, scribit: *Suevi sub Hermerico Rege medias partes Gallæciæ depræ dantes, per plebem, quæ castella tutiora retinebat, acta suorum partim cæde, partim captivitate, pacem, quam ruperant, familiarum, quæ tenebantur, rehibitione instaurant:* Hæc Idacii verba lucem accipiunt ex verbis Isidori in Historia Suevorum, dummodo levi emendatione juventur: *Vandalis Africam transeuntibus, Galliciam soli Suevi fortiti sunt*, &c. *Galliciæ autem in parte provinciæ regno suo utebantur, quos Hermericus assidua vastatione depræ dans, tandem morbo oppressus, pacem eis fecit.* Ita habet editio Grotii; editio vero Labbeana, *Galli autem in parte provinciæ*. Verum utrobique loco *Gallicia*, aut *Gallia*, legendum, *Gallaci*. Quæ emendatio certa; cum Idacius anno sequenti scribat: *Rursum Suevi initam cum Gallacis pacem conturbant:* Quod anno CCCCXXXV. ex alio Idacii loco confirmabitur. Pax itaque hoc anno Suevos inter & populum, qui in parte Gallæciæ, postquam eam Vandali deseruerant, dominabatur, composita est.

XXX. *Iuthungi & Norici ab Actio debellati.*

Tum Idacius: *Per Actium Comitem non procul de Arelate quædam Gothorum manus extinguitur, Anaolfo Optimate eorum capto, Juthungi per eum similiter debellantur & Nori*, ideſt, Norici. Juthungi, inquit Ammianus lib. 17. cap. 6. *Alamannorum pars, Italicis conterminans tractibus Rhætias turbulente vastabant*. Cum Juthungis Idacius Vindelicos & Noricos jungit, qui tunc una fortasse rebellarant. Adversus eos *Aetius*, qui Felice ad patriciam dignitatem provecto, Magister militum factus est, ut habet Prosper in Chronico sub præcedentis anni Coss. expeditionem susceptt, cui comes fuit *Avitus*, qui postea imperavit, teste Sidonio in Panegyrico Aviti, num. CCXXX.

*Nil sine te gessit, cum plurima tu sine illo.*
*Nam post Juthungos, & Noricæ bella, subacto.*
*Victor Vandalico*, &c.

Sidonius dicit *Noricæ bella*; Idacius enim num. insequenti ait: *Aetius Dux utriusque militiæ Noros edomat rebellantes*. Vigebat hoc tempore pax Gothos inter & Romanos, sed Barbari ab excursionibus faciendis vix se se continere poterant.

rum revocarentur in controversiam. Quid autem his auditis præstiterit Cælestinus, dicemus suo loco anno sequenti.

XC. Jo. Cassianus hortatu Leonis scribit contra Nestorium.

Hoc ipso autem anno Joannes Cassianus monitu Leonis Romanæ Ecclesiæ Archidiaconi adversus Nestorium de Incarnatione Verbi septem libros luculentissimos edidit. Cum enim ipsos ab eo scriptos constet, dum adhuc Nestorius sederet Constantinopoli, quem sequenti anno in Concilio Ephesino liquet fuisse e sede depositum, & Maximum in ejus locum subrogatum: cumque nulla insuper in eis de Ephesino Concilio mentio habeatur, cujus necessario meminisse oportuit: plane ante Ephesinum Concilium, damnationemque Nestorii, eos ab ipso fuisse elucubratos, dicere necesse est, & hoc ipso quidem anno, quo (ut vidimus) hæresis Nestorii plane innotuit Occidentali Ecclesiæ, ante autem susurri tantum quidam de ea pertigerant oras Occidentales. Sed cur (dixerit aliquis) per Cassianum Leo Archidiaconus ista præstari voluit, cum ipse Leo eruditissimus esset, & quam felicissime id exhibere valuisset; cum præsertim Cassianus de libero arbitrio haud recte sentire, sed cum Pelagianis aliquid habere commune, editis Collationum libris innotuisset? post scriptas enim Collationes ipsum hortatu Leonis elucubrasse commentarium illum contra Nestorium, ipse in operis præfatione testatur.

XCI. Cur Leo per Cassianum voluerit impugnari Nestorium.

Ad hæc quidem illud in primis dicendum est, Cassianum & alios qui hoc tempore in nonnullis S. Augustini scripta carpebant, haud se Pelagii errores fovere professos esse: sed (ut sæpius Prosper ait, & indicant litteræ Cælestini Romani Pontificis ad Gallos, de quibus agemus anno sequenti) ut Catholici versabantur inter Catholicos, & Pelagianos se damnare errores, & in eos declamare præseferebant; quod & videmus ab eodem Cassiano factum in his ipsis libris, quos de Incarnatione Verbi adversus Nestorium scripsit, dum frequenter exclamat Nestorium ipsum a Pelagianis esse mutuatum errorem. Leonis igitur hac ex parte illud videtur fuisse consilium, ut ne opinarentur Orientales hæresim Nestorianam ex Pelagiana prognatam defensores habere in Occidente qui Pelagiani erroris quoquo modo suspecti redditi essent, per unum ex illis voluerit validissime Nestorium oppugnari. Rursum vero, ne qui in Occidente articulum illum de libero arbitrio Pelagiani erroris scriptis editis hactenus defendissent, affinitate dogmatis consurrecturi essent pro defensione Nestorii; Cassianum in primis qui omnes antecellebat, Leo diaconus prudenter quidem scriptione sua eum teneri voluit obligatum, & cum eo omnes qui inter Catholicos Pelagiani erroris viderentur esse fautores. Præstitit id libentissime Cassianus omnique studio in opus incubuit, quo se acerrimum hostem cum Pelagiani, tum Nestoriani præseferret erroris, quem jam Pelagianorum omnium famosissimus Leporius, de quo superius dictum est, publicis litteris adeo fuerat detestatus.

XCII.

Insuper autem potuit, & illud etiam fuisse hac de re Leonis consilium, ut per Joannem Cassianum Constantinopolitanæ olim Ecclesiæ diaconum, Constantinopolitana admoneretur Ecclesia vitare Nestorium: ut enim id etiam opinari possimus, apostrophe illa auctoris ad finem operis collocata facile persuadet, cum demum post alia ejusmodi Nestorium exagitat invectiva (a): *Tu o impiissime atque impudentissime, præclaræ urbis contaminator, Catholicæ & sanctæ plebis gravis, & exitiosa contagio, stare in Ecclesia Dei & loqui audes; & blasphemis ac furiosis vocibus tuis sacerdotes semper illæsæ fidei & Catholicæ confessionis infamas, magistrorum priorum vitio plebem Constantinopolitanæ urbis errare? Tu ergo emendator priorum Antistitum, tu Gregorio excellentior, tu Nectario probatior, tu Joanne præstantior, omnibusque Orientalium urbium sacerdotibus, qui etsi non ejusdem nominis, cujus hi quos nominavi, ejus tamen fidei fuerunt, quod quidem, quod ad hanc causam pertinet, sufficit: quia cum de fide agatur, omnes in eo idem sunt quod optimi, in quo consortes sunt optimorum. Unde & ego quoque ipse humilis, & obscurus nomine, sicut merito, licet mihi inter eximios Constantinopolitanæ urbis Antistites locum magistri usurpare non possim, studium tamen discipuli affectumque præsumo. Adoptatus enim a beatissimæ memoriæ Joanne Episcopo in ministerium sacrum, atque oblatus Deo; etsi corpore absum, affectu illic sum; & illi dilectissimo mihi ac venerandissimo Dei populo etsi nunc præsentia non admisceor, tamen mente conjungor. Et hinc est, quod condolens ei atque compatiens, in vocem nunc tristitiæ ac doloris erupi: & quod unum potui, flebilem querimoniam, quasi pro membrorum atque artuum meorum infirmitate, clamavi. Etenim si juxta Apostolum (b), dolente quidem minore corporis parte, condolet major atque compatitur; quanto magis dolente majore, minor compati oportet? Inhumanissimum quippe est, ut in uno atque eodem corpore majorum infirmitatem minora non sentiant, cum minorum majora patiantur.*

(a) Cassian. de Incar. Verb. lib. 7. Cassiani invectiva in Nestorium.

(b) 1. Cor. 12.

XCIII. *Unde obsecro ac deprecor omnes vos, qui intra Constantinopolitanæ urbis ambitum siti, & per affectum patriæ Cives mei, & per unitatem fidei fratres mei estis*



Cassiani Apostrophe ad Constantinopolitanos. (a) Matt. 20. (b) Ps. 13. (c) Coloss. 2. (d) 2. Cor. 8.

*estis, ut separetis vos ab illo (ut scriptum est a) lupo rapaci, qui devorat Dei populum, ut (b) cibum panis. Ne (c) tetigeritis, neque gustaveritis quicquam illius; quia sunt omnia ad interitum. Exite de medio ejus, ac separamini (d) & immundum ne tetigeritis. Mementote magistrorum veterum sacerdotumque vestrorum, Gregorii nobilis per Orbem, Nectarii sanctimonia insignis, Joannis fide ac puritate mirabilis, Joannis, inquam, Joannis illius, qui vere ad similitudinem Joannis Evangelistæ, & discipulus Jesu, & Apostolus, quasi super pectus Domini semper affectumque discubuit. Illius, inquam, mementote, illum sequimini: illius puritatem, illius fidem, illius doctrinam, ac sanctimoniam cogitate: illius mementote semper doctoris vestri ac nutritoris, in cujus quasi gremio quodammodo amplexuque crevistis, qui communis mihi ac vobis magister fuit, cujus discipuli atque institutio sumus. Illius scripta legite, illius informationem tenete, illius fidem ac meritum amplexamini. Quod etsi assequi grande est ac difficile, sequimini tamen pulchrum, & sublime: quoniam in summa rerum non adeptio tantum, sed etiam imitatio ipsa laudanda est: quia numquam fere aliquis ejus rei portione ad plenum caret, ad quam scandere ac pervenire contenderit. Ille ergo vobis in sensu semper, & quasi conspectu sit, ille in animo & cogitatione versetur: ille denique ipse vobis etiam, quæ a me sunt scripta, commendet: quia hæc propter quæ ego scripsi, ille me docuit; ac per hoc non tam mea hæc, quam illius esse credite: quia rivus ex fonte constat, & quicquid putatur esse discipuli, totum ad honorem convenit referre magistri.*

XCIV.

Cum hæc scribat ad suos Constantinopolitanos Cassianus, illud observa, quod cum de laudatis Episcopis Constantinopolis agit, nullam penitus Attici habet mentionem, ut Cyrillum, imo Cælestinum Papam, & Sixtum feciſse apparet: ut plane intelligas eum nondum stomachum exhausisse bile, quam olim ob Joannem conceperat, & nuper auxerat ob damnata ab eo omnia hæresis Pelagianæ capitula, quorum aliqua ipse cum aliis clandestinis Pelagianis adversus Augustini scripta tuenda susceperat. Hæc igitur Cassianus scripsit, instante Leone Romanæ Ecclesiæ hoc tempore archidiacono, qui post Sixtum summus creatus est Pontifex: ita se habet vetus & recepta Gennadii (e) lectio, ubi hæc de Cassiano: *Ad extremum rogatus a Leone urbis Romanæ archidiacono, postea Episcopo, scripsit adversus Nestorium de Incarnatione Domini libros septem, & in his scribendi apud Massiliam, & vivendi finem fecit, Theodosio, & Valentiniano regnantibus.* Ante autem quam ad hæc scribenda manum admoveret, jamdudum absolverat libros Collationum, ut ipsemet in præfatione testatur, cum ita exorditur: *Absolutis dudum Collationum spiritualium libellis*, &c. ex quibus possumus intelligere, ipsum anno superiori, vel qui eum præcedit, nisi forte hoc ipso, easdem Collationes absolviſse; quæ quo anno a Prospero sunt impugnatæ, suo loco dicemus.

(e) Gennad. de Vir. illus. cap. 61.

I. De Consulatu Antiochi.

SEquitur annus celebris memoria œcumenicæ Synodi Ephesinæ, consignatus Consulatu Anicii Bassi, & Flavii Antiochi. Hic ille Antiochus patricius ex eunucho, qui postea delatus apud ipsum Theodosium Imperatorem, privatus bonis, & redactus in ordinem, inter clericos professus est, ut Suidas testatur: est Theodoreti ad eum epistola (*a*) factum illud adornantis, perinde ac ipse sponte sæculo nuncium remisisset, & non coacte vitam alienam a curia agere instituisset. Hujus occasione editam sanctionem a Theodosio, idem Suidas addit, ne amplius eunuchi inter patricios militarent. Clara quoque Antiochi hujus memoria est in collectione Codicis Theodosiani, cum de eo ista habeat Imp. Theodosius: (*b*) *Longum est memorare quid in hujus consummatione negotii contulerit vigiliis suis Antiochus, cuncta sublimis ex Præfecto & Consule.* His de Antiocho Consule dictis, jam res hoc anno sub ejus Consulatu gestas recensea-

(*a*) *Theod. epist. 95. ex C. Vatic.*

(*b*) *l. 1. de C. Theo. auct. Novel. tit. 1.*

II. mus.

Sed antequam de ipsa agamus Synodo Ephesina, ex more, ordine temporis, quæ ante ipsam hoc anno contigerunt, primum in medium afferamus. Cum expulsis clericis Catholicæ fidei, Nestorius sibi Ecclesias omnes quæ erant Constantinopoli vendicasset, contigit unam ipsarum cæde hominum turpissime profanari. Quomodo autem id acciderit, Socrates recenset, hæc dicens (*c*): *His rebus confectis, scelus quoddam nefandum forte fortuna in Ecclesia editum est. Nam cujusdam præpotentis viri servi, genere barbari, cum immanem heri sui feritatem experti, eam ferre non possent, ad Ecclesiam confugerunt, atque gladiis cincti ad altare prosiliunt. Rogati igitur ut abirent, nullo modo obsequi volebant, sed sacris ministeriis obeundis erant impedimento. Quin etiam dies complures strictos tenebant gladios, paratique erant ad quemcumque obtruncandum, qui illos adiret. Itaque uno clerico interfecto, altero vulnerato, ad extremum sibi ipsis necem consciverunt. Unde quidam eorum qui aderant, dixit, templi profanationem aliquid mali portendere; duosque poetæ cujusdam senarios in eamdem citavit sententiam:*

(*c*) *Socrat. lib. 7. c. 33.* Infausta cædes in Ecclesia Constantinopoli patrata.

*Nam sæpe signa talia dari solent,*
*Cum sacra fœdum templa polluit scelus.*

*At-*

---

PAGIUS SÆC. V. Anno Exræ Hispan. CCCCLIX. A. C. 431.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5924.

☉ 20. D. ☽ 14. P. 19. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 431.

CÆLESTINI PAPÆ 10.

THEODOSII JUN. 30. & 24.

VALENTINIANI III. IMP. 7.

I. *Theodosii quinta Quinquennalia.*

[1] COss. *Anicius Bassus* & *Fl. Antiochus*; Prior Occidentalis, erat enim e familia Anicia Romæ hoc tempore clarissima; posterior Orientalis, ubi tam anno superiori quam currenti Præfecturam Prætorii gessit, ut liquet ex legibus Cod. Theod. Hic in Actis Concilii Ephesini pag. 706. editionis Labbeanæ vocatur *Flavius*. De *Antiocho* varia habent Baronius hic & Gothofredus in Prosopographia Cod. Theod. sed tres Antiochos, qui hoc tempore floruere, in unum confundunt. Constat enim ex Novella Theodosii Jun. 33. *Albino* COS. anno sc. CDXLIV. data, unum ex illis jam mortuum fuisse, cum ibi legatur *inlustris memoriæ Antiochus*, isque in Novella ejusdem imp. prima *Theodosio Aug. XV. COS.* anno sc. CCCCXXXV. emissa nominetur *Antiochus Exprefecto & Consule*. Et tamen Marcellinus ad Zenonis & Postumiani Consulatum anno CCCCXLVIII. gestum, mentionem facit *Antiochi* Præfecti Prætorio tunc viventis. Imo fuit tertius *Antiochus*, isque Eunuchus, de quo verba faciunt Suidas in voce *Antiochus*, & in voce *Eunuchus*, Theophanes ad annum Theodosii Jun. XXXVI. & Zonaras in Vita Theodosii Jun. quem asserunt, Theodosii Jun. jussu factum esse Clericum. Zonaras scribit, hunc esse *Antiochum*, qui Isdigerdis Persarum Regis nomine Imperium Romanum administravit, sed hunc tertium Antiochum nullus Consulatum, aut Præfecturam Prætorii gessisse tradit. *Quinta Quinquennalia* Theodosii post mortem patris imperantis.

---

NOTÆ [1] COss. *Anicius Bassus*, & *Fl. Antiochus*. Inscriptio Christiana apud Fabrettum pag. 736. n. 468.

DEPOSITA. IN PACE
HELPIS. XIII. KAL. IVNIAS
BASSO. ET. ANTIOCHO. COSS.

Hæc etiam inscriptio legitur inter Donianas cl. XX. num. 81. pag. 542.

Socrates lib. VII. cap. XXXIV. & XXXVII. horum consulum meminit. Fasti Idatiani, & Prosper editus ac MS. *Basso* & *Antiocho*. Marcellinus; *Antiocho* & *Basso*. Paschalis laterculus in codice Gennadii: *Basso*, & *Antiocho*.



*Atque eum qui ista dixerat, minime fefellit opinio; quippe & divisionem populi (ut videtur) & auctoris divisionis abdicationem significavit.* Hæc Socrates: quæ hoc ipso anno Marcellinus contigisse tradit, sub iisdem Consulibus rem gestam referens, licet paulo diverse, his verbis: *Barbari in Augusta urbe nutriti ad Ecclesiam nostram hostili ritu constituunt: ignem in Ecclesiam ad comburendum altare dum infesti jaciunt, invicem sese, resistente Deo, trucidant:* subdit, hoc eodem tempore ob tritici penuriam Theodosium Imperatorem a populo lapidibus impetitum.

III. Quod vero ad Ecclesiæ nefandam profanationem spectat; eam ante Aprilis mensem accidisse, possumus ex eo conjicere, quod idem Theodosius consulturus in posterum, hoc anno vigesimatertia mensis Martii ad Antiochum Præfectum Prætorii eumdemque Consulem ordinarium sanctionem dedit de ecclesiastica immunitate solicitius conservanda, & latioribus terminis dilatanda; ne scilicet putarentur, qui ad eam confugiunt, minus tuti esse, nisi altare tenuerint: sic enim ipsa se habet:

Theodosii sanctio de immunitate Ecclesiarum.

*Pateant summi Dei templa timentibus: nec sola altaria, & oratorium templi circumjectum, quod Ecclesias quadripartito intrinsecus parietum septu concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita: sed usque ad extremas fores Ecclesiæ, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus, aram salutis esse præcipimus: ut inter templi, quod parietum descripsimus cinctu, & post loca publica & januas primas Ecclesiæ, quicquid fuerit interjacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendo eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere: ne qui hoc ausus sit, cum discrimen suum videat, ad expetendam opem ipse quoque confugiat. Hanc autem spatii latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso Dei templo, & sacrosanctis altaribus confugientium quemquam mane, vel vespere cubare, vel pernoctare liceat, ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsis qui confugiunt pietatis ratione servantibus.*

IV. *Arma quoque in quovis telo, ferro, vel specie, eos qui confugiunt, minime intra Ecclesias habere præcipimus, quæ non modo a summi Dei templis ac divinis altaribus prohibeantur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis *, areis, atque porticibus. Proinde hi qui sine armis ad sanctissimum Dei templum, aut ad sacrosanctum altare, sive usquam gentium, sive in hac alma urbe confugiunt, somnum intra templum, sive ipsum altare, vel omnino cibum capere absque ali qua eorum injuria ab ipsis clericis arceantur, designantibus spatia, quæ in ecclesiasticis septis eorum tuitioni sufficiunt, adducentibus capitalem pœnam esse propositam, si qui eos conentur invadere. Quibus si perfuga non annuit, neque consentit, præferenda humanitati religio est, & a divinis ad loca quæ diximus, turbanda temeritas.* Ne liceat armatum ingredi Ecclesiam.

* *baptisteriis.*

V. *Hos vero qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, prænomenus. Debinc si telis cincti, quovis Ecclesiæ loco, vel ad templi septa, vel circa, vel extra sint: statim eos, ut arma reponant, auctoritate Episcopi a solis clericis conveniri præcipimus, data eis fiducia, quod religionis nomine melius quam armorum, præsidio muniantur. Sed si Ecclesiæ voce moniti, post tot tantorumque denunciationes noluerint arma relinquere, jam clementiæ nostræ apud Deum & Episcoporum causa purgata, armatis (si ita res exegerit) intromissis, trahendos se, abstrahendosque esse cognoscant, & omnibus casibus esse subdendos. Sed neque Episcopo inconsulto, nec sine nostra, sive Judicum in hac alma urbe vel ubicumque jussione, armatum quemquam ab Ecclesiis abstrahi oportebit: ne, si multis passim hoc liceat, confusio generetur.* (*a*) *l. 45. de bis qui ad eccl. confug. Cod. Theod.* *Dat. decimo Kal. Aprilis Constantinopoli. Antiocho V. C. & Basso Coss.* Hactenus Theodosii Imp. sanctio: habent eam tum codex Theodosianus (*a*) tum etiam Justinianeus, (*b*) cæterum neutrobi ipsa integra reperitur. (*b*) *l. 3. C. Just. eod. tit.*

VI. Inter Acta autem Ephesini Concilii hæc ipsa constitutio, ut sancita est, nullum passa mutilationis dispendium, invenitur: (*c*) ubi inter alia notatu digna, de se ipso, cum primum omnium ei se Imperator reddere voluit obsequentem, hæc ait: *Nos qui legitimi Imperii armis numquam non circumdamur, quosque sine armatis stipatoribus esse non convenit, Dei templum ingressuri, foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema regiæ majestatis insigne humiliter deponimus, & sacra altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus; quibus quoque oblatis, ad extimum communeque atrium mox nos recipimus, nec quicquam ex propinqua Divinitate nobis arrogamus.* Hæc de se Theodosius: qui sequenti anno novis casibus hæc ex parte corrigere coactus est, dato item de limitibus ecclesiasticæ immunitatis rescripto ad Hierium (*d*). Sed de his satis. (*c*) *Conc. Ephes. edit. Pelt. to. 5. c. 21.* Modestia Theodosii in servanda lege a se edita. (*d*) *l. ult. de his qui confug. ad eccl. C. Theod.*

VII. Acturis jam nobis de Ephesino Concilio de legationibus primum e remotioribus Orbis regionibus illuc missis dicendum erit. Constat autem, ex universo plane orbe Christiano illuc legatos esse directos: siquidem hæc habentur in relatione Philippi Apostolicæ sedis legati (*a*). *Omnes namque Orientales, vel Occidentales, vel per se, vel certe per suos legatos sacerdotali huic confessui interfuerunt.* Sed quænam istæ fuerint legationes, dicendum nobis est: atque primum de Occidentalibus illa præcipua fuit, quæ nomine omnium Occidentalium, transmarinis Africanis exceptis, decreta est a Cælestino Romano Pontifice, ut facile colligi potest ex relatione ejusdem Concilii Ephesini ad Theodosium Imperatorem. Cælestinus enim non contentus, anno superiori (ut vidimus) collecta Romæ Synodo adversus Nestorianam hæresim, Nestorium, quam diu hæreticus esse persisteret, condemnasse, atque Cyrillo Episcopo Alexandrino delegasse vices suas, litterasque ad ipsum necnon ad Nestorium dedisse, & ad clerum Constantinopolitanum alias etiam addidisse: hoc insuper anno ad Ephesinum indictum Concilium ex Synodo Romæ habita legationem decernit, annuente ipso sacro Patrum consessu, cui idem præfuit Cælestinus. Id quidem Patres Ephesini Concilii in eadem ad Theodosium relatione significarunt his verbis (*b*): *Etsi ingens itineris intercapedo universam illam sanctorum Episcoporum multitudinem ad nos pervenire prohibuerit; attamen illis in locis simul coacti, Cælestino sanctissimo piissimoque Romanæ urbis Episcopo præsente & præsidente, nostram de fide sententiam summo consensu prædicarunt.* Et infra: *Viri isti totius Occidentalis Ecclesiæ sententiam nostræ huic Synodo coram per litteras exposuerunt, &c.* Qui autem delecti ad obeundum legationis munus fuerunt a Cælestino Romano Pontifice, iidem (ut dictum est) pro reliquis orbis Occidentalis provinciis functi sunt legatione.

(*a*) *Act. Ephes. Conc. edit. Pelt. to. 2. c. 16.* Legati missi a Cælestino pro omnibus Occidentalibus.

(*b*) *Act. Ephes. Conc. edit. Pelt. to. 2. c. 17.*

Porro Romanam ipsam Synodum hoc anno habitam, productam fuisse usque ad mensem Maji, evidens illa est demonstratio, quod litteræ a Cælestino ad Ephesinum Concilium ex Synodo datæ reperiuntur octavo Idus Maji: de quibus quidem Cælestini litteris in primis observandum est, eas scriptas fuisse ex more, Latino sermone, inde vero reperiri in Grecum translatas, & e Græco rursum Latinitati restitutas, non sine tamen magno præjudicio germanæ sinceritatis, ut ex diversitate earum satis intelligi potest. Porro nemo non videt Latinis antiquioribus standum esse exemplaribus, quorum omnium vetustissimum nobis exhibet Cresconiana Collectio, ut nulla de impostura possit esse suspicio. Ex ea vero ad Synodum Ephesinam Cælestini epistola illud exploratum redditur, sic ab eo Romanaque Synodo missos esse tres legatos in Orientem; non, ut redditis irritis, quæ anno superiori adversus Nestorium ab eodem Pontifice decreta essent, causa ejusdem novo subjaceret examini; sed potius ut sententiæ in Nestorium latæ iidem legati essent executores: ut plane appareat nihil præterea ab ipso Pontifice tributum Synodo, nisi ut cognitis his quæ anno superiori ibidem Romæ in Nestorium decreta fuissent, eadem executioni mandari curarent; nec quicquam præter sententiam Cælestini sibi arrogasse œcumenicum tantum Concilium constat. Sed reddamus hic epistolam Cælestini ex Cresconiana Collectione depromptam (*c*):

VIII. Cælestinus ad quid Legatos ad Synodum mittit.

(*c*) *Cresconi. manuscrip.*

IX. Epistola Cælestini ad Synodum Ephesinam.

*Spiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Certum est enim quod legimus, quia nec potest veritus nostra mentiri, cujus in Evangelio ista sententia est* (*d*): *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum. Quod cum ita sit, ut nec huic tam brevi numero Spiritus sanctus deesse; quanto magis eum nunc interesse, quando in unum convenit tanta turba sanctorum? Sanctum namque est pro debita ve-*

(*d*) *Matth. 18.*

PAGIUS

II. *Theodosium Sententiam adversus Nestorium latam suspendisse, putavit Marca.*

„ A num. VII. ad XXIII. Marca lib. 4. de „ Concordia cap. 4. num. 1. ait: *Nestorius* cum „ damnatus esset, a Synodis duabus, Romana „ & Alexandrina, nisi resipisceret intra decem „ dies, appellasse videtur ad Imperatorem, ab „ eoque rescriptum obtinuisse, quo sententia „ utriusque Synodi, vel suspenderetur, donec „ a Synodo Œcumenica, quam cogi *Nestorius* „ curabat, judicium institueretur, vel antiqua„ retur omnino, facta rei in integrum restitu„ tione. Opinatur, ut videtur, inquit Garnerius Tom. II. Oper. M. Mercatoris pag. 82. eruditissimus Præsul, Nestorio prius significatam fuisse utriusque Synodi sententiam, quam vel quereretur apud Imperatorem, vel Concilium ipsius rogatu indiceretur: nisi enim in ea mente sit, ex isto facto id non concluderet, propter quod maxime laborat: „ Principes nempe aliquando, „ inquit Marca, Synodo indicta ad controversias „ dirimendas, prioris sententiæ in judicio Ec„ clesiastico latæ executionem suspendisse; nec „ id ipsos injuria feciste, cum decretum suspen„ sionis, nec iniquum Patribus olim judicatum „ sit, nec rejectum, sed acceptum potius li„ benter, atque in acta relatum, tanquam ju„ dicii regula. Tum adducta Sacræ non mini„ ma parte pergit Marca equidem non perspi„ cio, qua ratione Theodosius hanc suspensio„ nem decernere potuerit, nisi petitioni *Nesto„ rii*, qui se indicta causa damnatum querebatur, ejusque, si lubet, appellationi locum de„ mus, quæ ad Concilium indicendum *Theodo„ sium* provocavit, ita ut interim appellatione „ pendente, vel, si mavis restitutione rei in in„ tegrum, nihil innovaretur. Cujus suspensio„ nis tantum abest, ut querelam moverint Pa-

tres



* *collegium.* *nerationе Concilium* *, *in quo utique nunc Apostolorum frequentissimæ illius, quam legimus congregationis aspicienda reverentia est. Numquam his defuit magister quem acceperant prædicandum. Adfuit semper his Dominus & magister; sed nec docentes a suo doctore deserti sunt: docebat ille qui miserat, docebat ille qui dixerat quod docerent: docebat qui in Apostolis suis se confirmat audiri. Hæc ad omnes in commune Domini sacerdotes mandatæ prædicationis cura pervenit: hereditario namque in hanc solicitudinem jure constringimur, quicumque per diversa terrarum, eorum voce nomen Domini prædicamus, dum illis dicitur: Ite docete omnes gentes. Advertere debet fraternitas vestra, quia accepimus generale mandatum: omnes etenim* * *nos agere voluit, qui illic sic in commune mandavit officium.*

* *etiam.*

X. *Necesse est, ut competenter nostros sequamur auctores, subeamus omnes eorum labores, quibus omnes successimus in honorem: præstemus* * *eorum diligentiam prædicantes* *, *postquam monente Apostolo, nullam prædicationem jubemur adjicere. Non est enim minor tradentis officio custodia traditorum. Illi jactaverunt fidei semina, nostra hæc sollicitudo custodiat, ut incorruptum & multiplicem fructum nostri patrisfamilias adventus inveniat, cui soli utique Apostolorum assignatur ubertas. Loquente namque Electionis vase* (*a*) *plantare & rigare non sufficit, nisi Dominus dederit incrementum. Agendum igitur nunc est labore communi, ut credita & per Apostolicam successionem hucusque desenta servemus. Illud enim a nobis petitur, ut secundum Apostolum* (*b*) *ambulemus: nec enim nunc species, sed fi-*

* *præsentemus.* * *conservando.*

(*a*) 1. *Cor.* 3.

(*b*) 2. *Cor.* 5.

*des nostra vocatur ad causam: spiritualia arma sumenda sunt (quia bella sunt mentium & tela verborum) ut in nostri Regis fœdere perduremus.*

*Omnes nunc ibi positos beatus Paulus Apostolus monet, ubi Timotheo* (*c*) *remanere mandavit: ipse igitur locus, eadem causa, & jam modo ipsum requirit officium: Nos quoque nunc agamus & studeamus illud quod agendum tunc ille suscepit: Ne quis aliter sentiat, & quæstiones præstantibus maxime fabulis ne quis intendat, ut ipse præcepit: simus unanimes, unum (quia sic expedit) sentientes: nihil per contentionem, nihil agere per inanem gloriam gestiamus, ut una anima cum uno corde sit cunctis; quandoquidem fides, quæ est una, pulsatur.*

XI. (*c*) 1. *Timoth.* 1.

*Doleat, immo lugeat hoc nobiscum omne commune collegium; quod vocatur in judicium, qui judicaturus est mundum; discutitur, qui discussurus est omnes; & calumniam patitur, qui redemit. Accingatur armis Dei vestra paternitas: scitis quæ galea caput nostrum muniat, quæ lorica pectus includat: non vos nunc demum Ecclesiastica rectores castra ceperunt. Nemo dubitet, favente Domino, qui facit utraque unum, depositis armis, pacem futuram, quando se ipsa causa defendit. Respiciamus rursus etiam illa nostri verba Doctoris, quibus proprie ad Episcopos utitur, ista prædicens* (*d*): *Attendite (inquit) vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Domini, quam acquisivit sanguine suo. Inde ad hæc vocatos hos legimus, qui istud audirent, quo nunc sanctitas vestra convenit. Ephesis ergo, quibus est fidei nota prædicatio, sit nunc erga hanc etiam nostra nota de-*

XII. Cælestini exhortatio tanto digna Pontifice.

(*d*) *Act. 20.*



PAGIUS

III. *Refellitur hæc opinio.*

„ tres in Concilio Ephesino, quin potius rescri„ ptum Actis inseri jusserint, & suspensionis o„ mnino rationem habuerint.

Verum opinioni, qua Marca ratiocinium suum inniti voluit, repugnat partim ipsamet Sacra *Theodosii*, partim *Mercatoris*, quem non viderat, auctoritas, partim ipse *Nestorius*, ut ibidem Garnerius demonstrat. Sacra consignatur die XIX. mensis Novembris, & *Mercator* docet, Synodi Romanæ & Alexandrinæ literas *Nestorio* redditas die XXX. mensis Novembris. *Nestorius* autem cum Summo Pontifici scriberet post indictionem Concilii, scripsit perinde ac si nihil de sententia Sedis Apostolicæ resciviset. Quare *Nestorius* non appellavit ad Imperatorem, postquam legitime novit se se a duabus Synodis damnatum, neque denunciatam Sedis Apostolicæ sententiam Theodosius Edicto suspendit. *Nestorius* quidem cogi Synodum postulavit a *Theodosio*, sed privatis tantum precibus, non vero ex præscripto juris, scilicet ab Imperatore judicium exercente. Sententia itaque Sedis Apostolicæ, cum denunciata non fuerit, nisi post indictam Synodum, quod Marcam fugiebat, præventa potius videri debet, quam Edicto suspensa, si proprie loqui oporteat.

*Cælestinus* cum currenti anno accepisset Sacram Imperatoris, fecit quod tum solebant Apostolicæ Sedis Antistites, Romam evocavit Episcopos Occidentales, hique *illic congregati*, ut ajunt Patres Ephesini Concilii in Relatione ad Imperatores, & rectam de fide sententiam magno consensu prædicarunt, eosque qui diversa sentirent, alienos esse penitus Sacerdotio, & Clero, & gradu definierunt. Præterea legatis, quos ad Ephesinam Synodum destinarunt, mandata sive instructiones dederunt, ut discimus primo, inquit Baluzius in Nova Collect. Concil. pag. 382. ex Commonitorio, quod *Cælestinus* illis dedit, tum ex relatione Concilii Ephesini ad *Augustos* ex qua etiam illud intelligimus, eos mandata sua ex scripto depositisse apud Synodum. Ea nunc non extant; sed Baronius num. VIII. ex Epistola *Cælestini* ad Synodum Ephesinam collegit, sic ab eo Romanaque Synodo missos esse Legatos in Orientem, non ut redditis irritis, quæ anno superiori adversus *Nestorium* ab eodem Pontifice decreta essent, causa ejusdem novo subjaceret examini; sed potius ut sententiæ in Nestorium latæ iidem Legati essent executores. Quod sane confidentius asseruisset Baronius, si Commonitorium Cælestini a Baluzio ex duobus Codicibus MSS.

IV. *Synodus Romana adversus Nestorium.*

*fensio: exhibeamus his nostræ mentis illa venerationę constantiam, qua sunt digna quæ magna sunt, quæ pio sensu tranquillitas diuturna servavit. Annuncientur vobis quæ ab Apostolis intemerata regnarunt *: quia numquam contra Regem Regum verba tyrannicæ dominationis admissa sunt, nec opprimi per falsitatem potuit negotium veritatis.*

* *signantur.*

XIII. *Vos hortor, fratres carissimi, respiciatur illa sola dilectio, in qua utique secundum vocem Joannis Apostoli (cujus reliquias præsentes veneramini) manere debemus: sit oratio communis ad Dominum; scimus quæ vis illius præsentiæ sit futura, supplicante concorditer tanta multitudine sacerdotum, quando locus ille moveri potuit, in quo unanimiter legimus duodecim supplicasse. Quænam fuit Apostolorum petitio supplicantium? nempe ut acciperent, verbum Dei loqui cum fiducia, & per ejus manus virtutes agere, quarum, prædicante Christo Domino, acceperant potestatem. Et vestro nunc sancto conventui quid aliud postulandum, quam ut cum fiducia loquamini verbum Dei, quam & servare quæ prædicare concessit, ut repleti Spiritu sancto (sicut scriptum est) licet ore diverso, unum tamen, quod Spiritus sanctus docuit, proferatis?*

XIV. *His omnibus breviter animati (quia, sicut ait Apostolus; scientibus legem loquor, & loquor sapientiam inter perfectos) adestote Catholicæ fidei & Ecclesiarum quieti; adestote (quia sic dicendum est) & præteritis & præsentibus & futuris, roganves, atque servantes quæ ad pacem sunt Hierusalem. Direximus quæ ad pacem sunt Hierusalem. Direximus pro nostra solicitudine sanctos fratres & consacerdotes nostros, unanimes nobis & probatissimos viros Arcadium & Projectum coepiscopos, & Philippum presbyterum nostrum; qui his quæ agentur, intersint; & quæ a nobis antea statuta sunt, exequentes: quibus præstandum per vestram sanctitatem non dubitamus assensum, quando id quod legitur, videatur pro universalis Ecclesiæ securitate decretum. Data (a) octavo Idus Maii, Basso & Antiocho Consulibus.* Hactenus epistola Cælestini ad Concilium Ephesinum per legatos missa.

(a) *Hæc ex edit. Contiana.*

XV. His subjiciendas putamus duas ejusdem Cælestini epistolas eodem mense Maii datas, alteram ad Theodosium Imperatorem, ad Cyrillum Alexandrinum alteram: quæ quidem cum nondum alicubi cusæ habeantur; ut vel nunc primum prodantur in lucem, ratio postulat argumenti. Accepimus ambas una cum aliis ejusdem Cælestini inferius recitandis a viro egregio Antonio de Aquino, qui nobilis plantæ claræ familiæ, memoria S. Thomæ clarioris, nobile germen eosdem ex radice deducit, & producit fructus probitatis atque doctrinæ. Unde autem ipse acceperit, notum faciet, cum ad Decretales epistolas Romanorum Pontificum, in quibus colligendis mirum in modum laboravit, locupletissimum auctarium addet. Tu interim istis fruere, ac primum epistola per eosdem Apostolicæ sedis legatos data, quæ sic se habet:

XVI. Commendatur pietas Theodosii.

*Cælestinus Episcopus Theodosio Augusto.*

*Sufficiat licet, quod solicitudo vestræ clementiæ circa fidei Catholicæ defensionem, cui pro Christi Dei nostri amore, qui vestri Imperii rector est, adesse modis omnibus festinatis, integram, immaculatamque eam, pravorum dogmatum damnato errore, servatis; in hoc semper munimen vestri constituentes Imperii, scientes regnum vestrum sanctæ religionis observantia communitum firmius duraturum: sed huic cælesti curæ, vel gloriæ unusquisque nostrum pro sacerdotali officio operam nostram, in quantum valemus, impendimus; & huic Synodo, quam esse jussistis, nostram præsentiam in his, quos misimus, exhibemus; pietatem vestram sub divini obsecrantes obtestatione judicii, ne quid turbidæ novitati licere vestra mansuetudo permittat; neve facultas aliqua his, qui divinæ majestatis potentiam in humanæ disputationis rationem arctare contendunt, quo perturbetur pax Ecclesiastica tribuatur.*

XVII. Quæ præcipue reges curare debeant.

*Major vobis fidei causa debet esse, quam regni; ampliusque pro pace Ecclesiarum clementia vestra debet esse solicita, quam pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera, si primitus, quæ Deo sunt cariora serventur. Abraham fide floruit, omnemque Orbem gloria suæ prosperitatis implevit. Moyses populi liberator, zelum Domini contra eos, si quos a Dei cultu recessisse probarat, armavit. David Regem sua præcepta servantem, in regno, ut ille inimicos suos subderet, Dominus custodivit. His rogo, exemplorum vallati præsidio, fide, observatione, virtute, universalis Ecclesiæ in Deum nostrum pissimum cultum, ne sibi aliquid dissensio vindicet, custodire. Pro vestri enim Imperii salute geritur, quicquid pro quiete Ecclesiæ, vel sanctæ religionis reverentia laboratur. Hæc glorioissime, & tranquillissime Imperator Auguste (quia in vestro corde esse novimus, Deum illic inesse non dubium) Augustis etiam auribus per fratres, & coepiscopos meos Arcadium, & Projectum,*





*& compresbyterum meum Philippum, quos misimus, intimamus: hoc a pietate vestra suppliciter deposcentes, quod vos habere credamus in votis, ut quod a Deo petitis, hoc in fide ipsius causa præstetis. Dat. Idibus Majarum, Basso & Antiocho Conss.*

Hactenus Cælestini ad Theodosium Imp. epistola, plane aurea: qua quidem innotescit, tum bene disponi a Deo regnum, cum Reges pro Ecclesia soliciti sunt; contra vero corruere, atque in alias gentes transferri regna, quoties Principes jura sibi usurpant Ecclesiastica: quod quidem in ipsomet Theodosio perspicue declaratum, quæ dicemus in ejus obitu, manifestum reddent, cum alioqui ista ipsa in singulis ferme Christianis sit demonstrare Principibus; nam sicuti se ipsi gessere erga religionem, ita nacti sunt Deum protectorem ac propagatorem, vel e contrario destructorem Imperii. Ut plane videas ex ipsis rerum eventis, insanire penitus, qui moderationem regni humanæ tantum prudentiæ lance suspendunt, & quidem mendaci statera, dum Ecclesiæ juribus majoris esse ponderis ducunt jura regnandi: sed hæc obiter.

XVIII. Jam vero ad posteriorem Cælestini epistolam ad Cyrillum Alexandrinum Episcopum veniamus, quam hoc item anno eodem mense Maji datam fuisse apparet, & quidem ea occasione, quod ipse Cyrillus datis rursus litteris Cælestinum haud pridem consuluerat, quid agendum esset, si Nestorius resipiscceret, qui jam laqueo anathematis ex sententia lata adversus eum ab ipso Romano Pontifice fuerat innodatus. Monuerat præterea Cælesti-



PAGIUS MSS. altero Colbertino, altero Vaticano erutum vidisset: Illud Annalibus omnino inferendum,

*Commonitorium Papæ Cælestini Episcopis & Presbyteris euntibus ad Orientem.*

*Cum Deo nostro, sicut credimus & speramus, auctore, ad destinata vestra caritas venerit loca, ad fratrem & Coepiscopum nostrum Cyrillum consilium vestrum omne convertite, & quidquid in ejus videritis arbitrio facietis, & auctoritatem Sedis Apostolicæ custodiri debere mandamus. Siquidem & institutiones, quas vobis traditæ sunt, hoc loquuntur, ut intereste conventui debeatis, ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis judicare debeatis, non subire certamen. Quod si transactam Synodum, & rediisse omnes Episcopos videritis, requirendum est qualiter fuerint res finitæ. Si pro antiqua fide Catholica res gestæ sunt & sanctum fratrem meum Cyrillum Constantinopolim didiceritis profectum, ire vobis illo necesse est, ut Epistolas nostras Principi porrigatis. Quod si aliter actum est & in dissensione res sunt, ex ipsis rebus conjicere poteritis quid cum consilio supradicti nostri fratris agere debeatis. Data VIII. Iduum Majarum, Basso & Antiocho Consulibus.*

V. *Legati Synodi Ephesinæ fuerunt tantum executores sententiæ in Nestorium latæ.*

Missi itaque ad Synodum Ephesinam Legati, ut exequerentur quæ a Cælestino jam statuta fuerant, quoad res Nestorii, & Decretis Concilii pondus Apostolicæ auctoritatis adderent. Unde Cælestinus in Epistola ad Synodum recitata a Baronio num. IX. *Direximus pro nostra sollicitudine sanctos fratres & consacerdotes nostros unanimes nobis & probatissimos Viros Arcadium & Projectum Episcopos, & Philippum Presbyterum nostrum, qui iis quæ aguntur, intersint, & quæ a nobis antea statuta sunt exequantur.* Philippus postulans sibi exhiberi quæ ante adventum acta essent, causam reddit, *quo juxta beati Papæ nostri, præsentisque hujus sancti cœtus sententiam, Acta nos quoque Confirmemus.* Arcadius: *Secuti formam Cælestini Sanctissimi Papæ Apostolicæ Sedis, qui nos dignatus est hujus negotii Executores suos mittere* &c. Projectus: *Ego quoque auctoritate Legationis Apostolicæ Sedis una cum fratribus sententiæ Executor existens, definio,* &c.

VI. Synodus hæc Romana initio mensis Maii habita; cum tam Epistola Cælestini ad Synodum œcumenicam, quam altera ad Theodosium Imp. ex

PAGIUS *Legati in Synodo Romana nominati.* ex hac Synodo scriptæ, datæ sint *VIII. Idus Maias*, tertiaque ad Cyrillum *III. Nonas Maji*. In ea delecti Legati, qui in Ephesina Cælestini præsentiam supplerent, *Arcadius & Projectus* Episcopi, ac *Philippus* Presbyter Romanus. Arcadii ac Projecti incerta est Sedes ac patria. Nam quod Baronius num. XXI. & seq. suspicatur, *Arcadium* in Galliis sedem habuisse, *Projectum* Forocornelii, inde evertitur, inquit Garnerius in dissert. II. de Synodis habitis in causa Nestorii; unde stabiliri posse videtur. Ait enim Baronius, in literis Cælestini ad Galliarum Episcopos de Sancto Augustino a calumniatoribus defendendo, nominari *Arcadium*, inter eos, quibus literæ inscribuntur. At inde manifeste concluditur, alium esse *Arcadium*, ad quem scripsit *Cælestinus*; alium, quem misit Ephesum: scribebat enim hoc anno ad *Arcadium* Galliarum Episcopum, quo tempore *Arcadius* Legatus Ephesi versabatur, ita Garnerius. Cum tamen eæ Cælestini literæ, quæ leguntur Tom. II. Concil. edit. Labbeanæ pag. 1611. initio anni sequentis datæ, ut longe verosimilius, Baronii conjectura non prorsus vana. Affert deinde Baronius Petri Chrysologi sermonem in ordinatione *Projecti* Forocornelienſis habitum, quo probet ejusdem nominis Legatum forte Forocornelienſi Ecclesiæ præfuisse. Verum sermo ille, inquit Garnerius, a Chrysologo jam Episcopo dictus est, quippe in ordinatione Episcopi, quem ipse consecraret. *Chrysologus* autem ordinatus est a *Sixto*, qui anno sequenti Cælestino successit. Quare non potuit concionem habere in ordinatione illius, qui ante præsentem annum Episcopus fuisset, ipsumque adeo tribus annis in cura Pastorali antecessisset.

VII. *S. Cyrillus præfuit Synodo Ephesinæ.* Launoius Doctor Parisiensis negat, Cyrillum vices Cælestini in Concilio Ephesino tenuisse; sed, ut notat Baluzius loco citato pag. 488. cum in monumentis, *quæ gesta sunt in Epheso sub præsentia eorum, qui de Roma venerunt Episcoporum atque Presbyterorum*, de Cyrillo dicatur *regente etiam locum sanctissimi & beatissimi Archiepiscopi Romanorum Ecclesia Cælestini*, nullus tergiversationi locus esse potest. Aderat igitur Cyrillus & tanquam Episcopus Alexandriæ, & tanquam Vicarius Cælestini, sicut paulo post *Flavianus* Episcopus Philippensis interest, & suo ac *Rufi* Thessalonicensis nomine. Certe in Actis Concilii hoc titulo ubique exornatur, etiam post adventum Legatorum Sedis Romanæ, ut patet ex Actione IV. ubi Legati Romani statim post *Cyrillum* ante reliquos omnes Episcopos nominantur. Immo & Synodo quoque Ephesinæ ante trium Legatorum adventum non solum ex prærogativa Sedis suæ, sed etiam vice Cælestini præfuerat, ut liquet ex

num Cyrillus de Syris Episcopis, qui suspecti admodum redditi esse ex eo videbantur, quod Nestorii patrocinium suscepissent. His, inquam, Cælestinus acceptis; quid agendum sit in causa Nestorii, ponderato judicio & temperato Christiana clementia agendum esse respondit, docens quam consulte, quam mature, quam religiose, quemque paterne soleret Apostolica sedes agere cum delinquentibus, quibus omnes ad pœnitentiam vias sternere consueverit: sed describamus hic ipsam epistolam haud sane prolixam, hactenus numquam editam; quæ sic se habet:

*Cælestinus Episcopus Cyrillo Episcopo Alexandrino.*

XIX. (a) Prov. 25. Commendatur studium Theodosii erga religionem.

*Intelligo sententiam sapientissimi Salomonis (a) impletam: non enim aliter quam sitiens aquam frigidam, de terra longinqua iteratum nuncium per litteras tuæ dilectionis accepi, quæ nos invicem nostri consilii participatione conjungunt. Indifficulter est Ecclesiarum, & Catholicæ fidei speranda tranquillitas, quando pro hac elaborare Christianissimos Principes sic videmus. Non est inefficax in divinis maxime causis cura regalis, quæ pertinet ad Deum, qui fideliter tenet corda regnantium. Itaque breviter responsum tuæ reddimus sanctitati. Etenim quæris, utrum sancta Synodus recipere debeat hominem a se prædicata damnantem; an quia inducia-*

*rum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret? Super hac utrique consultatione communi communem Dominum consulamus. Nonne nobis respondet illico per Prophetam (b), mortem se nolle morientis; & per Apostolum Paulum (c), omnem hominem velle salvum fieri, & venire ad scientiam veritatis? Numquam displicet Deo accelerata in quocumque correctio: tuæ sit hoc sanctitatis, cum venerando fratrum Concilio *; ut orti in Ecclesia strepitus comprimantur, & finitum, Deo annuente negotium votiva correctione discamus.*

(b) Ezech. 33. (c) 1. Tim. 2. * consilio.

XX. Studium, & vigilantia Cælestini.

*Conventui autem nos de esse non dicimus: neque enim ab his absentes esse possumus, quibus nos ubicumque positos, fides tamen una conjungit. Nolo nos corpore iso censeri, cujus præsentiam Apostolus (d) adsignat infirmam: illic sumus; quicquid illic pro omnibus agitur, cogitamus, spiritualiter agimus, quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti Catholicæ, studeo pereuntis saluti, si tamen voluerit ægritudinem confiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere, forsitan deesse videamur. Nam etsi & nobis sustinentibus uvam (e), spinas sibi addiderit: impleatur, manentibus statutis prioribus, sui fructu judicii: colligat quod sulco diabolico seminavit, non nostro consilio, sed se perituro auctore. Probet nos veloces pedes ad effundendum sanguinem, non*

(d) 2. Cor. 10. (e) Isai. 5.

PAGIUS Actione I. Concil. Ephes. *Confidentibus in sanctissima Ecclesia quæ appellatur Maria religiosissimis & sanctissimis Episcopis, Cyrillo Alexandriæ, qui & Cælestini quoque sanctissimi sacratissimique Romanæ Ecclesiæ Archiepiscopi locum obtinebat, & Juvenali Hierosolymorum*, &c. Neque injuria cum ei a Cælestino Sedis Apostolicæ auctoritas delegata esset ad executionem sententiæ contra *Nestorium* in Romana Synodo latæ; de quo negotio agebatur in Concilio Ephesino.

VIII. *Et nomine Episcopi Romani primum locum obtinuit.*

Si quis autem scrupulose inquirat, an jure Alexandrinæ Sedis, cui secundus locus in Ecclesia competebat secundum canones, & absente Romano Pontifice primus; an vero Vicario nomine Synodo præsideret, respondet Marca lib. 5. de Concordia cap. 4. nomine Pontificis primum obtinuisse locum. Conjuncti quidem erant duo illi dignitatis gradus in persona *Cyrilli*, sed confusi non erant; quia Synodus œcumenica Pontificis Romani præsentiam & auctoritatem exigebat, quæ a *Cyrillo* supplebatur. Is itaque se ipso prior erat & posterior, ratione habita utriusque Sedis. Unde in inscriptione Epistolæ ad Synodum Ephesinam datæ ab Episcopis Constantinopoli repertis, *Cælestinus* Cyrillo præfertur, idest *Cyrillus* ipse agens Vicario nomine, antecedit Patriarcham Alexandrinum. Quare Episcopi provinciarum Macedoniæ, Helladis, Thessaliæ, utriusque Epiri veteris & novæ, & insulæ Cretæ, scripto sententiam suam promentes in Concilio Chalcedonensi, non dubitarunt asserere primæ Synodi Ephesinæ Præsides fuisse *Cælestinum* Apostolicæ Sedis Episcopum & *Cyrillum* Alexandrinæ. Imo Synodus ipsa Chalcedonensis idem diserte profitetur in definitione fidei.

Cæterum observandum est, cum eodem Marca ibidem, tres istos Legatos, etsi *Cælestinum* & Occidentalem Synodum repræsentarent, attamen se *Romanæ Ecclesiæ vel Apostolicæ Sedis* Legatos inscripsisse, & iisdem nominibus a Synodo quoque designatos. Quod attinet ad ordinem quem inter se Legati tenerent, qui perturbatus aliquando videtur in Actis Synodi, constitui debet, inquit Marca, ex literis Cælestini ad Synodum & ad Theodosium, qui se fratres & Coepiscopos suos *Arcadium* & *Projectum*, & Compresbyterum suum *Philippum* misisse ait. Eumdem ordinem secuta est Synodus Ephesina in sua interlocutione, quæ habetur Actione III. & in Actione IV. ubi post Cyrillum vices gerentem Cælestini, *Arcadius* & *Projectus* Episcopi & Legati *Philippo Presbytero* & Legato præferuntur, & eos *Juvenalis* Hierosolymorum subsequitur. Atque sine dubio hic retentus fuit ordo in eorum confessu. In censendo autem sæpe primus loquitur *Philippus*; & in subscriptionibus Cyrillum & Arcadium sequitur *Juvenalis* Hierosolymitanus; Qui Projecto & Philippo præfertur. Aliquando etiam Cyrillum & Philippum excipit Juvenalis, quem Arcadius & Projectus sequuntur. Quandoque vero *Juvenalis* tres Legatos in subscriptione antecedit. Quæ perturbatio ab exscriptorum incuria profluxit.

IX. *Legatorum consessus in Concilio.*

Summa vero amanuensium oscitantia in eo Mandato conspicitur, quod a Concilio Episcopis ad Comitatum proficiscentibus injunctum; quod eo ordine conscriptum est, ut *Philippus* Presbyter Legatus dicatur Apostolicæ Sedis & Arcadio atque Juvenali (qui Legati nomine non ornatur) præferatur. Unde Perronius Cardinalis in Respon-

X. *Mandatum Concilii a Librariis corruptum.*



*non habere, quando sibi etiam se medicum cognoscat oblatum. His autem, quos erga Catholicam fidem tua fraternitas dicit se habere suspectos; si scripta direxerint, pro qualitate rerum eis non respondere necesse est: in quo negotio nemo subrepet: quia tota cautione tractatur. Dat. Nonis Majarum, Basso & Antiocho VV. CC. Conss.* Hæc Cælestinus: atque de litteris hactenus.

XXI. De Philippo presbytero, Arcadio, & Projecto Episcopis.

At de Apostolicæ sedis legatis modo agendum est. Atque in primis quod ad Philippum S. R. E. presbyterum pertinet: hunc eumdem esse putamus cum eo, qui ejusdem nominis, ordinis, atque muneris missus reperitur in Africam a Zosimo Papa una cum Faustino Episcopo Potentino legatus a Latere Philipus Romanus presbyter, de quo superius dictum est. Quod vero ad reliquos duos legatos Episcopos Arcadium atque Projectum: quarumnam fuerint Ecclesiarum Antistites, nusquam apud Acta Concilii Ephesini expressum reperire potuimus: fuisse quidem viros præclaros & insignes, quibus tanta legatio credi valuit, nemini dubium esse debet: reperimus tamen in litteris Cælestini Papæ ad Episcopos Galliarum, inter alios Arcadium nominari; sed nec ibi, cujus Ecclesiæ Episcopus fuerit, exprimitur; eumdemque puto Arcadium, qui reperitur interfuisse post annos octo Concilio Regiensi sub Consulatu Valentiniani decimoseptimo.

Sed

PAGIUS ponsione ad Regem Magnæ Britanniæ lib. 1. cap. 35. colligebat, *Philippum* Presbyterum ideo *Arcadio* prælatum, quod a latere Pontificis missus esset, reliqui duo a Synodo Romana. Quod tamen, ut recte Marca observat, repugnat Legatorum subscriptionibus, qui se ex æquo pro Legatis Apostolicæ Sedis & Ecclesiæ Romanæ gerunt. Sane negari non potest, quin Legati quoque a latere ex æquo dici debeant; rejecta distinctione, quæ Viris Eruditis tantopere placuit. Quod Leonis loco petito ex Epistola ad Julianum Coensem Episcopum XXXI. alias XIX. confirmatur: *Per fratres nostros Julianum Episcopum, & Renatum Presbyterum, sed & filium meum Diaconum Hilarum, quos ex latere meo vice mea misi*, &c.

XI. *Locus Concilii.*

Synodi locus ab Imperatore electus, ut ipsamet ad Cælestinum scribit: *Secundum omnium nostrum Salvatoris Christi voluntatem, piissimorumque ac Christi amantium Imperatorum nostrorum sanctionem ex multis variisque Provinciis Episcopos supra ducentos in Ephesiorum Metropoli nos convenisse*, quod & Theodosius in Epistola ad Orientales, asserit. Tempus etiam ab eodem Imperatore electum, ut testatur Synodos in epistola ad Cælestinum: *Cum pia Christi amantium Imperatorum Edicta per qua fuimus evocati, tempus sanctæ Synodi confessui præferiberent diem esse Pentecostes*, &c. Hoc festum autem currenti anno in diem septimam mensis Junii incidit. Baronius an. CCCCXXX. num. LXII. & seq. existimavit, Concilium a *Cælestino* indictum, literasque Imperiales aliud nihil fuisse, quam mandati Apostolici quasi executorias, atque adeo puras tractorias, qua & in sententia fuit Bellarminus lib. I. de Conciliis. Sed ea refellitur ex Epistola anno superiori memorata, in qua prius decreta dicitur indictio, quam *Cælestino* innotuerit. Deinde ex tota serie Actorum, quibus Patres se jussu Imperatoris convenisse sæpius testantur, nec mandati Apostolici meminerunt vel semel. Tum omnium sive Historicorum istius ætatis, sive aliorum quorumcumque Scriptorum testimonio: silent enim communiter de Sedis Apostolicæ jussu, de Imperatorio aperte loquuntur. Denique confessione ipsusmet Summi Pontificis, qui cum scriberet ad Imperatorem, per suos tres Legatos Ephesum missos, sui mandati mentionem non facit, facit vero Imperialis jussionis: *pro Sacerdotali*, inquit, *officio operam nostram, in quantum valemus, impendimus, & huic Synodo, quam esse jussistis, nostram præsen-*

*tiam, in his, quos misimus exhibemus.* Quid quod *Theodosius* Imp. quatuor in sacris, sive quæ Metropolitis in Provinciis missæ sunt, sive quæ ad Synodum directæ, suum mandatum memorat ubique passim, Apostolicum nusquam. Legendus Garnerius laudatus pag. 82.

XII. *Tempus Concilii.*

Tempus Concilii ab Imperatore electum fuisse, testatur Synodus in Epistola ad Cælestinum: *Cum pia Christi amantium Imperatorum Edictæ, per quæ fuimus evocati, tempus Sanctæ Synodi confestui præscriberent diem esse Pentecostes*, &c. ideoque diem VII. mensis Junii, in quem hoc anno Pentecoste incidit. Illud tamen non nisi die vicesimosecundo ejusdem mensis inchoatum. Juvat hic explicare verba, quibus Concilii tempus in Actis exprimitur, non solum quia aliquos Viros doctos irretitos tenuere; Sed etiam, quia, quæ passim de particulis aut phrasibus tempus designantibus diximus, iis magis confirmantur. *Cyrillus* itaque in Epistola ad quosdam de Clero Constantinopolitano, Tom. III. Concil. pag. 562. ait, terminum Sanctæ Synodo a piissimis Imp. positum fuisse sacram Pentecostes diem, ideoque diem VII. mensis Junii. Patres vero Concilii in Epistola ad Imp. pag. 570. aiunt: *vigesimo secundo die mensis Junii secundum Romanos congregati sumus.* Et tamen paulo antea scripserant: μετὰ δὲ δέκα ἐξ ὅλας ἡμέρας, ἀπὸ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἀριθμουμένας συνεκροτήσαμεν τὴν ἀκρόασιν, idest, juxta versionem, ibidem relatam: *Exactis proinde sexdecim integris diebus post Pentecosten*) sed vertendum, exactis proinde sexdecim totis diebus post Pentecosten), *ad Synodicam audientiam convenimus*, Cyrillus autem loco laudato ait: *Adhuc sex decim dies expectavimus*, post Pentecosten nempe. Quod si a die Pentecostes, seu a die VII. mensis Junii ad diem XXII. ejusdem mensis numeres, dies tantum XV. *totos* sive *elapsos* habebis. Verum hujusmodi loquendi formulis Scriptores tam Græci, quam Latini dies tantum sexdecim inchoatos sæpe exprimunt, quod & de annis dicendum, ut passim in hoc Opere variis exemplis demonstravi. Sic Anastasius loquens v. g. de aliquo Pontifice Romano die prima mensis Maji demortuo quandoque asserit Sedem cessasse dies sexdecim, quamvis ejus successor die decima sexta ejusdem mensis consecratus fuerit, quia sc. diem inchoatum pro transacto habet. Cujus loquendi modi varia in hac Critica exempla occurrunt, sicuti & vocis Græcæ τὸ ὅλος pro *toto* sed non integro usurpatæ. Cujus significationis meminit etiam Henricus Stephanus in Thesauro Ling. Græcæ.

A num-

XXII. Sed quod ad Projectum Episcopum spectat: illud sane nobis compertum est, claruisse his temporibus Projectum Episcopum Forocornelienſem, de quo Petrus Chrysologus Ravennas Episcopus, qui his quoque temporibus claruit, honorifice meminit; in ejus enim ordinatione sermonem habens (*a*), hæc inter alia, cum de ejus nomine agit: *Projectum dixi, sed non abjectum. In te projectus sum de ventre, ex utero matris meæ Deus meus es tu. Et vero Projectus iste ex utero humanæ matris, matris divinæ in utero semper mansit: qui domus suæ nescius, domus Dei esse perstitit habitator.* Hæc ibi de eo Chrysologus, & alia in laudem ipsius: ut facile opinari possimus, hunc illum esse Projectum, quem tantæ legationis functio decoravit. Atque de legatis Episcopis satis.

(*a*) Petr. Chrysolog. serm. 165.

XXIII. De Capreolo Episcopo Carthaginensi nuncium mittente ad Synodum.

Quod rursum ad legationes Occidentalis Ecclesiæ spectat: quo minus solemnis ex more legatio mitteretur ab Episcopis Africanis, Wandalorum grassatio fuit impedimento. Cæterum non defuit officio Capreolus Episcopus Carthaginensis, quin, etsi quod optabat præstare non licuit; miserit tamen Ephesum diaconum Ecclesiæ Carthaginensis, Bassulam, seu Besulam nomine, cui & litteras ad Synodum dedit: cum alioqui, etiamsi in summa tranquillitate collocatæ fuissent res Ecclesiæ Africanæ, haud tamen pateretur angustia temporis cogi ex instituto Carthagine generale Concilium, & inde generalem loco omnium decerni legationem. Etenim anno superiori a Theodosio scriptæ litteræ de Synodo habenda Ephesi, nonnisi hoc anno ante Paschales ferias redditæ fuere ipsi Capreolo Carthaginensi Episcopo, qui in locum Gennadii (ut dictum est) fuerat subrogatus. Iste igitur deploratissimi temporis pressus angustiis, ne penitus deesset officio, ejusdem Ecclesiæ diaconum, Bassulam * nomine, cum excusationis litteris legavit Ephesum: id quidem cum ipsa Ephesina Acta (*b*) testentur, Liberatus quoque in Breviario (*c*) tradit. Litteræ autem ab eodem Episcopo Carthaginensi ad Synodum datæ, quibus & miserrimus status Africanæ Ecclesiæ describitur, sic se habent:

* Besulam.

(*b*) Concil. Ephes. edit. Pelt. to. 2. c. 19.

(*c*) Liberat. diac. Brev. 5.

*Pissimis, beatissimisque, & sanctissimis consacerdotibus, qui undiquaque ad sacram Synodum convenere, Capreolus Episcopus in Domino salutem.*

*Optassem, pissimi fratres, venerandam vestram Synodum in eum rerum statum incidisse, quo nobis quoque delectis communi omnium sententia aliquot ex fratribus, & coepiscopis nostris, instructam potius legationem mittere licuisset, quam excusationem lamentatione dignam. Verum hunc animi impetum diversæ causæ impediunt. Primo enim Domini, & filii nostri religiosissimi Theodosii Imperatoris litteræ ad manus nostras perlatæ, ejusmodi erant, quæ felicis recordationis fratris, & coepiscopi nostri Augustini præsentiam peculiari ratione flagitabant. Verum quod eæ illum jam tum e vivis excessisse comperissent; ego regiam illam insinuationem, licet ad prædictum Augustinum destinata foret, excipere compulsus, missis ad universas Africæ provincias congruis litteris, consuetisque articulis Synodum cogere volui, quo nimirum ex fratrum, & coepiscoporum nostrorum numero deligerentur nonnulli, qui ad venerabilem beatitudinis vestræ Synodum primo quoque tempore amandarentur. At omnis hac tempestate viæ aditus præclusus est. Etenim effusa hostium multitudo, ingensque ubique provinciarum vastatio, quæ incolis partim extinctis, partim in fugam actis, absolutam desolationis speciem, quoquoversum longe lateque porrigitur, oculis offert, promptam illam coeundi facultatem ademit. His itaque impedimentis Episcopi, quibus propositum id erat, prohibiti, ex totius Africæ ambitu simul convenire nequiverunt. Hisce incommodis accedebat, litteras regias ad Paschales demum ferias ad nos perlatas esse, quando jam inde usque ad indictam venerandam Synodum vix duorum mensium spatium supererat. Quod sane temporis intervallum, etsi nulla in præsentiarum ab hostibus difficultas fuisset objecta ad Africanam domesticamque Synodum cogendam vix sat erat.*

XXIV. Epistola Episcopi Carthaginensis ad Concil. Ephes.

*Veruntamen licet solemnem aliquam legationem mittere neutiquam valuerimus, attamen propter reverentiam, & observantiam; quæ Ecclesiasticæ disciplinæ jure debetur, diaconum Bassulam filium meum una cum his expurgationis nostræ litteris oratorem ad vos mittendum existimavimus. Quamobrem, venerandi fratres, vestram sanctitatem iterum atque iterum rogatam cupio (etiam si fidem Catholicam per tantam venerandorum sacerdotum Synodum Dei nostri auxilio munitam stationem suam firmiter retenturam certo confidam) ut Spiritu sancto cooperante, quem cordibus vestris in omnibus quæ acturi estis, præsto futurum non dubitamus, novas doctrinas, & antehac Christianis auribus insitatas, priscæ auctoritatis robore instructi, e medio profligetis, tantaque constantia ac virtute quibuscumque novis erroribus resistatis, ne hos quos pridem impugnavit Ecclesia, hisque temporibus renatos Apostolicæ sedis auctoritas, sacerdotumque in unum congruens sententia oppressit, secundæ disputationis prætextu vox jamdudum peremptæ renovare videatur.*

XXV. De legatione Bassulæ.

XXVI. *Quod si quid forte novarum controversiarum inciderit, id tempestivæ discussioni subiiciatur oportet, ut vel recte dictum comprobetur, vel condemnatione dignum explodatur. At vero si quis ea quæ jam olim dijudicata sunt, denuo inquirere tentaverit: is sane aliud nihil facere censebitur, quam de fide, quæ hactenus valuit, aperte dubitare. Unde ad posteritatis exemplum, tum ut ea quoque, quæ jam olim pro Catholica fide definita, & constituta sunt, perpetuam firmitatem obtinere valeant: oportet ea omnia inconcussa immotaque conservare, quæ superioribus temporibus a sanctis Patribus constituta sunt. Porro qui illa perpetuam stabilitatem retinere voluerit, quæ de Catholicæ fidei ratione statuerit, is non propria auctoritate, sed antiquorum Patrum judicio sententiam suam corroborare debet; ita ut partim veterum, partim recentiorum sanctionibus, & sententiis placita sua comprobans, unam, eamdemque Ecclesiæ veritatem, jam inde ab initio ad præsentem usque temporis articulum simplici puritate, invictaque constantia, & auctoritate decurrentem, se docere & tenere ostendat. Hæc pro præsenti Africanorum legatione, quæ necessitas superius memorata impedivit, venerabilibus vestris auribus suggerere placuit. Obnixe interim rogo, ut calamitatibus rerum præsentiumque temporum spectatis, nostram absentiam non superbiæ aut negligentiæ, sed manifestæ tantum necessitati adscribatis.* Hactenus litteræ Episcopi Carthaginensis pro universa Ecclesia Africana: ex quibus intelligis, puto, lector, quo charactere veram Catholicamque veritatem Patres nostri ab hæresi distinguere solerent: nempe illam Catholicam esse fidem, atque germanam pietatem, securamque religionem, quam majores tradidissent, & emergentes adversus eam hæreses condemnassent; omnique exposita novitate, de antiquis semper semitis eosdem interrogasse; quo vel uno tantum exemplo, veluti potissimo telo, conficias uno ictu omnes recentiorum Novatorum phalanges, cum eas reperiantur hæreses instauraſſe, quas Patres suis scriptis, Ecclesia Conciliis, & vetus præscriptus ubique usus millies execratione damnarunt.

Signum dignoscendi veram fidem ab hæresi.

XXVII. Cognovisti puto (quod est in proverbio) ex unguibus leonem, ex brevi inquam epistola sublimem Theologum; cujus meritis astringimur, ut aliam ejus epistolam hoc eodem tempore de Verbi incarnatione conscriptam hic tibi nunc primum eudendam curemus e veteri manuscripto desumptam, nuper ad nos e Galliis missam a Petro Pithæo I. C. clarissimo, viro humanitate & eruditione præstanti: sed dolemus eam non integram exhiberi, sed fine carentem, ut erat in codice, ex quo descripta fuit. Sed quicquid antiquitas offert, sive mutilum, sive corrosum, mendosumve sit, accipi tamen grato animo solet. Epistola autem sic se habet:

*Dilectissimis ac religiosissimis filiis Vitali & Tonantio Capreolus Episcopus.*

XXVIII. Epist. Capreoli Carthag. Episc.

*Sumptis atque perlectis litteris vestris, quas per Numinianum religiosum virum, filii dilectissimi, transmisistis, saluti ac studio vestro, quo fundatæ ac vetustæ fidei Catholicæ regulam inviolabili pietate tenetis ac defenditis, sum plurimum gratulatus. At vero Nestorianæ hæreseos novam infandamque perniciem, sicut quibusdam locis jam cœperat pullulare, apud vos quoque velle zizaniæ suæ semina Imperatorum cordibus inicere * Verum credo atque confido perfectum agricolam Dominum Deum omnium creatorem in omni loco dominationis suæ habere ac semper habiturum esse dignos Evangelicæ frugis operarios, qui licet ante tempus messionis immunda semina extirpare non debeant, continuis tamen orationibus ac prædicationibus semper invigilent, ut aut & illa cum tempus est, si fieri * convertantur & convertentur in triticum, aut certe non usquequaque inimicus humani generis tenera frumentorum nascentia per adulterinam intermixtionem valeat suffocare.*

*

*

XXIX. *Jam enim (quod etiam ad vestram, filii, notitiam pervenisse non dubito) intra Orientis partes, ubi prmum pestis ista surrexit, congregata gloriosa Synodo*



A num. XXII. ad XXXVI. *Capreolus* Episcopus Carthaginensis, cum ad Synodum Ephesinam graſſantibus in Africa Vandalis venire non posset, *Bassulam* Diaconum Ecclesiæ suæ ad eamdem delegavit, ut liquet ex ejus literis ad sacram Synodum, quas Baronius recitat. Sed quod pertinet ad aliam Capreoli Epistolam ab eo inscriptam, *dilectissimis & religiosissimis filiis Vitali & Tenantio*, seu, ut habet exemplar, quo usus est Sirmondus Tom. I. Opusc. *Constantio*, & recitatam a Baronio num. XXVII. & seqq. ea uno aut altero anno post currentem data. Ejus tantum fragmentum ad Baronii manus pervenit, sed Sirmondus ibidem



*no thesauro cordis tui nostris visceribus inrigari jubeas, quæ fides Catholica recta teneat;* quorum petitioni prolixis & doctissimis literis satisfacit Capreolus; & quidem non longe post celebratam Synodum Ephesinam. Ait enim: *Jam enim, quod etiam ad vestram notitiam pervenisse non dubito, intra Orientis partes, ubi primum pe-*

*do sacerdotum, cui etiam legatio nostra non defuit, in vestibulo cum suo auctore atque insertore compressa & radio Apostolicæ lucis extincta est. Nec mirari debet charitas vestra, si etiam post damnationem suam inter morientis fœtidos adhuc flatus expiret. Est enim semper pertinax hæreticorum audacia, & in suam male perniciem argumenta * peccatorum pondere perseverant. Quod si nondum forsitan cognovistis, facile lectione poteritis addiscere.*

* augmenta.

XXX. *Quamvis igitur Christianis & devotis mentibus ipsa universalis Ecclesiæ auctoritas plene sufficiat, nec vestra (quantum missus a vobis sermo docuit) in hac causa minor videatur assertio: ne tamen ego quoque petitioni atque interrogationi sanctæ necessarium videar denegasse responsum, unam veramque doctrinam hanc esse confiteor, quam Evangelica tenet ac tradit doctrinæ antiquitas; idest, Dei Filium Deum verum & hominem verum unius prorsus atque inseparabilis esse personæ. Nec sicut in aliis Patriarchis, Prophetis, Apostolis, cæterisque sanctis atque præclarissimis viris habitavit aut habitat Deus, ita in Christum Jesum divinam illam plenitudinem velut extrinsecus credimus advenisse, sed proprio quodam atque ineffabili modo Filium Dei etiam Filium hominis factum: ut qui ingeniti Patris substantia unigenitus permanebat, ac permanet, mirabiliter suscepto homine, fieret primogenitus in multis fratribus; & qui erat in principio Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, Verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Ex quo igitur mysterium, quod absconditum fuit a sæculis in Deo, cœpit per Angelum in utero Virginis aperiri, atque in eum sanctus Spiritus supervenit, & illi virtus Altissimi obumbravit: Deus in hominem nasci dignatus est, qui semper erat, ut homo nasceretur, qualis antea non fuerat. Qui enim sine matre in cælis æterne genitus est, ipse in terris sine patre in utero Virginis homo de Spiritu sancto creatus est: & ideo in Christo Jesu separari vel subdividi Dei hominisque nullo modo credimus posse personam, ne non jam in Divinitate Trinitas, sed quaternitas numeretur.*

XXXI. *Beatus Apostolus Paulus, dum ad exuendum veterem hominem, & induendum novum, Fideles exhortaretur (a): Primus, inquit, homo de terra terrenus, secundus de cælo cœlestis: qualis terrenus tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Quomodo portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem ejus quid cælo est. Rogo, dicant, quomodo est homo iste de cælo, si non est Deus conceptus in utero; aut quæ discretio est carnis & sanguinis in homine Adam, & in homine Christo, si non homo iste plenus est Deo. Quid enim sibi vult secundus homo de cælo; numquid caro transmissa, ac non sicut scriptum est, Spiritus sanctus in Virginem supervenit? Sed quia Verbum (b) caro factum est, ideo cælestis homo appellatus; nec propterea carnem veram non habuit qui de cælo descendit, quia carnem Deus accepit. Merito de se ipso idem Dominus dixit (c): Nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit, Filius hominis, qui est in cælo. Certe adhuc loquebatur in terra, nec ad Patrem post victoriam passionis & gloriam resurrectionis ascenderat; & tamen Filium hominis jam in cælo esse dicebat; hoc utique omni veritate testificans, quia & propter hominem Deus conversabatur in terra, & propter Deum homo habitabat in cælo. Unde etiam Apostolus (d): Qui descendit inquit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, ut impleret omnia. Item alibi (e), cum de carnis suæ cibo & potu sanguinis Salvator ipse mystice loqueretur, sciens quod offensi ex hoc ejus discipuli murmurarent, dicentes: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? sic ait: Hoc vos scandalizat? si ergo videritis Filium hominis ubi erat prius?*

(a) 1. Cor. 15.

(b) Joan. 1.

(c) Joan. 3.

(d) Ephes. 4.

(e) Joan. 6.

XXXII. *Ecce & hic advertitis, quemadmodum propter unitatem Dei hominisque personæ, Filium hominis ubi erat prius, perhibet ascensurum, quem in utero Virginis constat esse formatum, & ex eo humanæ nativitatis sumpsisse principium. Nemo itaque sacrilego spiritu audeat separare, quod videt & in cælo & in terra virtute inseparabili permanere: sicut cum * ab omnipotentia Deitatis homo Christus Jesus non potest esse alicujus *, ita & in his quæ in homine vel circa hominem gesta sunt, separari non potest Deus. Natus est ergo homo qui nondum fuerat, sed cum eo atque in eo nasci dignatus est Deus, qui numquam non fuerat: quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Simili modo etiam passus est impassibilis per passibilem, quem suscepit, & immortalis mortuus est, & qui numquam moritur resurrexit. Neque enim vel in passione defuit illi homini Deus, alioquin non est Dominus gloriæ crucifixus. An dicimus Deum in suscepto homine etiam apud inferos non fuisse, aut vero metuendum est non divinitate sibi *, quasi pœnali-*

* enim.

* alienus.

*

PAGIUS *pestis ista surrexerit, congregata gloriosa Synodo Sacerdotum* (nempe Ephesina), *cui etiam legatio nostra non defuit, in vestibulo cum suo auctore atque assertore compressa, & radio Apostolicæ lucis extincta est. Nec mirari debet charitas vestra, si etiam post damnationem suam intermorientes spiritus fœtidus adhuc flatus adspiret.* Deogratias Capreolo ante annum CDXXXIX. quo Carthago a Vandalis occupata, jam successerat, ut ex Annalibus liquet.



*liter fuerit, quam nulla qualitas afficit, nulla dimensio circumscribit. Cujus magnitudinem nemo capit, præsentiam nemo fugit, secretum nemo invenit, splendorem nullus attigit, times includi immensum, teneri omnipotentem, abscondi ubique diffusum. Resolvere (sic uti scriptum est) inferorum parturitiones, in quibus voluit & qualiter voluit, rerum Dominus venit, subjici hujusmodi conditioni non potuit. Audi eum ante tot annorum millia, dum beato Job mirabilium suorum opera per nubem velut improperanti similis prædicaret: hoc quoque inter innumeras sui potentias cumulantem (a): Numquid abstulisti impiis lucem, aut brachium superborum comminuisti, aut venisti ad fines maris, aut in vestigiis abyssi ambulasti, aut tibi, inquit, aperiuntur metu portæ mortis, aut janitores inferi videntes te timuerunt, aut cognovisti latitudines sub cælo? Si Patris hæc vox est, nihil ergo est omnipotenti difficile, nihil omnino pœnale; quoniam qui ubique est, nusquam non est, quando ei etiam Propheta ex persona cujusdam dicit (b): Quo ibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? Si ascendero in cælum, tu ibi es; & si descendero in infernum, ades: hoc omni testificans ac demonstrans Deum, cujus majestate plena sunt omnia, quodam incomprehensibili atque inexplicabili modo etiam inferis interesse. Si autem quod magis probabile est in his quæ de eo tanto ante in prophetia prædicta sunt & impleta, Filii Dei vox est quoniam per ipsum facta sunt omnia, & sine ipso factum est nihil: ipse in lumine visitare dignatus est obstrusa inferorum, & præpositos mortis præsentia invictæ majestatis exterruit: & propter liberandos quos voluit, inferorum portas reserari præcepit. De ipso siquidem Joannes Apostolus in Apocalypsi loquitur (c): Posuit, inquit manum dexteram super me dicens: Noli timere: ego sum primus & novissimus, & vivens qui fueram mortuus, & ecce sum vivens in sæcula sæculorum, & habeo claves mortis & inferorum. Propter Deitatem quippe primus quoniam principium, quod & loquitur nobis: propter humanitatem vero novissimus, quia suscipere non dedignatus est crucem, mortemque pro nobis. Et ideo cui in divinitate nuda sunt omnia creaturarum, etiam in homine suscepto habet claves mortis & inferorum.*

(a) Job. 38.

(b) Psal. 138.

(c) Apoc. 1.

XXXIII. *Tantum igitur abest Deum Dei Filium incommutabilem atque incomprehensibilem ab inferis potuisse concludi, ut nec ipsam animam assumpti hominis credamus illic aut exitiabiliter susceptam, aut tenaciter derelictam: sed nec carnem ejus credimus contagione alicujus corruptionis infectam. Ipsius namque vos est in Psalmo (d sicut Petrus (e) interpretatur Apostolus:) Non derelinques animam meam apud inferos, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ipse propter culpam nostram factus est velut homo (f) sine adjutorio inter mortuos liber. Tunc enim quæ non rapuerat (sicut scriptum est g) exolvebat. Non igitur mirum, si Deum locus aliquis recipit, nec tamen capit, præsentiam sentit, majestatem non impedit, expavescit omnipotentiam, substantiam non includit: siquidem illa summa & perfecta beatitudo inextinguibilis lucis nec obscurari tenebris, nec variari locis, nec passionibus affici, nec conditionibus minui, nec temporibus valeat computari. Dei ergo Filius proprium hominem nec in inferis deseruit, nec apud inferos dereliquit. Cujus autem virtute ac majestate antiqua * Sanctorum corpora visa sunt surrexisse, si Deus inferos minime visitavit? Quis ille est, qui petras scidit, terram commoveri, Solem obscurari, diem fugari, velum templi in duas dividi partes effecit? Numquid homo tantum, non etiam Deus? Ergo ei nec in cruce, nec in morte, nec in sepulcro, nec in inferis defuit:*

(d) Ps. 15.

(e) Act. 2.

(f) Psal. 87.

(g) Psal. 68.

* aliquæ.

XXXIV. *Nec aliter aut de alio solet intelligi, quod in Psalmo dictum est (h): Auferte portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Unde expavescentibus atque interrogantibus: Quis est iste Rex gloriæ? Respondent: Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Quo prælio, nisi in quo mortem calcavit? Peccatum innocens occisus extinxit, & trophæum victoriæ de diabolo & ejus angelis reportavit. At enim ipse in cruce dixit (i): Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Sed ista suscepti hominis vox est. Attende unde sumpta sit, & illic vide quid sequitur (k): Longe a salute mea verba delictorum meorum. Similis hæc vox est etiam illi, qua dicitur (l): Tristis est anima mea usque ad mortem. Nonne paulo ante ipse discipulis suis dixerat (m): In hoc contristati estis quoniam dixi, ego ad Patrem, vado, & jam non videbitis me: si diligeretis me, gauderetis, utique, quoniam vado ad Patrem, quia Pater major me est. In quo ergo jubet gaudere discipulos, qualiter creditur contristari potuisse magister, nisi ut in hoc suscepti hominis passiones & fluctuationes ostenderet? Quæ enim propter nos redimendos, instituendos, confirmandosque venerat, omnia in se infirmitatis nostræ genera sustinebat. Non enim habemus sacerdotem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Etenim (sicut ait Apostolus n) expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato. Similis huic est etiam illa vox (o): Pater, si fieri, potest, transeat a me calix*

(h) Psal. 23.

(i) Matt. 27. Marc. 15.

(k) Psal. 21.

(l) Matt. 26. Marc. 14.

(m) Joan. 14.

(n) Hebr. 4.

(o) Matt. 26.

*lix iste; verum non sicut ego volo, sed quod tu vis. Nonne in hoc venerat, ut pro nobis hunc calicem biberet, & venenum a serpente propinatum tali antidoto salutis expelleret? Nonne potestatem* (a) *habebat ponendi animam suam & potestatem habebat iterum sumendi eam? Nonne ipse dixerat: Nemo* (b) *eam tollit a me, sed ego a me ipso pono eam? & tamen nunc velut dubitas loquitur & excusans, ut & illic divina potestas appareat, & hic se conditio humana cognoscat. Nonne hoc mysterium ante tempora æterna in Deo fuisse absconditum clamat* (c) *Apostolus? Num ergo velut repentinum aliquid Christus expavit, quod certo tempore faciendum in æternitate cum Patre disposuit?*

(a) Joan. 10. (b) Joan. 16. (c) Rom. 26. Coloss. 3.

XXXV. *Hæc ergo & talia cum dicuntur, aut sunt, sicut sæpe dictum est, veram hominis infirmitatem fragilitatemque demonstrant, nec ideo præsentiam divinæ majestatis evacuant. Dic homo quisquis es, qui putas Deum Christum ab homine Christo passionis tempore separatum, an recorderis eum passuris discipulis suam præsentiam fideliter pollicentem, qui dicit* (d): *Cum vos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Ita ne ille, qui servis facientibus voluntatem Domini tanti muneris gratiam promisit, donavit, & exhibuit, sibi qui nullo existente peccato pro nostris peccatis mortem subiit innoxiam, ut Patris faceret voluntatem, divinum auxilium passionis tempore denegavit, & Deus hominem, quem ob hæc sustinenda nulla compulsus necessitate, susceperit, in hac perfunctione destituit? loquitur inter tormenta martyrum præsens, nec eos aliquid meditari permittit, & se ipsum in crucis patibulum dereliquit? Ipse est enim (quod sæpe ac semper est repetendum) nec distingui * potest Dei hominisque persona, quia unitur in ea diversa substantia. Absit aliud credere, absit de omnipotente sentire, nec nasci æternus, nec crescere perfectus, nec impassibilis pati, nec immortalis mori sine ulla sui immutatione vel corruptione, sicut jam dictum est, sicque hæc pati non posset sola divinitas: * desunt reliqua.*

(d) Matt. 10.

* dividi.

XXXVI. Provinciarum distinctio ex usu Ecclesiastico.

At de legationibus Occidentalium ad Ephesinum Concilium hactenus. Jam vero ad Orientales Episcopos ad Synodum profectos convertamus orationem: de quibus illud admonendum putamus, distinctionem Ecclesiarum quæ sint in Oriente vel Occidente, non quidem ex situ Orbis, secundum Cosmographorum exactam descriptionem, factam reperiri, sed pro ratione partiti Romani Imperii; qua etiam ex causa accidat, ut interdum quæ in Meridie potius essent collocandæ Ecclesiæ inter Orientales reperiantur adnumeratæ, ut quæ sunt Libyæ, Cyrenes, Pentapolis, atque totius Ægypti, nulla alia quidem ratione, nisi quod partes sint Orientalis Imperii; nam præter receptum ab omnibus in rebus Ecclesiasticis atque civilibus de his usum, habes id ipsum ex S. Augustino, cum agit adversus Donatistas, aitque (e). *Ubi sit Cyrene forte nescis: Libya est, Pentapolis est, contigua est Africæ, Ad Orientem magis pertinet* *, *vel in distributione provinciarum Imperatorum cognosce, Imperator Orientalis mittit Judicem ad Cyrenem.* Hæc ipse: quæ obiter semel attigisse, satis sit, ne quis putet Patres & nos cum illis frequenter errore labi, cum dictarum provinciarum Ecclesias inter Orientales legi contingat adnumeratas, sicut & alias ad Septemtrionis plagam vergentes inter Orientis Ecclesias pariter recensitas, & Occidentales item dicere quæ spectant ad Meridiem & adversam illi Borealem partem.

(e) Aug. de Pastor. rib. in fin. * pertinere.

XXXVI. De Episcopis Orient. qui venerunt ad Synodum.

Qui igitur litteris Theodosii Imperatoris Orientales Episcopi vocati erant ad Concilium Ephesi celebrandum, ad diem præstitutum adesse omni solicitudine curaverunt, qui scilicet ad explodendum novum portentum & effugandum monstrum ab Inferi portis proditum, alacri atque accenso animo essent. Inter omnes au-



XIV. *Numerus Patrum Concilii.*

A num. XXXVI. ad XLIX. Baronius num. XLII. agit de numero Episcoporum, qui Synodo Ephesinæ adfuere; quo in numero cum Veteres non consentiant, Baluzius in Notis ad Marium Mercatorem recte asserit, illam opinionem videri veriorem, quæ ducentos aut circiter fuisse docet. Id enim legitur in Collectione Cresconiana a Baronio citata, in qua *nominantur & numerantur Episcopi, qui Ephesinæ Synodo interfuerunt, centum nonaginta*, & idem numerus reperitur in Græco Codice Bibliothecæ Regiæ num. 206. Adde quod Marius Mercator, qui in Præfatione in Tractatus Nestorii adversus hæresim Pelagianam, dicit fuisse CCLXXIV. & in epigraphe sui Commonitorii CCLXXV. cum descripsisset nomina Episcoporum, qui sententiam damnationis tulerunt adversus *Nestorium*, ea colligens in pag. 218. Editionis Baluzianæ, ait CXCIII. fuisse Episcopos, qui interfuerunt Synodo contra *Nestorium*, qui tamen CXC. illic tantum reperiuntur. Quare *Mercatoris* exemplaria quoad numerum Episcoporum Ephesini Concilii fine dubio corrupta; hic enim a semetipso dissentire non solet. Garnerius tamen Mercatoris auctoritate innixus contendit, istius Synodi Episcopos fuisse ducentos septuaginta quatuor aut quinque, & ut suam sententiam confirmet, utitur lectione veteris Codicis græci, relata a Labbeo Tom. III. Concil. pag. 573. *Sumus hic congregati Episcopi ultra ducentos, fere plus minus trecenti.* Verum illam lectionem falsam esse, & adversari etiam Codicibus græcis, quibus usi sunt Commelinus & Editores Romani, ostendit Baluzius loco citato; eam vero repugnare omni re-

tro



autem Cyrillus primæ post Romanam prærogativa sedis, & ipsius primæ sedis vicaria præfectura reliquos omnes Episcopos antecellens, enituit, atque magis magisque cum morum egregia sanctitate, tum eximia divinarum rerum scientia claruit. Inter alios etiam magni nominis ex magnis virtutibus, comparati, ex Armenia venit Acacius Melitinæ civitatis Episcopus: fuit hic institutor magni illius Euthymii (a) archimandritæ, qui his temporibus eximia sanctitate florebat in Palæstina, in cujus rebus gestis a Cyrillo diacono scriptis de eodem Acacio honorifica memoria est. Magni pariter nominis fuit & inter primos sanctos Episcopos Cyrus Aphrodisiæ Cariæ Antistes, de quo extat in constitutione (b) Theodosii Imperatoris præclarum elogium. Sed & inter cæteros magni meriti sanctos Episcopos recensendus est etiam Petrus Saracenorum Antistes, egregiæ sanctitatis vir: hic nempe ille, quem idem qui supra magnus Euthymius, & reddidit una cum suis ex milite Christianum, & præ excellentia meritorum ut gentis suæ primus Episcopus crearetur procuravit: cui & ad Synodum profecturo idem Euthymius, ut Cyrillo Alexandrino Episcopo, simulque Acacio Melitino in omnibus inhæresceret, persuasit: de his enim non Cyrillus monachus tantum, sed & Nicephorus (c) fidem facit. De aliis autem qui egregia sanctitate pollerent, haud quid exploratum dicere possumus, cum tamen haud defuisse putemus.

De Acacio Melitino & Cyro & Petro Episcopis. (a) Apud Sur. die 20. Januar. (b) l. ult. de ann. & trib. Cod. Theod.

(c) Nic. l. 14. c. 33.

XXXVIII. Cyrilli adventus ad Synodum.

Porro Cyrillus Alexandrinus, in quem omnium Orthodoxorum oculi conversi erant, utpote auctoritate pollentem Romani Pontificis, cujus gerebat vices, antesignanus in prælio adversus impietatem suscepto, Alexandria solvens, venturus Ephesum, in Rhodum insulam primo appulit, unde ad suos Alexandrinos epistolam scripsit de prospera navigatione ipsos hortatus ad bonos consectandos mores: est ejus epistolæ exordium (d): *Gratia & benignitate Christi Salvatoris magnum illud latumque pelagus emensi, pervenimus Rhodum*, &c. Inde vero Ephesum solvens magna actus est maris tempestate, ut ipse testatur in Apologia ad Theodosium Imperatorem. Pervenit tandem Ephesum ante præstitutam Imperatoris legibus diem; cum iterum ad suos eam dedit epistolam, quæ ita incipit (e): *Desideranti mihi vestram moderationem*, &c. ubi inter alia de Nestorio, quem ibi reperat (nam Socrates ait (f), ipsum statim post diem Paschatis cum magna populi multitudine Ephesum profectum esse, & cum eo Irenæum Comitem Nestorianum hominem) hæc habet: *Circumcursat per omnia loca perversa illa pervigilque bestia, Christi gloriæ insidians: at nihil omnino potest, inani prorsus cassaque illius feritate & malitia permanente. Insidiatur autem non homini cuipiam vulgari, nobisve simili, sicut novi isti magistri arbitrantur, sed Deo omnipotenti. Verumtamen audiat a quovis Christum amante* (g): *Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ferit enim miser se ipsum, unaque cum filiis suis ad interitum ruit*, &c. Hæc plane de Nestorio Cyrillus; cum ille præcucurrisset ad Synodum, ut singulos illuc adventantes Episcopos pertentaret, si in suas posset partes aliqua arte pellicere: sed frustra cessit illi omnis conatus, cum omnes sanctorum Patrum sectari sacra vestigia animo statuissent. Præoccupavit novus Goliath campum, armorum ex patrocinio Comitum fretus potentia, insultaturus agminibus Dei viventis.

(d) Cyrill. epist. 32. (e) Cyrill. ep. 33. & Act. Ephes. edit. Pelt. to. 1. c. 27. (f) Socrat. l. 7. c. 32. Nestorius cur prævenit cæteros Episcopos Ephesum (g) Act. 9.

Sed quæ jactabat infelix? horrendas plane voces, execrandasque blasphemias illas sæpe repetens & inculcans, nempe: (h) *Non est dicendum, Deum factum esse hominem propter nos*: & illud addens: *Ego bimestrem & trimestrem Deum non*

XXXIX. (h) Ex relat. Synod. apud Cyrill. to. .... idem Cyrill. Apolog. & epist. 20.





XV. *Anathematismi XII. adversus totidem Cyrilli.*

tro antiquitati, ipsemet Garnerius fatetur. Quare standum est, ut recte Baronius num. XLII. testimoniis *Cyrilli* & Episcoporum Synodi Ephesinæ, a Garnerio insuper habitis ac dissimulatis, quæ manifeste docent, Episcopos qui huic Synodo interfuere, non fuisse ultra ducentos octodecim.

Cum *Cyrilli* Epistola cum suis duodecim capitibus, non soli tradita fuisset *Nestorio*, a quo premi potuisset; sed communiter omnibus, velut perfecta quædam fidei regula; cumque *Nestorius* videret iis quasi totidem telis suam doctrinam peti: duodecim & ipse anathematismos condidit, singulos singulis Cyrillianis respondentes; quos cum sine responsione ab omnibus legi videret *Marius Mercator*, qui ea tempestate versabatur Constantinopoli, scripsit Opus eximium a Garnerio primum publicatum pag. 116. fuæ editionis, & pag. 142. editionis Baluzianæ. Inscriptum illud Opus: *Liber Contradictionum adversus Nestorii blasphemiarum capitula duodecim, quibus literis ad se missis a Sancto Cælestino Romanæ Urbis Episcopo, & Sancto Cyrillo Alexandrino contradicit, & disputationibus brevissimis respondendo duodecim capitula fidei, quæ ad se missa fuerant, refellit.* Recitantur anathematismi Nestorii in part. I. Concil. Ephes. cap. XXIX. Cum vero in Appendice refellat Mercator duos posteriores *Nestorii* sermones nempe XII. & XIII. nullaque sit in eo opusculo mentio, neque de condemnatione Nestorii, neque de approbatione Capitulorum *Cyrilli* a Concilio Ephesino, sed tantum de eorumdem approbatione ab Ecclesia Romana, non dubium, quin hujus anni initio in lucem prodierit; cum sermo XIII. die VII. mensis Decemb. anni superioris a *Nestorio* habitus sit. *Cyrillus* per hyemem tria opera elucubravit, quibus partim anathematismos suos, partim orationem *Proculi* Cyziceni Episcopi tueretur. Uno enim oppositiones *Andreæ* Samosateni

*dico*. Hæc nefarius homo & impius, os diaboli, cum quæ ab illo ipsi suggesta essent, veluti energumenus, spiritu agitatus satanæ, sic foris evomuit, ut intus graviori blasphemiarum incendio æstuaret. Effutiit ista miser, cum inter alios contulit cum Theodoto Ancyræ Episcopo, & Acacio Meliteno, qui postea hæc eadem detulerunt Patribus (*a*) in Synodo considentibus, ut dicemus. Porro hæc ipsum dicentem, omnes qui audiebant, execrabantur Episcopi, exceptis suis Pelagianis (*b*), qui ipsi Nestorio jungebantur: isti namque (ut vidimus) Romæ a Cælestino depositi, confugerant Constantinopolim, & ab ipso Nestorio obviis manibus susceptis fuerant, atque ut impietatis collegæ carissimi, honorifice habiti.

(*a*) *Habent Act. Ephes. edit. Pelt. to. 2. c. 6.*

(*b*) *Cyrill. Apol. to. 4.*

XL. Joannis Episc. Antiocheni moræ.

Inter hæc autem cum tempus adesset jam conventus agendi, dieque præscripta litteris Imperatoris adveniret: humanitate quadam visus est omnibus expectandus Joannes Episcopus Antiochenus, qui una cum aliis sibi subjectis Episcopis dolo malo moras nectebat. Jam ante deteximus hominis technas, fraudesque quas ipse Joannes cum suo Nestorio clanculo pertexuerat. Cujus consilium illud plane fuisse inventum est, nimirum refugere præsentiam Ephesini Concilii; ne alterum de duobus pati compelleretur, vel invitus ferre calculum in damnationem Nestorii; vel si secus faceret, illumque defendere aggrederetur, eamdem cum illo subiret damnationis sententiam, atque e sede Episcopali depositus, sic damnatus excederet. Porro Cyrillus (*c*) de ejusmodi cunctatione Joannis hæc postea ad Theodosium: *Qui enim Antiochenæ præest Ecclesiæ, a sancta Synodo abfuit, licet a vestro Imperio ad præscriptum diem adesse jussus. Detrectavit autem adventum suum, ut cunctando, improbitati ejus qui contra Christum nugatus est, nempe Nestorii, gratificaretur; immo ob id quod (ut verisimile, vel certe verum & indubitatum est) eadem cum illo sentiret.* Hæc ipse. Interea autem idem Joannes in itinere moras nectens, ad Cyrillum Ephesi consistentem suæ cunctationis excusatorias has litteras dedit (*d*) frigidas satis:

(*c*) *Cyrill. Apolog. ad Theodos.*

(*d*) *Act. Synod. Ephes. edit. Pelt. to. 1. c. 21.*

XLI. Litteræ Joannis ad Cyrillum Alexandr.

*Domino meo religiosissimo, sanctissimo, & comministro Cyrillo*
*Joannes in Christo S.*

*Non mediocriter me cruciat, postquam sanctitas tua Ephesi præsto esse cæpit, paucis hisce diebus. Etenim sanctitatis tuæ desiderium non minus quam res ipsa, ut iter hoc quam citissime absolvere cupiam, me stimulat. Tandem ergo post multas exantlatas itineris molestias, sanctitatis tuæ precibus adjutus, præ foribus urgeo: nam triginta totos dies (tot enim spatii intercapedo postulat) iter usque facio, nihil quicquam quietis prorsus mihi indulgens: multis interim religiosissimis Episcopis ob itineris insolentiam & difficultatem graviter afflictis, atque non paucis quoque jumentis ob continuum illum profectionis laborem extinctis. Tu igitur Deum precaris, obsecro ut hosce quinque aut sex itineris dies citra ægritudinem percurrere, sacrumque ac sanctum tuum caput nobis complecti & exosculari liceat. Joannes, Paulus, Macarius, cæterique qui apud nos sunt religiosissimi Episcopi sanctitatem tuam salutant. Ego quoque cum meis domesticis universum quæ recum agit fraternitatem plurimum saluto. Incolumis vale, & pro nobis orare perge, domine piissime ac sanctissime.* Hactenus ad Cyrillum Joannes, præmittens ad hæc nuncianda duos Episcopos, Alexandrum Apameæ, & alterum Alexandrum Hierapolis Episcopum, prout ex Synodica ad Cælestinum Papam data patet: insuper ab illis Joannis nomine hæc nunciata fuisse verba: *Præcepit nobis dominus Joannes Episcopus, ut pietati vestræ dicamus: Si tardavero; quod facitis, facite.* Hæc apud Cyrillum in epistola ad Comarium (*a*). Ita plane homo Nestorio totus addictus, & a Christo prorsus relictus. Subdit autem hæc in Apologia ad Theodosium Imp. Cyrillus (*b*): *Cum sextusdecimus dies ageretur, vix tandem aliqui ex iis qui cum ipso erant præcipui, & ipsi Metropolitani venerunt, ipsiusque nomine sanctæ Synodo annunciarunt, omnino non esse ejus adventum expectandum, sed maturandum ut decreta vestra perficerentur. Tunc tandem ægre sancta Synodus in sancta ecclesia, quæ S. MARIÆ dicitur, congregata est.* Hactenus usque ad Synodi principium Cyrillus ad Theodosium Imperatorem.

(*a*) *Cyrill. ep. 20. to. 4.*

(*b*) *Cyrill. Apolog. ad Theodos.*

XLII. De numero Episcoporum Synodi Ephesinæ.

Quot autem Episcopi in ea convenerint, una eademque firmior reperitur assertio: ex ipsis namque Synodicis testificationibus, quibus magis standum esse, nemo non dixerit, constat plusquam ducentos Episcopos eidem interfuisse: ita Synodica (*c*) ad clerum Constantinopolitanum data significat, id ipsum alia data Synodica ad Imperatores, necnon litteræ Cyrilli Episcopi Alexandrini (*d*) ad clerum Alexandrinum: adeo ut non curandum sit, si qui hodie in ejusdem Synodi Actis subscripti inveniuntur, centum quinquagintatrium Episcoporum numerum tantum expleant: nam quam plurimos in eis desiderari, Collectio Crescon iana redarguit, in qua nominantur & numerantur Episcopi, qui Ephesinæ Synodo interfuerunt (*e*), centum nonaginta: ita quidem in nostro codice: fortasse in aliis exemplaribus integer ipsorum numerus, nullaque ex parte decurtatus dabitur reperiri. Sed de sæcularibus magistratibus, qui a Nestorio delecti, ab Imperatore sunt missi Ephesum, dicamus.

(*c*) *Act. Ephesin. edition. Contian. & edit. Pelt. to. 2. c. 1. & to. 1. Conc. in Concil. Ephes.*

(*d*) *Apud Act. Eph. edit. Contian.*



Præter Irenæum Comitem, quem sibi amicissimum Nestorius secum duxit, Candidianus Comes Domesticorum idemque Nestorianus missus est a Theodosio Imperatore, qui Synodo interesset, curaretque ut omnia summa agerentur tranquillitate: revera tamen qui Nestorii causam acturus, eidem in omnibus præsto esset, & adversus Orthodoxos tyrannice ageret, ut rerum eventa patefecerunt. Quas autem litteras eidem ad Synodum Imperator Theodosius dederit, hic describendas esse putamus: sic enim se habent (*f*).

XLIII.

(*f*) *Act. Ephesin. edition. Pelt. c. 32. tom. 1.*

XLIV. Theodosii epistola de legatione Candidiani Comitis.

*Impp. Cæsares Theodosius & Valentinianus, Victores, Triumphatores, Maximi, semper Augusti Synodo S. D.*

*Cum magnam omnium, quæ e Republica sunt, curam habeamus, tum vero maximam illorum, quæ ad pietatem religionemque conservandam pertinere arbitramur. Per ea namque cætera quoque bona hominibus suppeditantur. Scripsimus proinde non ita multo ante de pietatis vestræ Synodo apud Ephesiorum metropolim congreganda; eaque Sacræ nostræ inseruimus, quæ institutæ rei quam maxime convenire censebamus. Quia vero ordinis, quietisque quam sacræ vestræ Synodi consultationes jure deposcunt, decentem quoque curam adhibitam oportuit; ne hanc quoque partem, quo undique tranquillitas adesset, prætermittendam existimavimus. Non arbitramur autem pietatem vestram, ut aliis pacem conciliet, alterius cujuspiam extrinsecæ opis egere: siquidem ad nostrum erga religionis studium singularemque providentiam pertineret & hanc quoque non negligere.*

XLV. Munus legati Imperatoris in Synodo.

*Igitur Candidianum præclarissimum religiosissimorum Domesticorum Comitem ad hanc sacram vestram Synodum abire jussimus, sed ea lege & conditione, ut cum quæstionibus & controversiis quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quicquam commune habeat (nefas est enim, qui sanctissi-*

PAGIUS teni, nomine Orientalium factas: altero *Theodoreti* objecta solvit: tertio contradicit libro cuidam *Nestorii* adversus *Proclum*. Habentur hæc Opera part. III. Concil. Ephes. cap. 1. ipso initio.

XVI. *Acta Concilii perturbata.*

Garnerius in Præfat. ad Tom. II. Oper. Mercatoris dicit, nihil implicatius esse ordine temporis, quo contigere plurima, quæ secunda parte Concilii Ephesini continentur; nihil perturbatius dispositione scriptorum, quia Collector omnia ita permiscuit, ut in torquendis curioforum ingeniis, oblectationem sibi voluisse facere, videri queat. Adhæc Baluzius in Præfat. ad Acta Concilii Quinti observat, varia; quæ extant exemplaria Græca & Latina hujus Synodi, sic esse composita, ut quædam in quibusdam codicibus habeantur, quæ in aliis desiderantur: contra vero in aliis desiderari; quæ alii exhibent, quod num. I. pluribus demonstrat. Baronius, qui Editione Romana usus est, Sessiones novem hujus Concilii numerat: hic tamen sequemur editionem Labbeanam, quæ in omnium manibus versatur, ut hæ nostræ Notæ cum majori fructu legantur. Baluzius typis dedit Antiquam versionem Concilii Ephesini, quæ ab Antonio Contio anno MDLXXIV. Parisiis apud Nivellium edita fuerat, sed, ut jam dixi, cum multis mendis & lacunis. Cum enim in Concilio V. laudata sit, ac nota Liberato Carthaginensi Archidiacono, ac Gregorio magno lib. 6. Epist. 31. multum intererat, ut ope vetustissimorum exemplarium emendata in corpus Conciliorum inseretur, quo editionibus posterioribus lux aliqua subinde affulgeret.

XVII. *Cyrillus & Nestorius Ephesum accedunt.*

Festis Paschalibus peractis, incidit autem hoc anno Pascha in diem XIX. Aprilis, continuo *Nestorius* Constantinopoli *Cyrillus* Alexandria Ephesum profectus est. Ille magno comitatu in hanc Urbem veniens adduxit secum decem Episcopos de suis, quorum nomina subscripta sunt relationi ab eo factæ, de rebus Synodi, ad Imperatorem. Longe plures *Cyrillus* adduxit Episcopos, ut liquet ex Actionum subscriptionibus

PAGIUS bus. Cum *Nestorio* venere Comites duo *Candidianus* & *Irenæus*; ille cum mandatis ab Imperatore, ut ordinem in Synodo servandum curaret; iste tamquam privatus Nestorii amicus, quamquam & ipse *Candidianus* Nestorio impense favit. Pervenit Ephesum *Cyrillus* quatuor aut quinque diebus ante Pentecosten, cujus Dominicus dies hoc anno in septimum Junii incidit. Quinto ab hinc die adfuit *Juvenalis* Hierosolymitanus cum Palæstinis. *Joannes Antiochenus* de industria per viam trahens moras cum Orientalibus, scripsit Cyrillo per Episcopos duos, cum abesset tantum itinere quinque aut sex dierum. Rescriptum sibi a Cyrillo die XX. Junii testatus est, in alia Epistola ad Cyrillum part. I. Concil. Ephes. cap. XXXVI. recitata. Synodus statim divisa est in duas communiones, minor *Nestorio*, major & sanior pars *Cyrillo* adhæsit, præsertim *Memnon* Ephesinus. Nestoriani sacro Pentecostes die tentarunt occupare Basilicam Sancti Joannis Evangelistæ, ut ibi Officia divina celebrarent, sed interceptit *Memnon* tanquam loci Ordinarius, ut ipsi quæruntur in Relatione ad Senatum Constantinopolitanum, qui addunt nequidem sibi permissum fuisse illic orare. Orthodoxi in magna & primariæ Ecclesia Deiparæ dedicata sanctæ Pentecostes festum celebrarunt.

XVIII. *Inchoatur Synodus ante Joannis Antiocheni adventum.*

Decimo sexto post Pentecosten die Ephesum advenere Alexander Apameensis secundæ Syriæ, & Alexander Hieropolitanus Provinciæ Euphratesiæ Metropolitæ, Synodo de nimia Joannis eorum Patriarchæ mora querenti dicentes: *Mandavit nobis, ut Pietati Vestræ indicemus, ne Synodum prorogetis, si ipsum amplius tardare contigerit, sed potius, quod opus est facto, id fiat*, ut legitur in part. II. Concil. Ephes. Act. V. In Relatione ad Cælestinum PP. additur: *Cum hac illi renunciassent, certoque constaret tam ex mora, quam ex iis, quæ nunciata fuerant ipsius nomine, eum detrectare consessum, vel quod amicitiæ, qua ipsi cum Nestorio intercedebant, indul-*

*ctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, illum Ecclesiasticis negotiis & consultationibus sese immiscere) verum ut monachos & sæculares ac cæteros denique omnes, qui hujus spectaculi causa vel eo nunc confluxerunt, vel in posterum forte confluent, ab eadem illa civitate omnibus modis submoveat; quandoquidem non licet illos, qui omnino necessarii non sunt, sacrorum dogmatum examen aliquo tumultu impedire, & iis quæ cum tranquillitate a vestra sanctitate constitui definirique debent, obstaculum aliquod afferre: tum rursus ut diligenter prospiciat, ne qua gravior dissensio ex mutuo repugnandi studio coorta, & sævæ tempestatis instar debacchata, sanctissimæ Synodi vestræ consolationem, exactioremque veritatis indagationem quovis modo obturbet: tum denique quo operam det sedulam, ut omnibus & singulis quæ dicuntur, rite perceptis, singuli inoffense quod visum fuerit, in medium proponere, vel ab aliis propositum, si opus id fuerit, refutare queant: quo ea tandem ratione, ubi per singulas propositiones, exceptionesque inquisitio citra ullam omnino turbam contentionemque habita fuerit, quod omnibus placitum probatumque erit, communi vestræ sanctitatis sententia constituatur, decernaturque.*

XLVI. *Ante omnia autem severe eidem magnificentissimo Candidiano mandatum est, ut quam studiosissime observet, ne quem ex sanctissima Synodo vestra aut reditum molientem, aut iter ad exercitum nostrum affectantem, aut ad alium quemcumque locum abscedere cupientem, prius inde abire permittat, quam diligenti adhibita discussione, ea omnia decreta, definitaque fuerint, quæ in disquisitionem venerant. Hinc, ne ullam omnino aut Ecclesiasticam, aut aliam quamcumque controversiam undecumque natam vel motam, quæ ad propositam sancti dogmatis considerationem non pertineat, ante moveri*

*sinat, quam eorum omnium, quæ nunc in quæstionem vocata sunt, ambiguitate soluta, ea quæ ad veritatis investigationem faciunt exactissimo indicio discutiantur, finemque Orthodoxæ religioni congruum sortiantur.*

*Quin & hujus quoque admonita sit vestra pietas, nempe serenitati nostræ visum esse, ut nulla omnino in sacra vestra Synodo, aut etiam in publico Ephesiorum judicio pecuniaria aut criminalis causa adversus aliquem agitetur. Quod si quid hujusmodi extiterit, cuipiamve usu venerit, hujus integram cognitionem magnæ huic nostræ Civitati reservatam volumus. Denique nec id quoque vobis clam sit, videlicet, magnificentissimum Comitem Irenæum neque sanctissimæ vestræ Synodi consiliis, neque his quæ eximio legato nostro Candidiano a nobis demandata sunt, ullatenus communicare debere; ut qui solius amicitiæ causa cum sanctissimo piissimoque celeberrimæ Civitatis hujus Episcopo Nestorio Ephesum profectus sit.* Hactenus Theodosii ad Synodum epistola quam Sacram dicunt: ea namque de causa ad verbum ipsam voluimus recitasse, ut quæ sint jura, & officia legati Cæsaris in Synodis omnibus palam fiat. XLVII.

Cum igitur post terminum litteris Theodosii Imperatoris præfinitum dies adhuc quindecim Episcopi Ephesi Joannem Antiochenum Episcopum expectassent, & de ejus adventu omnem jam spem contrivissent: ut Synodum jam inchoarent, illud etiam impulit, quod Episcoporum, qui e diversis provinciis æstivis caloribus longo itinere fatigati advenerant, ægrotare complures cœpissent, & ex eis aliqui defuncti essent; cum qui remanerent incolumes, similia pati timentes, opus urgerent. Testati sunt quidem id ipsi in Synodali epistola ad Theodosium Imperatorem missa, his verbis: *Interea vero alii quidem Episcopi senio confecti inusitata inter alienos vivendi consuetudine* XLVIII. Episcopi gravia passi Ephesi.

PAGIUS *dulgeret; vel quod is Ecclesia sua fuerit Clericus; vel etiam quod quorundam pro illo deprecationibus motus gereret, Sancta Synodus in Magna Ephesi Ecclesia, quæ appellatur Maria, sessionem celebravit.* Evagrius lib. 1. cap. 3. Joannem excusare nititur, sed Synodus ad Imperatorem Theodosium hec retulit: *Exactis sexdecim integris diebus post Pentecosten, ad Synodicam audientiam convenimus. Cum vero Joannes quoque, sanctissimus Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus, per Alexandrum Apameæ, & Alexandrum Hieropolis religiosissimos Episcopos, quos præmiserat, nobis significavit, ut rem propositam aggrederemur nondum comparens longiori tarditate molestiam sanctæ Synodo attulit. Itaque vigesimo secundo mensis Junii congregati sumus.*

XLIX. Contra justissimum Sancti *Cyrilli* agendi modum plures episcopi protestati sunt, postulantes, usque ad *Joannis* adventum differri Synodum, & ipsemet Joannes cum suis in variis ad Imperatorem Relationibus dixerunt, eam ob rem omnia Cyrilli acta & in Primis Nestorii damnationem, non fuisse Synodalia, ideoque irrita & nulla. In Synodico adversus Tragœdiam Irenæi cap. 7. refertur, *Contestatio directæ B. Cyrillo, & his qui cum eo convenerant, ab aliis diversarum Provinciarum Episcopis qui Joannem Antiochenum sustineri volebant, & tunc eo præsente Synodum fieri, eo quod sicut scripserat beato Cyrillo, vix ei iter triduanum supererat. Directa vero est pridie, quam celebrarentur Gesta contra Nestorium, per quæ depositio ejus est facta.* Est hoc egregium Antiquitatis monumentum, quod hactenus latuerat, cui præter Nestorium sexaginta, octo Episcopi subscripsere, ac tria postularunt. Primo observari Nicænam Synodum, quam per Cyrilli Capitula everti sæpe dixerat *Nestorius*. Secundo, ne ante adventum *Joannis* Plures Episcopi contestato denuntiant expectandum esse Joannem.



*dine graviter affligebantur; alii adversa valetudine in vitæ periculum adducebantur; nonnulli vero ex illis in hac ipsa urbe diem extremum obierunt: quidam denique gravi rerum penuria conflictati, & ob id moræ impatientes, importune ut Synodales conventus primo quoque tempore auspicarentur, nos urgebant.* Hæc ipsi.

Quamobrem consensu omnium decimaquinta die impensæ moræ, quæ fuit vigesimaprima mensis Junii pridie ejus diei qua Synodus haberi cœpta est, judiciali ordine res inchoatur: missi namque sunt a Patribus quatuor Episcopi, Hermogenes Rhinocururæ, Athanasius Paraliæ, Petrus Parentolorum, & Paulus Lampæ Episcopi, invitare, seu potius citare Nestorium ad diei sequentis futurum in publico omnium consessu judicium. Qui ab illis conventus, magno fastu spernens eos, hæc tantum est verba rotunda ac fastu plena locutus: *Considerabo, & videbo:* retulerunt hæc omnia iidem missi ad eum Episcopi in prima habita sessione (*a*), die nimirum vigesima secunda mensis Junii. Nestorius autem inlitteris, quas postea ad Theodosium misit, testatur se mississe Episcopum, petentem expectari debere Joannis adventum; nec ante cogendam Synodum, quam Candidianus Comes ipsis diem indiceret; tunc se adfuturum pollicitum. Quatuor vero dierum dilationem Nestorium petiisse, ipsum jactare solitum, habent litteræ Cyrilli ad Comarium. XLIX. Synodus quando agi cœpta. (*a*) *Act. Synod. Ephes. superius citata.*

L. Collecta igitur Synodus ipsa est in Ecclesia sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, Mariana ob eam causam appellata. Dispositisque sedibus, & pro personarum dignitate iisdem singulis destributi: præsidere Christum Synodo, eo significavere mysterio, dum sacrosanctum Dei Evangelium in conspicua sede posuere in medio collocata. Testatur id quidem S. Cyrillus in Apologia ad Theodosium his verbis (*b*): *Sancta Synodus in sancta Ecclesia, quæ Mariana vocatur, congregata est, Christumque assessorem capitis loco adjunxit: venerandum enim Evangelium in sancto throno collocavit, veluti in aures sacerdotum inclamans: Justum judicium judicate: Judicabitis inter sanctos Evangelistas, & Nestorii voces.* Hæc ibi. Et in Synodali epistola ad Theodosium: *Sanctum Evangelium, quod ipsum Christum ob oculos ponebat, in throno qui locum medium obtinebat, propositum fuit, &c.* id quidem ex more: quod & in Chalcedonensi quoque factum esse Concilio argumento sunt illa verba Judicum atque Senatus coram Patribus dicta (*c*): *Quoniam Evangelia posita a reverentia vestra perspicimus, &c.* (*b*) *Cyril. Apol. t. 4.* Evangelium in Throno positum. (*c*) *Concil. Chalcedon. Act. 4.* LI.

Quod vero ad reliquum sedendi ordinem spectat: Cyrillum vicem agentem Romani Pontificis primum obtinuisse locum, inde vero Arcadium legatum missum a Cælestino ubi venit, postea Juvenalem Episcopum Hierosolymitanum, atque Theodotum Ancyræ Episcopum agentes patronos Synodi, subinde vero duos alios sedis Apostolicæ legatos Projectum Episcopum ac Philippum presbyterum, ac reliquos demum Episcopos, ex Crescioniana Collectione, ubi ponitur subscriptio omnium Episcoporum, colligi posse videtur. Quæ autem diebus singulis facta sint, sat erit hic summatim reddi, cum extent ipsa Acta Concilii Ephesini, quæ singula fusius doceant: cum tamen prætermissa nolumus, quæ ad plenam rerum gestarum exactamque cognitionem conducere posse videntur. Videamus igitur quid diebus singulis per Actiones singulas factum sit.

Die itaque vigesimasecunda Junii primam sessionem haberi contigit, in qua Petrus presbyter Alexandrinus idemque Tribunus & Notarius legit quæcumque per Cælestinum Papam & Cyrillum m. gesta essent contra Nestorium. Postea ex suggestione Juvenalis Hierosolymitani Episcopi recitatæ sunt litteræ Theodosii Imperatoris datæ anno superiori de Synodo indicta. Cumque cognitum esset, jam diu inter lapsum esse terminum præscriptum cogendæ Synodi, & Episcopos nonnullos moram illam ægre ferre, quod complures mala valetudine laborarent; rem aggredi omnibus visum est. Ac sic primo loco, exposcente Cyrillo editæ sunt litte- LII. Prima actio Concil. Ephes.

PAGIUS *Joannis Antiocheni* Nestorii causa inchoaretur. Tertio, ne quis olim aut nuper a suo Episcopo depositus in communionem aut gradum restituereturpropter scilicet Clericos, quos suis blasphemiis obsistentes *Nestorius* Regia Civitate ejecerat. Legendus Lupus in Notis ad illud caput.

XX. A num. XLIX. ad LXVI. Diebus sedecim post diem condictum ab Imperatore Actio prima die XXII. mensis Junii, quæ fuit feria secunda, inchoata est. Cyrillus enim in literis, quas Epheso post ipsam subscripsit, ad suæ Ecclesiæ Clerum & populum ait: *Scitote S. Synodum in Magna civitatis Ephesi Ecclesia, quæ appellatur Deipara Maria, vigesima octava mensis Pauni fuisse factam. Cum autem totus dies ibidem fuisset insumptus, tandem Nestorium depositionis sententiæ subjecimus.* Diem XXVIII. Pauni mensis Ægyptiaci incidere in diem XXII. Junii certum. Præterea judiciales actus diebus Dominicis, præsertim in Conciliis alias fieri solitos non fuisse observat Garnerius in dissert. II. de Synodis in causa Nestorii habitis pag. 351. Quare non bene Baronius num. LII. & seqq. ait, pridie ejus diei, qua Synodus haberi cœpta est, judiciali ordine rem inceptam; quod missi sint a Patribus quatuor Episcopi invitare seu potius citare *Nestorium* ad diei sequentis futurum in publico omnium *Prima Actio Concilii.*

litteræ Theodoſii hoc anno ad Synodum datæ, quas nuper reddidimus. Sed Theodoto Epiſcopo Ancyrano rem differri placuit uſque ad Neſtorii in Synodum adventum. Rogati ſunt interea quatuor Epiſcopi, qui pridie hujus diei ad Neſtorium advocandum ad Synodum miſſi erant, ut de illo referrent. Qui cum retuliſſent Patribus tumore plenam reſponſionem illius; placuit Epiſcopis, ut rurſum alii Antiſtites mitterentur, qui eumdem Neſtorium convenirent. Quid ad hoc delecti fuerunt, hi ſunt, Theodolus Epiſcopus Eleuſæ Palæſtinæ, Deſiderius Epiſcopus Cherſonenſis Cretæ, Theopentus Epiſcopus Cabaſorum Ægypti, additus & Epaphroditus lector & Notarius Hellanici Epiſcopi Rhodiorum: quibus & hæc nuncianda Neſtorio tradiderunt (*a*):

Secundo citatur Neſtorius.

(*a*) *Act. Epheſ. edit. Pelt. to. 2. c. 1.*

LIII. Mandatum Synodi ad Neſtorium.

*Oportebat quidem pietatem tuam per religioſiſſimos piiſſimoſque Epiſcopos, uti ad ſacram Synodum in ſancta & Catholica Eccleſia, hac ipſa luce congregatam veniret, heſterno die admonitam, nullatenus defuiſſe. Quoniam vero ſanctitas tua in coacta Synodo deſiderata eſt; per Theopentum, Deſiderium, & Theodulum religioſiſſimos ſanctiſſimoſque Epiſcopos, & Epaphroditum lectorem & Notarium Rhodiorum civitatis, te denuo rogare cogimur, ut te nobis adjungas, & nulla ratione ab earum rerum tractatione, quæ jam præ manibus ſunt, diutius abeſſe pergas: præſertim cum religioſiſſimi Deoque addictiſſimi Imperatores noſtri, ut cæteris omnibus poſthabitis, ad fidem confirmandam ſummo ſtudio incumbamus; tantopere nos urgeant.* Hactenus mandatum Synodi ad Neſtorium perferendum. Quid autem ad hæc Neſtorius? relatio facta a Theopento Epiſcopo, ubi cum collegis ad Synodum reverſus eſt, declarat his verbis (*b*):

(*b*) *Act. Epheſ. t. 1. c. 2. edit. Pelt.*

LIV. Relatio de Neſtorii contumacia.

*A ſacra & magna hac Synodo ad religioſiſſimum Epiſcopum Neſtorium miſſi, ad domicilium illius venimus. Viſa autem non parva militum fuſtibus inſtructorum multitudine noſtrum adventum indicari rogavimus: illi autem, ne id fieret, impediebant. Dicebant illum ſeorſum nonnihil quieſcere, ſeque ne quempiam omnino conveniendi ſui cauſa intromitterent, juſſos eſſe. Cum vero aſſereremus, fieri non poſſe, ut nullo accepto reſponſo, recederemus, quod ſacra Synodus publico ſcripto illum citaret, ſuoque conventui modis omnibus adeſſe cuperes; quidam ex illius clericis egreſſi, eidem quod paulo ante milites, reſponderunt. At vero ubi perſtamus, reſponſum urgentes; Florentius devotus Tribunus, qui cum Candidiano magnificentiſſimo illuſtriſſimoque devotorum Domeſticorum Comite una venerat, in medium prodiens, tanquam qui reſponſum aliquod allaturus eſſet, expectare nos jubet. Paremus non gravatim. Tandem una cum quodam Neſtorii clerico foras egreſſus, ita nos affatur: Mihi quidem Neſtorium videre non licuit, per alios autem hæc ſignificavit: Cum omnes Epiſcopi ſimul conveniſſent, tum ſe quoque adfuturum: atque hoc ipſum pietati veſtræ renunciatum voluit.* Hæc coram Synodo Teopentus Epiſcopus: eadem quoque & collegæ reliqui retulerunt.

LV.

Quibus acceptis, ſanctæ Synodo viſum eſt, ut judiciario ſervato ordine, Neſtorius denuo, etiam tertio per Epiſcopos citaretur: miſſique ſunt Anyſius, Thebarum, Domnus Helladis, Joannes Epeſti, & Daniel Darnenſis Epiſcopi, necnon Anyſius Notarius & lector Firmi Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, dato eiſdem ſcripto mandato, quod Neſtorio offerrent, his verbis concepto: *Sancta Synodus canonibus obtemperans, tamquam leni ac patienti animo hactenus ferens, en tertio ad ſuum conſeſſum te invitat. Digneris itaque vel nunc tandem te huic conventui adjungere, eorumque dogmatum quæ hæretice pro concione diſſeminaſſe diceris, in communi Eccleſiæ conventu rationem reddere. Quod niſi coram de omnibus hiſce, ſive ex ſcripto contra te allato, ſive citra ſcriptum te expurgaveris: ſanctiſſimam Synodum neceſſitate compulſam juxta ſanctorum Patrum ſanctiones ſententiam adverſum te pronunciaturam eſſe, nihil quicquam dubites.* Iſta miſit Synodus ad Neſtorium citatione tertia peremptoria.

Neſtorius tertio citatur.

LVI.

Quid autem ab eis actum ſit, Joannes unus ex miſſis Epiſcopis cum aliis rediens hæc expoſuit coram Synodo (*c*): *Cum veſtibulo appropinquaremus, ecce tibi non parvam militum fuſtibus armatorum manum intra ipſum veſtibulum offendimus. Rogamus, ut ad ædium, quibus Neſtorius utebatur, januam nos admitterent; vel ſaltem, ut ipſi illum, nos cum tertia jam citatione adeſſe certiorem faciant, a ſacra Synodo ad unum hoc deſtinatos, ut ſuam pietatem blande, omnique cum manſuetudine invitemus. Verum diu multumque præſtolati, nec ſub umbræ quidem ab illis ſatellitibus conſiſtere permiſſi*

(*c*) *Act. Epheſ. edit. Pelt. to 2. cap. 2.* Tertia relatio de Neſtorii indurata pervicacia.

PAGIUS mnium confeſſu judicium. Prima enim illa quatuor Epiſcoporum miſſio ad Neſtorium, amica potius fuit invitatio ad Synaxim, quam judiciaria citatio ad Synodum. Verum quidem eſt, Epheſinæ Synodi Codices tam Græcos quam Latinos habere *X. Kal. Julias*, ſeu die XXII. Junii, & in Actione I. Concilii Chalcedonenſis ubi iſta deſcripta ſunt, legi, *ſub die XI. Kalendarum Auguſtarum*, ſeu die XXII. menſis Julii, ſed utrobique mendoſe. Sententia in Neſtorium lata poſtridie, nempe die XXIII. Junii, quæ fuit Feria III. ſignificata eſt.



*miſſi ſumus: immo vero inſolenter impudenterque huc illucque nos impellentes, vix tantillum loci concedebant, ubi pedem quiete figeremus. Sed neque ullo quoque humanitatis benevoloque reſponſo nos dignabantur. Porro autem cum multas horas fruſtra expectaſſemus: illud ſubinde repetentes: Quatuor tantum Epiſcopi præſto ſumus, nullo convitiandi ſtudio incitati, neque ob id miſſi ut quippiam contumelioſum aut inhoneſtum deſignemus, ſed ut ſecundum juris ordinem etiam nunc tertio illum, uti ad ſacram hanc Eccleſiam properans ſacræ Synodo interſit, amice admoneamus. Tandem milites per quoſdam ſignificant, aliud nullum reſponſum nos eſſe accepturos, etiam ſi ad veſperam uſque in domus veſtibulo opperiremur. Addunt ad hæc quoque nempe ea de cauſa veſtibulo ſe cuſtodes adhibitos, illudque a Neſtorio in mandatis accepiſſe, ne ullum omnino qui a Synodo miſſus eſſet, ad ipſum ingredi permittant.* Hactenus Joannis Epiſcopi relatio quam collegæ teſtificatione firmarunt.

LVII. His auditis, cum nulla ſpes amplius adventus Neſtorii eſſet, immo & vocandi eum denuo omnem aditum præcluſum ſcirent: ad Synodum celebrandam convertunt animum & impendunt officia. Lecta eſt per Candidianum Comitem, quam ad Synodum (ut diximus) Theodoſius dedit epiſtolam; licet Comes ſe invitum nolentemque abſque præſentia Joannis Antiocheni id facere conteſtaretur, ut ipſe poſtea affirmavit in conciliabulo a Neſtorianis celebrato. Inde vero primo loco, ex more, recitato ſacroſancto Nicæno fidei Symbolo, lecta eſt ſubinde Cyrilli Epiſcopi Alexandrini epiſtola ad Neſtorium: qua ab omnibus Catholica comprobata, mox juſſa eſt legi antigrapha Neſtorii ad Cyrillum reddita epiſtola, quæ ut hæretica omnium ſententia improbata eſt, & ut impia conclamata, pariterque damnata, iiſdemque conclamationibus, una cum ea auctor ipſe Neſtorius omnium ore damnatur his vocibus: *Quicumque Neſtorium non anathematizat, anathema ſit: Hunc recta fides anathematizat. Quicumque cum Neſtorio communicat, anathema ſit: Omnes Neſtorii epiſtolas & dogmata anathematizamus: Omnes qui cum Neſtorio commercium habent, anathematizamus. Quicumque hunc non anathematizat, anathema ſit: Hunc recta fides anathematizat: Hunc ſacra Synodus anathematizat. Qui Neſtorio communicat, anathema ſit.*

Improbata a Synodo ſcripta Neſtorii.

LVIII. Lecta epiſtola Cæleſtini de Neſtorii damnatione.

Poſt hæc autem ſuggeſtione Juvenalis Hieroſolymorum Epiſcopi, quem patronum Synodi egiſſe diximus, legi jubetur epiſtola Cæleſtini Romani Pontificis de damnatione Neſtorii; inſuper & epiſtola e Concilio Alexandrino, aliaque Cyrilli ad ipſum Neſtorium tum data de ejus damnatione, niſi litteris pareat Cæleſtini. Quibus cognitis, & omnium ſententia comprobatis, addita, his eſt relatio Epiſcoporum, qui dictas litteras Conſtantinopolim ad Neſtorium pertulerunt, quam ſuo loco ante reddidimus. Poſt hæc vero juſſi ſunt ſanctiſſimi Epiſcopi Acacius Melitinus & Theodotus Ancyræ coram omnibus referre, quas nuper Epheſi audiſſent ore Neſtorii horrendas jactatas eſſe blaſphemias. His autem pluribus recenſitis ſuggeſtione Flaviani Epiſcopi Philippenſis prolata ſunt in medium ex divina primum Scriptura teſtimonia, quibus demonſtraretur, Verbi incarnationem indiviſe, & inconfuſe in utero Virginis factam, duarumque naturarum conjunctione unam tantum redditam eſſe perſonam, Chriſtum Jeſum, Deum, & hominem: quibus additæ ſunt ſanctorum antiquorum Patrum de ejuſmodi veritate ſolidæ inconcuſſæque ſententiæ, quas continet Creſconiana Collectio. A quibus quantum abhorrerent ſcripta Neſtorii, ex ejus Quaternionibus in Synodo juſſis legi palam factum eſt omnibus. His igitur cum omnium deteſtatione, & execratione auditis, juſſæ ſunt aliæ ad Synodum ſpectantes legi litteræ, proditæque in primis quæ ſcriptæ fuerunt ab Epiſcopo Carthaginenſi, quas ſuo loco deſcripſimus: quæ laudatæ atque Actis demum inſertæ ſunt. Verum adverſus Neſtorium ſententia a Patribus lata eſt, quæ ſic ſe habet (*a*).

(*a*) *Act. Epheſ. Conc. edit. Pelt. to. 2. c. 10.*

*Cum inter cætera religioſiſſimus Neſtorius neque noſtræ citationi parere, neque ſanctiſſimos rurſus religioſiſſimoſque Epiſcopos noſtros ad ſe miſſos admittere voluerit: non potuimus ad eorum quæ impie docuit examinationem, animum non adjungere. Edocti itaque partim ex litteris, commentariiſque illius hic publice lectis, partim rurſum e ſermonibus quos in hac Epheſiorum metropoli habuit, quique teſtimoniis comperti ſunt illum impie docere, & ſapere, per ſacros canones ſanctiſſimique Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi Cæleſtini patris noſtri litteras: lacrymis ſuffuſi, & pene inviti ad lugubrem hanc ſententiam ferendam urgemur. Igitur Dominus noſter Jeſus Chriſtus, quem ſuis ille blaſphemiis vocibuſque impetivit, per ſacram hanc Synodum eumdem Neſtorium omni prorſus Epiſcopali dignitate privatum, & ab univerſo nihilominus ſacerdotum conſortio, & cætu alienum eſſe decrevit.* Hactenus verba in Neſtorium prolatæ ſententiæ; cui omnes Epiſcopi ſubſcripſerunt, numero (ut habent Acta) pluſquam ducenti: quam quidem, hiſce additis litteris, voluit Synodus Neſtorio ſignificari (*b*):

LIX. De damnatione Neſtorii.

Sententia in Neſtorium lata.

(*b*) *Act. Epheſ. Conc. edit. Pelt. to. 2. c. 11.*

LX. *Sancta Synodus juxta religiosissimorum, Christianissimorumque Imperatorum nostrorum præscriptum in Ephesiorum metropoli per gratiam Dei coacta, Nestorio novo Judæ.*

*Agnosce, te propter impias conciones tuas, obstinatamque adversus sacros canones contumaciam, contumacemque obstinationem, vigesimasecunda mensis Junii jam decurrentis secundum Ecclesiasticarum sanctionum decreta, a sancta Synodo exauctoratum, atque adeo ab omni Ecclesiasticæ dignitatis gradu amotum esse.* Hactenus sancta Synodus ad Nestorium. Secutæ sunt post damnatum Nestorium acclamationes, quibus Cælestinum Papam, qui jam ante damnasset Nestorium, mirifice laudaverunt: testantur id quidem litteræ Synodales die sequenti scriptæ ad Imperatores.

LXI. Post hæc vero ab eadem sacra Synodo Catholicæ fidei decretum firmatum est: repetito namque Nicæno Symbolo, sub anathemate præceptum est, ne quis aliquid præter id quod per eum definitum esset, ad fidem adjicere ullo modo tentaret. Hunc itaque finem acceperunt Acta Concilii Ephesini primæ diei. Sic igitur projectus est draco ille magnus, qui insidiabatur Virginis partui, invidens illi divinitatem. Et sicut in cœlo magnum pertigit gaudium Angelos omnes easdem voces victoriæ iterum repetentes: *Nunc* (a) *facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri & potestas Christi ejus; quia projectus est accusator fratrum nostrorum:* ita & in Ecclesia Dei Fideles exultantes gloriam, & laudem Deo dederunt, & Christo ejus cum Spiritu sancto, qui vindicasset per sanctos Patres sanctissimam Virginem Mariam Deiparam a Nestorii portentosa calumnia. Quo autem extemporaneo triumpho ipse pius, Deoque dilectus, Virginis cliens ac subditus, ejusque cultor populus Ephesinus exceperit progredientes e tanta victoria Patres, litteræ Cyrilli Alexandrini tunc temporis ad suos scriptæ testantur, cum de rebus tunc gestis eosdem reddidit certiores; sic enim se habent (b):

(a) Apoc. 12.

(b) Cyril. ep. 34. to. 4.

LXII. Epistola Cyrilli ad Alexand. de rebus in Synodo gestis.

*Etsi fusius pietati vestræ quæ gesta sunt, significanda erant; urgentibus tamen tabellariis, brevius scripsi. Scitote itaque sanctam Synodum vigesimaoctava mensis Payni, Ephesi, in magna ejus Civitatis Ecclesia, quæ Maria Deipara vocatur, celebrari cæpisse. Cum autem integrum diem consumpsissemus: tandem ipsum Nestorium sacro Concilio adesse & se conferre non sustinentem condemnavimus, depositionique subjecimus, & ab Episcopatu exclusimus. Summus autem hic congregati Episcopi ultra ducentos, fere plus minus trecenti. Perduravit autem universus Civitatis populus a mane usque ad vesperam sanctæ Synodi judicium expectans. Ut autem audierunt infelicem illum esse depositum, cæperunt omnes una voce sanctam prædicare Synodum, & Deum glorificare, quod cecidisset fidei inimicus. Egredientes vero nos ab Ecclesia deduxerunt cum lampadibus usque ad diversorium nostrum (erat enim jam vespera) & facta est multa lætitia, & luminaria in Civitate posita, ita ut & mulieres quoque adolentes thymiamata cum thuribulis nos præcederent. Ostendit enim Salvator blasphemantibus gloriam suam, quod omnia possit. Futuri itaque sumus chartulas complectentes depositionem illius: indeque, Deo comitante, ad vos festinare. Christi gratia, omnes sumus bona animi, & corporis valetudine. Optamus vos valere in Domino, dilectissimi & desideratissimi.* Hucusque Cyrillus ad suos.

Triumphus Orthodoxorum.

LXIII. Tunc plane accidit, ut sicuti ignorantes Ephesii olim verum Deum, dæmonum ludibriis dementati, Dianam Magnam propensiori studio colere, & conclamare solebant, ita iidem ad veram per Apostolos translati religionem, bene versa rerum vice, iisdem præcinentibus, & reliquis successoribus sanctissimis Episcopis succinentibus, omnes ex æquo, Mariam Deiparam, celsioribus attollerent vocibus, præconiis exaltarent, jugiterque repeterent, & infatigabili studio iterarent: quam & propensiori obsequio venerari, & celebriori cultu frequentare perseverarunt. Porro per publicos præcones damnationem Nestorii Ephesi promulgatam, & proclamatam fuisse, Candidianus Comes in conciliabulo postea testatus est. Sed jam ad sequentis diei Acta pergamus.

LXIV. Secunda actio Concilii, ex qua Synodalis epistola ad Theodosium Imp. scripta.

Sequenti die, vigesimatertia mensis Junii, Cyrillus, cum in unum conveniissent Episcopi, habuit ad populum homiliam, cujus est exordium: *Alacrem video congregationem sanctorum omnium, qui hic prompte a sancta Deipara Maria vocati convenerunt, &c.* Ubi complura in laudem sanctissimæ Dei genitricis locutus, in Nestorium acerrime (ut par erat) invectus est. Post hæc vero scriptæ sunt a Synodo litteræ ad Theodosium Imperatorem de rebus Ephesi gestis usque ad Nestorii damnationem; est illarum exordium (c): *Vestra pietas, piissimi, Christianissimique Principes, &c.* & in fine, quid ab eodem Imperatore Patres peterent, explicaverunt his verbis: *Vestram autem majestatem iterum atque iterum rogatam cupimus, ut universam illam doctrinam e sanctis Ecclesiis submoveri, ejusdemque libros ubique locorum repertos jubeat flammis absumi. Quod si quis vestras sanctiones sprevisse compertus fuerit, ille vestræ dominationis indignationem non absque formidine sentiat. Hac enim ratio-*

(c) Cyril. ep. Synod. 1.



*nione fiet, ut Catholica fides per vestram pietatem munita persistat illæsa, nosque juges pro vestra majestate preces fundamus, per quam & Christus glorificatur, & gloria Dei omnibus hominibus illustrior redditur. Porro autem quo isthæc sint clariora, magisque aperta, adjungere placuit Actorum monumenta. Subscripsimus omnes quotquot piissimi Episcopi in superioribus commentariis fuimus ordine recensiti.* Hæc Patres ad Theodosium; licet, ex more, ad utrumque Augustum datam esse epistolam, inscriptio præseferat. Qua etiam die, nempe vigesimatertia mensis Junii, iidem qui intererant Synodo Episcopi litteras perbreves de damnatione Nestorii scripserunt ad Eucharium, & clerum Constantinopolitanum his verbis (a):

(a) Act. Ephes. edit. Pelt. to. 2. c. 12.

LXV. Epistola Synod. ad clerum Constantinop.

*Sancta Synodus secundum religiosissimorum, piissimorumque Imperatorum nostrorum decretum Ephesi Dei gratia congregata, illustrissimo Euchario reverendissimisque presbyteris, & œconomis, cæterisque religiosissimis, Catholicissimisque Constantinopolitanæ Ecclesiæ clericis salutem.*

*Agnoscat pietas vestra, blasphemum, & nefarium illum Nestorium propter impiam suam doctrinam, præfractamque adversus Ecclesiasticos canones contumaciam, hesterno die, qui fuit mensis Junii jam labentis vigesimus secundus, a sancta Synodo juxta Ecclesiasticas sanctiones exauctoratum, & ab omni Ecclesiastico gradu, & ordine amotum esse. Sedulo proinde omnia, quæ ad Dei Ecclesiam pertinent, curate & asservate; certi exactam vos illi rationem reddituros, qui Dei voluntate, piissimorumque ac religiosissimorum Imperatorum nostrorum nutu communibusque suffragiis sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus præficietur.* Hactenus Synodalis epistola. Alia insuper reperitur epistola Synodalis eodem argumento conscripta ad clerum itidem Constantinopolitanum, in qua mentio habetur de Joanne Evangelista, quod cum Maria Dei genitrice Ephesum aliquando incoluerit: est ejus initium (b): *Nemo umquam Creatori suo obsistere ausus, &c.* Scriptæ autem sunt a Cyrillo aliæ, sed privatim, de Nestorii damnatione epistolæ, & inter alios ad clerum ejusdem urbis, ut ex eorum ad ipsum redditis litteris (c) apparet.

(b) Act. Ephes. edit. Pelt. to. 2. c. 27.

(c) Extant in Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. to. 2. cap. 24.

Quæ vero funesta post hæc acciderint, ipse stylus exarare magnopere exhorrescit. Accidit plane (ut antiquis prophetiis jungamus historiam, juxta illud Apocalypsis (d): *Cum se dejectum vidisset, iratus est draco in mulierem, & abiit facere prælium cum reliquis de semine ejus qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Jesu Christi: & stetit super arenam maris:* cui præsto fuit bestia e mari ascendens, aucta capitibus septem, cornibusque decem armata, ornata vero regiis diadematibus visu horrenda ob blasphemiæ nomina super capita exarata. Cum videlicet Nestorius deterrimus omnium hæresiarcha, damnatus licet, denuo instaurans bellum, nullo nisi arenæ sterilis fundamento subnixus, ab emergenti bestia aucupatur auxilium; dum videlicet sæculari potestate, Comitibus ipsis, regiis, armis, vi tyrannica expugnare conatur sanctos Dei & Catholicam veritatem: quibus quidem rebus symbolicæ illæ species quam concinne aptentur, atque ejus fautoribus congruant, ipsius historiæ veritas plus satis significabit. Aggrediamur ergo tragœdiam omnium funestissimam; & de Synodo œcumenica Ephesina in Spiritu sancto legitime congregata, transeamus ad vesperam examen, crabronum tur-

(d) Apoc. 12.

De Nestorio instaurante certamen.



PAGIUS

XXI. *Candidianus Comes contra eam contestatur.*

A num. LXVI. ad LXXVIII. Eo ipso die *Candidianus* Comes retulit ad Imperatorem de gestis in Concilio; retulit & Nestorius, sed ita mendaciter, ut animum *Theodosii* jam in Nestorium pronum & a Cyrillo aversum in totam Synodum commoverint. In Synodico adversus Tragœdiam Irenæi cap. IX. & duobus sequentibus referuntur tria Candidiani Edicta, quæ hactenus latuerant. In fine prioris legitur: *propositum est decimo Kalendas Julii in Ephesina civitate*, seu die XXII. mensis Junii. Ex eo liquet, Candidianum omnes & singulos Primates Episcopos rogasse, ut expectarent *Joannem Antiochenum*, & cum nihil ab eis obtineret, Synodalem confessum introiisse, ac obtestatum esse, ac denique eum coactum fuisse jubere, ut Sacra legeretur, sine cujus prælectione Synodus inchoari non poterat. Id ipsum Candidianus exposuit in sua Relatione coram Joanne Antiocheno, postquam advenit: *Cyrillus & Memnon, ut Sacram prælegerem, efflagitarunt. Cum vero id recusarem propter Sanctitatis Vestræ absentiam, quodque alii præterea Episcopi ac Metropolitani nec dum adveniissent, coegerunt me illi, se ignorare asserent ea quid a Dominis nostris esset præscriptum. Coactus ergo, ne turbæ cujuspiam aut seditionis occasionem præberem, ipsis congregatis Sacram legi. Verumtamen etiam discessurus, & præsens ipsos contestatus sum, ne prorsus aliquid agerent.* Capite XI. ejusdem Synodici recitatur Edictum Candidiani, dum affixam Nestorii damnationem refixit, & capite X. refertur Epistola seu Edictum, quo Candidianus significavit *Dominis Imperatoribus relatum esse de omnibus.*

XXII. *Conciliabulum Joannis Antiocheni.*

Interim scripsit Cyrillus *Dalmatio* Archimandritæ, suisque Constantinopoli positis, ut intelligerent, quid facto opus foret in hac rerum conversione ac perturbatione, moliente scilicet *Candidiano*, ne verum Imperatori pateret, ut videre est part. II. Concil. Ephes. post Act. I. Habebatur *Dalmatius* omnium Monachorum sanctissimus, ut qui totos quadraginta octo annos Monasterio pedem non extulisset, vitamque ageret Angelicæ parem. Quibus vero suis scripserit Cyrillus, docet literarum inscriptio, *Macario & Potamioni Episcopis, Timotheo & Eulogio Presbyteris*, ex eaque Garnerius Baronium arguit opinantem Macarium & Potamionem non fuisse Episcopos, quod etiam anno superiori refellimus. Interim *Joannes Antiochenus* quinto die a lata in Ne-

mam, synagogam Pharisæorum, prædonum speluncam, & conventiculum satanæ: hæc enim non esse inania verba in pampinos luxuriantis orationis, ex improbis ipsorum factis plus satis invenies, ubi videbis totum ab ipsis negotium peragi vi, metu, infreni audacia & soluta licentia, non more Episcoporum, sed pyratarum; ut non obscure cernere possis, omnes legiones spirituum infernorum una cum hominibus scelestissimis ad roborandum Antichristi dominium in castris Nestorii militasse. Age igitur lugubrem exordiamur narrationem.

LXVII. Candidianus comes Tyrannidem in Episcopos exercet.

Candidianus Comes, cui ab Imperatore pacis publicæ cura, ut cum tranquillitate Synodus ageretur, mandata fuerat: studes Nestorio, ejusdemque patronus effectus, primum omnium terræ marisque vias solerti cura custodiri, asservarique tyrannico officio jubet; ne de his quæ in Synodo gesta essent, litteræ perferrentur ad Imperatorem vel alios: ipse vero ad eum scribit adversus Cyrillum & reliquos calumniatus eos, quod præpropere nimis, non expectato Joanne Antiocheno Episcopo, convenissent; mentitus insuper, non omnes qui Ephesi erant Episcopi, Synodo interfuisse, vocatosque minime esse: adjecitque illud quoque mendacium, eos qui convenissent, discordes inter se fuisse. Hæc quidem omnia pro Nestorio adversus universam sanctam Synodum a Candidiano ad Theodosium fuisse conscripta, Cyrillus in epistola postea data ad Episcopos Comarium, & Potamonem, & archimandritam Dalmatium Constantinopoli commorantes affirmat: est ejus exordium:

(a) Cyril. epist. 20.

(a) *Expectavimus quidem venerandissimi Nestorii adventum*, &c. His autem Candidiani Comitis litteris Nestorius suas ad eumdem Imperatorem Theodosium addit, in eamdem quoque sententiam & argumentum, nisi quod iste plura mendacia confarcivit, & quæ falsa erant, variis ornata pigmentis reddidit apud rerum gestarum ignaros fide dignissima. Est Nestorii ad Imperatorem tunc datæ epistolæ initium (b):

(b) Act. Ephes. edit. Pelt. to. 3. cap. 20.

*Pietatis vestræ decreto ad Ephesiorum civitatem vocati*, &c. Veterator enim, quo deciperet Imperatorem, quid primum professus est suis litteris? Nicænæ se fidei non professorem tantum, sed acerrimum exhibuit defensorem, cujus causa se Ephesum venisse testatur: rerum vero gestarum seriem recensere auspicatur a mendaciis, cum negat Ægypti Episcopos expectare voluisse Joannem Antiochenum præmittentem aliquos, qui brevi fore suum nunciarent adventum. Adjecit, adversæ partis Antistites egisse tyrannice, intentasse, minas, satellites per Civitatem spargisse, qui tumultu eam perturbarit, quique & ad domum ipsius Nestorii perstrepentes accesserint, mortemque eidem intentarint; horumque omnium ducem fuisse Memnonem Ephesiorum Episcopum. Quid hoc? Ille objectare est ausus in Catholicos vim, & metum, cum ipse polleret duorum Comitum apparitura, & eorumdem militibus vallaretur, quorum haud exiguus numerus esse poterat: etenim Candidianus ad hoc missus ab Imperatore, bene stipatus agminibus militum Ephesum venerat. His adjecit conquestus, omnes Ephesi esse sibi occlusas Ecclesias, nec parere sibi locum alique ad Synaxim: cum tamen negare non posset, sibi ac suis Dei genitricis basilicam, immo omnes apertas fuisse, si recte sentiens cum aliis Episcopis conveniisset. Hæc & alia effutiit callidus ille, postulans ab Imperatore (ad hoc enim cuncti ejus conatus, & studia tendebant) ut legitimam cogi juberet Synodum, absque tamen Ægyptiis, in qua duo

LXVIII. Nestorius quæ scripserit ad Theodosium.



Nestorium sententia advenit, die Sabbati, ideoque die vicesima septima Junii; eademque die suum Conciliabulum egit, &, ut habet Relatio quintæ Actionis ad Cælestinum Papam, *Joannes simul atque Ephesum ingressus est, antequam pulverem ex itinere contractum excussisset, antequam se veste exuisset, vem ausus est impiam. Etenim privatum scriptum quoddam confecit, depositionisque nomen & contumeliam impegit Sanctissimo Cyrillo, & pientissimo Memnoni. Excommunicationis nomine etiam universa Synodo contumeliam fecit.* Insuper *hac scripto etiam publico mandata deposuit legenda quibuslibet; Theatri parietibus affigens, ut sua impietatis spectaculum exhiberet.*

XXIII. Joannes Antiochenus tentat impedire, ne Cyrillus & ejus Episcopi Missam celebrent.

Tum, ut legere est in cap. XII. Synodici Tragœdiæ adversus Irenæum, Joannes Antiochenus præsente sua Synodo ac Candidiano Comite dixit, Cyrillum aliosque Episcopos, in quos sententiam tulerat, velle *Missarum celebrare collectam*, seque rogare Magnificentiam ejus, ut ad eos transiret, & contestaretur, *ne calcarent Ecclesiasticas sanctiones, & pia decreta, neque collectam celebrarent viri, quorum juste quidem quidam depositi, alii vero communione privati sunt propter hæreticam vesaniam, & inexplicabiles tumultus illicitos, piarumque sanctionum contemptum.* Candidianus hæc postea retulit ad Synodum: *Ego in ipso Sabbato adi vesperam rogavi, & sequenti die valde diluculo vadens ad Reverendissimum Episcopum Cyrillum, idest, Dominico die* (ideoque XXVIII. mensis Junii) *non cessavi rogare atque precari, ut mea postulationi concederet. Illi vero non aquiescentes exierunt, collectamque fecerunt. Contra quos contendere ultra non valui.* Liquet autem ex Actis Synodalibus Joannem audita Candidiani relatione conclusisse Cyrillum cum suis denuo prævaricatum esse, deliquisse in quartum Canonem Antiochenum, & Joannem minatum esse se ad Principes relaturum.

XXIV.

Interim *Candidiani* relatione Constantinopoli lecta, *Theodosius* rescripsit continuo per *Palladium* Magistrianum, jussitque omnia rescindi, tanquam vitio gesta, & communi sententia examinari dogma-



duo ex unaquaque provincia adessent Antistites.

LXIX.

Ad postremum vero quasi gravissima a Catholicis pateretur, clausit epistolam ista periodo: *Quod si id fieri non potest; saltem curetur, ut tuto nobis ad propria redire liceat: nam hanc ipsam vitam se nobis erepturos comminantur*: vafre quidem ista, ut qui depositus esset, in suam sedem revocaretur Constantinopolim: sicuti & astute ad novam infelix Synodum provocat, legitima condemnatus, cum sciret eam minime concedi debere: tutumque insuper reditum petit, quam mendacissime causatus discrimen vitæ, qui ad sui custodiam sciret exercitus cum Comitibus habere paratos. Subscripserunt post ipsum huic Nestorii epistolæ, ad majorem illi fidem conciliandam, novem qui cum eo erant Episcopi, nempe Fritillus Heracleæ, Thraciæ, Helladius Tarsi, Himerius Nicomediæ, Alexander Apameæ, Eutherius Tyanorum, Basilius Thessaliæ, Maximus Anazarbi, Alexander Hierapolis, & Dorotheus Marcianopolis Mysiæ, Nestorianæ fæces.

LXX.

Antequam autem res a Joanne Antiocheno atque collegis Episcopis schismaticis Ephesi gestas narrare aggrediamur; hic meminisse debemus, non recens, & ob Nestorium fuisse Antiochenorum Antistitum dissidium adversus Cyrillum, vel alios prædecessores, sed plane vetus, ob eam quidem causam, quod Alexandrinus Episcopus primus post Romanum in Ecclesia Catholica antistes, jura sibi vendicabat totius Orientis Ecclesiarum, refragantibus Antiochenis Episcopis, qui illi subjici indigno ferebant animo. His igitur jactis ante, & coalescentibus in dies discordiæ seminibus, factum ut odio impellente, concitus nimis Joannes cum suis ferretur adversus Cyrillum, & qui cum illo erant, Episcopos. Sed his patefactis, jam cœptam historiam prosequamur.

LXXI.

(a) Evagr. l. 1. c. 5. (b) Act. Ephes. edit. Pelt. t. 4. cap. 1. (c) Cyril. Apolog. t. 4.

Die quinto a Nestorii damnatione (ut Evagrius (a) auctor est) Joannes Episcopus Antiochenus una cum suis Ephesum venit, nempe vigesimaseptima mensis Junii: testantur id quidem ipsa Acta Ephesina (b), & Cyrillus in Apologetico (c): ex quibus plane erroris arguuntur qui post biduum vel triduum advenisse Joannem affirmant (d). Quid autem Joannes ipse egerit, simulac ingressus est Ephesum, epistola Synodalis ad Cælestinum Papam missa declarat his verbis (e):

(d) Liberat. diac. Brev. c. 6. Niceph. l. 14. c. 37.

(e) Extat apud Cyr. ep. Synod. 12. Joannis adventus cum tyrannide.

*Sperabamus futurum, ut religiosissimus Joannes Antiochenus diligentiam ac pietatem Synodi laudaret; & forsan etiam quereretur, quod tardius depositionem Nestorii aggressi essemus. Verum enim vero omnino contrarium, contraque quam sperabamus, degeneravit: inventus est enim inimicus, & maximus cum sanctæ Synodi; tum rectæ Ecclesiarum fidei, hostis, sicut res ipsæ declararunt. Nam simulatque Ephesum ingressus est, antequam pulverem ex itinere contractum abluisset, nondum deposito pallio, collectis quibusdam qui una cum Nestorio defecerunt, & blasphema contra suum ipsorum caput loquuntur, & gloriæ Christi tantum non illudunt, quos sibi ipsi veluti collegium circiter triginta hominum, nomen Episcopatuum habentium collegit, quorum alii extorres vagantur, nec Ecclesias habent, alii sæpe numero gravibus de causis a Metropolitanis suis sunt depositi (sunt autem cum illis etiam Pelagiani, & Cælestiani, & ex illis quidam qui e Thessalia sunt ejecti) his inquam collectis, rem ausus est impiam, qualem nemo ante illum unquam ausus est.* Quales autem hi essent, Synodica Orthodoxorum ad Imperatorem missa declarat (f), & Cyrillus insinuat in Apologetico. Verum hæc postea.

(f) Apud Cyril ep. Synod. 4.

LXXII.

Quid vero idem Joannes ipsa prima die per Irenæum Comitem admiserit adversus Dei Episcopos, qui a sancta Synodo missi fuerant, ut ei in via occurrerent, litteræ Memnonis Ephesini Episcopi ad clerum Constantinopolitanum docent his verbis (g): *Agnoscens autem S. Concilium proxime futurum ejus adventum, honorans & debitum sacerdotale implens, misit quosdam Deo amantissimorum Episcoporum etiam cum reverendissimis clericis in occursum ejus, ut hæc faciens, & debitum honorem adimplens: qui item manifestarent, quod deberet a Nestorii colloquio abstinere, eo quod a sancto Concilio damnatus esset ob impietatem, quam fuerat meditatus. Ipse vero Joannes non permisit, sequentibus eum militibus, in itinere se videri. Illi nihilominus secuti sunt; & domum ubi mansit occurrerunt & plu-*

(g) Act. Conc. Ep. edit. Pelt. tom. 4. c. 13.



*Theodosius rescindit gesta in prima Actione.*

mata, ut tanto facilius omnes consentirent; nec ulli fieri potestatem exeundi Epheso, sive in patriam, sive ad comitatum, priusquam omnia rite absoluta essent, quo foret necessitas rei maturandæ. Rescriptum Imperatoris quod part. II. Concil. Ephes. Act. III. legitur datum Constantinopoli *III. Kal. Julias*, venit Ephesum septimo aut octavo abhinc die. Lectum est utrique parti, & properante *Palladio*, cum a Synodo, tum a Schismaticis responsum est, Quod a sacra Synodo datum responsum, in vulgatis codicibus consignatur *Kal. Juliis*, sed manifesto errore; quia fieri non potuit, ut literæ Theodosii datæ Constantinopoli *III. Kal. Julias*, Ephesum tantopere distantem duorum dierum spatio advenerint. Synodus quæsta est, *Candidiani* artibus factum hactenus, ut veritas lateret Imperatori, petiitque ab eo accersiri, & una quinque Episcopos, qui coram exponerent, quid rerum ab utraque parte, & qua ratione gestum esset.

*& plurimas observantes horas, & non permissi cum eo habere colloquium, manserunt nihilominus injurias patientes. Post multas autem horas, cum hoc ei visum fuisset evocavit Dei cultores Episcopos, & clericos, introducens eos per milites. Cumque illi quæ a sancto Concilio mandabantur, manifesta fecissent: præmisit magnificentissimum Iræneum, & qui cum eo erant, Episcopos, & clericos, importabiles inferre plagas nostris comministris, & clericis, ut etiam in discrimen vitæ venirent. His igitur gestis, venientes ad sacrum Concilium qui missi fuerant Dei cultores Episcopi, & plagas ostendentes, & quæ fuerant acta narrantes sub Gestis monumentorum, sacrosancto Evangelio proposito, ad indignationem moverunt sanctum Concilium, cum eum castigantes excommunicatum pronunciarunt: quæ quidem excommunicatio manifesta facta est.* Hæc ibi: quibus pariter declaratur, tertiam hanc esse habitam a Catholicis Actionem, ex qua missi sunt Episcopi ad Joannem: a quo male habiti, ad Patrum confessum, a quo legati fuerant, redierunt.

Episcopi verberati jussu Joannis.

Tertia actio.

LXXIII. Conciliabulum Nestorii, & Joannis Ephesi.

Talis namque præcedere debuit apparatus ad conciliabulum, cui satanas præsideret, quod collectum est per Nestorium, & Joannem excommunicatos Episcopos, cuncta Candidiano Comite procurante; cui adfuerunt Pelagiani, & alii ob scelera, e throno ante ejecti Episcopi: locus etiam illi congruus, non ædes sacra, sed diversorium fuit: non quidem in sacris ædibus, sed in caupona ea tractanda erant, in qua lusores, meretrices, ganeones, & reliqui nebulones suos soliti sunt habere, & frequentare congressus. Convenere ibi die ipsa qua advenit Joannes vigesimaseptima mensis Junii, nempe die quinta a damnatione Nestorii. In ipso igitur Joannis diversorio collectis ipsis, simul Candidianus de his, quæ hactenus Ephesi gesta essent, ut sibi visum est, prælocutus, recitavit litteras Imperatoris: in quarum veluti sacra lectione assurrexerunt omnes Episcopi, illi turpiter adulantes contra Ecclesiæ morem, cum tantus honor deberetur dumtaxat divinæ Scripturæ lectioni. Prosecutusque de rebus in Synodo gestis narrationem, nonnulla mendacia eidem simul intexuit. Tunc Joannes suas quærelas adversus Synodum protulit, quod ab ea minime expectatus esset. His ita præmissis, perinde ac si Nestorius Catholicus esset, & ejus doctrina in omnibus Orthodoxa, de eo ne verbum quidem factum est, sed accusationes propositæ sunt adversus Memnonem Episcopum Ephesinum, & Cyrillum Alexandrinum.

Ephesi.

LXXIV. Sed quænam erant istæ? Adversus Memnonem quidem, quod omnes Ecclesias Nestorio clausisset; atque ejus clericis minas intentasset. In Cyrillum vero, quod scriptis suis ad Nestorium Constantinopolim missis hæreses admiscuisset. Demum omnes Episcopos, qui legitimæ Synodo interfuerant, turpissime infamarunt, jactantes nimirum illorum alios esse Arianos, Eunomianos alios, necnon Apollinaris errore conspersos. Cæterum in Cyrillum tantummodo atque Memnonem lata confestim ab eis depositionis sententia est; amboque ut hæretici condemnati sunt, atque sede depositi; Cyrillus quidem, quod hæreticam doctrinam suis scriptis manifestasset; Memnon vero, quod Cyrilli Capitula promulgasset, multaque contra canones peregisset: reliquos autem Episcopos excommunicationi subjectos esse voluerunt, quousque Cyrilli capitula condemnarent. Ita quidem isti, nullo a canonibus præscripto juris ordine servato, vel specie tenus, nec illis quos damnarunt citatis saltem, tantam sententiam protulerunt, more schismaticorum & hæreticorum sacros canones subvertentium.

Calumniæ Nestorianorum in Patres Concilii Ephesini.

LXXV. At describamus hic ipsam ab eis latam sententiam, quam sic prælocutus Joannes Antiochenus instar fulminis furibundus intorsit (*a*): *Ego quidem optarem, neminem ex iis umquam qui ad sacerdotium a Deo adsciti sunt, extra Ecclesiastici corporis communionem eiici. Sed quia usu interdum venit, ut membra quædam immedicabili morbo corripiantur; ob totius corporis incolumitatem quædam nonnumquam resectiones adhibeantur, necesse est. Cum itaque Cyrillus, & Memnon insignis illius iniquitatis, quæ accidit, auctores extiterint, & ut Ecclesiasticæ sanctiones, piaque pientissimorum Augustorum decreta pessumdarentur, occasionem præbuerint; & prædictorum capitulorum promulgatione, se hæreticos esse, plenissime significarint: æquum est, ut ipsi quidem exauctorationis sententia plectantur; reliqui vero qui in ipsorum errorem abducti sunt, excommunicationis vinculo tantisper innodentur, donec proprio tandem delicto agnito, hæretica Cyrilli capita anathematizent, & in fide a sanctis Patribus Nicææ quondam congregatis edita plane acquiescant: ita ut nihil prorsus extraneum aut peregrinum addi sinant, & juxta pientissimorum nostrorum Imperatorum litteras, cœtui nostro se adjungant, & controversarum tandem quæstionum examinatione fraterne susceptæ, piam fidem una nobiscum confirment.* Hactenus sententia Joannis atque aliorum Nestorianorum calumniantium Cyrilli capitula, quæ superius recensuimus.

(*a*) *Act. Ephes. edit. Felt. to. 3. cap. 1.*

Sententia a Nestorianis lata in Episcopos Orthodoxos.

Hac ab eis lata sententia, scriptus ab eisdem est ad ipsam sanctam œcumenicam Synodum damnationis libellus, qui sic se habet (*b*): *Opta-*

(*b*) *Act. Ephes. to. 3. c. 2. edit. Felt.*



LXXVI. Libellus damnationis a Nestorianis scriptus.

*Optassemus quidem, juxta sanctissimorum Patrum canones, pissimorumque ac Christi amantium Regum nostrorum litteras, Synodum pacate celebrari potuisse. Quoniam vero vos hæretico sensu mentequ usi, non parva temeritate tumultuationemque privatim inter vos consensum celebrastis (tametsi secundum terminum a religiosissimis Principibus nostris præfinitum præ foribus jam ageremus) omnique turbarum genere Civitatem, & sanctam hanc Synodum implestis, ne videlicet in capita, quæ cum Apollinarii, Eunomii, atque Arii improbitate, & perversitate conspirant, inquireretur: neque tandem Episcoporum undecumque pissimorum Imperatorum nostrorum opera convocatorum adventum expectastis; cum tamen magnificentissimus Comes Candidianus, & scripto & dicto, nequicquam istiuscemodi adoriremini, sed communem omnium Episcoporum consessum expectaretis, severissime vobis interminaretur: Ideo tu, Cyrille Alexandrine, & tu, Memnon hujusce Civitatis Episcope, scitote vos exauctoratos, omnique Episcopali honore exutos, & ab omni præterea Ecclesiastico ministerio, & functione penitus esse amotos: quippe qui soli, ut sanctorum Patrum canones conculcarentur, omniaque confusione, & turbis miscerentur, auctores & duces extiteritis. At vos reliqui omnes, qui seditiose, & inique contra Ecclesiasticas sanctiones, regiaque decreta Actis consensistis, tantisper anathemati subjacete, donec agnita culpa vestra resipiscatis, fidemque a sanctis Patribus in Nicæa Civitate congregatis expositam integre suscipiatis nihil illi externum ac peregrinum attexentes: capita præterea hæretica a Cyrillo Alexandrino exposita, ut quæ Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ aperte repugnent, anathematizetis; & litteris denique pissimorum Christique amantium Regum nostrorum, qui fidei quæstionem quiete agitari, accurateque discuti præcipiunt, per omnia pareatis.* Hactenus libellus damnationis: quibus omnibus quadragintatres Episcopi subscripserunt, inter quos adnumeratur Theodoretus Episcopus Cyri, & Paulus Emesenus. Observatione quidem digna res est, quot quantisque se involvant indumentis hæretici, ut videantur esse Catholici: in ore canones, in verbis fides, eademque Orthodoxa Nicæna, in factis zelus æstuans, & prætensa defensio pietatis: *sed venenum aspidum sub labiis eorum, & cum melliti sint sermones eorum super oleum, ipsi sunt jacula.* Nam aspice novam fraudem.

LXXVII. Nova fraus Nestorianorum.

Cum enim ad Synodum œcumenicam hæc appareant esse conscripta, ad eam tamen nequaquam missa fuerunt: sed clanculo rem agentes, isthæc cum litteris ad Imperatorem, & ad clerum Constantinopolitanum miserunt: extant ipsæ litteræ. Sicque factum est, ut in remotioribus Civitatibus ex eorum litteris Synodus œcumenica magnopere infamaretur, cum ipsi Episcopi qui erant Ephesi in Synodo congregati, nihil penitus horum scirent; hæc enim se ignorasse, testati sunt Cyrillus ac Memnon, quorum causa potissimum agebatur, in libello diu postea oblato Synodo. Tandem vero post longum temporis spatium iidem Nestoriani ipsam damnationis sententiam Ephesi publice affixerunt, ut suo loco dicturi sumus.

LXXVIII. Nestoriani restituunt Pelagianam hæresim.

Nec his contentus fuit cœtus ille satanicus: nam qui in gratiam Nestorii non sunt veriti adeo impudenter non Cyrillum tantum, & Memnonem, sed universum sacrosanctum damnare Concilium; addentes prævaricationem, in gratiam Pelagianorum, qui aderant, Episcoporum, restituunt confirmantque Pelagianam hæresim sæpius ante damnatam; illud impie statuentes, Adæ animam minime per peccatum mortuam esse, privatamque vitæ gratia, neque peccatum originale esse propagatum in posteros. Hæc quidem sapientissimi isti sancito canone decrevere. Sed accidit sive dolo malo, sive librariorum incuria, ut hæc ipsa

PAGIUS XXV. *Canon Pelagianus.*

A num. LXXVIII. ad LXXX. Inter Acta Synodi Ephesinæ legitur Canon totus *Pelagii* hæresim docens, ut hic observat Baronius, quem sequuntur Jansenius, Vossius, Usserius, aliique passim, qui ajunt Canonem illum editum fuisse a Joanne Antiocheno in suo Conventiculo, ut faveret Episcopis Pelagianis, qui se se ejus factioni adjunxerant. Canon apud Sanctum Gregorium lib. 6. Epist. 31. ad Eulogium, talis est: *de Adæ anima, quia in peccato mortua non fuerit; eo quod diabolus in cor hominis non ingrediatur, & si quis hoc dixisset, anathema esset.* Pelagianos Episcopos una cum Joanne Antiocheno, & Schismaticis Orientalibus Conciliabulo adfuisse probant illi Scriptores ex Epistola Cyrilli, & ex literis sanctæ Synodi, in quibus hæc leguntur: *Sunt autem cum illis* (nempe Schismaticis) *etiam Pelagiani, & Cælestiani, & ex illis quidam qui ex Thessalia sunt ejecti.* Quare Joannes Antiochenus, & reliqui Schismatici, quod egregiam sibi operam Pelagiani Episcopi navassent, Canonem Pelagianæ doctrinæ conformem edidere. Ita vulgaris sententia.

XXVI. *Conciliabulo Joannis Antiocheni peræque attributus.*

Verum Emin. Cardinalis Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 9. eam falsam esse certis argumentis ostendit, quorum hæc summa. Dici non potest *Joannem Antiochenum* admisisse ad suffragia ferenda in suo Conciliabulo eos *Pelagianos*, qui *Nestorium* secuti fuerant, nempe *Julianum, Florum*, aliosque, ut illi Scriptores volunt. Nam initio quadraginta & amplius Episcopi *Joannis* Conciliabulum subscripsere, quorum nomina in Actis recensentur, sed nullus Pelagianorum nominatur. Rursus cum a sancta Synodo in Relatione

ad

ipsa Acta pseudosynodi Ephesinæ admixta fuerint cum legitima Synodo œcumenica ibidem celebrata, & in quibusdam codicibus inter Catholicas Synodi sanctiones spurium hujusmodi lateret decretum: ut plane pro monstro habendum fuerit, ut Synodus Ephesina, quam constat (ut dicetur) damnasse Pelagianos, haberet nihilominus constitutionem, qua hæresis Pelagiana confirmaretur.

LXXIX. Sensit quidem & detexit atque damnavit ejusmodi impostaram sanctus Gregorius Papa; collationeque facta cum antiquo codice Romanæ Ecclesiæ, in quo nihil tale potuit reperiri, ex eo alios codices depravatos esse redarguit. Extant hac de re ejusdem Romani Pontificis litteræ ad Eulogium (*a*) Episcopum Alexandrinum, ad Anastasium (*b*) Episcopum Antiochenum, & ad Narsetem (*c*) Comitem. Sic igitur Nestoriani furore perciti, nulla habita consideratione non dico Ephesini Concilii nuper habiti, sed nec aliorum tot in Africa, Romæ, Constantinopoli, & in Palæstina habitorum Conciliorum in condemnationem Pelagianæ hæresis, ad defensionem sui erroris adjunxerunt sibi collegas impietatis Pelagianos Episcopos: licet ipsorum aliqui paulo post sanioris mentis effecti, deficientes a sceleratorum militia, ad Catholicæ Ecclesiæ castra se receperint, ut testatur Synodica per Palladium ad Theodosium missa (*d*). Hinc videas, quod cum numerentur in hoc ipsorum primo conventu Nestoriani Episcopi quadragintatres, postea recenseri triginta (*e*) tantum & octo, indeque triginta unum (*f*). Hic

(*a*) Greg. l. 6. ep. 31. (*b*) Greg. l. 4. ep. 47. (*c*) Greg. l. 5. ep. 14. (*d*) Act. Ephesin. edit. Pelt. to. 4. c. 10. (*e*) Act. Ephesin. edit. Pelt. to. 4. c. 7. (*f*) Ibid. c. 10.

PAGIUS ad Theodosium per *Palladium* Magistrianum missa triginta quinque Episcopi schismatici nominatim recensentur, nullus inter eos Pelagianorum cernitur, quod ipsum in literis Synodalibus, in quibus damnantur Orientales, videre est. Hoc ipsum colligitur ex literis Concilii ad Cælestinum, in quibus Patres de Joanne Antiocheno scribunt: *Sibi ipsi velut collegium circiter triginta hominum nomen Episcoporum habentium collegit, quorum alii extorres vagantur, nec Ecclesias habent, alii sæpenumero gravibus de causis a Metropolitanis suis depositi sunt (sunt autem cum illis etiam Pelagiani, & Cælestiani, & ex illis quidam, qui ex Thessalia sunt ejecti*, &c. Ex quibus Pelagianos non inter illos triginta, sed potius illorum triginta comites, vel adstipulatores esse deducit Card Norisius; alias cur una cum illis triginta Episcopis Conciliabuli Acta non subscripsere?

XXVII. *Episcopi hujus Conciliabuli immunes a labe Pelagiana.* Sed neque dici potest, Episcopos Orientales, qui pro Antiocheno contra *Cyrillum* conspirarunt, Pelagiana hæresi infectos fuisse. Nam cum absoluta Synodo Antiochenus obstinato contra illam animo discessisset, iterumque cum iisdem Episcopis Antiochiæ *Cyrillum* sacris interdixisset, acceptis minacibus literis Theodosii ab *Aristolao* Tribuno delatis, quibus illi, & Cyrillo, si quam primum non convenirent, exilium indicebatur, fidei suæ symbolum texuit, quod cæteri Episcopi Antiochiam vocati subscripsere, ac per *Paulum* Episcopum Emesenum ad Cyrillum perferendum curavit; in quo sane symbolo, quod in Actis Concilii Ephesini legitur, & recitatur a Liberato cap. 8. nonnisi de Christo verba facit; altumque de controversiis Pelagianis silentium. Sanctus Cyrillus eo Symbolo lecto, Catholicum Joannem cum cæteris suis Orientalibus pronunciavit, datis hac de re ad amicos literis. Valeriano Iconii Episcopo hæc scripsit: *Universi Orientales Episcopi simul cum Domino meo religiosissimo Antiochenorum Episcopo Joanne per scriptam, manifestamque conditionem clarum constituere universis, quoniam pollutas quidem Nestorii novitates condemnant, anathematizantque nobiscum*; quod ipsum ex suggesto publice in Alexandrino templo testatus est. At si Joannes & Collegæ Pelagiana dogmata propugnassent, mancum fidei symbolum edidissent, neque Catholici pronunciari a Cyrillo debuissent, nisi etiam Cælestii errores scripto damnassent.

XXVIII. Sane Orientales irati *Cyrillo*, quod duodecim anathematismos exaratset, quos dein Synodus sequeretur, eisdem reluctabantur, quasi Cyrillus unus Conciliorum Magister haberi vellet. Hinc latæ contra *Nestorium* sententiæ nomina addere recusabant, unde *Cælestio*, nedum Nestorio patronos semet præbere videbantur, ex quo ea nata suspicio est, Nestorianos eos esse, vel Cælestianos. Ecce verba Synodi in Epistola ad Provinciarum Episcopos: *Cumprimis Nestorii & Cælestii sententias sequi manifeste sunt ex eo deprehensi, quod Nestorium nobiscum condemnare noluerunt*. Utraque pars tum Cyrilli, tum Joannis Antiocheni communionem cum Cælestianis sibi invicem exprobrabat, quo adversarios in omnium detestationem & odium traheret. Cyrillus in Epistola ad Cælestinum loquens de Joanne Antiocheno ait: *Cum vix curru dissiluisset Joannes, cubiculumque ingressus esset, adhuc pulverulentus sententiam putidam, & stultam cum iis tulit, quos consentientes habebat. Erant autem viri agreste, & Cælestiani depositi, & qui Nestorii dementiam tuebantur*.

*Orientales Pelagianismum Orthodoxi obiciebant.*

XXIX. *Et vice versa Orthodoxi Orientalibus.* Porro hanc eamdem calumniam *Cyrillo* schismatici inurebant, ut ex eorum literis ad *Rufum* Thessalonicensem patet, quæ in Conciliabulo Ephesino leguntur. Hanc quidem ab Orientalibus de Cyrillo calumniam falso diffamatam adeo certum est, ut a nullo in dubium vocari possit; etenim Cyrillus cum Catholicis *Pelagianos* damnavit. Illa vero quæ Cyrillus de Orientalibus publicabat, quod Cælestianos in communionem admitterent, non per calumniam quidem scripta sunt, sed ex suspicione concepta, tum quod *Pelagiani* tanquam *Nestorii* excubitores advenerant, tum quod Orientales eidem Nestorio favere videbantur, & si qui aderant Pelagianorum, eos ad colloquia admittebant; ex quibus tamen non fit, Orientales posse a quoquam tanquam Pelagiana hæresi infectos traduci; cum nunquam Pelagianos ad ferenda secum suffragia admiserint, ac *Cyrillum* infamaturi eumdem communicati cum Pelagianis consilii accusarint. Quæ aperte demonstrant, Orientales non modo Pelagianorum Doctrinam; verum etiam personas damnasse; & nonnisi ex suspicione collusionis cum *Cælestio* accusatos fuisse a Catholicis, quod ex supra recitatis Synodi verbis non obscure colligitur.

XXX. Orientalibus a Pelagianæ hæreseos nota vindicatis, quid de Canone illo Pelagiano, quem Gregorii M. testimonio in schismaticorum Actis legi



Hic finis Concilii malignantium, synagogæ conspirantium in Christum & Ecclesiam ejus, ex quo malorum omnium fluxere principia.

LXXX. Legatorum adventus. Post hæc autem accidit, ut duodecim diebus elapsis, nimirum decima Julii, legati a Cælestino Pontifice missi appellerent Ephesum: qui licet antea expectati, sed varietate temporum eorum navigatione præpedita, tardius appulerunt: cum tamen satis Synodo visum est, rem aggredi, quod loco ipsorum Cyrillus adesset, qui ex Cælestini Papæ decreto vicem gerebat Romani Pontificis. Eadem autem die qua venerant, in Synodum introducti, a Patribus digne, (ut par erat) excepti sunt Arcadius & Projectus Episcopi, atque Philippus S. R. E. presbyter, Apostolicæ sedis legati: qui litteras obtulerunt legendas a Cælestino Papa ad Synodum datas: quæ (ut scriptæ erant) Latino sunt recitatæ sermone ob dignitatem Apostolicæ sedis Latine scribentis: inde eædem Græcæ redditæ, iterum lectæ sunt, atque omnium sententia Catholicæ prædicatæ, & acclamationibus faustis acceptæ. Post hæc vero Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ de his quæ hactenus acta essent in Synodo, quomodo videlicet ex præscripto litterarum Cæle-

Quarta actio Concilii Ephesini.

stini Papæ ad Cyrillum & ad Nestorium & alios eumdem Nestorium hæreticum & contumacem omnium sententia condemnassent, eosdem legatos reddidit certiores. Excusaverunt autem iidem legati tarditatem suam & moram ex maris tempestate productam: petieruntque sibi legi quæ ab ipsis hactenus decreta fuissent, sic in Synodo loquente Philippo legato (*a*): *Gratias agimus sanctæ venerandæque huic Synodo, quod litteris Cælestini sanctissimi beatissimique Papæ vobis recitatis, sanctæ Ecclesiæ membra, sanctis vestris vocibus, piisque præconiis, sancto vestro capiti vos exhibueritis: non enim ignara est vestra beatitudo, totius fidei, cæterorumque Apostolorum caput B. Petrum Apostolum extitisse. Proinde cum nostra parvitas multis magnisque tempestatibus jactata & impedita aliquanto serius accesserit: rogamus ut ea nobis patefieri mandetis, quæ ante adventum nostrum in sacra hac Synodo acta sunt; quo juxta sanctissimi Papæ nostri præsentisque hujus cœtus sententia, & nos quoque illa nostro suffragio confirmemus, nostroque calculo approbemus*. Ita ipse. Post hæc prælocutus est Theodorus Ancyræ Episcopus nonnulla in laudem Cælestini Pontificis; indeque subsecuta Actorum lectio, & Nesto-

(*a*) Act. Ephesin. edit. Pelt. to. 2. c. 15.

LXXXI. Cognitis actis Nestorius iterum damnatur.



PAGIUS *Gregorius M. testatur Orientales non fuisse Pelagianos.* legi Baronius, aliique scripserunt, dicendum sit, docte exponit Emin. Card. Norisius, demonstratque Canonem illum ab iisdem Orientalibus nequaquam procusum fuisse, nec hujus dicti alterum a *Gregorio* testem dat, qui lib. VI. Epist. XXXI. ad Eulogium, Orientales qui cum Joanne Antiocheno contra Cyrillum steterc, ab omni Pelagianismi suspicione absolvit. Etenim postquam Gregorius dixit, transmissas sibi fuisse definitiones veluti ab Ephesina Synodo assertas, quarum una erat: *Ada animam peccato non esse mortuam, quoniam diabolus in cor hominis non ingreditur*, hæc scribit: *quia ergo perscrutantes Ephesinam Synodum nihil in ea tale invenimus contineri; de Ravennati quoque Ecclesia vetustum valde Codicem ejusdem Synodi ad nos deferri fecimus, & ad Synodum, quam habebamus, eum ita concordare invenimus, ut in nullo discreparet, & nihil aliud continet in definitione anathematis, & reprobationis, nisi quod duodecim Capitula beatæ memoriæ Cyrilli reprobant*. En apertissime testatur Gregorius Orientales Schismaticos nihil Pelagiano simile dogmati docuisse, sed tantum anathemata publicasse contra XII. Cyrilli Capitula, quæ etiamnum ex Actis Conciliabuli Schismaticorum patent.

XXXI. *Canon Pelagianus Actis Synodi Ephesinæ insertus.* *Gregorius* itaque in ea seu ad Eulogium, seu ad Narsem Comitem Epistola, non scribit Canonem illum Pelagianum Ephesi ab Hæreticis, vel a Schismaticis insertum, ut illum vulgaris, quam impugnamus, sententia interpretatur; sed aut quemdam Pelagianum Acta Synodi suis annotationibus correxisse, & dictum Catholicum Ephesinæ Synodi expunxisse, addito Canone Pelagiano. Ut enim intelligatur Epistola XXXI. ad Eulogium libri VI. legenda prius est Epistola ad Narsem Comitem CXIV. quæ est XIV. quinti libri. In hac scribit Sanctus Pontifex; *Hunc ergo locum* (nempe cum peccavit Adam, ejus est anima mortua) *qui in eodem codice, qui mihi a Fratre meo Joanne* (sc. Jejunatore Constantinopolitano Episcopo) *Episcopo transmissus est, annotavit hæreticum, Pelagianus est, quia sententia ista evidenter Pelagii est*. At in Epistola ad Eulogium scribit: *præterea ante triennium cogente causa Monachorum Isauriæ, qui hæretici accusabantur, satisfaciens mihi quondam Frater & Consacerdos meus Dominus Joannes litteras misit, quibus nitebatur ostendere eos Ephesinæ Synodi definitionibus contradixisse, & velut ex eadem Synodo certa nobis, quibus ipsi obsisterent, capitula destinavit. Inter alia autem scriptum illic continebatur, de Ada anima, quia in peccato mortua non fuerit, eo quod Diabolus in cor hominis non ingrediatur, & si quis hoc dixisset, anathema esset*. Ille vero Codex transmissus a Joanne Patriarcha Constantinopolitano non erat codex continens Acta Synodi Ephesinæ, ut contrariæ sententiæ Auctores existimarunt, sed Codex contra quemdam Athanasium Presbyterum, ex Epistola XIV. ad Narsem. Neque oppositum docet Gregorius lib. VII. Epist. XLVII. ad Anastasium Antiochenum, dum scribit: *Sed quia ex annotatione hæretici Codicis, qui ad me ex Regia Urbe transmissus est, agnovi hoc, quod quadam capitula Catholicæ cum hæreticis fuerant reprehensa*, nempe signis & annotationibus a Pelagianis appositis de quibus Gregorius in illa ad Narsem Epistola. Garnerius Tom. II. Oper. M. Mercatoris pag. 61. & seqq. recte etiam Canonem illum Schismaticis Orientalibus perperam attributum refellit.

XXXII. A num. LXXX. ad CLXXXIII. Interim die decima Julii *Philippus* Presbyter, *Arcadius* & *Projectus* Episcopi Ephesum appulere, eademque die habita *Actio secunda*; postridie *Actio* III. in

*Actio II. III. & IV. Concilii.*

storii iterata damnatio: hæc ex Actis Ephesini Concilii. Absolutaque ejusdem Synodi œcumenicæ quarta sessio. Vidisti, lector, & consideraſti, puto, in plena Synodo professum Philippum Apostolicæ sedis legatum esse Catholicæ Ecclesiæ caput Romanum Antistitem, reliquos vero omnes Episcopos sub hoc capite membra: quod quidem est susceptum elogium absque invidia, & faustis postea præconiis acclamatum. Sed quæ die sequenti acta sint, dicere prosequamur.

LXXXII. Quinta actio Ephesin. Conc.

Undecima Julii in solitum concessum, ad Dei genitricis Mariæ ecclesiam Catholici omnes Episcopi convenere: ubi post Juvenalis Episcopi Hierosolymorum prælocutionem, ad ea quæ hesterna die acta essent in Synodo, legati Apostolicæ sedis in damnationem Nestorii suum calculum adjecere: quorum primo loco Philippus presbyter sententiam suam dixit his verbis (*a*): *Nulli dubium est, immo sæculis omnibus notum est, sanctum beatissimumque Petrum Apostolorum principem & caput, fideique columnam, Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, a domino Jesu Christo Salvatore nostro, humanique generis Redemptore cœlestis regni claves accepisse, solvendique atque ligandi potestate quam acceperat, usum fuisse; necnon per successores suos hucusque semper vivere, causasque decernere, semperque victurum esse. Hujus itaque ordinariis successor & Vicarius sanctus beatissimusque Papa & Episcopus noster Cœlestinus nos suos pro se quasi Vicarios ad hanc sanctam Synodum misit, &c.* Intelligis ne, quem sibi locum in Ecclesia Catholica jure vendicare semper consueverint Petri successores Romani Pontifices? & in quam frequenti auditorio, quamque celebri totius plane Catholici orbis theatro, cunctis spectantibus & audientibus, sit tantæ rei veritas prædicata? quam non dico Catholici omnes qui aderant, summa consensione pronis auribus acceperunt: sed eadem ipsa præclarioribus quoque præconiis confessus est qui cæteris eruditior in castris adversariis modo sub Joanne militabat Theodoretus, cum postea ab his expediens se nexibus privatorum affectuum, liberiori voce sæpius suis epistolis (ut dicemus) tantam professus est veritatem. Sed cœptam jam historiam prosequamur.

(*a*) *Act. Ephesin. edit. Pelt. to. 2. c. 16.*

De Primatu Apostolicæ Sedis.

Post Philippum legatum duo reliqui in eamdem sententiam pedibus abiere, & in damnationem Nestorii dictis ac pronunciatis sententiis subscripsere, primoque loco Philippus presbyter S. R. E. legatus subscripsit ante duos reliquos legatos Episcopos: quibus intelligas, quod etsi præstare dignitate certum sit Episcopos presbyteris, eos tamen qui proxima connexione capitis, Cardinales presbyteri nominantur, aliquid habuisse, quo interdum præferrentur Episcopis. Actis igitur jam contra Nestorium a Synodo oecumenica, legatorum subscriptione munitis, scripta est epistola Synodalis ad Theodosium Imperatorem de confirmata damnatione Nestorii per legatos Apostolicam vicem agentes non solum Cælestini Romani Pontificis, sed totius orbis Occidentalis Episcoporum, est epistolæ principium (*b*): *Vestram, Christianissimi Reges erga pietatem curam & studium universorum Deus apprime gratam acceptamque habet, &c.* Dedit eadem Synodus aliam præterea epistolam ad clerum Constantinopolitanum eodem quoque argumento conscriptam, & legatorum etiam subscriptione munitam, quæ sic incipit (*c*): *Huc devenimus, ut rem apprime luctuosam vobis indicare cogamur &c.* Sed cum videas in neutris harum Synodalium epistolarum ullam penitus mentionem haberi de rebus gestis per adversariorum conciliabulum, damnatisque ab eis Cyrillo cum Memnone & universa Synodo, de quibus in primis expostulandum plurimum fuisset; evidens est argumentum (quod diximus) omnia ab eis clanculum sub silentio actitata.

LXXXIII. Epistolæ Synodales missæ Constantinopolim.

(*b*) *Act. Ephes. edit. Pelt. to. 2. c. 17.*

(*c*) *Act. Ephesin. edit. Pelt. to. 2. c. 33.*

Sed quem non moverunt illi lapidem quamve artem & dolum intentatum prætermisere, quibus Cyrillum, quem præ cæteris odio prosequerentur, aliqua aspergere possent infamia & fugillare calumnia? Qui enim viderant sic in Orientem obstruxisse aditus omnes, ne quid litterarum ad Imperatorem perferri posset: cum scissent de damnatione Nestorii scriptas fuisse litteras Alexandriam a Cyrillo, occurrentes his, in Ægyptum dedere litteras quibus significarent Cyrillum eodem animo, quo Theophilus insecutus est Joannem Chrysostomum, commotum contra Nestorium eumdem absque perendina dilatione excommunicasse: quæ quidem res commovit animos

LXXXIV. Versutiæ Nestorianorum & calumniæ in Cyrillum.

PAGIUS

in qua lecta quæ ante gesta fuerant in depositione *Nestorii*, & dicta in eumdem *Nestorium* a tribus legatis sigillatim sententia, & postea relatum a Synodo ad Imperatorem de Legatorum adventu, & postulata discedendi facultas, quasi omnia peracta essent, ut videre est part. I. Concil. Ephes. Act. II. *Actio IV.* peracta est die XVI. Julii, in qua oblatus a *Cyrillo* & *Memnone* libellus, quo apud sanctam Synodum expostularunt de injuria sibi ab Orientalibus facta, petieruntque vocari *Joannem*; qui cum non compararet, pronunciatum a Patribus irrita esse quæ Joannis Synodus fecisset adversus Cyrillum & Memnonem; decretumque ut hac de re scriberetur Imperatori, ac tertio citaretur *Joannes*, priusquam jure in ipsum ageretur.

Die



nos etiam sanctissimorum virorum, & inter alios Theodori Pelusiotæ, qui ad Cyrillum in hæc verba scripsit epistolam (*a*):

(*a*) *Isidor. Pelus. l. 1. ep.* 310.

LXXXV. Isidorus Pelusiota Cyrillum admonet.

*Præposterus favor haud acute cernit: odium autem nihil omnino cernit. Quapropter si ab utraque larva purus atque immunis esse studes, noli violentas sententias ferre; verum illata crimina justo & integro judicio committe. Quandoquidem Deus etiam, qui omnia scit antequam oriantur, pro sua humanitate descendere ac Sodomorum clamorem perspicere voluit hinc videlicet nos ad res accurate perscrutandas ac proferendas erudiens. Multi enim ex iis qui Ephesi coacti sunt; te traducunt, ut tuas inimicitias persequentem & ulciscentem, & non ea quæ Jesu Christi sunt, orthodoxe quærentem: Theophili (inquiunt ex sorore nepos est, illiusque mentem & sententiam imitatur: Ut enim ille perspicue adversus divinitus afflatum ac Deo carum virum Joannem, (Chrysostomum scilicet) furorem effudit; sic etiam iste gloriari ac se jactare expetit, etiam si latum sit inter eos qui accusantur, discrimen.* Hactenus Isidorus, qui & aliam ejusdem ferme argumenti ad eumdem dedit epistolam quæ sic incipit (*b*). *Terrorem mihi divinæ Scripturæ exempla inferunt, &c.* Quod insuper iisdem calumniarentur hæretici, Cyrillum affirmantem unam tantum in Christo esse personam, eundem asserere unam in Christo naturam, idem Isidorus scripsit ad ipsum epistolam (*c*), qua significavit ex plurimis S. Athanasii sententiis liquido apparere, ex duabus Christum constare naturis. Cæterum veritatem tandem edoctus, ipse Cyrillum ut perstet in sententia immobilis adhortatus est; aliamque postea ad eum scripsit epistolam (*d*).

(*b*) *Isidor. l. 1. epist.* 370.

(*c*) *Isidor. l. 1. epist.* 323.

(*d*) *Isidor. l. 1. ep.* 324.

LXXXVI. Victor monachus calumniis pressus vix reperit fidem sibi innocentiæ.

Quid insuper Nestoriani? De Victore quodam sanctissimo monacho in vulgus sparsere, quod hostis Cyrilli esset, & ea ipsa saperet, quæ Nestorius impie prædicaret: sed accidit ut idem Ephesum se conferret, & veritatem vix tandem omnibus patefaceret. Porro rem gestam scitu dignam ipse Cyrillus in Apologia ad Theodosium Imperatorem ita describit:

(*e*) *Cyrill. Apol. to. 4.*

(*e*) *Expertus est mecum infrenatæ linguæ jacula dilectus quoque solitarius Victor. Prædicarant enim de ipso quidam ex his forte qui mentiri consueverunt, quod & ipse absurda quædam sit contra me nugatus. Ita ut cum Ephesum ad me veniisset, vehementer illum nonnulli ex sancta Synodo accusarint; immo universi, unum esse ex impiorum numero, vociferantes, aversati sint: constanterque parricidam & homicidam, & si quæ alia sunt hujusmodi, nominarint. Et cum hoc senex intellexisset, multis admodum ipsum sanctis Episcopis circumstantibus, sublatis in cœlum manibus, præter morem, per sacrosanctum baptisma, & veneranda Christi mysteria, nullius horum scelerum se conscium esse juravit: atque ita vix tandem offensorum animos ego & ipse pacare potuimus.* Hæc Cyrillus. Cognoscis jam satis, puto, lector, per quos mendaciorum & versutiarum infractus serpere soleat infelix impietas; ipsam vero veritatem, etsi mille hostium cuneis circumvalletur, erectam sui fiducia recta progredi, & cælum magna semper alacritate conspicere. Sed Synodalia prosequamur Acta.

Elapsis ab hac ultima sessione diebus quinque, cum hoc interstitio temporis Catholicis innotuissent Episcopis, quæ Nestoriani impudenter egissent adversus Cyrillum, Memnonem, & omnes reliquos œcumenicæ Synodi Antistites: consulturi quid in re tanta agendum foret, decima sexta mensis Julii in eamdem Dei genitricis basilicam convenere. Ubi primum oblatus est querelarum libellus a Cyrillo Episcopo Alexandrino & Memnone Ephesino adversus Joannem, quod licet sua culpa sero, longeque post præscriptum tempus advenisset, sibi tamen Judicis officium vendicasset, spretisque Patribus Synodi, Nestorio communicasset, clandestinamque Synodum ex improbis & ejectis Episcopis collegisset, aususque esset, nulla servata judicii ratione, absque dominatione vel citatione præmissa, in ipsos sententiam ferre atque gradu deponere. Recitato igitur, auditoque a Concilio universo, libello, interlocutus magnus ille Acacius Melitenus Episcopus, nullius esse penitus juris asseruit, quæ a communicantibus cum

LXXXVII. Sexta actio Concilii Ephesini.



PAGIUS XXXIII. *Actio V. Concilii.*

Die XVII. Julii habita *Actio quinta* & *Joannes* tertio vocatus, qui cum renuisset Legatos Episcopos per se audire, Synodus lata in eum ejusque Episcopos excommunicationis sententia statuit iterum irrita esse, quæ adversus *Cyrillum*, aliosque gesta essent. Facta insuper Relatio de sententia a Synodo adversus *Pelagianos* Episcopos dicta, ut videre est part. II. Concil. Ephes. Act. V. Interim *Joannes* tentavit occupare literis Imperatoris animum, ab eoque petiit, Synodum vocari, aut Constantinopolim aut certe Nicomediam unde citius nuncii perferrentur

in Urbem Regiam. *Irenæus* Comes, quem Joannes ad Imperatorem miserat, Constantinopolim venit, & procuravit damnationem *Cyrilli* in Ecclesia publicari. Verum adveniente *Joanne* medico & Syncello Cyrilli, Aula in partes scissa est. Vicit sententia de mittendo e Primoribus aliquo, qui tres esse depositos nomine *Theodosii* juberet, *Cyrillum*, *Memnonem*, & *Nestorium*, omnesque in unam Synodum cogeret. Missus igitur *Joannes* Comes sacrarum, cum literis Imperatoris ad omnes utriusque partis Episcopos nominatim inscriptis, ut coitionis in unam Synodum initium daretur.

Die

Nestorio contra Patres œcumenicæ Synodi, omnibus legibus repugnantibus, acta essent: tamen adhuc benignitati Synodi dari locum petiit, ut Joannes auctor omnium audiretur; eumque judiciali ordine ob eam causam esse citandum.

LXXXVIII. Joannes secundo citatus contumax resistit.

Missi sunt igitur tres Episcopi, Petrus, Paulus, & Archelaus, qui nomine Synodi convenirent ipsum Joannem Antiochenum Episcopum: sed a militibus vetiti sunt ad eum accedere, vixque intra ædium admissi vestibulum: dimissi vero cum minis, jurgiis, atque blasphemiis in fidem Catholicam, ad sanctam Synodum rediere. Sed decreto Synodi per tres alios Episcopos jusso secundo citari, occurrentibus eisdem militibus evaginatis gladiis, vix tandem ejusmodi a Joanne per milites elicuere responsum: *Episcopus Joannes ait: Nos homines per nos gradu motos, & excommunicationis vinculis innodatos responso non dignamur*. His & aliis relatis per missos Joannem Episcopos, etsi satis superque ea videri poterant ad hominis proterviam declarandam, tamen adhuc tertio esse citandum, sancta Synodus statuit. Sicque his rebus gestis, finem accepit ejus diei Actio: cum Juvenalis Hierosolymitanus Episcopus inter alia in Joannem Antiochenum, incusans ejus refractarium animum, dixit, ob legatos saltem Apostolicæ sedis Roma missos eum parere debuisse: *Cum præsertim* (inquit) *Apostolica ordinatione & antiqua traditione in consuetudinem abierit, ut Antiochena sedes perpetuo a Romana dirigeretur, judicareturque*.

LXXXIX. Joannes publicis scriptis declarat Cyrillum Apollinaristam.

Postquam autem ejusmodi contumeliosum responsum Episcopis illis missis Joannes dedisset, jamque palam detexisset, a se Cyrillum cum universa Synodo excommunicatum: adjiciens crimen crimini, confestim chartas publice jussit affigi, quibus declararetur Cyrillus Episcopus Alexandrinus esse sectæ Apllinaris hæreticus, continebat eadem scheda, omnia de Cyrilli hæresi jam nunciata esse Imperatori. Quibus Cyrillus acceptis, ad sequentis diei Synodum retulit.

XC. Septima actio Concil. Ephesini.

Decimaseptima igitur die Julii in eadem Deiparæ ecclesia collectis in unum Episcopis, Cyrillus de affixa publice charta questus, petiit moneri debere Joannem de eadem affixa charta & irrogata contumelia rationem reddere; ostendensque quam longissime abesse, ut aliquando Apollinarem vel aliquem hæreticorum sectatus fuerit, in eumdem Apollinarem & alios omnes hæresiarchas intulit anathema. His acceptis, placuit sanctæ Synodo, Joannem tertio per tres Episcopos citari: delectique sunt ad opus Daniel Episcopus Coloniæ in Armenia civitatis, Commodus Tripolis Lydiæ, & Timotheus Thermæ civitatis Hellesponti Episcopus. Accidit autem, ut cum hi ad Joannis habitationem se contulissent, & a clericis Joannis male excepti essent, a militibus qui aderant commiserationis causa fuerint ex eorum manibus liberati; cognoscebant enim illi Commodum Episcopum, in cujus civitate aliquando versati essent. Demum Archidiaconus Joannis chartam dedit ad Synodum deferendam, quam Episcopi accipere noluerunt, quod non ipsorum id muneris esset. Adjecit postea archidiaconus Joannis nomine ejusmodi verba: *Neque vos ad nos mittatis; neque nos in posterum quicquam ad vos mittemus: siquidem postquam decreto nostro semel ad Imperatorem detulimus; quid opus sit facto, ut ipse ad nos perscribat, expectabimus*. Hæc ille. Cum vero cuncta quæ accidissent missi Episcopi revertentes Synodo exposuissent; quid decreverint Patres, dicturi sumus, ubi primum quid contineret charta illa, quam archidiaconus deferendam Synodo obtulerat Episcopis, dixerimus: innotuit illa postea, quæ sic se habet (*a*):

(*a*) *Acta Ephes. edit. Pelt. to. 3. c. 3.*

*Episcopis a nobis excommunicatis sancta Synodus hæc significat, & suadet.*

XCI. Epistola pseudo-Synodi ad Synodum œcumenicam.

*Grave re vera est, peccare, Deumque & Dominum ad iracundiam provocare: sed longe gravius est & periculosius, peccata pœnitentia non diluere. In hoc autem malum vos eo ipso manifeste incidistis, quod iniquis seditiosisque Cyrilli Alexandrini & Memnonis Ephesini studiis & machinationibus animo pertinaci adstipulari hactenus non desinitis. Quare & hac quoque de causa excommunicationem perpessi estis; nec injuria. Nam cum amicitiæ ostium per nostram sententiam patefactum vobis cerneretis; nihili id duxistis*

didit, monuitque Imperatorem, Episcoporum animos irreconciliabiles videri. Tentavit idem Comes partium concordiam, sed frustra. In his rerum angustiis jubet Imperator Nestorium recedere a Concilio, & ex utraque parte Legatos ad Urbem Regiam venire; nec videntur morati, quominus se se in viam darent; cum Orientales suis ad socios literis se Chalcedone fuisse *die quarto* Septembris testentur. Suos Legatos elegit sacra Synodus, suosque Orientalis factio. Imperator legatos Schismaticorum in villa Rufinia-



Die XXII. Julii, celebrata *sexta Actio*, in qua damnatum *Symbolum Theodori*. Die ultima Julii coacta *septima Actio*, interimque Ephesum *Joannes sacrarum Comes* advenit, & Episcopis ambarum partium condixit in sequentem diem ad suum diversorium. Adfuerunt Joannes Antiochenus & Nestorius cum suis; adfuit & *Cyrillus* cum aliis Episcopis, ortaque est altercatio, aliis negantibus *Nestorium* interesse debere, aliis contra contendentibus, & *Cyrillum* reiicientibus. Comes *Nestorium* & *Cyrillum* in custodiam tra-



*stis, neque ut ab excommunicationis vinculo absolveremini, quicquam pensi habuistis; immo vero hominum hæresi contaminatorum, sanctorumque Patrum canones & Imperatorum decretum fœde calcantium, & sexcenta alia per iniquitatem perpetrantium (propter quæ etiam gradu moti, omnique Episcopali dignitate exuti sunt) necessitudine & consuetudine usque hodie libere utimini. Scitote proinde, nisi mature quod æquum est provideritis, & a noxio illo commercio vos semoveritis, fidemque sanctorum Patrum Nicænorum sincere complexi fueritis, & nostro tandem consensui juxta religiosissimorum Regum nostrorum præscriptum placide citra ullam omnino contentionem aut turbam vos adjunxeritis; fore ut vestram stultitiam justius quam nostram sententiam accusaturi sitis*. Hactenus Joannis delirium.

XCII. Schismatici excommunicati.

Cum autem sancta œcumenica Catholicorum Synodus relatione Episcoporum de Joanne audisset, quam procul abesset, ut spes aliqua esse posset Synodo illum citatum adfore, qui obstinatus persisteret, Judicemque omnium tamquam phreneſi correptus ageret: haud diutius dissimulandum rata, in ipsum & qui cum eo erant Episcopos anathematis sententiam tulit, nisi quamprimum ab eo recesserint: nomina autem singulorum expressit, inter quos Theodoretus reperitur, qui ut armiger Joanni inhæresce bat: erunt omnes numero triginta sex. Insuper cuncta ab eis acta contra Cyrillum & Memnonem eadem œcumenica Synodus prorsus irrita esse duxit: scripsitque de his Synodalem ad Theodosium Imperatorem epistolam, cujus est exordium:

(*a*) *Apud Cyrill. ep. Synod. 5.* Synodalis ad Imper. scripta.

(*a*) *Quæ sanctæ sunt Synodo a dominatione vestra mandata, &c.* qua quidem inter alia Patres petierunt, ne nomen Synodi habere fineret, qui a schismaticis seorsum ab universis collectus fuit schismaticorum conventus; ageretque ipse Constantini Magni exemplo, qui quos sciret a cœtu omnium esse divisos, pœna mulctandos exilii censuisset: nec ullo pacto fieri posse, ut nomen Synodi obtineret conventus trigintasex Episcoporum schismaticorum, qui præsertim damnatos jam haberet Pelagianos admixtos, cum e contra esset vere legitima Synodus universalis ducentorum & decem Episcoporum, quæ præcipue legatos secum habeat Apostolicæ sedis omnium Occidentalium vicem agentes. Jubeatque ad postremum, rogant, ut quæ a sancta Synodo contra impium Nestorium gesta sunt, solidam obtineant firmitatem.

XCIII. Synodalis Encyclica scripta ad omnes.

Scripsit insuper eadem sancta Synodus epistolam Encyclicam ad universos Christi fideles, quibus omnium Episcoporum nomina, qui damnati omnium consensu fuerant, voluit innotescere: est ipsius initium (*b*): *Cum essemus Ephesi secundum Imperatoris litteras congregati, &c.* cui adjecere sex canones, quibus sancta Synodus significavit ne quis se conjungeret cum Nestorio, vel ejus partes tuantibus & inhærentibus schismaticis Joanni ac sociis vel sectæ Pelagianæ viris; qui vero secus fecerint, ut deiicerentur ab Episcopatu, & subjacerent anathemati, jussit, Decrevit insuper sancta Synodus, ut quicumque a Nestorio & aliis ei adhærentibus depositi essent, suum reciperent locum: addiditque etiam, ut clerici atque populus non subjaceant iis qui a Synodo depositi fuerunt Episcopis, nulliusque habendam esse momenti eorum restitutionem per Nestorium, & collegas schismaticos factam: ac demum deponendos pronunciavit omnes qui res gestas per sanctam Synodum œcumenicam Ephesinam conati fuerint irritare, eosdemque anathemate feriendos eadem sancta Synodus edita sanctione decrevit. Hactenus septima Actio.

(*b*) *Apud Cyrill. ep. Synod. 6.*

XCIV. (*c*) *Cyrill. hom. 3.* Cyrilli Apostrophe in Joannem.

Post hæc vero per dies quinque cessatum est a sacris Comitiis: quo tempore Cyrillum putamus illam habuisse ad populum homiliam, cujus est exordium: (*c*) *Quæ dilectissimis in Christum sit virtus: &c.* cum ea usus est ad tempus accommodata adversus Joannem apostrophe, digna relatu, ubi ait: *Ad te namque mihi sermo nunc est, qui elatum adversus omnes supercilium erigis, & ex Orientalibus regionibus huc venisti. Itaque hi universi Salvatoris nostri omnium ministri sumus, & concreditum est nobis prædicationis istius ministerium: ob quam causam non omnes cum illo sumus, ut quæ illius sunt, velimus? Erexit (ut vides) draco ille multorum capitum caput profanum ac sceleſtum, ut in Ecclesiæ filios impietatis suæ venenum expuat. Occurro illi nudatum habens sancti Spiritus gladium; pugnoque adversus hanc bestiam propter Christum. Qua de causa non collabo-*



niana quinquies audivit, & quidem satis benevole in speciem, sed jussit Legatis Synodi Catholicæ se se comitari, ut Episcopum Constantinopoli ordinarent, Orientalibus interim Chalcedone relictis. Hi tandem post acceptam abeundi potestatem miserunt suis Ephesum, deploratam esse *Nestorii* causam, & Cyrillianos tyrannide, adulatione & donis omnes decepisse, Quid a suis Legatis œcumenica Synodus acceperit, Acta non referunt, sed tantum *Cyrillum* die XXX. Octobris Alexandriam appulisse, & a suis quasi triumphantis exercitus ductorem acceptum esse. Hæc summa rerum post septimam & ultimam Actionem gestarum, quibus explicandis, ut immoremur, hujus Operis brevitas non patitur.

XXXV. Garnerius loco laudato pag. 352. corrigendum mo-

*laboras cum eo qui hoc bonum facere conatur? Quare & ipſe non ſimul conſiſtis in acie? Sternatur omnium manu; commune reputemus hoc certamen; & ſimul vincentes gratias referamus Salvatori, dicentes: Contrivisti capita draconis.*

XCV. *Sed nos quidem legitimi Salvatoris ſacerdotes bellicoſiſſimi, myſteriorum ejus diſpenſatores, ſuperamus eos qui contra gloriam ejus nugantur: tu vero non ita. Vides nos veluti in bello certaſſe, & adhuc pugnæ ſtillare ſudorem, adeoque refocillatione ſpirituali & conſolatione opus habere, ac jam viciſſe. Tu vero cum ſis ordinatus inter fratres, & Chriſto Domino nomen dederis, debeaſque nobiſcum armari ad pugnam, adverſus veritatis dogmata arma convertis. O rem inauditam! manus cum hoſte non conſeruiſti; cum his qui certarunt, non concertaſti; tempus belli tarditate adventus tui declinaſti; a longe ſtetiſti ſpectator eorum qui viriliter certaverunt; hoſtem proſtratum, linguamque blaſphemam repreſſam & punitam vidiſti, ac doluiſti. Dic, quæſo, quam ob cauſam? Quod Chriſtus vicit? Quod contra adverſarios invaluit? Quod obmutuit os grandiloquum? Quod ſedatus eſt morbus, qui inter filios Eccleſiæ graſſabatur? Verum ſatis fuerit, viriliter nobiſcum agere, & illud cum Davide* (a) *dicere: Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? juſto odio oderam eos, & inimici facti ſunt mihi.*

(a) *Pſal. 138.*

XCVI. *Verum horum nulla tibi prorſus eſt ratio; ſed e contra eos qui vicerunt, jaculo petis, & invidentiæ telis vulnerare conaris, quos potius admirari debebas. At etiamſi nos acerbe petas; nihil tamen veriti, dicemus: Sagittæ infantium factæ ſunt plagæ eorum. Et tametſi externis armis te ipſum circumdans, bellum adverſus Eccleſiam Domini moliris; arma tamen noſtra (ſicut ſcriptum eſt) non ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum. Invenies autem Chriſti milites iis, qui tecum ſunt, fortiores: ſcutum fidei & animi ſpontanei arma, id eſt, Chriſtum habent, habent thoracem juſtitiæ, galeam ſalutis, & gladium Spiritus. Itaque etiamſi audax & vehemens, multoque faſtus incedas, & ad morem (jactabundi Goliath barbarica contra nos arrogantia & inſolentia intumeſcas; vincet tamen Chriſtus, vincet per pios ſatellites ſuos, ſicut David, &c.* Sed quid præterea? Sciens Cyrillus publicis litteris ſe ab eo ſugillatum Sabellianiſmi, ipſe publica concione ſuam agens cauſam, in adverſarios invectus, Pelagii hæreſim, cui favebant illi, vehementer inſectatus eſt, habens tunc Epheſi homiliam illam, cujus eſt exordium (b): *Qui ſacris litteris attendunt, &c.*

(b) *Cyrill. hom. 5.*

XCVII. Octava Synodi Epheſini actio.

Quinque autem poſt hæc a ſuperiori ſeſſione interlapſis diebus, die vigeſimaſecunda Julii octavus congreſſus in loco ſolito, ipſa Deiparæ Mariæ Eccleſia, habitus eſt, ea nimirum ex cauſa, quod Neſtoriani (c) decipere ſimpliciores ſolerent, exhibentes illis a ſe ſcriptam novam fidei confeſſionem, veluti Nicænum ſymbolum: agebant autem id Anaſtaſius & Photius Neſtorii primipilares, de quibus ſupra, hiſque conjuncti Jacobus atque Antonius, qui quidem deceperunt Lydos Quartadecimanos, qui ex eo errore emergere cupientes, in Neſtorianiſmum impegerunt, de calcaria (ut dici ſolet) ad carbonariam incidentes. Detexit fraudem Chariſius œconomus Eccleſiæ Philadelphiæ, ab illis tamquam hæreticus, quod ipſorum noluiſſet recipere confeſſionem, damnatus; qui eam ſcripto libello detulit Epheſum, obtulitque Concilio. Qua cognita a ſancta Synodo atque damnata, ut caverent in poſterum, canonem addiderunt, ut nemo ſubſcribendam offerret aliam fidei profeſſionem, quam Nicænam abſque ullo additamento, gravibus adverſus ſecus facientes ſtatutis pœnis.

(c) *Act. Conc. Eph. edit. Pelt. to. 2. c. 28.*

XCVIII. Nona Seſſio Concilii Epheſ.

Sequenti vero die, nempe vigeſima tertia Julii, actum eſt de damnatione hæreſis Pelagianæ: lectique in primis commentarii Romæ conſcripti ſub Cæleſtino Romano Pontifice adverſus eoſdem hæreticos, ex quorum præſcripto conſecuta eſt ejuſdem hæreſis & nominatorum hæreticorum damnationis conclamatio; nomina autem Romæ damnatorum & Epheſi, ubi cum ſchiſmaticis erant ſunt hæc, Julianus, Præſidius, Florus, Marcellinus, & Orientius, qui omnes cum Pelagio & Cæleſtio, auctoribus, hæreſis iterum damnati ſunt: conſtat id ſane ex Synodali epiſtola in hac ſeſſione ſcripta ad Cæleſtinum Romanum Pontificem, quæ ſic incipit (d): *Sanctitatis quidem tuæ circa pietatem, &c.* quam quidem ſtatim poſt hanc abſolutam Actionem fuiſſe conſcriptam, ex eo intelligi poteſt, quod cum de ſingulis rebus Epheſi geſtis certiorem reddiderit Cæleſtinum, uſque ad damnationem Pelagianorum pervenit.

(d) *Apud Cyrill. ep. Synod. 1x.*



monet quod ſcribit Baronius num. CXXVIII. Joannem ſcilicet Comitem Epheſum ab Imperatore miſſum ad res componendas fuiſſe *ipſi Theodoſio, ut aiunt, ab eleemoſinis, qui proprio titulo dicebatur Comes ſacrarum largitionum*, inquit Baronius. Nam Comes ſacrarum largitionum non erat eleemoſinarius, ſed unus de ſecunda quadriga illuſtriſſimorum, cujus officia prolixe deſcribuntur in Notitia Imperii. Corrigendum etiam monet, quod Baronius num. CLIV. aſſerit, Apologiam ſcilicet ad Imperatorem a Cyrillo compoſitam Epheſi, cum in cuſtodia detineretur. Verbis enim illa finitur, quæ non obſcure indicant, Cyrillum Alexandriæ ſcripſiſſe poſt reditum, cum pace jam frueretur, velut in tuto a tempeſtatibus portu: *Nos velut ex ardenti camino*



XCIX. Proſper etiam in Chronico ſub hujus anni Conſulibus de damnatione Pelagianorum cum Neſtorio iſta habet: *Congregata apud Epheſum plus ducentorum Synodo ſacerdotum, Neſtorius cum omni hæreſi nominis ſui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum ſibi dogma juvabant, damnatur.* Teſtatur id ipſum S. Gregorius in epiſtola (a) ad Anaſtaſium Antiochenum. Sed accipe elegans epitaphium de hæreſi Pelagiana damnata & cum Neſtoriana ſepulta, a S. Proſpero editum (b):

(a) *Gregor. l. 7. ep. 47.*

(b) *Apud Proſp. ante lib. de Ingr.* Epitaphium Pelagianæ & Neſtorianæ hæreſum extinctarum.

*Neſtoriana lues ſucceſſit Pelagianæ,*
*Quæ tamen eſt utero progenerata meo.*
*Infelix miſeræ genitrix & filia natæ*
*Prodivi ex ipſo germine, quod peperi,*
*Nam fundare arcem meritis prior orſa ſuperbis,*
*De capite ad corpus ducere opus volui.*
*Sed mea dum proles in ſumma armatur ab imis,*
*Congrua bellandi tempora non habui.*
*Et conſanguinea poſt triſtia vulnera fraudis*
*Aſpera conſerui prælia fine pari.*
*Me tamen una dedit victam ſententia letho:*
*Illa volens iterum ſurgere, bis cecidit.*
*Mecum oritur, mecum moritur, mecumque ſepulcrum*
*Intrat, & inferni carceris ima ſubit:*
*Quo nos præcipites inſitua ſuperbia merſit,*
*Exutas donis, & tumidas meritis.*
*Nam Chriſtum pietate operum & mercede volentes*
*Eſſe Deum, in capitis fœdere non ſtetimus:*
*Speranteſque animi de libertate coronam,*
*Perdidimus quam dat gratia juſtitiam.*
*Quique igitur geminæ miſeraris buſta ruinæ,*
*Ne noſtro exitio conſociare cave;*
*Nam ſi quæ Domini data munera ſero fatemur,*
*Hæc homini credis debita, noſter eris.*

hactenus de ſepulta cum ignominia Pelagiana hæreſi una cum Neſtoriana, quod Epheſini Concilii hac noviſſima Actione factum diximus.

C. Expulſi Epheſo Pelagiani.

Damnata jam in Synodo hæreſi Pelagiana, cives Epheſii ardore fidei Catholicæ æſtuantes, haud pati potuerunt, eoſdem Pelagianos Epiſcopos intra civitatis mœnia contineri, ſed populari vi atque tumultu protinus expulerunt. Declarat id quidem idem Proſper his verſibus (c):

(c) *Proſp. de Ingrat.*

*Prætereo, quanto fuerit bene mota tumultu.*
*Clara Epheſos, non paſſa diu conſiſtere tectis*
*Vaſa iræ, & morbi flatus, & ſemina mortis.*

Sed reliqua proſequamur.

CI. Privatæ res geſtæ in Synodo.

In hac item Synodo canones ſex editos eſſe, & datam Synodalem epiſtolam ad univerſos Chriſti fideles, alii referunt nos diximus Actione ſeptima. Poſt hæc diverſæ aliæ cauſæ in Synodo productæ ſunt. Nam ſuggeſtione (d) Valeriani & Amphilochii in Pamphylia & Lycaonia Epiſcoporum damnati pariter ſunt in eadem Epheſina Synodo Maſſaliani, Euchaitæ, & Enthuſiaſtæ. Oblata eſt petitio ab Euſtachio metropolitano Pamphyliæ, qui jam ſenio confectus, Epiſcopatus curæ nuncium remittens, ut nomen & honorem retineret Epiſcopatus, a Synodo petiit: quod obtinuit deque his ſcripſit (e) Epheſina Synodus ad Synodum Provincialem in Pamphylia congregatam. Oblatus (f) inſuper fuit libellus ab Euprepio & Cyrillo Epiſcopis, ut ſecundum antiquum morem illus provinciæ unus Epiſcopus duobus jure metropolitano præeſſet Epiſcopis, quod ſancta Synodus ex priſca ejus regionis conſuetudine ratum habuit. Ex quibus omnibus ſatis intelligi poteſt, nihil eſſe, ut Actionum numerus, quibus in unum ſimul convenire patres contigit, certus deſi-

(d) *Ex Act. Conc. Eph. edit. Pelt. to. 2. cap. 3.*

(e) *Act. Conc. Eph. edit. Pelt. to. 2. cap. 1.*

(f) *Apud Act. Epheſ. to. 2. c. 3.*



*no erectos placidiſſimis veſtris nutibus ſervaſtis; ut una cum aliis, qui per univerſam veſtram Ægyptum ſparſi ſunt ſanctis Epiſcopis & Monachis continue pro Imperio veſtro & victoria ac ſtabilitate gratiarum actiones ſanctiſſimo Chriſto offeramus.* Præterea monet Garnerius, perperam Baronium num. CLXXIII. confundere Andream Mona hum cum Andrea Epiſcopo Samoſateno, qua de re egimus anno ſuperiori.

*Nec S. Ambroſius nec S. Martinianus capitulis Cyrilli contrarii ſunt.*

XXXVI. Denique Baronius num. CLXX. legens hæc verba, quæ extant in Epiſtola quorundam Epiſcoporum Orientalium Conſtantinopolim Chalcedone miſſa ad Rufum Theſſalonicenſem Epiſcopum, qui Concilio Epheſino non interfuit, recitata pag. 736. editionis Concil. *Martinus ſanctiſſimus Deo que dilectiſſimus Mediolanenſium Epiſcopus ad nos ſcripſit, Librumque beati Ambroſii de Dominica Incarnatione ad pietiſſimum Imperatorem miſit, qui hæreticis, illis capitibus,* (Cyrilli ſcilicet) *contraria docet*, Baronius inquam, dicit, Neſtorianos finxiſſe *Martinum* quemdam Mediolanenſem Epiſcopum eſſe Neſto-

definiri queat. Etenim absolutis quæ ad hæresim & hæreticos & simul cum eis schismaticos condemnandos spectare videbantur, contigit eos, emergentibus novis rebus dum Ephesi detinerentur, novis semper conventibus illis consulere, deque rebus agendis una decernere ipsis præsertim temporibus cum ab Imperatore Ephesum iterum missus est comes legatus ad explorandas res Synodales, & conciliandas ambas contrarias inter se diffidentium partes.

CII. Juvenalis Primatum quærit abripere.

Inter alia autem in hoc eodem Ephesino Concilio pertractata, fuit causa suggesta a Juvenale Episcopo Hierosolymitano, qui primatum totius Syriæ Palæstinæ sibi & successoribus suis arrogare tentavit cum gravi Cæsarienſis Ecclesiæ præjudicio, cui tum ex traditione, tum ex Concilii Nicæni decreto debebatur, quem hactenus possediſſet, totius Palæstinæ primatus. Quod enim ob frequentem ex toto Christiano orbe Hierosolymam peregrinationem, majori haberetur honore & officiis dignioribus coleretur Hierosolymorum Episcopus, quam Cæsarienſis; hinc sibi arrogandi super Cæsarienſem Antistitem auctoritatem, suppeditata est occasio Juvenali. Cui id ex decreto Synodi stabilire conanti, Episcopis ferme omnibus in suam ipsius sententiam perductis; qui Apostolicæ sedis locum tenebat, restitit Cyrillus Alexandrinus Episcopus, conservans cuique illibata jura sua ex canonum Nicænorum præscripto. Hujus quidem rei gestæ licet inter Ephesini Concilii Acta nulla prorsus mentio habeatur: redditur id tamen ex S. Leonis Papæ litteris manifestum, qui in epistola ad Maximum Antiochenum Episcopum data hæc narrat his verbis (*a*):

(*a*) *Leo ep.* 62.

CIII. Cyrillus auctoritate Apost. sedis restitit Juvenali.

*Subrependi enim occasiones non prætermittit ambitio. Et quoties ob incurrentes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotum, difficile est ut cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam moliatur appetere. Sicut etiam in Ephesina Synodo, quæ impium Nestorium cum illo dogmate suo perculit, Juvenalis Episcopus ad obtinendum Palæstinæ provinciæ principatum credidit se posse suffi-*

Irritat Papa gesta in Synodo.

*cere, & insolentes ausus per commenticia scripta firmare: quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus Episcopus merito perhorresens, scriptis suis, mihi, quid prædicta cupiditas ausa sit, indicavit, & solicita prece multum popoſcit, ut nullus illicitis conatibus præbeatur assensus. Nam cujus epistolæ ad nos exemplaria direxisti sanctæ memoriæ Cyrilli, eam in nostro scrinio requisitam nos authenticam noveris reperisse.* Hæc sanctus Leo: quibus plane demonstrat, adeo Juvenalem ad sua vota universam pene Synodum perduxisse, ut una cum legatis Apostolicis, renitente Cyrillo, ad ea irritanda requireretur Apostolicæ sedis auctoritas, cujus unius sit, quæ a multitudine Episcoporum injuste decernerentur, penitus abolere, utpote qui Ecclesiæ universali præsideat Judex & vindex sacrorum canonum adversus omnes qui eos labefactare tentarent. Unde in hanc sententiam hæc mox subdit idem Pontifex S. Leo: *Hoc tamen proprium definitionis meæ est, ut quantumlibet numerus sacerdotum amplior aliquid per quorumdam subreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo Patrum constitutionibus inveniatur adversum, id justitiæ consideratione cassetur: quoniam universæ pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reverentia intemerata servetur.* Hæc S. Leo, ea nimirum occasione, quod idem Juvenalis Episcopus quæ tentavit in hoc Ephesino Concilio perficere, conatus est postea in Chalcedonensi, cum ei adversatus est idem tunc Pontifex S. Leo: sed de his suo loco pluribus. Hæc satis ad res gestas in Concilio Ephesino. Quod item ad Ecclesiarum jura pertinet, tractata est etiam in S. Synodo causa Cypriorum Antistitum expostulantium adversus Joannem Antiochenum Episcopum præter jus fasque super Cypri insulæ Ecclesias vendicantem sibi auctoritatem: sed de ea causa agetur suo loco.

His autem omnibus, ac potissimum quæ ad Nestorii causam spectare videbantur, penitus absolutis, S. Synodus ad Theodosium Imperatorem litteras dedit, quibus petiit ut Episcopis jam mala valetu-

CIV.

dine

PAGIUS storianum, & revera nullum ejus nominis extitisse his temporibus Mediolanensem Episcopum. Verum in veteri Catalogo Episcoporum Mediolanensium a Mabillonio primum Tom. I. Musæi Italici part. 2. pag. 109. & postea a Papebrocio initio Tomi VII. SS. mensis Maii publicato, *Martinianus* numeratur inter Episcopos Mediolanenses, eumque etiamnum Ecclesia Mediolanensis IV. nonas Januarii colit, & Ennodius epigrammate 81. laud bus exornavit. Præterea verum est, Ambrosium librum scripsisse *de Incarnationis Dominicæ mysterio*; sed falsum, Sanctum Doctorem in eo aliquid in medium adducere, quod capitulis Cyrilli adversetur. Quare existimo, Martinianum (per errorem *Martinum* appellatum) scripsisse quidem ad veram Synodum Ephesinam, eo tempore quo Schismatici ab ea discesserant, sed ejus literas, quo casu incertum, redditas esse Episcopis Schismaticis, eosque inde occasionem sumsisse in vulgus spargendi eas ad se directas fuisse, missumque ad Imperatorem librum, quo capitula Cyrilli hæretica esse probaretur. Sic enim ipsummet *Cyrillum* capitula sua anathematizasse, per Orientem divulgarunt, similiaque subinde confinxere. Incidetat Baronius in mendosum codicem laudatæ Epistolæ, cum dicat, eam ad Rufum Presbyterum scriptam fuisse.



dine & inopia laborantibus daretur ad propria remeandi licentia: sic enim se habent (*a*):

(*a*) *Et Codice Autun. Augustini.*

*Pissimis & Deo amantissimis Theodosio & Valentiniano Victoribus, Triumphatoribus semper Augg. sancta Synodus quæ gratia Christi & nutu vestræ potentiæ in Ephesina metropoli congregata est.*

S. Synodus ad Theodosium.

*Circa pietatem solicitudinem vestram & studium, Christo amabiles Imperatores, omnium Deus probans, etiam sanctorum Episcoporum Occidentalium zelo animos excitavit ad vindictam injuriam passi Domini nostri Jesu Christi. Nam licet plurimum itineris spatium pervenire usque ad nos illam multitudinem sanctorum prohibuisset Episcoporum: sed tamen illic congregati, præsente etiam magnæ Romæ sanctissimo & Deo amantissimo Episcopo Cælestino, etiam hunc nostrum sensum fidei cum multa consonantia prædicaverunt: & qui extra hunc sensum sunt, alienos esse penitus, & sacerdotio, & clero, & gradu definiverunt. Hæc itaque etiam prius* * *& magnæ Romæ sanctissimus Episcopus Cælestinus, antequam colligeretur sanctissima Synodus, per suas litteras nunciavit, committens sanctissimo, & Deo amantissimo Episcopo Cyrillo Alexandrorum magnæ Civitatis, suum obtinere locum: & nunc rursus per alias litteras hæc ipsa sanctæ Synodo manifesta constituit, quam congregari potentia vestra præcepit in Ephesinam metropolim: quas etiam destinavit, & per sanctissimos Episcopos Arcadium, & Projectum, & Deo amantissimum presbyterum Philippum magnæ Romæ, complentem præsentiam sanctissimi, & Deo amantissimi Episcopi Cælestini. Quia ergo viri venientes voluntatem totius Occidentalis sancti Concilii manifestam huic Synodo fecerunt per litteras, concordemque nobis sensum pietatis, & fidei monstraverunt; & nobiscum unanimes, tam per epistolas, quam per ea quæ mandata sunt, atque etiam ex scripto deposuerunt, facti sunt; cum necessario & de eorum apud nos concordia actum fuisset, quæ digna sunt ad potentiam vestram retulimus; ut sciat vestra pietas, quia uno communique decreto totius orbis terrarum a nobis prolata nuper sententia est, quam edoceri & manifestam fieri zelus vester circiter fidem pietatemque procuravit.*

* primus.

CV. Missionem petit S. Synodus.

*Quia ergo negotium finem accepit, optabilem vestræ potentiæ & universis Ecclesiis cautelam præbentem, & fidei firmitatem; supplicamus vestræ pietati, jam nos a solicitudine requiescere & habitatione peregrina, alios quidem paupertate constrictos, alios autem languore depressos, alios vero seneclute graviter incurvatos, & in peregrinatione habitaculum ferre amplius non valentes, ita ut etiam quidam ex nobis Episcopi, & clerici morerentur: ut tandem requiescentes a tali solicitudine, curam Ecclesiæ magnæ Civitatis habeamus. Prohiberi quoque deprecamur, & ad Judices locorum litteras cum terrore transmitti, ne aliqua rursus altera difficultas imponatur Ecclesiis, aut tribulatio revertendi ad suas provincias sanctis Episcopis. Pietate namque monstrata, & omnium orbe terrarum consonum decretum super ea proferente, præter paucos qui amicitias Nestorii pietati præponunt: justum petimus beneficium, supplicantes vestræ potentiæ, tandem nos a cura quiescere, & cogitare pro ordinatione futuri, & de cætero in fidei firmitate, & pietate lætari, & pure atque salubriter pro vestra potentia Domino omnium Christo orationes offerre. Cyrillus Episcopus Alexandriæ retuli. Juvenalis Episcopus Hierosolymorum retuli. Firmus Episcopus Cæsareæ retuli: & omnes quoque Synodus retulit.* Hæc quidem Patres. Verum interceptæ fuerunt hujusmodi quoque litteræ, sicut & aliæ a Sancta Synodo Constantinopolim missæ, idque factum dolo Candidiani Comitis omnia ad nutum Nestorianorum agentis.

CVI. Candidiani Comitis fraude deceptus Theodosius.

Cum igitur idem Candidianus Comes, cui ab Imperatore Theodosio pax, & tranquillitas Synodi fuerat commendata, favens Nestorio, inhærensque Joannis Antiocheni Episcopi partibus, curasset ab hæreticorum & schismaticorum conventiculo datas quas diximus litteras ad eumdem Imperatorem perferri; studuissetque mira solicitudine, ut a sancta Synodo ad eumdem, & alios Constantinopolim scriptæ litteræ interciperentur; ob idque custodias non Ephesi tantum posuisset ad explorandos omnes inde egredientes, atque in itinere positos, sed id ipsum fieri Constantinopoli per fautores Nestorii procurasset: Imperator acceptis a Joanne & ei inhærentibus Episcopis litteris cum miraretur nihil prorsus a Catholica Synodo ad se scribi; nihil doli suspicatus, interpretatus est, silentium in re tanta indicem esse culpæ; moxque ad Synodum Ephesinam litteras dedit, quibus præcepit, acta contra ordinem suumque mandatum, sive adversus Nestorium, sive alios, esse penitus irritanda: de cætero integrandum esse judicium, ut cuncta recte riteque examinarentur ac promulgarentur: ob idque jussit Episcopis omnibus, ne quis eorum ullo pacto Epheso recedere auderet; immo & in mandatis dedit provinciarum omnium Præsidibus, ne quempiam Episcopum in Ecclesiam suam redire permitterent: est autem ejus epistolæ exordium (*b*): *Magnificentissimi Candidiani devotorum Domesticorum Comitis relatu, &c.* Data autem

(*b*) *Apud Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. to.* 3. *cap.* 18.

tertio Kalen. Augusti, ita restituendum est quod alicubi legitur decimotertio Kal. Julii. Missus vero est cum his litteris Ephesum Palladius Magistrianus.

CVII. Palladius missus Ephesum.

Hic autem cum Ephesum pervenisset, reddidissetque litteras utriusque partis Episcopis, & ipse ad studia Candidiani abreptus, Joannis atque Nestorii partibus favit: unde tantam præsetulit redeundi ad Imperatorem celeritatem, ut expectare noluerit litteras œcumenicæ Synodi ad Theodosium scriptas subscribi ab omnibus totius Synodi Episcopis tunc astantibus. Porro litteræ ipsæ ad Imperatorem tunc scriptæ ejus argumenti fuerunt, ut narratione rerum gestarum palam facerent dolos, versutias, atque arrogantiam Joannis, & collegarum ejus, necnon Candidiani atque Irænei Comitum vim atque tyrannidem; ostendentes pariter, universam Synodum, triginta exceptis, omnemque simul Ecclesiam Orientis, & Occidentis in unam eademque conspirare sententiam. Petierunt demum ab Imperatore, ut quinque e Synodo accerseret Episcopos Constantinopolim, a quibus plene de cunctis rebus gestis in Synodo doceretur: est autem Synodalis hujus epistolæ exordium (*a*): *Vestra majestas pietatem confirmatam percupiens*, *&c.* subjecerunt vero litteris suis nomina omnium schismaticorum seorsum convenientium, qui erant omnes triginta numero.

(*a*) *Apud Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. to.* 4. *cap.* 10. *& apud Cyril. ep. Synod.* 4.

CVIII. Litteræ Synodales quomodo allatæ Constantinop.

Cum vero ejusmodi a sancta Synodo scriptæ litteræ minime dari potuerint Palladio Magistriano, nec per quem alium tuto Constantinopolim mitterentur, obsessis a custodiis itineribus, facultas ulla suppeteret; illud opportunum necessitas in re adeo deplorata consilium suppeditavit: nimirum, cum ipsis plane innotuisset missas a se litteras Constantinopolim ad Imperatorem, & alios interceptas semper fuisse, idemque fore de cæteris quas postea missuri essent: fidum nacti hominem, eumdem in mendicum ipso corporis habitu transformarunt, cui loco baculi, quo peregrinantes uti solerent, præbuerunt arundinem, quæ intus litteras omnes ab eis scriptas Constantinopolim ad diversos includeret, exemplaria nimirum omnium litterarum, quas ab interceptoribus ablatas acceperant: sicque tandem hac via bene consultum est, ut ipsorum litteræ sero licet, pervenerint tamen ad Imperatorem, & alios qui eorum silentium adeo ægro animo pertulissent. Quid autem factum sit, cum redditæ sunt Constantinopoli Synodales epistolæ, suo loco paulo post dicturi sumus. Sed videamus interea conatus Nestorianorum, scelera sceleribus insuentium.

CIX. Scripserunt & schismaticis, more suo texentes calumnias, ac mendacia consuentes, litteras ad Imperatorem, quæ sic incipiunt (*b*): *Hoc, pii Reges, Orthodoxæ fidei firmamentum, hoc columen, hæc basis est &c.* Sed mira illa versutia juncta cum arrogantia schismaticorum fuit, dum suam paucitatem excusant, quod ipsi noluissent plures secum Episcopos convenire; potuisse dicentes, si voluissent, & numero longe præstare adversariis, sed abstinuisse, ne ex multitudine tumultus, & confusio oriretur. Addiderunt præterea, numerositatem illam adversariorum conflatam esse ex hæreticis, & excommunicatis: inculcantes, & invidiosum illud, quo in illos provocaretur indignatio Principis, nempe se simul perrexisse ad Ecclesiam S. Joannis Evangelistæ, acturos Deo gratias, & rogaturos ipsum pro salute Imperatoris, sed ab adversariis occlusas fuisse valvas ejusdem Ecclesiæ, adeo ut sibi opus fuerit foris orare: indeque revertentes, in via impetitos fuisse ab Ephesino populo lapidibus atque fustibus, & in fugam actos: eaque omnia præordinata fuisse a Memnone Episcopo Ephesino calumniati sunt: quem rogant ab Imperatore Epheso esse pellendum: hæc & alia illi, quibus animum Imperatoris in adversarios concitarent.

(*b*) *Apud Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. to.* 3. *c.* 18. Calumniæ aliæ contra Orthodoxos.

CX. Addiderunt his alias litteras iidem Nestoriani ad Præfectum Urbis, necnon ad Præpositum Scholasticorum: extant ipsæ, estque illarum exordium (*c*): *Ad summum (ut dici solet) malum devenimus*, *&c.* harum vero (*d*): *Inter alia delicta nullum gravius*, *&c.* Quibus omnibus ingeminantur quærelæ adversus œcumenicam Synodum. Alia præterea extat eorumdem epistola eodem argumento scripta ad ipsum Imperatorem Theodosium, cui tamen alicubi præfigitur titulus: Ad Callimorem Regem Persarum: incipit (*e*): *Pietas vestra, quæ benefaciendo Orbi, & Eccceſiis Dei clarescit, jussit nos Ephesi congregari*, *&c.* Sed cur ad Callimorem Regem Persarum? Nullus quidem hoc tempore ejus nominis Rex regnavit in Perside, sed post Isdegerdem Cadabes, & post hunc Blases, ut ex Procopio (*f*), & aliis (*g*) patet, seu (ut vult Socrates *h*) post Isdegerdem Bararanes.

(*c*) *Apud Conc. Eph. edit. Pelt. to.* 3. *c.* 9. (*d*) *Ib. c.* 10.
(*e*) *Apud Act. Conc. Ephes. t.* 3. *c.* 11. *edit. Pelt.*
(*f*) *Procop. de bello Persic. li.* 1.
(*g*) *Evagr. lib.* 1. *c.* 19.
(*h*) *Socrat. lib.* 7. *c.* 8. *&* 18.

CXI. Verum scito emendatoria exemplaria his de Callimore carere, & loco Callimoris habere Callinicum, nec de Rege Persarum ullam fieri mentionem: sed hæc tantummodo quæ sequuntur, loco tituli præponuntur epistolæ: *Relatio Episcoporum Orientalium ad Imperatorem victorem:* quæ verba ita Græce in codice scripta leguntur, videlicet: ἀναφορά τῶν ἀνατολικῶν ἐπισκώπων βασιλεῖ καλλινίκῳ · ita ut omnino illud, Callimorem, sit explodendum. Quod si aliquid codices post Callinicum habent etiam Regem Persarum, ad eum plane sensum accomodanda sunt verba, ut dicat: *Ad Theodosium Victorem Regis, sive Regum Persarum*. Certum est enim Theodosium adversus Persas bellum gessisse, curasseque ut Christiana fides apud Persas propagaretur: hæc enim ex iis quæ suo loco superius diximus; manifesta redduntur. Quinetiam & iidem schismatici in libello (*a*) eidem Theodosio paulo post misso de his mentionem faciunt, cum rogant, ne patiatur, fidem Christianam per ipsum in Perside immissam languescere, ubi & hæc addunt: *Non enim duplices in Persidem, o Rex, mittas Christianismi doctrinas &c.*



(*a*) *Apud Cyril. in Apolog.*

CXII. Porro cum hanc emendationem, tum alias plures, quibus vides citatos textus Actorum Concilii Ephesini discrepare ab editione Peltana, sive alia, scias haud inconsulto esse factas, sed magno studio ad hoc adhibito a Petro Morino Parisiensi viro doctissimo, qui ipsa integra Ephesina Acta contulit cum exemplaribus Vaticanis, ut ipsa Ephesina Synodus quam purissima edi possit, sicut & aliæ œcumenicæ, quas Vaticana prœla modo cudere incipiunt. Sed prosequamur reliqua quæ ad rerum gestarum historiam pertinent.

CXIII. Cum autem S. Cyrillus videret sanctos Episcopos ærumnis pressos adhuc Ephesi detineri; ut mœrentes erigeret, egregiam habuit concionem, cujus est exordium hujusmodi (*b*): *Beatus Propheta David, qui spem suam ad Deum fixam habent, ad constantiam inflammans, ait* (*c*); *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino, &c.* Ita quidem ipse ducis exercitus munere fungens, ne animos despondeant Christi milites, divinæ Scripturæ verbis hortatur. Cum hæc Ephesi gererentur, accidit ut Constantinopolim deferrentur litteræ arundini inclusæ per mendicum missæ: quas cum Orthodoxi, ad quos scriptæ erant, accepissent, lectis illis, cognitisque tyrannicis, quas Catholici Patres Ephesi paterentur, insidiis, & proditione ac violentia pyratica, quibus a schismaticis Nestorianis fides Catholica vexaretur; tantumque patrari nefas, quantum nec sub Ethnicis Imperatoribus ullam Synodum esse passam, memoria esset: zelo æstuantes, eo fiduciæ provenere, ut absque metu in aulam irrumperent, omniaque Imperatori palam facerent, universamque Civitatem ad fidei Catholicæ defensionem commoverent.

(*b*) *Apud Act. Ephes. edit. Pelt. to.* 6. *c.* 12.
(*c*) *Ps.* 26.

Archimandritæ pro Synodo certamen subeunt.

Qui autem hujusmodi provinciam suscepere, haud tyrones, vilesque lixæ, segnesve qui fugam captaturi essent, milites fuere, sed centuriarum primipilares, prœlia adversus dæmones ciere assueti, mundi contemptores, & qui non vererentur potentium vultus; quibus loco gloriæ cederent contumeliæ, & pro maximo lucro ducerent profundere pro veritate tuenda vitam; quos etiam hostes præ excellentia meritorum veneraturi essent, incutientes illis ipso aspectu terrorem. Tales plane erant ductores illi in spirituali militia ordinum militarium, patres monachorum, quos Archimandritas vocare consueverunt: quos ipsos suarum epistolarum classico sancta Synodus per sanctum Cyrillum (ut vidimus) ad prœlium excitarat. Erant horum præcipui Comarius, Potamon, atque Dalmatius. In quo quidem conserendo certamine virtus in primis enituit S. Dalmatii spectatissimi sanctitate viri, quem eximiæ probitatis ergo convenire Theodosius ipse aliquando consueverat, ab eo salutis monita accepturus: hic enim, in meditullio licet celeberrimæ urbis, montium solitudinem sibi paraverat, cum e loco numquam pedem extulerit. Quæ autem ipse una cum collegis ac subjectis sibi monachis egerit, non nostris verbis, sed Actorum publicorum intelliges, quæ sic se habent (*d*):

(*d*) *Apud Act. Ephes. edit. Pelt. to.* 2. *c.* 19. 20.

CXIV. Archimandritæ cum Monachis procedunt ad Regiam.

*Confestim omnes Archimandritæ monachorum catervis stipati exurgunt, hymnosque & Psalmos decantantes ad Regiam contendunt. Erat autem inter alios Archimandritas S. Dalmatius, qui annis plus minus quadragintaocto pietatis studio reclusus, extra monasterii sui septa numquam pedem extulerat; nec ab ullo umquam, ut aliquando egrederetur, adduci potuerat, cum tamen ob frequentes terræmotus Constantinopolim concutientes, crebris piissimi Regis nostri precibus, qui ad illum accedebat, ad egressum communemque aliorum supplicationem jam antea provocatus fuisset. Cæterum dum de hac controversia, quid facto opus esset, Deum precando consuleret; vox cælitus ad eum delapsa, ut egrederetur, imperavit: noluit enim Deus gregem suum perdere in finem. Comitabatur eosdem etiam non parva Orthodoxorum turba. Cum vero intra Palatium essent, Archimandritæ ab Imperatore acciti, recta mox ad illum ingrediuntur. Plebs vero, & monachorum turba antiphonarum, & Psalmorum modulationi intenta foris remansit.*

CXV. Archimandritæ agunt pro Ephesino Conc. œcumenico.

*Archimandritæ vero, æquo exoptatoque responso ab Imperatore accepto, ad suos continuo regrediuntur. Ex Regis voluntate, ut ad S. Mocii basilicam contendant omnes, mandatur, ibidem cum Imperatoris mentem, tum allatæ quoque epistolæ sententiam percepturi. Omnes itaque tam monachi, quam Plebeii, Psalmum postremum versus postremam Civitatis partem concinentes (erat enim via, qua incedebant ex principalibus una) ad S. Mocii martyrium abscedunt. Et hic rursum non parva monachorum multitudo* cum

*cum hymnis, & cereis occurrit; hominumque multitudinem conspicati, magna omnes adversus Christi inimicum* (nempe Nestorium) *voce exclamarunt. Tandem ubi omnes in B. Mocii basilicam ingressi essent, publice recitata est epistola. Populus Constantinopolitanus una simul voce exclamat: Anathema Nestorio. Sanctus itaque Dalmatius ubi in suggestum ascendisset, dixit: Si vultis audire, quieti adeste, & discite; neque his quæ dicentur, obstrepere velitis: Adeste autem præsenti animo quo verba exacte percipere valeatis.* Recitata vero fuit ab eo epistola Synodalis, quam illam fuisse diximus datam ad Comarium, Potamonem, & Dalmatium Archimandritas, ad cujus finem apud (*a*) Cyrillum hæc quæ referimus scripta habentur. Ea autem lecta, Dalmatius ista subdidit (*b*):

(*a*) *Cyril. ep. 20.*
(*b*) *Apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 2. c. 20.*

CXVI. Publica relatio Dalmatii Archimandritæ.

*Quam nunc pietas vestra epistolam audivit, eam piissimus Imperator quoque legit, & fidem ei habuit: Nam ego, cum mihi allata est, dixeram Imperatori eum ad sanctam Synodum scripturum: quæ autem suggesseram, illa præscripta sunt, quamvis non plene: misit enim ad me, & lecta sunt: Verum ne qua illum tristitia afficerem, quæ sequebantur præmisi, quæ relatores non exhibuere, sed illarum loco alias quasdam litteras subjecerunt. Erant autem quæ cum ipso sum locutus convenientia, & ad rem opportuna; quæ nunc coram vestra pietate repetere opus non est, ne ut elatus, & gloriabundus apud quempiam vestrum in reprehensionem incurram. Conteret enim Deus hypocritarum ossa. Imperator omnia quæ facta narrabantur, ordine audivit, audiendoque gavisus est, & Deo gratias egit: neque audivit solum, sed narrationis quoque serici sanctæ Synodi (sicut illius majestatem decebat) assensus est, non meis quidem verbis ad hoc inductus, sed patrum & avorum suorum fidem secutus. Scripta itaque (ut par erat) suscepit & legit; persuasusque ait: Si res ita habet, cur Episcopi qui adfuerunt, huc non veniunt? Cui ego: Nemo eorum venire finitur. Et ille: Nemo prohibet. Rursum ego: Detinentur (inquam) & prohibentur ne veniant.* Intelligis ex his, puto, lector, nequaquam ex sententia Imperatoris scriptum esse ad Synodum, ne quis eorum discederet Epheso, etiamsi ad Imperatorem proficisci velle diceret. Pergit vero susceptam semel orationem Dalmatius:

CXVII. *Qui e Nestorii factione sunt, eorum plurimi eunt, & redeunt libere: quæ vero a sacra Synodo acta sunt, ea nemo ad vestram pietatem referri permittit. Cæterum pro altera, hoc est, pro parte Cyrilliana, coram omnibus dixi: Sex millia ne Episcoporum audire malit, an unum tantum hominem, eumque impium? sex millia autem eos ajebam qui sub Metropolitanorum sanctissimorum Episcoporum potestate degunt (hæc omnia autem eo spectabant, ut accerserentur & venirent, qui ea quæ facta sunt patefacerent; loquor autem de sanctissimis Episcopis, quos sacra Synodus huc destinatura est. Et respondit: Recte quæsivisti. Rursumque adjecit, & dixit: Precemini pro me. Quid multis? Certe novi Imperatorem Deo & sacræ Synodo obsecuturum potius, quam perversis hominibus. Orate igitur pro Imperatore, & pro nobis. Populus Constantinopolitanus una simul voce exclamat: Anathema Nestorio.* Hactenus Acta, ex quibus plane detegitur mens animusque Theodosii qui videbatur ex multis erga Nestorium paulo propensior nonnisi ad rectam puram, sanctamque religionem fuisse addictus, licet a magistratibus ipsis, hominibus Nestorianis ad tempus mendaciorum offusum nebula certum sit, cum de veritate plene decernere minime licuit. Dalmatius vero his peractis, mox dedit litteras ad Concilium de rebus Constantinopoli cum Imperatore populoque tractatis: est earum exordium (*c*) *Jam inde ab ineunte ætate in Orthodoxa fide educati.*

Theodosii animus pius ad tempus deceptus a Nestorianis.

(*c*) *Apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 2. c. 24.*

CXVIII. Isidorus Pelusiota admonet Theodosium Imperatorem.

Contigit autem paulo post, ut & litteris Isidori Pelusiotæ celeberrimi doctrina, & sanctitate monachi, discipulique olim Sancti Joannis Chrysostomi, Imperator admoneretur: cum enim accepisset quæ tyrannice agerentur Ephesi a Comitibus Imperatoris, ad ipsum Imperatorem litteras scripsit, quibus inter alia declaravit quanto periculo res sacræ sæcularibus magistratibus crederentur: est quidem epistola brevis, sed sublimis sensibus; reddamus hic ipsam; sic enim se habet (*d*):

(*d*) *Isidor. Pelus. l. 1. ep. 311.*

*Si tu tantum temporis tibi sumas, ut iis quæ Epheso decernenda sunt, interesse non dubita, quin ea ita se habitura sint, ut a nemine reprehendi queant. Sin autem turbulentis odiis calculos permiseris, quisnam a cavillis, & dicteriis Concilium vindicabit? Huic autem malo remedium attuleris, si ministros tuos a dogmatum præscriptione removeas (ut qui magno hiatu ab eo distincti ac dirempti sint, ut simul & Imperatori, & Deo servire studeant) ne alioqui Imperio quoque motum ac jactationem afferant, perfidiæ suæ machinas ad Ecclesiæ petram effringentes: nam ea firmo loco defixa est, eamque causam habet, ut ne ipsi quidem inferri portæ dominentur; quemadmodum is qui eam constabilivit, pollicitus est.* Hactenus Isidorus ad Theodosium, profectionem suadens Ephesum.

Theodosius igitur his persuasus, audita Nestorii damnatione legitime facta, ab-

CXIX.



absque ulla mora, decretis Synodi œcumenicæ acquievit. Ad sedandas autem alias controversias, quas ex litteris Candidiani, & schismaticorum acceptis obortas sciebat inter partes Joannis atque Cyrilli; secundum petitionem Orthodoxorum, facultatem tribuit œcumenicæ synodi Episcopis, ut quos vellent Constantinopolim mitterent, qui sibi referrent quæ facta essent, quæve agenda pro Ecclesiæ pace forent.

CXX. Cum igitur Imperatoris voluntas œcumenicæ Synodo innotuisset, mox decreta est legatio Episcoporum ad ipsum Theodosium Augustum. Tunc enim & schismatici legaverunt Irenæum Comitem, cui, & litteras perferendas ad Imperatorem dederet, quarum est exordium (*a*): *Speravimus Ægyptiacam tempestatem, quæ sanctas Dei Ecclesias graviter hactenus exagitavit, per pietatis vestræ litteras tandem aliquando sedatum iri: sed spe nostra frustrati sumus, &c.* multa præterea invidiosa, & calumniis plena coacervarunt ad concitandum Imperatoris animum in Orthodoxos. Porro has litteras non ad Irenæum missas, sed per Irenæum allatas, ipsius epistola ad Synodum schismaticorum reddita docet (*b*), & ipsæ litteræ id declarant. Quæ autem sint per Irenæum a Nestorianis missum, litteræ ab eo postea datæ ad illos significant, simulque insinuat res gestas ab Episcopis a Synodo œcumenica missis: continent enim epistolarem historiam, sed eam tamen quæ affectu privato conscripta, velut nexibus præpedita, minimeque libera, haud careat calumniis atque mendaciis: reddamus eas tamen, ex quibus complura elici possunt ad rerum gestarum cognitionem pernecessaria; sic enim se habent (*c*):

(*a*) *Apud Acta Eph. to. 3. c. 17.*

Irenæi Comitis legatio a schismaticis.

(*b*) *Ib. c. 14.*

(*c*) *Apud Acta Eph. edit. Pelt. to. 3. c. 14.*

CXXI. Epist. Irenæi Comitis de rebus Constantinop. gestis.

*Vix vel nunc tandem ad sanctitatem vestram scribere, qualemque desiderabam tabellarium invenire, & quis susceptæ provinciæ successus per gratiam Dei extiterit vestræ pietati patefacere, integrum fuit. Venimus in regiam Civitatem triduo post Ægyptiorum adventum. At vero quot in ipso mox aditu pericula sim perpessus, id nulla ratione explicari potest, nedum brevi epistola. Nam optimi viri illi ante me Civitatem ingressi, omnibusque commode, & ex voluntate usi (tantum enim dixisse sat sit) omnium fere aures præoccuparant, alios quidem mendaciis (ut fieri solet) inescantes, alios confictis in nos calumniis instigantes, omnes denique publice, privatimque ea ratione in suam sententiam allicientes, ut etiam præcipui quique Principum, reliquique non pauci, qui vel auctoritate ampliori in Republica pollebant, vel diversa in rebus bellicis munia obibant, persuasi essent, examinatione quam oportuit adhibita, judicationeque examinationi consentanea mox consecuta, & omnibus Episcopis in unam eamdemque sententiam congruentibus, Nestorium, qui deserta causa aberat, justam, factisque suis dignam exauctorationem perpessum esse. Sane Scholasticum magnificentissimum, Christoque dilectissimum cubicularium inter alios ita dementarant, ut ne nomen quidem Deiparæ Epheso audire sustinuisse* (Nestorium scilicet) *persuasissimum haberet.*

CXXII. *Verumtamen ob inexpugnabilem veritatis virtutem, vestrasque orationes, & immensas Dei miserationes, id sum consecutus, ut non solum pericula, quæ prima statim fronte (ut dixi) se offerebant, evaderem, verum etiam ut magnificentissimos Principes percommode convenirem, universamque rerum seriem, quantum licebat, & res postulabat, explicarem. Qui simulatque nostram relationem accepissent, vestigio omnia quæ vel Ægyptii, vel Ægyptiorum fautores per tyrannidem tam in præsentem causam, quam in nos ipsos quoque commiserant, ad Imperatorum aures referri voluerunt. Et ut multa paucis complectar, cum plurima utrinque & ab iis qui cum Cyrillo faciebant, & ab illis rursum qui nobiscum sentiebant, essent agitata: placuit, ut utraque pars, tam ego videlicet, quam Ægyptii, suæque causæ tuendæ gratia, illustribus Principibus præsentibus, piissimum Imperatorem adiremus. Restitit ne id fieret, identidem repetens ac protestans, me ea de causa non adesse nec ulla mandata hujusmodi a pientissimis Episcopis accepisse, sed tantum litterarum latorem advenisse. Verum enim vero etsi acriter reclamarem: attamen quod semel decretum fuerat, absque ulla cunctatione obtinuit. Quare divina providentia etiam tum nobis opem ferente, Augustique animum ad veritatem impellente; & re ipsa, quod cor Regis vere in manibus Dei sit, declarante; adversarii causa ceciderunt, damnationisque sententiam in se exceperunt* (oportet enim paucis rei eventum expedire) *propterea, quod neque Nestorii depositionem defendere, neque quæ hic per mendacium, & falsitatem effutierant, ulla ratione posset constituere.*

CXXIII. *Quin & illud quoque omnibus perspicuum per me evasit: nempe etiamsi recto congruoque ordine servato Concilium convocatum fuisset, Ægyptio tamen Nestorium condemnare nullatenus licuisse; ut qui ipse quoque condemnatorum catalogo adscriptus esset. Sed neque ullam quoque causam absque magnificentissimi Comitis Candidiani sententia tractare, vel adoriri jure potuisse. Etenim omnes illius denuntiationes, & comminationes, Sacra præterea per eundem ad Synodum scripta, & alia similia non pauca, Rege ad majorem*

*forem rei evidentiam ita jubente, recitata sunt: neque quicquam omnino, quod iniqua illegitimaque illorum studia aliquo modo ob oculos ponere posset, vestris intercedentibus precibus, omissum est.*

CXXIV. *Denique ut veritatis hostes justam ab omnibus sententiam retulerunt: ita vestræ pietatis judicium ab omnibus, ut justum, probatum, & confirmatum est. Nec dubium habemus, quin pius Imperator Ægyptiorum depositionem ad sanctas Dei Ecclesias quamprimum sit perscripturus: omniaque tyrannice, & illegitime Cyrillum perpetrasse, aperte denunciaturus; necnon dignas quoque in eos qui tam graviter offenderunt, pœnas suo tempore decreturus. Huc itaque res evaserunt: hic nostræ apud Imperatorem disceptationis terminus extitit.* Hæc quidem quæ ipse Irenæus ostentator gloriosus exaggerat, ut fidem industriamque suam amasio Nestorio probatam redderet, quam falsa sint, vanaque spe concepta, inanique jactantia exarata, ipsa quæ idem subdit, certum reddunt; nam pergit: *Cæterum* (inquit) *cum Joannes medicus Syncellus Cyrilli (ut nostis) advenisset, advertimus pleroque Principum repente fuisse mutatos: ut qui jam ne audire quidem ea a nobis vellent, quæ de illis fuerant judicata. Emerseruntque varia mox inter illos judicia.*

CXXV. Dubia sententia de rebus a Theodosio decernendis. *Quidam enim affirmabant, quæ utrinque facta essent, utrinque valere debere, atque adeo non duorum tantum, ut aliquando visum fuerat, sed trium depositionem confirmandam esse*, nempe Nestorii, Cyrilli atque Memnonis. *Alii contra, omnes quidem exauctorationes ex æquo nullas decernendas esse: illustriores vero Episcopos qui & fidei doctrinam accurate ad veritatem adamussim examinarent, & quæ Epheſi acta essent, candide exponerent, huc accersendos censebant. Non deerant tamen qui omnem lapidem moverent, ut manifestis decretis instructi a pientissimo Rege Ephesum abire sinerentur, tamquam omnia istic quam diligentissime cognituri, & quam commodissime composituri. Quod ne fiat, qui nos amant, obnixe procurant:* Non enim ignorant, *cujus illi sint animi, qui hæc moliuntur: neque nesciunt, quo fine id consilii ceperint. Verum hæc, utcumque Domino visum fuerit, succedant. Interim sanctitatem vestram rogatam cupio, ut Deum pro me orare non gravetur, ut qui tot periculà jam olim perpessus sim, & in magnis adhuc discriminibus, ob illam quæ vitæ meæ insidiatur, multitudinem versor. Testis enim est mihi Deus, cum ad Regis cognitionem vocarer, aliud nihil me expectasse, quam ut fluctibus maris statim objicerer. Sed Dominus (sicut scriptum est) astitit mihi, & de ore leonis, aut mille potius leonum catulis liberatus sum.* Hucusque epistola Irenæi Comitis Nestorianorum principis.

Sed quid tandem decretum est? Dum hæc CXXVI. considero, illud plane Domini de Leviathan alludentis ad pravum dæmonem apud Job in mentem venit, ubi ait (*a*): *Huic montes herbas ferunt & omnes bestiæ agri ludent ibi:* siquidem ubi primum hujusmodi hæresis monstrum, draco iste egressus ex inferis est, tulerunt illi suppetias qui alios specie quadam probitatis & potentia antecellere videbantur, Comites & episcopi. Et hoc ipso tempore, cum Imperatoris animus in dubio esset & in quodam æquilibrio constitutus huc illucve impellendus paulo momento: ecce opportune adfuit procuratum a factione schismaticorum officium Acacii Episcopi Beroœnsis, de quo plura superius: hic quidem natus annum centesimum decimum, cum præ ingravescente senecta se conferre ad Synodum Epheſi celebrandam excusaret, Paulo Episcopo Emeseno (*b*) suas vices delegavit, quem, constat adversus Orthodoxos inhæsisse Joanni, & loco Acacii ejusdem pseudoconcilii decretis subscripsisse. Cum igitur sic oppignoratam fidem Acacii per Vicarium Nestoriani nacti essent, eo etiam adegerunt delirum senem, ut adversus Cyrillum & Memnonem hoc ipso tempore scriberet ad Imperatorem: qui nesciens ejusmodi conjunctionem Acacii cum Nestorianis liberam judicans & recti animi ac sinceriſſimi Orthodoxi ejus esse sententiam, quem longæva ætas & prædicata doctrina præ cæteris commendabat, ratam habuit. Secundum igitur Acacii persuasionem, sententias adversum se invicem datas statuit esse servandas, quousque res inter se ipsi componerent, studens ita conciliare Episcopos dissidentes. Mittensque sequestrem pacis Ephesum Joannem Comitem, ad utrumque conventum easdem litteras dedit, misitque ad eos dictam Acacii epistolam, de qua hæc habet (*c*):

*Ut autem sanctitas vestra cognoscat, se non modo per nostræ pietatis litteras ad concordiam, communemque pii dogmatis pacem: consensionemque incitari; etiam Acacii Beroœnsium Antistitis epistolam, qua idem vir ille inculcat, suadetque sedulo, ad vos misimus. Hic enim cum propter extremæ senectutis imbecillitatem sanctissimo vestro Concilio adesse non posset, ea per litteras exposuit, quæ & suæ pietati conveniebant, & Orthodoxæ religioni non parum quoque prodesse posse intelligebat.* Hæc de Acacio Theodosius. Porro animarunt eum contra Cyrillum Nestoriani, cum de illo jactarent, Apollinaris hæresis esse restitutorem: nam in sua epistola postea ad ipsum Theodosium data hæc habent (*d*), cum de Cyrilli scri-

(*a*) *Job.* 40. Quid moliti sint schismatici per Acacium Beroœnsem.

(*b*) *Act. Ephes. edit. Pelt. to.* 3. *cap.* 19.

(*c*) *Apud Act. Ephes. edit. Pelt. to.* 3. *c.* 15. CXXVII.

(*d*) *Apud Cyrill. in Apol. to.* 4.



scriptis Apollinaris hæresis infamia fugillatis, & ab Acacio tales, ut putabat inventis: *Optime* (inquiunt) *scit vir ille, decem & centum annos natus qui omnem ætatem in Apostolicos sudores insumpsit & plurimis Synodis interfuit, & Apollinaris asseclas vicinos semper habuit, &c.* Talia sunt de Acacio præconia schismaticorum, quæ illi ignominiæ magis cedunt quam laudi, sicut & illa quæ de eodem intexuntur a Theodoreto in epistola ad Beroœnses (*a*)

(*a*) *Cod. Vatic. ep. Theod.* 75. CXVIII. Jo. Comes mittitur Ephesum ab Imp.

Erat autem qui missus est Ephesum ab Imperatore Joannes ipsi Theodosio) ut aiunt) ab eleemosynis, qui propriori titulo Comes dicebatur Sacrarum largitionum. Qui cum Ephesum magna celeritate perveniſſet, prima die patefactis litteris Imperatoris declaravit Nestorium, Cyrillum, atque Memnonem jure depositos: quos omnes, ne diffidia majora concitarentur in populo, carceri quemque suo voluit mancipatos; siquidem Nestorium custodiendum tradidit Candidiano Comiti, Cyrillum vero & Memnonem Jacobo itidem Comiti. Porro hæc omnia prima die peracta, litteris statim Theodosio ipse Joannes significavit, quarum est exordium (*b*): *Cum sciam conducibile pietati, &c.* quibus hæc summatim complexa pluribus describuntur.

(*b*) *Apud Act. Ephes. to.* 3. *appen.* 2. *c.* 1. CXXIX.

Dolentes autem Episcopi Orthodoxi, defensores Catholicæ fidei perversa relatione sceleſtium ab Imperatore ita pessime habitos, ad Theodosium conscripsere epistolam, cujus exordium est (*c*): *Christianissima regiaque vestra majestas, &c.* queruntur deceptum Imperatorem, cum illi nunciatum esset, non Nestorium tantum, sed Cyrillum, & Memnonem a Synodo œcumenica esse depositos. Addiderunt (*d*) his alias, quibus cum de justa damnatione Nestorii multa habeant, reddi sibi petierunt Cyrillum atque Memnonem; se ipsos vero numquam adduci posse, ut communicent cum schismaticis. Dederunt & aliam epistolam ad clerum Constantinopolitanum eodem quoque argumento, petentes adjuvari, quæ sic incipit (*e*): *Qui in tanta rerum fluctuatione versamur, &c.* Sed & ipse Cyrillus e vinculis scripsit ad Archimandritas, jamque rebus meliorem spem affulgere declarat his verbis (*f*): *Benedictus Salvator, qui hujusmodi nugas contra me effutientes falsitatis redarguit. Etenim postquam dominus meus magnificentissimus, præclarissimusque Comes Sacrarum largitionum Ephesum venisset, nihilque eorum omnium quæ dicta fuerant, veritate niti comperisset, animadvertit in eos qui talia nugati fuerant. Agnovit autem sanctam Synodum unius fidei causa contendisse, & neque mihi, neque ulli alteri gratificandi studio, sed divino zelo incensam, quod nimirum blasphemum illum ferre non posset, Nestorium condemnasse.* Hæc Cyrillus, adhuc tamen vinctus in Domino: sed quam celso animo ista perferret, ex his quæ subiicit intelligi potest, ubi ait:

(*c*) *Apud Act. Ephes. Conc. edit. Pelt. to.* 4. *cap.* 6.

(*d*) *Ib. c.* 14.

(*e*) *Ib. c.* 15.

(*f*) *Ib. c.* 18. Quæ Orthodoxi atque Cyrillus vinctus referipserint Constantinopolim.

CXXX. Cyrilli, & Synodi in patiendo alacritas. *Interea loci nos vincti, custoditique asservamur, ignari prorsus quo tandem res hæc sit evasura. Veruntamen gratias agimus Christo, quod pro nomine illius digni habeamur, non solum vinculis constringi, sed cætera quoque omnia perpeti: neque enim ista præmiis suis carebunt:* subdit hæc vero de constantia Synodi: *Non potuit autem sancta Synodus induci ut cum Joanne communicaret; sed animose restitit: En, inquiens, corpora, en Ecclesias, en Civitates: in omnia hæc potestatem habetis; nos autem, ut prius cum Orientalibus communicemus, quam ea dissolvantur, quæ per illorum sycophantiam contra comministros nostros comparata sunt, illique rectam fidem confiteantur, id fieri nullo modo potest. Dignoscuntur enim Nestorii dogmata loqui, sentire, & confiteri. Totaque universitas in his dispositа est. Precentur pro nobis Orthodoxi omnes. Ut autem B. David ait (g): Ego in flagella paratus sum.* Hactenus Cyrillus. Ista quidem ex parte œcumenicæ Synodi atque Cyrilli delata sunt Constantinopolim.

(*g*) *Ps.* 37.

CXXXI. Schismatici laborant pro restitutione Nestorii. Quidnam interea Concilium malignantium, & synagoga potentium? Eo quidem impudentiæ provenere, ut non veriti sint litteris apud Theodosium agere, ut Nestorii damnationem irritam redderet, quod scilicet qui eum condemnassent, hæretici ipsi essent, mentientes Cyrilli scripta esse Apollinaris hæresis labe conspersa (*h*): est exordium ipsorum epistolæ: *Edocti ex sanctissimorum, & pientissimorum ministrorum nostrorum litteris, &c.* Adjecerunt his alias, quibus significarunt, se una cum Joanne Comite testimonio Acacii Episcopi Beroœnsis epistolæ egisse cum adversariis, ut Cyrilli capitula tamquam hæretica damnarentur, sed nequicquam apud illos profecisse. Ut autem majorem sibi apud Imperatorem fidem conciliarent, ad finem epistolæ adjecerunt Orthodoxæ fidei confessionem: recitat hæc ipse Cyrillus (*i*): sed in eis illi de damnatione Nestorii ne verbum quidem, quæ primo loco ponenda erat, cum scirent ipsum adversari symbolo ab eis edito, in quo & sanctissima Maria Dei genitrix affirmatur: ut plane intelligas omnia ista haud sincero animo, sed fraudulenter ab ipsis esse tractata, quo unum illud assequi possent, nempe scriptorum Cyrilli damnationem: est autem tota illa epistola adulatione demulcens animum Imperatoris, quæ sic incipit: *Merito quis dixerit, nostri sæculi homines, quod*

(*h*) *Acta Ephesin. edit. Pelt. to.* 5. *c.* 8. *appen.* 2.

(*i*) *Cyrill. Apolog.*

Schismatici dolose professi fidem Catholicam.

*quod tuo imperio gubernentur, beatiores iis qui ante nostram ætatem fuere, &c.* Cæterum quod spectat ad ipsorum fidei professionem ista habet Cyrillus (*a*): *Illud autem scitote, quod cum fidei expositionem componerent, inter se contenderunt, & adhuc in contentione tenentur. Nam alii quidem admittunt, ut sancta Virgo Deipara dicatur, cum eo, ut Homipara dicatur. Alii vero prorsus hoc negant; paratosque se esse dicunt, ut manus suas amputandas præbeant potius, quam ut hujusmodi voci subscribant. Ubique autem turpiter se gerunt, hæretici declarati.* Hæc Cyrillus. Cæterum obtinuisse eorum sententiam ut Deipara diceretur, ipsa confessio docet: sed & quam dolose his ipsis vocibus uterentur, superius ex eorum assertione demonstratum est.

(*a*) Cyrill. ep. 22.

CXXXII. Cæterum illud Catholicos vehementius perturbavit, quod Joannes ipse Comes, qui sequester pacis advenit, ut rem se bene gessisse significaret, eaque de causa majorem sibi apud Imperatorem fidem conciliaret, scribens ad eum turpiter mentitus est universam œcumenicam Synodum assensam esse in damnationem Cyrilli; adeo ut jam de loco, quo in exilium esset deportandus, consuleretur: scripsit enim de his ipse Cyrillus, ubi hæc rescivit, ad clerum populumque Constantinopolitanum istis verbis (*b*): *Turbata est admodum sancta Synodus, ubi magnificentissimum & gloriosissimum Comitem Joannem non recte omnia retulisse audivit: ita ut & de nostro exilio, qui illic sunt, consultent, quasi sancta Synodus irregularem & nefandam depositionem a Joanne, & hæreticis qui cum eo sunt, factam acceptarit, &c.*

(*b*) Cyrill. ad. ep. 22.

CXXXIII. Versutum Consilium Schismaticorum & Joannis Comitis.

Quid præterea idem Joannes Comes pertentarit, quo jactare se potuisset Episcopos omnes in unam concordiam redegisse; idem Cyrillus sic inferius subdit: *Cum autem hanc rem memoratus magnificentissimus vir non esset assecutus, nempe ut Joannes Antiochenus Episcopus ab ipsis in communionem reciperetur; etiam hoc excogitavit, & a sancta Synodo petiit, ut sibi scripta daretur fidei expositio, ut & illos consentire & subscribere faceret, & reversus diceret: Conciliavi eos ad amicitiam humanis inter se offensis dissidentes. Ubi hoc sancta Synodus intellexit, rursus omnino restitit, dicens: Non exponimus nos ipsos contumeliæ: non enim tamquam hæretici vocati sumus: sed ad hoc venimus, ut fidem rectam restituamus, quam & restituimus, nec opus est Regi ut fidem discat, cum hanc sciat, in qua ille baptizatus sit. Itaque ne hoc quidem Orientalibus processit.* Hæc de his Cyrillus: quæ autem velit per eos agi, addit his verbis:

*Hæc a pietate vestra doceantur omnes, præsertim pientissimi & sacratissimi Archimandritæ; ne forte prædictus Joannes,* Comes scilicet, *reversus alia pro aliis dicat, aut doceat, ut quorumdam aures oblectet. Ne pigrescat vero pietas vestra neque laborando pro nobis lassetur, sciens quod se ipsam & Deo & hominibus commendet. Et hic propter Salvatoris gratiam Deo amantissimi Episcopi, qui vos numquam viderunt, animas suas ponere pro vobis parati sunt: accedunt que ad nos cum lacrymis, dicentes: Et ad exulandum una, & ad commoriendum parati sumus. Versamur autem omnes in multa tribulatione; quod excubiis militum custodimur, eos etiam ante lectos, cum dormimus, habentes, maxime vero nos. Reliqua vero universa Synodus defatigata laborat, pluresque mortui sunt: multi etiam sumptibus destituti, res suas vendunt.* Hactenus Cyrillus. At licet ipse & Memnon vincti arcta custodia tenerentur: tamen reliqui omnes Episcopi haud liberi erant, sed utique custodiebantur a militibus. Joannes enim Comes jam reversurus cum esset Constantinopolim, & pacis trophæa foret ostentaturus; ne quid litterarum ab Orthodoxis scriberetur; quibus mendacii redargui possent quæ ipse Imperatori & aliis relaturus esset, reliquos omnes Orthodoxos Episcopos sedulo asservari præcepit.

CXXXIV. Status Cyrilli & Synodi qualis.

CXXXV. Illi tamen, Deo volente, clam scripsere epistolam, qua clerum Constantinopolitanæ Ecclesiæ de rerum suarum statu miserando admonuerunt: qua cum numerent trium mensium spatium, quo ejusmodi custodia vallabantur a tempore quo Cyrillus & alii Episcopi ad Synodum convenerunt circa principium mensis Junii, quo hujusmodi per Candidianum Comitem cœptæ sunt turbæ, mense Augusti datas illas ab eis ad clerum Constantinopolitanum litteras possumus intelligere, quarum est principium: (*c*) *Qui in tanta negotiorum tempestate constituti sumus:* & inferius: *Sciat itaque pietas vestra, non amplius nos Ephesum, sed custodiam inhabitare: inque illa trimestre jam tempus inclusos, neque per mare, neque per terram tuto ac secure ad pium exercitum* (nempe ad Imperatorem) *vel in aliquem alium locum quempiam mittere permitti. Etenim jam sæpius accidit, ut quæ a nobis sunt missa, haud sine mille periculis reddi potuerint; ut latores illorum, quo servarentur, in alias atque alias sese formas coacti sint mutare. Quod autem ita custodimur, hinc est, quod omnia mendaciter ad pientissimum Imperatorem contra nos deferantur.* Post hæc rogant iidem plurimum, ut agant apud Theodosium Augustum reddi Synodo Cyrillum & Memnonem, utque detur adire

(*c*) Apud Cyrill. ep. Synod. 11.



re posse ipsum Theodosium; sin minus, liberum sit unicuique Episcopo in patriam reverti.

CXXXVI. De his præterea quæ iidem sanctissimi Patres Ephesi paterentur, est scheda illa cum aliis litteris missa (*a*), sub titulo Communitorii breviter quidem, quod furtim videatur esse conscripta, his verbis ad clerum Constantinopolitanum data:

(*a*) Ex codice Antonii Augustini.

*Necamur æstibus, cum aeres sint graves; & pene quotidie aliquis sepelitur: ita ut omnes pueri languentes ad propria remittantur. Et alii omnes Episcopi in his sunt. Unde consequens est, reverentiam vestram adire Christo amabilem Principem & dicere, quia opprimitur Synodus ab his qui prohibent terminum dari, ut consumpti languore necentur. Scire vero reverentia vestra debet, quia licet in tantum nitantur ut omnes moriamur, non tamen fiet aliud præter hæc quæ decreta per nos sunt a Salvatore nostro Christo.* Hactenus Patres ad clerum Constantinopolitanæ Ecclesiæ. Inspicis, lector, in quot quantasve angustias cum impietas Nestoriana, tum infidelitas regiorum ministrorum conjecerit sacrosanctam Synodum œcumenicam ut ea sit passa Ephesi, quæ neque inter barbaras gentes perlatura umquam fuisset.

CXXXVII. Sed hic paululum consiste, intuereque & obstupesce judicium Dei, qui est terribilis in consiliis suis super filios hominum: nam intelliges, secundum illud Davidicum: *Non dormiet, neque dormitabit qui custodit Israel.* Cum eodem tempore, haud diutius fuerit protelata vindicta. Dum enim barbarico more Catholica fides una cum defensoribus suis Ephesi (ut vides) vim patitur, direque exagitatur, atque adeo igniominiose tractatur, eodem quoque tempore Romanus exercitus a barbaris vincitur, trucidatur, paucis fuga lapsis, reliquis captivis ductis. Hoc ipsum quidem tempus esse, quo Theodosius Imperator junctis copiis Occidentalis Imperii, misso Aspare invictissimo duce, bellum gessit adversus Gensericum Africam occupantem, ex libello schismaticorum paulo post (ut dicemus) oblato Theodosio Imperatori, satis exploratum habetur, in quo inter alia hæc scripta leguntur (*b*): *Cum hac fide scilicet barbaros vicistis & tyrannos destruxistis, qua & nunc opus habetis in bello, quo Africam premitis: est enim deus omnium commilito vester, &c.* Hæc Nestoriani, profitentes se esse vere fidei defensores, pollicentes ejus fidei quam tuerentur defensione barbaros ab ipso Imperatore vincendos: cum interea jam vinceretur atque deleretur penitus in Africa Romanus exercitus; quod paulo post innotuit, cum cladis nuncium perlatum est Constantinopolim: ut plane (o mirandum!) accidisse appareat, tunc male pugnatum.

(*b*) Extant inter act. Ephesin. edit. Pelt. to. 3. c. 4. & apud Cyril. Apol.

in Africa esse, cum fides Catholica, ejusque defensores Patres sanctissimi adeo gravia & ignominiosa tyrannica vi pati cogerentur. Sed etsi tardius, tandem sapiens Theodosius, suo maximo damno didicit, Deum vindicem Catholicæ fidei insurrexisse, pro barbarisque pugnasse adversus Romanum exercitum, cum ejus Comites & legati contra Concilium œcumenicum indefesso studio laborarent.

CXXXVIII. Cladis Romani exercitus in Africa.

Porro rem gestam, grandi volumine dignam, Procopius his paucis absolvit: (*c*) *Interea Constantinopoli, Romaque exercitu adveniente cum Aspare duce, Bonifacius, Romanique qui in Africa erant, spiritus assumentes, acriter resistere cœperunt: verum non melior priore fortuna successit. Victi ad unum omnes, alius alio fugam arripuere; Aspar Constantinopolim, unde venerat: Bonifacius Romam profectus, sese Placidiæ ex his quorum culpa vacabat, reconciliavit.* Hæc Procopius, Bonifacii vero Romam reditum anno sequenti Prosper (*d*) recenset: habet eadem de illata clade Paulus (*e*) diaconus. De Marciano autem, qui post Theodosium fuit Imperator, hoc prælio ab hostibus capto, hæc subdit Procopius:

(*c*) Procop. de bell. Vandal. lib. 1.

(*d*) Prosp. in Chron.

(*e*) Paul. diacon. Miscel. lib. 14.

CXXXIX. *Hoc igitur modo Vandali Africam Romanis eripuere: captivos vero quos ceperant, in custodia habuere, inter quos Marcianus fuit, qui Theodosio successit. Cum igitur Gensericus forte præciperet, ut captivi in aula sub dio cogerentur, ut aspectibus eorum conspiceratis, sane conspiceret, si quis regiam haberet indolem ac indigna præsente fortuna pateretur: interim iidem inedia ac labore fessi humi obdormiscerent aquila forte volans supra Marciani caput pansis astitit aliis. Gensericus igitur portentum tacite notans non frustra hoc fore, jussit ad se venire: quinam vir esset, interrogat. Ille se Asparis arcanorum omnium socium fuisse inquit, quem Romani Domesticum Comitem vocant. Gensericus igitur meditans & aquilæ gestum, & Asparis quanta esset apud Byzantium potentia, hominem de medio tollere ab re putavit esse, neque verisimile ut quamprimum interituro signa volatu illa ostendisset: nulla enim ratione eum interfici oportere. Nam si postremo regnaturus est, morti non esset apud eum derelictus; quod ea quæ Deo sunt decreta nullatenus prohiberi possunt. Quapropter jurejurando eum obligat, sibi amicum fore, neque ullo modo contra Vandalos venturum.* Ejusmodi ergo pactis simul initis, dimissus est Marcianus redire Constantinopolim.

CXL. His igitur rerum Africanarum casibus Theodosius prudentior, licet fero, Phrygum instar, redditur tandem: sed id postea, cum acceptæ cladis acerbissimum

Catholici Conſtantinopolitani pugnant pro Synodo.

mum nuntium accepit. Interea rebus eodem ſtatu perſeverantibus, qui erant Conſtantinopoli Catholicæ fidei defenſores, & inter eos primum locum tenentes Epiſcopi peregrini, qui illuc pro fidei defenſione ſe contulerant, audientes quæ patres Epheſi paterentur, conſolationis plenam ad eoſdem dedere epiſtolam, hortantes viriliter agere, ſimulque omne ſuum ſpondentes pro ipſorum defenſione officium & diligentiam atque etiam profecturos ſe Epheſum, ſi juberent: incipit epiſtola (*a*): *Oportebat quidem nos in afflictionum tentationumque veſtrarum ſocietatem receptos, non animis tantum, ſed corporibus quoque vobis adeſſe &c.* In fine autem apud Contianam editionem tempus ita deſcribitur: *Data menſe Auguſti die vigeſima, Indictione decimaquinta.* Ex quo plane rerum geſtarum valeas metiri tempora.

(*a*) *Act. Eph. edit. Contian. c. 47. & edition. Pelt. to. 4. c. 20.*

CXLI. Tunc etiam accidit ut ſancta Synodus ad eoſdem Epiſcopos Conſtantinopoli agentes eas reddiderit litteras, quarum eſt exordium (*b*): *Qui ita affecti ſunt*, &c. habent in inſcriptione nomina eorumdem Epiſcoporum tunc Conſtantinopoli commorantium, & pro Synodo laborantium expreſſa, quæ ſunt, Eulalius, Eutrechius, Chryſaphius, Hieremias, Theodulus, & Iſaias: ſed quarum hi Eccleſiarum Epiſcopi fuerint, non exprimitur. Rogant Patres ut in ſententia perſtent, & pro ſancta Synodo naviter collaborent: quod quidem illos quam diligentiſſime perfeciſſe, exitus declaravit. Porro eodem quo antea ſtatu perſeverare adhuc res Epheſias, iiſdem litteris Patres ſignificarunt, his verbis (*c*): *Quod vero ſanctitas veſtra prohibeatur, quo minus ad nos pervenire queat: id ex noſtrarum rerum ſtatu proficiſcitur. Ita enim terra marique obſidemur, ut nihil eorum quæ nobis evenerunt, veſtræ ſanctitudini ſignificare potuerimus. Fuerit autem veſtrarum partium, precibus & lacrymis inſtare, &c.*

(*b*) *Act. Eph. edit. Pelt. to. 4. c. 21.*

(*c*) *Act. Eph. edit. Pelt. to. 4. c. 21.*

CXLII. At non Epiſcopi tantum agentes Conſtantinopoli, eas quas diximus, reddiderunt ad ſynodum litteras; ſed & qui in Clero Conſtantinopolitano eminebat Alypius Candidianum diaconum legavit Epheſum ad inviſendos ſanctiſſimos Patres fidei Catholicæ Confeſſores; cum & Cyrilli vincula ſummis (ut par erat) honoribus proſecutus, has litteras ad eum dedit (*d*):

(*d*) *Apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 4. c. 26.*

Epiſtola Epiſcoporum Conſtantinopoli agentium ad Cyrillum.

*Beatus homo, quem Deus dignum cenſuerit, ſanctum Deoque dilectum caput tuum martyrii confeſſionis ſertis redimitum dilectionis oculo contueri. Tu enim, ſanctiſſime pater vigilanti lumine ſanctorum Patrum viam triviſti. Tu utroque poplite claudicantes, recta ad veritatem incedere docuiſti. Tu fiduciam es indutus Eliæ. Tu ſolus Phinees zelum aſſumpſiſti. Tu impium venenoſi draconis os obturaſti. Tu voracem Bel evertiſti. Tu illius ſpem, hoc eſt, dominatum & præſidentiam ære coemptam labefactaſti, aureæque ſtatuæ apparatum perdidiſti. Et qualenam os ſpiritualibus chariſmatibus imbutum zeli tui encomia pro veritate explicare valeat, ut qui beati Theophili quondam avunculi tui ſtudiorum æmulus, illique ſimilis evaſeris, necnon ad ter beati illius Athanaſii martyrium proxime acceſſeris? Etenim ut ille precibus armatus, iniquorum hæreticorum machinationes, perinde ac periculoſos quoſdam ſcopulos devitabat, evadebatque; ſic tua quoque ſanctitas iniqui illius conatus, vitæ integritate, conſcientiæque puritate veluti infirmam quampiam procellam profligavit.*

Cyrilli dignæ meritæque laudes.

CXLIII. *Sane beatus Athanaſius poſt multas falſas criminationes, quas hæretici illi impingebant, feliciter refutatas, exiliumque eorum decreto, qui tunc rerum potiebantur & hoc ipſum fieri curabant, patienter toleratum, id conſecutus eſt, ut & ſemper purior illuſtriorque evaderet, majorique patientiæ laude ſplenderet, quo profani illi homines plura falſoraque ipſi crimina intentabant. His igitur victoriis, certaminibuſque martyrii coronam ille ſibi nectens, Homouſion ſtatuit, perverſamque Arii doctrinam calcavit, & Orthodoxam doctrinam pene calcatam denuo erexit, ac ſancti tandem Marci Evangeliſtæ thronum in ſublime evexit, cui tu quoque præſides, ſanctis illius veſtigiis impigre inſiſtens. Precor itaque, ſanctiſſime pater, ut dignus aliquando habear, qui te virum adeo ſanctum coram cernere, tuaque genua complecti, & tempore pacis coronati martyris aſpectu frui merear. Univerſum rerum noſtrarum ſtatum, & quomodo cum fiducia egerimus, & tuis ſanctorumque Patrum precibus freti etiamnum agamus, quantaque hactenus certamina ſubierimus, id totum Candidianus dilectus diaconus, qui parvitatis meæ litteras ſanctitudini tuæ defert, ordine exponet. Saluto univerſam ſanctam Synodum una cum veſtra ſanctitate martyrii corona decorata. Deus nobis largiatur, ut ſani lætique in Domino pro veritate certare pergamus.* Hactenus ad Cyrillum Alypius.

CXLIV. Offertur libellus Theodoſio a clericis Eccl. Conſtantinop.

Quanta rurſum animi conſtantia cum Alypius ipſe, tum reliqui Orthodoxi ex clero Conſtantinopolitano pro ſancta Synodo apud Imperatorem indefeſſo ſtudio egerint, inter alia plura indicat libellus ab ipſis noviſſime illi oblatus, qui ſic incipit (*e*): *Cum non ignoremus veſtram pietatem ſanctas Dei Eccleſias fidemque piam ab illis prædicatam, & a majoribus traditam maximi ſemper feciſſe, &c.* ubi libe-

(*e*) *Apud Act. Epheſ. edit. Pelt. to. 4. c. 16.*



bero plane ſtudio, quam erraret confirmando Cyrilli a ſchiſmaticis perperam factam exauctorationem, patefecerunt; ſimulque ingens diſcrimen in quod univerſum Chriſtianum orbem conſtituiſſet id faciendo, ob oculos poſuerunt: fore namque, ut univerſus Catholicus orbis, qui, cum Cyrillo communicaret, ab ipſo Imperatore & aliis qui eum damnaſſent, penitus ſepararetur, & affore ut ſuis temporibus martyriorum tempora inſtaurarentur, inducereturque tyrannica in Eccleſia perſecutio, cum omnes ex æquo parati ſint etiam vitæ diſpendio decretis œcumenicæ Synodi inhærereſcere potius, quam paucorum collegarum Neſtorii impia affectari veſtigia. Fuerunt plane hæc tanti apud Theodoſium ponderis, ut mutato conſilio, decreverit aliquos utriuſque partis Epiſcopos Epheſo ad ſe vocare Conſtantinopolim: quomodo autem id acciderit, paulo poſt dicturi ſumus.

CXLV. S. Acacius vaticinatur de proxima pace.

Interea temporis Acacius ille magnus Meliten ſis Epiſcopus, longe diverſus ab illo Acacio Berœenſi, vir cum doctrina tum ſanctitate ſpectatus, his anguſtiis conſternatam ſanctam Synodum Epheſinam conſpiciens, divino afflatus Spiritu, ſpiritu plenam coram Patribus habuit concionem, in qua brevi affore pacem vaticinatus, omnes reviviſcere, ſumere animos, erigereque languentes vires hortatur: ita enim præco ille cæleſtis exorſus eſt (*a*): *Cernentem me, dilecti cœtum hunc, ſpiritualemque ſacræ Synodi conſeſſum, gaudium ſimul & fiducia ſubit: gaudium quidem, quod cum omnium ſim minimus, in maximo hoc amicitiæ pelago tenuem ſermonis ſcapham moderari adigor: fiducia vero, quod magnos iſtos ſeditionum fluctus propediem ſedandos, Dominicæque pacis tranquillitatem ad univerſos Catholicæ Eccleſiæ cœtus redituram nequaquam ambigam, &c.* Equidem haud falſus extitit vates. Ex hoc enim tempore poſt denſam noctis caliginem, fulgor veluti ſuborientis auroræ Solis prænunciæ paulatim illuxit. Poſt hæc autem res geſtas menſis Auguſti clauſit ſancta Synodus illa ſeſſione, in qua oblatus eſt libellus a Regino Epiſcopo Conſtantiæ in Cypro, cujus extat inter Acta Epheſina homilia in Synodo dicta Epheſi poſt exauctoratum Neſtorium, quo querebatur adverſus Joannem Epiſcopum Antiochenum, quod ſibi, præter majorum conſuetudinem, vendicare conaretur Eccleſias Cypri inſulæ. Re percognita & diligenter examinata, ſtatutum eſt a Synodo, ut ſervato priſtino uſu, nec Joannes Cypriam, nec alii invadant alienas Eccleſias. Celebrata eſt autem hujuſmodi Actio pridie Kalendas Septembris, ut vetera ipſius monumenta (*b*) declarant. Sed revertamur ad Theodoſium.

(*a*) *Apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 6. c. 11.*

Seſſio in cauſa Regini Epiſcopi.

(*b*) *Conc. Eph. edit. Pelt. to. 2. c. 4.*

Imperator igitur acerrimo illo Orthodoxorum libello expergefactus, & amiſſi in Africa exercitus nuncio perterrefactus, meliora tandem conſilia iniit, nempe ut ſeptem ab utraque parte Epheſo Conſtantinopolim mitterentur Epiſcopi, qui coram ipſo Imperatore de rerum ſumma tractarent: ſcripſitque de his ad Joannem Comitem Epheſi adhuc agentem, ut habet Synodalis epiſtola ad Theodoſium per legatos miſſa (*c*). Miſſi ſunt autem a Concilio œcumenico legati Epiſcopi ſeptem, inter quos primum locum tenuit Arcadius Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus, profectuſque cum eis eſt Philippus presbyter, unus ex tribus legatis Apoſtolicæ ſedis. His autem profecturis a ſancta Synodo ejuſmodi ſervanda præcepta impertita ſunt (*d*):

CXLVI.

(*c*) *Apud Act. Epheſ. edit. Pelt. to. 4. c. 22.*

(*d*) *Apud Act. Epheſ. edit. Pelt. to. 4. c. 22.*

CXLVII. Legatio Orthodoxorum Conſtantinopolim miſſa.

*Philippo religioſiſſimo Deoque dilectiſſimo presbytero Cæleſtini piiſſimi Apoſtolicæ ſedis magnæ Romæ Vicario piiſſimis & ſanctiſſimis Epiſcopis Arcadio, Juvenali, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Evoptio, ſancta & œcumenica Synodus, quæ per gratiam Dei, glorioſiſſimorumque Regum noſtrorum nutum in Epheſiorum metropoli coacta eſt, in Domino ſalutem.*

*Piiſſimorum Chriſtique amantium Imperatorum noſtrorum permiſſa legatione pro Orbis ſalute qui per eos, qui una nobiſcum in Epheſiorum civitate congregati ſunt, anxium pro recta fide certamen ſuſcepit, ad regiam urbem miſſuri, eam pro recta fide, ſanctiſque fratribus & patribus noſtris, ſanctiſſimo Deique amantiſſimo Cyrillo Archiepiſcopo, & Dei amantiſſimo Epiſcopo Memnone legationis provinciam unanimi calculo veſtræ pietati coram Chriſto injungendam exiſtimavimus. Utrorumque itaque ſecuritati, veſtræ inquam & noſtræ, conſultum cupientes, hoc præceptorum diploma inſtruximus, vobiſque exhibendum duximus, ut & nos ſciamus propter quæ vos miſerimus, & veſtra quæque pietas intelligat, nihil ſe præter hoc facere debere. Ante omnia autem ſanctitas veſtras ſciat, nullam ſe cum Joanne Antiocheno apoſtaticoque ejuſdem Concilio communionem habere poſſe: tum quod impietatis præconem Neſtorium adeo una nobiſcum deponere non voluerint, ut uſque ad veſtram quoque profeſſionem illi patrocinari conſtanter perrexerint: tum rurſus quod contra omnes canones, ſanctiſſimos Deique amantiſſimos Epiſcopos Cyrillum Alexandrinum & Memnonem Epheſinum condemnare auſi ſint; potiſſimum vero ad præſens uſque tempus de Neſtorianis dogmatibus defendendis anxit, multique ex illis tamquam Cæleſtiani jam olim depoſiti ſint: tum denique quod totius Orbis Synodum hæreticam appellare non dubitarint.*

Quæ ſervare Legati deberent.

CXLVIII. *Quod si qua forte vis, regiæve voluntatis nutus ad hoc impulerit (nam piissimi, Christoque carissimi Augusti sanctioni pro viribus obediendum est) si quidem illi prædicti Nestorii depositioni voluerint subscribere, veniamque supplicibus libellis a sancta Synodo de his petere, quæ in nostros Præsides temere admiserunt; anathematizare rursum Nestorii dogmata, & adversari illos, qui eadem cum illo, aperte sapiunt, vel sapuerunt; elaborare tandem una nobiscum, quo sanctissimi Episcopi Cyrillus & Memnon nobis restituantur: hæc inquam, si bona fide præstiterint, permittimus vestræ sanctitati, ut communionem illis polliceatur.*

CXLIX. *At singula ad nos perscribantur, quo & nobis quoque vobiscum consentientibus, perfecta cum iis pax ineatur: Cavete autem ne prius illis communionem spondeatis, quam Præsides suos recipiat sancta Synodus: scire quoque volumus vestram sanctitatem, quod si quid horum a vobis fuerit neglectum, neque sanctam Synodum Acta vestra habituram rata, neque vos ad communionem suam admissuram esse.* Hactenus series præceptorum, quam Commonitorium dicere consuevere. Adjecit his sancta Synodus litteras ad Theodosium Imperatorem quarum est exordium (*a*): *Omnia, Christianissimi Imperatores, majestatis vestræ studia, &c.*

(*a*) *Apud Act. Ephes. edit. Pelt. to. 4. c. 22.*

CL. Legati a Nestorianis missi.

Qui autem a schismaticorum conventiculo missi fuere, hæc sunt eorum nomina, Joannes Antiochenus, Paulus Emesenus, Himerius Nicomediæ, Macarius Laodicensis, Apringius Chalcidensium, Theodoretus Cyri, & Helladius Ptolemaidis, sed octavi nomen deesse videtur; octo namque Episcopos legatos esse Constantinopolim, litteræ eorum ad Rufum datæ testantur in fine (*b*): octo pariter ab Orthodoxis missos esse constat, cum tamen de septem tantum aliqui affirmarint. Iis igitur consodales schismatis ista mandata dedere (*c*):

(*b*) *Extant apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 3. c. 13.*

(*c*) *Apud Cyril. in Apolog. to. 4. & Conc. Ephes. edit. Constan. c. 62.*

CLI. *Quoniam Ecclesiasticæ causæ gratia, propter quam omnes in hanc Ephesiorum urbem vocati sumus, præsenti tempore vestra novit pietas quod juxta edictum pientissimorum Regum nostrorum in celeberrimam Constantinopolim citati sumus ad suffragandum veritati, fideique sanctorum Patrum & rectis dogmatibus, nos tamen omnes jussi sumus esse vobiscum. Operæpretium autem est, ut omnium nostrum mens quasi præsentium manifesta fiat. Unde propria habemus, quæ a vobis fiunt, & pertinent ad timorem Dei & pacificandam beneque ordinandam Ecclesiam. Quapropter hunc vobis libellum, quo mandatum continetur, fecimus, quo præcipimus & permittimus perfectamque potestatem tradimus, quam & si nos ipsi præsentes essemus, haberemus, ut cum vos gratia Dei in prædictam magnam civitatem pervenerit, sive apud pientissimum Regem opus fuerit, sive in Consistorio, sive in sancto conventu, sive Patrum Synodo de his quæ inquiruntur sermo habeatur, hac valeatis libertate dicendi, sapientia, atque diligentia, ut vos decet afferre pro communi Ecclesiarum usu, laboremque hunc suscipientes pro nobis omnibus scilicet manentibus & comitantibus & amantibus, & tamquam coram omnibus acta essent habentibus omnia quæ in hac causa agitis & acturi estis. Et istud ipsum oramus vestram sanctitatem, ne quod communi usui profuturum & ad gloriam Domini Christi facere minus alacris sit. Tametsi videbitur, Synodalem epistolam cum omnium subscriptione mittendam, confitemur omnes communiter & singuli omni alacritate vos subscripturos, & ad pium exercitum missuros. Quippe manifestum est, quod capitula a Cyrillo Alexandrino adjecta ad fidem Patrum qui Nicæno Concilio interfuerunt, tamquam hæretica modis omnibus & a Catholica & Apostolica Ecclesia aliena eiiciuntur.* Hæc illi, quibus condemnantes Cyrilli capitula subscripsere.

CLII. Justa querela Cyrilli cur non sit missus Constantinopolim.

Quod vero missi Epheso ab adversariis essent, qui apud Imperatorem scripta ejusdem Cyrilli redarguere conarentur hæretica, & absente ipso tanta esset causa tractanda: inde accidit, ut jure quidem, ut de minus æqua conditione, apud Imperatorem in Apologia ad eum data idem Cyrillus conqueſtus sit, cum ex parte Nestorii defensorum jussus esset adesse Constantinopoli Joannes Episcopus Antiochenus, omnium coryphæus schismaticorum, ipse vero interea Epheſi sub custodia detineri: his enim jure verbis expostulat (*d*). *Præterea cum relicta Epheso ad illustrem illam civitatem adducerentur qui ad hoc erant a sancta Synodo ordinati, ut iis quæ apud eum acta fuerant, patrocinaretur: cupiebam viriis illis adnumerari: primum quidem ob eam causam, ut dominationem vestram viderem: deinde ut coram vobis contra ipsum Antiochenum Episcopum jure agerem, ostenderemque eum sycophantam egisse, & inique insaniisse impetentibus furiis esse superatum, propterea quod capita blasphemiarum Nestorii anathematizavi.* Hæc ipse.

(*d*) *Cyril. Apolog.*

CLIII. Lucubrationes Cyrilli cum detineretur Epheſi.

Reliqus autem Cyrillus Epheſi haud otiose consistit: sed quid agit? Quod enim sciret duodecim illa Capitula a se scripta contra Nestorii impietatem ab adversariis in controversiam deduci & hæresis infamari; ne perperam ab eis facta ipsorum interpretatione labefactari possent, ipse illis explanationem adjecit, cum tamen jam ante eadem cognita & Orthodoxa fuerint in sancta Synodo approbata. Nam in Apologia ad Theodosium



(*a*) *Cyrill. Apolog.* sium ista habet (*a*): *Fidei namque meæ rectitudinis testimonium dedit Romana Ecclesia, & præterea sancta Synodus ex universo Orbe qui sub cælo est (ut ita dicam) congregata. Quod enim nullo pacto alienus ab Evangelica & Apostolica traditione deprehensus sim, & quod rectam & minime obliquam sacrorum dogmatum semitam percurram, communi sententia confessi sunt, idque scripto in commentariis qui leguntur, quique a me scribuntur.* Hæc ipse.

CLIV. Miserunt eamdem Cyrilli explanationem qui erant Epheſi Nestoriani schismatici ad suos legatos profectos Constantinopolim: sed qui semel pravum imbuissent sensum, ut in deteriorem partem jam ipsi a recto devii, recta quæque converterent, & ea quoque calumniari aggressi sunt: nam iidem ipsi in relatione ad suos hæc habent ad finem epistolæ (*b*): *Demum misimus vestræ sanctitati recens factam expositionem ab Alexandrino hæreticorum capitulorum, evidentius etiam per illam ostendens suam impietatem.* Ita ipsi. Sed & idem Cyrillus scripsit hoc quoque tempore Apologiam ad Theodosium Imperatorem, quæ incipit: *Divina & incorrrupta natura:* purgat enim se de omnibus a schismaticis contra se calumniis in hanc usque diem illatis. Sed & tunc temporis *Theodorus Episcopus Ancyræ* (ut testatur Gennadius (*c*) *cum itidem Epheſi moraretur, scripsit adversus Nestorium librum redargutionis & confutationis, ut ait, dialectica quidem arte ordinatum, sed auctoritate sacrarum Scripturarum detextum: multis enim assertionibus usus est, antequam Scripturarum testimonia poneret.* Hæc ipse: jam vero quid per legatos actum sit Constantinopoli, videamus. Sed antequam pervenirent, quid statuerit de Nestorio Imperator, dicendum est.

(*b*) *Apud Cyril. Apolog. & Act. Conc. Eph. edit. Pelt. tom. 3. c. 7. append. 2.*

(*c*) *Gennad. c. 15.*

CLV. Schismatici apud Chalcedonem manere jussi.

Ubi autem legati Epheso recessissent, mandato Theodosii jussus est Nestorius recedere Epheso, & quo vellet pergere, nulla amplius spe revertendi ad sedem Constantinopolitanam, e qua juste depositus fuit. Interea cum legati jam Constantinopolim appropinquarent, idem Theodosius Imperator tranquillitati urbis consulens, quod sciret cives in schismaticos Nestorii fautores infenso animo esse, jussit eorum legatos degere apud Chalcedonem. Sed neque qui a sancta Synodo missi sunt, Constantinopolim ingredi voluit. Verum haud æquo animo hæc passi sunt ipsi schismaticorum legati, ut patet relatione ab ipsis ad suos Epheſi commorantes conscripta his verbis (*d*):

(*d*) *Apud Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. to. 3. c. 5.*

CLVI. *Postquam Chalcedonem venimus (nam Constantinopolim neque nos, neque adversarii nostri intrare permissi sumus propter seditiones bonorum monachorum) fama accepimus, quod ante octo dies, priusquam compararemus (en gloriam pientissimi Regis) dominus Nestorius ab Epheso dimissus sit, ut eat quo liberet. Unde valde doluimus: quandoquidem vere ea quæ illicite, & absque judicio facta sunt, jam robur habere videntur.* Vides ne lector, quod ante sæpe mille signis demonstratum est, schismaticos illos fuisse erga Nestorium propensissimos; sicuti & nunc id ipsum verbis suis, sese illi addictissimos esse declarant? Sed subdunt quæ in proximo putarent fore agenda: *Sciat autem vestra sanctitas, nos promptos pro fide certamen inituros, & certare velle ad mortem usque. Expectamus autem hodie, hoc est, undecima mensis Gordiei, transiturum pientissimum nostrum Regem ad Ruffinianam villam, & illic causam auditurum, &c.* Erat Ruffiniana villa locus amœnissimus a Ruffino Præfecto constructus, de quo plura superius sub Arcadio Imperatore. Habes ex his, lector unde etiam rerum gestarum tempora colligas, cum testantur se ea scribere undecima mensis Gordiei; est ipse mensis Septembris apud Romanos, eademque prorsus dies undecima mensis: nam testificatione Bedæ (*e*) ex Anatolio, eamdem fuisse rationem mensium Græcorum ac Latinorum, apparet. Sicque intelligas, circa finem mensis Augusti legatos Epheso profectos esse, Nestorium vero tertia die Septembris absque spe sedis esse dimissum.

(*e*) *Bed. de ratione temp. c. 12.*

Nestorius dimissus privatus Episcopatu.

CLVII. Schismatici Legati livore tabescunt.

Cæterum non accidit, ut sperabant legati schismaticorum, nimirum audiendos se fore in Ruffiniana ab Imperatore: quamobrem cum conijcerent illum erga Catholicos esse bene affectum, exulcerati livore ad ipsum misere libellum querelarum locupletem qui ita exorditur: (*f*) *Orandum erat &c.* Quo in primis in Cyrilli capitula invehuntur calumniantes ea esse hæretica. Cum autem nullum ad libellum oblatum meruissent habere responsum; cum ex hoc viderent se habitos esse contemptui, rursus querelas ingeminant, aliumque rursus libellum inferunt, cujus est exordium (*g*): *Sæpenumero pietatem vestram, &c.* Quo & illud pudendum ad finem ponunt, petentes, ne quis in locum Nestorii in sede collocaretur Episcopus, donec de eodem iterum foret judicium ventilatum.

(*f*) *Apud Acta Eph. edit. Pelt. to. 3. c. 2. appen. 2.*

(*g*) *Ib. c. 3. & apud Cyril. in Apolog.*

CLVIII. Theodosius tandem favet Catholicis.

Inter hæc autem Theodosius Imperator illud addidit, quod schismaticos vehementius exacerbavit; nimirum cum legatos œcumenicæ Synodi venire intra Urbem, adversarios autem ad propria redire præcepit: sed & Acta ab eis adversus Cyrillum atque Memnonem, universamque Synodum, ut vana penitus abolenda censuit. Hæc cum adversariorum schismaticorum legati accepissent, vehemen-

menter consternati sunt, & eo magis exterriti, quod veluti absoluta omnino causa, ipsi ab Imperatore inauditi, dimissi sint. Iidem igitur animo mirum in modum perturbato tertium ad Theodosium supplicem adhibere libellum (*a*) querelarum plenum, expostulationumque: quod nimirum (ut dicebant) qui tuerentur Catholicam fidem abire jussi essent, adversarii vero defensores erroris Apollinaris suas recipere sedes juberentur: est autem libelli queruli exordium: *Non hunc eventum sortituram vestræ pietatis vocationem expectabamus, &c.* petulanter quidem, & perfricta fronte agebant fidei Catholicæ defensores, qui hactenus patrocinati essent Nestorianæ blasphemiæ omnium horrendissimæ: talis namque esse solet insitus, & pene innatus ex immensa superbia proveniens mos hæreticis, ut impudentissime agentes, qui ex scelere erubescere debuissent atque confundi insolenter atque proterve jactent se esse fidei Catholicæ defensores, quam produnt, prostituunt, atque penitus perdunt.

(*a*) *Apud Act. Conc Eph. edit. Pelt. to. 3. c. 4. appen. 2. & apud Cyril. in Apolog.*

CLIX. Pulcheria Augusta pro fide Catholica laborat.

Vigilavit, quod numquam obdormivit, pro fide Orthodoxa Pulcheriæ Augustæ studium, quæ fratrem vallatum undique a Nestorianis Comitibus, penitusque obrutum fluctibus mendaciorum eripuit: qui in lucem tandem emersus, quæ vera, quæve essent falsa perspiciens, lucis opera jam edere cœpit; doluitque magnopere sanctam Synodum ex falsis Comitum relationibus gravissima passam esse. Industria quidem, & vigilantia S. Pulcheriæ res fidei Orthodoxæ in meliorem statum esse positas, licet nec historici, neque Acta Synodalia tradant: satis superque ad hæc perspicue demonstranda, S. Leonis Papæ, hoc tempore Ecclesiæ Romanæ diaconi, testificatio esse debet: qui postea Pontifex, in omnibus ferme litteris ad eamdem Pulcheriam datis, ejusdem prædicat erga fidem Orthodoxam exhibitum semper studium indefessum, & curam propensiorem, hacque ex parte dignam prædicat totius Catholicæ Ecclesiæ præconiis celebrari. Ipse enim S. Leo non aliunde quam ex rebus jam antea pro Ecclesia Catholica ab ipsa præclare gestis, penitius insinuandi argumentum validum petit, ut adversus Eutychis hæresim tempore sui Pontificatus emergentem ipsam impelleret, ut cum inter alia ista scripsit (*b*), quibus Propensior Pulcheriæ animus hoc tempore pro fide solicitæ declaratur:

(*b*) *Leo ep. 39.*

CLX. Laudes Pulcheriæ ob defensum Catholicum fidem.

*Quod* (inquit) *semper de sanctæ pietatis vestræ mente præsumpsimus, id plenissime experiendo cognoscimus, Christianam fidem, quamvis diversis pravorum appetatur insidiis, vobis tamen præsentibus, & in defensionem ejus a Domino præparatis, non posse turbari: non enim Deus aut suæ misericordiæ sacramentum, aut vestri laboris deserit meritum, quo dudum sanctæ religionis hostem ab ipsis visceribus Ecclesiæ depulistis, cum hæresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit: quia non fefellit famulam Dei, & discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia, &c.* rursus vero ad eamdem (*c*): *Offertur ergo pietati vestre digna materia, qua placitam Domino curam sancti cordis exerceat, & præcedentium meritorum coronas etiam de præsentis erroris abolitione multiplicet: sicut enim Nestoriana impietas, ita & Eutychiana blasphemia ab omnium est Catholicorum eliminanda consortio.* Hæc & alia plura id genus, quibus ejus adversus Nestorianam hæresim effugandam studium commendatur.

(*c*) *Leo epist. 43.*

CLXI.

Imbuerat quippe ipsa animum sancta lectione librorum, quos Cyrillus Alexandrinus ipso Nestorianæ hæresis exordio (ut dictum est superius) scripserat ad Reginas, inter quas ipsa tunc altius eminebat. Voluit namque summæ sapientiæ suæ dispensatione divina providentia, ut per virginem summa Virginis, dignitas, qua Dei mater est appellata, inoffensa penitus servaretur. Hujus igitur clamoribus, & aliis vocibus tandem Theodosius excitatus, respiscens cœpit solertius evigilare, & ea curare, quæ ad fidem illibate servandam conducere viderentur: licet, quod natura clementissimus esset, cum fidei hostibus mitius videretur egisse.

Theodosius per Pulcheriam profecit.

CLXII.

Cæterum cum Nestoriani præter spem omnem, quam conceperant, vidissent Theodosium Imperatorem Pulcheriæ Augustæ opera a Nestorio penitus animo alienatum, atque erga Catholicos redditum propensiorem; indigne ferentes, in utrumque commoti: quod aliter non valerent, calumniis ambos vehementissime exagitarunt: furore enim perciti ea nefanda de ipsis jactare non sunt veriti, quæ Suidas narrat his verbis: *Nestorio autem adeo infensa fuit Pulcheria, ut quæ illum adamabant, rumorem spargerent, eo invisum esse Pulcheriæ Nestorium, quod illam incæstus cum fratre Imperatore Theodosio criminatus esset.* Hæc scelestissimi illi. Sed quid mirum sic in Christi sanctam Virginem insaniisse, qui in Virginem virginum sanctissimam Dei genitricem adeo contumelioli fuere? Sed miro quodam divino consilio factum est, ut per virginem Christi sponsam Virgo Deipara a Nestorii vindicaretur blasphemiis, dum circumventum ac penitus obrutum Theodosium Nestorianorum fallaciis e tenebris in perspicuam veritatis lucem eduxit. Cedit itaque Pulcheriæ laudi, quicquid



quid ipse ex hoc tempore pro Catholica fide est visus egisse: adscribitur autem domesticorum insidiis, si interdum permissi sunt Nestoriani liberius agere; adversus quos quæ post hæc acta sint, continuatione oratio depromat.

CLXIII. Schismaticorum legati admissi tandem ad Theodosium.

Theodosius igitur, cassis jam redditis cunctis ab eis adversus Catholicos Ephesi constitutis, annuit tandem, ut iidem Chalcedone transmitterent Constantinopolim, & una cum legatis Synodi œcumenicæ conflictarentur de duodecim Cyrilli capitibus, quos esse hæreticos ipsi adeo proclamarent. Cum autem simul ambæ partes convenissent, & Catholicorum legati contenderent accersendum esse Cyrillum, qui suam præsens causam ageret: illi rati tergiversationem hanc esse ex diffidentia malæ causæ, quasi primas in eo congressu tulissent, ad suos Ephesum scripsere jactantes: est autem exordium epistolæ (*a*): *Precibus sanctitatis vestræ datus est nobis accessus ad pientissimum Regem, &c.* Sed ut eosdem Ephesi in officio continerent, etiam illud mendaciter addidere, Acacium Orthodoxum (puto quidem Melitenum illum sanctissimum Præsulem, de quo sæpe superius) in suis scripsisse libris, Divinitatem passam esse; cum tamen ille non Deitatem, sed Deum, nempe Christum hominem factum eumque vere Deum, crucis supplicium subiisse diceret: sed ventose jactarunt, & illud, nimirum omne sacri Consistorii studium in ipsos esse conversum, seque a Constantinopolitano populo frequentari, a quo monerentur viriliter pro fide agere.

(*a*) *Apud Cyril. in Apolog. & apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 3. c. 6. appen. 2.*

CLXIV.

Hæc quidem ad suos schismatici; qui tunc & miserunt (ut iisdem litteris tradunt) duo expositionis fidei exemplaria Ephesum, ut eis illi subscriberent. Porro alterum illorum ab iisdem subscriptione firmatum, Constantinopolim, qui erant Ephesi, ad legatos dedere, quod recitat Cyrillus in Apologetico: est illius exordium (*b*): *Propter Ecclesiasticas quæstiones*, &c. in ea tamen professione ne verbum quidem de hæresis Nestorianæ damnatione habuerunt. Adjecerunt, & litteras, quæ incipiunt (*c*): *Quoniam didicimus vestros pro religione labores*, &c. Misere pariter & Cyrilli in duodecim capitula expositionem editam Ephesi. Adjecere insuper epistolam ad Theodosium Imperatorem, qua gratias illi agentes, quod a se missos legatos tandem in suum conspectum admisisset, institerunt pro restitutione Nestorii, quasi illegitime damnatus sit ab hæreticis, necnon pro damnatione capitulorum Cyrilli: incipit autem ipsorum epistola (*d*): *Edocti ex sanctissimorum, & pientissimorum ministrorum nostrorum litteris*, &c.

(*b*) *Apud Cyril. in Apolog.*

(*c*) *Apud Cyril. in Apolog. & Act Ephes. edit. Pelt. t. 3. c. 7. append. 2.*

(*d*) *Apud Cyril. in Apol. & Act. Eph. edit. Pelt. to. 3. c. 8.*

Quid demum? Admisit iterum atque iterum, ac quintum usque Theodosius Imperator schismaticos legatos ad congressum cum adversariis coram se habitum. Cum vero eo amplius illi derecti jam impii essent, & impietatis defensores existere: Imperator ipsos dimisit, & reverti jussit ad propria: cum illi ad suos, desperatione victi, postremas has dedere litteras (*e*):

CLXV.

*Quinto accessus nobis contigit: Et quamvis multum de hæreticis capitulis disputaverimus, juraverimusque sæpius pientissimo Regi, quod impossibile nobis sit communicare his qui diversa sentiunt, si nondum exploserint capitula: & quod Cyrillus etiamsi rejecerit capitula a nobis suscipiendus non sit, eo quod ipse tam impiæ hæreseos hæresiarches factus sit: nihil tamen profecimus, eo quod & adversarii instarent, & auditores hos tam impudenter obluctantes non compescerent, nec cogerent eos, ut ad inquisitionem, & colloquium venirent. Hac enim via effugiunt, ne capitula examinentur, & de his disputari prorsus non sinunt. Nos autem propter vestras preces usque ad mortem instare paruti sumus, & neque Cyrillum suscipere, neque capitula ab eo exposita, neque illis communicare, priusquam explodantur, quæ fidei male adjecta sunt.*

(*e*) *Apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 3. c. 10. append. 2. & apud Cyril. in Apolog.* Theodoreti litteræ de rebus gestis Constantinop.

CLXVI.

*Obsecramus igitur, & vestram sanctitatem, ut sapiatis eadem quæ nos, eumdemque laborem ostendatis: certamen enim nobis pro religione est, quam solam habemus spem, & propter quam expectamus fruituros nos benignitate Salvatoris nostri in futuro sæculo. De pientissimo autem, & sanctissimo Episcopo Nestorio sciat vestra pietas quod studuerimus quidem de illo sermonem inserere: sed nunc non potuimus, eo quod omnes vel ad ipsum nomen hostiliter afficiuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametsi res sic habeant, per opportunitatem temporis, ac auditorum benevolentiam, etiam hoc facere, si quidem nostro proposito Deus cooperaturus fuerit. Porro ut vestra sanctitas etiam hoc non ignoret, scitote quod videntes Cyrillianos tyrannide, & fraudibus, & adulatione, & donis omnes (ut ita dicam) decepisse, non raro pientissimum Regem, & magnificentissimos Principes obsecravimus, ut & nos ad Orientem dimitteremur, & vestra pietas ad propria demigraret. Cognoscimus enim quod in vanum moras nectimus, & instituta non perficimus, eo quod Cyrillus ubique fugit colloquium nostrum, conscius sibi blasphemias, quas in duodecim capitulis suis edidit, manifeste redarguendas. Placuit autem pientissimo Regi post multas adhortationes, ut singuli ad propria redeamus, ad hoc ut Ægyptius, & Memnon Ephesius in suis Ecclesiis maneant: sic*

*sic enim poterit Ægyptius omnes excæcare muneribus suis, ut ille quidem cum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat: iste vir innocens*) nempe Nestorius) *vix ad suam mansionem dimittatur. Omnem quæ vobiscum est fraternitatem, & nos & qui nobiscum sunt, plurimum salutamus. Joannes Episcopus Antiochenus valere vos in Christo precor, domini pientissimi, & sapientissimi. Subscripsere, & alii similiter.* Hactenus Nestorianorum legatorum ad suos epistola.

CLXVII. Theodoretus defensor Nestorii.

Vides, lector, quam hi Nestorium studio indefesso coluerint: ut vel ex hoc ipso intelligere valeas, quam inique, quamque impie adeo contumeliose in tanti hæresiarchæ expugnatores invehantur. Habentur, & litteræ Theodoreti eodem ferme tempore Chalcedone datæ ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum in scelere defendendo conjuratum contra Cyrillum: quibus in primis, quam naviter egerit pro causa tuenda, his exorditur verbis (*a*): *Nullum humanitatis, nullum asperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus omisimus, quo apud pientissimum Regem, & illustre Consistorium non simus usi.* Et paulo post vide quid de Nestorio: *De amico autem sciat tua sanctitas, quod si quando ejus faceremus mentionem, vel apud pientissimum Regem, vel apud illustre Consistorium, defectionis notabamur: tantæ sunt eorum qui intus sunt, in illum inimicitiæ. Et quod est molestissimum, pientissimus Rex præ omnibus aliis aversatur nomen, manifeste dicens: De hoc mihi nullus loquatur; specimen enim semel ipse dedit. Attamen dum hic sumus, non cessabimus omni opere, & ejus partis curam agere, scientes factam illi ab impiis injustitiam.* Hæc cum dicat ipse, jam non solum cum Nestorio unanimem fuisse vides; sed dixerim etiam concorporeum: unde magis mireris immensam Dei misericordiam erga ipsum, cum postea datum est illis ex hujusmodi tandem barathro impietatis emergere.

(*a*) *Apud Cyrill. in Apolog. & apud. Act. Eph. edit. Pelt. to. 3. c. 9. app. 2.*

CLXVIII. Quid Theodoretus cum concionatur Chalcedone.

In quo quidem quam profunde mersus modo ageret, & ex illo accipe, quod (ut ipse iisdem ad Alexandrum datis litteris profitetur) magno licet in periculo irruentium monachorum, & aliorum Orthodoxorum ad lapidationem (ut ait) usque grassantium versaretur: nihilominus non prætermisit adversus Synodum, ac potissimum contra Cyrilli capitula concionari, Nestorianos Constantinopoli Chalcedonem ad se pertrahere, & illis aperte Nestorii dogmata propinare: est de his locuples testis homilia una illa ipsius Theodoreti, apud Cyrilli Apologeticum hactenus asservata, quæ incipit (*b*): *Christus nobis dux sit sermonis, &c.* ubi ad Nestorianos, qui interjacens trajicerent mare, dum Constantinopoli proficiscerentur Chalcedonem, ut ipsum Theodoretum concionantem audirent, hæc ait: *Terribiles Propontidis fluctus transire ausi estis, ut nostram audiatis vocem, quam vestri pastoris vocis effigiem putatis*, nempe Nestorii. *Desideratis enim audire jucundas vestri pastoris fistulas; pastoris, quem pastores socii calamis occiderunt, ut putant: ad quos Deus per Prophetam clamat: Pastores multi corruperunt vineam meam, &c.* plura exaggerans in Patres œcumenicæ Synodi, qui Nestorium condemnarant.

(*b*) *Apud Cyril. Apolog. ad fin.*

CLXIX. Theodoretus palam inter Nestorianos impugnat fidem Catholicam.

Sed & quomodo Nestorianam illis manifesto absque aliquo velamento hæresim prædicaverit, ex his quæ ipse subjicit, perfacile senties, ubi invehitur in Orthodoxos Deum patientem affirmantes, sic dicens: *Hunc qui omnia verbo fecit, & unica momenti inclinatione exhibet ea quæ non sunt ut sint, & de his quæ non erant, ut essent, sola voluntate, quasi oblitus horum omnium, passionibus obnoxium facis, & legem ponis ut adoretur Deus passibilis:* & inferius: *Nos autem invisibilem Unigenitum incomprehensibilem, inexcogitabilem, passibilem esse credemus? absit:* & conversus ad Christum: *Salvator noster & benefactor, ne sic apostatæ simus adorationis tuæ, ne sic ignorems tuam naturam, ne sic ingrati simus de tuis donis, ut suspicemur passibilem nostrum liberatorem, qui nos e passionibus ad impassibilitatem transtulit, & nobis passionibus obnoxiis impassibilitatem largitus est.* Hæc ipse, quibus aperte vides duas in Christo personas constituere a se invicem separatas, nullamque factam in una persona duarum naturarum unitatem indivisam, inconfusam, & inconvertibilem: ac proinde cum negat Deum passum, Christum non esse Deum affirmat, separans naturam divinam ab humana: cum e contra Catholici, unione indivisibili duarum naturarum in una persona facta, Christum Deum profiterentur passum, ut tamen Divinitatem negarent esse passibilem. Vides igitur hominem, cum liberos inter suos haberet affectus, quæ effutire soleret: cum & litteris suis calumniose asserat Catholicos unam tantum in Christo prædicare naturam cum tamen hi faterentur ex duabus naturis unam esse personam: qua etiam calumnia prosecutus est Cyrilli capitula, quasi ille, cum Deum passum esse dixerit, Deitatem passibilem constituerit.

CLXX.

Sed mirum dictu quam calumniose ad suam ipsorum hæresim astruendam citare iidem Nestoriani consueverint sanctos Patres



tres, quantaque mentiri jactantia, universos ferme Orbis Episcopos secum sentire, & ex Orthodoxis pro libitu hæreticos reddere, ut suis litteris ad Rufum (*a*) presbyterum feciisse noscuntur, dum ut hominem pellicerent ad Nestorii hæresim consectandam, Martinum quemdam finxerunt Mediolanensem Episcopum esse Nestorianum, mississeque tractatum sancti Ambrosii de Incarnatione ad Imperatores, quo Cyrilli impugnaretur sententia, & Nestoriana hæresis firmaretur: cum re vera nullus ejus nominis extiterit his temporibus Mediolanensis Episcopus; & longe procul abesset, ut sanctus Ambrosius suis scriptis confirmaret dogma Nestorii: hæ erant artes hæreticorum, pro animi sententia, quod vellent, absque pudore fingere, mentiri, & subdole atque veteratorie cuncta peragere.

(*a*) *Extant apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 3. c. 13.* Theodoretus quæ ad Rufum scripserit.

CLXXI. Dimissi tandem ab Imperatore legati schismaticæ & hæreticæ factionis, abire jussi sunt ad Ecclesias suas: cum Joannes illorum dux Episcopus Antiochenus ultimum Vale pronuncians, perbrevem illum sermonem ad suos Nestorianos habuit, cujus est exordium (*b*). *Sancta lex est ut patribus accepta ferantur ea quæ filiorum sunt. Meus est Galaad, meus est Manasses, immo non mei sunt, sed Dei, ejus qui vestram cum nostra congregavit Ecclesiam, &c.* Hæc & alia arrogantia plena, vendicans sibi Nestorianos, qui erant Constantinopoli, Nestorio eorum Episcopo destitutos.

(*b*) *Apud Cyril. in Apol. ad fin.*

CLXXII. Hunc tandem finem accepit hæreticorum & schismaticorum factiosa rebellio atque violenta tyrannis, quæ ad quinque ferme mensium spatium vehementissime contrariis fluctibus exagitavit Ecclesiam. Licet igitur sancita a Patribus damnatio hæresis Nestorianæ cum auctore suo Nestorio firmum vigorem obtinuerit: quæ tamen ab eadem Synodo statuta fuerunt adversus Joannem Antiochenum atque collegas sacerdotio ac sede privatos, haud adeo propere visa sunt Imperatori executioni fore mandanda, sed spe pacis ineundæ sunt retardata, ne cum Joanne Antiocheno totius Syriæ Episcopi ab Ecclesia Catholica separarentur. Sic igitur hoc prætextu permissus est Joannes cum

Cur Joannes, & socii permissi in suas Ecclesias redire.



suis ad Ecclesias sibi creditas absque jactura redire: quod quidem divino consilio factum esse, exitus declaravit: nam anno sequenti dissidentibus ad concordiam revocatis, composita pax, Ecclesiisque tranquillitas reddita est. Sed non profuerunt Nestorio istæ moræ, qui cum suis in monasterio sancti Euprepii apud Antiochiam permissus est (*c*) agere quadriennium, si forte ab insania resipisceret. Verum cum compertus esset majori obstinatione obriguisse, decreta est illi relegatio Oasena omnium deterrima, de qua suo loco inferius agendum.

(*c*) *Evag. lib. 1. c. 7.*

CLXXIII. Antequam autem rederent legati schismaticorum, creatum fuisse loco Nestorii Constantinopolitanum Episcopum Maximianum, habent Acta (*d*) quædam, quæ minime mihi probantur, cum plura simul mendacia insuta habeant; ut cum ibi dicitur, hoc anno statim Nestorium in exilium missum esse: cum ex his quæ suo loco certa testificatione dicentur, constet nonnisi post annos quatuor Nestorio exilium irrogatum. Præterea si verum esset ante horum legatorum profectionem Maximianum in locum Nestorii subrogatum esse; utique Theodoretus, & alii in litteris tunc cum profecturi essent datis, ejusdem suffectionis meminissent: quamobrem in contrariam potius sententiam imus. Creatum quidem Maximianum in locum Nestorii Episcopum Constantinopolitanam octava Novembris, Socrates (*e*) auctor est. Sed cum trimestre spatium interlapsum ab ejusdem depositione Nestorii usque ad substitutionem Maximiani tradit (*f*), plane in numero esse errorem, affirmare necesse est: nam cum superiori capite dicat (*g*), mense Junii depositum esse Nestorium; non tres, sed quatuor menses intercurrisse oportuit a Nestorii depositione usque ad Maximiani subrogationem. Id ipsum affirmat de quatuor mensibus Liberatus diaconus in Breviario, cum ait (*h*): *De electione Episcopi rursum quæstio orta est. Multi enim Philippum quærebant presbyterum, qui a Joanne cognomento Chrysostomo diaconus fuerat ordinatus, multaque scripsit volumina contra Julianum Apostatam Imperatorem. Alii vero Proclum presbyterum*

(*d*) *Apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 5. c. 11.* De Maximiani electione in Ecclesia Constantinopol.

(*e*) *Socrat. lib. 7. c. 36. in fin.*

(*f*) *Idem lib. eod. c. 34.*

(*g*) *Socrat. lib. 7. c. 33.*

(*h*) *Liberat. diac. Brev. c. 7.*

PAGIUS XXXVII. *Maximianus ordinatur Episc. Constantinop.*

A num. CLXXIII. ad CLXXVIII. Post decretum a Principe *Nestorii* exilium, post adventum Legatorum utriusque partis, Orthodoxorum scilicet & Orientalium Constantinopolim, ac denique post auditos eosdem Legatos Orthodoxos *Maximianus* ordinatus est Episcopus Constantinopolitanus. Baronius quidem non solum negat, *Nestorio* exilium ante annos quatuor sequentes irrogatum; sed etiam *Maximianum* creatum esse Episcopum, antequam Legati Schismaticorum recederent, quod existimet, Acta Ephesinæ Synodi editionis Peltani, in quibus utrumque legitur, hac in parte mendosa esse. Verum Peltanus nihil hac de re habet quod diserte non legatur in Antiqua versione Concilii Ephesini, quam sequitur, quamque nuper Baluzius in nova collect. Concil. emendatiorem dedit; quod etiam non referatur in editione Labbei pag. 1057. & quod denique certis aliis monumentis probari non possit. Hæc verba Antiquæ versionis cap. 70. *Euntibus Constantinopolim septem & septem Episcopis* (scilicet ex utraque parte, ut habet editio Labbei) *satisfactum est per semetipsum præsenti Imperatori, quia magnum & universale Concilium omnia regulariter & consequenter agens damnavit Nestorium, & approba-*

*quærebant, quem ad Cyzicum Sisinnius Episcopus ordinavit. Qui priusquam Cyzicum proficisceretur, procedentes Cives ejusdem Civitatis Dalmatium monachum sibimet ordinaverunt Episcopum, quoniam Attico prædecessori Sisinnii soli hoc præstitum videbatur*, nimirum ut Episcopus Constantinopolitanus daret Episcopum Cizicenis: *sed proceribus Palatii ut fieret displicuit; quod quidem factum est postea. Manebat ergo Proclus non habens Ecclesiam propriam, qui tum in Ecclesia Catholica Constantinopoli valde florebat. Cumque quatuor transissent menses post Nestorii damnationem, Maximianus ordinatur Episcopus, vita quidem monachus, ordine vero presbyter, constantis quidem fidei, idiota tamen sermone sub quiete vivere eligebat.* Hæc Liberatus: eadem ferme Socrates (*a*), qui & catalogum texit eorum qui ex alia in aliam sedem translati sunt. Addit autem inferius (*b*), Cælestinum Romanum Pontificem rescripsisse, nihil esse impedimento quo minus unius Civitatis Episcopus in aliam posset Ecclesiam transferri: quod quidem decretum Cælestini licet post Maximiani electionem innotuisset, profuit tamen Proclo, cum, defuncto Maximiano, confestim in locum ejus (ut suo loco dicemus) subrogatus est: desideratur ejusmodi epistola Cælestini. De creatione vero Maximiani in reditu Cyrilli hæc habentur in aliis Actis Concilii Ephesini (*c*):

(*a*) *Socrat. lib. 7. c. 34.*

(*b*) *Idem cod. lib. c. 39.*

(*c*) *Ex cod. Antonii Augustini.*

CLXXIV. *Jussit autem his qui de sancto, & magno universali Concilio erant* (nempe octo legatis missis) *ingredi in Ecclesiam, & ordinare Episcopum sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ; quod etiam factum est. Ingressi autem ordinaverunt Maximianum Episcopum. Et post hæc jussit Imperator, omnes Episcopos abire unumquemque in propriam regionem: & abierunt. Mansit hic Joannes Antiochenus Episcopus, & qui cum eo erant, in se gregati existentes. Ingressus autem est Cyrillus Episcopus Alexandriam Athir tertia, & suscepit eum Civitas cum multa excellentiæ gloria.* Hactenus ibi. Porro tertia mensis Athir eadem dies est quæ apud Romanos tertio Kalendas Novembris. Scripserunt & legati ad Cyrillum de Maximiani ordinatione, qui has ad eos litteras reddidit (*d*):

(*d*) *Ex Cod. C. Antonii Augustini.*

*Dominis desiderabilibus, & Dei cultoribus & comministris Juvenali, Flaviano, Arcadio, Projecto, Firmo, Theodoto, Acacio, & Philippo presbytero, Cyrillus in Domino salutem.*

*Satisfactum nobis est iterum, & ipso experimento cognovimus quia veritas vivit, & vincit secundum sancti vocem: resistit autem ei omnino* * *nihil est autem sic validissima, ut insurgat adversus omnes inimicos, & resistentium sibi virtutem solvat. Ecce enim, & ecce falsæ quidem loquentium ora destruxit, & illicitarum blasphemiarum caligo cessavit, resplendet autem veritatis dogmatum pulchritudo, ordinato Episcopo secundum decretum Dei atque Concilium per sanctitatem vestram reverendissimo, & Dei cultore Maximiano, quem etiam, & longa ætas ornavit non in desidiis, & deliciis constitutum, sed in laboribus, & virtute, & qui multa rerum decoratus est cura pro veritate, & dogmatibus pietatis. Congaudens igitur universis Ecclesiis, & populis ibidem*

CLXXV.

*omnium.



*dem constitutis, merito proclamabo: Benedictus Dominus, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ. Non enim poterat dormitare sic bonus pastor, ut etiam suam animam poneret pro ovibus, & semper salvificare sciens, jam antiquam* *quidem bestiam a sacra, & divina aula repulit. Sapientissimum autem, & totius virtutis insignem præceptorem elegit, quem etiam credimus decorari in omni bono, & venerabili atque præcipua virtute pollentem gubernare sub sua manu populum constitutum. Incolumes vos esse in Domino, & nostri memores, oramus carissimi, & desideratissimi.* Hæc S. Cyrillus.

* & aliquando.

CLXXVI. Simulac autem Constantinopolitanæ Ecclesiæ thronum Maximianus conscendit, ad vere magnum sanctumque Cyrillum Alexandrinum Epicopum tanti certaminis decoratum insignibus mentis convertens oculos, has ad eum litteras dedit (*a*);

(*a*) *Apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 4. c. 24. & apud Cyr. ep. 24.*

*Religiosissimo Deoque dilectissime comministro Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino Maximianus in Domino salutem.*

Maximiani epistola de Cyrilli meritis laudibus.

*Expletum est desiderium tuum, Deo devotissime; perfectum est, quod religionis causa suscepveras; ad finem perductum est pietatis tuæ votum: spectaculum factus es* (*b*) *Angelis & hominibus, universisque Christi sacerdotibus. Neque enim solum in Christum credidisti, sed incommoda quoque pro ipso pertulisti. Solus dignus existimatus es, qui stigmata illius* (*c*) *in corpore tuo portares. Confessus es illum coram hominibus promeri-*

(*b*) *1. Cor. 4. Philipp. 11.*

(*c*) *Gal. 4.*



*tus es, ut ipse te confiteretur* (*d*) *coram Patre in præsentia Angelorum. Redimitus es coronis, quæ pro pietate certantibus debentur. Potuisti omnia in Christo qui te confirmavit: humiliasti satanam per patientiam: contempsisti tormenta: conculcasti furorem Principum: famem pro nihilo duxisti: panem* (*e*) *enim habebas, qui de cælo descendens cælestem vitam hominibus impartitur. Quia vero nos nec ab his abfuimus, dum & hic sensibiliter castigamur; & vestras afflictiones, quas dum principatibus, & potestatibus, dum mundi dominis, & rectoribus tenebrarum harum, dum nequitiæ spiritibus resistitis, toleraslis, auditione accepimus.*

(*d*) *Matth. 10.*

(*e*) *Jo. 6.*

CLXXVII. *Quia vero ad magnæ hujus Civitatis Episcopatum promoti sumus; dignare, Deo dilectissime, tum precibus nos fulcire, tum consiliis quoque dirigere, tum omni deinceps benevolentiæ studio prosequi, quo hac ratione illud Scripturæ* (*f*) *dictum in nobis adimpleatur: Frater qui adjuvatur a fratre, quasi Civitas firma. Vere etenim spiritualis dilectio munita Civitas est, quæ neque cuniculis a diabolo suffodi, neque scalis ab eodem potest superari, neque etiam bellicis satanæ machinis credere novit, ut quæ a Christo Domino custodiatur, Christo utique illo qui mundum hunc devicit, & sempiterna bona tibi præparavit, & aliquando nihilominus dixit* (*g*): *Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Cum itaque Christo Domino dignus evaseris, propterea quod crucem tuam*

(*f*) *Prov. 18.*

(*g*) *Matth. 10.*



PAGIUS *habuit quidem eos, vituperavit autem Orientales, & postea Nestorium exilio destinavit. Jussit autem his, qui de sancto & magno & universali Concilio erant* (nimirum Legatis a Synodo Catholicorum missis Constantinopolim) *ingredi in Ecclesiam, & ordinare Episcopum sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Quod etiam factum est. Ingressi enim ordinaverunt Maximianum Episcopum. Et post hoc jussit Imperator omnes Episcopos abire unum quemque ad propriam regionem. Et abierunt.*

XXXVIII. *Post Nestorium in exilium propulsum.* Nunc hæc duo capita sigillatim probanda. Et quidem *Nestorius* bis in exilium pulsus; primo currenti anno, iterumque anno CCCCXXXVI. Hoc anno in suum Monasterium Sancti Eupregii, ante portas Antiochiæ situm, amandatus est; anno vero CCCCXXXVI, in insulam *Oasim* deportatus. De priori exilio loquitur *Cælestinus* Papa in Epistola ad Synodum Ephesinam data *Idibus Martiarum* sequentis Christi anni, ibidem a Baronio num. IV. recitata, ubi num. VI. ait: *Scripsimus clementia Principali, ut de sanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque hunc* (scilicet Nestorium) *Antiochiam revertisse, atque sibi illic, unde venerat, vivendi præstitam facultatem. Innocentium exitium est istud exilium*, &c. *Elaborate, fratres Carissimi, elaborate, obsecro, ut vere tollatur de medio ve-*

*strum, qui hoc opus fecit: sola decet tales homines solitudo.* Quia Nestorius ejusdem monasterii ante Episcopatum Monachus fuerat, eum illuc liberum dimissum fuisse existimavit Baronius; cum tamen, ut Cicero in Parad. 38. recte scribit, *quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt.* Lupus in notis ad caput XXIV. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, duo quidem Nestorii exilia distinxit, sed perperam scripsit hoc anno primum decretum esse, & Theodosium, qui eum *Petras* Arabiæ relegarat, Nestorii amicorum precibus locum exilii mutasse in ejus monasterium. Verum anno tantum CCCCXXXVI, Petras Nestorium, relegari jussit Imperator, sed locus exilii mutatus, ut eo anno videbimus. Legati quidem Orientalium in Epistola ad suos, dum adhuc Ephesi essent, scripta, ajunt: *Postquam Chalcedonem pervenimus* (sub nempe mensis Augusti finem, cum inde undecimo Gorpiæi mensis die, seu die undecimo mensis Septembris Epistolam ad suos scripserint cap. XXVI. laudati Synodici recitatam) *nam Constantinopolim neque nos, neque adversarii nostri intrare permisit sumus propter seditiones bonorum Monachorum, fama accepimus, quod ante octo dies, priusquam compareremus, en gloriam Pientissimi Regis, Dominus Nestorius ab urbe Epheso dimissus sit, ut*

PAGIUS *eat quo liberet. Unde valde doluimus: quandoquidem vere ea, quæ illicite & absque judicio facta sunt, jam robur habere videntur*, Sed vel legati Schismatici exilium Nestorii dissimularunt, vel de recessu Nestorii male edocti fuerant, ut laudata numero superiori Synodi Ephesinæ verba nos dubitare non sinunt. Sic Nestorius ipse apud Evagrium lib. 1. cap. 7. narrat, *se* in Monasterio Euprepii *quadriennii spatio commoratum esse, variis affectum honoribus, variisque præmiis donatum, postea autem relegatum ad Oasim Edicto Theodosii.* Ubi etiam primum suum exilium dissimulat.

XXXIX. *Locus exilii fuit monasterium S. Euprepii.* In laudato Synodico cap. 24. extat *Epistola Præfectorum ad Nestorium, ut cum honore ad suum Monasterium remearet*, ex qua intelligimus, *Nestorium* postquam accepit Imperatorem nullum precibus amicorum suorum reliquisse locum, rogasse Præfectum Prætorio, qui hoc anno erat *Antiochus*, sicuti diximus, quando de ejus Consulatu locuti sumus, ut cum publice evectionis honore in suum Monasterium reduceretur, quam & ab eodem obtinuit. De ira Imperatoris erga Nestorium loquitur *Theodoretus*, summus Nestorii amicus, in Epistola ad Alexandrum Hierapolitanum suum Metropolitam, quam ad eundem dedit ex urbe Chalcedonensi. Recitatur ea in eodem Synodico cap. 30. aitque Theodoretus de Nestorio loquens: *De illo vero amico hoc cognoscat Sanctitas vestra, quia quoties ejus fecimus mentionem, sive coram Piissimo Principe, sive coram consistorio Principis, fecisse adjudicati sumus*

XL. *Nestorii Superbia.* *tus es, ut ipse te confiteretur* (*d*) *coram Patre in præsentia Angelorum. Redimitus es coronis, quæ pro pietate certantibus debentur. Potuisti omnia in Christo qui te confirmavit: humiliasti satanam per patientiam: contempsisti tormenta: conculcasti furorem Principum: famem pro nihilo duxisti: panem* (*e*) *enim habebas, qui de cælo descendens cælestem vitam hominibus impartitur. Quia vero nos nec ab his abfuimus, dum & hic sensibiliter castigamur; & vestras afflictiones, quas dum principatibus, & potestatibus, dum mundi dominis, & rectoribus tenebrarum harum, dum nequitiæ spiritibus resistitis, toleraslis, auditione accepimus.*

(*d*) *Matth. 10.*

(*e*) *Jo. 6.*

CLXXVII. *Quia vero ad magnæ hujus Civitatis Episcopatum promoti sumus; dignare, Deo dilectissime, tum precibus nos fulcire, tum consiliis quoque dirigere, tum omni deinceps benevolentiæ studio prosequi, quo hac ratione illud Scripturæ* (*f*) *dictum in nobis adimpleatur: Frater qui adjuvatur a fratre, quasi Civitas firma. Vere etenim spiritualis dilectio munita Civitas est, quæ neque cuniculis a diabolo suffodi, neque scalis ab eodem potest superari, neque etiam bellicis satanæ machinis credere novit, ut quæ a Christo Domino custodiatur, Christo utique illo qui mundum hunc devicit, & sempiterna bona tibi præparavit, & aliquando nihilominus dixit* (*g*): *Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Cum itaque Christo Domino dignus evaseris, propterea quod crucem tuam*

(*f*) *Prov. 18.*

(*g*) *Matth. 10.*

*injuriam. Tanta enim eorum, qui intus sunt adversitas contra eum. Et quod est omnium pessimum, quia & ipse Piissimus Imperator nomen ejus plusquam cæteri aversatur, nobis manifeste dicens: Quia de hoc nullus mihi manifeste aliquid dicat. Typum namque jam semel ea, quæ ad illum pertinent, susceperunt*, ubi *typi* nomine significatur Edictum Principis de fide, ut recte explicat Du-Cangius in suo Glossario, in voce *Typus*, eaque Epistola post tertiam aut quartam audientiam Legatorum Schismaticorum a Theodoreto scripta. *Antiochus* vero, qui *Præfectorum* nomine designatur, (quia licet unus tantum Præfectus decerneret, omnium tamen nomina in titulo Edicti de more exprimebantur), nonnisi post multorum querelas eam ad *Nestorium* Epistolam dedit, licet ei amicus esset. Ait enim: *Ea quæ per Synodi visa sunt geri Judicium tempore longo distulimus, licet nos multi valde culparent, & existerent importuni. Quoniam vero litera nobis tuæ Sanctitatis redditæ sunt, manifestantes fastidiosum tibi esse, quod in Epheso remoraris, eos qui per omne iter debeant ministrare direximus.*

*Nestorius* evectionem sibi transmitti non petierat, nisi quia suum exilium decretum fuisse acceperat. Capite XXV. ejusdem Synodici refertur Epistola, cui titulus: *Epistola Nestorii rescripta ad eumdem Præfectum Prætoriorum Antiochenum, ad Epistolam supra scriptam*, sed loco, *Antiochenum*, legendum, *Antiochum*, a quo ea Epistola data. Quanta fuerit *Nestorii* superbia,

*tuam sustulisti, sectatorque illius effectus sis: Christum pro nobis deprecari ne omittas fraternæ virtutis ornamenta proprias prærogativas esse ratus. Vale in Domino, & pro me Deo dilectissime, & sanctissime frater ac comminister ora.* Hactenus ad Cyrillum Maximianus: quæ recitasse voluimus tamquam post victoriam triumphi carmen. Reddidit vero ad Maximianum Cyrillus litteras, quarum est exordium (*a*): *Opportune, ut arbitror*, &c.

(*a*) *Apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 4. c. 25. & post Apol. Cyrill.* CLXXVIII.

Porro si Ducis laus cedit absque invidia Imperatori; cuinam primæ debentur tantæ gloriæ, & Cyrilli & comministrorum laboribus partæ, nisi illi, cujus personam agebat, vicemque gerebat, Cælestino inquam Romano Pontifici? Quod non ignorantes nobiles illius temporis scriptores, glorioſum affixere æternæ memoriæ tantæ victoriæ titulum, adscripsereque Cælestino. Qui enim inter præcipuos eminebat, S. Prosper ita de ipso (*b*): *Per hunc virum* (Cælestinum videlicet) *omnes Orientales Ecclesiæ gemina peste purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrinæ urbis Antistiti, glorioſissimo fidei Catholicæ defensori, ad execrandam Nestorianam impietatem, Apostolico auxiliatus est gladio: quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderantur erroribus, iterum prosternerentur.* Hæc Prosper. Quæ minime ignorantes ipsi Patres qui Ephesi convenerunt, necnon Maximianus ipse recens creatus Episcopus, atque etiam Theodosius Imperator, legationem miserunt ad ipsum Cælestinum Romanum Pontificem, eidem gratulantes de prostrata cum auctore hæresi Nestoriana. Missi ad hoc sunt Romam Joannes presbyter, & Epictetus diaconus, qui Romam pervenerunt ipso die Natalis Domini: agemus de his anno sequenti.

(*b*) *Prosp. cont. Collatorem prope fin.* Cælestini Papæ gloria de damnata hæresi Nestoriana.

Sed quod omne datum optimum, & omne donum perfectum descendere a Patre luminum sancta Dei Ecclesia novit, eidem ipsi immortales gratias egit, quod videx extitisset Filii Deitatis, & Matris ejus honoris utriusque præconia illis vocibus celebrans, quas a sanctis sciret frequentatas esse Patribus, ubique locorum MATREM DEI MARIAM omnium ore cantans, laudans atque prædicans: Tunc & additamentum illud accepisse creditur Angelica salutatio: SANCTA MARIA MATER DEI ORA PRO NOBIS, &c. quod omnium Fidelium ore dici, ac frequentius repeti, & tamquam prima quædam elementa a piis parentibus una ferme cum lacte infantibus propinari consuevit; ut fieret secundum illud Propheticum (*c*): *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam*: illuderentque superbo draconi pueruli. CLXXIX

(*c*) *Psal. Matt. 21.*

Sed & Pulcheria Augusta virgo sanctissima, cujus in servanda fovendaque adversus novam hæresim fide Catholica commendata semper est vigilantia atque studium, excitavit (*d*) amplissimum tantæ victoriæ monumentum, veluti triumphalem fornicem, erigens nimirum sub nomine Dei genitricis Mariæ augustissimum templum in Blachernis juxta mare positum, quod sua postea mole labans Justinianus Imperator (*e*) restituit. Hæc quidem Constantinopoli Novæ Romæ a sancta Pulcheria facta fuere: cujus exemplo excitatæ sunt Fidelium mentes, ut in diversis Orbis partibus id ipsum præstarent; factumque est, ut licet frequens antea esset cultus sanctissimæ Dei matris, post hæc divino excitante Spiritu frequentior fuerit atque celebrior, vixque reperiri esset, qui absque CLXXX. S. Pulcheria erigit templum S. Mariæ. (*d*) *Niceph. li. 14. c. 2.*

(*e*) *Prosp. de edif. Justin. Imp. or. 1.*



que titulo Dei genitricis nominaret sanctam Mariam.

CLXXXI. Adjecit autem ad hæc omnia Theodosius, ut Irenæum Comitem profectum cum Nestorio Ephesum, ob studium erga eum impensum adversus Catholicam fidem, exauctorarit: quem ut patronum Episcopi Syri creaverunt postea Tyri Episcopum, a qua etiam præfectura jussu ejusdem Imperatoris depositus est; ut suo loco dicetur. Parem quidem irrogatam fuisse pœnam in Candidianum, Palladium, atque Joannem, qui mendacibus relationibus iudificassent Imperatorem, & de sanctis Episcopis Ephesi congregatis adeo male meriti essent, possumus intelligere; nimirum ut par sententia percelleret eos, quos par delictum obnoxios eidem supplicio reddidisset.

Theodoretus fludet concitare Episcopos Italiæ in Cyrillum.

CLXXXII. Sed quid interea filii tenebrarum? Num juxta illud (*a*): *Impii in tenebris conticescent*: pudore suffusi devorabant sub silentio mœrore cor suum, & obmutuere? nihil minus. Etenim ipse Nestorius caput super omnes filios superbiæ, indultum ad pœnitentiam tempus illud totum impendit in coacervandis maledictis atque calumniis, libros conficiens adversus Catholicam doctrinam a sacrosancta œcumenica Synodo Ephesina comprobatam: quos ultricibus flammis absumendos (ut suo loco dicemus) Imperialis sanctio condemnavit. (*b*) Sed & Theodoretus ejusdem patronus, & Catholicorum dogmatum tunc temporis oppugnator, impulsu Joannis Episcopi Antiocheni rursus adversus Cyrilli capitula & editam ab eo defensionem vibrat tela, dum eadem novis scriptis impugnat: dedit enim litteras ad Episcopos in Italia positos, qui erant magni nominis, nempe Mediolanensem, Aquilejensem, & Ravennatem, clamans & obstrepens, instauraſſe Cyrillum suis capitulis hæresim Apollinaris: testatur id quidem ipsemet Theodoretus in epistola postea scripta ad Dominum Episcopum Antiochenum (*c*). Qui enim a Romano Episcopo per Cyrillum sciebat Nestorium impugnari, in illum si potuisset, concitare studuit celebriores Italiæ sacerdotes. Sed quid illi rescripserint, ipse silet: ostentasset utique & proclamasset, si quid in Cyrillum iidem Episcopi rescripsissent. Sed ab illis repercussus (ut par est credere) ne suæ esset proditor temeritatis; quæ rescripserint conticere, satius judicavit.

(*a*) 1. *Reg.* 2.

(*b*) *l. ult. de hæret. Cod. Theod.*

(*c*) *Theod. ep.* 112. *Cod. Vatic. Græc.*

CLXXXIII. Quid præterea? Non satis visus unus Theodoretus Joanni: nam & Andream Episcopum adversus Cyrillum armavit, impellens ut contra Cyrilli capitula scriberet: editumque est ab eo opus nomine Orientalium, quo majoris ponderis haberetur. De his plane ambobus Cyrillus meminit in admonitione ad Eulogium da- Andreas Episcop. Samosatenus cum Theodoreto, quæ molitus sit contra Cyrillum.

PAGIUS cens ordinati: *Nunc quoque cooperatorem sibi sumentes illum* (nempe Maximianum ordinatum Constantinopoli a septem Episcopis illuc a sacro Concilio missis) *quem in Constantinopoli produxerunt, direxerunt contra nos ad Ancyram*, &c. *Dumque excommunicationis conculcaverunt terminum, & comministrant condemnatis, & secundum sanctorum patrum regulas per hoc ipsi quoque depositi sint, suspensiones contra nos segregationesque miserunt*, &c. *Notum facimus in præsenti, quia nos nec istos esse scimus Episcopos, nec illum qui ab istis est factus. Nam illi quidem transgressione regulæ sub regula facti sunt pœna; ille vero ab eis nihil accepit, quia nihil habebant quod impertirentur, illi qui semetipsos ante privaverunt.*

miani, & post Sacram Imperatoris datam circa initium mensis Novembris, & memoratam in capite XXXII. laudati Synodici, *post contestationem Joannis & aliorum Episcoporum, qui in Chalcedone retenti sunt intrante Imperatore in Constantinopolim cum parte adversa, hæc ad Ephesum Sacra directa est Episcopis, qui cum Alexandrino Episcopo convenerant*, ut habet titulus præfatæ Sacræ hactenus ignotæ a Scholiaste præfixus. In ejus fine subjecit Scholiaste hæc verba: *Missa Sacra ultima omnium. Directa est, quando jam redierat in civitatem suam beatus Cyrillus, Alexandriæ Patriarcha.* In hac ultima Sacra ait Imperator: *Quoniam neque uniri vos possibile factum est, nec ad reddendam rationem de his circa quæ dubitatio est, venire voluit Venerabilitas vestra, decrevimus, ut Orientales Episcopi ad suas patrias & ecclesias revertantur, & Synodus Ephesina solvatur. Ita videlicet ut Cyrillus intret Alexandriam, & Memnone in Epheso permanente.*

XLI. *Ordinatio Maximiani.* Interim cum novus Episcopus in *Nestorii* locum subrogandus esset, quadrimestri spatio post hujus abdicationem elapso, die XXV. Octobris, qui Dominicus erat, *Maximianus* Episcopus consecratus est, ut scribit Socrates lib. 7. cap. 35. ubi ait: *Elapso quatuor mensium spatio a depositione Nestorii, Maximianus eligitur Episcopus*, quod cap. 37. *die Octavo Kalendas Novembris, Basso & Antiocho Coss.* factum fuisse prodit. In versione quidem Christophorsoni loco, *quadrimestre*, legitur, *trimestre*, sed contra textum Græcum, quem errorem recte notavit Baronius. Nicephorus in Chronico *Nestorio* attribuit annos tres & menses duos, neglecto scilicet tertio mense, qui incompletus fuit.

XLII. *Maximianus* statim ab ordinatione sua in Synodo Constantinopolitana literas de more dedit ad primas Sedes, atque etiam ad Episcopos veteris Epiri, quos schismatici fallere tentabant, proinde ac si sanctæ Synodi communione fruerentur, quamvis a pristina sententia non recessissent. Quamobrem canones, qui part. III. Concil. Ephes. cap. XVI. leguntur, ad ipsos missi sunt, *ex quibus certiores redderentur de iis, qua contra Schismaticos & Nestorianos decreta fuerant, & qualis dein pœna illis constituta esset, qui cum ipsis communicare præsumerent.* Cap. XXXVIII. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi recitatur *Epistola Sancti Joannis Antiocheni Episcopi, quam Præfecto scripsit ab Ancyra*, in qua mentio est Synodi Maximiani recens *Synodus Constantinopolitana Maximiani.*

XLIII. *In ea aliqui Episcopi gradu depositi.* Synodus Ephesina, ut videre est apud Labbeum pag. 801. & seq. in Epistola, quam ad omnes Orbis Ecclesias misit, enumerat Episcopos a se gradu vel Christiana communione privatos, & inter eos meminit *Joannis* Patriarchæ, *Dorothei* Martinopolitani Episcopi, *Helladii* Tarsensis, *Himerii* Nicomedienſis, & *Eutherii* Thyanensis. Horum vero quia a Synodo Ephesina depositorum, ob singularem eorum contumaciam, depositio in hac Maximiani Synodo confirmata. Hinc *Joannes* in laudata Epistola ait: *Suspensiones contra nos, segregationesque miserunt*, nempe per suas tractorias. Præterea de septem Episcopis, qui novum Episcopum Constantinopoli consecravere, ait Joannes: *Transgressione regulæ sub regula facti sunt pœna*; ideſt, ut explicat Lupus in Notis, incurrerunt in pœnas ab Antiochenis canonibus statutas. Joannes Chalcedone non discessit, nisi post ordinationem Maxi-

XLIV. *Post ordinationem Maximiani Legati Orientalium discedunt.* Orientales Episcopi licet redeundi licentiam jam ab Imperatore accepissent, nihilominus neque Chalcedone, neque Epheso recessere, utrobique conantes, ut novi Episcopi electionem impedirent, ne *Nestorius*, cui impense favebant, ab omni spe recuperandi Episcopatus excideret. Verum nunc ordinatione *Maximiani* peracta compulsi sunt redire ad propria. Valde tamen verosimile est, ut inquit Lupus in Notis ad illud caput XXXIII. plures etiam e sacræ Synodi Episcopis extremum rei exitum apud Ephesum præstolatos esse, præsertim quia Imperator valde pro pace sollicitus erat, ideoque permitteret adhuc protrahi Synodum; si aliqua pacis spes affulſ-

(a) *Cyrill. ep. 39.*

data, ubi in fine ait (*a*): *Deinde & contractiones habes a me contra eos factas, qui adversum capitula Synodi ea scripserunt. Sunt autem duo Episcopi qui hoc fecerunt, Andreas & Theodoretus.* Hæc ipse. Tulit autem Andreas a Joanne Episcopo Antiocheno eam pro impietate mercedem, ut crearetur Episcopus Samosatenus, ex monacho Constantinopolitano ob susceptam Nestorianæ impietatis defensionem; quem summis laudibus ipse celebravit Theodoretus (*b*) epistolis ad ipsum scriptis. Cæterum Cyrillus contrariis scriptis horum omnium molitiones dissecit: contra Orientales enim scripsit Apologeticum, contra Theodoretum vero commentarium ad Evoptium; in cujus exordio, quam vilipenderet ea Theodoreti scripta, his in primis verbis significat, ubi ait (*c*). *Lectis autem his quæ in eo habentur, gratias Deo cum hymnis offerebam, tantum non & illud dicens: Domine libera me a labiis iniquis, & a lingua dolosa. Sentiebam enim me ubique calumniis impeti, idque per singula capita. Cogitabam autem & hoc, quod familiares nonnulli dicebant, virum istum in litteris exercitatum, & in sacrarum litterarum cognitione maxime provectum. Verum ab intelligentia efficaciæ horum capitulorum tantum abscessit, ut de eo nunc plane sentiam, quod quorumdam desideriis indulgens, fingat se ignorantem &c.* Sed de his hactenus: jam vero mergat stylus e spinetis Orientalibus, & se transferat ad

(b) *Theod. ep. 24. 144.* Scripta Cyrilli contra Nestorianos.

(c) *Extat apud Cyr. tom. 4.*

res gestas in Occidente. Sed nusquam pax, turbato ab hæreticis utroque orbe.

CLXXXIV. Gallicani Presbyteri insurgentes adversus Augustini scripta per Cælestinum coercentur.

Haud enim levis perturbatio exagitabat Occidentalem Ecclesiam ob petulantiam quorumdam Gallorum presbyterorum (ut anno superiori dictum est) temere sugillantium Sancti Augustini adversus Pelagianos commentarios editos: in quos contraria scripta objeciisse S. Prosperum Aquitanum, æque suo loco demonstratum est. Sed quod nesciat semel veritatis transgressa limitem hæreticorum procacia modestiæ ꝑpagulo contineri; & convinci licet rationibus possit, vinci tamen nescia obstinate resiliat: iidem audacius obstitere, & quæque insana effutire in sanctissimum atque celeberrimum Ecclesiæ Doctorem minime destitere. Quamobrem ut qui scriptis minime suaderi potuissent, auctoritate Apostolicæ sedis compescerentur, idem sanctus Prosper cum collega Hilario Arelatensi ad Cælestinum Romanum Pontificem profectionem instituit: qui ambo apud eumdem studiose egerunt, ut ejusmodi nugatoribus ora (quod par erat) obstrueret. Cælestinus igitur, qui haud pridem ad dubitationes aliquas literis Tuentii Episcopi consultus plenissime scripserat, putans illa sufficere potuisse; cum modo rursus presbyteros obstrepere, relatione Prosperi & Hilarii percepisset; ad Episcopos, in quorum illi Ecclesiis presbyterio fungerentur, scripsit epistolam, redarguens in primis eos, quod sinant, ipsis tacentibus, in ec-

PAGIUS affulgeret, & sibi ab ea rescribi. Ait enim in eadem Sacra Imperator: *Hoc significamus vestræ Religiositati tantummodo, quod quandiu vivimus Orientales adjudicare non possumus. Coram enim nobis nulla ex parte convicti sunt. Si igitur ulla pacis remansit intentio, hanc potius eligentes nobis absque contentione rescribite. Alias de professione vestra mox ad ista, quæ scripsimus, cogitate.* Quare sicut Theodosius Cyrilli Capitula nec damnavit, nec probavit; sic Orientales nullo modo damnare voluit. Ex quibus tandem omnibus liquet, verum esse quod dicitur in Antiqua versione Concilii Ephesini, & in Græco-Latina a Labbeo edita, ordinato scilicet *Maximiano* jussisse Imperatorem, ut omnes Episcopi ad propria remearent, deceptumque esse Baronium, qui putabat periocham citatam Concilii plura simul mendacia insuta habere.

XLV. *Joannes Tarsensem Synodum adversus Cyrillum celebrat.*

Porro dum *Joannes Antiochenus* in suum Patriarchatum rediret, Synodum *Tarsensem* convocavit, in qua aliquos Episcopos Cyrilli sectatores depositi, ut liquet ex cap. CXXXVI. Synodici, ubi recitatur Epistola ab Alexandro Hierapolitano Episcopo ex præcipuis Episcopis rebellibus uno, ad eumdem Joannem data, in qua pluribus contra Capitula Cyrilli invehitur: *In Tarso*, inquit, *quinque ex his deposuisti hæreticis: & consonavimus vobis.* Neque dubium esse debet, quin in eadem Synodo non solum Capitula Cyrilli; sed etiam ipsummet Cyrillum eique adhærentes damnarit Joannes, cum id diserte legatur in cap. CXLI. ejusdem Synodici in quo refertur Epistola Meletii Episcopi Mopsuesteni ad Neoterium Comitem, dicitque Meletius: *Reversus est a Constantinopoli ad Orientem idem Antiochenus* (post ordinationem sc. Maximiani.) *Collegit rursus in Tarso Concilium. Scripsit Synodicas literas, in quibus & Cyrillum deposuit, & eos qui pro eo ascenderant Constantinopolim, quorum manifesta sunt nomina.* Baluzius in nova Collect. Concil. pag. 939. hoc Tarsense Concilium huc usque incognitum recte cum hoc anno alligavit; sed memoriæ lapsu, loco, *quinque Episcopos*, septem Episcopos posuit. Ibidem exhibet Concilium Antiochenum paulo post Tarsense habitum, quod colligere se dicit, Vir eruditissimus ex Liberato cap. 8. & ex Socrate lib. 7. cap. 34. ubi hic scribit: *Joannes Antiochiam reversus, convocatis plurimis Episcopis, Cyrillo, qui jam Alexandriam redierat, Episcopatum abrogavit.* Verum hac in re Socrates, sicuti & in quibusdam aliis, quas eodem capite de Nestorio ac Synodo Ephesina narrat, manifeste fallitur; cum certum sit *Joannem* postquam reversus est Antiochiam, aliam Synodum non celebrasse, quam eam in qua de pace cum Cyrillo actum, de qua anno sequenti quo ea habita, verba faciemus. Quoad Liberatum, is de eadem tantum Synodo Antiochena sermonem habet, ut legenti liquebit. Quare quod Tarsi gestum, Socrates *Antiochiæ* factum perperam scripsit.

XLVI. *Cælestinus comprimit Semipelagianos.*

A num. CLXXXIV. ad CLXXXIX. Dum hæc in Oriente adversus *Nestorium* geruntur, *Semipelagianorum* factio in Galliis augebatur; quare *Prosper* & *Hilarius*, qui Augustini doctrinam de-



ecclesia loqui presbyteros, eum absque Episcopo nihil illis concessum sit de doctrina præsumere. Est epistolæ exordium:

(*a*) *Cælest. ep. 8.*

CLXXXV. Cælestinus Papa S. Augustinum mirifice laudat.

(*a*) *Apostolici verba præcepti sunt, apud Judæos atque Gentiles sine offensione nos esse debere, &c.*

Post multa vero in Episcoporum reprehensionem sinentium talia garrire presbyteros inculcata, de S. Augustino, cujus doctrina ab illis in suspicionem hæresis temere adducebatur, hæc ait: *Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, neque umquam hunc falsæ suspicionis saltem rumor asperxit: quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam ante a meis decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt: utpote qui ubique cunctis & amori fuerit & honori. Unde resistatur talibus quos male crescere videmus. Nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione (quia membra nostra sunt) nos quoque convenit macerari: quamvis maneat hos beatitudo promissa, quicumque probantur propter justitiam persecutionem sustinere, &c.* junguntur epistolæ capita quædam adversus Pelagianos errores ab Apostolica sede olim & ab Africanis decreta Conciliis, quibus deberent insistere, qui sub Catholico nomine, licet Pelagium atque Cælestium anathemate condemnarent, eorum tamen defendere conarentur errores. Putantur illa capita esse Prosperi, qui (ut profiteri videtur) ea collegit ex decretis Romanorum Pontificum, simulque Conciliis Africanis, ubi idem auctor hæc habet in fine: *Profundiores vero difficilioresque partes occurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, sicut nos non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere; quia ad confitendum gratiam Dei cujus operi & dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quicquid secundum prædictas regulas Apostolicæ sedis nos scripta docuerint; ut prorsus non opinemur Catholicum, quod appareat præfixis sententiis esse contrarium.* His inquam profitetur, profundiores quæstiones illas de prædestinatione sanctorum nequaquam ab Apostolica sede definitas; illasque tantum esse stabilitas, quæ ad condemnationem errorum satis posse sufficere viderentur.

CLXXXVI. Traditionibus Apostolicis hæresis Pelagiana confutatur.

Sed & illa ab eodem auctore inculcata notanda sunt, quibus demonstrat, non decretis dumtaxat Romanorum Conciliorum prorsus destrui Pelagianos errores, sed traditionibus Apostolicis, quas usu & jugi observatione receperit Ecclesia Catholica, eosdem penitus labefactari; dum videlicet orare consuevit pro infidelibus, Paganis, Judæis, hæreticis, schismaticis, atque lapsis, nec non catechumenis; sic plane docens, absque divina gratia illos non posse ad salutem accessum habere. Dumque rursus exorcismis & exufflationibus abiguntur a proxime baptizandis spiritus nequam, plane factis profitetur Ecclesia, peccato originali humanam naturam esse corruptam, & a satana occupatam, ac Dei gratia indigere, ut liberetur.

CLXXXVII.

Sed quod ad dictam Cælestini epistolam spectat: sanctus Prosper, qui ejus scribendæ cum Hilario auctor accessit, cum adversus Collatorem agit, de ea his verbis meminit: necnon de eodem Cælestino Romano Pontifice (*b*): *Per hunc* (inquit) *virum intra Gallias istis ipsis, qui sanctæ memoriæ Augustini scripta reprehendunt, maleloquentiæ est adempta libertas, quando consultationum actione suscepta, & librorum qui errantibus displicebant, pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate sentire, sancto manifestavit elo-*

(*b*) *Prosper adv. Collat. prope fin.*

PAGIUS defendendam susceperant, Romam ad *Cælestinum* Papam profecti obtinuerunt ab eo Epistolam ad Galliæ Episcopos datam, in qua eosdem acrius increpuit, quod tantam licentiam quibusdam Presbyteris darent. Extat ea Tom. II. Concil. pag. 1611. sed sine die & Consule; cumque Baronius existimaret, *Cælestinum* die VI. mensis Aprilis anni sequentis vita functum esse, hujus Epistolæ hoc anno mentionem fecit. Verum cum usque ad diem XVIII. Julii ejusdem anni superstes fuerit, ut anno sequenti ostendemus, non dubito, quin ea Epistola ad sequentem annum pertineat. Huic in plerisque codicibus subiiciuntur auctoritates Episcoporum Apostolicæ Sedis *de gratia Dei & libero voluntatis arbitrio*, ut videre est apud Baronium num. CLXXXV. quæ ab Epistola Cælestini juremerito distinguuntur in editione Labbeana. Nam decem istorum capitulorum stylus plane diversus est a stylo Epistolæ. *Dionysius* quidem in sua Collectione hujus *Cælestini* Epistolæ ad Gallos Episcopos datæ, eadem capitula de eo argumento tractantia, & hoc ipso tempore concinnata subjunxit; sed, ut observat Quesnellus Tom. II. Oper. S. Leonis M. Dissert. III. ipsemet *Dionysius*, qui aliis hac in re errandi causa fuit, satis ostendit se non existimasse eorumdem capitulorum *Cælestinum* auctorem fuisse. Quoties enim unius Pontificis scripta ab alterius scriptis secernit, decreti prioris initio hunc semper titulum præfigit, *Incipiunt decreta N. Papæ*, quem deinceps non repetit. Cum tamen in horum Capitulorum consignatione Cælestini nomen supprimat, & hæc solum præmittat: *prædecessorum Sedis Apostolicæ Episcoporum auctoritates*. In fine autem: *Explicium auctoritates prædecessorum* &c. Fatendum tamen post Dionysium passim creditum esse, ea Capitula a *Cælestino* edita. Huic enim Pontifici ea adscribuntur a Petro Diacono, aliisque, qui in causa fidei ex Oriente Romam missi sunt, *lib. de Incarnatione & Gratia D. N. I. C. ad Fulgentium* cap. ultimo, a Cresconio Episcopo Africano in fine suæ Collectionis Canonum circa annum DCXC. emissæ, a Floro Magi-

*eloquio, evidenter pronuncians quantum sibi præsumptionis istius novitas displiceret, qua auderent quidam adversus antiquos magistros insolenter insurgere, & indisciplinata calumnia in prædicatorem veritatis obstrepere:* subdit his recitatum Cælestini de S. Augustino nuper elogium, cui ista mox addit: *Contra istam clarissimam laudatoris tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere, & perspicuæ sinceritatis nubem obliquæ ambiguitatis obtendere? ut scilicet quia in epistola Papæ, librorum de quibus actum est, non expressius est titulus, hinc eos appareat non approbatos, & istam in sanctum Augustinum laudationem pro auctoramento fuisse collatam.* Hæc Prosper in eos, qui cum obniti litteris Cælestini Papæ minime auderent, ex eis tamen haud approbatos esse omnes Augustini libros cavillabantur. Unde subdit: *Maneat plane, maneat ista conditio, ut horum librorum novitas repudiata videatur, si in eadem causa ejusdem viri dissentit antiquitas, ut & inutile & incongruum judicetur, quod ab his quæ contra Pelagianos condidit, dissonans invenitur.* Ac paulo post: *Agnoscant calumniatores, superfluo se objicere, quod his libris non speciale neque discretum testimonium sit perhibitum, quorum in cunctis voluminibus norma laudatur: Apostolica enim sedes, quod a prænotis sibi non discrepat, cum prænotis probat, & quod judicio jungit, laude non dividit, &c.* Sed hæ sub Sixto emerserunt calumniosæ exceptiones, cum S. Prosper adversus eos insurgens, contra Colatorem (ut dicemus) volumen elaboravit. Vides jam ex his, quantæ essent existimationis litteræ Romanorum Pontificum.

Quæ Prosper de Cælestini epistola.

CLXXXVIII. Meminit hujus quoque Cælestini epistolæ Photius in Bibliotheca, ubi ait de ipso Cælestino: *Scripsit quoque ad Episcopos Galliarum de fide sancti Augustini.* Agit insuper, laudatque dictam Cælestini epistolam etiam Vincentius Lirinensis, ubi ait (*a*): *Sed & Papa Cælestinus pari modo, eademque sententia: ait enim, &c.* Post recensita vero ejus dicta adversus Novatores, addit: *Ergo hæc fuit beati Cælestini beata sententia, non ut vetustas cessaret obruere novitatem, sed potius novitas desineret incessere vetustatem: quibus Apostolicis Catholicisque decretis quisquis refragatur, insultet primum omnium necesse est memoriæ S. Cælestini, qui statuit, ut desineret incessere novitas vetustatem.* Hæc Vincentius de dicta epistola Cælestini, quam tanti ponderis esse docet, ut satis sit ad omnes hæreses evertendas novas sententias in Ecclesiam inducentes; quo potissimum argumento tum Pelagianorum, tum aliorum omnium hæreticorum fundamenta idem auctor convellit opere illo contra hæreses scripto, certe aureo. Ex quo intelligas, longe diversum esse Vincentium hunc Lirinensem ab illo Vincentio homine Pelagiano, cujus sunt Vincentianæ objectiones, quas S. Prosper egregie confutavit: hic namque monachus Lirinensis monasterii fuit, ille vero unus ex presbyteris illis Gallicanis, qui una cum collegis invidiose S. Augustini scripta carpebat, de quo Gennadius meminit

(*a*) Vincent. Lirin. adv. hæres. cault.

Vincentii Gallicani duo longe inter se diversi.

PAGIUS gistro, Ecclesiæ Lugdunensis nomine adversus Joannem Scotum scribente, aliisque plurimis, quibus Dionysius circa annum Christi D. codicem Decretorum Ecclesiæ Romanæ ordinans errandi occasionem præbuit.

XLVII. *Capitula de gratia perperam ei attributa.*

Sirmondus Tom. I. Concil. Gall. ea Capitula *Cælestino* quidem abjudicat, sed certum illorum Auctorem proferre non audet. Recte Baronius scripsit, putari illa Capita esse *Prosperi*; quam in sententiam passim Viri Doctissimi abiere Eminent. Card. Norisius in Vindiciis Augustinianis cap. 8. id duabus conjecturis probat. Prima, quod Capitulo VIII. leguntur verba literarum *Zosimi*, & Patrum Africanorum, quæ eadem omnino, eodemque modo recitat Prosper contra Collatorem cap. 10. quo loco eadem Innocentii testimonia ponit, quæ in Capitulis vulgo Cælestino attributis leguntur. Literæ illæ *Zosimi* periere, earumque initium apud Prosperum, & in Capitulis illis tantum habetur. Secunda est, *Prosperum* cap. 9. contra Collatorem, eumdem arguere, quod dixerit, *Augustinum* quædam contra Pelagianos *justo amplius asseruisse*: ibique vellicat *sobrietatem* adversarii. At in Capitulo III. *Cælestino* adscripto reprehenduntur Massilienses, quod ausi sint obloqui Augustino, tanquam necessarium modum excesserit. Quæ si vera *Cælestino* dicta fuissent, repetenda fuerant Prospero ea de re pro Augustino contra Collatorem litigante. Quid enim validius adduci poterat ad os calumniatori obstruendum tam celebri Apostolicæ Sedis testimonio?

XLVIII. *Magis confirmatur.*

„ Si capita illa Cælestini essent, inquit ibi-
„ dem Cardinalis Norisius, & a Sede Aposto-
„ lica emanassent, non video qua ratione Fau-
„ stus Rejorum, Vincentius Lirinensis, Hila-
„ rius Arelatensis Episcopus (si in sententia
„ perstitere, ac alii Galliarum Episcopi ab hæ-
„ resi excusari possint atque inter Divos, erc-
„ ctis aris connumerari. Si enim Sanctus Cæle-
stinus opiniones Semipelagianorum Apostolico decreto damnasset, *Vincentius* aliique, easdem postea asserentes, hæreses jam confissas defendissent. Neque respondere juvat eos ob ignorantiam invincibilem excusatos esse. Nam ut idem doctissimus Cardinalis in Dissert. III. de Anonymis Scrupulis *circa veteres Semipelagianorum sectatores evulsis ac eradicatis* pag. 197. scribit literæ illæ fuerant encyclicæ ad ipsosmet Galliæ Episcopos datæ. Elogium in iisdem Sancti Augustini contentum, Semipelagiani sinistra interpretatione minuebant, teste Prospero cap. 42. contra Collatorem. Easdem in suo Commonitorio Vincentius citat. Quare eas litteras eaque Capitula Gallicani Patres non ignorassent. Præterea Episcopi tenentur scire Canones uni-



(*a*) Gennad. de Script. Eccl. c. 80. (*b*) Idem c. 64.

nit (*a*), ejus lucubrationes recensens, eumque ab hoc ostendit esse diversum, quem Lirinensem presbyterum nominat; (*b*) cujus etiam mentionem facit S. Eucherius in præfactione libri Institutionum ad Solonium, quem una cum Salviano eloquentia & sapientia celebrem fuisse commendat.

CLXXXIX. De Sulpitio Severo.

Inter alios vero quos recensuimus Aquitaniæ presbyteros Pelagii fuligine denigratos, quos, sua epistola Cælestinus Papa infectatus est, fuit Severus Sulpitius ille discipulus & scriptor Vitæ S. Martini, & S. Paulino Nolano Episcopo amicitia conjunctissimus. Hic, inquam, arreptus, & ipse ea alluvione Pelagianæ hæresis in Aquitania potissimum exundantis, tandem magno Dei beneficio resipuit, atque in se ipsum vindex insurrexit erroris. De eo enim ista Gennadius (*c*): *Severus presbyter, cognomento Sulpitius, vir genere & litteris nobilis, & paupertatis & humilitatis amore conspicuus:* & in fine post enumeratas ejus lucubrationes, ista addit: *Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus & agnoscens loquacitatis culpam, silentium usque ad mortem tenuit; ut peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.* Hæc cum Gennadius illius æqualis dicat, par est credere ipsum Severum hoc resipuisse tempore, quo percelebris ista, de qua est sermo, Cælestini Romani Pontificis adversus Pelagianos ad ejusdem provinciæ Episcopos scripta epistola, ipsi (ut credi potest) innotuit, ex qua se ab Ecclesia Catholica devium esse sensit, & pharmacum ad evomendum epotum venenum accipiens sanatus est.

(*c*) Gennad. de Vir. illust. c. 19.

CXC. Num Severus fuerit Episcopus.

Sed hic illud considerandum: quomodo hunc Severum Sulpitium dicunt fuisse aliqui Episcopum Bituricensem, quem Gennadius collega ejus atque gentilis nonnisi presbyterum nominet, & in eo ordine pœnitentem dicat esse defunctum? cujus quidem testificatione, hominis certe haud rerum Severi ipsius ignari, utpote in eadem provincia viventis, aliquando existimavi, hunc diversum esse Sulpitium ab illo, quem dicunt Episcopum Bituricensem; licet post Guibertum,





PAGIUS versalis Ecclesiæ, ac Decreta contra hæreses ab Apostolica Sede damnatas. Quare illorum ignorantia in Episcopis peccatum est, si contraria sentiant ac doceant. Hinc Innocentius I. Pontifex Romanus ad Brutiorum Episcopos Epist. V. ait: *Ecclesiasticorum Canonum norma nulli esse debet incognita Sacerdoti, quia nesciri hac a Pontifice, satis est indecorum.* Ubi obiter observandis hoc tempore Episcopos *Sacerdotis* nomine designatos fuisse.

XLIX. *Capitula illa Leoni M. male etiam tributa.*

Quesnellus laudatus contendit, Divum *Leonem Magnum* verum horum Capitulorum parentem esse quod ex styli ipsius charactere, aliisque conjecturis sese demonstrare existimat. Verum Antelmius in Dissert. prima de Veris Operibus SS. Leonis M. & Prosperi Aquitani, eam opinionem evertit, & ex vocibus ac locutionibus, quibus Prosper uti solet, cum verbis hujus Indiculi minutatim collatis ostendit, unum eumdemque Prosperum in Præfatione ad objectiones Vincentianas indicare se ex Sedis Apostolicæ mandato Capitula illa compositisse: *Propositis singillatim sedecim capitulis*, inquit, *sub unoquoque eorum sensus nostri & fidei, quam contra Pelagianos, ex Apostolicæ Sedis auctoritate defendimus, verba ponemus:* ubi Prosper non tum emissam contra *Vincentium* defensionem, sed aliam antea *ex Apostolicæ Sedis auctoritate* factam significat. Nam ad objectiones Vincentii reponere, tam parum in mandatis illi datum fuisse videtur, ut e contra in Præfatione sese pendulum, perplexumque satis esse testetur, in ejus defensionis genere, quo adversariis responderet; ait enim: *quæ falso in nos jactari, facile & sufficienter subscriptione unius probaremus anathematis, nisi malignitas eorum ipsam subscriptionis nostræ brevitatem suspectam esset habitura.* Quibus nihil expressius proferre poterat Prosper, ut ostenderet, hanc lucubrationem suo prorsus genio, suo consilio, motuque proprio fuscepisse, & publici juris fecisse. Neque etiam ex auctoritate Sedis Apostolicæ ad Gallorum Objectiones in nullo ferme a Vincentianis discrepantes, sed eodem sensu fineque digestas respondit: in neutro enim Opere de eo veluti potiori præsidio mentionem facere non omisisset. Denique si tractatus contra *Collatorem*, qui postremus est contra Massilienses, posteriorque responsionibus ad Vincentium &. Gallos, ex delegatione Apostolica scriptus est, cur etiam ejus non meminit, ut hostem facilius suffocare posset? Quare, ut fides *Prosperi* liberetur, omnino dicendum, Opus quo contra Pelagianos fidem se se defendisse dicit, aliud non esse, quam Capitulorum indiculum, seu *Auctoritates de gratia Dei*. Plura hac de re Antelmius citatus. Porro *Vincentium* illum, cujus sunt Vincentianæ Objectiones, esse *Vincentium Lirinensem*, quod negat Baronius num. CLXXXVIII. infra monstrabimus.

L. *Sulpicii Severi S. Martini discipuli conversio.*

A num. CLXXIX. ad CXCI. *Sulpicius Severus* Sancti Martini Episcopi Turonensis discipulus non potest esse unus ex illis Pelagianis, quos *Cælestinus* in Epistola laudata perstringit. Licet enim annus ejus emortualis incertus sit, non videtur tamen ultra annum hujus sæculi vicesimum vitam protraxisse. Gennadius in lib. de Script. Eccles. ait, eum *in Senectute sua* a Pelagianis deceptum culpam suam postea emendasse. Quare jam ætate provectus erat, quando *Pelagius* hæresim suam disseminavit. *Guibertus Martinus* Abbas Gemblacensis, non vero Sanctus Guibertus Gemblacensis Monasterii fundator, ut putavit Baronius, Apologiam scripsit pro Sulpicio Severo, sed ea ad nos non pervenit. Baronius anno CCCXCIV. num. XCVI. ait *Sulpicium* fuisse *Romanum civem* & in Galliis degisse. Verum ipsemet in Dialogo I. cap. 20. & Gennadius docent eum fuisse domo Aquitanum: & quidem e Nitiobrigibus; cum lib. 2. suæ Historiæ *Phœbadium* Agenni Episcopum, suum Episcopum vocet. Agennum autem in Nitiobrigibus esse, inter omnes constat. Cum *Paulino* Episcopo Nolano summa necessitudine conjunctus fuit, ut ostendunt

qui pro eo scripsit Apologiam, Archiepiscopum Bituricensem appellet: certe apud me majoris est auctoritatis Gennadius Massiliensis sui temporis res gestas scribens, quam quivis alius post plura elapsa sæcula aliter sentiens. Scimus in tabulis Ecclesiæ Bituricensis duos ejus Ecclesiæ esse adnumeratos Sulpitios Episcopos, eosdemque sanctitatis titulo insignitos & inter sanctos in Martyrologiis receptos, quorum alter Pius, Severus alter est dictus, alter decimaseptima Januarii, alter vigesimanona ejusdem mensis colitur. Neminem reperi antiquorum, qui hunc Severum, de quo est sermo, Episcopum nominet, verum tantummodo presbyterum sicut & Honorius retexens catalogum clarorum virorum. Sed & longe procul abest, ut qui in tabulis Episcoporum Bituricensium ponitur Sulpitius Severus sub Gunthranno Rege vixisse, interfuisseque Matisconensi Concilio sub eodem Rege celebrato, hic sit de quo est sermo: nam ille Sulpitius cognomento Pius dictus est, & sub Gunthranno Rege sedisse successorem Remigii, habet (*a*) Gregorius Turonensis: procul vero abhorret, ut Sulpitius Severus discipulus S. Martini ad Gunthranni tempora deduci possit: unde plane fatendum sit in eas tabulas errorem illapsum, quod etiam in Notis diximus. Qui autem hoc sæculo illustravit sedem Bituricensem, fuit S. Simplicius arbitrio Sidonii Apollinaris creatus Episcopus, de quo ad Euphronium, necnon ad Perpetuum sanctos Episcopos extant ejusdem Sidonii (*b*) epistolæ, atque concio in ejus habita electione. At de his hactenus.

(*a*) *Greg. Tur. l. 6. c. 39.*

(*b*) *Sidon. l. 7. ep. 8. 9.*

CXCI. Hoc eodem anno sub iisdem Consulibus sanctus Prosper missum ait Palladium ordinatum primum Episcopum ad Scotos: perductum quoque fuisse ad Hiberniam insulam, sed cito morte subductum ex hac vita migrasse, ex Probo, qui res gestas sancti Patricii scripsit, dictum est superius. Hibernorum quidem conversionem Deus sancto Patricio reservavit: qui (ut tradunt) Scotus genere, natus ex sancti Martini Turonensis Episcopi sorore, ab eo clericus ordinatus, quadriennium sub ejus institutione transegit: inde a sancto Germano Antisiodorensi Episcopo sacris litteris imbutus. Vocatus vero a Deo ad Hibernorum conversionem, non prius illuc se contulit, quam Romam ad Cælestinum Papam accesserit, accepturus ab Apostolica sede ad ejus gentis conversionem Apostolatum: hæc quidem Probus (*c*) ac Sigebertus: verum ille ab Amatore Episcopo ordinatum ipsum tradit Scotorum Antistitem; Sigebertus vero id ait factum a Cælestino Romano Pontifice Romæ; unde in patriam rediens, Hibernos ad Christi fidem suscipiendam convertit. Res ab eo in ejusmodi Apostolatu gestas idem Probus & alii conscripsere, scriptaque ab eo elucubrata recensuere. Hæc igitur de Episcopatu Patricii post defunctum Palladium hoc anno eo missum, cum sub Cælestino Papa accidisse tradant; ad finem anni hujus, vel sequentis exordium, ante obitum Cælestini contigisse, affirmare opus est: siquidem Cælestinus anno sequenti mense Martii ex hac vita migrasse reperitur. Vides autem omnibus fuisse perspicuum, ab Apostolica sede accipiendum esse Evangelium ad conversionem Gentium; cum ex Orbis extrema parte, immo (ut cum poeta dicam) ex divisis toto Orbe Britannis Patricius Romam se contulerit; quod & ab aliis factitatum, suis locis dicturi sumus.

De S. Patricii Apostolatu ad Scotos & Hibernos.

(*c*) *Prob. in Vit. S. Patricii Sigebert. in Chron. & Bal. Cent. 1.*

Sed

PAGIUS dunt Paulini ad illum Epistolæ, quæ inter ejus Opera leguntur, ubi plura de ejus virtutibus. *Sulpicii Severi* nomen variis in Martyrologiis legitur ad diem XXIX. Januarii, sed ibi passim dicitur Sancti Martini discipulus, & Episcopus Bituricensis; cum tamen certum sit, eum ab utroque Sulpicio Severo Biturigum Episcopis, de quibus infra, diversum esse. Inscriptum fuerat nomen ejus Martyrologio Romano, sed qui Martyrologium illud sub Urbano VIII. retractavere, ejus nomen expunxere. Sulpicii conversione, singulari pœnitentia, & pietate a Sanctis Viris celebratis, Ecclesia Gallicana illustrata est, quemadmodum & ejus scriptis a Labbeo in Dissert. de Script. Eccles. enumeratis.

LI. *Palladius primus Scotorum Episcopus.* Ad num. CXCI. Prosper in Chronico sub hujus anni Coss. scribit: *Ad Scotos in Christum credentes ordinatur a Papa Cælestino Palladius, & primus Episcopus mittitur*, quod etiam habet Beda l. 1. cap. 13. dicens id contigisse anno Imperii Theodosii Junioris octavo, a morte nempe Honorii Imperatoris deducto; nisi quod Prosper annum adventus Palladii in Scotiam, Beda vero, ut in more positum habet, annum quo illuc a Cælestino missus, memorat, uti anno CCCCXXIX. jam indicavimus. Verum magna controversia est *Hibernos* inter & *Scotos* de Palladii Apostolatu, Hibernis, quos certum est a Veteribus *Scotos* appellatos fuisse, contendentibus ad suam insulam *Palladium* missum; e contra vero Scotis seu, ut nunc dicitur Scoto-Britannis, illum sibi vindicantibus. Difficultatem auget Prosper libro contra Collatorem cap. 41. de Cælestino Romano Pontifice scribens: *nec segniore cura ab hoc eodem morbo* (Pelagiana nempe hæresi) *Britannias liberavit, quando quosdam inimicos gratiæ solum suæ originis occupantes, etiam ab illo secreto exclusit Oceani & ordinato Scotis Episcopo, dum Romanam insulam studet servare Catholicam, fecit etiam Barbaram Christianam.* Porro *Barbarorum* nomine Romani designabant gentes omnes a sua ditione & cultu alienas, ideoque hæc Prosperi verba, *fecit etiam Barbaram Christianam*, aliqui de Scotia, aliqui de Hibernia interpretantur. Qua de re legendus Usserius in lib. de Britan. Eccles. primordiis cap. 16. Alfordus in Annal. Britan. hoc



CXCII. S. Paulini Nolani Episcopi obitus. Sed apponamus ad anni hujus rerum gestarum præclaram coronidem obitum magni viri S. Paulini Nolani Episcopi, de quo tanta superius tertio, quarto, & hoc ipso quinto tomo sunt dicta: quem hoc eodem anno X. Kalen. Julii ex hac vita in cælum feliciter migrasse, hujus anni Consulibus Basso & Antiocho, Uranius (*a*) ejus discipulus scriptorum monumentis posteris commendavit: hunc illum namque putamus esse Uranium, cujus idem S. Paulinus meminit in epistola (*b*) ad sanctum Delphinum Burdigalensem Episcopum.

(*a*) *Extat apud Sur. 20. 3. die 22. Jun.*

(*b*) *Paulin. epist. 17.*

CXCIII. Objectio de Paulino se Vicarium dante pro filio viduæ. Sed antequam glorioſum ejus ad Deum transitum referamus, difficultas haud mediocris disquirenda atque enodanda est: Quonam modo convenire potest, sanctum Paulinum sese obsidem dedisse pro filio viduæ Regi VVandalorum in Africa, & post ejus obitum remeasse Nolam, ac deinde defunctum; si quem diximus in Africa regnasse primum Regem Genserico, propagasse cum regno vitam, constet (*c*) capta Carthagine, annis triginta septem, sicque pervenisse ætate ad annum Domini quadringentesimum septuagesimumsextum? Cæterum historiam illam totam a sancto Gregorio (*d*) scriptam, & a posteris acceptam omnibus (habes eam etiam a sancto Eulogio (*e*) Cordubensi citatam) haud putamus ob hanc causam leviter reiiciendam: sed nec Uranium mendacem dixerimus sub hujus anni Consulibus Paulini obitum referentem, ut contra ejus assertionem, Paulinum adhuc ultra annos quadragintaquinque vixisse, aliquo modo dicendum existimemus: siquidem qui ex annis ætatis ejus tomo quarto superius supputatis, ad hunc usque deductis, reperitur perveniſſe ad annos duodeoctoginta, haud diutius vixisse putamus, vel aptum fuisse qui regium hortum colere valuisset.

(*c*) *Victor de pers. Vvand. l. 1. in fin.*

(*d*) *Greg. dial. lib. 3. c. 1.*

(*e*) *Eulog. in documento Martyriali ad Flor. & Mariam.*

Quamobrem perplexitatem, hanc alii enodare conati, eo confugiendum esse putarunt, ut ista de filio viduæ atque Paulino non sub persecutione Vvandalica, sed Gothica sub Alarico dici debeant contigisse: quibus nequaquam assentiendum putamus, cum nihil penitus de Africana provincia sibi Alaricus vendicaverit, in quam securitatis causa ab Urbe profugi (ut vidimus) tamquam ad locum tutum, Gothis inaccessum, se contulerunt: constat vero præterea ex his quæ de eo dicta sunt, Paulinum post tempus Gothicæ grassationis in sua Ecclesia pacifice perseveraſſe. Unum igitur reliquum est quod dici possit, Regem illum Vvandalorum proxime defuncturum a Paulino prædictum, non intelligendum esse de Genserico, qui in regno consenuit, sed de fratre ipsius Gunthario Godigiscli filio, quem cum fratre Genserico atque Vvandalis transisse in Africam, Procopius (*f*), Paulus diaconus (*g*) & alii (*h*) auctores affirmant, eumque dolo fratris Genserici e medio morte sublatum: hujus enim interitum repentinum obventurum potuit prædixisse S. Paulinus: captivos autem illos ex Campaniæ oris in Africam abductos non bello aliquo, sed Vvandalicæ classis invasione, qua potentem fuisse Genſericum, eaque infestasse Hispaniam, Italiam, insulas, & Orien-

CXCIV.

(*f*) *Procop. de bell. Vvand. lib. 1.*

(*g*) *Paul. diacon. hist. Miscella. l. 14.*

(*h*) *Victor de pers. Vvand. l. 1. in fin.*



Bollandus ad eumdem diem. Verum cum *Amator* Germani decessor anno CCCCXVIII. ad Deum migrarit, & *Germanus* Patricii Magister fuerit, existimo Amatorem, a quo *Patricius* ordinatus, fuisse Episcopum Augustodunensem in Burgundia, de quo San-Marthani in Episcopis Æduensibus ad annum circiter CCCXIV. scribunt: *S. Amator sepultus Augustoduni in Poliandrio, ubi nunc sita est B. Stephani Ecclesia in strata nuncupata, ideest, in via lapidibus strata. Memoratur in Martyrologio die XXVI. Novembris, de quo nihil amplius refertur in Fastis Tabulas vulgatas hujus Ecclesiæ secutis.* Quare cum nullus Amator Episcopus in Gallis per hæc tempora legatur, non videtur dubitandum, quin Sanctus *Amator* Augustodunensis Episcopus Patricium ordinaverit, & is antiquior, perperam existimetur, quam fuerit.

PAGIUS hoc anno, aliisque Scriptores Anglici & Hiberni, qui inter se de hac Palladii Missione digladiantur. Quod ad me spectat, non existimo laudatum Prosperi locum sine partium affectu legi posse, quin in eo insulæ duæ deprehendantur, *Barbara* nempe & *Romana*; cumque *Scotia* hodierna unicam tunc cum Britannia insulam componeret, Prosperi verba de recenti Scotia intelligi posse non videntur, quia tunc majori ex parte ea Romana erat, non vero libera ac Barbara. Adhæc Prosper affirmat *Palladium* pro Scotis Episcopum ordinatum esse; tunc vero præter *Hibernos* nulli alii Scoti erant, ut infinitis Antiquorum locis probari potest. Videatur Cambdenus in descriptione Britanniæ.

LII. *S. Patricius Hiberniæ Apostolus.* Cæterum Sanctum *Patricium* circa hæc tempora in Hiberniam missum, & Hiberniæ Apostolum appellandum esse, inter omnes convenit. Probus in Vita sancti Patricii scribit: *Patricius, & qui eum eo erant, declinaverunt iter ad quemdam miræ Sanctitatis hominem summum Episcopum, Amatorem nomine, in propinquo loco habitantem: ibique Sanctus Patricius Episcopali gradu ab eodem Archipræsule Amatore sublimatus est.* Hunc Amatorem Baronius in Martyrologio Rom. ad diem I. Maii, illum intelligendum judicavit, cui in Antisiodorensi Episcopatu *Germanus* successit, qua & in sententia fuit

LIII. *Moritur S. Paulinus Episc. Nolanus.* Ad num. CXCII. & seqq. Narrationem mortis Sancti *Paulini* Episcopi Nolani habemus ab Uranio Presbytero, teste oculato, in Epistola ad Pacatum, qui eam his verbis claudit: *Obiit Sanctus Paulinus Episcopus decimo Kalendas Julii, Basso & Antiocho VV. CC. Consulibus.* Natus erat *Burdigalæ*, ut habet idem Uranius, nobilissimis & ditissimis parentibus, & ante suam conversionem amplissimas dignitates adeptus est, ipsum etiam Consulatum; non quidem ordinarium, ut anno CCCLXXV. num. I. asse-

rit

rientales etiam oras, Victor affirmat (a). Scimus tamen, ad vitandam fraternæ cædis infamiam a Vvandalis posterioribus traditum (quod referunt Procopius & Isidorus) Guntharium nequaquam transisse in Africam, sed in Hispania a Germanis captum, paloque infixum, vel ab invadente eum pravo dæmone esse necatum: sed dum ajunt, primo id Vvandalorum Regi regnanti in Hispania accidisse, plane de ejus parente esse intelligendum apparet, quem primum invasisse Hispaniam tradunt omnes; eumque regnasse ibi annos sexdecim, idem Isidorus affirmat. Cæterum quod ad Guntharium filium spectat, quanam ratione sit verisimile, ut transmissis Vvandalis omnibus in Africam, solus remanserit Guntharius in Hispania? Vvandalos quidem omnes transisse ex Hispania in Africam, testatur Victor, qui eosdem numerat octoginta millia. Sic igitur quæ de S. Paulino scribuntur & Rege Vvandalico, ut ad Guntharium referantur, nihil prohibet.

(a) *Victor de pers. Vvandal. lib. 1.*

Quod vero Victor res Wandalorum in Africa prosecutus, nullam de Gunthario mentionem habeat: id eveniisse apparet, quod persecutionem tantum Christianorum enarrandam suscepit; brevique libello res trigintaseptem annorum perstringentem, plurima omisisse oportuit, quod & ipse fatetur. Sed quod ad Uranium pertinet; ipsum prosecutum esse Pauli obitum potius quam vitam, idem ipse in præfatione ad Pacatum inscripta profitetur.

CXCV.

Post hæc autem a nobis edita, contigit ad nos mitti Florentia a Magno Ducæ Etruriæ Ferdinando epistolas ejusdem S. Paulini, descriptas ex antiquo Codice Bibliothecæ Mediceæ, post quas inerat Uranii de vita, & obitu ipsius Paulini ad Pacatum scriptio, in qua integre absque unius apicis diminutione legitur tota illa historia de redempto a S. Paulino, sui permutatione, filio viduæ, usque ad ejus ex Africa Nolam reditum, prout a S. Gregorio descripta legitur: ut evidenter appareat ea quæ ab eo

Uranii de vita S. Paulini scripta.

PAGIUS

rit Baronius, aut suffectum ut putavit Chifletius in secunda parte Paulini Illustrati, sed honorarium, ut in Prolegomenis Dissert. Hypat. num. XXVI. ostendi. [1] Consulatus enim ordinarius post Constantinopolim conditam a Constantino Magno annus redditus est, nullique amplius Consules suffecti in Orbe Romano postea visi, ut exposui anno CCCXI. *Paulinus* tantæ fortunæ commoda tandem deseruit, & sæculi vanitatibus abjectis in *Hispaniam* secessit. Ibi mortuo filio totum se Deo dicavit, vitam Monasticam amplexus est, & cum *Therasia* uxore, piissima Matrona, tanquam cum sorore vixit. *Barcinone* Presbyteratu anno circiter CCCXCIII. invitus initiatus est, annoque insequenti CCCXCIV. *Nolam* secessit, postquam primum *Carmen Natalitium* in honorem Sancti Felicis Confessoris Nolani in Hispania composuisset, quod diei XIV. Januarii Sancto Felici sacra affixit, & postea singulis anni novæ Natalitia carmina eadem die cecinit. De ejus Episcopatu & rebus gestis, suis locis locuti sumus. San-

NOTÆ [1] CONsulem non honorarium sed suffectum fuisse S. Paulinum probat Muratorius Anecdot. t. I. Diss. IX. p. 159. ex Carmine Natali XIII. quod idem Muratorius primus vulgavit, in quo de hoc Consulatu suo sic alloquitur S. Felicem,

*Te duce fascigerum gessi primævus honorem;*
*Teque meam moderante manum, servante salutem,*
*Purus ab humana cædis discrimine mansi.*

Porro nec jus sanguinis habebant Consules honorarii, nec fasces præferebant; quippe qui Consules *erant nomine tenus* ut eos appellat Procopius de Bello Goth. lib. 3. Gessisse se autem, ait, illum Consulatum in *primæva iuventa*, adeoque optime suspicatur idem Muratorius Consulatum hunc ad annum ejus 24. circiter pertinuisse. A. Ch. 378. Hæc Vir Clarissimus; sed maturius verba S. Paulini ex eodem Natali expendens, merito suspicor, sermonem ibi esse de dignitate Consularis Campaniæ, quam eundem S. Paulinum post Consulatum gessisse, idem vir doctus omnium primus subodoratus fuit. Ait igitur Vir sanctus duce, seu auspice S. Felice *fascigerum* honorem gessisse se; statim que subdit:

*Tunc etiam primæ ..... libamina barbæ*
*Ante tuum solium quasi te carpente totondi.*

Tunc igitur, dum fascigerum gereret honorem, Nolæ agebat, ubi & apud S. Felicem barbam deposuit. Certe si Consulem Romanum egisset deposuisset illam apud Apostolos quos speciali religione se coluisse in Epistolis suis profitetur. Id etiam multo luculentius patet ex iis, quæ orationem suam prosequens adnectit

*Jam tunc præmisso per honorem pignore sedis*
*Campanis metienda locis habitacula fixi.*
*Te fundante tui ventura cubilia servi.*

His verbis aliam a Consulatu, qui superius commemoratus creditur, dignitatem exprimi vel ipse Muratorius agnoscit. Quid enim esset quod Romanus Consul sedem sibi Campanis in locis eligeret



eo in Dialogis de S. Paulino scripta leguntur, ab Uranio ipsum totidem verbis exscripsisse. Sed quid accidit? Cum videret librarius; vel quisquis alius ille fuerit, eadem quæ ab Uranio narrantur, scribi pariter a S. Gregorio; superfluum existimans repetere eadem, decentius vero ipsa exscribere ex S. Gregorio Papa longe celebrioris nominis auctore, eadem præteriit in Uranio, quæ inferius describeret ex Gregorio. Verum fidelius actum per scriptorem Medicei Codicis, quem non piguit post descripta ea omnia, ut invenit in illa Uranii lucubratione, rursum eadem (relicto Codice, ut invenit integro, absque decurtatione) describere ex S. Gregorio; cui hoc nomine debemus plurimum, dum adeo nobilem historiam ex quo primum fonte manarit, ostendit, nempe ex Uranio, qui ejusdem S. Paulini tempore vixit, ex eo vero ipsa fluxerit in Gregorium, qui post eum annis ferme ducentis ea descripserit: non autem e contra ex Gregorio in Uranio con-

PAGIUS LIV. *Relatio S. Gregorii M. de captivitate Africanæ S. Paulini.*

Sanctus Gregorius Magnus lib. 3. Dial. cap. 1. insigne charitatis exemplum de eo refert, quod Baronium, aliosque Viros Doctissimos valde torsit. Ait enim Gregorius, cujus propria verba in pauca contraho, *Campaniam* populantibus *Vandalis*, & plurimis in Africam captivis abductis, cum vidua quædam poscret a *Paulino*, ut filium captivum sibi redimeret, se ipsum pro illo in servitutem tradidisse, ac *Vandalorum* Regis genero in Africa colendis hortis se addixisse. Addit Gregorius cum diutius hoc ageretur, eumdem Regis generum a *Paulino* monitum, Socerum ejus brevi esse interiturum, & ad hæc Regem asseruisse eumdem *Paulinum* & complures alios se vidisse per noctem sedentes judices, qui e manibus ipsius flagellum abstulerant: tumque *Paulinum* compulsum fuisse dicere se esse Episcopum, quem ipse pro filio viduæ vicarium susceperat. Quare honorifice *Nolam* a Vandalorum Rege remissus est Paulinus, cum omnibus captivis civitatis ejus, quos Rex, ut ipsi gratificaretur, relaxaverat. *Post non multos vero*

NOTÆ ret? Sed Sanctus Vates asserit *hæc jam tunc* sibi accidisse, cum fascigerum honorem gereret; cujus honoris occasione *præmisit pignus sedis* quam post plures ibi electurus erat; ergo fasciger iste honor erat Consularis Campaniæ dignitas. Demum post descriptionem ædium quas tunc ad S. Felicem excitavit, rerum a se gestarum narrationem resumens, ait:

*Ergo ubi bis terno ditionis fasce levatus,*
*Deposui nulla maculatam cæde securim.*

Alludit hic apertissime *ad fascigerum illum honorem* de quo in exordio; uti etiam inter cætera arguit illud: *Nulla maculatam cæde securim*, quod aperte congruit cum iis, quæ prius de se *fascigerum honorem* gerente cecinerat:

*Purus ab humani sanguinis discrimine mansi.*

Igitur si fasces illi bis terni, & securis innoxia honorem Consularem Campaniæ exprimunt, eundem pariter & fascigerum illum honorem designare credendum est. Merito vero bis ternos illos fasces, & securim nulla cæde maculatam de Consulari Campaniæ potius, quam de Consule Romano accipiendos esse Muratorius censet, cum Romano Consuli non sex, sed bis totidem fasces adsisterent; forte vero ad differentiam Consulum senis tantum Consularibus dabantur. Si post hæc ex me quæratur utrum re ipsa Consularem dignitatem unquam obtinuerit Paulinus; respondeo ad illam Viro sancto abjudicandam nihil permoveri me quod ne verbo quidem de illa, gesta sua hic narrans Paulinus meminerit. Nec enim omnia sua ibi recensenda assumit, sed ea selligit, quæ auspice S. Felice gesserat. Profecto nec Senatoriam dignitatem ea occasione commemorat, quam tamen obtinuisse ipse alibi profitetur. Unum est igitur quod negotium nobis faceſſat, nimirum Præfecturam Campaniæ primo ætatis flore, quo tempore primam barbam nondum depositerat, gestam. Ante hanc vero Præfecturam, si quem gessit, Consulatum constituisse oportet, ut ex eodem Natali liquet, & ab omnibus admitti constat. Tunc autem plus nimis junior videtur nobis Paulinus, quam ut ipsi amplissima illa dignitas demandaretur. Ergo vel alios Magistratus Consulatu inferiores obiisse reputandus est; vel Consulatum quidem sed honorarium tantummodo gessit, quæ utraque Pagii coniectura est.

Nunc quædam hic animadvertenda sunt in chronologiam Muratorii, res gestas S. Præsulis secundum temporis seriem dirigentis. Statuit ille S. Paulini adventum ex Urbe Nolam anno Christi 380. Ibi vero censet annis sex circiter substitisse. Post hæc in Galliam remeavit; tum venit in Hispaniam; & cum ab Italia procul adhuc peregrinaretur anno 395. Natale secundum S. Felicis cecinit, ubi hæc de se commemorat

*. . . . . Tria tempore longo*
*Lustra cucurrerunt, ex quo solemnibus istis*
*Coram vota tibi, coram mea vota dicavi.*

Si tria hæc lustra ab annis 395. dempseris supererit annus 380. qui postremus fuit moræ ejus Nolæ, ex quo numquam deinceps solemnibus S. Felicis anniversariis interfuit. His constitutis, vel Campanam S. Paulini Præfecturam ad unicum annum definiamus oportet, vel adventus ejus ex Urbe Nolam citius quam anno 380. consignandus est, quorum primum non admittit Muratorius, alterum plane negat.

consutam ullo modo aliquis dicere poterit, qui in Uranio connexionem verborum & sententiarum ipsius accurate considerabit, in quibus scissuram facile recognoscet. At de ipsa historia ab Uranio primum descripta hactenus ☞. Porro ejus obitum describit his verbis (*a*): *Cum ante triduum quam de hoc mundo ad cœleste habitaculum vocaretur, dum jam de salute ejus omnes desperassent; & duo ad eum Episcopi visitandi studio convenissent, id est, sanctus Symmachus, & Benedictus Hyacinthus* *, *ita in eorum adventu recreatus atque refectus est, ut oblita omni carnali infirmitate, totum eis atque angelicum exhiberet affectum. Et quasi profecturus ad Dominum, jubet sibi ante lectulum suum sacra mysteria exhiberi, scilicet ut una cum sanctis Episcopis oblato sacrificio, animam suam Domino commendaret: simul etiam eos quos pro disciplina Ecclesiastica a communione mysterii extorres esse præceperat, ad pacem pristinam revocaret. Et cum hæc omnia sanctus Episcopus læto atque perfecto ordine celebrasset: subito clara voce interrogare cœpit, ubi essent fratres sui. Tunc unus ex circumstantibus, qui putavit, quod fratres suos, id est, Episcopos qui tunc aderant, quæreret; ait illi: Ecce hi sunt fratres tui. At ille: Sed ego nunc fratres meos, Januarium atque Martinum dico, qui modo mecum locuti sunt, & continuo ad me venturos se esse dixerunt: e quibus Januarius Episcopus simul & martyr Neapolitanæ urbis illustrat Ecclesiam; Martinus autem vir per omnia Apostolicus (cujus Vita ab omnibus legitur) Galliarum Episcopus fuit.*

(*a*) *Extat apud Sur. to. 3. die. 22. Junii.*

* Hidruntinus.

Quæ contigerint ante Paulini obitum.

CXCVI. *Et his dictis, extensis ad cælum manibus, hunc psalmum Domino decantavit:* (*b*) *Levavi oculos meos in montem, unde veniet auxilium mihi: auxilium meum a Domino qui fecit cælum & terram. Deinde, collecta oratione commonitus est a sancto Posthumiano presbytero, quod pro vestimentis quæ pauperibus fuerant erogata, quadraginta solidi deberentur. Quod cum audisset sanctus Paulinus leviter subridens, ait: Securus esto, fili: crede mihi quia non deerit qui debitum pauperum solvat. Et ecce non longa interposita mora, ingreditur quidam presbyter de Lucaniæ partibus veniens, missus a sancto Episcopo Exuperantio, sive a viro clarissimo fratre ejus Ursatio, qui ei per ipsum nuncium muneris gratia quinquaginta solidos miserant: quos cum accepisset sanctus Paulinus, benedixit Dominum, dicens: Gratias ago tibi Domine, qui non derelinquis sperantes in te. De his autem quinquaginta solidis ipse presbytero, qui eos exhibuerat, manu sua duos* * *dedit; reliquos vero negotiatoribus, qui vestimenta pauperibus dederant, reddi mandavit. Inter hæc autem, cum nox diei successisset, usque ad mediam noctem paululum quieti concessit, donec crudescente dolore, qui lateri ejus nimius inerat gravaretur, excitatus, multisque etiam ex superfluo archiatronum ustionibus fatigatus, usque ad quintam horam noctis lassum*

CXCVI.

(*b*) *Psal. 120.*

* decem.

PAGIUS *vero dies Vandalorum Rex occubuit*, inquit Gregorius.

LV. *Defenditur a Baronio.*

Baronius ita hæc interpretatur, Vandalorum Regem anno CCCCXXVIII. vel insequenti Italiam depopulatum esse, ex ea captivos abduxisse, mortem *Guntharii*, seu rectius *Gunderici*, Vandalorum Regis, qui decessor fuit Genserici, a Paulino prædictam esse, *Guntharium*, postquam eum fratre in Africam transiit, dolo ejus ibidem e medio sublatum, ac captivos illos ex Campaniæ oris in Africam abductos esse Vandalicæ classis invasione; quod probat ex Procopio lib. 1. de Bell. Vandal. cap. 3. & ex MS. Bibliothecæ Mediceæ, in quo Historia illa a Gregorio Magno descripta attribuitur *Uranio*, a quo Sanctum Gregorium eam accepisse existimat, quæ postea prætermissa fuerit a Librariis, quod Gregorius Scriptor celebrior eam referret. Hæc opinio Baronii, qui credidit, *Paulinum* post Romam ab *Alarico* Gothorum Rege devastatam ab eodem captum fuisse, & postea sub finem vitæ suæ Vandalis in Africa servisse, eo quo ex Gregorio M. exposuimus modo. Quæ duplex captivitas in Breviario Romano ad diem XXII. Junii Sancto Paulino sacrum etiam legitur.

LVI. *Est tamen contra fidem Scriptorum antiquorum.*

Verum tam narrationi Sancti Gregorii, quam Baronii explicationi non solum non suffragantur Auctores, qui hoc sæculo vixere, sed etiam adversatur Procopius, qui sæculo sequenti diu in Africa commoratus est a Justiniano cum Belisario illuc missus. Nam Prosper in Chronico ad annum CCCCXXVII. loquens de rebellione Bonifacii Comitis, ait: *Exinde gentibus, quæ uti navibus nesciebant, dum a concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum est.* Quare navigationis ars *Vandalis* ignota erat, antequam a Bonifacio Comite in Africam invitarentur. Adhæc Procopius citatus scribit, *Gunthariun* seu Gundericum puerum adhuc fuisse, cum in Hispaniis regnavit, *& Vandalos*, inquit, *a Giserico, cum solus regnaret, ductos in Africam fuisse ferunt* (scilicet Vandali): *sic a Vandalis ipsis accepi.* Quare Gundericus nec generum habere potuit, nec unquam in Africa fuit. Tertio, Idacius in Chronico fidem facit, post Gunderici Regis mortem *Genserico* ejus successorem cum Vandalis mense Maio anni quadringentesimi vicesimi noni in Africam transfretasse, quo ideo tempore Classem in Campaniam mittere, indeque captivos abducere potuisse, nullus, sibi persuaserit.

LVII. *Hoc magis probatur.*

Urbes enim in Africa occupandæ, novumque regnum firmandum & dilatandum erat, non vero Pyratica exercenda, & in alia regna excursiones faciendæ. Porro *Gundericum* nunquam in Africa fuisse, non solum Procopius citatus; sed etiam Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 33. diserte asserit. Ait enim ordinem ac successionem Regum, qui Vandalis in Africa præfuere, hunc esse: *primum Gisericus, qui Pater & Dominus: sequens Hunnericus tertius Gundamundus*, &c. Nec Paulus sive Auctor Miscellæ lib. 14. cap.



*sum atque anhelum pectus duxit. Deinde adveniente luce, consuetudinem suam vir sanctus agnovit. Itaque, ut solebat, excitatis omnibus, Mututinum ex more & ordine celebravit. Facta autem die, presbyteris & diaconibus atque omnibus clericis exemplo Dominico* (*a*) *pacem hæreditariam prædicavit. Transactis autem his, tacitus usque ad vesperam perduravit. Deinde quasi ex somno excitatus, lucernariæ devotionis tempus agnoscens, extensis manibus, lenta licet voce* (*b*): *Paravi lucernam Christo meo, decantavit Domino.*

(*a*) *Joan. 20.*

(*b*) *Psal. 131.*

CXCVII. Terræmotus in obitu Paulini.

*Tunc deinde facto aliquandiu silentio, circa oram quartam noctis, omnibus qui aderant, solicite vigilantibus, subito tam ingenti cellula ejus terræmotu concussa est, ut hi qui lectulo ejus assistebant exterriti atque turbati, ad orationem se jactarent, nihil tamen scientibus his qui proforibus consistebant: neque enim publicus ille, sed privatus in cellula fuerat terræmotus. Nam* * *ille angelicis susceptus manibus, debitum Deo spiritum exhalavit. Vidimus fili carissime, vidimus, & inter lacrymas atque singultus vidisse gaudemus, &c.* Subdit gemitus universæ Ecclesiæ de ejus obitu, prædicat & ejus laudes, atque in fine ait: *Obiit S. Paulinus Episcopus X. Kalend. Julii, Bassi & Antiocho Coss.* Hujus quidem Uranii scriptionis meminisse visus est Gregorius Turonensis, ubi ait (*c*): *De transitu autem ejus est apud nos magna lectio:* novisse hanc pariter Uranii lucubrationem sanctum Gregorium (*d*) Romanum Pontificem, certum est, dum eadem de terræmotu facto in ejus transitu scribit. Hunc tandem beatum finem consecutus est ille, sui sæculi maximum decus & ornamentum dignum inventum, quem scriptis suis celebrarunt sanctissimi atque doctissimi viri Hieronymus in Oriente, Ambrosius in Italia, Augustinus in Africa, Prosper & Eucherius in Galliis hoc ipso sæculo, postea vero sanctus Gregorius Papa atque alii.

* tum.

(*c*) *Greg. Tur. de glor. confess. c. 107.*

(*d*) *Greg. Pap. dialog. l. 3. c. 1.*

Reliquit post se nobilissimi ingenii monumenta, licet attingere numquam voluerit interpretationem divinæ Scripturæ, non quidem inopia doctrinæ, vel tenuitate ingenii, sed potius admiranda animi summissione: nam S. Hieronymus scribens ad eum tunc tyrocinium auspicantem, hæc ait (*e*): *Magnum habens ingenium, & infinitam sermonis suppellectilem, &c.* scripserat enim librum pro Theodosio Imperatore, quo magnum ediderat specimen ingenii locupletissimi. Verum (ut diximus) cum se totum Christo addixit professione monastica, nuncium stylo remisit, nec quicquam amplius scripsit, ut ederet. Etenim quæ reperiuntur ejus epistolæ, non ipsius studio, sed industria S. Amandi Episcopi Burdigalensis servatæ sunt: fatetur quidem id ipse Paulinus in epistola ad eum scripta, sed nondum cusa: ubi inter alia: *Legimus* (inquit) *in tergo epistolæ, annotationem epistolarum, quas meas esse indicatis: nam vere prope omnium mearum epistolarum ita immemor eram, ut meas esse non cognoscerem, nisi vestris litteris credidissem: unde majus accepi documentum charitatis vestræ, quia plus me vobis, quam mihi notum esse perspexi.* Hæc ipse ad Amandum: est epistolæ illius exordium: *Omnia tempus habent, & tempus omni rei sub cælo est*

CXCVIII. De scriptis S. Paulini.

(*e*) *Hieron. epist. 13.*

PAGIUS 14. cap. 9. contrarium asserit, licet obscurius loquatur, & quamvis contrarium scriberet, nulla ei hac in re fides adhibenda esset, cum exscribat Procopium, quem non intellexit. Profecto si Paulinus vel in Hispania vel in Africa captivus vixisset, *Idacius*, qui hoc ipso tempore in Hispania floruit, & initium Regni Vandalorum in Africa adeo accurate notavit, rem tam insignem non ignorasset; is tamen, licet de Paulino tanquam de Viro clarissimo loquatur, ostendit se parum de iis, quæ ad hunc spectabant, edoctum fuisse. In Chronico, quippe anno Abrahami 2440. qui Kalend. Octobris anni Christi CDXXIII. inchoatur, ait: *Paulinus nobilissimus & eloquentissimus dudum conversione ad Deum nobilior factus, vir Apostolicus Nola Campaniæ Episcopus habetur insignis: cui Therasiæ de conjuge facta soror, testimonio vitæ beatæ æquatur & merito*, ubi Idacius loquitur de Therasia tanquam adhuc vivente, quamvis jam circiter a decennio vita functa esset. Sed quidquid de Idacio sit, tunc *Paulinus* septuagenario major hortis colendis haud idoneus fuit. Unde cum Idacius, Procopius, Victor Vitensis, aliique Auctores omnes prodant, *Vandalos* non alio Duce quam *Genserico* in Africam ex Hispaniis transisse, isque Paulino compluribus annis superstes fuerit, ejus mortem, quæ cito postea contigerit, Sanctus Præsul prædicere non potuit.

LVIII. *Evertitur præcipuum Baronii fundamentum.*

Quoad MS. quod in Bibliotheca Mediceæ extat, in quo Historia a Gregorio Magno descripta attribuitur *Uranio* Presbytero, a quo Sanctum Gregorium eam accepisse putat Baronius, & Librarios eamdem ex Epistola Uranii ideo exputasse, quod a Gregorio Scriptore longe celebriori referretur, Chiffletius in part. 2. Paulini Illustrati cap. 23. qui ejusdem MS. exemplar habuit, recte censuit sub *Uranii* folius nomine Vitam Sancti Paulini ex Uranio Gregorioque conflatam, in illo Mediceo Codice contineri; quod stylus ejus Historiæ Gregoriano sit simillimus, Isidorus lib. 6. de Script. cap. 4. asserat, *Uranium* obitum duntaxat Paulini literis prodidisse, nec aliud repræsentent antiqui & bonæ notæ codices Epistolæ Uranii. Quæ Chiffletii conjectura videtur certissima; cum tot Vitas Sanctorum habeamus ab aliis Auctoribus interpolatas. Certe Baronius num. ultimo asserit, in Codice tam Vaticano, quam Nolano referri Epistolam Sancti Paulini ad Amandum scriptam, cujus exordium est: *Omnia tempus habent*, &c. & in qua Paulinus scribit: *Legimus in tergo Epistolæ annotationem Epistolarum, quas meas esse indicatis* &c. Et tamen Chiffletius part. I. Paulini Illustrati cap. 24. demo-

*est:* habet eadem codex Vaticanus atque Nolanus. Sed si quæ carminibus cecinisse, pieque lusisse reperitur, eadem amicorum diligentia custodita putamus. Est celebris memoria ejus in Dei Ecclesia, a qua indelebili nota in tabulis Ecclesiasticis illibata servatur, & die natali ipsius anniversaria celebritate recolitur. At modo de Paulino satis, cujus rebus præclare gestis tertium, quartum, & quintum hunc Annalium tomum decoravimus; ex quibus, quantus iste vir fuerit, quisque intelligere valeat.

Chri-

PAGIUS monstrat, eamdem Epistolam, quæ etiam in editione Antuerpiensi num. 26. in unam confusa exhibetur, in duas dividendam esse; quod & præstitit novus Editor Operum Sancti Paulini, apud quem prior XL. ordine est, & iisdem verbis inchoatur, quibus in Codice Vaticano & Nolano; posterior vero ordine XLI. ibidem collocatur, & his verbis exorditur: *Legimus in tergo Epistola annotationem*, &c. Mitto infinita alia similium errorum a Librariis aut ab interpolatoribus admissorum exempla.

LIX. *Refelluntur sententiæ aliorum.* Chiffletius in parte 2. Paulini Illustrati cap. 24. & seqq. & novus Editor Operum Sancti Paulini in Dissert. VII. quæ est de hujus Sancti captivitate, videntes hanc Baronii explicationem nullam verisimilitudinem præ se ferre, ad aliam confugere, ut narrationi Divi Gregorii sua fides stare posset. Observarunt itaque *Vandalorum* nomine posteriores Scriptores, Gothos etiam aliosque Barbaros designasse, existimaruntque, captivitatem Sancti Paulini, de qua loquitur Gregorius, accidisse, non sub *Gunthari* seu *Gunderico*, aut *Genserico* Vandalorum Regibus, sed sub *Alarico* Gothorum Rege, cum Italiam depopularetur, sed in eo dissentiunt, quod Chiffletius velit *Paulinum* pro filio viduæ ad Alarici generum in Africam postea abductum esse; Editor vero Operum Sancti Paulini eum hortulanum egisse in Hispania, ubi post *Alarici* mortem Gothi, qui & Vandali appellati, dominati sunt. Verum quomodocumque hæc Historia exponatur, difficultates insuperabiles patitur, & contrarios habet Scriptores coætaneos, qui tam de Alarico, quam de Paulino verba fecere. *Alaricus* enim anno CDIX. die XXVI. mensis Augusti Romam devastavit, ut anno CDX. num. II. ostendi. Postea *Nolæ* fuit, & Paulinum detinuit, ut ibidem num. II. videre est. Alarico sub ejusdem anni finem vel insequentis intio extincto, *Paulinus* Epistolam, quæ periit, ab Augustino accepit, & Idibus Maiis anni CDX. ad Augustinum rescripsit, ut anno CDIX. vidimus. Tum eodem anno CDX. exeunte *Augustinus* scripsit ad Paulinum Epistolam XCV. alias CCL. & denique ab eo Christi anno ad CDXIV. missæ ultro citroque inter Augustinum & Paulinum Epistolæ aliquot, quæ excidernnt, ut ostendunt Patres Benedictini in Chronologia Epistolæ CXLIX. alias LIX. Augustini ad Paulinum, qua respondet ad quæstiones aliquas sibi ab eodem Paulino propositas in Epist. CXXI. alias LVIII. inter Augustinianas. Ex quibus evidens est, *Paulinum* ante annum CDXIV. non fuisse, aut in Hispania aut in Africa *nutriendis oleribus* occupatum, & hoc ab eo *diutius* actum esse, quod tamen divus Gregorius loco laudato asserit. Præterea D. Gregorii M. ætate Vandalorum nomen aliis Barbaris non tribuebatur, ut patet ex dictis anno CDVII.

LX. Cum itaque hæc Historia omni fere ex parte nutet, & Gregorius eam referens prout ab aliis didicerat, fidem suam liberarit, certum apud me est eam esse fabulæ simillimam, cujus fundamentum fuere verba Augustini lib. 1. de Civitate Dei cap. X. ubi ait: *Paulinus noster, Nolensis Episcopus, ex opulentissimo divite voluntate pauperrimus & copiosissime Sanctus, quando & ipsam Nolam Barbari vastaverunt* (anno scilicet CCCCIX.) *cum ab eis teneretur, sic in corde suo, ut ab eo postea cognovimus, precabatur: Domine non crucier propter aurum & argentum; ubi enim sint omnia mea, tu scis.* Tres priores de Civitate Dei libri ab Augustino anno CCCCXIII. elucubrati, ut anno CCCCXII. num. IV. ostendimus. Ex *Nola* vero capta, Paulinoque tento a *Gothis*, quos, quemadmodum & cæteros Barbaros ostendi, lapsu temporis, *Vandalos* appellatos, ansa arrepta fingendi ea, quæ a viris piis accepta, Gregorius vera esse credidit. Potuit quidem *Paulinus* cum multis civibus Nolanis duci captivus *Brutios*, ubi *diu Gothi* resedere, ut docet Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 30. quæ quidem regio in extremis Italiæ finibus posita est, ibique prædicere *Ataulfo* uxoris Alarici fratri ejusdem Alarici interitum, exindeque in præmium ab hoc Rege cum aliis captivis Nolanis in libertatem asseri; sed hæc captivitas, si contigit, nec longa esse potuit, nec ea durante *Paulinus* hortulanum agere. Inde etiam oriri potuit traditio captivitatis Sancti *Paulini*, cujus adeo tenaces sunt Nolani, ut Ambrosius Leo in Historia Nolana lib. 2. cap. 13. scribat; Paulini ex Africa reditus memoriam, anniversariis pompis a populo Nolano, ritu perantiquo celebrari a XVI. Kalendas Julias usque ad X. Kalendas ejusdem mensis. In Traditionibus enim Urbium sæpe falsa mixta veris fuisse certum est. Sed Paulinum vel in Africa vel in Hispania captivum fuisse, ibique hortum diutius coluisse penitus incredibile. Universa Paulini Nolani Opera, nuper secundum ordinem temporum, quantum tunc fieri potuit, disposita, & cum variis MSS. diligenter collata a Joanne Le Bruno, qui nomen suum præ humilitate tacuit.

*S. Paulini captivitas Africana vel Hispanica fabulæ simillima.*

LXI. *Gallæci a Suevis male habiti Idatium ad Aetium mittunt.* Idacius in Chronico anno Abrahami 2447. qui Kalendis Octobris superioris Christi anni inchoatur, scribit: *Aetius Dux utriusque militiæ Noros edomat rebellantes. Rursum Suevi initam cum Gallæcis pacem libata sibi occasione conturbant. Ob quorum depredationem Idacius Episcopus ad Aetium ducem, qui expeditionem agebat in Galliis, suscipit legationem. Vetto, qui de Gothis dolose ad Gallæciam venerat, sine aliquo effectu redit ad Gothos.* Loquitur de seipso Idacius Lemicæ in Provincia Gallæciæ Episcopus, indicatque eos *Gallæcos*, quos Suevi turbabant, sub Romanorum patrocinio fuisse, cum ad eos confugerint, quando a Suevis male habiti sunt. Indicat præterea Gothos qui hoc tempore pacem cum Romanis colebant, finxisse se Gallæcorum causam suscipere. Anno CDXXX. n. XXX. locuti sumus de victoria ab Ætio de *Noricis* reportata.



I. CHristi annus quadringentesimus trigesimus secundus Consulatu Ætii & Valerii in Fastis Prosperi & Cassiodori notatur, quorum prior in Occidente, posterior vero primarium magistratum est assecutus in Oriente. Illuxit plane annus iste sui exordio Romanæ Ecclesiæ lætus; cum suscepta legatione Orientalium, de impii Nestorii dejectione, Maximiani vero promotione, litteris a sancta Synodo, necnon a Theodosio Imperatore, atque etiam a Maximiano Constantinopolitano Episcopo ipse Romanus Pontifex Cælestinus certior factus est.

II. Cælestini ante obitum gaudium ex profligato Nestorio. Erat plane ipse sanctissimus senex instar Simeonis Prophetæ, expectans redemptionem Israel. Quippe quod (ut suis ipse testatus est litteris, quas proxime reddituri sumus, datis ad clerum & populum Constantinopolitanum) præ nimio dolore & animi angore ob pessumdatam Catholicam fidem ab impio Nestorio & ejus sectatoribus, jam somnus recesserat ab oculis ipsius. Sed & sicut cum Simeone erat expectans redemptionem Israel; ita etiam cum ipso, factus jam voti compos, cygneis modulis occinens canticum illud (*a*): *Nunc dimittis Domine servum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, &c.* exauditus a Deo, hoc anno post tres menses (ut dicemus) ex mortalitate subductus, vocatus est ad coronam, quam de salva facta fide Catholica, & conservata sarta tecta Christi divinitate, & ejus matris sanctissimæ dignitate, accipere dignus fuit. (*a*) Luc. 2.

III. Reliquit tamdiu ipsum Dominus in humanis quantum opus esset ad communem lætitiam mutuo participandam reddere litteras gratulatorias, quas acceperat, recinens victoriæ canticum ex Occidente, quod præcinuissent Orthodoxi magno



PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CCCC. LXX. An. Ch. 432. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5925.

⊙ 21. CB. ☽ 15. P. 3. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 432.

SIXTI PAPÆ 1.

THEODOSII JUN. 31. & 25.

VALENTINIANI III. IMP. 8.

I. *Consules.* [1] COSS. *Fl. Aetius*, & *Valerius*: prior Occidentalis, ubi Magister militum erat, ex qua dignitate ad Consularem multos transiisse compluribus exemplis liquet. Is in subscriptione trium Epistolarum *Idibus Martiis* a Cælestino Papa datarum dicitur *Fl. Aetius*. Valerius in Oriente creatus, indeque in Lege V. Cod. Theod. *De his qui ad Ecclesias confugiunt*, Legitur: *Dat. V. Kal. April. Constantinop. Valerio, & qui fuerit nunciatus*, quia scilicet Aetium in Occidente Consulem dictum esse, nondum Constantinopoli innotuerat. Valerius anno superiori Magister Officiorum fuit, & Nestorianæ factioni favit, ut liquet ex Epistola Joannis Antiocheni ad eum data, ideoque diversus est a *Valerio* Comite Sancti Augustini amico, licet utrumque Gothofredus in Prosopographia Cod. Theod. & Emin. Cardinalis Norisius lib. 2. Hist. Pelagianæ cap. 15. inter se confundant, & ex legibus quas laudant, pateat, *Valerium* hoc anno Consulem varias dignitates in Oriente gessisse eo tempore, quo *Valerius* amicus S. Augustini agebat in aula Honorii Imp.

II. A num. I. ad XXXV. Cælestinus Papa *Idibus Martiis* seu die XV. ejusdem mensis, & feria III. post Dominicam IV. Quadragesimæ re-

NOTÆ [1] *Coss. Fl. Aetius & Valerius.* Frabrettus pag. 733. num. 454.

DEPOS. SVB. D. XVII. KAL.
AVGVSTAS. VALERIO. V. C. COS.

Forte inquit Relandus de hocce *Valerio* vetus inscriptio Granatæ inventa apud Ferdinandum de Mendosa lib. 1. de confirmando Illiberitano Concilio;

CORNELIAE
F. SEVERINAE
FLAMINICAE
AVG. MATRI
VALERI. VEGETI
...ONSVLIS.

Fletwod. pag. 443.

IV. IDVS. IVNIAS. AETIO. CONSI.

Fasti Idatii, & Prosper tam editus, quam MS. *Aetio & Valerio*. Marcellinus: *Valerio & Aetio*. Paschalis laterculus, in codice Gennadii: *Antioci Valeri*. Errore librarii. Utrisque prænomen *Flavii* datur a recentioribus nonnullis.

gaudio in Oriente, scribens postremas omnium litteras, a quibus acceperat, nimirum ad S. Synodum, Theodosium Imperatorem, Maximianum Episcopum, & clerum, populumque Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Sed cum audis reddidisse ad eamdem Ephesinam Synodum litteras; ne putes adhuc eam Ephesi perseveravisse, jam (ut vidimus) superiori anno dimissis Episcopis: sed ad Patres qui convenerunt, ubique degentes, eas datas Encyclicas esse scias. Sunt hæ novissimæ sanctissimi Patris epistolæ, ultima ejus elogia, ob id dignæ ut verbatim hic describantur: quæ ex eo, puto, gratiores accipientur, quod nondum alicubi editæ habeantur. Accepimus nos easdem cum aliis ejusdem Pontificis superius redditis ab eodem docto viro Antonio de Aquino, de quo superius. Prima igitur Cælestini epistola reddita hoc anno mense Martii ad sanctam Synodum per legatos inde missos, sic se habet:

*Cælestinus Episcopus sanctæ Synodo apud Ephesum constitutæ.*

IV. Epistola Cælestini Papæ ad Synodum.

*Tandem malorum fine gaudendum est. Tandem nobis omnibus in commune dicendum* (a): *Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute, dextera manus tuæ confregit inimicos: proprie namque ipsi confracti sunt; quando iniqua loquentium, dicente David* (b), *os videamus esse destructum. Hujusce tamen tam fideliter peractæ rei vos executores, defensores nobiscum videmus fuisse fidei* * *sacerdotes, qui convenientes in unum, & secundum Apostolum* (c), *non quæ vestra sunt quærentes, sed quæ Christi Jesu, negotium Domini communis egistis. Apud vos ergo de vestra loquimur sanctitate, quorum in omnem terram sonum gaudemus exisse, cum & in finem ejusdem Orbis prædictæ veritatis a vobis verba venerunt. Deus noster non patitur latere quod præstitit: quia numquam beneficia superna celantur. Ita namque fit, ut tanto munere innotescente cælesti, pro voluntate divina (sicut scriptum est d) omnis homo salvus fiat, & veniat ad scientiam veritatis. Loquor ergo* *victoribus, & qui in prælium solam contra hostem portaverunt fidem, quæ, & Joanne dicente Apostolo* (e), *vicit & mundum: Vobis ejusdem proprie perscribo sermonibus* (f), *qui secundum divinam paginam, ut patres cognovistis quod ab initio est; & ut juvenes, dum fortes estis, & verbum Domini in vobis manet, vicistis malignum in talibus sociis gratulantes. De hoc eventu minime dubitabamus: habuit animum nostrum fiducia sperandi, qui vobis videremus divinæ causæ pondus incumbere, quos bene admodum noveramus, secundum illud propheticum* (g), *odisse congregationem malignorum, & cum impiis, non esse sessuros. Optime ergo hoc credidi, quia contra nocentes atque perversos (sicut supradictus ait h) innocentes & recti adhæserunt mihi.*

(a) Exod. 15. (b) Psal. 62. * fideles Dei. (c) Philip. 2. Laudat studium Patrum. (d) 1. Tim. 2. * ego. (e) 1. Jo. 5. (f) 1. Jo. 2. (g) Ps. 25. (h) Ps. 14.

V. De Nestorii depositione, & ordinatione Maximiani.

*Una igitur eademque relatione per filios nostros religiosos & Deo amabiles viros Joannem presbyterum & Epictetum diaconum dejectionem justam, & exaltationem didicimus justiorem; illud quod in Evangelio legimus, approbantes* (i): *Quia Deus noster exaltat humiles, & potentes de sede deponit. A qua sententia ille noster sapientissimus minime deviavit, qui ait* (k), *a Deo nostro humilium servatam memoriam, & perditam superborum: quod quando magis videatur impletum, quam nunc, cum Salvator noster parans benemeritos honorare, ossa* (l) *hominum sibi placentium dissipavit, & proviso pastore dignissimo, feralem lupum de ovibus suis immaculatus agnus ejecit? Legimus ejus a vestra fraternitate scriptæ primordia, nec quisquam nostrum mirari potuit, quia nota dixistis: assertio impendatur incertis, testimonium compertæ non quærunt: bonorum hunc actuum palæstra*

(i) Luc. 1. (k) Ps. 9. 33. & 111. (l) Psal. 52.

PAGIUS *Explicantur literæ Cælestini PP. ad Maximianum Epis. CP. datæ.*

rescripsit ad Synodicas *Maximiani* Constantinopolitani Episcopi, & ad Relationem Synodi Ephesinæ de ejus meritis ac virtutibus. Eadem die similes scripsit litteras ad *Theodosium*, & ad Clerum populumque Constantinopolitanum, quas omnes Baronius integras recitat. Epistola *Cælestini* ad Maximianum docet nos varia, ut observat Lupus in notis ad cap. L. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi. Primo, quod Constantinopolitana *Maximiani* Synodus, sanxerit, omnes ab Ephesina Synodo nominatim damnatos Episcopos e suis sedibus exturbandos esse, præsertimque *Dorotheum*, *Eutherium*, *Helladium*, *ac Himerium*. II. quod ea Synodus hoc decretum ad Cælestinum retulerit, ut ab eo confirmaretur; licet enim per Apostolicos Legatos condita essent decreta, nonnisi tamen jussu Romani Pontificis executioni mandabantur. III. quod *Cælestinus* decretum illud quoad omnes suas partes confirmandum non judicaverit. Censuit enim omnes *Nestorii* assec-

clas, & Ephesi damnatos Episcopos a suis sedibus, non extrudendos, nec eisdem omnem spem veniæ & restitutionis præcidendam. Existimavit *Cælestinus* decretum istud nimis durum, ac contrarium antiquo Canoni, olim Sancti Athanasii suasu a Romana Ecclesia edito, quo sollis hæresiarchis, licet pœnitentibus tollebatur spes pristini gradus recuperandi. Hunc Canonem Cælestinus quoad Nestorianos observari voluit, & quidem cum alia extentione, illorum nempe respectu, *quos proprie cum auctoribus hæresis conflat omnium Fratrum subscriptione damnatos*. Quam viam ineundam esse ostendit Pontifex exemplo Pelagianorum a se ipso damnatorum, ac Italia ejectorum, quorum licet aliqui ad Synodum provocassent, & pœnitentiam contempsissent, jam tamen ad saniorem mentem redibant; utique ob clementiam erga se exercitam.

III.

Quarto affirmat Pontifex, non tantum a Romana Ecclesia hanc clementiam inductam; sed etiam per Imperiales leges stabilitam, ideoque non



*stra semper exercuit: talem hunc didicimus, qualem in litteris inventimus; talem certe (ut breviter dicam) qualem Doctor noster esse præcepit sacerdotem; ut convenienter omnium judicio mereatur audire:* (a) *Ecce vere homo Israelita, in quo dolus non est. Nonne laudibus in eum vestris ista conveniunt? Taliter denique quæ dixistis, audistis. Talem successorem quærebat sanctæ memoriæ Sisinnii beata simplicitas, ut locum suum nonnisi, sui similis obineret: etenim melius agimus, si abstinentes jam ab illius sacrilegi nomine, sedem vacasse dicamus. Actum est divino judicio, ut hunc Ecclesiæ pro remedio mereretur. Denique discordiam tulit, & concordiam reddidit ordinatus: Quid non poterit præstare per tempora, cujus hoc primordia præstiterunt? Hæc de eo invicem dicimus, quem pax reparanda quærebat. Interfuimus, nec nos diximus absentes, cum ejus capiti verba mystica dicerentur, cum redderetur omnibus divina lætitia salutaris: postremo nemo illic Catholicorum defuit, ubi omnes in commune vicerunt.*

(a) Jo. 1.

VI. De Theodosii Aug. pietate.

*Lætati præterea sumus clementissimi de hoc & Christianissimi Principis testimonio cum epistolis dilectionis vestræ ejus sententiam videremus esse concordem. Nec mirum est, si cor Regis, quod est in manu Dei, cum his senserit, quos eius noverit sacerdotes. Itaque sermo regalis divinas res exequendo multiplicat* * *in Augusto: felix Imperium, cui militat executio divinorum; nec hic minus felix, quem prædicat dominatio mundanorum: hoc testimonio dignus est, qui ordinandus probari, non qui improbari potuit ordinatus. Scimus quo itinere sanctus frater & coepiscopus noster Maximianus, quibus gradatim stipendiis ad fastigium sacerdotale pervenit: non hunc divitiarum gloria, non velut in potentia cupidum, qui solet inesse ambientibus, honorum saltus evexit: suffragio pauperum, quibus fidelis servus & prudens cibum dabat in tempore, super omnia Domini sui constitutus est bona* (b); *& tamen etiam si desiderium fuit Episco-*

* militat Aug. (b) Matt. 25.



*patus, nonnisi propter opus bonum (sicut ait Apostolus c) concupivit: ita Deus noster, & quid velimus, & cur velimus, attendit. Quis dubitet, posse magis agere præsidentem, quod potuit exercere subjectus? Exosus & blasphemus istud officium non poterat habere, id est, corporum curas, qui nitebatur animas vulnerare: facta est ruina ejus magna, tam ruina magna, quam prava doctrina. Nunc qui de præteriti emendatione gaudemus, cavere nos convenit in futurum, ne possint magis ac magis quæ abscisa sunt pullulare: quia necesse est, quocumque pestis hæc loci sit, nostri corporis membra vexentur, & per patientiam nostram pejora prioribus nutrita videantur.*

(c) 1. Tim. 3.

VII. De Nestorio longius ablegando.

*Scripsimus clementiæ Principali, ut de sanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque hunc Antiochiam revertisse, atque sibi illic, unde venerat, vivendi præstitam facultatem. Innocentum exitium est istud exilium. Aspiciamus diligenter quid illic possint parere, quæ illic sunt ante concepta. Non est notis suadere difficile: in oculis est ejusdem Civitatis Ecclesia, quæ per hunc periit sacerdotem: & tamen laboramus advertere quis cui fuerit causa peccati; nisi forte (quod pro quiete Ecclesiarum dicimus) deceptum se ille demonstret, deferendo damnatum. Sed quis illic speret aliquem posse corrigere, ubi arcem tenere videat perversitatis auctorem, ubi colatur ab omnibus exulatus? Magna illic est (quod lugentes dicimus) desperatio sanitatis, ubi (sicut Isaias dicit d) omne caput in dolore, & omne cor in mœstitia a pedibus usque ad caput. Quando ibi membrum aliquod habere poterit spem salutis, ubi periclitatur corporis tota compago? Elaborate, fratres carissimi, elaborate, obsecro, ut vere tollatur de medio vestrum* (e) *qui hoc opus fecit: sola decet tales homines solitudo: ubi enim debet hic invenire solatium, qui sic tractavit ubique regnantem?*

(d) Isa. 1. (e) 1. Cor. 5.

VIII.

*Peracta est a vobis totius summa negotii: agendum nunc est quod instat, & re-*



PAGIUS *Cælestinus restringit decretum Synodi Ephesinæ datum adversus Episc. Nestorianos.*

non posse non adhiberi. V. quod redituri e *Nestorii* hæresi Episcopi, debeant ipsum cum suo dogmate anathematizare, atque ita Ecclesiis suis reddi. VI. quod hæc professio exigi ac præstari debeat etiam ab Episcopis, qui Principi obrepserant, & qui per sæcularem auctoritatem suas Ecclesias receperant. Ubi loquitur Cælestinus de *Joanne Antiocheno*, aliisque apud Ephesum damnatis Episcopis, quos ad propria dimittens *Theodosius* Orthodoxos ac innoxios judicarat, ideoque in suas Sedes recipi jusserat. Hos enim *Cælestinus* ad istam Professionem emittendam compelli mandat. Denique eamdem clementiam erga Joannem Antiochenum adhibendam jubet, licet factionis caput, & omnium suffragiis damnatum, quia nempe non propter hæresim, sed propter tumultum ac contumaciam damnatus fuerat. Cælestini Epistola circa Paschа die tertia Aprilis celebratum Constantinopolim pervenit, & circa idem tempus emanavit Theodosii jussio, quæ legitur in part. III. Concil. Ephes. cap. XXIV. cujus hic titulus est: *Exemplum sacræ Imperatoriæ, per Aristolaum Tribunum & Notarium missæ ad Joannem Antiochenum Episcopum, de sanctarum Ecclesiarum pace ac unione constituenda.* Recitatur a Baronio num. XLIII. & seqq. eaque etiam Imperator jubet, nihil exigi ab Episcopis Orientalibus, nisi Nestorii cum suis dogmatis damnationem. Quare *Theodosius* præfatas Cælestini literas secutus est. Earum hic est titulus: *Cælestinus Episcopus S. Synodo apud Ephesum constituta.* Quæ vero eadem die ad Theodosium da-

ta:

Solicitudo curæ Pastoralis Rom. Pont.

*stat ne sit in vacuum laboratum. Longius quidem sumus positi; sed per solicitudinem totum propius intuemur. Omnes habet B. Petri Apostoli cura præsentes: non nos ante Deum nostrum de hoc possumus excusare, quod scimus: nam quamquam hæc quæ loquimur, sanctitas vestra tacuerit agnoscimus tamen omnia diligentius requirentes. Tantæ igitur causæ finis, qui superest, actibus vestris, quæso, respondeat: quia nolumus in modico vos deesse, qui maxima peregistis. Adjutorio apud Reges terræ his estote, quæ scripsimus: norunt & ipsi quid suis debeant præstare temporibus; sciunt quod Catholicæ fidei fundamento sua regna subsistant. Pura ab hæredibus sanctis paternæ, & avitæ credulitatis vena servatur; fluit ab illis incorrupta per posteros, nec hanc in his aliquis umquam limus infecit: custodit fortis, cui fidelis est cursus exordium; cum id quod in origine acceptum est, videtur in prole,*

IX. De liberanda Antiochia a Nestorio.

*Canem, & operarium malum pariter persequamur: facite præsentes, quod hortamur absentes: nam cum hanc curam generaliter omnibus debeamus, præcipue tamen nos convenit Antiochenis præcipitantibus subvenire, quos pestifer morbus obsedit. Absolvamus modis talibus Civitatem, in qua (sicut Actus Apostolorum loquuntur)* (a) *dictos primum legimus Christianos: omnibus ergo virtutem præstemus, quibus secundum religionem debere nos novimus quod vocamur. Hanc autem solicitudinem nostram præsentes probarunt Deo amabiles filii, & carissimi atque animis nostris acceptissimi Joannes presbyter, & Epictetus diaconus, quos reversos ad vos festinato remisimus, solicitius hoc agentes, ut quos diebus Dominicæ Nativitatis accepimus, Resurrectionis Dominicæ tempore redderemus.*

(a) Act. 11.

X. *De his autem qui cum Nestorio videntur parum pie consensisse, atque se socios ejus sceleribus addiderunt, quamquam legatur in eos vestra sententia, tamen nos quoque decernimus, quod videtur. Multa perspicienda sunt in talibus causis, quas Apostolica sedes semper aspexit. Quod loquimur, Cælestianorum testantur exempla, quod spem de Synodo hucusque gesserunt. Habent, si resipiscunt, copiam revertendi: quod his solis non permittitur, quos proprie cum auctoribus hæreseos omnium fratrum constat subscriptione damnatos. Per Dei namque misericordiam aliquos ex eorum numero ad nos jam rediisse gaudemus. Quod hoc consilio factum est, ut quos conscientia mixta non poterat, saltem sententia separaret. Hoc, moneo, vestra fraternitas sequatur exemplum: sit caput sceleris cum his quos Synodalia loquuntur statuta, damnatum; reliqui quos cum hoc sentientes in communione Ecclesiastica non habemus, in Civitatibus suis, & se in nostro collegio noverint non futuros, nisi secundum Ecclesiasticum, & Christianorum Principum constitutum, damnata hæresi cum auctoribus sociisque damnatis, se professi teantur Catholicos sacerdotes. Quam formam etiam circa eos volumus custodiri, qui subripiendum ex Ecclesiasticis causas a Christianis Principibus crediderunt, & alio ordine rursus Ecclesias occuparunt.*

Qui recipiendi ad Ecclesias sint lapsi Episcopi.

XI. De Joanne Episcopo Antiocheno.

*Antiochenum vero, si habet spem correctionis, Episcopum a vestra fraternitate volumus conveniri; ut nisi quæ sentimus, senserit, novellam blasphemiam eodem exemplo scripta sua professione condemnans, intelligat de se quoque Ecclesiam quod fidei nostræ respectus imperat ordinare. Credendum tamen de divina est misericordia, quod omnes in viam redeant veritatis, si de supradicto loco horum malorum caput, & causa auferatur. Dat. Id. Mart. Ætio, & Valerio Coss.* Hactenus epistola Cælestini Pontificis ad Episcopos qui Ephesi convenerant ad sanctam Synodum: quibus potissimum de Nestorio Antiochia pellendo quam prudentissime egit. Quæ enim damna ejus ibidem commoratio attulerit Catholicæ Ecclesiæ, res postea ge-

PAGIUS tæ sic inscribuntur: *Epistola Cælestini Papæ ad Theodosium post Synodum*. Eamdem epigraphen præferunt Apostolicæ literæ ad Maximianum Episcopum, & literæ ad Constantinopolitanum Clerum, ac populum.

IV. *Error a Collectoribus Conciliorum admissus.*

Lupus loco laudato, ubi iisdem verbis titulum illarum Epistolarum recitat recte quidem observat, *Cælestinum* per Ephesinam Synodum intelligere suos Legatos, quibus omnem suam auctoritatem delegarat, qui *Maximianum* consecrarant, cum illo Synodum fecerant, & omnium Actorum firmitatem a Pontifice petierant, qui ideo ipsos adhuc appellavit *Ephesinum Concilium*. Verum non animadvertit Vir Doctissimus, quod si in literis eadem die datis, ad Theodosium, ad Maximianum, & ad Constantinopolitanos positum fuisset, *Epistolæ Cælestini post Synodum*, sequeretur eadem die XV. nempe Martii, Cælestinum asseruisse Synodum adhuc haberi, & dissolutam esse, quæ inter se pugnant. Quare Lupum decepit Collector Actorum Concilii Ephesini Tom. III. pag. 1069. & seqq. qui istis Epistolis duplicem titulum apposuit, & in trium posteriorum priori titulo scripsit *post Synodum*. Verum manifesto errore eo minus ferendo, quod prior earumdem literarum titulus ibi exaratus sit eodem charactere ac secundus, indeque Lector discernere non possit, an uterque additivus sit, aut neuter. Sic in eadem editione in titulis quorundam Conciliorum Provincialium dies eorum celebrationis eodem charactere describitur ac ipsummet Concilium; & tamen dies ille additivus est, & non raro ex falsa conjectura; quare in futuris Conciliorum editionibus, similes interpolationes reiiciendæ, & omnia hujusmodi ingeniorum tormenta procul amandanda.



gestæ, inferius suis referendæ locis, manifestabunt: ut plane certum apparuerit gravissimo Ecclesiæ, & Imperii damno distulisse Theodosium sero nimis sapientem parere quantocius Cælestino. Sed jam ab ipso Cælestino ad eumdem Theodosium hoc eodem anno, & die datas litteras videamus.

*Cælestinus Episcopus Theodosio Juniori Augusto.*

XII. Cælestini Papæ epistola ad Theodosium Augustum.

*Causis suis divinam providentiam præstitisse quod sperabamus, agnovimus: nec enim aliud futurum mentes poterant æstimare Fidelium regnantibus vobis, quam id quod evenisse gaudemus, ut prædicatio in Deum impia concideret, & cum suo auctore novi dogmatis damnata pravitas deperiret. Illata quidem fidei bella sunt & Regis æterni sacrilegis verborum jaculis nativitas appetita: sed vos, Christo Deo nostro auctore, regnantes, hostes impios fidei vestræ virtute vicistis, cælestem revocantes triumphum, per quod religioso munimen in perpetuum præstetis Imperio. Vere enim prophetica gloriæ vestræ vox convenit, & regnum vestrum dici potest regnum omnium sæculorum, quod defensæ fidei meritis propagatur, & crescente sanctæ religionis observantia, Christianæ insertum reverentiæ semper augetur, gloriosissime, & tranquillissime Imp. Auguste. Ecce nunc domus Domini orationibus vacant, & vestrum per omnes Ecclesias Deo nostro oblatis sacrificiis commendant Imperium. Nihil, amoto perturbatoris ausu, scandalis licet; pestifer ulterius animas hominum sermo non vulnerat: salutem omnibus suarum animarum, dum universali Ecclesiæ consulitis, reddidistis. Hæc est vestra prædicandi regni vestri clementia, per quam non terræ, non provinciæ, sed omnium animæ sunt defensæ. Imputabitis hanc omnino victoriam, quam non bellis, non gladiis, sed sola devotione, quam Deo estis dediti conquisivistis.*

XIII. Quomodo regnum Theodosii sit futurum perpetuum.

*Manet hic vestræ gloriæ titulus, & manebit, ut nulla illum ætas, nulla vetustas aboleat: æterna enim sunt, quæ æterni Regis amore præstantur. Sic Abrahæ fides sæculis durat. David Regis meritum Dei zelus fecit esse perpetuum, cum inimicos Dei suos credidit inimicos, & odisse quos Deo odibiles approbasset. Elias etiam Propheta falsa prophetantes non fuit contentus refellere, sed etiam in illos voluit vindicare; ut eos persequendo perderet, quos in perditionem nti sui populi pervideret. Par tibi cum illo gloria. Ille falsa prophetantibus restitit, tu falsa docentibus. Ille mentientes in Deum Prophetas persecutus est: tu de Christo Deo nostro prædicantes impia abigis sacerdotes. Ille tantum vindictæ intentus est: vestra pietas sic impia vendicat, ut quæ sunt religiosa defendat: nec enim sufficeret abegisse morbos & pestilentiam repulisse, nisi & salubres auras redderes, & vitalem infectis substantiam ministrares, talem illi Ecclesiæ constituendo Pontificem, qui olim hoc se dignum fastigio omnibus, quibus notus est, approbasset. Fert illi ac si sui corporis parti Romana Testimonium, quæ hunc semper inter suos habuit, & numeravit, Ecclesia: ferunt suorum merita, quibus sancte adhæserat, decessorum. Ita enim Reverendissimæ memoriæ viro Attico Catholicæ fidei propugnatori fortissimo mente pariter, & officio cohærebat, ut jam tunc futuri in eodem Episcopatus insignia præ-lucerent.*

XIV. De Maximiano electo Epis. Constant.

*Sed sit hoc arcano divinæ majestatis arbitrio, ut in posterum quæcumque sunt meliora serventur, & ad quietem per aliqua turbatorum scandala veniatur. Debitum est fratris mei Maximiani Episcopi gloriæ, ut aliquem illi prælatum fuisse in hoc quod sustinuit, Civitas pœniteret, & nunc electo eodem, illi se integritatem fidei debere sentiret. Sed huic tantæ pro suo merito illius Ecclesiæ sacerdoti electo taliter, & consensu sanctæ congregationis, quæ interfuit, ordinato, ad componendum Ecclesiæ statum, & omne vulnus pravæ hæresis radicitus evellendum, ne audeant quæ abscisa sunt, pullulare; obsecramus, & poscimus sub illius invocatione, quem colitis, fidei vestræ, ut consuestis, arma præstetis. Nunc enim est omnis opponenda custodia, ne rapax lupus ab ovilibus Domini gregis, cum sævierit exclusus, rursus serpentino lapsu ad mortem perveniat animarum, effossis qua potest parte cuniculis. Nec enim potest quiescere, cum prædæ suæ rapidus cupiat incubare. Munimen sanis, remedia præbete sanandis, vallate muris vestræ fidei religionis Catholicæ veritatem, per quos, & credentes muniti sint, & tanti sequaces erroris non audeant introire. Hic enim plenus victoriæ vestræ fructus est, nihil relinquere, quod rursus Dei Ecclesia debeat formidare. Quem igitur universorum ejecit sententia sacerdotum, in prædicatione sacrilega perduraverit, eum vestra clementia ab omni societate removeat, ut facultatem aliquos perdendi non habeat.*

XV. Legati Romam pervenerunt die Natalis Domini.

*Religiosos vero filios meos Joannem presbyterum, & Epictetum diaconum tantæ rei nuncios cum totius Ecclesiæ gratulatione suscepimus; & lectis in totius congregationis Christianæ plebis apud beatissimum Apostolum Petrum vestræ pietatis apicibus, Deo nostro pro vobis vota persolvimus. Ita enim ad nos, agente Domino, pervenerunt, ut ad eum diem quo* * *Christi Dei nostri Natalem secundum carnem, cui quæstio inferebatur, concurre-*

* celebramus.

*rent*

*rent, & impietatem conjunctim universa congregatio confutaret.*

XVI. Possessiones a S. Proba relictas commendat.

*Causæ fidei congruæ, & Ecclesiasticæ, & pauperum utilitatis causa subjungitur; ut qui integritatem fidei præstitistis, pauperum quoque commodis consulatis. Illustris, & sanctæ recordationis Proba, possessiones in Asia constitutas longa a majoribus vetustate sic reliquit, ut majorem summam reddituum clericis pauperibus, & monasteriis annis singulis præciperet erogandam: sed hæ possessiones ibidem constitutæ in damnum pauperum, hujus negligentia (ut gravius nil dicamus) qui his præfuerat, ea sunt ratione tractatæ, ut non solum consueta non solverent; verum etiam subreptitia impetratione earum justum dominium violetur. Rogamus pietatem vestram, ut religiosæ, & illustri domui, & Ecclesiæ id pro clementia vestra præstetis, ut omnis ab his insidiantium inquietudo discedat, ut tam Ecclesiæ quam suis dominis sit tuta possessio. Quod inde alimoniæ pauperum acquiritur, vestrum esse credetur. Dat. Idib. Martiarum, Flavio Ætio, & Valerio VV. CC. Cons.* Rursum vero eodem quoque die hæc scripsit ad recens electum Constantinopolitanum Antistitem:

*Cælestinus Episcopus Maximiano Episcopo Constantinopolitano.*

XVII. Cælestini epistola ad Maximianum.

*Vidimus, & amplexi sumus fraternitatem tuam in litteris tuis: talemque sanctitatem tuam, qualem noveramus, inspeximus, simplici scilicet puritate gloriosum, & mentis fulgore potius quam honore perspicuum; quem in se atque in statum suum illa, de cujus fide semper gloriabamur, Ecclesia, quæ nunc te Præsulem divino judicio, postquam illum qui eam obsidebat ejecit, accepit. Sume gubernacula notæ tibi navis, eamque ut didicisse te ex tuis prioribus novimus, rege. Obsiste nudis quas ille ventus, qui & navi vectores abegerat, sed omnibus inimicus excitavit, omni eam laterum cupiens compage dissolvere, ut rapidis eam posset vorticibus devorare; professus falsum (quid enim non iniquitas profitetur?) gubernatoris officium, ut videretur regere, quos perdere nitebatur. Adhuc te exsitatæ ab eodem undæ circumsonant, & elati fluctus vel procellæ solicitant: resiste pervigil, & commissæ tibi navis magister, saluti commissorum tibi quæ potes cura succurre. Fac quietum mare esse, quo navigas: fac tua arte tutam navem post eas tempestates, quas sustulerat, quam gubernas. Illum sequere piscatorem, qui maris aquas pedibus, ut ad Christum dominum nostrum, quem ambulantem in mari viderat, posset pervenire, calcavit.*

XVIII. *Sequere priorum, a quibus eruditus es & nutritus, exempla Pontificum, beatissimi Joannis in prædicando scientiam, sancti Attici in repugnandis hæresibus vigilantiam, decessoris tui Sisinnii, cujus te successorem credimus, simplicem puritatem; ut de illa (ut solebamus) gratulemur Ecclesia. Congrega spargos; piumque animum qualem te habere novimus, in eos quos dissipaverat perturbator, exerce. Congrega populos tuos ad matris suæ ubera: revoca quos inhibito veneni sapore abstraxerat inimicus. Confirma in fide, quos videris appetitos: cura quos inspexeris vulneratos; remove qui non sentiunt medicinam; interdum enim dolor tollitur, & cum ea quæ sunt noxia præciduntur, salus reliquis præparatur: Latus campus est, frater carissime, in quo gloriam & vigilantis pastoris & benigni sacerdotis exerceas, & sapore mentes Christianæ salubritatis infundas: ut plus in reparando potuisse te liqueat, quam ille potuit in lædendo, qui imitator diaboli maluit esse quam Christi, pertubans omnium Ecclesiarum quietem, cui nunc debemus operam in commune præstare, ut omnium una fides & unus sit animus sacerdotum. Teneat manus tua Dominicum ventilabrum, & purget aream creditam tibi, ut a frumentis paleæ separentur, & omne, juxta mandatum Christi (a) Dei nostri, horreis triticum aggregetur.*

Exhortatur sequi majorum vestigia.

(a) Luc. 3.

XIX. De repellendis Pelagianis.

*Locum impietas novella non habeat, & compresso olim per totum Orbem sua damnatione noto Cælestiano errori a tua vigilantia resistatur; ut quicumque hujus dogmatis sunt sequaces, ab omni societate hominum repellantur. Obsistat illis per te Spiritus sanctus his in omnibus, qui ad has quæscumque conantur provincias pervenire, ne eorum impia prædicatio resurgat, obsistite eis; ita enim, ut damnentur quocumque perveniunt, innotescunt, & tamquam non illis sententia toties repetita sufficiat, longinquas terras, remotasque provincias inquietant: sed eos ille persequitur, cujus fidem sua pravitate persequi nitebantur. Sed quo se abscondant, ad quas latebras confugiant, sua se impietate prodentes, * non possunt. Filios vero nostros religiosos viros Joannem presbyterum & Epictetum diaconum cum magna lætitia suscepimus, & cum majore gratulatione remisimus. Dat. Idibus Martiis, Flavio Ætio & Valerio VV. CC. Conss.* Hæc ad Maximianum Cælestinus. Ad clerum autem ejusdem Ecclesiæ, & populum ejusdem civitatis per eosdem legatos ista conscripsit, quæ nonnihil depravata omni industria emendare curavimus:

* invenire.

*Cælestinus Episcopus clero & plebi consistentibus Constantinopoli.*

XX. *Exultatio matris est congregatio filiorum: denique lætatur Ecclesia, ita se filios, quos diabolus dispersérat, iterum con-*



Epistola Cælestini Papæ ad Constant.

*congregasse, ut ex his, nisi filius perditionis nemo sit perditus: quia eum filium suum nequaquam pater agnovit. Illum namque ex quo erat (sicut legimus) imitatus, vobis legitimis Dei filiis hæreditatem conabatur auferre, quos, dicente Apostolo, pro fide vestra, & hæredes (a) Dei, & Christi nostri futuros credimus cohæredes. Non ergo ei palam de his referre permissum est, qui de ipso magis per arma fidei triumpharunt: victores vos, immo communis Regis de hoste victoriam loquitur tyrannus exclusus: vicit in vobis, cujus incerta ferri divinitas putabatur. Separetur pravitas * quæstionem dixerim quam sibi unusquisque bene credens debet simpliciter aperire.*

(a) Rom. 8.

* nativitas.

Congratulatur de prostrato hæresiarcha.

*Quis enim ad examen vocare audeat Deum, eumque discutere qualiter venerit subvenire? Non fuit difficile Deo posse quod voluit, cum dignatus est liberare, qui potuit. Sed unde illi peccatori in tanta caligine sua lumen non videre? Unde terrenis argutiis in superioribus positam colligere veritatem? Hæc in tenebris suis videre non possunt, qui lucernæ illius verbum nesciunt, quod esse lumen (b) semitis suis David propheta testatur. Cum quo Psalmographo (c ut supra diximus) matrem lætantem, in uterum suum, quem dissipatio hucusque ridicula & blasphema turbabat, reversis filiis, cantare delectat.* Ecce (d) quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. *Competenter hæc ergo verba de eo fuerim mutuatus: mihi namque ex parte maxima venerandæ ex Trinitatis auxilio, Ecclesiæ universalis quietem & summam præsentium vendico gaudiorum, quem nunc usque omnes qui scandalizabantur (e) urebant & infirmitas aliquantorum faciebat infirmum.*

(b) Psal. 118.

(c) Psal. 112.

(d) Psal. 132.

(e) 2. Cor. 11.

XXI. *Meminit charitas vestra, apud vos mihi dudum de patientia fuisse sermonem: jactavi quæ debui semina sacerdos in animo Christiano, nec me vobis seges expectata decepit: quid enim patientiæ vestræ messis intulerit, ipsis fructibus approbatis. His invidens severat perituram zizaniam intra aliquantorum mentes agricola periturus; severat longe aliud, quam acceperat seminandum, vel invenerat seminatum. Habemus certe fidei vestræ semina, quæ ipsius Domini sermo, vel Apostolorum doctrina jactavit: quæ quoties ista contingunt, non ea terra quæ suscepit, sed alia superfusa corrumpunt: nihil vestræ simplici fidei messis Domini poterit imputare, qui in Evangelio auctorem zizaniæ interrogatus ostendit. Illi tunc dixerint: In bono semine unde zizania? Nos dicamus: In tanto regno fidei unde perfidia? Respondemus tamen vobis sermonibus Christi: Homo inimicus hoc fecit. Qualiter vos exercuit priorum palæstra doctorum fortitudo vestræ mentis.... adstruxit; ipsis agnitionem debetis hujus erroris, quorum hic indignus laudibus fuit, qui bona tam gloriosa despexit, non partem columbæ simplicitatis, sed in toto studuit serpentis astutiæ.*

XXII. Comparatio Judæ, & Nestorii.

*Nec mirum, si parans occidere simplices animos, eum suadendos secutus est, qui suadendo primus occidit. Denique verbis illum legimus decepisse; hic inferre mortem nonnisi per verba tentavit. Non tamen impune suum est secutus auctorem,* (f) *quando Judæ (f) Episcopatum alter accepit. Jure utrumque tenet una sententia; quia in unum (sicut legimus,) ambo peccaverunt. Sic licet uterque ante oculos nostros Salvatoris nostri calumniator & traditor: tamen deliberare difficile est inter discussorem nativitatis, & mortis auctorem. Facti sui videlicet vacuum statim Judam pœnituit, prævenit exitum oris supplicium proditoris: ille statim laqueum, peccatum suum confessus, elegit; hic impietatis pertinacia gloriatur. Nec ego perfidiæ huic dabo nomen erroris, non est error impietas omnis: denique quoties Ecclesiæ, vel ejus quieti diabolus invidus fuerit, intra eam nata contentio salvam servavit ipsius certaminis causam, quo proficiebat iste conflictus, quo laborabatur, non ut religione quivis vinceret, sed ut ipsa religio vinceretur. Meministis certe ejus, quia necesse est meminisse blasphemiæ: sed jam oblivionem tantorum malorum volo sanctis mentibus imperatam: ex animis, qui sublatus est oculis tollatur; tollatur, inquam, qui sic vocatus est præcursor inferni. Habuit crebras sinister prædicator insidias, tetendit arcum suum frequenter (ut legimus) & ore suo spicula venenata jactavit; neminem tamen vestro in numero, quem feriret, invenit: retorta in se tela redierunt, postquam sagittare (g) in obscuro rectos corde non potuit, & nihil in filios lucis licuit filio tenebrarum.*

(f) Act. 2.

Malitia ab errore distincta.

(g) Psal. 10.

XXIII. Cælestini Papæ solicitudo de Ecclesia Constantinopol.

*Quæ nos de vobis in bello intestino positis cura atque solicitudo tunc habuit? In modum dierum duximus noctes, quia talibus causis omne tempus angustum est; non oculos somno declinavimus inquietes. Quem enim caperet dilectio dormiendi, sic vigilante raptore nesciebamus. Quis intra causas timor? quanta intra septa formido? quoties luporum jejuna esuries multa circuit, aditu quærit prædam, sævit & absentibus inconsummata pernicies, quanta hic pro sua cautione laude grex dignus est, quem non attigit secum raptor inclusus? patet causa tuitionis hujusce, in apertum est qui restiterit inimico. Intelligamus & fateamur omnes, quod vos ille tutatus est pastor, qui in Evangelio se dicit esse pastorem; adfuit, nec vos deseruit qui patiebatur in vobis: in hunc namque quotidia-*

Laudatur fides Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

*dianis acuebatur lingua blasphemiis, in ipsum dentes suos impius tractator armabat; inani tamen semper elusus est morsu, quando ejusdem pastoris virga (a) vos consolabatur & baculus, qui gregem suum etiam pascendum tradidit iturus ad cælum. Hæc vobis hucusque non mutata sunt pascua, eisdem pabulis estis impleti Apostolico vos doctores & pio semper sermone paverunt: verum noxia fuerat pro salubribus cibis esca supposita, quando adversarius esurientibus animabus mixta spinas floribus exhibebat: nec tamen fraus ista decepit vos, qui Christi suavis odor estis in Domino, postquam vobis longe aliud oluit quam solebat: herbam mortiferi graminis horruistis, sepsistis aures vestras spinis, ne linguam nequam potuissetis audire. Non ergo pervenit ad sensum, quod offendit auditum; nec interiorem ferire potuit, quod exterior non recepit. Vitastis eum, cui (quantum didicimus) & in faciem restitistis.*

(a) Psal. 22.

XXIV.

*Vitastis quem a memoria digna sancta Alexandrina Ecclesia secundum beati Pauli Apostoli sententiam (b) jam sciretis esse correctum: legistis namque & memoriter jam tenetis sacerdotis, hoc est, Catholici ad hunc scripta doctoris, quibus eum ita corruptum, ut velit esse correctus, studuit; nixus est labentem revocare collegam, porrexit dexteram magisterii sui, in uno volens plurimis subvenire; percellebat animum veteris sacerdotis, quod nutat Episcopus ruina multorum. Egit, sicut scriptum est: Benedicam opus Domini diligenter. In nullo ei officio Apostoli vir Apostolicus defuit, obsecravit, admonuit, increpavit. At ille qui in profundum blasphemiarum suarum pondere mergeretur, tanti viri doctrinam renuens, & abusus hortatu, docilis esse renuit, cum doctor esse non posset: egit injuriis tenacem recti esse perversitatis assertor gloriatus: hinc uec contristatus est frater, secum reputans, quod merito sibi conservo non parceret, qui suo Domino derogaret. Inventus est per diligentiam ille de Evangelio frugi filius, & providus servus. Nam & paternam servavit substantiam, & auxit numerum talentorum. Nec duplicasse eum, sed multiplicasse dixerim sortem, quem videbamus etiam longe positis pio fœnore subvenisse. O sanctæ prædicationis usura! quam hic gratiam ante communem Dominum fidei negotiator inveniet, qui propter animarum lucrum negotium & illic exercuit, ubi talenta accepit? Nonne hic merito a patrefamilias auditurus est: Euge serve bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui? Hæc huic competunt, qui illa quoque, quæ aliis sunt commissa, servavit.*

(b) 1.Cor. 5. Cyrillus laudatur a Cælestino.

XXV. In Nestorium.

*Quid ille auditurus est, quidve dicturus, cum a se commissæ sibi rei ratio requiretur, qui utique involvitur reatu, etiam si vobis per alios perditis, esset ipse servatus? Nostis profecto pro vestra eruditione, quæ pœna negligentes maneat sacerdotes; quippe quos Apostolus (c) præesse etiam domibus suis jubeat diligenter. Heli, (d) sacerdos denique per se inculpabilis divinam per filios incurrit offensum: offendit Pontifex pater: offendit potestas & pietas. Si igitur ille cum præsumptionem filiorum non refrenat incurrit; quanto magis hic Dominum, dum nec ipsi parcit, offendit? Non hunc desidem, non hunc dixerim negligentem: habuistis hominem sermonis assidui, atque (apud expertos loquor) habuistis vigilem perditorem (*)*

(c) 1.Tim. 3.
(d) 1.Reg. 4.
* proditorem.

XXVI. Studium Apostolicæ sedis in curando Nestorio.

*Nec tamen beatus Petrus Apostolus deseruit tamen graviter laborantes: nam cum separari tale membrum de Ecclesiastico corpore, horrens omnibus putredo suaserit, cum ferro obtulimus & fomentum. Sed ille abusus nostro studio, quo illum sequitur qui nec de pusillis aliquem vult perire, mortem desperatus optavit. Denique & medicinam respuens, elegit abscindi; tulit de se Apostolicum (e), vel hoc nobiscum sentiens, ipse judicium, ut abscinderetur, qui nos contristabat, & volebat convertere Evangelium Christi. Nulla suo vitio languenti medico (ut diximus) arte defuimus. Non factum est nostræ celeritate sententiæ, ut esset nobis (f) Publicanus aut Ethnicus. Scimus qualiter & quoties hos qui ad hæc tenduut Scriptura jubeat conveniri; quod nunc quoque videtur impletum. Dicendum denique adhuc. Tunc frater fratrem admonuit; dehinc pertinax uno & altero, immo & multis testibus conventus est: consequenter ab universali Ecclesia, nostro quoque sermone correptus. Nihil præcox, cum eo nihil in hoc egimus immaturum quem diuturnæ constitutionis servatus ordo damnavit. Non potuimus ultra differre; ne (sicut scriptum est g) cum furante currere videamur, & cum adultero fidei nostram ponere portionem: maxime quando oculus scandalizans (h) jubeatur auferri. Ad hæc illo compendio totiens oblata remedia campum ad certamen exposcit: sacerdotale postulat, cui non erat interfuturus, examen, egressurus ad bellum, castrorum dux hostem professus, & doctor fidei contra fidem portans arma perfidiæ, cum non tam profectus quam videtur expulsus.*

(e) Galat. 5.
(f) Luc. 18.
(g) Psal. 49.
(h) Matt. 5.

XXVII. De Nestorio subterfugiente judicium.

*Non quæro qualia tunc ad Dominum vestra vota fudistis, cum exitus doceat quid potueritis optare. Nec nos gestarum rerum putetis ignaros, quarum nobis ordinem sancti fratris Cyrilli relatio patefecit. Admonuit hominem, quem nunc inexcusabilem faceret ex more conventio: adesse contempsit. Quis petitorem Synodi Synodo crederet defuturum? perculsa est illic falsitatis levitas pondere veritatis: nec se ausa est fulgori radiantium sacerdotum latitantis perfidi caligo miscere: lucem tenebræ fugerunt; quia societatem legimus (a) his esse non posse: invicem se contraria semper offendunt. Ubi est quod sibi dictum est (b), quod loqueretur in lumine, & supra tecta, quod audiret in auribus, prædicaret? Sed si idcirco volens præsens latere, ut ferendam sententiam verecundia, judicante conscientia, præveniret; lucernam suam cur voluit habere sub modio, si eam bene putabat accensam? Toto sancto conventui lucere debuit, ut habere lumen omnium lumine probaretur. Non fallit divina sententia (c) quoniam qui in tenebris sunt, lucem videre non possunt. Mansit absconditus, ut vitando sacerdotale collegium ipsi renunciaret quodammodo dignitati. Sic se ille primus homo (d) Adam peccati sui conscius ante faciem Domini nudus occuluit; & qui non in eum, sed in ejus mandata peccasset, expavit illam quam contempserat vocem: & timorem deceptus incurrit, postquam simplicitatis fiduciam vitio prævaricationis amisit. Nam facit dubitare de crimine confessio latebrarum: nemo se in causis gravibus innocenter absondit. Sic ergo illius nostræ mortis auctoris, perdito honoris & gloriæ vestimento, secutus exemplum, merito hoc cum primo homine Adam fecerit, qui Deitatem Adæ novissimi sic negavit.*

(a) 2. Cor. 6.
(b) Matt 10.
(c) Jo. 3.
(d) Genes. 2.

XXVIII.

*Non fuit ante oculos tantorum vexatio sacerdotum, non congregatum ex omni pene mundi parte Concilium: abfuit ab his, cum quibus se esse nesciret. Quid illi profuit hoc vitasse? refugere voluit, quos effugere non dabatur. Qua enim ratione possit evadere, persequente eo, cui se nullus absondit? An quia talibus sociis usus est, sine peccato se existimans, negare indignatus quod Propheta clamavit (e): Quo ibo a facie tua & ab aspectu tuo quo fugiam? Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero in infernum, tu ades. Ille clamat latebram suis deesse peccatis, nec a Deo posse celari. Ille enim fatetur ubique præsentem, quem hic conatur asserere intra uterum defuisse susceptum. Tandem in sacerdotibus suis sanctis, sicut semper, Spiritus vivens unus in omnibus statuit quod omnibus subveniret, nulla de putredine, nulla de vulnere nascente suscepit; quia diligenter amputatum est, quod manus spiritalis abscidit. Eiice (inquit Salomon f) de Concilio contentiosum, & exibet cum illo discordia. Secum scandalum suum, quod intulerat, amputavit; quia apud vos quod invenerat, hoc reliquit. Non poterat, loquente Domino, eradicari plantatio (g) quam plantaverat Pater, & quæ in eo*

(e) Psal. 138.
(f) Prov. 22.
(g) Matt. 15.





*uberem fructum probaretur afferre: servavit vineam suam Dominus Israel: domus (b) ejus est vinea Domini: & ideo mirandum non est, si furem domus ejus evasit, cujus legimus (i) nec dormire, nec dormitare custodem.*

(b) Isai. 5.
(i) Psal. 120.

XXIX.

*Quid agat impius pertinax; quid sibi spei, quid permansit auxilii? non habet locum veniæ, cui scriptum quod nec hic, nec in futuro possit ignosci. Inclinatur omnis elatus, contra exaltationem parit humilitas Christiana: quia hunc ipse, qui supra eum (k) requievit, exaltat. Illius per Prophetam verba sunt (l): Non habitat in medio domus meæ faciens superbiam, qui per Apostolum (m) promittit se stultam mundi sapientiam perditurum. Audiat nunc a nobis, quod Paulus tunc, & cum jam prædicaret, audivit (n): Ad insaniam multarum pervenit itinere litterarum. Absit tamen ab eo hujus exemplum. Non enim quod de Doctore dictum est, dignus est audire indoctus. Cur præterea contra vas abjectionis, vas electionis vocemus in medium? cum ad exprobrandum hunc *, ille sufficiat, quem in cruce cum Christo post scelera tanta pendentem, suppliciti beneficium fecit Dominum confiteri: sui ab eo memoriam posuit in regno; hoc brevi sermone diluit quicquid admisit, criminibus temporum puncto subveniens: nec moratur præmium confitentem, statim ejus remuneratio & vicissitudo respondit, qui libenter excepit hora ad se quacumque conversum: Mecum (inquit o) eris in paradiso: promittit ei futuram societatem, qui secum præsens jam pateretur. Ad justitiam corde credulitas, ad salutem facta est ei ore confessio (p). Exclamare hic in tantam contrarietatem rerum pariter & flere debemus: Nefas est, hoc Episcopum, quod latro potuit *, non invenire.*

(k) Isai. xlv.
(l) Psal. 100.
(m) 1.Cor. 1.
(n) Act. 26.
* huic Nestorii ex latronis confessione redargutio.
(o) Luc. 23.
(p) Rom. 10.
* petiit.

XXX.

*O fidei, & perfidiæ premium! o judicia Dei abyssus multa! latro paradisum meruit, & ascerdos exilium. Habemus tamen hujusce rei veros interpretes: hunc ille positus inter tormenta cognovit, quem hic positus in honore nescivit. Nonne hoc illud est (q): Et homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus? Quid est aliud intellectus & judicium, nisi scire sapientiam & disciplinam, & intelligere verba prudentiæ? Illa est vera sapientia, quæ, ipso Salomone dicente (r), de timore Domini sumit exordium: quam se inter perfectos loqui beatus Apostolus (s) affirmat, cum non tam grave est, quod eam tunc minime mundus agnovit, quam quod nunc Episcopus ignoravit.*

(q) Psal. 48.
(r) Prov. 1.
(s) 1.Cor. 2.

XXXI.

*Hoc loco utar Domini nostri per Hieremiam (t) sermonibus: Cultores legis meæ nescierunt me; & prophetantibus in-*

(t) Hier. 2.

De Syriæ Episcopis Nestorio faventibus.

*quitatem Prophetis, plauserunt manibus sacerdotes. Et per eumdem alibi: Sacerdotes mei sacrificaverunt mihi ficte. Utebatur tamen defensione, & laude gentilium, Episcopum talem numquam fuisse testantium. Vere hæc & probabiliter loquebantur: nam quando potuit Episcopus inveniri, qui Christianus esse nesciret? Ideo tamen non inimicus esse probatus est, quia numquam displicent hostibus proditores. Audivimus hunc agentem contra legem, & iniquum quæ sint solatia prosecuta: adfuerunt inter alios, nec deseruerunt eum Cælestiani iniquitatis operarii,*

(a) Psal. 91.

*quos Hymnidici (a) nostri persequitur manifesta sententia: jamdudum quippe inimici Dei disperguntur, & pereunt qui operantur iniquitatem; sicut idem dicit*

(b) Psal. 13.

*(b) velut cibum panis plebem Dominicam devorabant. Habuit ergo secum sui magistros exilii: habuit hujusce rei perfectos tyro doctores: nam separare difficile est, quos scelera sola junxerunt; quia majore ligantur glutino fœdera vitiorum. Quis tamen horum finis est? nempe ille*

De Cælestianis faventibus Nestorio.

(c) Sap. 4.

*quem legimus (c): Irritavit in illo Dominus, & erunt post hæc decidentes sine honore in contumelia inter mortuos in æternum. Sed quid diutius immoramur? fastidium forsitan faciat sermo prolixior: dimittamus mortuos sepelire mortuos suos.*

XXXII.

*Audite nunc, & capite simplicis verba doctoris; audite ab eo quæ a majoribus nostris nobiscum positus frequenter audivit: audite, certe semper audita, nec studio novitatis inventa. Nostro vobis loquitur ore collega; quia una fides necesse est unite * prædicetur. Non hic in ejus persona alicujus testimonium mutuatur: a nobis datus est: qui est electus ex nostris, non est incognitus, non aliunde deductus: habuistis laudabilem de præsenti judicio suo: fama dudum decepit absentes: plura de eo loqui cautio est; quia opera supervacua est nota laudare. Nunc tamen vos nostris propriis sermonibus decet cavere commonitos: Nemo in vobis illud quatiat fundamentum, quod firma petra, & angularis lapis ille construxit: Ædificate super hoc, Catholici, quod soletis: didicistis quid sit superædificare quod ardeat: hoc detrimento illud pensabitur, cum opera singulorum probare cœperit ignis (d) examem. Gaudeo vos fundamento huic non stipulam, non ligna, non fœnum, sed illas imposuisse divitias, quas architectorum sapientium præcepta mandabant imponi. Bene manebitis, quia tam solicite fabricatis: habitaculum magnum tales pollicentur expensæ: auro, argento, & lapidibus pretiosis illam vobis, quæ æstimari non potest, construitis mansionem. Nullo pretio taxantur æterna; quippe quæ non injuria, non vetustate solvuntur, quæ jam ab institutione mundi justis Dominus præparavit.*

* unanimiter.

De commendatione Maximiani.

(d) 1. Cor. 3.

*Confortentur manus Fidelium fatigatæ: labantia, hortante Propheta (e), genua roborentur: qui pusillo sunt animo convalescant: noster Salvator apparuit: ostendit falsitati Deus, quid sit pulsare, & incessere veritatem, postquam sibi controversia inde facta est, unde subvenit. Unde, filii carissimi, permanente in eum qui est, ut vincatis in vobis. In ipso sensu, & in eadem sententia estote perfecti: ut a Filio hominis, cum venerit in majestate sua, non audiatis, discedite a me maledicti, sed, venite benedicti, possitis audire: maneat hædos repulsa venturi: vos tales volumus inveniri, ut cum in igne stent abjecti a sinistris, vos a dextris invitet ad regnum. Non expectabitis, ut paretur, quod olim vos, ut regnetis expectat. Angustam nunc portam festinanter intrate, quæ eos accepit, quos numquam spatiosa invenerunt. Hæc dilectioni vestræ pro lætitia Catholicorum dicta sufficiant, quæ sæpe recensere vos volumus, ut triumpho fidei gratulantes intelligatis Deum charitatis, & pacis esse nobiscum. Dat. Id. Mart. Flavio Ætio, & Valerio VV. CC. Conss.*

XXXIII.

(e) Isa. 35.

His redditis per eosdem inde missos legatos in Orientem litteris, Cælestinus, cælestem, quam diutius concupierat, gloriam cum sanctis omnibus consecuturus, ex præsenti vita decessit, pontificia administratione bene perfunctus. Talem plane tantumque decebat præesse Ecclesiæ Catholicæ custodem & vigilem eo tempore, quo ex adverso diabolus subintroduxit clanculo furem, ut gregem perderet atque macta ret. Qualis namque parandus a Deo Pontifex fuit, qui staret pro muro domui Israel imperterritus, & inconcussus, cum ex hypocrisis latebris hostis humani generis super eminentem cathedram, in primaria, & nobilissima omnium Orientalium Civitatum, perspicuum omnibus, & conspicuum cunctis regia pompa decorum collocaturus esset Christi divinitatis æmulum Antichristum; quem &, antequam quis qualisve esset, penitus innotesceret, clientela Consulum, & Præfectorum ambiret, atque etiam foverent obsequia Imperatoris? Ex Nestorii igitur summa cum potentia impietate metiri licet Cælestini maximam cum religione virtutem: ut plane satis superque sufficere possit ad supremum gloriæ titulum Cælestino, impietatem cum impio profligasse, & antequam in œcumenico Concilio damnaretur, illato in eum ante anathemate, extinxisse. Erectis igitur permansuris semper gloriosis de expugnato hæresiarcha trophæis, & fide Catholica œcumenicæ Synodi sententia stabilita, quam frustra concutere atque labefactare fuerat aggressa perfidia; impertitis insuper salutaribus monitis

XXXIV. Cælestini Papæ dignæ laudes.



tis, & tamquam testamento relictis in recitatis nuper litteris, quomodo futura mala cavere possent, rebus cunctis bene compositis atque dispositis; ab ipsis Idibus Martiis, quibus eas ad Orientales dedit epistolas, non amplius quam viginti duorum dierum evoluta periodo, pro recipienda bene perfuncti laboris expectata mercede, feliciter & ex optato migravit ad Dominum,

XXXV. Obitus Cælestini Papæ.

Hoc igitur ipso anno, octavo Idus Aprilis S. Cælestinus Papa ex hac vita migravit, cum sedisset annos octo menses quinque, & dies tres. Recensetur a Gennadio inter scriptores Ecclesiasticos, atque de ipso ait (a): *Cælestinus urbis Romæ Episcopus decreta Synodi adversus supradictum Nestorium dictavit, habitum volumen describens, ad Orientis, & Occidentis Ecclesias dedit, confirmans, duabus in Christo manentibus perfecte naturis, unam Filii Dei credendam esse per-*

(a) Gennad. de Script. Eccl. c. 54.

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS V. S. Cælestinus PP. moritur die XIX. Julii.

A num. XXXV. ad XXXIX. Baronius, quem passim alii secuti sunt, autumavit, Cælestinum non amplius quam XXII. dierum evoluta periodo, post quam laudatas literas dedit, ad Deum migrasse, *VIII. Idus Aprilis*, seu die VI. ejusdem mensis, quo eum sepultum Anastasius asserit. Verum diem illum passim emortualem creditum ad aliquam Translationem referendum esse, tam duratio Sedis Cælestini & Sixti III. ejus successoris; quam initium Leonis Magni & Hilari, qui hunc excepit, manifestum faciunt. Idem dicendum de die V. Idus April. seu die IX. ejusdem mensis, quo S. Cælestinus Papa memoratur in MSS. Vaticano Ecclesiæ S. Petri, & Usuardo Reginæ Sueciæ. Præterea tam Baronius, quam alii communiter Sedem ejus anno uno mutilant, scribuntque, cum sedisse annos octo & aliquot menses: cum tamen certum esse debeat, eum sedisse *annos novem, menses decem, & dies novem*, ideoque obiisse die XVIII. aut XIX. Julii. Pontificatum enim iniit anno CDXXII. die X. mensis Septembris, ut suo loco ostendi. [1] Cælestinum sedisse *annos novem* testantur Anastasius, tam, vulgatus, quam MS. in Bibliotheca Colbertina asservatus, Abbo Floriacensis Abbas, Catalogus nominum Apostolicorum a Mabillonio Tom. III. Analect. editus, ac Catalogi II. & III. Bibliothecæ Colbertinæ, & Prosper in Chronico. Præter annos novem sedisse *ac menses decem*, habent duo Exemplaria MSS. Anastasii, Thuanea, Ordericus lib. 2. Abbo Floriacensis, Luitprandus, Prosper, variique Catalogi tam Colbertini, quam alii; Demum supra annos novem & menses decem sedisse *dies novem*, docent Anastasius tam vulgatus, quam MS. Colbertinus, variique Catalogi, in quorum tamen aliquibus habentur tantum dies octo, uti etiam in Chronico Prosperi ex editione Onuphrii, quia nempe Librarii proclivi errore loco VIIII. sæpe VII. aut VIII. ponunt. His adde Anastasium ex correctione Holstenii a Schelstratio nuper publicatum, ac Catalogos IV. ab eodem editos.

Quoad *Prosperum* tamen non dubito, quin variis temporibus varie quoad numeros corruptus & interpolatus fuerit, [2] Nam in Biblioth. Colbertina num. 204. extat Exemplar ab annis circiter octingentis exaratum: in quo ad Consulatum Mariniani & Asclepiodoti, seu ad annum. Hæc de Cælestino: quæ vero subdit de Sixto, dicemus paulo inferius. In libro autem de Romanis Pontificibus hæc de eo: *Hic multa constituta fecit, & constituit, ut Psalmi David centum quinquaginta ante sacrificium psallerentur antiphonatim ex omnibus; quod antea non fiebat, sed tantum epistolæ Pauli recitabantur, & sanctum Evangelium. Hic fecit constitutum de omni Ecclesia* (decretum nempe ad universalem Ecclesiam pertinens) *quod hodie archivis Ecclesiæ tenetur reconditum. Hic fecit basilicam Julii, &c.* Subdit de donis illi collatis. De eodem Cælestino exornante sacris imaginibus Memorias martyrum hæc Hadrianus Papa in epistola ad Carolum Magnum Imp. habet: *Iterum de sancto tertio Concilio S. Cælestinus Papa proprium suum cœmeterium picturis decoravit.* Hæc ipse.

VI. Ei succedit Sixtus III.



NOTÆ

[1] *Cælestinus* die X. Septembris consecratus fuisse creditur. Mense Julio A. D. 432. decessit; quamquam Martyrologia, & Pontificales libri die VI. vel IX. Aprilis depositum fuisse referant. Sibi adversantur & Pontificales libri, & veteres catalogi, dum Cælestino. *Annos* IX. *menses* X. & aliquot dies tribuunt. In Corbejensi vetustissima catalogo an. IX. menses X. dies XVII. *Cælestino* adscribuntur.

[2] Prosper vulgatus in Chronico de ordinatione *Sixti* Papæ III. hæc tradit: *Aetio & Valerio*, Romanæ Ecclesiæ XLII. *præficitur Episcopus Xystus* annis VIII. *diebus* XVIIII. *totius urbis pace, & consensione mirabili*. Deinde post aliquot consulum collegia habet: *Valentiniano Augusto V. & Anatolio, defuncto Xysto Episcopo, quadraginta amplius diebus Romana Ecclesia sine antistite fuit*. Hinc lapsum esse Baronium, & alios Constantius notat pag. 1227. qui putarunt, Sixtum decessisse *Kalendis Aprilis* Corbejensis Catalogus vixisse tradit, annos VIII. & dies XIX. Pagius diem obitus *Sixti* statuit in diem XI. Augusti A. D. 440. Constantio placeret, ut obitus circa Julii mensis exitum collocaretur. Cæterum Prosper MS. Vaticanus vetustissimus hæc tantum habet: *Aetio & Valerio. Sixtus Papa fit*. Deinde *Valentiniano V. & Anatolio: Diaconus Leo Papa fit*. Nulla dierum & annorum Sixti mentione facta, neque de vacatione Sedis post Sixti obitum.

XXXVI. Sed quod secundum illud Apostoli: (a) *Sapientibus & insipientibus debitor sum*: exufflanda est musca mortua, quæ suavitatem (b) perdit unguenti, quam alias sui vilitate contempsimus. Unus enim Laurentius Valla (c) grammaticus, Ecclesiasticarum rerum peritiæ penitus expers, ignarus quam magna sit differentia inter Cælestinum Papam atque Cælestium collegam Pelagii, deceptus miser similitudine nominum, clarissima luce licet, in foveam tamen erroris illapsus, dixit Cælestinum Papam infectum fuisse errore Nestorii. Quid hoc magis insulsum potuit excogitari atque effutiri ridiculum, ut qui primus omnium damnavit Romæ Nestorium, & per legatos ab œcumenica Synodo Ephesina æque eiiciendum curavit, hic ipse impudenter dicatur faviſſe Nestorio? En quas patiatur infestas muscas Ecclesia: de quibus & illud Exodi liceat usurpare (d): *Corrupta est terra ab hujusmodi muscis* grammaticis inquam illis, qui absque magistris hoc nostro sæculo ex improviso prodiere Theologi, immo & profitentur severissimos Theologorum se esse censores. Sed hæc in supplicium perfidorum, de quibus Sapientia (e): *Illos enim lo-custarum, & muscarum occiderunt morsus, & non est inventa sanitas animæ illorum, qui digni erant ab hujusmodi exterminari: filios autem tuos nec draconum venenatorum vicerunt dentes.*

(a) Rom. 1. (b) Eccl. 10. (c) Laurent. Val. de falsa donat. Constant. (d) Exod. 8. (e) Sap. 6.

XXXVII. Ad postremum vero de Cælestino minime illud prætereat, ejus Pontificatus tempore in Aventino erectam fuisse in honorem Sabinæ martyris ecclesiam, prout ejusmodi vetus inscriptio docet his versibus:

CULMEN APOSTOLICUM CUM CÆLESTINUS HABERET,
PRIMUS ET IN TOTA FULGERET EPISCOPUS URBE,
HÆC QUÆ MIRARIS FUNDAVIT PRÆSBYTER URBIS
ILLYRICA DE GENTE PETRUS, VIR NOMINE TANTO
DIGNUS ET AB ORTU CHRISTI NUTRITUS IN AULA,
PAUPERTAS LOCUPLES, SIBI PAUPER, QUI BONA VITÆ
PRÆSENTIS FUGIENS MERUIT SPERARE FUTURA

Sunt Dei beneficio, & alia tanti Pontificis vetera monimenta refossa, & ex abditis in lucem edita atque in primis ejusdem Sepulcri epitaphium, quod sic se habet (f):

(f) Ant. Inscr. in append. pag. 1171. n. 5.

Cælestini Papæ Epitaphium.

PRÆSUL APOSTOLICÆ SEDIS VENERABILIS OMNI
QUEM REXIT POPULO DECIMUM DUM CONDERET ANNUM
CÆLESTINUS AGENS VITAM MIGRAVIT IN ILLAM
DEBITA QUÆ SANCTIS ÆTERNOS REDDIT HONORES
CORPORIS HIC TUMULUS REQUIESCUNT OSSA CINISQUE
NEC PERIT HINC ALIQUID DOMINO CARO CUNCTA RESURGIT
TERRENUM NUNC TERRA TEGIT MENS NESCIA MORTIS
VIVIT, ET ASPECTU FRUITUR BENE CONSCIA CHRISTI.

Sed de Cælestino hactenus.

XXXVIII. Defuncto igitur Cælestino Romano Pontifice, sepultoque in cœmeterio Priscillæ via Salaria, cum vacasset Episcopatus dies viginti *, sexto Kalendas Maii Sixtus patria Romanus ex patre Sixto creatur Romanus Pontifex: id quidem hoc anno factum, tum Prosper, tum Marcellinus in Chronicis meminere. Simulac autem ipse Sixtus Romanæ sedis atque totius Ecclesiæ Catholicæ clavum moderandum accepit, quem vidimus ex sancti Augustini litteris ad eum datis (g) zelo fidei illibatæ servandæ mirum in modum

* al XXI. Sixtus Papa creatur.

(g) Aug. ep. 104. & 105.

PAGIUS annum CDXXIII. dicitur *Cælestinum* Romanæ Ecclesiæ Præsulatum gessisse *annos novem*, & dies ac menses prætermittuntur: & tamen in eadem Bibliotheca asservatur aliud Exemplar num. 1186. a quinque circiter sæculis descriptum, in quo ad eumdem Consulatum legitur, eum Præsulatum gessisse annos novem, menses decem, dies octodecim, quod ex aliquo Anastasii Codice, quoad dies XVIII. depravato, translatum est ab aliquo sciolo in illud Chronico Prosperianum. At *Cælestinum* plus quam dies octo aut novem, supra annos novem & menses decem non sedisse, ex dictis dicendisque liquet. In antiquo Epitaphio a Baronio num. XXXVII. recitato dicitur, Cælestinum obiisse, *decimum dum conderet annum*, quod verum est. Papebrocius in Conatu Chronico-Historico Pontificatum ejus inchoavit a die XVI. Septemb. anni CCCCXXIII. illudque protraxit usque in diem primum Augusti præsentis anni, ei assignans annos VIII. menses X. dies XVII. sed hæc stare non possunt; certum enim Anastasium initium *Cælestini* accurate exorsum esse, ideoque & Cælestino annos novem, menses decem & dies novem attribuisse, quod dies ordinationis Sancti Leonis Magni, qui hactenus in obscuro fuit, & dies ordinationis ejus successoris extra omne dubium ponent. Quoad cessationem Sedis, per hæc tempora ab Anastasio nonnisi ex conjectura, & plerumque eodem mo-



dum æstuasse, nihil antiquius habuit, quam ut eamdem mox, scriptis ad universas Orientales Ecclesias litteris, redderet in omnibus stabilitam. Testatur id quidem Gennadius (a) verbis istis, cum agit de ipso Sixto post Cælestinum: *Similiter etiam Sixtus successor Cælestini pro eadem re & ad ipsum Nestorem *: & ad Orientis Episcopos adversus errorem ejus succidendum sententias direxit.* Hæc ipse.

(a) Gennad. de Vir. illust. c. 54. * Nestorium.

XXXIX. Quod enim Nestorianæ hæresi Pelagianam sciret dedisse manus, vehementiori impetu adversus utramque eumdem jam creatum Pontificem insurrexisse, qui olim presbyter scriptis luculentissimis editis eam vehementer exagitavit, quis poterit dubitare? Quis enim presbyter hæreses profligavit, & ut (S. Augustinus de eo testatur b) hæreticos terruit; jam ipso insidentem Petri throno quibus putas ipsum eos verborum appetisse fulminibus? Verum omnia sapienti consilio, nec quicquam animi præpropera commotione gessit, exhibens se prius patrem atque pastorem, quam Judicem. Hac de causa Gennadius ait, Sixtum Pontificem ad ipsum Nestorium jam anno superiori damnatum scripsisse litteras, dum ille ageret in monasterio S. Euprepii apud Antiochiam relegatus, si forte in monastica tranquillitate ad meliorem statum mentis rediret, qui frequentia vallatus hominum despuerat. Non despexit morbosam ovem curare pastor, qui sciret pastorem omnium Christum de perdita ove quærenda insinuasse sermonem & inculcasse vivum exemplum. Sed qui prædecessoris ipsius Cælestini medicamenta contempsit, Sixti quoque medicinam propinatam exhorruit; utpote quod secundum divinæ Scripturæ sententiam (c), nemo corrigere valeat, quem Deus despexerit. Tantum enim abfuit, ut Nestorius & Nestoriani, qui illi penitus inhæserant, corrigerentur, ut ad

(b) Aug. epist. 105.

Sixtus quærit curare Nestorium.

(c) Eccl. 7.

PAGIUS modo collocata; ait enim, post *Cælestinum* Sedem vacasse dies XXI. in quo indubitatum est eum falli. Quare cum *Sixtus III.* natione Romanus die vicesima quarta mensis Julii in quam Dominica cadebat, consecratus fuerit, Sedes dies tantum quinque aut ad summum sex vacavit.

VII. *Conatur Sixtus Nestorium ab hæresi revocare.* A num. XXXIX. ad LXXXV. *Sixtus*, ubi ad Apostolicum culmen evectus est, nihil prætermisit, ut *Nestorium* ad damnationem suæ hæreseos perduceret. Gennadius enim lib. de Script. cap. LIV. inquit: *Similiter etiam Sixtus successor Cælestini pro eadem re, & ad ipsum Nestorium, & ad Orientis Episcopos adversus errorem ejus succidendum sententias direxit.* Id magis explicat ipsemet Sixtus in literis ad Joannem Antiochenum anno sequenti datis, & a Baronio ibidem num. XVII. recitatis, in quibus scribit: *Credo ad dilectionem tuam rerum cursus & ordo pertulerit, qualiter ei* (sc. Nestorio) *volaimus, nostra admonitione succurrere, retinuimus in præceps euntem*, &c. quantum vero Sixtus pro pace Ecclesiarum Orientalium conciliandaverit ex dicendis manifestum fiet. In eamdem rem omnem operam suam contulit Theodosius, ut mox ostendo.

XL. calumnias atque probrosa mendacia declinantes, tum ipsius Sixti nomine, tum Cyrilli litteras finxerint pro Nestorio atque ejus blasphemiis datas: sed id anno sequenti post pacem inter Joannem Antiochenum atque Cyrillum Alexandrinum compositam: nosque de his suo loco acturi sumus.

Cæterum illud constat ex litteris sancti Cyrilli ad Acacium Melitenum Episcopum datis, & aliis, ipsum Sixtum, simulac regimen Apostolicæ sedis est consecutus, nihil antiquius habuisse & magis in votis, quam quæ a sacrosancto Concilio œcumenico Ephesino decreta fuissent, stabili firmitate consolidare: quamobrem statim eadem rata habuit, & Pontificio adjecto decreto firmavit: quippe qui acerrimo studio Nestorianorum patriarchas Pelagianos (ex his enim eos fuisse progenitos, superius demonstratum est) olim cum presbyter esset, fuerat infectatus, cum in societatem criminis calumnioſe ab adversariis inductus esset, ut ex litteris sancti Augustini (d) ad ipsum scriptis apparet: sed de his suo loco dictum. Qui igitur super eminentissimum thronum evectus est summus Pontifex Sixtus, haud satis sibi visum est Ephesinum confirmasse Concilium: sed quod sciret Petri muneris esse, fratres confirmare, atque collapsos erigere, in hoc ipsum totus incubuit, ut qui restiterant Ephesinis Actis Orientales Episcopi, eosdem Catholicæ fidei redderet obsequentes.

(d) Aug. ep. 104. 105.

XLI. De Sixti epistola ad Joannem Antiochenum Episcopum adversus novitates.

Sic ergo qui ad Nestorium condemnatum scripsit, si quo pacto eum ad pœnitentiam provocaret; curam reliquorum gerens ad ejusdem primarium fautorem Joannem Antiochenum Episcopum litteras dedit: meminit earum Vincentius Lirinensis, ex eademque epistola ejusmodi fragmentum recitat, quo demonstret Romanos Pontifices fuisse antiquitatis Ec-

VIII. *Theodosius Paci Ecclesiæ totus intentus.*

Baronius num. LXXIII. refert partem homiliæ Sancti Cyrilli, dictæ *in Nativitate Joannis Baptistæ, Pharmuti vigesima octava, Indictione prima*, quam diem cum XXIX. Aprilis nostri concurrere asserit. Verum ex Kalendario a nobis exhibito liquet, eum Pharmuti diem incidere in XXIII. mensis Aprilis; cumque Indictio prima Kalendis Septembris hujus Christi anni exordiatur, ea Oratio anno sequenti a Cyrillo habita.

*Cyrilli Oratio de Nativitate Joannis Baptistæ.*

Liberatus narrata Maximiani Episcopi Constantinopolitani ordinatione, ait: *Post paululum vero videns Imperator Cyrilli & Joannis permansisse discordiam, intolerabilem judicabat eorum dissentionem, & vocans tunc ad se Maximianum Episcopum, & alios plurimos tunc Constantinopoli repertos Episcopos, quomodo tolleretur Ecclesia-*

Ecclesiasticæ tenacissimos, & novitatis hostes infestissimos; ait enim (*a*): *Quæ omnia licet cumulate abundeque sufficerent ad profanas novitates obruendas: tamen ne quid deesse tantæ plenitudini videretur, ad postremum adjecimus geminam Apostolicæ sedis auctoritatem, unam scilicet sancti Papæ Sixti, qui nunc Romanam Ecclesiam venerandus illustrat, alteram præcessoris sui beatæ memoriæ Papæ Cælestini, quem hic quoque interponere, necessarium judicavimus. Ait itaque Papa Sixtus in epistola, quam de causa Nestorii Antiocheno misit Episcopo: Ergo (inquit) quia, sicut ait Apostolus, fides una est, quæ evidenter obtinuit, dicenda credamus, & tenenda credamus. Tandem illa quæ tenenda & credenda, prosequitur, & ait: Nihil ultra (inquit) liceat novitati: quia nihil addi convenit vetustati. Perspicua majorum fides & credulitas, nulla cœni permixtione turbetur. Omino Apostolicæ: ut majorum credulitatem perspicuitatis lumine ornaret, novas vere profanitates cœni permixtione describeret.* Hæc ex epistola Sixti ad Joannem Antiochenum Vincentius, quam redditurі sumus inferius.

(*a*) *Vincent. Lirin. adv. hæres. cap. ult.*

XLII. Theodosius Imper. laborat pro pace Orientalis Ecclesiæ.

At non Sixtus tantum, sed & Theodosius Imperator hoc eodem anno, & vivente adhuc Cælestino Romano Pontifice apud Joannem Antiochenum Episcopum naviter egit, ut damnaret Nestorium, & cum Cyrillo Alexandrino iniret concordiam, pacemque inter omnes Orientale Ecclesias conciliaret. Ususque ad hoc consilio Maximiani Episcopi Constantinopolitani, & aliorum Episcoporum Orthodoxorum, qui cum eo erant, illud in primis (quod aliter res transigi non posset) ex sententia eorumdem decrevit, ut tum Joannem ipse, tum Cyrillum, utriusque videlicet partis auctores, Nicomediam convocaret, haud permissurus eos inde discedere, nisi iisdem inter se mutuo ad concordiam pristinam restitutis. Ad hujus legationis obeundam provinciam delectus est vir integer piusque Aristolaus nomine, Tribunus & Notarius, quem Antiochiam misit cum litteris ad Joannem ejus civitatis Episcopum, addens alias ad Acacium Episcopum Beræensem, & Simeonem Stylitam anachoretam, virum sanctissimum, quos voluit apud eumdem Joannem sequestres pacis accedere: Epistola autem ab eodem Theodosio Imperatore ad Joannem Antiochenum scripta sic se habet (*b*):

(*b*) *Apud Conc. Eph. edit. Pelt. to. 5. c. 3.*

XLIII. Epistola Theodosii Imper. ad Joannem Antiochenum Epis.

*Animi nostri scopus, collapsæ pacis redintegratio est, quam vos juxta vitæ vestræ institutum profitemini, cæteroque omnes (utpote charitatis causa ad sacerdotium etiam adscripti) docere numquam desinitis. Quia ergo hanc, unde minime decebat, turbari contigit: operæpretium visum est ad id vos urgere, ad quod alios universos, siquidem admonerentur, venturos, nihil dubitamus. Res enim detestanda, planeque inexpectata nostris hisce temporibus accidit, nempe sacerdotum veram religionem profitentium discordia, & ea quidem tanta, ut omnem narrationis modum excedat. Enimvero cum spes erat, fore, ut omnis omnino contentio vel ad minimam usque suspicionem e medio faceesseret, perfectæque unionis fructus exurgeret; tum demum gravia illa dissidiorum tumultuantiumque incendia exarserunt: qua de causa vehemens ægritudinis, justique doloris occasio ex ea re nobis offertur. Cernimus enim Ecclesiasticæ pacis doctores, ipsos concordiæ fontes eo discordiarum prolapsos, ut talibus indigeant qui suo hortatu ad id eos impellant, quod pro officii sui munere ultro præstare obligantur.*

XLIV. Jubetur Joan. anathematizare Nestorium & ejus hæresim.

*Quapropter hujus tanti mali exitum inde invenire sperantes, unde originem traxit: enixe ac diligenter, ut primo quoque tempore hoc conficiatur, curantes ne hoc contentionis vitium latius serpat: sanctissimo celebris civitatis hujus Episcopo Maximiano, cæterisque omnibus qui in ea comperiuntur sanctissimis Episcopis, & universo denique illorum clero ad nos ascitis, sedula consultatione inquisivimus, ex quibusnam rationibus Orthodoxæ fidei membra, quæ dudum ante bene unita, infelicis casus interventu, misere jam nunc divulsa cernuntur, denuo conglutinari: vosque, hoc est, tu, & Cyrillus religiosissimus Alexandriæ Episcopus, inter vos coeuntes, omni simultate, molestaque contentione, quæ inter vos exarsit, deposita, ad pristinam rursus concordiam adduci possetis. Prædicti autem Episcopi responderunt: si Nestorii depositioni subscriberes, illiusque doctrinam anathematizares, fore ut omnis altercationis materia mox e medio tolleretur; Cyrillusque sanctissimus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus cum suis, tum Cælestinus quoque nobilissimæ civitatis Romanæ Episcopus, tum reliqui tandem omnes quotquot ubique sunt Orthodoxæ fidei sacerdotes, cum tua pietate ad communionem redirent. Cætera vero, si quæ forte essent, quæ emendationem desiderarent; ea a vobis ipsis privatim vel in commune consultantibus, facili negotio, recte expediri posse.*

XLV. Curat Theodosius pacem Orientalis Ecclesiæ.

*Cum itaque unum hoc nostrum esse studium & consilium non ignores, quo pax certa & firma, omni prorsus contentione & æmulatione quæ accidit sedata, sublataque sanctissimis orbis Ecclesiis, quæ Orthodoxam fidem profitentur, cæterisque omnibus subditis nostris integre cum Dei auxilio restituatur: omnibus posthabitis, ad Nicomediæ civitatem summa cum celeritate venire matures; nec ullum omnino Episcoporum tecum adducas, sed pauculos tantum clericos, qui sanctitati tuæ famulentur: cæteris inquam omnibus sepositis festina huc citra ullam dilationem accedere: certo tibi persuasum habens, Cyrillo sanctissimo Episcopo per majestatis nostræ litteras mandatum esse, ut ipse quoque eadem animi promptitudine ad eumdem locum accurrat; additumque nullum ad nos accessum prius habiturum quam inter vos convenieritis, omnemque mutuam inimicitiam penitus exueritis, & per propriam concordiam, communeque omnium votum stabilem inter vos pacem constitueritis. Atque hoc ipsum & tuæ quoque reverentiæ denunciatum volo. Etenim cum sitis viri adeo celebres, minime decet vos vel bona pacis, vel mala discordiæ ignorare.*

XLVI. Urget Joannem Theodosius Imp. ad pacem Ecclesiæ.

*Interea vero ad nostram præsentiam non admittemini, antequam ea omnia correcta emendataque fuerint, quæ tanta nos ægritudine affecerunt, quantam verbis exprimere vix possumus: dum studiosa pacis concordiæque & mutuæ inter vos amicitiæ conventio interceserit, & per illam iter ad nos vobis patefactum fuerit: nulla prorsus quorumcumque Episcoporum aut ordinatio aut exauctoratio tentabitur: sed si quid interim hujusmodi usus postulaverit, hoc totum tranquillæ pacificæque Ecclesiæ Catholicæ constitutioni reservetur: præsertim cum religiosissimi clerici ad divina mysteria tantisper sufficere queant, donec perfecta aliqua unio consequatur. Hæc hactenus a me dicta sint. Nec dubitamus, si sinceram immotamque atque Ecclesiastico statu dignam animi nostri sententiam diligenter ac pie expenderis, quin totis animi viribus, totaque mentis virtute ad hoc incumbiturus sis, ut ea omnia quæ a nostra pietate Orthodoxæ fidei, sanctarumque Ecclesiarum uniendarum causa sancita & ordinata sunt, tempestive conficiantur: sed neque ullum quoque ejus rei gratia aut laborem, aut difficultatem, aut ignominiam, aut injuriarum condemnationem recusaturus. Quod si vero (quod non credimus) nostræ huic conscientiæ, justoque animi nostri proposito, privato judicio, humanæque alicujus perturbationis impulsu, aliquando obniti institueris, nostraque decreta floccifeceris; non dubitet sanctitas tua, se obedientiæ & promptitudinis, quæ sanctæ Dei Ecclesiæ concorditer constituendæ jure debetur, neglectæ meritas pœnas daturum esse.* Hactenus Theodosii ad Joannem Episcopum Antiochenum epistola. Sed præter has litteras alias secretiores dedisse per eumdem Aristolaum ad ipsum Joannem, ut damnaret Nestorium, & in omnibus Cyrillo assen-

PAGIUS *siarum dissensio, cogitabat. At illi dixerunt, quia non aliter hoc fieri possit, nisi prius iretur, & præferretur unius fidei vinculum, & Joannes Antiochenus Episcopus anathematizaret Nestorium, & improba ejus dogmata. Et gavisi valde super hoc Imperatore, missus est hoc ipsum agere Aristolaus Tribunus, Sacram Principis deferens Joanni & Cyrillo, in qua comminatus est utrique Nicomediam exilium, nisi pacem haberent ad invicem.* Fuit hæc secunda Synodus Constantinopolitana a Maximiano celebrata, seu, ut alii Liberatum interpretantur, consultatio Episcoporum in Palatio coram Imperatore, de ratione pacis Ecclesiarum constituendæ. Adeo autem Imperator a dissensione, qua Ecclesia Orientalis tunc lacerabatur, abhorrebat, ut ad sanctum Symeonem Styliten scripserit: *Contentio & discordia adeo nos conturbat, ut hanc existimemus præcipuam omnium nostrarum calamitatum esse causam, & confidamus regni nostri res ex voluntate Dei nigni-*

IX. *Joannes Antiochenus Synodum celebrat, ut suos ad pacem adducat.*

Acceptis Joannes Antiochenus Imperatoris mandatis Concilium apud *Antiochiam* coegit, ut legitur in Collectione Concil. Garnerius tamen Tom. II. Oper. M. Mercatoris pag. 274. referens Excerpta Mercatoris ex Epistolis & libris quinque Theodoreti, in quibus Mercator de Theodoreto ait: *Aliam quoque scripsit ad Andream Samosatenum Episcopum, lectis Sancti Cyrilli Pontificis Alexandrini literis a Beræa directis,* asserit inde non obscure confici Synodum, quæ a Joan-

PAGIUS Joanne Antiocheno, dum pacis negotium tractaretur, habita scribitur apud Acacium, *Beræa*, non vero *Antiochia*, ut communiter traditur, celebratam fuisse. Verum Lupus in Scholiis ad Caput LIII. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, ostendit, eum hac in re varie lapsum, Synodumque partim Antiochiæ, partim Berææ habitam; id enim diserte scribit Sanctus Cyrillus ad Acacium Militinensem Episcopum: *Orientales Episcopi apud Beræensem Acacium congressi, scribi ad me curarunt conventionis modum, nisi eo modo, quem ipsi præscriberent, fieri non debere.* Nempe Acacius annos centum & decem natus itineri se se committere non poterat, nec ad Patriarchales Synodos accedere; ideoque Patriarcha ad ipsum veniebat. Notanda enim sunt verba hæc: *Scribi ad me curarunt.* Decipitur secundo Garnerius, quod Theodoretum huic pacificatoriæ Synodo non interfuisse dicat; Synodicon enim adversus Tragœdiam Irenæi testatur, Theodoretum huic Synodo adfuisse. Imo cap. LIV. refertur Epistola Alexandri, Andreæ, & Theodoreti Episcoporum ad Helladium Tarsensem Episcopum ex ipso Concilio data, in qua legitur: *Intravimus Antiochiam convocati, & invenimus per divinam gratiam vera non esse, quæ fuerant diffamata; & inimicorum veritatis superfluam verbositatem, & araneis similem. Habentes igitur de his, quæ sunt agenda Concilium, & intuentes, quia salva pietate etiam de pace expor-*

sentiretur, testatur Cyrillus in epistola ad Dynatum (*a*), quam inferius reddituri sumus.

(*a*) *Cyrill. ep.* 33.

XLVII. Scripsit insuper (ut dictum est) Imperator ad Acacium Beroëensem Antistitem, qui totius Orientalium machinationis consultor præsenii gravitate & rerum agendarum usu atque peritia habebatur, & ad alios coepiscopos & anachoretas, quæ sic se habent (*b*):

(*b*) *Extant apud Conc. Ephes. edit. Pelt. t.5. c.10.*

Epistola Theodosii ad Acacium & alios.

*Nihil omnino eorum omnium a nobis est prætermissum, quæ religionis Christianæ causa nostro studio effici debuerant. Atque hoc ipsum sanctitas vestra cum a Joanne piissimo Ecclesiæ Antiochenæ Episcopo, tum a cæteris quoque sanctis Episcopis qui apud illum versantur, dilucide cognoscere poterit. Acciderunt autem nonnullæ inter quosdam circa religionis negotium difficultates & controversiæ, quas quidem evestigio de medio tollere & abolere exoptabamus; verum negotiorum magnitudine & multitudine impediti, quod volebamus & conabamur, conficere non valuimus. Certa nihilominus fixaque stat sententia, ab hoc conciliandæ pacis studio non prius desistere, quam misericors Deus vestris intercedentibus precibus, Ecclesiis unionem & pacem restituere dignabitur. Decet proinde vestram sanctitatem, omni diligentia, studio, ac contentione hæc a Deo deposcere; vosque probatos Romanæ religionis sacerdotes esse, manifesto argumento declarare.* Hactenus Theodosius ad Acacium, & alios (ut habet inscriptio) aliarum provinciarum Episcopos & solitarios.

XLVIII. Religio Romana eadem Catholica.

Quod vero ad hanc Theodosii Augusti epistolam spectat, velim nomenclaturam observes, qua Imperator fidem Catholicam propriori vocabulo, *Romanam religionem* appellat; propriori, inquam: quoniam dicendo tantum fidem Catholicam, cum omnes ferme hæretici eam apud se esse profiteantur, haud facile illos distingues eo nomine (dum agitur cum ipsis) a veræ pietatis cultoribus; secus autem voce illa, *Romanæ religionis*, quæ peculiaris & propria est Orthodoxorum: nam non communicare Romanæ Ecclesiæ, istud ipsum erat constituere quempiam hæreticum atque schismaticum; ut ex his quæ dicta sunt superius ex Optato Milevitano, sancto Augustino, sancto Hieronymo, & aliis veteribus satis superque sæpius demonstratum est. Porro sicut in Oriente (ut apparet testificatione Theodosii Imperatoris) ejusmodi vigebat loquendi usus, ut per *Romanam Religionem* fides Catholica deberet intelligi; ita & in Occidente, nec apud Latinos tantum atque Catholicos, verum etiam penes barbaros, eosdemque hæreticos ejusmodi receptam esse consuetudinem, quæ alibi diximus ex Victore Uticensi & Gregorio Turonensi, de quibus & suis locis continget fieri mentio, manifeste declarant. Sed ad Theodosium redeamus, qui etiam ejusdem argumenti, pro pace scilicet inter dissidentes Episcopos concilianda, ad magnum illum Simeonem Stylitam, incomparabile hujus sæculi admirandæ sanctitatis exemplum, de quo & superius mentio facta est ejusmodi litteras dedit (*c*):

(*c*) *Apud Ephes. Conc. edit. Pelt. to. 5. c. 15.*

XLIX. Theodosii Augusti epistola ad Simeonem Stylitam.

*Quoniam quidem exploratum habemus, totam reverentiæ tuæ vitam ad Deum esse conversam, eaque integritate vixisse hactenus, ut divinam erga nos benevolentiam certa quadam fiducia provocare queas, non potuimus in præsenti has ad te litteras non perscribere, teque etiam atque etiam rogare, ut hoc pacis concordiæque negotium, quod a divina providentia vere dependet, hoc potissimum tempore quam maxime promovere satagas; dissidiumque diaboli technis paci recte aliquando radicatæ & constitutæ injectum, confestim e medio tollere contendas. Id quod tuæ sanctitatis precibus, ejusdemque apud illos, qui eam confirmare dissipatamque restituere possunt, hortatu impulsuque confisi, brevi futurum, minime dubitamus. Nam si Joannes piissimus Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus, Nestorii, qui hasce controversias principio excitavit, depositioni subscripserit, fidemque fecerit se novo insanoque dogmati in posterum non consensurum, neque antea consensisse umquam: divulsorum membrorum unio denuo subsequetur: quippe cum omnes in hoc conveniant, concurrantque: si, inquam, Joannes istud fecerit, religiosissimoque Episcopo Cyrillo consenserit*



*ferit, quemadmodum Occidentales, & Constantinopolitani, reliquique omnes terrarum orbis Episcopi cum eo consentiunt; quæ quondam fuerant conjuncta, Dei benignitate rursum coalescent. Hanc namque molestiam, turbamque supervacaneam, parumque utilis, immo vero noxia doctrina nobis peperit: quæ quidem si per vestras preces explosa, proculque ab animis nostris eliminata fuerit, pacatos nos reddet, divinamque defensionem (uti speramus) nobis restituet. Nam contentio hæc & discordia adeo nos conturbat, ut existimemus primam præcipuamque omnium nostrarum calamitatum occasionem vel hanc unam præbuisse.*

L. *Confidimus autem, regni nostri res consilio benignitatis & humanitatis Dei esse processuras, Ecclesiæ & Orthodoxæ fidei membris vestro hoc egregio facto conjunctis. Certa igitur pulcherrimum certamen, ut superes dæmonis conatus: hoc enim tibi maximum certamen imputabitur, & victoria summis viribus parta: quam adeptus te ipsum secutus fueris; ea quæ profiteris, tum gerens, tum factis confirmans: Consuetis orationibus, quæso, nostrum Imperium, quique ei parent, sine intermissione Deo commenda; ut nobis, quorum omnis cura (quemadmodum convenit) in pace religionis ipsius potissimum versatur, copiosa bona ab ipsius potestate suppeditentur.* Hactenus Theodosii Imperatoris litteræ ad Simeonem Stylitam.

LI. Simeon Ecclesiæ proficuus.

Verum sic comparatus magnus ille Simeon erat, ut licet super columnam in solitudine positus vitam parem cælitibus in terra duceret, tamen curam Ecclesiæ Dei minime abjecerit: zelo enim pietatis exæstuans; nullam prætermisit aliquando occasionem illi consulendi: cujus rei causa etiam cum opus esset, scriberet ad Imperatorem, ab eodemque vicissim soleret accipere litteras. Theodoretus enim de ipso agens, hæc inter alia (*a*): *Hæc quidem omnia faciebat, neque sanctarum Scripturarum curam abiicit & providentiam: aliquando quidem pugnans adversus Gentilium impietatem, aliquando frangens Judæorum audaciam, aliquando autem fugans, & profligans turbas hæreticorum, aliquando de his scribens ad Imperatorem, aliquando Præsides & magistratus ad divinum incitans zelum, aliquando etiam ipsis Ecclesiarum pastoribus majorem gregis curam gerere præcipiens.*

(*a*) *Theod. Vit. SS. Patr. c. 26.*

Hæc & alia Theodoretus: qui quidem in eo quod ait, Simeonem aliquando fregisse Judæorum procaciam, dum scriberet adversus eos ad Imperatorem; illud plane in mente habuisse visus est, quod de eodem Evagrius narrat his verbis (*b*): *Virtus porro divinæ gratiæ tam penitus in istius insedit animo, ut ad Imperatorem Theodosium per legem jubentem ut Judæis Antiochiam incolentibus ipsorum synagogæ, quas ante Christiani ab illis abstulissent redderentur, adeo libere scripserit, adeoque acriter propterea cum increparit (solum namque suum Imperatorem Deum veritus est) ut Imperator Theodosius, quo Christianorum satisfaceret voluntati, sua mandata revocaret; Præfectumque qui ipsum de Judæorum synagogis reddendis docuerat, abdicaret magistratu; atque sanctissimum atque cælestem oraret martyrem, uti nominatim pro ipso Deum obsecraret, obtestaretur, atque sua ipsum impertiret benedictione.* Hæc Evagrius.

(*b*) *Evagr. l.1.c.13.*

LII. Celebre nomen Simeonis omnibus innotuit.

Porro magni hujus Simeonis nomen ob ejus mirificas virtutes, ingentiaque miracula, non in Oriente solum, ubi degebat, sed in Occidente fuisse percelebre, quæ de eodem tradit his verbis Theodoretus, significant (*c*): *Cum ergo pervolaret fama in omnes regiones; concurrebant omnes non solum vicini, sed qui etiam multorum dierum itinere aberant:* pro expoſcendis ab eo diversis (prout quisque opus haberet pro se, vel pro suis) divinitus impertiendis miraculis. Sed pergit: *Sic autem omnibus undique advenientibus, & per totam viam instar fluminis affluentibus, videre est pelagus hominum in illo loco constitutum, quod fluvios undiquaque excipit. Non solum enim confluunt qui nostram habitant regionem, sed & Ismaelitæ, & Persæ, & Armeni qui sunt eis subjecti, & Iberes, & Homeritæ, & qui illis sunt interiores. Venerunt autem multi quoque qui habitant extrema Occidentis, Hispani (inquam) & Britanni & Galli, qui quod est intermedium occupant. De Italia enim supervacaneum est dicere. Ajunt enim Romæ, quæ est longe maxima, eum fuisse adeo*

(*c*) *Theod. Vit. SS. Patr. c.26.*



PAGIUS *oporteat cogitare, quasdam propositiones direximus,* &c. Extat quidem in fine Auctarii Operum Theodoreti a Garnerio compositi citatum Synodicon; sed cum post Garnerii mortem Auctarium illud in lucem prodierit, existimo eum morte præventum non potuisse ex illo Synodico excerpere, quæ ad suam Historiam Nestorianam, & Vitam Theodoreti a se editam illustrandam plurimum conferre poterant.

X. Fallitur tertio Garnerius, quando ait, *Theodoretum* impatienter tulisse tractari de pace; Epistolæ enim citati Synodici ostendunt, illum pacis cupientissimum ac studiosissimum fuisse, Quarto, quando scribit pacis negotium idem fuisse quod *Nestorii* condemnatio: etenim licet hæc inter se connexa essent, *Theodoretus* tamen studuit illa discernere ac separare, ut ex eodem Synodico liquet. Quinto, ait Garnerius, Theodoretum fuisse *Cyrillo* supra modum infensum: at erat potius Capitulis Cyrilli, quam personæ ejus offensus. Sexto dicit, quod Synodus in laudata ad Samosatensem Andream Epistola scribatur acta apud Acacium, quod tamen in ea non legitur. Porro Synodum Antiochiæ habitam demonstrat Alexandri Hieropolitani Metropolitæ Epistola ad Theodoretum, quæ est C. Synodus Joannis Antiochiæ cœpta & Beroëæ absoluta.

PAGIUS Synodici: *Tunc*, inquit Alexander, *in Antiochia inter nos locuti sumus, dicentes quod si Cyrillus illam conditionem susceperit, abjeceritque Capitula, pacem fieri convenit.* Ubi palam agit de hac Synodo, indicatque, Patriarcham Joannem prius cum Alexandro ipso, Meletio Mopsuestensi Episcopo ac Theodori successore, Andrea Samosatensi Episcopo, ac Theodoreto sacram Principis jussionem discussisse, & certam de ejus executione formam concepisse, & tunc cum istis transisse Beroëam omnia communicaturum *Acacio*, qui eam formam approbavit, indeque solo suo nomine ad Cyrillum scripsit. Hinc & *Cyrillus* non isti Synodo, sed soli *Acacio* rescripsit, literasque non Antiochiam, sed *Beroëam* direxit. Hæc Cyrilli Epistola quinquagesima sexta est citati Synodici. Eam Acacius mox *Joanni*, is aliis sibi fidis Episcopis communicavit; & de ipsis a se discussis Theodoretus scripsit ad Andream Epistolam, quam M. Mercator nobis conservavit. Hinc Mercator dicit, ipsum scripsisse, *lectis S. Cyrilli literis a Beroea directis*. Quare recte asserit Lupus, hanc Synodum fuisse Antiochenam & Beroëensem, Antiochiæ cœptam, & Be-

*omnium sermone celebratum, ut in officinarum omnium vestibulis & porticibus ei parvas posuerint imagines, hinc sibi præsidium & tutelam parantes.* Hæc Theodoretus ejusdem provinciæ accola, qui hæc omnia habebat præ oculis, scripsitque dum fierent, ipso magno Simeone adhuc superstite. Sed cum alio tendat orationis cursus, apud hunc diutius immorari minime datur: conveniemus eum sæpe inferius. Modo autem de Joanne Antiocheno Episcopo, ad quem Theodosius scripsit, cœptam prosequamur orationem.

LIII. Hic quidem etsi de fide Catholica gloriaretur, magna tamen labe conspersus est ex consuetudine atque defensione Nestorii: deterius vero fœdatus, cum in suspicionem adductus est initæ cum eo occultæ societatis, dum damnationi Nestorii in Concilio œcumenico Ephesino proclamatæ, non tantum non adduci potuit ut subscriberet, sed eidem semper mirum in modum est pertinacius refragatus: cujus rei causa factum est, ut complurium sanctorum virorum animi in eum juste commoti fuerint. Ad hæc namque spectant quæ Cyrillus monachus in rebus gestis S. Euthymii, quas posteris fideliter tradidit, tum de S. Euthymio, tum de Domno monacho ejusdem Joannis Episcopi Antiocheni ex sorore nepote narrat verbis istis: *Is autem (Euthymius scilicet) cum & alia didicisset ex iis quæ facta fuerant ab Episcopis Orientis, & quod Joannes qui præerat Antiochiæ, cum esset Orthodoxus, inductus esset, ut eadem sentiret quæ Nestorius: fuit gravi tristitia cor ejus sauciatum. Eodem modo etiam affectus fuit Domnus illius nepos consobrinus: rogavit itaque Euthymium, ut ei permitteretur ire Antiochiam, ut avunculum suum, qui supplantatus fuerat, restitueret, & jam veluti jacentem erigeret. Ille autem cum prævidisset non futurum illuc tutum adventum, sed ei potius inutilem & minime conducibilem: Nequaquam (inquit) o fili: non oportet te a Laura recedere: neque enim ille tua opus habet præsentia: sed etsi paululum a recta fide declinavit: Deus autem, qui novit cor illius recte se habere, ipse illum convertet, & reducet ad id quod bene erit. Et tu quidem, o fili, si quidem in quo vocatus es, & loco, in eo perpetuo manseris; perficies, & gloriam adipiscaris, veram inquam gloriam, & quæ ex Deo est, quæ numquam excidit. Sin autem his neglectis, & tolerantiæ contemptis cogitationibus, a Laura tentabis discedere: obtinebis quidem administrationem, quem tuus habet avunculus: sed eam tibi rursus auferent mali homines & præstigiatores, cum ab illius prius seductus fueris ignoratione. Et hæc quidem qui est in sanctis, Euthymius. Domnus autem, cum hæc mandata non multum curasset, proficiscitur Antiochiam, nec Vale quidem dixit sancto, & nec ei ullo modo suum significavit recessum. Cum illic fuisset, omnia quæ ei prædicta fuerant effectum sunt sortita. Illeque postea magna ductus pœnitentia, quod non obedisset, ad ipsum revertitur, gravi dolore visceribus cruciatus & acerbe deplorans.* Hæc Cyrillus. De ipso autem Domno plura suo loco inferius.

De S. Euthymio & Domno miserantibus casum Joannis.

LIV. At quid, litteris a Theodosio Imperatore acceptis una cum Aristolai legatione, Joannes? Vocatis Syriæ in unum Episcopis, illis videlicet, quibus hactenus adversus Cyrillum & alios Ephesi congregatos usus fuerat comministris, convenit una cum illis etiam Acacius Beroensis (prout litteræ Cyrilli ad Acacium Melitenum ostendunt) initque cum eis consilium, ut quid opus facto esset, decernerent. Ne autem ad dicendam causam Nicomediam proficisci Joannes ex mandato Theodosii cogeretur, illud inter eos consultius deliberatur, ratam habendam esse damnationem hæresis Nestorianæ una cum ipso Nestorio, sicut Theodosius suis litteris admoneret faciendum; sicque redintegrandam esse communicationem cum Romano Pontifice, atque Cyrillo Alexandrino, omnique simul Ecclesia Catholica, a qua hactenus schismate præcisus esset. Quæ omnia Aristolaus legatus a Theodosio missus rata habens, nul-

Jo. Antiochenus una cum suis Synodum habet.



lum amplius de proficiscendo Nicomediam Joanni negotium facessivit; utpote qui hac via concordiam inter dissidentes Episcopos conciliandam fore conspiceret. Joannes igitur ex Synodo tunc Antiochiæ habita de damnatione Nestorii & ejus hæresi Synodalem dedit epistolam ad Sixtum Romanum Pontificem, non autem ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum: cum eo enim aliter agendum putavit, ut paulo inferius dicturi sumus. Epistola autem ad Sixtum Papam a Joanne tunc scripta sic se habet (*a*): [1]

(*a*) *Apud Act. Conc. Eph. edit. Pelt. to. 5, c. 17.*

LV. Joannis epistola ad Sixtum Rom. Pontif.

*Præcipuum eorum studium, qui sacerdotio funguntur, divinumque istud Episcopatus ministerium a Christo omnium Salvatore sortiti sunt, primariusque eorumdem scopus hic esse debet, nempe ut in fide recta excellant, eamque populum sibi concreditum fideliter doceant. Cum itaque res ita habeat, anno proxime lapso, sacra Deo dilectissimorum Episcoporum Synodus, juxta religiosissimorum Christique amantium Imperatorum nostrorum decretum in Ephesiorum metropoli profligandæ Nestorianæ hæresis causa convenit: confessuque una cum beatæ memoriæ Cœlestini Romanæ Ecclesiæ quondam Episcopi legatis fideique vindicibus celebrato, prædictum Nestorium tamquam profana doctrina utentem, multorumque passim scandalorum auctorem, & in fide præterea Catholica graviter errantem, depositionis sententiæ subjecit. At vero postquam & nos quoque eodem advenissemus, remque omnem, ut gesta erat, accepissemus, graviter commoti fuimus. Cum ergo ea de causa non parva inter nos & Synodum controversia intercessisset, multaque utrinque & dicta & facta quoque essent; ad nostras tandem Ecclesias & civitates reversi sumus; neque quod ad Nestorii depositionem attinebat, Synodi sententiæ per id tempus subscripsimus.*

LVI. *Porro autem cum multis inter se discordiis Ecclesiæ dissiderent; unumque illud omnes maxime curare oportere visum esset, ut omni dissidio e medio sublato, amice inter se iterum congruerent: religiosissimi ad hæc Christique amantes Imperatores id ipsum quoque quamprimum fieri vellent, severeque juberent, ac celeberrimum Tribunum & Notarium Aristolaum ea de causa ad nos mitterent, ut omnis mox contentio faceſſeret, sanctaque sanctarum Dei Ecclesiarum pax ubique vigeret: placuit & nobis quoque in sacra Synodi sententia, quæ Nestorium deposuit, acquiescere, ipsumque pro deposito habere, ac blasphemam illius doctrinam anathematizare: eo quod & nostræ quoque Ecclesiæ perinde ac vestra sanctitas, rectam semper inculpatamque fidem tenuerint, eamdemque populo assidue commendarint, retinendamque prædicarint. Assentimur nihilominus & Maximiani sanctissimi pientissimique Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopi ordinationi: denique cum omnibus terrarum orbis Episcopis, si modo rectam sinceramque fidem habuerint eamdemque servaverint, communicamus.* Hactenus Joannis ac collegarum ad Sixtum Papam atque alios collegas epistola, communis quidem Episcopis omnibus Catholicæ fidei, qua Catholicam Ecclesiarum omnium communionem nanciscerentur, & qui hactenus schismate sciſſi fuissent, harum litterarum compagine unirentur. Pervenerunt hæ litteræ Romam anno sequenti. Quæ vero Sixtus Papa rescripserit, suo loco dicemus.

LVII. Cum Cyrillo autem Alexandrino Episcopo, adversus quem acerbissimas inimicitias exercuissent, aliter sibi agendum putarunt Joannes Antiochenus, & alii collegæ Syriæ Episcopi; nimirum, ut quasi daturi essent ipsi veluti Orthodoxi ei legem, ab eo, velut in suspicionem adducto hæresis Apollinaris, exige-



& Bercœæ absolutam, quod postea fassus est idem Garnerius in Dissert. II. de Conciliis in causa Nestorii habitis, quando de hac Synodo locutus est.

XI. *Epistola Synodica Joannis directa Sixto, Cyrillo, & Maximiano.*

Baronius num. LIV. & seqq. recitat Epistolam ad Sixtum Papam, a Joanne Antiocheno datam, postquam in Synodo Antiochena assensus est damnationi Nestorii, & Maximiani ordinationi, & Ecclesiarum pax sancita fuit; sed perperam dicit, eam ad Sixtum tantum datam. In Concilio enim Ephesino Græce & Latine edito a Labbeo Tom. III. Concil. pag. 1088. refertur ea Epistola, cujus hoc initium est, uti apud Baronium, *præcipuum eorum studium*, &c. epigraphe vero: *Sanctissimis Deoque dilectissimis Fratribus & Comministris, Sixto, Cyrillo, & Maximiano, Joannes, & reliqui omnes, qui mecum sunt, in Domino salutem.* Quare hæc Epistola scripta tribus Patriarchis, non tamen Juvenali Patriarchæ Hierosolymitano, quia Joannes ob tres Palæstinas a Juvenali aversus erat. Addit Baronius, se loco suo dicturum quæ *Sixtus* Papa ad Joannem rescripserit, quia scilicet autumabat, literas Sixti ad Joannem anno CCCCXXXIII. num. XVII. & seqq. a se recitatas responsum esse ad Epistolam laudatam; cujus initium, *præcipuum eorum studium*, &c. Verum literæ illæ Sixti ad nos non pervenere, ut liquet ex iis quas Baronius pro illis sumebat. In illis enim Sixtus ait: *Exordium tuo sermonis gratus accipio*

XII. *Theodoretus pacis Ecclesiæ cupidissimus.*

Ex laudata Epistola C. Synodici, cui hunc epigraphen Ireneus apposuit: *Epistola Alexandri ad Theodoretum, per quam suum tali conditione promisit adventum, si eis per litteras satisfieret de his, propter quæ satisfationem nitebatur exigere*, discimus primo, Theodoretum Alexandro Hierapolitano Metropolitano suo, ut ipsum ad pacem inflecteret, promisisse Cyrillum cogere ad anathematizanda sua Capitula, a qui-



riisse, & quam anno sequenti recitat Baronius non esse responsum ad illam, quam hic refert.

NOTÆ [1] QUum hæc epistola præcesserit concionem quam Cyrillus die XXVIII. *mensis Pharmuti*, hoc est die XXIII. Aprilis, confirmata jam pace, ad populum habuit, itus, ac reditus, quibus ad pacem perventum est, non permittunt, ut hoc citius anno 433. contigerit. Quare Baronii sententia, quod hæc epistola scripta sit e concilio quod Joannes post acceptam Theodosii sacram Antiochiæ habuit, & quod eandem Cyrilli datam neget, non probatur Constantio in Monito prævio ad hanc epistolam pag. 1239.

rent Catholicæ fidei confessionem, qua sua capitula tamquam erronea condemnaret. Cum ergo his se minime consensurum idem Cyrillus suis litteris declarasset: tunc illud iidem Syri Episcopi consilium inierunt, ut Paulum Episcopum Emesenum legatum Alexandriam mitterent ad Cyrillum, qui si posset, ab eo quod petitum antea fuerat, extorqueret; sin minus Cyrillus acquiescere vellet, tunc de damnatione Nestorii, & ejus hæresis scriptas litteras ei redderet: hæc quidem omnia testatur ipse S. Cyrillus in epistola his diebus data (*a*) ad S. Acacium Melitenum Armeniæ Episcopum, strenuum (ut dictum est anno superiori) Catholicæ fidei pugilem.

Paulus Episcopus Emesenus mittitur ad Cyrillum.

(*a*) *Apud Conc. Eph. edit. Pelt. tom. 5. c. 7.*

LVIII. Cum autem Paulus Cyrillum convenisset, multis eum persuadere conatus est, sua damnare capitula; & inter alia hoc usus est argumento: *Si scriptis a Magno Athanasio stare vellet*, Cumque se ab ejus doctrina numquam recessurum fore ille spopondisset: protulit Paulus Athanasii epistolam ad Epictetum, qua videbatur Cyrillus convinci posse. Sed eam ab hæreticis fuisse depravatam, habita collatione cum originali scripto, quod asservabatur in archivo Alexandrino, facile percognitum fuit: unde Paulus spe illa omnino frustratus est: hæc quidem Cyrillus ipse testatur in dicta epistola ad Acacium Melitenum. Cum igitur nulla spes Paulo reliqua esset, ut in suam sententiam Cyrillum perduceret: tunc protulit litteras Joannis Antiocheni, & collegarum ejus, quibus pax omnino conciliari posset: ipsæ autem sic se habent (*b*):

(*b*) *Apud Act. Eph. edit. Pelt. to. 5. c. 5. item apud Cyril. ep. 38. ad Dynatum sit mentio ejusdem.*

LIX. Epistola Jo. Antiocheni ad Cyrillum Alexandr. pro pace.

*Religiosissimorum Imperatorum nostrorum edicto, Deo dilectissimorum Episcoporum Synodus ad Ephesiorum metropolim, cum Ecclesiasticarum rerum, & controversiarum, tum rectæ quoque fidei causa dudum convenire jussa est. Cum autem ad prædictam Civitatem perveniss-*

*mus, ac citra mutuum colloquium inde rursus abiissemus (nullum autem est opere pretium, pacis tempore, neglecti colloquii causas inquirere) accidit, ut Ecclesiæ in graves discordias inciderent. Quando omnes ergo id maxime curare oportet, ut omni animorum dissensione, contentioneque e medio sublata, Christi Ecclesiæ denuo consocientur; ipsique religiosissimi ac Christi amantissimi Reges, hoc ipsum ut fiat, serio mandent; ejusque rei gratia dominum meum præclarissimum, apprimeque conspicuum Tribunum Aristolaum huc amaadarint, ac graves præterea una cum illo litteras miserint, quæ quamprimum nos convenire jubent, quo scandala omnia e medio tollantur, omnisque perturbatio, & offensio consopiatur.*

LX. *Nos piis illorum litteris morem gerere volentes, recta mox dominum nostrum, Deo per omnia dilectissimum & sanctissimum Episcopum Paulum ad sanctitatem tuam mittendum duximus: quod consilium sanctissimo piissimoque patri nostro Acacio, cæterisque qui nobiscum erant, Deo dilectissimis Episcopis probatus fuit. Fecimus hoc autem majoris securitatis compendiique causa; eo nimirum, quod alia commodiori ratione quæ a religiosissimis Imperatoribus nostris sancita sunt, perficere, nobis in unum convenientibus, integrum non fuerit. Mandavimus autem illi, ut personam nostram sustinemus pro nobis ea tractet, unaque vobiscum constituat, quæ ad pacem faciunt: id quod hujus legationis præcipuum caput est: simulque pietati tuæ exhibeat expositionem de Domini nostri Jesu Christi incarnatione concorditer a nobis editam; quam proinde pietati tuæ per prædictum piissimum virum misimus.*

LXI. *De Virgine itaque Deipara quomodo sentiamus & loquamur, deque unigeniti Filii Dei incarnatione, dicemus breviter, non ut iis aliquid add amus, quæ ab ini-*

PAGIUS a quibus adeo alienus erat *Alexander*, ut fine hoc anathemate nequidem pacis nomen audire vellet. Hinc *Alexander* respondet, hanc executionem jam esse seram, imo & ridiculam; cum *Cyrillus Nestorium* propter contrarium Capitulis dogma condemnasset ut hæreticum, ridetque *Theodoretum*, quod crederet, *Cyrillum* esse correctum. Secundo discimus, quædam acta ac decreta Antiochenæ Synodi. Dicit enim *Alexander*, in ea statutum fuisse, ut pax admitteretur, dummodo Cyrillus sua Capitula repudiaret. Quare ista Synodus a prioribus actis plurimum recessit; ipse enim cum cæteris factiosis Legatis *Joannes Antiochenus* Chalcedone, etiam coram ipso Principe frequenter jurarat, *Cyrillum* a se tractandum uti hæresiarchum; ideoque etiam si sua anathematizaret Capitula, non recipiendum, nisi in laicam communionem. Hic vero parati sunt ipsum recipere ut Episcopum. Secundo, *Alexander* affirmat, Antiochenam Synodum solum istud anathema a Cyrillo exegisse; de *Nestorii* vero damnatione nullam fecisse mentionem. Hæc Lupus in Notis ad eam Epistolam, qui ex variis aliis ejusdem Synodici hanc Synodum Antiochenam pluribus hactenus ignoratis, in quibus immorari non possumus, illustrat.

XIII. *Confessio fidei non a Joanne sed a Cyrillo edita.*

Orientales, cum cernerent omnes suas machinas infringi, paruerunt tandem Imperatoris jussis, impetraruntque a *Cyrillo* omnino in pacem propenso, ut pars quælibet fidei suæ expositionem scripto daret, & de duodecim capitulis fileretur. Itaque Joannes *Paulum Emesenum* Alexandriam misit cum litteris ad Cyrillum, recitatis a Baronio num. LIX. & seqq. Continent illæ professionem fidei, quam etiam sanctus Cyrillus inseruit suis ad Joannem literis, quarum initium, *Lætentur Cœli*, ut videre est apud Baronium num. LXXVIII. Porro ea Confessio, non a Cyrillo, ut vult Baronius num. LXIII.



Fidei Catholicæ professio missa ad Cyrillum a Joanne.

*initio ex divinis litteris, sanctorumque Patrum traditione hausimus, sed ut fidei nostræ rationem reddamus. Dicemus autem, nihil omnino (ut modo ajebamus) fidei in Nicæa a sanctis Patribus expositæ adjicientes. Illa namque (ut alibi a nobis indicatum est) ad omnem pietatis cognitionem, omnisque hæreticæ pravitatis depulsionem abunde sat est. Sed nec illa quoque quæ captum nostrum excedunt, temere hic ingeremus, sed propriæ infirmitatis confessione excludentes eos qui adoriri nos velint in his, in quibus consideramus, quæ supra humanum captum sunt. Habet vero nostra expositio in hunc modum:*

LXII. De Maria Deipara, & de duabus in Christo naturis.

*Confitemur Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei Filium esse, Deum perfectum & hominem perfectum ex anima rationis compote & corpore constitutum: Ante sæcula quidem ex patre secundum divinitatem genitum, postremis vero temporibus eumdem ipsum propter nos & propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem natum: Eumdem Patri consubstantialem secundum divinitatem, nobis, item coessentialem secundum humanitatem: si quidem naturarum facta est unio; quo sit, ut unum Christum, unum Filium, unum Dominum confiteamur; & secundum hunc inconfuse unitatis intellectum, sanctam Virginem Deiparam esse profitemur; propterea quod Deus Verbum ex ipsa conceptum, & incarnatum & homo factum est, templum que ex illa sumptum sibi unierit.*

LXIII. Nestorii, & ejus hæresis damnatio rata habetur.

*Ad Evangelicas porro, Apostolicasque de Domino voces quod attinet; scimus graves Theologos alias quidem tamquam ad unam personam pertinentes promiscue accipere, alias vero propter naturarum diversitatem divisim usurpare; & alias quidem, utpote illas quæ in divinitatem conveniunt, ad Christi divinitatem; alias vero, nempe humiles, ad ejusdem humanitatem referre solere. Hoc facto fundamento, placuit nobis; quo omnis tollatur contentio, universalisque sanctis Dei Ecclesiis per Orbem sparsis pax reddatur; necnon scandala omnia, quæ exorta videntur, de medio tollantur; Nestorium quondam Constantinopolitanum Episcopum pro depositio habere; tum profanas illius, pravasque vocum novitates anathematizare: propterea quod Ecclesiæ Dei, quæ apud nos sunt, rectam sanamque fidem obtineant, illamque custodiant, ac populis (quemadmodum, & vestra quoque sanctitas facit) fideliter tradant. Consentimus nihilominus & in ordinationem quoque sanctissimi piissimique Maximiani sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopi. Et communicamus tandem universis orbis terræ religiosissimis Episcopis rectam inculpatamque fidem habentibus & retinentibus. Vale domine piissime, fraterque sincerissime mihi dilecte: ac pro nobis orare perge.* Hactenus epistola Joannis Antiocheni & sociorum ad Cyrillum Alexandrinum. Scriptas easdem litteras ad Sixtum Romanum Pontificem, necnon ad Maximianum Episcopum Constantinopolitanum tradit ipse Cyrillus in epistola ad Dynatum, qua & nonnulla secretiora inter ipsos fuisse transacta docet, nimirum fidei confessionem, quam Joannes & Orientales professi sunt, præmissam antea ad illos fuisse ab ipso Cyrillo. Reddenda hic est igitur ipsa Cyrilli ad Dynatum (*a*) epistola, quæ exactam totius rei gestæ seriem pandit, nec apud alios ita facile est inveniri:

(*a*) *Cyrill. ep. 38.*

LXIV. Cyrilli epistola ad Dynatum.

*Pietati tuæ, quæ pacem Ecclesiarum, quam sectatur, concernunt, significanda duxi. Antiochiam itaque dominus meus celeberrimus Tribunus & Notarius Aristolaus venit afferens secum regias litteras, quæ religiosissimo Antiochenæ Ecclesiæ Episcopo Joanni mandarunt, ut scelesta Nestorii dogmata anathematizaret, & depositionem ejus pro conformitate sanctæ Synodi decerneret, & ita communionem a nobis quæreret. Et hæc quidem continebant illæ litteræ. Cæterum quidam ex Orientalibus Episcopis, qui forte Nestorium nondum condemnarunt, & illis patrocinantur, qui rectam nostram fidem solicitant, & gloriam omnium Salvatoris nostri adorantibus haud mediocriter infidiati sunt, ut pientissimus ac Sanctissimus Acacius Beræensis Episcopus adme scriberet, curaruntquamquam ita tamquam ipsi quæ scripsit, a me*

PAGIUS LXIII. sed a Joanne Antiocheno & Orientalibus ad Cyrillum missa, ab hoc vero suis ad Joannem literis citatis inserta, ut patet legenti integram Epistolam Tom. III. Concil. pag. 1105. in quibus ait Cyrillus: *quod Ecclesiarum dissensio superflua prorsus & citra ullam justam causam acciderit, id ex charta quam Dominus meus religiosissimus Episcopus Paulus nunc attulit, evidenter cognovimus, quæ irreprehensibilem continet fidei confessionem; eamque cum a tua Sanctitate, tum a cæteris quoque religiosissimis Episcopis qui illic degunt, compositam asserebat: quam etiam ad verbum huic nostræ Epistolæ inserere placuit. Habet autem in hunc modum: De Virgine autem Dei Genitrice quomodo sentiamus*, & cætera a Baronio num. LXI. & seqq. recitata. Idem testantur Liberatus cap. 8. & Evagrius lib. 1. cap. 6. Nec Cyrillus in Epistola ad Donatum a Baronio num. LXIV. & seqq. relata contrarium insinuat, ut Baronius num. LXIII. arbitratur. Baluzius in nova Collect. Concil. pag. 590. recitat Epistolam Joannis Antiocheni ad Cyrillum de pace, in qua Joannes asserit, se confessionem illam fidei fecisse, & Epistolam Cyrilli ad Joannem, in qua ait, se a Paulo Episcopo accepisse compositam a Joanne & aliis Episcopis fidei Professionem.

Hæc

*me petant; nempe opus esset, ut quæ contra Nestorium a nobis sunt scripta, deleantur, & tanquam irrita abiciantur omnia, & pacifcamur in solo fidei symbolo a sanctis Patribus Nicææ determinatæ. Novit autem sanctitas tua, quod tales olim ipsorum in Nicæna Synodo positiones fuerint.*

LXV. *Ego vero ad ista rescripsi, petere eos impossibilia; eo quod quæ scripsimus, recte scripserimus, rectæ & inculpatæ fidei patrocinantes; nec quicquam omnino scriptorum nostrorum negaturi simus: neque enim aliquid (sicut dicunt) temere esse dictum, sed ubique nos rectitudini fidei adhærere, & veritatis virtuti consentire: oportere magis eos talibus ambagibus ac dilationibus non uti, neque extra ea quæ necessaria sunt elabi, sed secundum id quod ipsi pientissimo ac Deo dilectissimo Regi & sanctæ Synodo rectum videtur, nimirum Nestori nugas & blasphemias contra Christum factas anathematizare, depositionemque illius confiteri, ac ordinationi sanctissimi ac pientissimi Episcopi Maximiani consentire.*

LXVI. Res gestæ Cyrilli cum Paulo Emesseno. *Cum istas itaque litteras ad eos misissem; considerarentque fieri non posse, ut communionem reciperent, nisi ad finem, quæ ipsis facienda erant, perductis: miserunt Alexandriam religiosissimum ac pientissimum Paulum Emesenum Episcopum afferentem quidem ad me communionem concernentia, verum talia, quæ non admodum decentia quædam narrarent: nam & querimonias habere se simulabant, tamquam in sancta Synodo quædam non sint recte dicta & facta. Et hujusmodi quidem epistolas non acceptavi, sed respondi: Quomodo qui præteritorum gestorum gratia veniam petere debeant, jam denuo injuriam nobis inferunt? Cum autem ista memoratus pientissimus Episcopus excusaret, juramentoque affirmaret, non esse hunc illorum scopum, sed magis simplici eos animo ista scripsisse: dilectionis gratia & hoc accepi: verum ad Synaxim eum non admisi, nisi ubi dato primum libello, Nestorii dogmata scripto anathematizavit, proque depositio illum habere se confessus est, & ordinationi religiosissimi & pientissimi Maximiani Episcopi consensit.*

LXVII. *Petiit autem, ut istis a se loco omnium qui per Orientem sunt, pientissimorum Episcoporum receptis libellis, nihil exigerem amplius. Verum nullo modo acquievi, sed domino meo celeberrimo Tribuno ac Notario chartam misi & exhibui, significans ei, si pientissimus Joannes Antiochenus Episcopus illi subscripserit, tum demum communionem illis esse reddendam. Cunctationem autem eorum celeberrimus Tribunus & Notarius Aristolaus moleste tulit. Cum itaque pientissimus Episcopus Joannes subscripsisset, & qui cum eo erant Nestorii dogmata manifestius anathematizassent, confessique essent illum se pro deposito habere, & ordinationi religiosissimi ac pientissimi Maximiani Episcopi consensissent, communionem illis reddidimus: hæc namque illis & Ephesi a S. Synodo proponebantur. Notum & illud sit sanctitati tuæ: Instabat initio religiosissimus ac pientissimus Episcopus Paulus, depositorum (Elladii dico & Eutherii & Emerii & Dorotheï) gratia obsecrans, ac petens, ut quæ contra eos decreta sunt, abrogarentur; contendensque fieri non posse, ut pax Ecclesiarum ad finem deducatur, nisi etiam hæc particula addatur. Ego vero respondebam, rem eum conari impossibilem, neque umquam nos hoc permissuros. Scripserunt autem eamdem epistolam quam miserunt & ad me, & reliquos pientissimos & sanctissimos Episcopos, & ad Sixtum magnæ Romæ Episcopum, & ad sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopum Maximianum.* Hæc Cyrillus: sunt autem hæ litteræ Joannis nuper recitatæ.

LXVIII. Pax inter Joannem, & Cyrillum, & alios omnes. Has quidem ubi accepit Paulus Episcopus Emesenus legatus, expertusque esset Cyrilli constantiam, nullo umquam pacto fore impertiendam ab illo Joanni & collegis ejus communicationem absque illarum litterarum publicatione; facere id minime prætermisit. Sicque editis nuper recitatis litteris Joannis de pace firmanda, una cum veræ fidei confessione atque damnatione Nestorii, Cyrillus ea cuncta cognoscens probavit: quod quidem etiam ex ejusdem Pauli scriptis apparet. (*a*) Sic igitur absque capitulorum suorum damnatione cuncta arbitrio Cyrilli gesta sunt: quod & recitata nuper scripta testantur.

(*a*) *Apud Act. Eph. tom. 5. c. 4.*

Ex

PAGIUS XIV. *Confessio fidei anno superiori a Theodoreto composita fuerat.* Hæc Cyrilli Epistola ea est, quæ his verbis exorditur: *Lætentur Cæli & exultet terra.* De utraque mentionem facit *Alexander* Metropolita Hieropolitanus in Epistola ad Theodoretum, quæ extat cap. 96. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, & quod hactenus omnes latuerat, in lucem profert, Theodoretum sc. primarium auctorem fuisse laudatæ Confessionis fidei a Joanne ad Cyrillum missæ: *In Novella namque*, inquit, *Epistola* (a Joanne scilicet ad Cyrillum data), *diem transcurrissem totam partem, quæ etiam Cyrilli jacet in literis, & contulissem ad eam, quæ tunc a vestra Religiositate conscripta est, reperi quia neque initia, neque fines illius ipsius Epistolæ* (nempe a Theodoreto scriptæ), *posuerunt hi, qui ad Ægyptum directi sunt*, anno scilicet CCCCXXXI. cum Joannes Comes sacrarum largitionum missus est ab Imperatore ad utramque partem Synodi Ephesinæ Episcoporum, ut eos ad pacem perduceret. Tunc enim Episcopi qui cum Joanne Antiocheno erant, per eumdem Joannem Comitem Relationem ad Theodosium Imp. misere. Hoc discimus ex Auctore Synodici cap. XVII. ubi eam refert, & in epigraphe ait: *Epi-*



LXIX. Ex his autem qui faverant Nestorio, spargebant in vulgus, Cyrillum in omnibus consensisse Joanni, atque damnasse priorem sententiam. Theodoretus enim Cyrillo in eam usque diem infensissimus adversarius, in epistola ad Domnum Episcopum Antiochenum (*a*) hæc de his habet: *Nec antea* (inquit) *communicavimus Cyrillo, qui illa capitula scripserat, quousque doctrinam & professionem fidei edidit consona iis quæ a nobis dicta sunt, nulla de illis capitulis facta mentione.* Hæc ipse, & quidem modo modestius, quam alii jactantes sua ab ipso Cyrillo fuisse damnata capitula; cum de illis ab ipso nullam esse habitam mentionem, Theodoretus affirmet, nec quidem mendaciter. Sed quid insuper falso adjectum est? Quod enim nuper ex S. Cyrilli scriptis audisti, Ipsum Cyrillum numquam impertire voluisse communionem Joanni Antiocheno fautori Nestorii, nisi prius fidei Catholicæ professionem Alexandriam mitteret secundum datum ad hoc ab ipso Alexandria Antiochiam prototypum, ex quo mittendam Antiochia fidei professionem Joannes exscriberet: ex hoc ipso iidem Syriæ Episcopi arripuerunt occasionem dicendi, a Cyrillo, ut reciperetur a Joanne, fuisse missam fidei Catholicæ confessionem, qua & visus esset, sua se scripta damnasse capitula, quod nulla de ipsis in ea ab ipso mentio facta esset. Vides schismaticorum versutias, sentis ex veritate comparata ad fallendum mendacia, dum veluti manu volubili inversa alea, instar præstigiatorum, iidem spectantium fallentes oculos, Cyrillum ex actore in reum, & Joannem ex reo suo voluntatis arbitrio in actorem prodigiose transformant.

(*a*) *Theod. ep. 112.*

LXX. Ejusmodi plane portentorum fabricator, & præstigiarum concinnator est ille nequam pater mendacii nominatus, sub quo ad tempus ita radii Solis esse dicuntur (*b*), dum suo nitore coruscam occultare & comprimere nititur veritatem; de quo merito & propheticum illud asseritur (*c*): *Protegunt umbræ umbram ejus*: cum videlicet filii tenebrarum conspirant, & præsto sunt in omnibus ipsi principi tenebrarum, dum quæ ille suadet, ingeritque mendacia, isti ipsa comparatis undique fallaciis ornant, pingunt, atque compingunt. Hæc quidem peregregie præstitisse Nestorianos, tum quæ superius de iis dicta sunt, tum quæ dicentur, perspicue demonstrabunt. Nam præter alios qui stabant a parte Nestorii, etiam ipse Theodoretus iisdem aggressus est Cyrillum urgere calumniis, nempe ab ipso sua fuisse damnata capitula. Ita quidem ille interpretatus esse videtur dictam fidei regulam a S. Cyrillo missam, ut ipsius perbrevis epistola declarat scripta eodem tempore ad Joannem Antiochenum Episcopum, quæ recitatur in Quinta Synodo, collatione quinta ad finem: reddemus nos eam inferius.

(*b*) *Job. 41.*

(*c*) *Job. 40.*

LXXI. Qui insuper cupit Nestorianorum videre strophas, legat epistolam quæ fertur Ibæ ad Marin Persam, quam habent Acta (*d*) Concilii Chalcedonensis: in qua videre est Nestorianum hominem exultantem & insultantem, tanquam sibi causa esset adjudicata, & jactantem Cyrillum pœnitentem tandem recantasse palinodiam, atque Joanni in omnibus consensisse. His ergo permoti complures haud inferioris ordinis viri scandalum passi sunt, & ad Cyrillum de his scripsere (ut vidimus) litteras acerbiores. Auctor enim qui fertur nomine Ibæ (quisquis ille fuerit) eamdem circularem epistolam per provincias legendam misit pro solatio suorum & ignominia Catholicorum. Cæterum (ut publica Acta testantur *e*) producta in Concilium epistola illa, non esse Ibæ comperta, sicque ea damnata, absolutus est Iba. Sed de his inferius: jam vero ad res inter Cyrillum Paulumque transactas redeamus.

(*d*) *Concil. Chalcedon. Act. 10.* De epistola Ibæ.

(*e*) *Conc. Chalced. Act. 10. & Conc. Nic. 2. Act. 6.*

His igitur ex Cyrilli sententia omnibus probe confectis, cum sic mutuo in unam eamdemque fidem Catholicam concordare simul & consentire ambæ partes repertæ sunt, inita est simul cum pace communio, perfectaque unitas sancita fœdere sacramentorum. Etenim qui pro Orientalibus legatione fungebatur Paulus, in ecclesiam ad Synaxim a S. Cyrillo introductus est, datumque, ei etiam habere sermonem ad populum, qui summo exceptus est plausu: sed hæc postea, immo ad finem anni hujus contigisse probantur ex iis quæ inferius dicturi sumus: perducta namque fuisse constat usque ad anni finem hæc anni hujus exordio cœpta negotia.

LXXII. Paulus Episcopus Emesenus concionatur.

Jam

PAGIUS *pistola Joannis Antiocheni Episcopi & Synodi* (partis sc. Synodi Ephesinæ, quæ Joanni adhærebat, non vero Synodi Antiochenæ, cujus meminit Liberatus cap. 8. de qua supra egimus, ut perperam Baluzius in Notis explicat) *qua cum eo convenit ad Imp. Theodosium, quam direxerunt per eumdem Joannem Comitem* (anno sc. superiori) *in qua etiam Catholicæ fidei illa confessio continetur, quam postea* (nempe hoc anno) *Cyrillus Alexandrinus Episcopus per pacificam laudavit Epistolam* (cujus sc. initium, *Lætentur Cæli*, ut recte Baluzius observat), *scribens eidem Joanni Antiocheno Præsuli per legatum pacis Paulum Emesenum Episcopum.* Cum enim anno superiori Joannes Antiochenus & ejusdem factionis Episcopi viderent Imperatorem ad pacem omnino propensum, laudatam Relationem ad eum misere, in qua asserunt, se Confessionem fidei Nicænæ ad Episcopos, qui ab ipsis discesserant, se se misisse, sed eos flectere non potuisse. Et

quia

LXXIII. Jam vero e tristibus aliquantulum emergat oratio, & quæ in his conflictationibus mœrens diutius versata est, in lætis exultet; & tamquam in deliciarum campo latius spatietur. Dum autem hæc agerentur, incidit natalis dies S. Joannis Baptistæ, quo Cyrillus in ecclesia perbrevem hujusmodi habuit concionem, cujus titulus ad temporis rationem plurimum confert, qui sic se habet:

(a) Ex cod. Anton. Augustini. *Homilia (a) Cyrilli Episcopi dicta in Nativitate Ioannis Baptistæ, Pharmuti vigesimaoctava, Indictione prima:* est hæc ipsa apud Romanos mensis Aprilis dies vigesimanona. Diverse plane a communi ordine solitos Ægyptios celebrare festos dies ab aliis, diximus primo tomo Annalium. Sed hæc Cyrillus ad populum:

LXXIV. *Eos qui pietate firmi sunt, & sacrorum dogmatum certissimam & ornatam habent fidem, terram uberem Propheta nominat dicens: Et eritis vos terra pinguis, dicit Dominus omnipotens; & benedicent vobis omnes gentes: Terram vero uberem esse dicit, pro, fœcundissimam & fructiferam, & fructuum domesticorum matrem atque nutricem. Hujusmodi autem est omnis Deo amabilis & sancta anima, cultorem veluti quemdam & seminatorem totius boni sortita Christum, qui etiam sacrorum nobis dogmatum conservat * scientiam. Sed omnium inimicus (hoc est satanas) excitatur per tempora, superseminans tritico maligna zizania. At concordant de cætero per omnem consistentes orbem terrarum Dei cultores Episcopi, rectam & unam confitentes fidem: copulati siquidem sunt nostris Ecclesiis, magis autem totius orbis terrarum etiam apud Orientem constitutis: confessi enim sunt Deo amantissimi Episcopi ibi constituti rectam & sine profanatione fidem. Quæ autem scripsit ad me Deo amantissimus & reverendissimus Episcopus Antiochiæ Joannes, quæ vero ad eumre scripserim, Deo favente, audietis.* Hæc Cyrillus more majorum, quod non consuevissent admitti ad communionem publice excommunicati absque relatione facta ad populum.

* corruscat.

At in litteris ultro citroque datis & in re maximi momenti consultanda integer annus iste esse videtur insumptus antequam Paulus legatus, Orientalium firmata concordia, ad communicationem integram in ecclesia admitteretur. Nam quod ad exactam habendam rationem temporis spectat: cum in antiquis monumentis (b) reperiatur expressum, intromissum Paulum a Cyrillo in ecclesiam habuisse ad populum homiliam de fide Catholica die vigesimonona mensis Chiach; apparet id ab eo factum esse ipsa die Natalis Domini, nempe vigesimaquinta mensis Decembris. Etenim constat, Beda (c) auctore & aliis, Ægyptios inchoare annum a quarto Kalend. Septembris, numerareque per menses dierum triginta curriculo terminatos. Certe quidem ipso die Christi Nativitatis a Paulo habitam esse homiliam illam, ipso ejus exordio declaratur, ubi dicitur (d): *Opportune nobis hodie religionem vestram adhortari datum est, ut sacrum quemdam chorum constituamus, & cum sanctis Angelis exclamemus: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Nam hodie nobis parvulus natus est, &c.* Quod cum ita sit, alterum de duobus dicendum est, vel titulum de certa mensis die esse mendosum, vel Ægypti Ecclesiam usum illum pristinum reliquisse, quo (ut dictum est suo loco) diem Natalem Domini celebrare consuevit sexta Januarii.

(b) Apud Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. tom. 6. c. 13. in tit.

(c) Beda de ratione tempor. c. 9.

(d) Apud Cyrill. homil. 7.

LXXV. Sed redeamus ad Paulum: qui ubi concionem prosecutus, sanctissimam Mariam Deiparam appellasset verbis illis: *Peperit itaque Deipara Emmanuelem:* populus

LXXVI. acclamavit: *Ecce fides eadem est, donum Dei, Cyrille Orthodoxe: hoc audire cupiebamus. Qui non ita loquitur, anathema sit.* Cumque & idem Paulus paulo inferius duas perfectas naturas in Christo uno professus esset, unam scilicet personam affirmans, rursum populus acclamavit: *Recte venisti, Orthodoxe Episcope dignus ad dignum: Christiani dicunt, donum Dei, Cyrille Orthodoxe.* Post hæc autem in eodem perstans argumento Paulus ad finem perducere orationem ob ingruentem multitudinem cogitur: constat id quidem ex eo quod vespere ejus diei rursus in eodem conventu Ecclesiastico Paulus inchoatam manu prosecutus orationem ista præfatur (a): *Nuper apud dilectionem vestram enixius differentes, propter fratrum nostrorum frequentiam, locique angustiam, ante absolutum sermonem suggestum deferre compulsi sumus. At quamvis semel repulsi, age idem certamen denuo tentemus. Strenuus autem vir ille, impigerque palæstræ hujus magister* (nempe Cyrillus) *quod tunc faciebat, etiam nunc faciat: decernat ille certamen. Tunc enim alacri vultu, blandaque arrisione nostro se certamine oblectari, minime obscure indicabat. Tunc, inquam, blande arridens, dexteramque veluti olivæ ramum obtendens, se a nobis stare, puerumque suum superiorem evadere, coronaque redimiri, ac victorem declarari avide se cupere, manifesto declarabat.*

Populus Alexandrinus acclamat Paulo Mariam Deiparam prædicanti.

(a) Apud Ephes. Conc. edit. Pelt. tom. 6. c. 14.

LXXVII. Sed hæc intercipiens verba populus acclamavit: *Hoc Dei donum est: Cyrille omnes reddidisti tui similes. Dignus digno conjungitur. Populus tuus dixit: Episcoporum patrem serva Domine. Bene venisti Episcope Orthodoxe, Orbis terrarum doctor. Qui sic credit, diligitur. Magna doctrina, magnus quoque encomiastes. Paulus Episcopus dixit: Redeamus*





*itaque ad Deiparam Mariam & Emmanuelem, &c.* multaque de his locutus, perducens ad finem orationem, contestatus est se ea locutum, quæ S. Athanasius, Theophilus, Cyrillus, immo & antiqui prædecessores Episcopi Alexandrini semper in Ecclesia docuissent. Demum vero finem imponens, populum ad audiendum Cyrillum invitavit. Qui post Paulum suggestum conscendens, perbrevem eodem argumento habuit orationem, qua ea quæ a Paulo fuissent dicta probavit. Sic igitur magna totius Ecclesiæ lætitia, firmata stabilitaque est pax totius Orientalis Ecclesiæ, communicantibus inter se mutuo qui antea a se invicem divisi erant Episcopi: Paulusque re bene confecta, ad Joannem & alios, a quibus missus in Ægyptum legatus fuit, rediit afferens secum Cyrilli litteras ad ipsum Joannem Antiochenum Episcopum, quarum est hujusmodi exordium (b):

(b) Apud Conc. Eph. edit. Pelt. to. 5. c. 6. & apud Cyri. epist. 28.

LXXVIII. De Cyrilli ad Joannem epistola.

*Lætentur cæli & exultet terra: soluta est enim interjacens maceria; quod mœrorem afferebat, conquievit, & omne tandem dissidiorum genus sublatum est, &c.* Subdit de legatione Pauli, deque mutua inita concordia, ubi fidei Ortodoxæ professio ab ipsis per eum missa lecta est, quam hisce suis litteris Cyrillus describsisse voluit, de se vero calumniam suspicionemque omnem auferre, qua hactenus adversariorum scriptis pulsatus esset, eadem cum Apollinare sentire; nam subdit: *Si sanctissimum nostri Salvatoris corpus non ex Virgine natum, sed e cælo allatum asserimus: quomodo poterit illa Deipara (quod prædicamus) esse intelligenda? Quem enim tandem illa peperit, si Emmanuelem secundum carnem vere non peperit? Risu proinde explodendi sunt, qui hujusmodi contra me garriunt.* Ita quidem Cyrillus sugillans Theodoretum & alios, qui adversus duodecim capita



PAGIUS quia Joannes Comes eisdem significaverat, velle Imperatorem, quid *de Sancta & Dei Genitrice Virgine* sentirent, certiorem fieri, miserunt ad eum per eumdem Joannem eam partem Confessionis fidei, quam diximus a Theodoreto fuisse compositam, quamque hoc anno Joannes Antiochenus per Paulum Emesenum ad Cyrillum direxit. Huic Cyrillus subscripsit, & eam suis literis quæ incipiunt, *Lætentur Cæli*, inseruit.

XV. *Via ad pacem sine partium præjudicio faciendam inita.*

Uti enim Joannes *Cyrillum* Apollinarii atque Eunomii, ita hic *Joannem* Nestorii sectatorem asserebat. Quare dum inter utrumque pax est inita, admissa quidem Ephesina fidei definitio, *Nestorii* damnatio, ac *Maximiani* ordinatio, sed neuter voluit errasse in dogmate, sed tantum alterius acta & opinionem non plene intellexisse. Hinc quemadmodum *Cyrillus* sua Capitula anathematizare constantissime detrectavit; ita & *Joannes* in nullo a prioribus suis scriptis recedere voluit. Eamque ob rem ipsam fidei Professionem, quam anno superiori ad Imperatorem misit, intra pacis articulos contineri, & a *Cyrillo* confirmari voluit, ut recte caput istud Synodici exponit Lupus. *Cyrillus* vero propter studium pacis in omnes conditiones consensit, indeque postea Orientales occasionem sumsere spargendi in vulgus mendacii, quasi sua *Capitula* retractasset, & in Orientalium sententiam veniisset. Cæterum licet *Joannes* cum Cyrillo fraudulenter se gesserit, nunquam tamen blasphemiæ *Nestorii* favit, sed tantum ejus personæ, quod cum injuste depositum existimaret. Id certe tradit Sixtus III. in datis post initam pacem literis ad Cyrillum, de quibus anno sequenti agemus; cum in iis scribat: *Non se exuli vestro* (sc. Nestorio, cujus exilii locus erat Monasterium sancti Euprepii) *Frater noster Joannes addiderat, non ejus est blasphemæ prædicatione deceptus. Nam quantum rerum exitus docet, suspendit suam sententiam, non negavit*, idest, suam in Nestorii damnatione sententiam.

PAGIUS XVI. *Pax sub anni finem composita.*

*Paulus Emesenus*, rebus utrimque compositis, non tantum communionem recepit, sed etiam potestatem habendæ ad populum, præsidente *Cyrillo* in magna Ecclesia, homiliæ, die vigesima quinta Decembris, qua Catholice locutus est de Incarnatione Verbi, & Deipara Virgine summo totius populi plausu, ut legere est apud Baronium. Ex quibus liquet, pacem ante currentis anni finem constitutam fuisse. Quoad *Theodoretum*, is licet pacem Ecclesiæ voluisset, quia tamen Nestorium injuste depositum fuisse sibi persuaserat, huic scripsit Epistolam a Baronio num. LXXXI. recitatam, in qua ait: *His quæ contra tuam Venerationem iniuste atque inique patrata sunt, nec si mihi utramque manum quis abscinderet, potero præbere consensum, divina proculdubio mihi cooperante gratia, & infirmitatem animæ sublevante.* Præterea scripsit ad Dorotheum Mœsiæ Metropolitam, Nestorianum pertinacissimum, postea Cæsaream Cappadociæ relegatum, Epistolam cap. CXXXVIII. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, in qua

a se edita conscripsissent. Ad calcem vero hæc de epistola S. Athanasii ad Epictetum ab hæreticis depravat subinfert: *Quia vero didicimus, quosdam Ortodoxam præclarissimi patris nostri Athanasii epistolam, quam ad B. Epictetum scripsit, adulteratam, depravatamque edidisse, multosque graviter hinc lædi: rati hoc utile & salutare fratribus fore, ex vetustis exemplaribus, quæ sincera & incorrupta apud nos extant, transcripta ad sanctitatem tuam misimus.* Hæc Cyrillus, ut omne foramen obstruat, per quod impietas antea irrepsisset. Ista omnia quæ inter Joannem & Cyrillum transacta sunt, in publica relata fuere monumenta, & a pluribus exscripta, quorum exemplar se ad Domnum Antiochenum Episcopum mittere Theodoretus in epistola ad eumdem testatur, ubi ait (*a*): *Misimus etiam exemplar eorum quæ tempore conventionis & pacis scripta sunt, &c.*

(*a*) *Theod. epist.* 122.

LXXIX. Cyrilli capita permanserunt, Theodoreti antitheses abolitæ.

Receptam quidem fuisse Cyrilli epistolam absque etiam duodecim capitum damnatione ab eis itidem qui ea impugnabant, Theodoretus unus ex illis testatur in epistola (ut dictum est) ad Domnum Antiochenum Episcopum Joannis successorem: ubi inferius de alia Cyrilli epistola ad Acacium scripta: *At ipsemet Cyrillus dum scriberet ad beatum Acacium, suam de his capitibus mentem & animum declaravit, cum dixerit se illa scripsisse, ut se obiiceret & opponeret ad illius novitatem & vanitatem, & quod composita pace, erant clara omnia & manifesta.* Hæc ipse: qui tamen adhuc post initam concordiam eadem carpere minime destitit (ut apparet ex dicta data ad Domnum Antistitem Antiochenum epistola) sua vero prædicare ac super extollere. Cæterum cum postea in Quinta (*b*) Synodo res est justiori lance perpensa, ipsius Theororeti scripta adversus S. Cyrillum fuerunt sanctorum Patrum sententia condemnata. Quinetiam & Theodosius Imperator (ut inferius suo loco dicturi sumus) cuncta scripta adversus Cyrillum abolenda penitus esse, sancita lege, mandavit.

(*b*) *Quinta Synodus c.* 13.

LXXX. Theodoretus perstat in amicitia cum Nestorio.

Quod rursum ad Theodoretum spectat: etsi acceperit fidei formulam a S. Cyrillo conscriptam eidemque subscripserit: haud tam cito potuit deseruisse Nestorii amicitiam, quam diutius pluribus coluisset officiis: ad ipsum enim hoc tempore ejusmodi dedit epistolam, quæ hac in scriptione lecta ac scripta fuit in eadem Quinta Synodo œcumenica (*c*):

(*c*) *Quinta Synodus Act.* 5.

*Ejusdem Theodoreti ad Nestorium post unitatem inter Orientales & sanctissimum Cyrillum factam:*

*Domino meo reverendissimo & religiosissimo & sanctissimo patri Episcopo Nestorio Theodoretus in Domino gaudere.*

LXXXI. *Quod non urbana conversatione delector, nec sæculari curatione, nec gloria, nec altis sedibus sum alligatus, arbitror scire tuam sanctitatem: licet enim & nihil aliud, ipsa tamen solitudo civitatis, quam gubernare sortitus sum sufficit hanc me philosophiam docere. Non solum enim solitudinem, sed etiam plurimum habet rerum tumultus, qui possunt facere pigros etiam eos qui valde eis gaudent. Nemo igitur persuadeat tuæ sanctitati, quod ego Episcopalem sedem cupiens, cohibendo oculos meos, tamquam* * *Orthodoxas susceptas Ægyptiacas litteras. Ut enim cum ipsa veritate dicam, sæpius eas perlegi, & subtiliter discussi, & hæreticas illas amaritudine liberatas esse inveni: & timui quandam maculam eis imponere; & certe in odio habens, quam alius quidam, patrem illarum, tamquam auctorem tumultuum existentem orbis terrarum. Et spero nullas pœnas sustinere hujus gratia in die judicii: quoniam intentionem justus Judex exquirit. His vero quæ adversus tuam sanctitatem injuste & contra leges facta sunt, nec si ambas manus meas aliquis incidat, patiar consentire, divina videlicet gratia me adjuvante, & infirmitatem animæ supportante; Et hoc certum etiam exigentibus per litteras feci: direxi vero etiam tuæ sanctitati quæ rescripsimus ad ea quæ scripsit nobis; ut cognoscas, quod nullum nos tempus propter divinam virtutem mutavit, nec multi pedes* * *vel versipelliones docuit, quorum hi quidem petram, illi folia per colorem imitantur. Universam fraternitatem quæ tecum est, in Domino ego, & qui mecum sunt, plurimum salutamus.* Hactenus ad Nestorium Theodoretus. Ad Joannem vero Antiochenum Episcopum perbreviter ista tum scripsit:

* post-quam.

* Polypodes stelliones,

LXXXII. *Quoniam sapienter gubernat Deus, & nostræ providens concordiæ, & populorum procurans salutem, congregare nos in unum præparavit, & consonantes sibi omnium ostendit voluntates. Communiter enim perlegentes Ægyptiacas litteras, & examinantes earum subtiliter sensum, invenimus consonantes dictis a nobis eas quæ inde directæ sunt & palam contrarias duodecim capitulis, quibus usque ad præsens, ut alienis a pietate, repugnantes permansimus. Nam illa quidem habebant, carnaliter carnem factum esse Dei Verbum, & per subsistentiam unitam, & conventum per unitatem naturalem, & Deum Verbum primogenitum factum ex mortuis. Abdicabant vero & vocum divisionem quæ de Domino factæ sunt, & alia vero ad hæc habebant Apostolicis quidem institutis aliena, hæreticorum vero gemina zizaniorum. Quæ vero nunc directæ sunt, Evangelica generositate decorantur.* Hæc ad Joannem Antiochenum Theo-



Theodoretus, quo suam in adversando Cyrillo excuset, seu defendat potius incensam contradicendi libidinem; cum tamen haud diversam vel contrariam a se antea editis capitulis illis duodecim & appositæ ad ipsa defensioni noviissime ediderit fidei professionem, sed in omnibus concinnam & consentientem prioribus suis scriptis. Hoc quidem animo visus est fuisse Theodoretus erga Nestorium etiam post concordiam hoc anno initam; quippe qui recitatis ad eum nuper litteris adeo obstinate professus sit, numquam assensurum sententiæ in illum latæ: sicque certum est ipsum aliquandiu perseveravisse animo subinfenso adversus eumdem Cyrillum, quem nec proprio dignari nomine vides: unde magis intelligere valeas immensum a Deo postea præstitum illi beneficium, cum hujusmodi ipsum involutum densa caligine liberavit.

LXXXIII. Cyrilli mansuetudo commendata.

Quod autem ad sanctum Cyrillum spectat, obstupesco quidem, dum incredibilem & plane incomparabilem animi ejus considero mansuetudinem, atque modestiam cum summa animi summissione conjunctam: quibus quidem omnibus virtutibus, præter innumera illa specimina edita, superius recensita, additamentum modo illud adjecit omni laude dignissimum. Etenim qui tempore perturbationis Ecclesiæ, cum Concilium esset Ephesi congregatum (quod res & persona, quam gerebat, Romani Pontificis id exigeret) firma animi constantia, inflexo robore, erecto sacerdotali vigore adversus Episcopos adversantes, persecutores Comites, & Imperatorem semper stetit & restitit: postea conciliata pace, inita concordia, penitusque fugata discordia, adeo omni officio coluit amicitiam, ut quibus antea adversatus fuerat, se subjecerit, dum quos suorum scriptorum expertus esset calumniosos reprehensores, eosdem ipsorum habere voluit cognitores. Etenim quæ post hæc opera elucubravit, eadem mittere voluit Antiochiam, ab ipso Joanne Episcopo in primis, ac deinde ab aliis sibi subjectis Episcopis cognoscenda. Cur ita sanctus sacerdos? nonnisi ut hujusmodi certis ex fiducia comparatis amicitiæ signis eosdem Syriæ Episcopos in officio arctioribus vinculis contineret.

Cyrillus cognitores suorum scriptorum adhibet adversarios.

Testis quidem horum est ille qui adeo ipsi fuerat adversatus Theodoretus, in epistola ad Dioscorum (*a*), ubi ait:

(*a*) *Theod. epist.* 83.

LXXXIV. *Quod vero beatæ memoriæ Cyrillus sæpius ad nos litteras dedit, tuam sanctitatem aperte scire arbitror: & quando sua opera, quæ contra Julianum scripserat, Antiochiam misit: similiter cum ea quæ ipse de Emisario ediderat, & petiisset a B. Joanne Antiochiæ Episcopo, ut illa ostenderet magistris, qui in Oriente scientia præstarent: beatus ille Joannes Cyrilli litteris obtemperans, libros nobis misit: quos cum legissemus, hominem sumus admirati, & scripsimus ad Cyrillum beatæ memoriæ, qui iterum nobis rescripsit, & nos diligentes ac benevolos suo testimonio decluravit; quæ litteræ apud nos servantur.* Hactenus Theodoretus: qui etsi ante hac visus est privato animi affectu favisse Nestorio; postea tamen æquiori animo fuisse erga Cyrillum, atque tandem vehementius esse adversatum Nestorio, ipse in epistola ad Sporadium data abunde testatur, cujus est exordium (*b*): *Cum universus Orbis jam paulatim rueret, &c.* sed reliquas anni hujus res gestas prosequamur.

(*b*) *Theod. epist.* 1.

LXXXV. Eodem ferme tempore, sequenti nempe anno a Consulatu Antiochi & Bassi (ut ex Socrate (*c*) colligi posse videtur) *Multi Judæi*, inquit, *in Creta insula Christi fidem receperunt, tali calamitate ad eam rem inducti, Judæus quidam veterator se Moysen esse simulavit, deque cælo demissum dixit, uti Judeos qui illam insulam incolebant, per mare in continentem traduceret: se namque eumdem esse qui olim Israelem per mare Rubrum ducens conservasset. Ad annum vero integrum nihil aliud moliebatur, quam ut singulas civitates totius insulæ peragraret, Judæos in illis habitantes ad illud credendum impelleret, hortareturque ut omnes suas divitias & possessiones relinquerent. Nam eos per mare aquis exiccatum in terram promissionis se trajecturum pollicitus est. Illi igitur ejusmodi vana & falsa spe in fraudem illecti, omnia opera quibus uti solebant, deposuerunt, facultates & fortunas neglexerunt, earumque potestatem illis qui eas accipere vellent permiserunt.*

(*c*) *Socr. lib.* 7. *c.* 36. Judæi seduci restipiscunt & credunt.

LXXXVI. *Ubi dies profectioni ab illo veteratore præstituta advenit, ille præcedere, subsequi omnes cum mulieribus & pueris cœperunt. Eos ergo ad promontorium mari imminens deducit: ex eo in mare se præcipitare jubet. Proinde qui primi ad præcipitium accesserant, ita faciunt; & nisi divina Providentia illis prospectum fuisset, multo plures interiissent. Nam forte fortuna aderant Christiani, quorum alii piscatores, alii mercatores fuerunt. Hi nonnullos eorum aqua prope suffocatos (qui jam tum in calamitate constituti suam amentiam agnoscere cœperunt) extrahentes conservarunt: alios, ne se in mare dejicerent, prohibuerunt, exitio eorum qui ante se præcipites dedissent, commonstrato: Judæi tum fraude patefacta, cum temerariam ipsorum credulitatem incusarunt, tum Pseudomoysen illum occidere contenderunt. At eum nullo modo comprehendere poterant: quippe clam se ex eorum aspectu subduxe-*

*vat. Unde nonnullorum animo insedit opinio, eum exitialem dæmonem fuisse, qui in ipsorum gentis perniciem hominis speciem induisset. Quocirca multi Judæi in Creta ea clade impulsi, Judaismo derelicto, ad fidem Christi se transtulerunt.* Hucusque Socrates: habet eadem Paulus (*a*) diaconus ex Theophane, & Nicephorus (*b*), qui hæc ad tempora Procli Attici successoris refert: sed præstat auscultare Socratem, qui res sui temporis scribebat.

(*a*) Paul. diac. Miscel. lib. 14. (*b*) Nic. ep. lib. 14. c. 40.

LXXXVII. Quod ad res spectat Occidentales; hoc eodem anno sanctus Britius Turonensis Episcopus oppressus adversariorum calumniis, ad Romanæ sedis Pontificem a sede pulsus appellat, a quo in sedem suam restituitur. Sane quidem appellare consuevisse Gallicanos Episcopos quam frequentissime ad Apostolicam sedem, sanctus Leo in epistola ad Episcopos provinciæ Viennensis docet his verbis (*c*): *Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat, Apostolicam sedem pro sui reverentia a vestræ etiam provinciæ sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, & pro diversarum (quemadmodum vetus consuetudo poscebat) appellatione causarum; aut retractata, aut confirmata fuisse judicia.* Hæc & alia sanctus Leo. Sed quod ad Britii causam, audiamus Gregorium (*d*) ejusdem Ecclesiæ Antistitem rem gestam ita describentem:

(*c*) Leo ep. 89.

(*d*) Greg. Turon. de Gest. Franc. lib. 2. c. 1. & li. 10. c. 31.

LXXXVIII. *Trigesimotertio ordinationis ejus anno oritur contra eum lamentabilis causa pro crimine. Nam mulier ad quam cubicularii ejus vestimenta deferre solebant ad abluendum, quæ sub specie religionis erat veste mutata, concepit & peperit. Qua de re surrexit omnis populus in iram, & tantum crimen super Episcopum referunt, volentes eum unanimiter lapidare: dicebant enim: Diu pietas sancti tua celavit luxuriam, nec Deus non diutius sinet manus tuas indignas osculando pollui. Ipso quoque e contrario virtiter hoc negante: Afferte (inquit) infantem ad me. Cumque oblatus fuisset infans triginta dies ab ortu habens, ait ad eum Episcopus: Adjuro te per Jesum Christum Filium Dei omnipotentis, ut si ego te generavi, coram cunctis edicas. Et ille: Non es (inquit) tu pater meus. Populis autem rogantibus, ut quis esset pater, interrogaret: ait sacerdos: Non est hoc meum: quod ad me pertinet, solicitus fui: vobis autem si aliquid suppetit, per vos quærite. Tunc illi magicis hæc artibus facta asseverantes, insurgunt contra eum mutua conspiratione, & trahentes eum dicebant: Non diutius nobis falso pastoris nomine dominaberis. Ille autem, ad satisfaciendum adhuc populo, prunas ardentes in byrrum suum posuit, & ad se stringens usque ad sepulcrum beati Martini una cum populorum turba accedit: projectisque ante sepulcrum prunis, vestimentum suum inustum apparuit, illo quoque sic prosequente: Sicut istud vestimentum ab his ignibus videtur illæsum, ita & corpus meum a mulierum coitu est impollutum.*

*Illis vero non credentibus, sed contradicentibus, trahitur, calumniatur, eiicitur: ut sermo sancti Martini adimpleretur, quo dixerat: Noveris te in Episcopatu multa adversa passurum. Hoc enim ejecto, Justinianum Episcopum constituunt. Denique Britius Romanæ urbi Papam expetiit, flens & ejulans, atque dicens: Merito hæc patior, quia peccavi in sanctum Dei, & eum delirum & amentem sæpe vocavi, cujus videns virtutes non credidi. Post cujus abscessum ajunt Turonici sacerdoti suo: Vade post eum, & exerce negotium tuum. Justinianus vero egressus a Turonis, Vercellus Italiæ civi-*

LXXXIX.

PAGIUS XVII. *S. Briccius in Episcopatum Turonensem restitutus.*

A num. LXXXVII. ad XC. Baronius refert ex Turonensi lib. 2. cap. 1. & lib. 10. cap. 31. sanctum *Briccium* Episcopum Turonensem sancti Martini successorem tricesimotertio ordinationis ejus anno de adulterio injuste a Turonensibus accusatum fuisse & ab his *Justinianum* in ejus locum subrogatum. *Briccius Romanæ urbis Papam expetiit.* Justinianus autem post eum abiens, apud Urbem Vercellensem obiit. Turonici iterum *Armentium* statuerunt. At Briccius Romam veniens, *cuncta quæ pertulerat Papæ refert. Septimo igitur regressus anno a Roma, cum auctoritate Papæ illius, Turonos redire disponit: & veniens ad vicum, cujus nomen est Laudiacum, sexto ab Urbe milliario mansionem accepit.* Armentio mortuo, cum mors ejus Briccio revelata fuisset, is *in Cathedram suam regressus est, septem postea feliciter vivens annos.* Ita summatim ex Turonensi. Verum hæc ad præsentem annum non pertinent. Turonensis enim, qui modo scribit, sanctum Martinum anno CCCXCVII. ad Deum migrasse, & modo aliam opinionem sequens mortem ejus cum anno quadringentesimo copulat, successionem *Briccii*, & sequentium Episcoporum Turonensium semper deducit ab anno CCCXCVII. ut in Differt. de Anno & Die mortis sancti Martini ostendi. Quare calumnia illa *Briccio* impacta anno CDXXX. qui XXXIII. erat ordinationis ejus, Romamque venit Cælestino sedente, sed a Sixto III. ejus successore in Sedem restitutus est anno CDXXXVII. anno nempe septimo ab ejus Romam adventu. Cum enim *Briccius* ultra annum CDXLIV. in vivis non fuerit, & septem post restitutionem annos Sedem occuparit, ejus in eam restitutio ab anno circiter CDXXXVII. removeri non potest. Baronius ait, „ ubi *Laudiacum* dicitur, *restitue Langiacum*. Est oppi„ dum sex millibus Gallicanis distans ab ipsa „ Turonensi civitate, situm ad flumen Ligeris „ quod vulgo vocatur *Langey*. Ita Cardinalis doctissimus. Verum Gregori locus purus est; *Laudiacum* enim ad Ligerim, Gallice *Mont-Louis* sex milliaribus distat ab Urbe Turonensi, dicturque *Mons Laudiacus* a situ ubi ait Gregorius sanctum Perpetuum Episcopum Turonensem



*vitatem ingressus judicio Dei percussus, obiit peregrinus. Turonici ejus obitum audientes, & in sua malitia perdurantes, Armentium in locum ejus constituunt. At Britius Episcopus Romam veniens, cuncta quæ pertulerat, Papæ refert: qui ad sedem Apostolicam residens, & plerumque Missarum solemnia celebrans, inibi, quicquid in sanctum virum deliquerat, deflendo diluit. Septimo igitur regressus anno a Roma cum auctoritate Papæ illius Turonos redire disponit: & veniens ad vicum, cujus est nomen Laudiacum, sexto ab urbe milliario, mansionem accipit. Armentius vero febre corripitur, & media nocte spiritum exhalavit: quod protinus Britio Episcopo per visum revelatum est, qui ait suis: Surgite velocius, ut ad tumulandum fratrem nostrum Turonicum Pontificem occurramus. Cumque illi venientes portam civitatis ingrederentur, ecce istum per aliam portam mortuum eferebant. Quo sepulto, Britius in cathedram suam regressus est, septem postea feliciter vivens annos.* Hucusque Gregorius. Sed ubi *Laudiacum* dicitur restitue, *Langiacum*; est oppidum sex millibus Gallicanis distans ab ipsa Turonensi civitate, situm ad flumen Ligeris, quod vulgo vocatur *Langey*.

XC. *His item Consulibus* (inquit Prosper) (*a*) *totius orbis pace & consensione mirabili, Bonifacius* (*de quo sæpe superius*) *ab Africa ad Italiam pervenit & Urbem, accepta Magistri militum dignitate: qui cum resistentem Ætium prælio superasset, paucos post dies morbo extinctus est. Ætius vero, cum deposita potestate in agro suo degeret: ibi cum quidam inimicus ejus opprimere eum tentasset, profugus ad Urbem, & illic in Dalmatiam, deinde ad Hunnos in Pannoniam pervenit; quorum amicitia auxilioque usus, pacem Principum interpellatæ potestatis obtinuit.* Hæc Prosper. Apud Paulum (*b*) diaconum singulari certamine a Bonifacio legitur victus Ætius: Marcellinus (*c*) autem vulnere ab Ætio inflicto periisse Bonifacium, narrat.

(*a*) Prosp. in Chr.

(*b*) Paul. diacon. li. 14.

(*c*) Marcellin. hoc anno.

PAGIUS XVIII. *Franci a Romanis in pace suscepti.*

Hoc item Domini anno ex hac vita migrasse ponitur sanctus Joannes Ravennæ Episcopus, cujus præclara est memoria inter sanctos Ravennates Antistites. Quod autem ad hunc ipsum datum legitur Valentiniani Imperatoris rescriptum, quo Ravennati Ecclesiæ conceditur, ut sit Archiepiscopatus, & ipsius Ecclesiæ Antistites utantur pallio & omni genere pontificalis decoris: num hæc vera sint, ad exactam sunt revocanda censuram. Et ut cuncta possint diligentius examinari, hic primum describendum est ipsum Imperatoris rescriptum, recitatum ab eo qui diligenter res ejus Ecclesiæ est prosecutus, Hieronymo Rubeo: sic enim se habet:

XCI.

XCII. *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Fl. Valentinianus fidelis Jesu Christi Major Imperator Joanni viro sanctissimo Archiepiscopo Raven. civitatis.*

*Si Redemptoris nostri plena pietate clementia dignos suæ majestatis honorificat sacerdotes, & charismatum dono clarificat: quanto magis nos, qui ab ejus pietate regalia sceptra gubernanda suscepimus, cultum religionis & reverentiæ honorificentius debemus impendere, eis maxime qui virtutum experimento Deo cognoscimus propinquantes: ut inde illis etiam præstet augumentum, unde eos probabiliter Dei clementiam.... salute impetrare confidimus. Ac proinde Imperiali auctoritate sancimus, sanctitatem tuam, & sanctam tuam Ravennatem Ecclesiam, atque universos postea Deo... Præsules Archiepiscatica dignitate vectam, Metropolitæ decore sublimandam seu Archiepiscopali fastigio... præponendam. Constituimus sub sacrosanctæ ejus Ecclesiæ ditione ordinationem totius Æmiliæ nostræ provinciæ civitatum omnium Deo amabilium Episcoporum creationis, id est, Sarsenæ, Cæsenæ, Forum populi, Forum Livii, Faventiæ, Forum Cornelii, Bononiæ, Mutinæ, Regii, Parmæ, Placentiæ, Brixilli, Vicohabentiæ, Hadriæ, omniumque monasteriorum sub ejus dispositione rejacentium*

PAGIUS

sem Basilicam in honorem sancti Laurentii construxisse. *Langiacum* vero in Turonibus etiam situm & ad flumen Ligerim, Gallice *Langey*, vocatur a Turonensi lib. 10. cap. ult. *Allingavia*, ubi dicit, conditam esse a sancto Martino Episcopo Turonensi Ecclesiam, postquam cives baptizasset.

Ad num. XC. Idacius in Chronico, anno Abrahami 2448. qui Kalendis Octobris superioris Christi anni inchoatur, ait: *Superatis per Aetium in certamine Francis, & in pace susceptis, Censorius Comes Legatus mittitur ad Suevos, supradicto secum Idacio redeunte. Bonifacius in æmulationem Actii de Africa per Placidiam evocatus, in Italiam ad Palatium redit. Qui depulso Aetio in locum ejus succedens, paucis post mensibus, inito adversus Aetium conflictu, de vulne-*

*re, quo fuerat percussus, interiit. Cui Sebastianus gener substitutus, per Aetium de Palatio superatus expellitur.* Prosper vero sub hujus anni COSS. habet: *Totius Orbis pace & consensione mirabili Bonifacius ab Africa ad Italiam per Urbem venit, accepta Magistri militum dignitate: qui cum resistentem sibi Aetium prælio superavisset, paucos post dies, morbo extinctus est. Aetius vero, cum depositæ potestate in agro suo degeret, ibique cum quidam inimicus ejus repentino occursu opprimere tentasset, profugus ad Urbem, atque illinc ad Dalmatiam, deinde Pannonias ad Hunnos pervenit: quorum amicitia auxilioque usus pacem Principum & jus interpellatæ potestatis obtinuit.*

XVIII.

Ex his intelligimus primo *Idacium* Gallæcorum Legatum ad Imperatorem anno superiori mis-

XIX.

*rium, & in eis servientium monachorum. Conferentes ei ob decorem Apostolicæ dignitatis honorem pallii & omnis pontificalis decoris usum, sicut cæteri sub nostra, Christianissima potestate sæpe degentes fruuntur Metropolitæ. Condecet enim nos ad honorem sacerdotis efficaciter propter .... & maxime ubi serenitatis nostræ præfulget præsentia: quatenus securitate suffulta sanctitas tua, sanctaque tua in perpetuum Ecclesia, cum meritis virtutum, honoris etiam nostræ serenitatis dono & in posterum fulgeat. Dat VI. Id. Januar. Raven.* Hactenus privilegium: quod quidem antiquitus scriptum non negamus, & recentioribus historicis res Italiæ prosecutis cognitum scimus, qui de eisdem Ecclesiis Ravennati Archiepiscopatui subjectis pariter meminere: sed num æque germanum sit, hoc differendum est.

XCIII. Imperiosa plane res est amor patriæ, immo tyrannus, ut qui sæpe historicum cogat ea tueri, quæ si de aliis dicerentur; procul exploderet: cum & intelligat, quot concives habeat, tot duros experturum fore censores, & inofficiosi querela redargui, fortassis & patriæ proditorem inscribi atque proscribi, si quod publica servant archiva monumentum, & civium omnium ore fertur, in controversiam revocare, negare, & impostoræ redarguere vir disertus & veritatis cultor auderet. Hinc videas nostrum Rubeum jure quidem horrescentem pallium ab Imperatore conferri in eodem privilegio dici, eo a pietate potius quam veritate ipsum adactum, ut ista diceret: *Non pallio illo quidem quod Pontifex Maximus e divi Petri corpore sumptum præbere consuevit, sed quodam quasi paludamento, quo in civitate & pompa tum uti soli Cæsares consueverunt, universali & perpetua omnium deinde qui succederent, Archiepiscoporum prærogativa Joannem donavit.* Hæc ipse ex pietate potius (parcat, quæso) quam veritate. Etenim ne a longe petitis argumentis utamur: ex Imperatoris rescripti verbis verborum ipsius interpretatio germana quæratur: de quali enim pallio intellexerit, nonne ipse declarat, cum mox ista subdit? *Sicut cæteri sub nostra Christianissima potestate sæpe degentes fruuntur Metropolitæ* Archiepiscopi quidem, non Cæsares. Si igitur Ravennati Archiepiscopo ille concessus est usus pallii, quo alii Archiepiscopi uti solerent, plane ipse Valentinianus declarat de communi cæteris Metropolitanis pallio intellexisse: alias illud dicendum esset (si volumus de paludamento eam debere vocem intelligi) omnes Metropolitanos Antistites Imperatoris paludamento decoros incedere consuevisse; quo nihil dici possit absurdius.

XCIV. Cum igitur ex verbis ipsius rescripti de eo pallio intelligi necesse sit, quo reliqui uti solerent Metropolitani: certum est nonnisi a Romanis Pontificibus illud Archiepiscopis fuisse solitum impertiri, ab Imperatoribus numquam. Et ut de his nulla remaneat dubitatio; constat esse professos Ravennates Episcopos, tum pallium, tum alia privilegia se accepisse ab Apostolica sede. Etenim S. Gregorius Papa in epistola ad Joannem Ravennatem Episcopum data hæc inter alia (*a*): (*a*) *Greg. l. 2. ep. 54.* *Præceptum beatæ memoriæ decessoris nostri Joannis Papæ nobis in subditis transmisistis annexum, continens omnes consuetudines ex privilegio prædecessorum nostrorum concessas vobis Ecclesiæque vestræ debere servari.* Et inferius de privilegiis a Romana Ecclesia Ravennati concessis: *Scitote in scrinio nostro de privilegio Ecclesiæ tuæ subtiliter perquisitum. Et quidem quædam inventa sunt, quæ omnino possint fraternitatis tuæ intentionibus obviare: nihil autem in quo de hujusmodi capitulis pars vestræ possit Ecclesiæ roborari:* Et ad postremum: *Admoneo quatenus, nisi decessorum meorum munificentia tibi hæc per privilegium tributa docueris, ut in plateis pallium ferre ulterius non præsumas, &c.* Hæc & alia plura Gregorius, illud frequenter inculcans, sic concessum ab Apostolica sede pallium Episcopo Ravennati, ut illo

PAGIUS

*Legati a Romanis ad Suevos, & a Francis ad Romanos missi.*

missum, ut ibidem diximus, ab eo obtinuisse, ut *Censorius* Comes ad Suevos mitteretur, qui pacem inter eos & Gallæcos componeret, quam & sanciviſse anno sequenti videbimus. Intelligimus secundo, *Clodionem* Francorum Regem alterum e suis filiis ad Imperatorem Valentinianum, seu ad Aetium, qui omnia moderabatur, ut inter Romanos & Francos pax restitueretur, legasse. Neque enim ad aliud tempus referri potest quod narrat Priscus, quando verba facit de bello Attiliano, paucos post obitum Clodionis annos gesto. Ait enim Priscus, loquens de Attila: *At Francos bello lacessendi, illi causa fuit Regum ipsorum obitus, & de regno inter Liberos controversia. Seniori Attila studebat, juniorem Aetius tuebatur, quem Roma vidimus, legationem obeuntem, nondum lanugine efflorescere incipiente, flava coma, & capillis propter denſitatem, & magnitudinem, super humeros effusis. Hunc etiam Aetius in filium adoptaverat, & plurimis donis ornatum, ad Imperatorem, ut amicitiam, & societatem cum eo faceret, miserat.* Mortuus est Clodio anno circiter quadringentesimo quadragesimo octavo, tuncque *Meroveus* junior ejus filius Aetii præsidio fretus regnum obtinuit, & fratrem, cujus nomen ignoratur, circumvenit, qui ideo ad Attilam confugit. Quare hoc tempore *Meroveus* annum circiter ætatis vicesimum attigerat. Cointius refert hæc Idacii verba, *superatis per Aetium in certamine Francis & in pace susceptis*, ad annum CCCCXXVIII. quo Prosper in Chronico narrat Aetium partem Galliarum a Francis occupatam recuperasse. Verum hæc recitare refellere est; cum Idacius de re a se visa verba faciat, indicetque eam sub superioris anni finem vel cur-

renti contigisse. Turonensis lib. 2. cap. 9. ait quosdam asserere *Meroveum* esse de stirpe Clodionis, Meroveus vero, a Sigeberto, & ab aliis quibusdam diserte dicitur *Clodionis filius*, sed Priscus Auctor coævus, si recte explicetur, id extra omnem controversiam ponit.

XX. *Aetius excidit e gratia Valentiniani.* Intelligimus tertio, *Aetium*, qui hoc anno Fastis nomen dedit, postquam vicit *Bonifacium Comitem* ex Africa reducem Magistri militum dignitate exornatum fuisse, cum eo in certamen veniſse, occisoque Bonifacio suffectum fuisse in Magisterium militum *Sebastianum* Comitem magni nominis virum, &, ut Victor Vitensis lib. 1. de persecut. Vandal. & Idacius laudatus docent, Bonifacii generum; sed cum Aetius, qui in Pannoniam fugerat, in Valentiniani & Placidiæ ejus matris gratiam rediisset, *Sebastianum* e Palatio expulit, qui postea Constantinopolim venit, ut infra videbimus, & *Aetius* pristinum locum recuperavit. Plura infra de Sebastiano, cujus viri clarissimi exilis in Annalibus Ecclesiasticis mentio.

Hoc circiter anno sancti *Eucherii* Epistola de laude Eremi scripta, ut anno CCCCXXVIII. videre est.



lo non alio modo uteretur, quam quo uti solerent omnes Episcopi Metropolitani, quibus idem ab Apostolica sede concessum esset. Cæterum neque factum, ut concesso semel pallio Ecclesiæ Ravennati, illud absque nova concessione Romani Pontificis superinduerent iidem Archiepiscopi Ravennates, sed singuli successores illud sibi concedi ab ipso peterent Romano Pontifice; quod docet exemplum Maximiani Ravennatis Episcopi in locum Joannis subrogati, cum & illud ipsi petenti Gregorius (*a*) Papa misit.

(*a*) *Greg. l. 5. ep. 8.*

XCV. Sed quid accidit? Cum Ravennates Episcopi aliquando schismate divisi essent ab Apostolica sede, ne ab ex consueto more peterent pallium, tunc putamus vafrum ejusmodi excogitatum fuisse commentum, ut nomine Valentiniani Imp. sanctio scriberetur, qua declararetur & jura Archiepiscopalia & perpetuum usum pallii ab ipso Ravennatibus Archiepiscopis fuisse concessa; ac sic ipsi, invitis licet Romanis Pontificibus, pallio uterentur. Mos quidem iste vetus schismaticorum fuit, ut ab ipsa Romana Ecclesia schismate separati; ad patrocinia confugerent Imperatorum. Id quidem factum esse in hac ipsa, de qua est sermo, constitutione Imperatoris, præter illa quæ dicta sunt, alia plura recte ipsam intuenti demonstrant. Conferat eam diligens inquisitor cum aliis ejusdem Augusti sanctionibus, & videbit certe longe longius ab illis abhorrere. Quamnam illius constitutionum eo modo incipere deprehendet? Vel quam quis inveniet ipsius vel aliorum Imperatorum sancitam constitutionem, in qua licet unus Augustorum aliquid statuat, non omnium tunc regnantium Imperatorum nomina simul apponantur? Quid etiam sibi vult illud in titulo, *Major Imperator?* cur non *Maximus*, ut omnes solebant? cur *Major*, quod nullus sic inscribere consuevit? Mittamus reliqua; nam in singulis ferme verbis ejusmodi esset adhibenda censura. Sed satis hæc tibi prudens & sagax lector, puto sufficere posse: ut etiam tacendum sit quod absque Consulibus datum reperitur rescriptum, quod tantæ rei privilegium constitueret. At quæ maximi sunt momenti ad postremum perveſtigemus.

XCVI. Quonam modo, rogo, potuerunt ab eodem Imp. hoc tempore tot ei esse concessæ Ecclesiæ quæ in dicto privilegio nominantur, cum nonnullas ex illis etiam sub S. Leone Romano Pontifice constet fuisse sub Archiepiscopatu Mediolanensis Ecclesiæ constitutas? Etenim cum ex præcepto ejusdem S. Leonis Papæ cogeret Eusebius Mediolanensis Archiepiscopus ex sibi subjectis Episcopis provinciale Concilium, certum est ad illud conveniſse, atque eidem subscripsisse inter alios Episcopum Regiensem, Episcopum Placentinum, & Brixillensem, qui in dicto rescripto nominantur inter Episcopos Ravennati addictos Ecclesiæ. Extat quidem de his epistola Synodalis omnium comprovincialium Episcoporum subscriptionibus consignata, atque typis excusa post numeratas quinquagintaduas ejusdem S. Leonis epistolas. Sed satis, dices lector, detectas penitus sentimus impostoras: jam ex his ad alia emergamus. Verum sciant omnes, nihil ob id detractum esse nobilissimæ Ecclesiæ Ravennati, si spuriis exufflatis, ipse purus demonstratus est fons primarius, unde in eam, ut Archiepiscopali sede sit insignita, & sacro dotata pallio, privilegia effluxere, nempe ab ipsa Romana Ecclesia, a qua & reliqui Metropolitani se id juris consecutos esse, congaudent. Sed ad sequentis anni res gestas oratio evocatur.

Qui

I. Novæ turbæ exagitant Orientalem Ecclesiam.

QUi sequitur ordine quadringentesimus trigesimus tertius Christi annus, nomine Consulum Theodosii Augusti decimumquartum, & Anicii Maximi inchoatur: quo novi ex veteribus exorti turbines Orientalem nonnihil exagitarunt Ecclesiam. Stabilita enim pace ultimo anni superioris termino inter Joannem Episcopum Antiochenum atque Cyrillum Alexandrinum: nonnulli ex iis qui Nestorium sectati essent, erga eum hactenus procliviores, haud rata habuere quæ pactis conventis inter Joannem atque Cyrillum transacta fuerunt; causantes nimirum haud suscipiendum in communionem fuisse Cyrillum absque suorum capitulorum damnatione. Rursum vero aliqui ex parte Cyrilli in ipsum commoti sunt, quod de eo accepissent, iniquis conditionibus communicasse cum Orientalibus. Sed quomodo hæc se habuerint, audiamus ex Liberato diacono rem gestam ita narrante (a):

(a) *Liberat. diac. Breviar. c. 7.*

II. *Ascendens ergo Antiochiam Paulus obtulit Joanni Archiepiscopo & omni Concilio epistolam Cyrilli. Qui ut cognoverunt eum suscepisse fidem a se directam, & in ejus subscripsisse confirmationem, pacem cum eo & ejus fecerunt Concilio, damnantes Nestorium, & suscipientes Maximianum, qui pro illo factus fuerat Episcopus; dubitantibus adhuc ex eis aliquibus Cyrillo communicare, putantibus eum errasse, & postea veritatem agnovisse, & culpantibus Joannem, cur ab eo non expetierit capitulorum ejus damnationem. Ex altera autem parte quidam de Palatio per Eulogium presbyterum & Apocrisarium Alexandrinæ Ecclesiæ culpaverunt Cyrillum, cur susceperit ab Episcopis duarum consensionem naturarum, quod Nestorius dixit & docuit. Sed & Valeriano Iconii & Acacio Melitensi Episcopo hoc ipsum de Cyrillo videbatur.* Hæc Liberatus. Porro & illud additum est, ut Nestoriani epistolam quandam nomine Cyrilli confinxerint, qua se palinodiam recantare ipse significaret, & quæ facta essent Ephesi omnino rescinderet: tale fuit per Nestorianos diabolicum excogitatum adversus S. Cyrillum commentum.

Multi quæsti de Joanne, alii de Cyrillo.

Nestoriani quid de Cyrillo mentiti sint.

III. Hæc quidem de Cyrillo longe lateque in Orientalibus Ecclesiis diffamata, plurimorum sanctorum virorum animos pulsavere, ut Acacii Episcopi Meliteni, Valeriani Iconii, Succesi Episcopi Diocæsareæ, atque aliorum: sed & perturbavere insignioris famæ monachos Orthodoxos, & inter alios magnum illum Isidorum Peluſiotam, qui nonnihil infense ad Cyrillum hæc scripsit (a):

(a) *In addit. ad Liberat. diac.* IV. Isidorus quid ad Cyrillum.

*Oportet te, o admirabilis, inconvertibilem semper esse, neque timore prodere cælestia, neque tibi ipsi contrarium apparere. Nam si ea quæ a te nunc scripta sunt, comparaveris prioribus; aut adulationi apparebis obnoxius, aut falsitatis minister, vana quidem gloria superatus, magnorum autem altercatorum non imitatus certamina, qui omni vita sua in exilio affligi passi sunt, quam ut perversum dogma usque ad aures saltem suas admitterent.* Hæc Isidorus: eodem ferme argumento & superius nominatos Episcopos ad eumdem Cyrillum scripsisse, quæ rursus Cyrillus ad eos rescripsit ostendunt. At non hoc solum scelestissimi operati sunt Nestoriani; sed gravius his addiderunt facinus, cum falsas litteras nomine Philippi Romani presbyteri, qui in Concilio Ephesino honorifica functus erat legatione, vulgarunt, quibus significabatur, Sixtum Romanum Pontificem ægro tulisse animo damnationem Nestorii: quæ quidem audientibus magnum scandalum intulerunt: testantur id ipsius Cyrilli litteræ pro sua defensione conscriptæ.

V. His enim omnibus imposituris hæreticorum occurrendum fuit Cyrillo Alexandrino, qui proxime aderat. Quamobrem ad Acacium Melitenum litteras reddidit, plene docens, non aliter quam fide Catholica salva, se cum Orientalibus pacem composuisse (b): est earum exordium:

(b) *Cyril. ep. 29. & in Act. Eph. edit. Pelt. tom. 5. c. 17.*

*Res quidem dulcis & admiranda & plurimi facienda est fratribus salutatio*, &c. His quidem cum quæ ab Imperatore Theodosio, a Joanne, & aliis, potissimum vero a Paulo legato Episcopo Emeseno gesta essent, singillatim recensetur;





nihil se innovasse de his quæ in Concilio Ephesino probata fuissent, pluribus demonstrat, insinuatque Nestorianorum conatus, qui cum se ab ea pace exclusos videant, omnia studeant perturbare, quo gravius in Ecclesia prælium excitant: nam post multa adversus ipsos ista subdit, excogitatas ab eis aperiens imposturas (c): *Eos* (inquit) *qui cum ipsis eadem sentire non sustinuerunt, flagitiosissime dilacerant, & sanctorum Episcoporum Apologiam (de Orientalibus loquor) acerbe proscindunt. Deinde detorquentes eam pro ipsorum libidine ad ea quæ lubet, & non recte sentientes, dicunt eam a Nestorii vocum novitatibus non discrepare. Simul autem & nos vituperant, quasi iis quæ olim scripsimus contraria senserimus, &c.* vocat Apologiam Orientalium, quam supra recitavimus eorumdem fidei professionem, quam adversarii jactarent eamdem plane esse cum ea, quam ipsi Nestorio faventes olim ediderant: sed quam hoc falsum sit, idem Cyrillus pluribus aperit.

Cyrillus Nestorianorum detegit imposturas.

(c) *Ibid. ep. 29. Cyril.*

VI. Ad postremum vero quid cavere debeat, his verbis admonet: *Si epistolam nonnulli circumtulerint, tamquam a religiosissimo Philippo Romanæ Ecclesiæ presbytero scriptam, quasi sanctissimus Episcopus Sixtus depositionem Nestorii moleste ferat, ipsique bene loquatur; non credat hoc sanctitas tua: scripsit enim consona sanctæ Synodo, omniaque illius Gesta confirmavit, & nobiscum consensit. Si vero a quibusdam circulata fuerit epistola, tamquam a me scripta, quasi eorum quæ Epheſi gessimus pœniteat; contemnatur & hoc. Sumus enim per Salvatoris gratiam adhuc sana mente & cooperanti ratione non destituti.* Hæc ad sanctum Acacium Cyrillus Alexandrinus de Nestorianorum technis atque calumniis. Litteras autem, quas se dicit accepisse a Sixto, paulo inferius reddituri sumus: modo Cyrillum his afflictatum angustiis consectemur.



PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5926.

SÆC. V. Olymp. 303. ⊙ 22. A. ☽ 16. P. 26. Mart. Indict. 1.

Anno Eræ Hispan. CDLXXI. JESU CHRISTI 433.

A.C. 433. SIXTI III. PAPÆ 2.

THEODOSII JUN. 32. & 26.

VALENTINIANI III. IMP. 9.

I. *Decennalia Valentiniani & Theodosii Tricennalia.*

[1] COSS. *Theodosius* Aug. XIV. & *Fl. Anicius Petronius Maximus* in Occidente creatus, qui postea tyrannidem arripuit, ut anno CCCCLV. videbimus. Hic Theodosii Consulatus eum Tricennalia Imperii post patris mortem suscepti celebrasse demonstrat, qui ideo anticipavit quinta Quinquennalia ejusdem Imperii, ut ex serie Consulatuum ab eo initorum colligitur. Edidit & *Valentinianus* Imperii Cæsarei *Decennalia*, ut ostendit Nummus prægrandis apud Ducangium in Dissert. de inferioris ævi Numismatibus num. 61. cujus Antica repræsentat ejus vultum cum solita inscriptione D. N. PL A. Valentinianus P. F. Aug. in Postica cernitur *Maximus* Consulari habitu in sella sedens, volumen dextra, læva scipionem cum Aquila tenens, nomine hinc inde adscripto, Petronius Maximus V. C. Cons. qui cum bis Consul fuerit, hoc scilicet anno, annoque CCCCXLIII. Ducangius hæret, an Nummus ille ad priorem vel ad posteriorem ejus Consulatum referendus sit. At hoc anno illum percussum minime dubitandum; non solum quia numeralis nota in eo non legitur, quæ hoc tempore, quo rarissime iteratus Consulatus concedebatur, omissa non fuisset; sed etiam quia quando Imperatores inferioris ævi non inito Consulatu Decennalia, & id genus Festa exhibebant, Consules ordinarios secum in nummis quandoque exprimi curabant, ut in part. 2. Dissert. Hypat. cap. 7. num. 17. monstravi.

II. *Cyrillus & Joannes Antiochenus Imperatori & Papæ pacem sanctam significant.*

A num. I. ad XXIII. Ubi primum pax composita, est, *Cyrillus & Joannes* Antiochenus suis singuli litteris ad *Sixtum* Romanum Pontificem retulerunt. Retulit & Joannes Antiochenus ad Theodosium Imp. per Epistolam quam tradidit *Aristolao* Tribuno, qui cum Paulo Emeseno pacti illi sanciendæ incubuerat. Epistola Joannis ad Imperatorem recitatur cap. XCI. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, qua significat Imperatori expulsam esse omnem hæresim, omnemque contentionem, anathematizata *Nestorii* dogmata, depositionem ejus admissam secuti & ordinationem Maximiani: *Supplicamus autem*, subdit, *Pietati vestræ, ut perfectam festivitatem præstetis mundo quatenus nulla civitas ab hac celebritate communis festivitatis extorris sit: & jubeatis, ut Deo amicissimi Episcopi, qui inter præcedentes turbas expelli Ecclesiis visi sunt ad priorem habitum reducantur, & ab omni importunitate sint liberi, ut nulla pusillanimitatis reliquiæ Ecclesiis resideant.* Loquitur de quatuor Episcopis, quos diximus Maximianum in sua Synodo nominatim deposuisse, ac in eorum sedes alios ordinasse; quos hac de causa Cyrillus a pace excluserat. Notanda hæc verba, *expelli Ecclesiis visi sunt*, & ista, *ab omni importunitate sint liberi*, quia, ut notat Lupus in Scholiis ad Synodicon, superordinatio non habuit effectum; Marcionopolitani enim Saturninum, & Thyaneuses suum superordinatum ejecerunt, neque tamen *Dorotheus* Marcionopolitanus Episcopus ac *Eutherius* Thyanensis Episcopus fuere securi; ideoque Joannes Imperatorem supplicat, ut isti quoque ad pacem admittantur, & hoc modo universa per Orientem Ecclesia quiete fruatur. Eodem tempore Joannes hæc retulit ad Sixtum III. cujus tamen relatio periit, sed indicatur in rescripto ejusdem Sixti ad eumdem Joannem, dato, qui affirmat eam fuisse solemniter lectam in Synodo, quam ejus Natalis dies congregarat. Cum vero Sixtus IX. Kalend. Augusti consecratus fuerit Pontifex Romanus, ejus Epistola tam ad Joannem, quam ad Cyrillum scripta nonnisi Librariorum errore dicitur data XV. Kalend. Octobris, cum dies illi in nulla sententia convenire possit cum die Natali Sixti. De ea Joannis Epistola deperdita vide dicta anno superiori.

NOTÆ [1] *Cos. Theodosius Aug.* XIV. & *Fl. Anicius Petronius Maximus.* Prænomen ac nomen *Anicii* omittit Relandus. Nummi Valentiniani, ubi: VALENTINIANVS. P. F. AVG. in postica PETRONIVS MAXIMVS. V. C. CONS. An forte ad hunc *Maximum* pertinet inscriptio apud Fabrettum pag. 737. num. 483. in qua. FL. MAXIMO. V. C. CONS. Vulgares Fasti: *Theodosio* XIV. & *Maximo*. Prosperi chronicon editum & MS. *Theodosio* XIIII. & *Maximo*. Paschalis laterculus in codice Gennadii: *Maximo* II. Epistola V. Sixti Papæ III. apud Coustantium pag. 1158. *data XV.* Kal. *Octobr. Theodosio* XIII. (pro XIIII.) & *Maximo consulibus*.

Jo-

VII. Calumniis illatis Cyrillus occurrit.

Quod enim sciret & aliorum aures eamdem pervasisse calumniam, scripsit etiam ad has ipsas calumnias confutandas idem sanctus Cyrillus ad Successum Diocæsareæ in Isauria Episcopum: qua cum de duabus naturis non divise (ut Nestorius dicebat) sed indivise & inconfuse unitis Verbo pluribus disputet, & in multis differre professionem Antiochenorum a Nestorii perfidia itidem palam faciat, ut nec locus calumniæ esse possit quod in ipsa sua professione Nestorii hæresim confirmarit: ad postremum de Nestorianorum falsis litteris, tum Philippi Romani presbyteri, tum sui ipsius nomine sparsis, admonet, cautumque reddit, ne illis fidem adhibere debeat: atque etiam de Sixto Romano Pontifice certiorem facit, scripsisse ipsum consona in omnibus Ephesino Concilio, & cuncta quæ in eo acta essent stabiliviſſe: est ejus epistolæ exordium (*a*): *Declaratur quidem veritas*, &c.

(*a*) *Cyril. in fine lib. de Incarn. unigeniti.*

VIII. (*b*) *Extat inter Act. Eph. edit. Pelt. to. 6. c. 17.*

Cyrillus monet Episcopos ut caveant imposturas Nestorianorum.

Scripsit & ad Valerianum (*b*) Iconii Episcopum eodem argumento litteras, quas de Incarnatione Verbi exegeses nominant: in quibus pariter ad finem demonstrat, quam longe absit, ut Orientales Episcopi, nempe Syri, cum Nestorio sentiant, & quam falso hanc illi calumniam impingere conati sint. Unde & eum, ut ea caute agat, ita in fine admonet: *Si qui igitur sunt, qui illos diversa ab his sentire falso affirmaverint: nulla eorum dictis fides adhibeatur: verum tamquam impostores & mendaces, secundum, patrem suum diabolum amandentur, ne quando illos qui recte incedere cupiunt, perturbent. Quod si qui epistolas concinnatas ab illis exhibuerint, tamquam quæ a viris spectatis editæ sint; tamquam spuriæ & commenticiæ reiiciantur.* Hæc ad Valerianum Cyrillus.

IX. Sed & ad Dvnatum Episcopum Nicopolis Epiri scripsit hoc eodem anno epistolam, qua cum de rebus inter se & Orientales transactis eum certiorem reddit, mittit quoque epistolas ea de causa inter se & Joannem ultro citroque datas; admonens, ne præter illas, alias ab aliis evulgatas accipiat. Fuit & de his ipsis admonendus Apocrisarius ejus Eulogius agens Constantinopoli, apud quem a nonnullis Palatinis querelæ non leves de ipso Cyrillo ingestæ fuerant (ut dictum est) quod duas naturas in Christo, sicuti Nestorius, confessus esset. Ad hunc igitur Eulogium, cum hæc ab eo per litteras Cyrillo significata fuissent, litteras ipse reddidit, quas Commonitorium ad Eulogium nominant; in quo hæc ipso exordio (*c*): *Expositionem, quam Orientales fecerunt, reprehendunt nonnulli, dicuntque quod duas naturas nominent, & quod istos Alexandrinus toleraverit, immo laudaverit. Qui vero Nestorii sunt, & hunc ita sapere dicunt, attrahentes ad se eos qui exactam veritatem ignorant. Accusantibus autem nos, illud dicendum est: Non esse omnia quæ hæretici dicunt, fugienda & recusanda: nam multi ex illis ea confitentur, quæ & nos confitemur: utpote Ariani, cum Patrem omnium conditorem & Dominum esse dicunt: an consentaneum erit, ut ob eam causam tales confessiones fugiamus? Ita de Nestorio sentiendum. Is etiamsi duas naturas esse dicat, carnis & Dei Verbi differentiam significans (est enim & alia Verbi, & alia carnis natura) hoc tamen non secundum unitatem nobiscum confitetur*, &c. pluribus enim docet, sic Nestorium duas in Christo prædicare naturas, ut eas inter se divisas duas pariter personas constituere asseveret, Orthodoxos autem duas in

(*c*) *Cyril. ep. 30.*

PAGIUS III. *Epistola Cyrilli ad Sixtum multa nos edocet.*

Joannes de quatuor illis Episcopis per Cyrillum aliquid scripserat; ait enim Sixtus in Epistola ad Cyrillum num. XVI. apud Baronium: *Expectamus memorati fratris nostri Joannis Clericos, & optamus venire: scimus ei pro honore & pro labore tuo dare responsum. Non est, sicut fratri & Coepiscopo nostro Maximiano sæpe jam scripsimus, etiam ipse redeuntibus difficilis aperire januam, ut vere, nisi perditionis filius, nemo sit perditus: & sit ei major causa lugendi, quod meruit solus excludi.* Ex quibus discimus primo, Cyrillum de Joanne Antiocheno in sua Relatione apud Pontificem questum esse de variis, præsertimque quod Joannes se & *Memnonem* deposuisset. Pontifex enim eum paterne consolatur de hac injuria, spondetque ad *Joannis* Legatos, quando cum relationibus advenerint, se plura dicturum: non solum de honore, sed etiam de labore Cyrilli. Secundo discimus, *Cyrillum* etiam istorum quatuor Episcoporum exclusionem retulisse, rogasse ut confirmaretur, & adjecisse illos restitui non posse sine gravi injuria *Maximiani*, qui illos in sua Synodo non solum damnarat; sed & alios in eorum locum superordinari curarat. III. Pontificem fuisse alienum ab hac duritia, quod optaret nullum per depositionem perdi, ac perpetuo a pace excludi, nisi solum perditionis filium *Nestorium*, de quo ait: *Non se exuli vestro sanctus frater noster Joannes addiderat.* Quare *Nestorius* in Monasterio sancti Euprepii non liber erat, sed exul, quod & indicat Sixtus in Epistola ad Joannem, & supra etiam ex Cælestino contra vulgarem sententiam ostendimus. IV. discimus, *Maximianum* sæpe de his rebus Romam retulisse. Pontifex autem hac clementia usus est, ut recte Lupus in Notis ad Synodicon, propter Romanam Helladii Tarsensis Episcopi, & Eutherii Thyanensis Episcopi, ac plurium illis adhærentium Episcoporum appellationem, de qua infra.

IV. *Gaudet Sixtus quod Joannes in viam redierit.*

Præterea notanda hæc verba Sixti num. XV. apud Baronium: *Illum* (nempe Nestorium) *sibi ignis æternus, hos* (non vero hunc, ut legitur apud Baronium, ideſt, Orientales Episcopos) *possessoris æterni vinea vindicavit, in tantum ut Antiochena Ecclesia Sacerdotem vocari a Sanctitate tua jam nunc venerabilem virum ac Domnum gau-*



in Christo semel unitas, non tamen confusas confiteri naturas, atque unam tantum constituere Christi personam. Cum alioqui a Nestorianis illam quoque (ut ibi ipse testatur (*a*) Cyrillus calumniam passus sit; quod cum diceret duas naturas in unam personam esse unitas, illi jactarent duas naturas in unum confusas prædicare cum Apollinari Cyrillum: a qua quidem calumnia cum ibi, tum aliis quoque scriptis sæpe se ipse purgavit.

(*a*) *Cyril. epist. 30.*

Novæ calumniæ parantur.

X. Ex his igitur quæ dicta sunt, incubuit Cyrillo, non his tantum se ipsum a Nestorianorum liberare calumniis, sed & Joannem Antiochenum, aliosque Orientales, quorum probaverat fidei professionem, defendere; quod pluribus scriptis quam diligentissime præstitit. Hæ quidem turbæ post pacem hoc anno agitari cœptæ sunt a Nestorianis in Orthodoxos. Sed quibus armis illi hujusmodi bellum pararunt? Hæc cum sciveris, perfacile intelliges sub quibus hi signis militarint: etenim cum eos videris nonnisi calumniis, fraudibus & impostoris litteras falsas magnorum virorum nomine adornantes, verbisque mendacia mendaciis consuentes; cujusnam milites ipsi fuerint, probe noſces, nempe, ministros satanæ transfiguraſſe se in angelos lucis. Nescit enim pura religio impostoras, nec quærit fucos veritas, neque fides Catholica nititur calumniis & fraudulentiis, graditur libera & secura sinceritas; sola gaudens comite simplicitate.

XI. In primis vero quod pertinet ad Six-



tum Romanum Pontificem, Nestoriani suis litteris calumniati sunt, ipsum ægro animo tulisse Nestorii abrogationem: sed quam id a veritate abhorreret, ipse S. Cyrillus in testimonium veritatis, ad convincendam Nestorianorum falsitatem, ad se scriptas ab ipso Sixto (ut vidimus) cit avit litteras, quas industria viri eruditi Antonii de Aquino nobis codex Vaticanus exhibuit, licet mendosas satis: cum vero sciamus nondum impressas, hic ipsas cudendas quam potuimus emendatiores curavimus, præclarum sane antiquitatis monumentum: ostenditur enim, quam verum sit, quod Cyrillus ait, Sixtum magnopere execratum esse Nestorium, & lætatum inita inter Orthodoxos concordia: sic enim se habent:

*Sixtus Episcopus Cyrillo Alexandriæ Episcopo.*

XII. *Magna sumus lætitia alacritatis impleti, postquam (sicut legimus) ex alto nos Oriens visitavit. Ecce enim sollicitis nobis, quia *neminem perire volumus,* * qui Sixti epistola ad Cyrillum. *sanctitas tua redintegratum corpus Ecclesiæ suis epistolis indicavit: redeuntibus ejus in sua membra compagibus, neminem foris jam videmus errare; quia intus omnes positos fides una testatur. Lætamur e medio nostrum, qui hoc opus fecit, ablatum: soli sibi nunc non credet* (Nestorius scilicet) *quod sensit & intelligit obfuisse: qui contra hunc nixus est* (Cyrillus videlicet) *eum profitemur omnibus profuisse. Sed convenit a tristibus nos ad læta transire; quia ipse cui motipsum cogitans, quæst non aliquid novius nunc nobis ab Alexandria deferatur:* Pax cum corruptione fiet fidei. *Nam literas quidem, quæ ab Alexandria directa sunt, legens, quas & olim tua Sanctitati transmisi, clariorem vidi impietatem divulgari.* Plures enim Orientalium Episcopi affirmabant, *Cyrillum* a suis recessisse Capitulis, licet ea anathematizare nollet, ac esse correctum, ideoque pacem cum ipso faciendam; sed *Andreas* affirmat, ipsos decipi, & istam pacem fore non Orthodoxorum communionem, sed ipsorum cum Apollinaristis confusionem; adeo a Capitulis Cyrilli abhorrebat. In eodem Synodico cap. XCII. recitatur *Meletii* Episcopi Mopsuesteni Epistola rescripta ad Alexandrum Hieropolitanum contra Paulum Episcopum Emesenum. *Meletius* iste Theodori successor hactenus ignotus fuerat, sed ex variis ejusdem Synodici locis tunc innotescit, constatque illum ob suam contumaciam in perpetuum ac remotissimum exilium deportatum fuisse; qua de re infra.

PAGIUS *gaudeamus. Et merito vocatur Dominus, qui communem dominum recognovit, qui Incarnationis ejus misterium voce Catholica nobiscum confitetur.* [1] Cyrillus enim in sua ad Sixtum relatione Joannem Antiochenum appellaverat, non Dominum, sed *Domnum*, & Papa gratulatur. Horum nominum differentiam recte exponit antiquus hic versus: *Cælestem Dominum terrestrem dicito Domnum.* Porro depositi Episcopi non amplius vocabantur *Domni*, nec ullo honoris titulo exornabantur; indeque Sixtus gaudet Joannem a Cyrillo jam nominari venerabilem *Domnum*, exindeque colligit læsum *Joannis* honorem plene resarcitum fuisse.

V. *Occasione pacis novum Schisma exoritur.*

Vix pax nunciata fuerat, cum in variis Orientis partibus a Schismaticis tumultuatum est. *Andreas* Samosatenus Episcopus statim ac eam accepit, timuit omnia infelicia, præsertim ne facta esset cum injuria & corruptione Christianæ fidei. Scribit enim ad Alexandrum Hieropolitanum Metropolitam literas cap. XC. Synodici citati relatas, in quibus ait: *Ingemisco apud me-*

Va-

NOTÆ [1] EX verbis Sixti tantum consequitur, inquit Constantius in notis ad hanc epistolam pag. 1257. ut Cyrillus honorificis titulis Joannem exornans, palam eum communionis ejusdem consortem agnoscere se testatus sit. At non inde pariter sequitur, ut Cyrillus antea Joannis honorem læserit, aut eum ut depositione mulctatum habuerit. Certe auctor ei fuit Cælestinus, ut summa cum illo prudentia & moderatione ageret.

De die, quo data est hæc epistola Pagius suspicatur, quare notam temporis falsi coarguit; eam tamen tuetur Constantius in notis pag. 1258. quem vide.

*mota quæstio fuerat, de Ecclesia universali mœrore sublato, tempus nobis præstitit gaudiorum. Christus denique Deus noster, quam vere* * *sit sua causa, monstravit, quando ita res dignatus est gubernare, ut tantæ rei & talis judicium servaret suorum conventui sacerdotum.*

* vera.

XIII. *In unum cogregati Apostoli de fide sæpe tractarunt: in unum nunc convenientes Apostolici de ejus victoria gratulantur. O relatio digna mittente, digna conventu! gaudii cælestis judicium tales habere debuit cognitores; & quia res & causa deposcit, locum quoque convenit intueri. Ad beatum Apostolum Petrum fraternitas universa convenit: ecce auditorium congruens, auditoribus conveniens audiendis. Habuerunt coepiscopi nostri illum congratulationis testem, quem habemus honoris exordium. Sanctæ namque & venerabili Synodo, quam natalis mihi dies, favente Domino congregarat, quia sic credendum est, ipse præcedit: quandoquidem probetur nec spiritu nec corpore defuisse: adfuit palmæ, qui contentioni non defuit: juvit animorum vota nostrorum, qui videret Symbolo primo inter Apostolos tradito derogari: non passus est nefandum caput gaudere solatiis, nec turbari diu sicut lutulento gurgite fontis illius perspicui puritatem. Ad nos reversi sunt fratres: ad nos, inquam, qui morbum communi studio persequentes, animarum curavimus sanitatem.*

Synodus in natali Papæ Sixti habita.

XIV. *Non se exuli vestro* ( Nestorio scilicet) *sanctus frater noster Joannes addiderat: non ejus est blasphema prædicatione deceptus. Nam quantum rerum exitus docet, suspendit suam sententiam, non negavit: nam quid in inventorem malorum posset aliud judicare, nisi quod probatur ipse* ( Deus videlicet ) *per sacerdotes suos, cujus agebatur causa, sentire? Statuerat hoc nimirum de nostrorum desertore castrorum, quod a ducibus fidei suaderet perfidia judicari: numquam se a nostro numero separasset, in quem potuit & reverti. Exulta frater carissime, & ad nos recollectis fratribus, victor exulta: quærebat Ecclesia quos recepit: nam si neminem perire volumus de pusillis, quanto magis gaudendum nobis est sanitate Rectorum? Legimus, una ovis quantum gaudii reportata præstiterit; & idcirco intelligendum est, quid laudis habeat tantos revocasse pastores: greges aspiciuntur in singulis, nec unius hic causa tractatur, quoties agitur de sanitate multorum. Lætamur hic nihil egisse nos præcoquum quando fructu nostræ sententiæ gratulamur.*

Sixtus Joannem excusat.

XV. *Sustinuimus fratres, certi eos non spinas, sed uvas esse lecturos: in evidenti est nostrorum vindemia gaudiorum, quæ sanctam Synodum largitate gratulationis implevit: vineam suam custos ille curavit, quem ad custodiendam domum Israel nec dormitare, nec obdormire David Propheta* (a) *testatur. Infœcundum illud Christo nostro nec afferens fructum suscepit flamma sarmentum: sed ut hoc videmus convenire damnato, ita de reversis ad nos fratribus convenit dicere, quia non potuit a diabolo eradicari plantatio, quam plantaverat Pater* (b). *Illum ergo sibi ignis æternus, hunc possessoris æterni vinea vendicavit: in tantum ut Antiochenæ Ecclesiæ sacerdotem vocari a sanctitate tua jam nunc venerabilem virum & domnum* * *gaudeamus: & merito vocatur domnus, qui communem Dominum recognovit, qui incarnationis ejus voce Catholica nobiscum mysterium confitetur.*

Sixti Papæ tolerantia.

(a) Ps. 120.

(b) Matt. 15.

* dominum.

XVI. *Bene nobis breviter tua fraternitas, quæ sunt super eodem negotio gesta, narravit; sed mirati non sumus, quod a dissentientibus in te compositam legimus dejectionis* * *injuriam. Novimus, frequenter patere calumniis veritatem, nec tamen umquam posse falsitate superari: votivæ sunt semper fidem molestiæ prædicanti: his namque cum beatitudine copiosa merces paratur in cælo, quibus propter justitiam maledictiones, persecutiones, & omne malum præcipitur sustinere. Passus es falsitatem, ut victricem faceres veritatem: & ideo nunc insultandum est falsitati, quia nullus perire potuit veritati. Expectamus igitur memorati fratris nostri Joannis clericos, & optamus venire: scimus ei & pro honore & pro labore tuo dare responsum: non est* ( *sicut fratri & coepiscopo nostro Maximiano sæpe jam scripsimus* ) *etiam ipse redeuntibus difficilis aperire januam: ut vere, nisi perditionis filius, nemo sit perditus; sitque ei major se causa lugendi, quod meruit solus excludi. Hæc ad venerationem tuam fraternitas mecum sancta scribit, probans tuos in omnibus & confirmans labores; qui tamen graves, aut amari non esse potuerunt, quia huic impensi sunt, cujus onus leve & jugum suave portamus. Dat. XV. Kalend. Octobris, Theodosio XIIII. & Maximo Consulibus.* Extat in eodem codice epistola, quam eodem argumento idem Sixtus hoc eodem anno & mense & die scripsit ad Joannem Episcopum Antiochenum, cum eidem congratulatur his verbis:

De calumniis in Cyrillum illatis.

* dictionis.

*Sixtus Joanni Episcopo Antiocheno.*

XVII. *Si Ecclesiastici corporis gloriam, si ejus integritatem dilectio tua considerare dignetur, profecto lætitiæ nostræ non quæret interpretem. Ipsæ namque evidentissimæ res loquuntur, mœrorem nostrum repentino sancti fratris nostri Cyrilli in gaudium sermone conversum: tantum hanc ergo solicitudinem nostram nos evasisse delectat, postquam reo nostræ fidei tua fuit sanitas pœnitudo: nunc se vere exulem, nunc se sentit ejectum. Abundant ei in deserto spinæ, quia deest uva quam colligat: hos habet fructus, qui erga vineam Domini nostram noluit exercere culturam. Credo ad dilectionem tuam rerum cursus & ordo pervenerit, qualiter ei voluimus nostra admonitione succurrere: retinuimus in præceps euntem, qui erat blasphemiarum pondere in profunda mergendus. Si negotii qualitatem justa lance pensemus: nulli non videbitur Nestorius sero damnatus, cui non profuerit de-*

Sixti Papæ epistola ad Joannem Antioch.

PAGIUS

VI. Varia autem ad *Alexandrum Hieropolitanum* factionis adversus initam Ecclesiarum pacem caput, *Meletius* scribit. Primo, se a facienda hac pace fuisse semper alienum, & in eadem sententia, postquam facta est, se perseverare; quoniam hanc pacem non dispensationem, uti fama erat, sed manifestam prævaricationem existimabat. Secundo, affirmat, se hac in re esse turrim adamantinam nullo Concilii vel auctoritatis pondere movendam. Tertio, *Cyrillum* nequaquam recessisse a suis Capitulis, aliisque scriptis, ideoque permanere hæreticum: Hunc esse sic receptum a Joanne Patriarcha, & propterea hanc pacem nequaquam esse Orthodoxorum communionem, sed manifestam ipsorum confusionem cum hæreticis. Quarto, hoc probat *Meletius* ex ipsis Cyrilli literis Constantinopolim scriptis ad quosdam suos Clericos, lamentantes illic publicam famam esse, quod omnia sua contra *Nestorium* scripta anathematizasset, cunctosque ad ipsa proiicienda præparasset. Loquitur iste Schismaticus, ut notat Lupus in Scholiis ad illud caput, de Epistola Cyrilli ad Theognostum, Charmosinum, ac Leontium, ejus in civitate Regia Apocrisiarios, in cujus fine hæc leguntur: *Quapropter neminem despondere animum sinatis. Non enim sic desipuimus, ut nostra abnegaverimus. Quin imo, manemus in eis, quæ scripsimus & sentimus. Recta enim & inculpata sunt, & Scripturis sacris, ac fidei, quæ a sanctis Patribus nostris edita est, consentiunt.* Harum literarum exemplar Meletius dicit, se Alexandro transmittere, ut clare videat ejus pertinaciam, eumque indebite esse receptum. Antiquus Scholiastes in fine hujus Epistolæ recte advertit, utramque partem voluisse videri victricem, hincque alios affirmasse *Cyrillum* renunciasse suis Capitulis, cessisse *Joanni*, & quasi veniam supplicasse; alios sparsisse contraria, & dixisse cessisse *Joannem*, qui revera omnia Cyrilli postulata, uti fieri debuit, admiserat.

*Plures Orientales ab ea abhorrent.*

VII. Res longius processit; ex hac enim Episcoporum discordia exortum est novum Schisma, dum Orientales acerbiori odio, quam ante initam pacem Cyrillum & Ægyptios Episcopos ei adhærentes insectantur. Ubi Alexander Hieropolitanus pacem conclusam fuisse, ac Paulum Emesenum rediisse accepit, scripsit Epistolam ad Andream Samosatenum cap. XCIII. Synodici recitatam, in qua de Cyrillo tanquam de viro notorie hæretico, quod scilicet Capitula sua non respueret, loquitur: *Venit finis*, inquit contumacissimus Schismaticus, *& communio revera facta est ad impium Cyrillum, non Cyrillo hæresim relinquente, sed nobis ipsis per unum verbum, quod est in Epistola positum, inferentibus hæresim*, &c. *Quoniam vero nulla mihi pars, neque sors est cum eis, sed sive exilium, sive mors mihi, sive præcipitium, sive ignis, sive bestiæ proponantur, Deo me roborante, universa sustineam potius quam communicem talibus, firme teneat Sanctitas sua.* Idem scribit Alexander ad Theodoretum cap. XCIV. Synodici, explicatque quodnam esset illud verbum, ex quo deducebant Cyrilliani eos esse hæreticos. Illud erat vox *Theotocon* id est, *Deipara*, ut recte Baluzius in Notis ad eam Epistolam, non *unio secundum hypostasim*, ut perperam Lupus putavit. Sed de voce illa mox agemus. Alexander in eadem ad Andream Episcopum Epistola invehitur etiam in Joannem Antiochenum, quod in literis, ad se datis, quibus sine dubio eum ad pacem hortabatur, assereret, *Cyrillum* esse correctum, ac jam vere orthodoxum. Ait, non Cyrillum, sed ipsummet mutatum esse, utpote qui contentam in Cyrilli Epistola hæresim admittere non erubesceret. Uno verbo affirmat, quicumque *Cyrilli* pacem & communionem amplectuntur, haberi a se pro hæreticis, ideoque non a solius *Joannis*; sed etiam ab omnium istorum communione se se recedere. Denique ait, nolle se ei per Epistolam respondere, sed per Commonitorium, quo ei dolum & hæresim exprobraret, nec quidem eum Episcopum nominaret.

*Et magis quam alii Alex. Episc. Hieropolitanus.*

VIII. Eodem tempore *Alexander* similes literas ad *Theodoretum* dedit cap. XCIV. Synodici relatas, in quibus ait, se malle deserere Episcopatum, quam paci, quæ facta fuerat adhærere, numquam communicaturum cum Episcopis ac populis qui eam admitterent, se tamen nolle cum illis litigare, paratum ferre unumquemque in proprio sensu abundare, dummodo non cogatur cum illis communicare; alioquin ut animam suam salvet, mox dignitatem & civitatem relicturum. Præcipuum ejus fundamentum erat, quod nullatenus probaret populis in Ecclesia prædicari hanc propositionem, *sacra Virgo est Dei Genitrix*. Respicit ad Capitulum XII. Cyrilli, in quo is dicit, non simpliciter, sed cum addita voce, *carne* Deum Verbum esse passum & mortuum. Asserit Alexander, vanas esse similes explicationes, & ab errore Apollinarii non purgare. Quare *Alexander* fuit unus ex illis Episcopis Orientalibus, de quibus varia cum Joanne sacrarum largitionum Comite tractantibus, Cyrillus e vinculis scripsit ad Regiæ civitatis Clerum ac Populum: *Sed & illud quoque sciatis, nempe cum Fidei expositionem componerent, inter se contendisse, & in ea altercatione etiam nunc versari. Nam alii ex illis Sanctæ Virgini concedunt appellationem* Deiparæ, *ita tamen, ut simul quoque* Hominis Genitrix *dicatur; alii vero prorsus negant, adduntque paratiores se esse, ut manus suas amputandas præbeant, quam ut hujusmodi voci subscribant:* erat vero Alexander unus ex illis Episcopis, & ab ea sententia nunquam voluit recedere. Lupus in Notis ad illud caput docte explicat, has propositiones, *Sacra Virgo est Deipara, Deus est mortuus*, aliasque id genus, a quibus Alexander, magni alioquin nominis Episcopus, adeo aversus erat. Li-

*Non vult Alexander B. Virginem appellari Deiparam.*

*debitus sermo præteritus. Fruamur nunc præsentibus bonis, nec diu hæreamus in tristibus, quibus Dominus gaudere concessit.*

XVIII. *Audivit universa fraternitas, quæ ad natalis mei convenerat diem, qualiter bono humani generis, Apostolicæ sedis me præside gratulentur: [1] excedens* licet meritum meum, & extra me hæc esse cognoscam, exordium tamen tui sermonis gratus accipio; quia non est tibi controversia perferenda, qui Christum Dominum nostrum bono humani generis, ita ut natus est, confiteris; subsequenter Ecclesiæ addis Luciferum & ubique lucentem; sed & nunc vos, immo omnes qui lucis illius signum fronte gestatis, Luciferos confitemur: sint ergo omnes fide prædicantes Domini sacerdotes Luciferi & ubique lucentes: sit & Nestorius ille Lucifer, de quo scriptum est (a): Cecidit Lucifer, qui mane oriebatur: cecidit, sed superbiens cecidit, sed elisus cum ascendere disponit in cælum, & ponere supe cæli sidera sedem suam, & promittit Altissimo similem se futurum. Ille ad similitudinem se aptabat Altissimi: iste in suam similitudinem vocabant Altissimum: hominem namque natum eum tantummodo prædicabat, auferens incarnationis mysterium, & illud evacuans, immo illud impugnans, quo secundum symbolum fides & salus nostra subsistit.*

* excedant.

De litteris Joannis Romam missis ad Sixtum.

(a) Isa. 14.

*Non est certandi jam tempus: hoste prostrato, transeundum nobis ab his est quæ bella moverunt: importunum est victoriæ tempore adhuc de præliis disputare. Quæ hic evidentior rerum fides, quæ ratio major potest esse, quam ut palmæ fruamur, auctore Domino, atque bono jucundo, quia in unum (b) fratres rursus cœpimus habitare? Hæc sanctitatem tuam volumus prædicare, quæ scribis: expertus es negotii præsentis eventu, quid sit sentire nobiscum. B. Petrus Apostolus in successoribus suis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab ejus se velit separare doctrina, quem ipse inter Apostolos primum Magister edocuit? non hunc auditus per alterum, non sermo lectus instruxit: doctus est cum aliis ore doctoris; non scripturæ non scriptorum passus est quæstionem; absolutam & simplicem fidem, & quæ controversiam non haberet, accepit; quam utique meditari semper, & in qua manere debemus, ut sensu puro sequentes Apostolos inter Apostolicos esse mereamur. Non parum nobis oneris, non laboris incumbit, ut Ecclesiæ Domini macula desit, & ruga.*

XIX.

(b) Ps. 132.

Quam tuta fides Apostolicæ sedis.

*Quam super hoc esse soliciti nos debeamus, clementissimorum, & Christianissimorum Regum cura testatur. Aspice, frater carissime, cælesti negotio quam se vigilanter impenderint: cogitationum ferias nesciverunt: nec dignati sunt terrena curare*

XX. Commendatio studii Impp. erga religionem.

PAGIUS IX. *Qui neque Cyrillum neque Orientales sequebantur Acephali dicti.*

Liberatus cap. IX. loquens de defensione Orientalium Episcoporum pro duabus naturis Christi a Cyrillo composita ait: *Quam quicumque tunc minime receperunt, hos esse puto auctores Acephalorum, qui neque Cyrillum habent caput, neque quem sequantur, ostendunt.* Baronius num. XXI. dicit receptiorem esse sententiam Leontii lib. de Sect. ut nonnisi post Chalcedonense Concilium *Acephali* hæretici cœpti sint nominari: Verum, inquit Garnerius in Historia Theodoreti cap. 6. ut Leontio fides tribuatur, quæ procul dubio debita est, non continuo videtur abroganda Liberato, cum iniri possit concordia. Scripserit enim ille, quod Eutychianorum parti; iste quod Orientalium factioni, nomen obtigerit: uterque apte ad vim vocis factæ ad significandam sectam, quæ, cui par est, capiti non conjungitur: erit tamen Liberati, quam Leontii potior inde causa, quod ille tradidit, unde primum in hoc toto negotio auditum sit *Acephalorum* nomen; iste, unde Eutychianis inhæserit: quamquam Leontii, quam Liberati notior est sententia; propterea quod mansit diu Eutychiana factio cum suo nomine; Orientalium seditio brevi composita est. Quæ concordia videretur certa, si Liberatus dubitative non loqueretur.

*Helladius* Tarsensis, & *Eutherius* Thyanensis Metropolitæ, postquam viderunt non solum sese a pace exclusos; sed etiam depositionem ab Ephesina Synodo factam, & a Constantinopolitana *Maximiani* confirmatam, probari etiam & admitti a Joanne Patriarcha, nihilque sibi nunc superesse præter exilium, *Theodosio* pacem initam omnibus modis tuente, & adversariis manum præsidiariam præbente, appellarunt ad Sixtum Romanum Pontificem, non solum adversus pacem; sed etiam adversus omnia Ephesini Concilii Acta. Hoc nos docet Epistola ejusdem Eutherii Alexandro Hieropolitano & Theodoreto data, quæ legitur cap. CXVI. Synodici: *Perclaruit*, inquiunt, *hoc esse justum præsenti in tempore, ut adiiciat Sanctitas vestra cæteris rectitudinibus suis & hoc studium, quod nunc exigit tempus, ut dirigatis aliquos cum communi hac formula, & litteris accommodis ad Occidentis partes, & excitetis ad hoc pro fide certamen eos, qui illic sunt habentes insitum fidei zelum. Timor est enim ne prævenientibus literis aliorum, quasi unitio facta sit, & vobis incongruis consentientibus universis, segniores appareant ad, ea quæ male acta sunt, corrigendum.* Quibus ultimis verbis indicant Helladius & Eutherius, hanc appellationem interjectam esse ante datam initæ paci a Sixto confirma-

X. *Tarsensis & Thyanensis Metropolitæ ad Sixtum PP. appellant.*

NOTÆ [1] *Apostolicæ sedis me præside.* Coustantius in notis ad hanc epistolam pag. 1260. animadvertit, Baronium de suo suppleviſſe *gratulentur*. Melius ait Coustantius ad Sixti mentem resarciretur: *Apostolicæ Sedi me præsidente gratulerit.*



*rare, nisi cælestibus paruissent. Quoties Apostolicam, sedem, quoties diversos fratres eorum sermo commovit, impenderunt se ejus negotio. Quis eorum umquam negavit Imperio? sciunt se illi fœnerare solicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat usura: de qua re nos convenit gloriari, quia cœlestem Regem videmus fœderatos Reges habere terrarum. Intelligunt (sicut ait David a) & eruditi sunt qui judicant terram; quando (sicut dicit alibi b) ipsi & omnes populi laudant nomen Domini. Ergo quia una (sicut dicit Apostolus c) fides est, & vincentes obnituit, dicenda credamus, & tenenda dicamus; nihil ultra liceat novitati, quia nihil adici convenit vetustati: dilucida & perspicua majorum credulitas nulla cœni permixtione turbetur: habet probatum nobis virum fratrem, & coepiscopum nostrum Maximianum Constantinopolitanæ Ecclesiæ sacerdotem, divino illic judicio consecratum: ut ægritudinis morbum, quem æstutiæ venena sopitis infuderant, superet simplicitatis dulcedo succedens; qui non illic aliud, quam credimus poterit prædicare, nisi quod a decessoribus meis nobiscum positus frequenter audivit. Dat. XV. Kal. Octobrium, Theodosio XIV. & Maximo Coss.* Ex his igitur omnibus quam perspicue confutantur Nestorianorum calumniæ de Sixto Pontifice sparsæ, quod depositionem Nestorii animo infenso tulisset.

(a) Psal. 2.

(b) Ps. 148.

(c) Ephes. 4.

Sed quod superius demonstratum sit, complures fuisse qui Cyrillo minime inhærescerent, neque cum Joanne Antiocheno Episcopo participationem aliquam habere vellent, sed seorsum absque capite Synaxes agerent: novam ex iis sectam esse conflatam, quam Acephalorum nominavit antiquitas, Liberatus diaconus existimavit (d). Cæterum receptior illa sententia est, ut nonnisi post Chalcedonense

XXI.

(d) Liberat. diac. Brev. c. 9. in fin.

PAGIUS mationem; rogant vero Theodoretum ac Alexandrum, ut hanc communem appellationis formulam, cui ideo adhæreant alii quamplures Episcopi, Romam transmittant; quod & factum esse manifeste declarat Eutherii & Helladii Epistola ad Sixtum scripta, quæ cap. CXVII. ejusdem Synodici legitur.

*Appellationes Orientalium ad Rom. Pontificem Antiquissimæ.*

XI. *Fundamenta hujus appellationis.* In ea *Eutherius & Helladius* varia in medium adducunt adversus *Cyrillum* ac ejus Capitula, ea esse scilicet blasphemam vocum novitatem, *Cyrillum* jussisse ea subscribi a Nestorio, aliosquin deponendo; *Nestorium* hæreticis dolis consentire noluisse, & ob id solum ab Ephesina Synodo damnatum, & quidem ante multorum, qui expectabantur, Episcoporum adventum, atque ita sine Synodo: *Dum certe*, inquiunt, *Cyrillus auctoritatem judicis non haberet, sed ejus qui judicandus est ordinem, eo quod contra invicem moverint quæstiones. Et erat Præsidens Reus: & sententia Princeps qui sustinebatur multis sententiis supponendus.* Varia etiam in medium adducunt adversus Joannem suum Patriarcham; præsertim quod quæ juste egerat, postea retractarit, ac lapsus sit in manifestam prævaricationem, *Cyrillum* sine pœnitentia ac anathemate suorum Capitulorum in communionem admittens. Contra Ephesinam Synodum plura etiam afferunt, præsertim quod *Cyrillum*, qui reus erat, in Præsidem admiserit, *Nestorium* sine debito examine, ac ante convocatorum Episcoporum adventum damnarit; quod promissionibus, minis, & fraudibus alios Episcopos ut sententiæ in Nestorium subscriberent, adduxerit: Quod Episcopos, qui recusabant etiam damnarit, & alios superordinaverit: Denique quod appellantes non detrectent damnare *Nestorium*, sed velint judiciali ordine & juxta sacros canones id fieri. Plura etiam dicunt pro Nestorio, quæ eo tendunt, ut credatur iniquissime damnatus, inauditus, innocens, auctoritate, violentia ac tyrannide.

XII. *Rogamus*, inquiunt, *& sanctis tuæ Religiositatis provolvimur pedibus, ut manum porrigas salutarem & auferas mundi naufragium, omniumque horum inquisitionem jubeas fieri, & his illicitis cælestem superduci correctionem. Ut revocentur quidem S. Pastores, qui injuste sunt a suis ovibus effugati, & reddatur gregibus ordo, & antiqua concordia.* Rogant se ac alios, aut ejectos, aut dejectos Episcopos in integrum restitui, per Papam retractari omnia, ac etiam definiri. Tum pergunt; *Olim quidem concurrissemus nos ad Sanctitatem tuam, qui e diversis regionibus sumus, idest ex Euphratesia, ex utraque Cilicia, secunda Cappadocia, Bithynia, Thessalia, & Mœsia, nisi detineret nos luporum terror, insidiantium gregibus ad rapinam, & ad errorem, omnemque adversitatem. Unde coacti sumus nostra vice dirigere religiosissimos Clericos & Monachos, qui impleant locum nostrum.* Quid post eam appellationem interpositam fecerit *Sixtus*, neque in laudato Synodico, neque alibi legitur. Lupus quidem in Notis ad caput CXVII. Synodici autumat, Pontificem eam admisisse, & ante datas Cyrillo & Joanni Antiocheno literas, quibus pacem confirmabat, a Baronio num. XII. & seqq. recitatas, mature omnia retractasse, etiam Constantinopolitanam *Maximiani* Synodum, & appellantes, non quidem in omnibus, sed in quibusdam exaudivisse, quod probare conatur ex utraque illa Sixti Epistola. Verum nihil in ea legitur quod contrarium non insinuet, ideoque existimandum, Pontificem sancita a Synodo Ephesina effectum sortiri voluisse, nisi quod aliqua in Synodo *Maximiani* facta circumscripsit, & quatuor Metropolitanos dignitate depositos in integrum restituit, dummodo pacis articulos subscriberent. Ex hoc egregio antiquitatis monumento apparet, quantum hallucinati fuerint, qui voluere Orientales Episcopos nunquam olim ad Romanos Pontifices, sed semper ad generalem totius Ecclesiæ Synodum provocasse.

Capite CXVIII. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi narrat Irenæus, Alexandrum Hieropolitanum Episcopum etiam ad Sixtum Papam appellasse; loquens enim de Eutherio & Helladio, qui jam idem præstiterant, ait: *Dum certe jam comperissent, quod deceptus jam Cyrilli versutiis, qui Romanæ Ecclesiæ præsidebat, adversus Nestorii personam calumnias perversis reprehensionibus approbasset, Legatos tamen ad Occidentem impigre direxerunt, manifestasque fecerunt hujusmo-*

XIII. *Alexander Hieropolitanus Metropolita cum suæ Provinciæ ad Sixtum appellat.*

nense Concilium Acephali hæretici cœpti sint nominari: testatur id inter alios Leontius Scholasticus (a). Subdit autem Liberatus: *Tunc & Evoptius Ptolemaidis Pentapoleos regionis Episcopus accipiens exemplar litterarum Theodoreti, qui scripserat contra duodecim capitula Cyrilli, direxit illud Cyrillo, ut responderet ad ea, & sua capitula exponeret. Quod gratissime suscipiens Cyrillus, fecit expositionem capitulorum suorum, & ad interpretationem duodecim addens expositiones, quo videretur plenam pro eis reddere rationem. Itaque Cyrillo suscipiente, & defendente fidem Orientalium Episcoporum, & sua capitula exponente, pax & unitas Ecclesiis reddita est. In qua pace gaudente Ecclesia, inimicus pacis æmulus veritatis non quievit adversus eam movere vasa sua, & superseminare zizania.* Hactenus Liberatus: quæ vero his subdit, nos suo loco dicemus. Quantum autem fuerit necessaria ejusmodi posterior Cyrilli interpretatio, inde colligere potes, quod Theodoretus (b) in epistola ad Domnum Antiochenum quantum iidem Syri Episcopi ad ea demolienda laboraverint, tradit his verbis: *Sunt enim* (inquit) *juxta morem consuetum Synodi plusquam quinquaginta Synodica Gesta & scripta, quæ duodecim capitulorum damnationem ostendunt.* Hæc ipse: ut non mireris, si ad pacis soliditatem voluerit

(a) Leont. l. de Sect. sect. 5. t. 9. Bibl. sanct.

(b) Theod. ep. 112.

XXII. posterioribus scriptis Cyrillus cuncta penitus elucidasse.

Quod vero, damnato licet ubique Nestorio, & in unam sententiam Occidentalibus Orientalibusque convenientibus Episcopis, nonnulli nihilominus pro eodem Nestorio certamen instaurarint: non aliunde his fiducia crevit, quam quod cum Nestorio mitius actum est: nam apud Antiochiam in monasterio suo S. Euprepii nominato libere agere, & cum omnibus quos vellet, consuetudinem habere permissus est, qui ob execrabilem hæresim longe longius extra Romanum orbem deportandus erat, ut factum est postea, sero tamen, nec nisi post inflicta a Deo flagella. Qui enim ista postremis votis monentem sanctæ memoriæ Cælestinum non audierat Theodosius Imperator de longius relegando Nestorio, divinam in se iracundiam concitavit. Sicut enim cum hujusmodi hæresis defenderetur, luctuosissima clades illa inflicta est (ut vidimus) Romano Imperio, cum Romanus exercitus in Africa magno dedecore Romani nominis, & Catholicæ fidei penitus profligatus est, cum vicerint barbari Orientalem, & Occidentalem Romanus exercitus, & Ariani Catholicos sub jugo miserint: ita nunc (o mirandum!) cum sineretur damnatus Nestorius liber inter Catholicos agere, Constantinopolitana Civitas portentosa affecta est clade hoc ipso

PAGIUS *di fraudes, quæ in hanc causam etiam de recenti fuerant parata. Hoc idem vero mox & magnus fecit Alexander, accusans illas impias pactiones, quæ super alia incongrua & in fide auxerunt discordiam.* Ex quibus discimus, Irenæum, licet Nestorianum, ideoque ab Apostolica Sede aversum, Romanas appellationes probasse, & usum appellationum a Pontifice male informato ad melius informandum, seu petendæ Apostolici judicii retractationis, non a Generali Synodo, sed ab ipso eodem Pontifice, aut ejus successore, antiquissimum esse. Verum nihil a *Sixto* obtinuit Alexander; cum, ut infra visuri sumus, Episcopatu dejectus fuerit, & in exilium missus. Sed non solum *Alexander*, verum etiam omnis ejus Provincia Romam appellavit, ut patet ex Epistola Meletii Episcopi Mopsuestensis, data eidem Alexandro, Theodoreto, & quinque aliis Episcopis, quæ refertur cap. CXIX. laudati Synodici, in qua ait Meletius: *Eos quidem, qui ad Occidentem directi sunt, Deo amicissimos Clericos ita suscepimus, ut consequens erat nostros, & qui pro tali causa sunt destinati. Quos etiam dimisimus, ut per gratiam Dei ad ulteriora procedant. Festinamus autem, si Dominus annuerit orationibus vestra Sanctitatis, & nos similia gerere.* Ex quibus intelligimus, Legatos Alexandri Hieropolitæ fuisse Clericos ac Monachos, qui vero ab istis Romam missi sunt, fuisse solum Clericos; & non tantum Alexandrum; sed omnem ejus Provinciam Romam appellasse, & Meletium hujusmodi appellationi adhæsisse; imo & Theodoretum.

XIV. *Ex isto schismate multa mala in Ecclesiam redundarunt.* Dum schisma grassaretur, Sanctus Isidorus Pelusiota dedit ad Leontium Episcopum literas in ejus Operibus recitatas lib. 4. Epist. 133. *quod lectio sacrarum literarum destructa est & corrupta, & quod unusquisque suos affectus divinis Oraculis præfert, ea res tantarum tragœdiarum & calamitatum causa extitit. Nam bellum irreconciliabile, & non indictum legitime incidit inter eos, qui pacis conciliatores esse debuerunt. Qui avidissime, siquidem possint, se se mutuo vorent; & antiquissimum hoc ducunt, & omnibus rebus anteponunt, vivos quidem occidere, sepultos autem refodere, & domos evertere, & monumentum omne abolere. Ita in se invicem armantur, & fallacias texunt; cum quidem didicerint Christum, non signis & miraculis, sed dilectione & charitate suos notasse discipulos.* Discordia autem illa Episcoporum, ex qua tot mala in Ecclesiam redundarunt, adeo invaluerat, ut sanctus Abbas concludat: *Quid igitur faciendum; si quidem id fieri possit, malum hoc corrigendum est; sin minus, quiescendum.*

XV. *S. Cyrillus variis calumniis impetitus.* Præterea cum varia de Cyrillo a Schismaticis spargerentur, Isidorus (quem Facundus lib. 2. Defensionis Trium Capitulorum scribit, *pro vita ac sapientia sua meritis, ut patrem ab ipso Cyrillo & honoratum & vocatum*) ad eum scripsit Epistolam a Baronio num. IV. recitatam, qua illum admonuit, ut ita se gereret, ut non videretur docere contraria, & sparsis rumoribus fomenta dare; qui enim a pace alieni erant, varios adversus eum sermones dissipabant, ut omnibus persuaderent, eum ad obtinendam pacem, quæ jam scripserat, retractasse, imo & de illis pœnituisse. Quare ipsemet Cyrillus scripsit



ipso anno, cum triduano incendio magna est ex parte consumpta.

XXIII. Incendium urbis Constant. Sub hujus enim anni Consulibus hæc S. Prosper in Chronico: *Maxima urbis regiæ pars Septemtrionalis per tres dies incensa, collapsaque est mense Augusto.* Hæc Prosper, eadem quoque & Marcellinus (a). Socrates (b) id ipsum affirmat sub iisdem anni hujus Coss. accidisse, incendium quidem tale, quale numquam antea visum auditumve fuerat; sed ait biduo perdurasse, cum scilicet vehementioribus grassaretur augumentis. Verum quod Novatianorum basilica non conflagrarit, miraculo tribuit Pauli tunc temporis Episcopi Novatiani Socrates ipse Novatianus: ob eamque causam addit a Novatianis celebrari solitam anniversariam diem ejus liberationis XVII. Kal. Septembris. Cæterum nulla umquam fuisse vel esse potuisse miracula hæreticorum, sæpe superius demonstratum est, & levissimam nulliusque momenti esse fidem hæretici hominis sectæ suæ hominibus miracula adscribentis. Porro quod ad incendium spectat; ista & alia mala commeruisse pati regiam civitatem affirmari posse videtur, quod adversus Ephesinum Concilium qui erant rerum arbitri Nestorio favissent, & damnato licet complures ipsorum favere non desinerent: siquidem ex litteris ejusdem Nestorii Evagrius (c) narrat, toto quadriennio post damnationem, in dicto S. Euprepii monasterio variis ipsum esse affectum honoribus, & plurimis donatum præmiis. Quomodo autem, sero licet, post sequentem annum in Oasim inaccessam solitudinem fuerit deportatus suo loco dicemus.

(a) Marc. in Chron. (b) Socr. l. 7. c. 38.

(c) Evagr. lib. 1. c. 7.

XXIV. Sixtus Papa ordinat Petrum Chrysologum Episcopum Ravennatem. Sed quid hoc anno in Occidente? Cum Ravennates Romam venissent ad Sixtum Romanum Pontificem cum decreto electionis Ravennatis Episcopi, quem in locum Joannis nuper defuncti subrogandum elegerant, præter sententiam Sixtum renitentem invenerunt; qui a S. Petro Apostolo per visum sibi apparente una cum S. Apollinare suo discipulo, primo ejus Ecclesiæ Episcopo, quem ordinare deberet, admonitus ante fuerat. Cum interea accidit, ut Sanctus Cornelius Forocorneliensis Episcopus una cum suo diacono Petro nomine inviseret ipsum Sixtum Pontificem: qui intuens Petrum, ipsum plane illum esse cognovit, quem Princeps Apostolorum in Ravennatem Episcopum fore ordinandum ostenderat. Moxque jubet Ravennates adesse, & qui instituendus esset ipsorum Episcopus docuit, nempe diaconum Forocornelienſis Ecclesiæ Petrum: sed resistentibus illis, ac reclamantibus haud moris esse ex alterius Ecclesiæ clero assumi aliquem in Ecclesiæ Ravennatis Episcopum, compulsus Sixtus fuit ea de re divinum consilium aperire, & visionem illam acceptam notam facere Ravennatibus; qui tandem acquiescentes Pontifici, cunctis rite peractis, gaudentes cum Petro a Sixto ordinato Episcopo reversi sunt; exituque dilucide declaratum est, nonnisi a Deo electum fuisse, quem admiranda morum sanctitudo, & doctrina insignis mirifice commendarunt: hæc prodita sunt ex antiquis Ravennatis Ecclesiæ monumentis, quæ vir disertus Hieronymus Rubeus commentario edito egregie illustravit. Porro quod ad ipsius Petri tyrocinium pertinet, & educatorem suum Cornelium, hæc ipse Petrus aliquando pro concione locutus est: *Cornelius namque memoriæ beatissimæ, vita clarus, cunctis virtutum titulis ubique fulgens, operum magnitudine notus universis, pater mihi fuit; ipse enim me per Evangelium genuit: ipse pius piissime enutrivit: ipse sanctus sanctam instituit servitutem: ipse Pontifex sacris obtulit, & consecravit altaribus: & ideo mihi carum colendumque Cornelii nomen. Amor ergo cognominis me compellit Cornelienſis Ecclesiæ desideriis desideranter occurrere, &c.* Hæc de Petri primordiis, reliqua inferius suis locis.

XXV. Hoc item anno sanctus Prosper revivi- scenti in Occidente & clanculo serpenti hæresi Pelagianæ se validis scriptis oppo-



PAGIUS psit ad Acacium Melitinensem Episcopum: *Si quæ Epistolæ a quibusdam circumferatur, tanquam a me de iis, quæ Ephesi acta sunt, jam dolente, ac pœnitentiam agente perscriptæ, & id quoque contemnatur. Nam per gratiam Salvatoris nostri, sana mente sumus: neque rationis usu excidimus.* In Synodico adversus Tragœdiam Irenæi cap. CXXI. refertur Epistola Theodoreti, qui hoc tempore a Cyrillo valde abalienatus erat, cujus titulus est juxta editionem Baluzi, nam apud Lupum corruptus: *ea quæ rescripta sunt ad Prophetam de ea, quæ dicitur Ægyptii pœnitentia.* Initium vero: *Vel si veram quis putet, vel si fictam Ægyptii pœnitentiam, mihi utique plurimum est odium contra eam.* Ubi loquitur de eadem Pœnitentia ac Cyrillus, ab eo vocatus *Ægyptius*, in eadem Epistola ad Acacium. Pluribus in illa Epistola Theodoretus in Capitula Cyrilli invehitur, ex qua intelligimus quam falsis criminationibus Cyrillus infestatus fuerit.

XVI. *Incendium Constantinopolitanum.* Ad num. XXIII. Socrates lib. 7. cap. 39. Marcellinus in Chronico, & Auctor Chronici Alexandrini scribunt, sub hujus anni Coss. magnam Urbis Constantinopolitanæ partem incendio conflagrasse, & quidem *mense Augusto*, quamvis Socrates & Auctor Chronici Alexandrini in die non consentiant, & Marcellinus habeat, incendium duravisse *dies tres continuos*, Socrates vero per duos dies ac totidem noctes.

XVII. *Prosper confutat Cassianum.* A num. XXV. ad XXXI. *Massilienses* Cælestini Papæ literis haud repressi asserebant commendatam in illis priorum Sancti *Augustini* voluminum Doctrinam, non vero approbata ea quæ

Pelagii hæresis sub Catholico nomine clam serpit.

fuit. Periculosum quidem in Ecclesia bellum excitari videbatur non ab hostibus, sed ab iis qui Catholico nomine in Ecclesia versarentur, immo & magna cum laude adversus Pelagianos errores valentioribus telis pugnasse visi fuissent. Quis enim caveret hostem, quem in castris Fidelium militantem in hostes jecisse jacula pervidisset? Tale quiddam hoc tempore accidit in Ecclesia. Cum enim (ut superius dictum est) Joannes Cassianus presbyter Massiliensis Ecclesiæ, adversus Nestorium, disertum atque perutile de Incarnatione Domini commentarium edidisset, eodemque volumine Pelagium atque Pelagianos velut ejus hæresis primos auctores vehementer exagitasset: factum esse visum est nonnullis, ut calumniæ loco duceretur, quod a Catholicis viris ut Prospero & aliis, ipse Cassianus Pelagianæ hæresis in crimen adductus esset, ac proinde editas ab eo Collationes Patrum absque erroris suspicione Fideles incaute legerent absque delectu, utpote viri Catholici, cujus cuncta esse Catholica existimarent: unde accideret, ut iidem nescientes efficerentur ea saltem ex parte Pelagiani, qua adversus gratiam ab eo liberi arbitrii vires prædicarentur. His igitur latentibus malis ut occurreret S. Prosper, adversus Collatorem librum hoc anno conscripsit, & quidem eruditione insignem, quo & venena produntur, & adversus ea antidotum præparatur.

XXVI. Id quidem hoc ipso anno sanctum Prosperum præstitisse, ipsius testificatione liquet. Etenim cum in operis præfatione annos numeret (*a*) viginti & amplius, nempe exactos: *Quo* (inquit) *contra inimicos gratiæ Dei Catholica acies hujus viri ductu, nempe S. Augustini, pugnat & vincit*: idemque tempus illud numerare incipiat ab anno Concilii Carthaginensis, in quo primum Cælestius damnatus est, ut quæ subdit ipse declarant, & docent ea quæ de ortu ejus hæresis in Chronico profitetur, ducens ejusmodi annorum numerum a Luciani Consulatu, qui est annus Domini quadringentesimus decimus tertius; plane constat dictum numerum annorum viginti in hunc ipsum annum desinere, quo Consulatum gessit Theodosius Augustus decimumquartum cum Maximo, quo ipse S. Prosper in Chronico ejusdem Joannis Cassiani honorifice meminit verbis istis: *Joannes monachus, cognomento Cassianus, insignis, & facundus scriptor habetur*: Quibus sane verbis eum adhuc vita superstitem fuisse ipse declarat: ut plane intelligas, cum Gennadius ait, eum post scriptos libros contra Nestorium finem vivendi fecisse, significare voluisse, nihil præterea, superveniente morte, ab ipso scriptum fuisse, perveniisse ipsum quidem ad annum Domini quadringentesimum trigesimumquintum, Trithemius tradit, cui tamen haud inviti consenserimus. Certe quidem S. Prosperum redarguisse Cassiani adhuc viventis scripta, non solum quæ in Chronico tradit ostendunt, sed & quæ habet in fine operis manifeste declarant, his scilicet verbis de Cassiano & aliis S. Augustini reprehensoribus agens (*b*): *Quorum tamen, dum adhuc non sunt a fraterna societate divisi, toleranda magis est intentio, quam desperanda correctio; donec Dominus per Ecclesiæ Principes, & legitimos judiciorum suorum ministros, hæc quæ per paucorum superbiam, & quorumdam imperitiam sunt turbata, componat*. Hæc Prosper, cum perorat: quibus intelligis Cassianum inter Catholicos professores adnumeratum.

(*a*) *Prosp. cont. Col. lat. præfat.*

Prosper detegit insidias Pelagianorum.

(*b*) *Prosp. adv. Col. in fin.*

XXVII. Per Sixtum autem Romanum Pontificem S. Prosper perfici quod optare se dicit, paulo superius significavit his verbis: *Confidimus Domini protectione præstandum, ut quod operatus est in Innocentio, Zosimo, Bonifacio, Cælestino*, Romanis prædecessoribus Pontificibus, *operetur & in Sixto; & in custodia Dominici gregis hæc sit pars gloriæ huic reservata pastori, ut sicut illi lupos abegere manifestos, ita hic depellat occultos: illo auribus suis doctissimi senis* (nempe Augustini *c*) *insonante sermone, quo collaborantem secum hortatus est, dicens: Sunt enim quidam justissime damnati, qui impietates adhuc liberius defendendas putant: & sunt qui occultius penetrant domos; & quod in aperto clamare jam metuunt, in secreto seminare non quiescunt: sunt autem qui omnino siluerunt, magno timo-*

XXVII. Prosper Sixtum Pont. excitat in Cassianum.

(*c*) *Aug. ep. 105.*

PAGIUS quæ ad Adrumetinos, & paulo post ad Prosperum & Hilarium scripserat. Collationes etiam *Cassiani* passim per totam Galliam acriter defendebantur. Quare *Prosper* librum in lucem emisit, quem *contra Collatorem* inscripsit, in quo ea, quæ Cassianus in XIII. Collatione ad Lerinenses perperam de divina gratia docuerat, vellicat ac refellit. Duodecim *Cassiani* assertiones eo in Opere examinat, quarum indicem versus finem subnectit, & uti ab *Augustini* encomiis ejus libri initium fecit, ita & delatis *Augustino* laudibus eumdem concluſit. Nonnulli eo fere tempore quindecim breviores sententias, & has prorsus absurdas publicarunt veluti ab Augustino assertas, ut tali commento & detestationem ejus, quem impeterent, obtinerent, & ab his, quæ infamassent, curam exterriti Lectoris averte rent. At idem Prosper edito libello, quem *ad Capitula Gallorum Responsiones* vocavit, calumniarum nebulas procul ab Augustino amovit. Hoc autem Opusculum post librum contra Collatorem editum videtur, quod initio illius contra Cassianum se scribere protestatur, omittens interim, *quæ vulgus*, inquit



*timore compressi, sed adhuc corde retinentes quod ore jam proferre non audent, qui tamen esse possunt fratribus ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde alii severius coercendi, alii vigilantius vestigandi: alii tractandi quidem lenius, sed non segnius sunt docendi, ut si non timentur ne prodant, non tamen negligantur, ne pereant*. Hucusque recitat Prosper S. Augustini verba scripta olim ad Sixtum ipsum cum presbyter esset, quibus oportune eum in hos occultos Pelagianos infectandos inflammat. Quid autem Sixtus egerit, incertum est: caremus enim ejus Pontificis scriptorum monumentis, quæ & adversus Nestorianos quoque fuisse edita vidimus. Constat tamen ejusmodi Prosperi scriptionem effectu minime caruisse.

Expurgatores Cassiani.

(*c*) *Ado in Chron. anno 425. in fin.*

XXVIII. Cassiani scripta purgata.

Siquidem Prosperi admonitione illud in primis factum est, ut Cassiani scripta cautius legerentur & corrigerentur, potissimum vero Collationes ipsæ: quæ cum valde proficuæ esse cognoscerentur vitam Christianam excultiorem sectantibus; ne pro medela ipsos haurire ex eis venenum contingeret, a nonnullis emendatæ fuisse reperiuntur. Primum quidem omnium id præstitit S. Eucherius, Lugdunensis tunc Ecclesiæ presbyter, cum Cassiani opera compendiose seligens, quæ utilia viderentur in epitomen accurate redegit: haud enim dubium, a Catholico viro nonnisi Catholica selecta fuisse: testatur id quidem Gennadius & ipse Massiliensis presbyter, qui sanctitatis titulo suum Cassianum sic exornat his verbis (*a*): *Sed & S. Cassiani quædam opuscula lato tensa sermone, idem Eucherius angusto verbi resolvens tramite, in unum coegit volumen*. Hæc Gennadius ejusdem farinæ cum Cassiano; qui ne diceret, erroribus confutatis Eucherium expurgando contraxisse opera Cassiani, latum sermone circumcidisse prætexuit.

(*a*) *Genna. de Vir. illustr. c. 63.*

XXIX. Quod autem in Galliis Eucherius, id ipsum, nempe Cassiani Collationum expurgationem Victor in Africa præstitit; de quo ista Cassiodorus (*b*): *Cassiani dicta Victor Martyritanus Episcopus Afer, ita Domino juvante, purgavit, & quæ minus erant, addidit, ut ei rerum ista-*

(*b*) *Cassiod. Inst. divin. lect. c. 29.*



*rum palma merito conferatur: quem inter alios de Africæ partibus cito nobis credimus esse dirigendum*. Hæc Cassiodorus: sed putamus ipsum spe frustratum, non accepisse; siquidem Ado (*c*) Viennensis Episcopus, ab ipso Cassiodoro id operis, ut Cassianum corrigeret, elaboratum affirmat, dum ait: *Opera illius a Catholicis cautissime legenda, maxime de libero arbitrio & gratia: sed & Encratitarum hæresi incautius favit. Errores illius Cassiodorus Ravennatum Senator purgare volens, non ad plenum omni ex parte potuit*. Hæc ipse Ado. Sed numquid Augiæ stabulum liber ille, qui tot scopis emundari non valuit?

XXX. Falli certo scias, qui ex eo, qui præmanibus habetur Collationum liber Cassiani, defendunt ipsum fuisse omni ex parte Catholicum, ut videre potes in appendice ad Cassianum Romæ editum; perinde atque si quis cum aliquem videat esse sanum ex eo numquam antea ægrotasse velit asserere: morbosum quidem olim fuisse volumen illud, ex medicorum ineo impensa diutius arte certo certius intelligere potes. Nisi libeat auscultare Gennadium æque Pelagianum Cassianum excusantem, Prosperum vero damnantem his verbis: *Legi & librum Prosperi in personam Cassiani adversus opuscula Cassiani sub persona Collatoris: quæ Ecclesiæ Dei salutaria probat, ille infamat nociva. Quæ enim vere Cassiani & Prosperi de gratia & libero arbitrio sententiæ fuerunt, in aliquibus sibi contrariæ inveniuntur. Hic etiam Prosper post obitum beati Augustini librorum ejus contra hæreticos inimicos gratiæ Christi defensor extitit*. Hæc quidem Gennadius: sed dum Prosperum damnat, absolvit; & dum Cassianum absolvit, damnat. Etenim si Prosper impugnat Cassianum, & defendit Augustinum, plane refragante illi sancto Augustino, Cassianum condemnat, & defendentem Augustinum S. Prosperum absolvit. Sed an verum sit quod collega Gennadius ait, Ecclesiam Dei probasse opuscula Cassiani ut Catholica, *quæ* (inquit) *ut nociva* Prosper *infamat*: Gelasii censuram consule, qua eadem Cassiani opuscula inter apocrypha, ut minime Catholi-

Gennadius nimis favet Cassiano contra S. Prosperum.

PAGIUS quit, *ignobile, & procax ineptorum loquacitas intemperanter effundit*. Itaque cum Prosper veluti Augustini defensor in ora famæ versaretur, *Camillus & Theodorus* Genuenses Presbyteri cum quibusdam difficultatibus in libro Sancti Augustini de Prædestinatione SS. premerentur, dubiorum solutionem ab eo petiere, isque e vestigio misit ad eos librum inscriptum: *Ad excerpta Genuensium Responsiones* Hæc Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 10.

XVIII. *Cassiani Sanctitas.*

*Prosperum* currenti anno librum suum *contra Collatorem*, Cassianum scilicet, elucubrasse, recte ostendit Baronius. Licet vero Cassianus Semipelagianus fuerit, quia tamen hæc opinio hoc tempore nondum damnata erat, cum opinione sanctitatis Massiliæ obiit. Nam Gregorius Magnus lib. VI. Epist. XII. ad *Respectam* Abbatissam Massiliensem laudat monasterium, *quod in honorem Sancti Cassiani est consecratum*. Visitur adhuc illud Massiliæ, ubi ejus memoria colitur ad diem XXIII. Julii, & ante cujus sepulcrum die noctuque lucerna ardet. In Synodo tamen Romana a Gelasio celebrata inter damnatos libros Cassiani ac Fausti Rejensis Epi-

ca, reiiciuntur. At de Cassiano hactenus.

XXXI. Concilium Rom. in causa Sixti.

Ad finem præsentis anni, nempe mense Decembris, evolutis jam anno uno & mensibus octo a creatione Sixti Romani Pontificis (ut habent res gestæ Romanorum Pontificum) celebratum est Romæ Concilium in causa ejusdem Sixti Papæ, cum ab Anicio Basso Exconsule turpi calumnia exagitatus est; cum ipse Pontifex sponte voluit suam judicari in Synodo causam. Reperiuntur quædam Acta ejus Concilii nimia antiquitate corrupta atque undique depravata; quæ ne quid habeat quod desideret, & aliunde cogatur petere lector, hic addenda putavimus. Quorum cum diversa sint exemplaria, in aliquibus eorum præpositi habentur Consules atque dies, sed mea sententia ascititii, quippe qui notatum habeant diem sexto Kalend. Septembris anni quadringentesimi & quadragesimi, qui contigit post obitum ipsius Sixti, nimirum sub Consulatu Valentiniani & Anatolii, quibus Romanum Concilium de expurgatione ipsius Sixti in eis legitur congregatum, in quo & sexto Kalend. Septembris condemnatio facta ponitur ejus accusatorum. Reddamus nos hic ea; quæ licet mendosissima reperiantur, facta tamen collatione aliorum exemplarium cum iis quæ habentur typis excusa, hic tibi ea pene emaculata, utinam ita & in omnibus æque vera, describimus:

XXXII. Acta de accusatione Sixti Papæ.

*Valentiniano & Anatolio viris clarissimis Consulibus, Crescentius quidam ex nobilibus timens Deum, quas composuerat per annos vitæ suæ, omnes facultates suas Ecclesiæ reliquit, & in integro Ecclesiam fecit hæredem atque instituit. In qua dimisit prædium in partibus Siciliæ, quod nominatur Ægianum* *, *quod præstat solidos septingentos. Secus hoc prædium proximum non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius servus Mariniani, insinuavit Mariniano, & laudavit prædium Ecclesiæ. Tunc Marinianus perrexit ad Episcopum urbis Romæ Sixtum, & cæpit rogans postulare ab eo fundum Ecclesia supradictum. Respondens Sixtus Episcopus urbis Romæ, dixit: Nihil ex meis redditibus, carissime fili, accrevit Ecclesiæ, unde pauperum senecta sublevari desiderat: nec veni Ecclesiam subvertere. Hoc audito Marinianus tabuit* * *intra se ipsum & discessit. Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus & facultatibus dives sic nutritus fuerat quasi in domo Bassi Exconsulis: hic venit ad Sixtum Episcopum, & cæpit rogare eum, ut ingenuitas ejus servaretur per Ecclesiam. Veniens autem Sixtus Episcopus urbis Romæ ad Bassum, cæpit rogare eum de ingenuitatis monumento. Tunc iratus Bassus respondit ad Sixtum Episcopum: Nemo judicavit dominum ex consilio servi. Mane misit, & universa prædia ejus occupavit. Exiens autem Sixtus Episcopus venit ad Valentinianum Augustum, & cæpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tantum ut chirographo Augusti munitus per Ecclesiam vindicaretur. Et cæpit studiose, (sicut decet Ecclesiam semper) sublevare gravatos.*

* Argianum.

* turbavit ira.

XXXIII.

*Iratus autem Marinianus de his quæ supra dicta sunt, venit ad Bassum, dicens quædam* * *de malitia Sixti Episcopi, & quod per Petrum audierat fervum Sixti Epi-*

* quasi.

PAGIUS

Episcopi numerata sunt Opera, quia ab eo tempore alterutrius opinionis tueri tutum non fuit. Negarunt quidem aliqui Theologi *Cassianum* ab Augustini doctrina recessisse, sed quæ Baronius habet contrarium manifeste ostendunt. Annus mortis ejus incertus.

XIX. *Accusatio Sixti PP. & Polychronii Episc. suspecta fidei.*

Ad num. XXXI. & seqq. Acta Synodi Romanæ de causa *Sixti* III. Pontificis Romani stupro accusati a *Basso* Exconsule, in qua dicitur purgatus Clero, Senatu, & Imperatore præsentibus, falsa Consulum nota consignantur, & anachronismis scatent: Nec ullum robur illis accedit ex epistola Sixti ad Episcopos Orientales; cum contexta sit ex sententiis Concilii Toletani VIII. Felicis III. Gregorii Magni, Hadriani I. Codicis tam Theodosiani quam Justinianei, Aniani Interpretis, & Sixti Pythagoræi. Ejusdem farinæ sunt Acta *de Synodali accusatione & expurgatione Polychronii Episcopi Hierosolymitani*, quæ sub Pontificatu Sixti III. Romæ dicuntur habita. Toto enim Sedis Sixti tempore *Juvenalis* præfuit Ecclesiæ Hierosolymitanæ, & nihil illis Actis insulsius. Refertur quidem accusatio & purgatio Sixti III. in libro Anastasii, sed cum in eo aliæ fabulæ recitentur, utraque historia suspectæ fidei haberi debet.

XX.

Hoc vel superiori anno Sancto Leontio Episcopo Forojulienſi in Gallia demortuo, Sanctum *Maximum* Abbatem Lerinensem Sancti Honorati creati Episcopi Arelatensis successorem civitas Præsulem postulavit, quod ex Oratione Fausti Reiensis de Laudibus sancti Maximi Regiensis Episcopi clare deducitur. Dicitur in ea sanctum Maximum per annos septem Abbatiæ Lerinensi præfuisse: *& quasi*, inquit Faustus, *annorum hebdomade transacta (nam plenis septem annis ibidem Christi gregem pavit,) Rachel acquisiturus præfertur insulæ, præparatur Ecclesiæ.* Aliquanto post habet Faustus: *Ambiebant illum diversæ patriæ, sed vel maxime proxima eremi civitas, quæ territorii ac finium suorum incolam velut proprium amplectebatur indigenam: ambiebat illum proxima eremi civitas, qua inter locum hunc & insulam (ut nostis) interjacet. Qua ille suspicione percussus tristem parat egressum, & longinquum meditatur exilium.* Ex duabus illis civitatibus prior est *Antipolis*, in cujus Diœcesi insula Lerinensis sita: posterior *Forojulium*, quod interjacet inter *Regium*, in quo ea oratio habita, & Lerinensem insulam. Quare Antipolitana & Forojuliensis civitates *Maximum* frustra sibi Episcopum optarunt, certumque, *Leontium* hoc anno ad cœlestem patriam transiisse, ideoque quæ ei a Baronio, aliisque viris doctis attributa sunt, ad alios ejusdem nominis Antistites referenda esse; cum *Maximus* Ho-

*S. Leontio Episc. Forojulienſi demortuo Maximus Abbas Lerinensis fugit Episcopatum.*



Parata calumnia adversus Sixtum.

*Episcopi, quod consecratam stuprasset. Consilio inito, cæperunt ambo accusare eum apud Augustum Valentinianum: ita ut accenderetur Augustus & mater ejus furore: & suspenderunt se invicem a communione. Sixtus autem Episcopus urbis Romæ sciens omnia quæ de eo ad Augustum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus se seligeret, venit ad basilicam B. Petri Apostoli, & fecit quasi suprascriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat dicens: Si delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non fit? Et cæpit omnis plebs urbana clamare, ut dicta ejus Augustus, & clerus Urbis Romæ probaret examine.*

XXXIV. Judicium de Sixto Pontifice.

*Audito hoc Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Et jussit fieri secundum dicta, & congregavit universum Senatum urbis Romæ, & Sixtus Episcopus congregavit presbyteros urbis Romæ & clerum, necnon & monasteria servorum Dei. Et sederunt in uno conflictu* * *in basilica Heleniana, quæ dicitur Sessorianum Atrium: & cæpit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent qui separaverunt filium a matre Ecclesia, & corroborent* * *universa velamina cordis sui. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Justa petitio non absondatur. Erant autem ibi Patricii Exconsules isti, Paterius Exconsul, Anatolius Exconsul, ipse Bassus Exconsul, & Marinianus Patricius, Sigisvultus Patricius, Honoratus Patricius, Frontejus Expræfectus: & advocati isti, Quintus, Deuterius, Alexander, Heliocarus: presbyteri autem Romæ omnes quadraginta octo* * *diaconi quinque. Introivit autem Epiphanius presbyter, & dixit: Quamquam in meo arbitrio sit, judicer, an non judicer: tamen in meo judicio non absondatur veritas. Respondit Augustus Valentinianus, & dixit ad Bassum: Confitere publice universas intimationes tuas: quoniam si non probaveris, eris obnoxius Ecclesiæ & Pontifici: nam & damnatio tibi commanet. Et iterum Augustus dixit ad Maximum: Parens Maxime, justa fuit postulatio tua. Levavit se Augustus, & dedit in arbitrio Sixti Episcopi, judicare judicium suum. Et discesserunt cum Augusto omnes. Et erat sicut in pristinum unita Ecclesia, ut cum gaudio & joco discederet. Valentinianus Augustus a Sixto Episcopo, insultans Mariniano & Basso.*

* consessu.

* comprobent.

* novem.

XXXV. Damnatio Bassi & Marinia-ni.

*Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros urbis Romæ, & sedit in eodem loco, ubi consistebat Augustus, & fecit commune Concilium, & damnavit Bassum & Marinianum, ita ut in commune ambos simul sublevaret: & misit auctoritatis munimen super omnes Episcopos. Audientes hoc Bassus & Marinianus, cæpit Bassus graviter ferre, Marinianus desidere; ita ut Bassus prædia sua, quæ composuisset per omnes annos vitæ suæ, omnia Ecclesiæ derelinqueret, ut ad communionem admitteretur, & non sublevaretur. Nam & Marinianus ore proprio clamabat, dicens: Scriptum est in verbis Evangelicis (a): Dimittite, & dimittetur vobis. Hoc cum audiret Sixtus, dixit: Scriptum est in Evangelicæ doctrinæ verbis: (b) Qui peccaverit, in hoc sæculo dimittetur ei: qui autem peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc neque in futuro. Et* * *eos revocavit ad communionem, ita ut de hoc sæculo ambo sic transirent: & damnavit eos sexto Kalendas Septembris: ita tamen, ut Sixtus Episcopus sedens in sede sua sic judicaret, dicens & proferens Evangelica verba per eamdem doctrinam, dicens (c): Non est servus supra dominum, neque discipulus super magistrum. Et quia dixerunt Bassus & Marinianus, quod sorti assumerent negotium, relegit Evangelia in loco ubi scriptum est (d): Sedente Jesu & scribente digito in terra, & quia non inveniebant Judei quomodo eum*

(a) Luc. 6.

(b) Matt. 12.

* Nec.

(c) Joan. 12.

(d) Joan. 8.

PAGIUS

XXI. *Maximus fit Episc. Rejensis & Faustus Abbas Lerinensis.*

Honorato anno CCCCXXVI. in Abbatiam Lerinensem successerit.

Chiffletius Part. I. Paulini Illustrati cap. 17. & alibi existimat, eum Barbaris in oram Gallo-provinciæ maritimam irrumpentibus occisum esse, & martyrio vitam finiisse. Verum *Vandali*, quos Barbarorum nomine intelligit Chiffletius, hoc tempore de regno in Africa stabiliendo, ex eaque Romanis eiiciendis, non vero de Provincialibus invadendis, cogitabant. Quare recte Antelmius cap. 19. arbitratur, *Theodorum* Leontio succesisse; cum subscriptus legatur Synodo Reiensi anno CCCCXXXIX. & Arausicanæ primæ post biennium habitis, & certum sit, *Theodorum* Sancto Leone Magno Ecclesiam Romanam regente Episcopum Forojuliensem fuisse; & alios Antistites memoratos in duobus præfatis Conciliis, aliis Gallo-provinciæ civitatibus præfuisse. Neque enim Leontius, si jam e vivis non excessisset, ab utroque Concilio abfuisset. Si itaque aliquis *Leontius* Martyr Ecclesiæ Forojuliensi præfuit, id post Theodorum sine dubio contigit. Faustus in citata oratione scribit: *Non post longum tempus (ut meministis) Sancto orbata Pastore populi præsentis* (Regiensis scilicet civitatis, in qua illa oratio dicta) *Ecclesia, piam supplex mandat legationem. Quo ille comperto* (nempe Maximus) *instructo remige profugus evolat*, &c. ideoque septennio in Abbatia Lerinensi exacto *Maximus* Episcopus Reiensis renunciatus est, eumque in ea Abbatia excepit *Faustus* Monachus Lerinensis, ejus encomiastes, qui postea eidem etiam in Episcopatu Reiensi successit, teste Sidonio in Eucharistico ad eumdem Faustum, cujus supra cæteros cultor fuit,

*Fuerit quis Maximus ille*
*Urbem tu cujus Monachusque Antistes & Abbas*
*Bis successor agis.*

Ex

*eum damnarent, adulteram adduxerunt ei, & hoc respondit Jesus: Si quis ex vobis sine peccato est, iniciat super ipsam lapidem. Et hæc per verba Evangelica judicabat sedem suam. Actum in basilica Heleniana.* Hactenus Acta.

XXXVI. Quod autem varia sit lectio verborum illorum: *Et eos revocavit ad communionem* vel: *Nec eos revocavit ad communionem* priori lectioni consentit epistola ejusdem Sixti ad Orientales, in qua hæc leguntur: *Condemnatus est memoratus Bassus in dicta Synodo, ita tamen, ut in ultima die viaticum ei non denegaretur propter humanitatem pietatis Ecclesiæ.* Porro quod ibi ponitur Marinianus derisisse Pontificem, & idcirco illa subiicias verba Sixtus: *Qui peccaverit in Spiritum sanctum*, &c. sic accipe, quod scilicet ficte idem veniam postulasset. Sed cum in petitione veniæ perstitissent ambo, eosdem ibi subditur esse revocatos ad Ecclesiam. Sed major inde suboritur difficultas: quomodo condemnatio Probi & Mariniani facta legitur sub dictis Consulibus sexto Kalendas Septembris, & epistola ad Orientales a Sixto scripta de Bassi obitu & sepultura data habetur sub iisdem Consulibus Kalendis Aprilis? & quonam pacto in ea epistola pro Anatolio Consule Florentius cum Valentiniano ponitur? Sed & inde major augetur difficultas: qua ratione eo anno ea die Augusti confecta Acta ista leguntur, cum obiisse Sixtus dicto anno longe ante legatur, nempe quinto Kalend. Aprilis? Sed & quomodo eadem subsistet epistola, quæ data legitur Kalend. Aprilis, cum dictum sit eo anno quinto Kalend. ejusdem Sixtum esse defunctum?

XXXVII. Unde cum hæc subsistere nullo modo queant, quod sibi invicem adversentur: certe quidem aliunde quam ex dictis Actis ejusmodi existimo esse petendam historiam, & e puriori fonte hauriendam esse, nempe ex libro de Romanis Pontificibus omnium pervetusto: ubi cum agitur de Sixto, non ultimo ejus sedis anno, sed hoc ipso anno secundo eas esse passus ipse calumnias legitur his scilicet verbis: *Hic post annum unum & menses octo criminatur a quodam Basso. Eodem tempore audiens hoc Valentinianus Augustus jussit Concilium & sanctam Synodum congregari: & facto conventu cum magna examinatione per judicium Synodicum purgatum a quinquagintasex Episcopis, & condemnatur Bassus a Synodo, ita tamen, ut ultimo die viaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis Ecclesiæ. Hoc audiens Valentinianus Augustus cum matre sua Placidia Augusta, furore sancto commoti, proscriptione Bassum condemnaverunt, & omnia prædia facultatum ejus Ecclesiæ Catholicæ sociarunt. Qui Bassus nutu divino intra tres menses moritur: cujus corpus Sixtus Episcopus cum linteaminibus & aromatibus manibus suis tractans recondidit & sepelivit ad B. Petrum Apostolum in cubiculo parentum ejus.* Hæc ibi. Erat autem Aniciorum sacra ædes post apsidem basilicæ sancti Petri, de qua diximus pluribus ad finem superioris tomi, in qua erant Aniciorum sepulcra: Bassus enim & ipse Anicius erat, qui ante annos duos cum Antiocho gesserat Consulatum. Ex his igitur quæ vera germanaque sit de Sixto & Basso historia, quæve spuria & depravata penitus habeatur, lector intelligis.

Legitima historia de actis Sixti cum Basso.

XXXVIII. Sed quod in his quæ ad spuria de Sixto Acta pertinent, versetur oratio: non prætermittimus dicere de Actis illis, quæ in-

PAGIUS XXII. *Maximus, Theodorus, & Hilarius uno eodemque tempore Episcopatum gessere.*

Ex his plane evertitur quod scribit Baronius anno CCCCLXVI. num. XIV. & alibi, *Maximum* nempe electum Episcopum Reiorum post Prosperum Sancti Augustini discipulum: præterquam enim quod *Prosper* nunquam Episcopus fuit, ut vel solum Episcopatus Maximi initium demonstrat, *Faustus* ante Hilarii Episcopi Arelatensis obitum, qui anno CCCCXLIX. accidit, Abbas Lerinensis fuit. Sanctus enim *Honoratus* Episcopus Massiliensis in Vita Sancti Hilarii Arelatensis Episcopi cap. 5. loquens de sene *Caprasio* primo Lerinensis insulæ monacho, dum is morti proximus esset, ait: *In eodem loco tunc temporis S. Faustum Presbyterum pariter & Abbatem ita futurorum præscius honoravit, ut inter se & sanctos Sacerdotes Theodorum & Maximum compelleret residere.* Cum ergo sanctus *Caprasius*, perfectæ consummatæque gravitatis senex describatur ab Hilario Arelatensi in Oratione funebri, (quam habuit in morte sancti Honorati decessoris sui), quando sancti juvenes *Venantius* & idem *Honoratus* se se illius disciplinæ subdunt, sequenti circiter anno obit; cum hujus sæculi initio, quo utrumque per terras & maria assidue comitatus est, jam esset *annorum gravitate confectus*, ut inquit idem Hilarius, ideoque sexagesimum ad minus annum tunc attingeret, & hoc tempore nonagenario major esset, ut inquit idem Antelmius in Appendice ad eamdem dissertationem cap. 3. Quare hoc tempore *Hilarium* Ecclesiæ Arelatensi, *Maximum* Regiensi, *Theodorum* Forojulienſi & *Faustum* Abbatiæ Lerinensi præfuisse, certum & indubitatum. Ex his Annales aliquibus in locis emendari, & in quibusdam aliis suppleri, possunt, liquetque *Faustum* non in minori Britannia, seu Armorica Provincia, sed in Magna Britannia natum esse, cum hoc tempore annum ætatis ad minus tricesimum attigerit, & diu post *Armorica* minoris Britanniæ nomine appellata fuerit, aliquot nempe annos postquam Angli & Saxones Magnam Britanniam occuparunt, & plures ex veteribus colonis in Armoricam, quam de suo nomine appellarunt, fugere compulerunt. Qua de re infra.

XXIII. *S. Isidorus fuit Presbyter & Abbas monasterii Pelusii.*

Post hunc annum nulla amplius occurrit mentio Sancti *Isidori* Pelusiotæ, cujus sæpe meminit Baronius in Annalibus. Erat *Pelusium*, a quo Isidorus Pelusiota dictus, Ægypti proprie sumptæ, seu inferioris, Urbs primaria post Alexandriam



Acta Sixti cum Polychronio cujus fidei sint.

inter eumdem Sixtum Romanum Pontificem & Polychronium quemdam Hierosolymitanum assertum Episcopum transacta leguntur ibi post recitata Acta Sixti cum Basso. Quæ in primis cum notata Consulibus Valentiniano septimum & Aviено habeantur, certe quidem non ad Sixti Papæ tempora, sed ad Leonis Magni sunt referenda Pontificatum, nempe ad annum undecimum sedis ejus. Verum his longe graviora eamdem historiam labefactant, nimirum nullum dari locum vel tempus ut sub Sixto vel Leone aliquis Polychronius nomine Hierosolymorum Episcopus esse potuerit, sedente jam ab anno Domini quadringentesimo undetrigesimo Juvenali Episcopo post Praylium, propaganteque sedem usque ad annum Domini quadringentesimum quinquagesimum septimum. Interfuisse quidem eumdem Juvenalem duobus Conciliis œcumenicis, Ephesino de quo actum est, & Chalcedonensi de quo dicemus sequenti tomo ex ipsorum Actis luce clarius redditur exploratum, adeo ut nec minimum quidem in dubium id valeat revocari. Hæc igitur, cum ita se habeant, ubi erit vel sub Sixto vel sub ejus successore Leone Polychronii locus, ut quomodocumque sub signatis Consulibus illa potuerint Acta esse confecta?

XXXIX. Quæ præterea ibi leguntur de obsessa civitate Hierosolymorum hoc tempore, nullo modo subsistunt. Rursum vero nec apud Nicephorum Episcopum Constantinopolitanum, qui texuit catalogum Episcoporum Hierosolymorum, neque apud Nicephorum Callistum, vel Evagrium, qui horum temporum Orientalis Ecclesiæ prosecuti sunt res gestas usquam vel levis saltem Polychronii nominis mentio habetur. Unde autem ejusmodi solvi possint nodi, & ea Acta probari, hactenus non invenimus: quæ tamen ut legitima citata scimus a Nicolao Romano Pontifice in epistola ad Michaelem Imperatorem, & a Petro Damiani in epistola ad Henricum Ravennatem, atque ab aliis postea recentioribus de illis minime dubitantibus. Libenter equidem audirem, si quis esset, qui eadem Acta veritati in omnibus redderet consentanea, vel saltem aliqua ex parte verisimilia: licet enim in his plurimum laboris insumpserim, *nihil* præterea sum consecutus, nisi ut impossibile esse repererim, ad veritatis lineam eadem revocari aliquo modo posse: cum ergo ea esse talia nactus fuerim, abstinere ab illis reconsendis consultius existimavi; cum præsertim qui ea cupiunt, habeant alibi ubi legant.

Qui

PAGIUS driam, in qua Isidorus Presbyter & Abbas fuit. Sanctus Ephrem Episcopus Antiochenus apud Photium in Biblioth. Cod. CCXXVIII. testatur, *Isidorum Monachum clarum, domo Alexandrinum*, ac *summis Sacerdotibus venerabilem* fuisse. Aperte Sanctum Chrysostomum defendit, Arcadium & Cyrillum, atque hujus avunculum Theophilum perstrinxit, eorumque sinistras adversus virum sanctum susceptas molitiones taxavit, teste Nicephoro lib. 14. cap. 53. Facundus lib. 2. Defensionis Trium Capitulorum duo millia Epistolarum *ad edificationem Ecclesiæ* ab eo scripta; Suidas vero Epistolas ter mille ab eo exaratas tradit. Extant tamen tantum Isidori Epistolæ bis mille centum ac tredecim. Notabile est quod refert Auctor Anonymus Synodici adversus Tragœdiam Irenæi ex ipsomet Irenæo, cujus verba in linguam Latinam ipse vertit: *Has omnes beati Isidori, Presbyteri & Abbatis Pelusiotæ, excerpsi & transtuli ex Epistolis ejus duobus millibus, quæ sunt per quingentenas distributæ in Acemetensis monasterii Codicibus vetustissimis quatuor. Ubi etiam per ordinem singularum numerus continetur. Et ultima est, quam ego quoque ultimam posui. Deo gratias*, inquit Irenæus, qui cum hoc tempore vixerit, & paucos post annos Tyriorum Metropolita dictus sit, ut suo loco ostendam, nullum dubium esse debet, quin Isidorus *Abbas* fuerit, licet Bollandus ad diem IV. Februarii, quo in menæis colitur, Baronius in Notis ad Martyrologium Roman. aliique passim eum tantum Monachum & Presbyterum appellent. Præterea Auctor ipsius Synodici, qui paulo post Justinianum Imperatorem vixit, capiti sexto hunc titulum præfixit: *Epistola sanctissimi Doctoris Ecclesiæ Isidori, Presbyteri & Abbatis monasterii circa Pelusium, ad Archiepiscopum Alexandriæ beatissimum Cyrillum.* Et postea recitat præfata Irenæi verba. Dicit autem Irenæus se Epistolas illas quas refert, excerpsisse, seu ex Codicibus Acemetensis Monasterii transtulisse in suum Opus, in iisque contineri duo mille Epistolas, sed se non omnes posuisse. Quare numerus Epistolarum Isidori adhuc incertus est. Denique Nicephorus lib. 14. cap. 53. loquens de Magnis Viris qui Theodosio Jun. imperante floruere ait: *Talis Isidorus ille fuit, qui in Pelusio monte præfuit. Nilus & Marcus præclari Ascetæ, & Sapiens item Cyri Ecclesiæ Antistes Theodoritus.* Quare licet in Martyrologio Romano & in Menologio Græcorum Isidorus dicatur tantum *Monachus*, uti etiam appellatur a Facundo citato, Suida, aliisque, non videtur tamen dubitandum, quin Pelusii montis Monachis præfuerit.

XXIV. *Romanorum opera Suevos inter & Gallæcos pax sancita.*

Idacius in Chronico anno Abrahami 2449. qui Kalend. Octobris superioris Christi anni inchoatur, ait: *Regresso Censorio ad Palatium Hermericus cum Gallacis, quos prædabatur assidue, sub interventu Episcopali datis sibi reformat obsidibus. Symphosius Episcopus per eum ad Comitatum Legatus missus, robur, incassum frustratur arreptis. Aetius utriusque militiæ Patricius appellatur.* Missus fuerat Censorius a Valentiniano ad Hermericum Suevorum Regem, ut pacem inter eum & Gallæcos, qui sub clientela Romanorum erant, sanciret, ut anno superiori diximus.

I. QUI ordine sequitur quadringentesimus trigesimus quartus Domini annus nomine duorum Consulum Asparis & Areobindæ Kalendis Januarii aperitur: cujus pridie Idus Aprilis Maximianus Constantinopolitanus Episcopus, cum annos duos & menses quinque Ecclesiæ præfuisset, ex hac vita decessit: hæc Socrates (*a*), qui & de substitutione Procli spectatissimi viri in locum ejus hæc subdit: *Tunc erat forte septimana jejuniorum, quæ proxime festum Paschatis antegreditur, diesque ejusdem qui vulgo dicitur quintus. Quo quidem tempore ab Imperatore Theodosio res prudenter tractata fuit. Nam ne controversia vel tumultus denuo in Ecclesia cieretur, abjecta cunctatione, dum adhuc Maximiani corpus insepultum jaceret, per Episcopos qui ibi aderant, Proclum in sede Episcopali collocandum curavit. Huic autem negotio suffragabantur epistolæ Cælestini Episcopi Romani, quas ad Cyrillum Episcopum Alexandriæ & ad Joannem Episcopum Antiochenum & Rufum Thessalonicæ Episcopum misit, quo eos doceret, nihil obsistere, quo minus qui unius civitatis vel nominatus fuisset Episcopus, vel etiam esset, in aliam civitatem transferretur.* Hæc de substitutione Procli Socrates.

(*a*) *Socr. l. 7. c. 39.*

Proclus creatur Episcopus Constantinopol.

II. Quod autem ad litteras de Proclo a Cælestino Romano Pontifice datas pertinet, haud hoc tempore post obitum Maximiani illas scriptas esse dicere possumus, cum nullum intercesserit temporis spatium, quo ipse Romanus Pontifex reddi certior potuisset: sed neque hoc tempore Cælestinus, verum Sixtus ejus successor Romanæ præerat Ecclesiæ: scias autem has datas fuisse litteras a Cælestino, cum damnato Nestorio, in locum ejus Catholicus subrogandus fuit Antistes. Cum enim tunc inter omnes emineret Proclus, qui ex presbytero Ecclesiæ Constantinopolitanæ haud pridem creatus esset Episcopus Ecclesiæ Cyzicenæ, & ob eam causam ab electione in Episcopum Constantinopolitanum repellendus videretur: Cælestinus tunc Romanus Pontifex litteris significavit, illud minime debere esse impedimento, quo minus ipse Proclus eligi posset. Sed cum tardius Cælestini litteræ allatæ Constantinopolim essent, jam electo Maximiano, Theodosius Imperator ex earumdem Cælestini litterarum præscripto Proclum modo mox eligendum curavit.

Cælestinus suffragatus electioni Procli.

III. Fuit autem Proclus iste discipulus S. Joannis Chrysostomi, & in ipsa Constantinopolitana Ecclesia eloquentia clarus, ut quæ superius de eo dicta sunt, manifestum reddunt. Ex quibus memoria lapsum intelligas Socratem, dum non Chrysostomi, sed Attici fuisse scribam affirmat (*b*): nisi dixerimus in eadem functione Attico etiam inserviisse. Porro cum idem

(*b*) *Socrat l. 7. c. 40.*

PAGIUS

SÆC. V. Anno Eræ Hisp. CCCC LXXII. A.C. 434.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5927.

☉ 23. G. ☽ 17. P. 15. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 434.

SIXTI III. PAPÆ 3.

THEODOSII JUN. 33. & 27.

VALENTINIANI III. IMP. 10.

I. *Consules.* [1] COss. *Areobindus* & *Aspar*. Prior in Oriente creatus, de quo frequens infra sermo erit, & ad quem extat Epistola XXIII. Theodoreti, Posterior Consulatum in Occidente gessit, ut liquet ex iis quæ Baronius habet num. XV. ubi ostendit, eum hoc anno Carthagine fuisse. Missus autem in Occidentem adversus Joannem tyrannum, ut videre est apud Baronium anno CDXXV. num. II. anno CDXXXI. victus fuit a Vandalis in Africa, ut habet Baronius eo anno num. CXXXVIII.

II. A num. I. ad IV. Sanctus *Maximianus* Episcopus Constantinopolitanus obiit *Areobindo & Aspare Coss. pridie Idus Apriles, feria quinta septimanæ, qua Festum Paschale proxime antecedit*, inquit Socrates lib. 7. cap. 40. & quidem accurate; cum Pascha hoc anno in diem XV. Aprilis inciderit, ideoque feria V. in Cœna Domini fuerit dies XII. ejusdem mensis. Addit Socrates, Maximianum sedisse *per biennium ac*

*Moritur S. Maximianus Episc. Constantinopolitanus.*

NOTÆ [1] COss. *Areobindus* & *Aspar*. Fabrettus pag. 568. num. 120.

ASPARE. ET. ARIOBINDO. VV. CC.
CONS. DEP. III. ID. OCTOBRES.

Sumpsit ex Margarini inscriptionibus basilicæ S. Pauli num. 404. Prosper: *Aspare* & *Ariobindo*, & *Areobinda*. Fasti Idatiani: *Aspare* & *Ariovindo*. Marcellinus: *Ariobinda* & *Aspare*. Varie item in utriusque codicis legibus. Prosper MS. *Aspare* & *Ariovinda*: Paschalis laterculus in codice Gennadii: *Aspare* & *Ariovinda*.



idem auctor Procli virtutes commendat, mansuetudine potissimum eum enituisse testatur: sed quod ait nullum hæreticorum ab eo fuisse vexatum, id quidem ignavi potius quam studiosi pastoris super gregem vigilantis esset. Verum quæ de eo inferius dicentur, quam omni ex parte Proclus laudandus sit, facile demonstrabunt.

IV. Hujus occasione translationis Procli ex Cyzicena in Constantinopolitanam Ecclesiam Socrates de Silvano Episcopo ejusmodi narrationem instituit (*a*): *Jam vero* (inquit) *de Silvano, quem Philippopoli urbe Thraciæ Troadem translatum dixi, non incommodum arbitror pauca commemorare. Silvanus primum in Troili Sophistæ schola Rhetoricam didicit: qui quoniam religionem Christianam diligenter excoluit, & monasticum vitæ genus exercere nitebatur, pallium philosophicum gestare noluit. Postea Atticus eum accersivit ad se, & Episcopatu Philippopolis eum donavit: qui triennio in Thracia ætatem degens, cum frigus tolerare non posset (corpus enim habuit exile admodum & imbecillum) obsecrabat Atticum, ut in ejus locum alterum subrogaret Episcopum, se non ob aliam causam quam ob frigus accusare vitam in Thracia traducere, docuit. Silvanus igitur hac de re in ejus locum suffectus, Constantinopoli commoratus est, monasticamque vivendi disciplinam semper excoluit. Adeo enim ab omni fastu alienus fuit, ut sæpe numero in frequenti multitudine civitatis, quæ tum celebris erat, sandaliis indutus ex fœno confectis incederet. Non longo tempore interposito, Episcopus Troadis moritur: qua de causa Troades veniunt Constantinopolim quæsitum Episcopum.*

(*a*) *Socrat. l. 7. c. 36.*

De Silvano Episcopo Philippopolis, inde Troadis.

V. *At dum Atticus secum consilium inibat, quem ad illud munus designaret, forte Silvanus in ejus conspectum venit: quem ut vidit Atticus, confestim curam cogitandi deposuit, & ita Silvanum allocutus est: Non est ulla tibi amplius excusatio, quo minus Ecclesiæ administrandæ curam suscipias: nam Troas nihil habet algoris: ecce tibi locum amœnum, quem Deus corporis tui imbecillitati paravit. Ne cuncteris igitur, sed Troadem ire matures. Quapropter Silvanus eo migravit.* Sed miraculum ab eo editum percensere animus est.

VI. *Navis oneraria plane maxima, quæ vulgo πλατὺ ob latitudinem vocabatur, in qua ingentes vehebantur columnæ, nuper in littore Troadis fabricata fuerat. Hæc cum in mare traducenda esset, & magna hominum multitudo cum multis funibus eam trahere conaretur, nec commoveri quidem potuerat. Ubi istud dies complures factum fuit, putabatur navis a dæmonio detineri. Itaque Silvanum Episcopum adeunt, rogant ut preces in eo loco faciat: nam eo pacto solum navem posse in mare protrahi credebant. At ille mo-*

Miraculum Silvani Episcopi.



PAGIUS *ac menses quinque*, ideoque jam recte scripserat, eum ordinatum die XXV. Octobris anni CDXXXI. Celebris est ejus cultus apud Græcos, ut videre est apud Bollandum ad diem XII. April. Ex Procli Synodica, cujus fragmentum recitatur in Synodico adversus Tragœdiam Irenæi, discimus fautores Nestorii toto Pontificatus Maximiani tempore tumultuatos esse: *Quoniam quidem*, ut habet Procli Synodica, *multa medio tempore tempestas tenuit seditiosorum, qui ex corruptificis seminibus doctrinæ Nestorii surrexerunt, & insistebant, dum pro sanctissima Ecclesia in medium staret sanctæ memoriæ Maximianus, qui omni quidem diligentia usus est ad hujus mali peremptionem, nec tamen suffecit hanc malam plantationem eradicare*, quia scilicet non satis vigoris & doctrinæ Maximiano erat ad resistendum Nestorianis: quos post ejus mortem majores turbas concitasse ex verbis quæ subduntur, intelligimus: *Igitur dum subito idem Beatissimus a præsenti vita migrasset, tanquam facultatem præsumptionis susciperent, qui hanc parturiebant seditionem, neque in occulto habere, neque absconditam nequitiam suam continere dignati sunt, sed coacervatæ multitudines in multis partibus civitatis Nestorium publico clamore reposcebant, & Urbi pericula, Ecclesiæque minabantur incendium*. Et hæc causa fuit, inquit Lupus in Notis ad Synodicon, cur Theodosius Proclum antequam Maximianus sepulturæ mandaretur, in throno collocari voluerit,

III. *Taurus* Præfectus Prætorio ac Patricius, vir personis Ecclesiasticis valde addictus, ad quem extant duæ Sancti Isidori Pelusiotæ Epistolæ sciens Procli promotionem Joanni Antiocheno fore gratissimam, statim ad eum de ea scripsit, ut patet ex litteris Joannis ad eum rescriptis & recitatis, cap. 123. Synodici citati: *Scitote magnificentissime Domine*, inquit Joannes, *quia non parvæ mihi viri illius experientia sit, sed & quædam multa notitia, & noverim quam se ad universa accommode habeat. Et confidenter dico, quia magna Deus Constantinopolitanorum donavit Ecclesiæ per studium vestrum, & curam Deo amicissimi Principis, qui eum bene viderit, velociter quoque deliberata complevit, ne ulla invidia bonum judicium violaret. Sed sicut effectum est per magnificentiam vestram, sic rogo ut annuatis & de istarum pace partium cogitare. Sunt enim pauci quidam effrænati, qui pacem, quam Deus donavit, & quam pius executus est Imperator, propriam duxerint læsionem.* Hæc verba, *& noverim, quam se ad universa accommode habeat*, explicant quod Socrates laudatus tradit, postquam dixit Proclum fuisse Attici Episcopi Constantinopolit. Diaconum ac Notarium, Proclum scilicet placidum erga omnes fuisse, *dum hæreticos hac ratione potius quam vi ad rectam fidem adducere studeret*. Et certe Maximianus cum quibusdam Orientalis factionis Episcopis dure se habuerat, Cyrillum permoverat, ut quatuor Metropolitas a pace excluderet, & plures jusserat super ordinari novos episcopos. Quare *Joannes* paci Ecclesiæ procurandæ totus intentus ex Procli mansuetudine meliora sperabat.

*Toto ejus Pontificatu Nestoriani tumultuati sunt.*

IV. *Dorotheus* Martiniopolis in Mœsia secunda Metropolita, vir a pace Ecclesiæ alienissimus scripsit ad Alexandrum Episcopum Hieropolitanum

*modeste de se ipso prædicans, se peccatorem appellavit; dixitque illud non sui, sed alicujus justi esse. Verum ubi acrius instabant, venit ad litus, preces ibi Deo fundit, funem unum manu apprehendit, jubetque alios opus aggredi. Hujus igitur leni pulsu agitata navis in mare raptim fertur. Hoc miraculum a Silvano editum omnes illius provinciæ incolas magnopere ad pietatem incitavit. Silvanus*

*& aliis etiam vitæ officiis magnæ suæ bonitatis ostendit indicia. Nam cum clericos ex litigantium controversiis quæstum facere videret, deinceps neminem ex clero Judicem esse permisit: sed acceptis litigantium libellis, unum ex Fidelibus laicis, quem æquo & bono favere pro certo cognosceret, eum causarum cognitioni præfecit: sicque litigantes contentione & controversia liberavit. His de causis Silva-*

PAGIUS *Dorotheus & Theodoretus Episcopi pacis subscribere recusant.*

num & Theodoretum Epistolam cap. CXXXVII. Synodici recitatam, qua significavit *Proclum* statim a sua ordinatione literas dedisse ad Martiniopolitanæ Ecclesiæ Clerum & populum, quibus pateret, quam simulata fuerit pax nuper inita; sed Clerum & populum Evangelicæ fidei concertantem se se non deseruisse. Intelligit, inquit Lupus in Notis, *Saturninum*, quem Maximianus in ejus locum consecrarat, hactenus Sedem obtinere non potuisse, & Clerum ac populum in rebellione persistentem sibi adhæsisse. Subdit Dorotheus: *Igitur ad integriorem præfatorum scriptorum comprehensionem compar Epistola ejusdem propriis meis litteris junctum vestræ religiositati direxi, ut si vobis rectum videtur & utile, quo omnes nos ad magnam civitatem pariter concurramus, ut cum competenti in Deum fiducia colloquamur amico Christi Imperatori pro orthodoxa fide, id minime negligamus.* Ex quibus apparet, Proclum statim ac ad thronum Constantinopolitanum evectus est, opus a Maximiano decessore cœptum fortiter prosecutum. Theodoretus accepta Dorothei Epistola ad eum rescripsit, ut videre est cap. XXXVIII. Synodici, & invictum ejus animum laudavit: *Exemplar enim*, inquit *principale virtutis omnibus qui imitari voluerint, vos certaminibus his præsidens proposuit Deus, ut per imitationem vestris insigniamur charactéribus.* Postea ostendit nihil sibi videri injustius, quam factam *Nestorii* depositionem.

V. *Theodosii Sacra adversus Episcopos, qui Nestorio adhærebant.*

Cum itaque neque *Theodoretus*, neque *Dorotheus*, neque plures alii Episcopi ad pacis conditiones Cyrillum inter & Joannem statutas, & ab Imperatore confirmatas accedere vellent, fecit hic, quod Augustinus contra Donatistas faciendum esse judicavit in Epistola XCIII. alias XLVIII. ad Vincentium, ubi ait, Donatistas Legibus Imperialibus excutiendos fuisse, *ut tanquam de somno lethargico emergerent, & in salutem unitatis evigilarent.* Theodosius enim ad Joannis Antiocheni postulationem Sacram dedit, qua jussit, ut omnes cum eodem communicarent, aut ab Ecclesiis ejicerentur. Hujus Sacræ mentio est in Synodico cap. CXXIV. ubi recitatur Epistola Meletii Episcopi Mopsuesteni ad Maximinum Anazarbi Metropolitam, in qua ait: *Domitianus, qui nunc Quæstor est, scripsit Deo amicissimo Helladio* (Tarsensi Metropolitæ) *quod Sacram quidem contra nos obtinuisset Verius* (ejusdem Joannis Procurator) *prædicta jubentem*, &c. *Sed per omnia Magnificentissimus Taurus Præfectus hoc cognoscens, & sicut revera divino aliquo impetu motus, illam quidem publicari non sinit? intrans vero ad Principem, futuras ex hoc eversiones obtestatus est Urbium, & aperte dixit, quod qualis est Thracia, talis & Cilicia erit, quæ pene sola remansit ad tributa solvenda, si hoc impleri permiserit; & sic vacare Sacram modis omnibus fecit.* Quare cum Taurus hoc anno Præfectus Prætorio fuerit, ut liquet ex legibus Codicis Theodosiani ad eum directis, apparet, eam Sacram hoc anno emissam. *Domitianus Quæstor*, ut legitur cap. CXXV. Synodici toto cordis affectu hortatur Meletium Mopsuestensem, ut cum Joanne Antiocheno adjungatur, *una cum cæteris Episcopis primæ & secundæ Provinciæ Cilicum. Sciat enim*, inquit, *divina virtus, quod decretum divinum completum, subscriptumque etiam, promulgandum, hujus rei gratia interim retinui* &c. Verum tantum abest, ut rebelles Episcopi initæ paci consenserint, ut aliquos e suo Collegio ad Principem legare decreverint, ad ejusdem Sacræ rescissionem obtinendam: quod ubi ad Joannis Antiocheni aures pervenit, mandatum ab Imperatore impetravit, quo jubetur, ut nullus Orientalium Episcoporum Constantinopolim proficiscatur, quemadmodum significat Joannes Antiochenus Alexandro Hierapolitano, in Epistola cap. CXXVI. Synodici recitata. Patriarchæ enim Decreta Principis Metropolitis, hi vero suis Episcopis denunciare soliti erant. Cap. CXXVII. & sequenti de executione ejusdem Sacræ agitur.

VI. *Ejus vigore multi Episcopi Sede pulsi.*

Tum cap. CXXIX. Alexander Hieropolitanus, Theodoretus Cyrensis, & quidam alii Episcopi scribunt, *Episcopis Syriæ & Ciliciæ primæ ac secundæ, & secundæ Cappadociæ*, pluribusque inveniuntur in Joannem Antiochenum quod Episcopis ex suis Ecclesiis pulsis alios ordinet, rogantque, ut non despiciant Ecclesias Dei, quæ in tanta sunt tempestate. Quare Theodoretus a factiosis Episcopis adhuc stabat. In fine illius Epistolæ ait Alexander: *Ultra annum jam, sicut nostis, habeo quod post adventum Pauli memetipsum ab Antiocheni communione sejunxi.* Ex quo confirmatur quod supra scripsimus, Sacram Imperatoris hoc anno datam esse; cum Paulus Emesenus Episcopus legatus pacis Cyrillum inter & Joannem sanctæ posteriorem suam concionem Alexandriæ *Kalendis Januariis* superioris Christi anni habuerint, & post ejus reditum Antiochiam Joannes paci subscripserit, & Alexander Metropolita ejus tunc jugum excusserit, quod ipsemet laudatis verbis declarat. Unde cum Pascha hoc anno in diem XV. Mensis Aprilis inciderit, ante festum illud Synodalis illa Epistola scripta. Responsum enim Helladii Metropolitæ Tarsensis & aliorum Episcoporum ad eamdem Epistolam recitatur capit. CXXX. ejusdem Synodici, ubi inquiunt, se non potuisse Synodum celebrare, *prohibentibus, ut videtis diebus, eo quod Paschæ festivitas instet?* quem temporis characterem recte Lupus in Notis observavit. Imo in cap. CXXXI. recitatur rescriptum Episcoporum secundæ Ciliciæ ad laudatam Epistolam Alexandri Hieropolitani Metropolitæ, in quo ajunt, *anno præterito* eis significasse se deseruisse communionem Joannis & ejus Sectatorum, & ab eo tempore multas ab illis contradictiones passos esse. Quamobrem, certum est, laudatam Sacram hoc anno ab Imperatore datam, idque ipso anni initio, ut ex di-



*canus maximam gloriam apud omnes sibi conciliavit.* Hucusque de Silvano Socrates.

VII. Hoc eodem anno, quo Proclus sedis Constantinopolitanæ regimen suscepit, *Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS dictis manifestum fit. Certum præterea varias Synodos hoc tempore a rebellibus Episcopis celebratas. Certum denique hoc anno ante Pascha multos jam a Joanne Antiocheno rebelles Episcopos a suis Sedibus pulsos, aliosque in eorum locum subrogatos, ut liquet etiam ex sequentibus Capitibus ejusdem Synodici CXXXII. CXXXIII. CXXXIV. & CXXXV. Epistola enim quæ cap. CXXXVI. legitur, extra locum collocata, ut ibidem advertit Lupus.

VII. *Sacra peculiaris contra Episcopos IV. cæteris obstinatiores.*

Joannes Antiochenus videns *Alexandrum* Euphratesiæ, *Helladium* primæ Ciliciæ, *Maximinum* secundæ Ciliciæ Metropolitas, & *Theodoretum* cæteris pertinacius *Nestorio* adhærere, peculiarem Sacram adversus illos cap. CXL. Synodici recitatam, impetravit, qua eos expelli a suis Ecclesiis, eisque novos præfici statuitur; ejus executio commissa fuit a *Dionysio* Magistro Militum *Tito Comiti* ejus Vicario, ut liquet ex illius rescripto cap. CXLII. Synodici relato. Ad hæc *Dionysius*, ut nihil prætermitteret eorum quæ ad pium Imperatoris consilium conferre poterant, ad quemlibet ex quatuor illis Episcopis sigillatim literas dedit, quarum exemplar legitur cap. CXLIII. Synodici. Lupus quidem in Notis ad illud caput autumat, eas respicere executionem primæ & generalis Sacræ, emissæ adversus omnes paci ac Patriarchæ rebelles Episcopos. Verum *Irenæus*, in epigraphe earumdem diserte testatur, eas datas esse pro secundæ & peculiaris Sacræ executione: ait enim: *Epistola magnificentissimi Dionysii Magistri militum, quam scripsit ad unumquemque Episcoporum, qui nominantur in Sacra, ut aut consentirent his, quæ ab Antiocheno sunt gesta, & communicarent ei, aut ab Ecclesiis & Civitatibus exirent.*

VIII. *Alexander in sententia animum obfirmat, sed Theodoretus fluctuat.*

Interim Theodoretus, cujus animum Sacra Imperatoris vehementer conturbabat, scripsit ad *Alexandrum* Hieropolitanum Epistolam cap. CXLVI. Synodici relatam, qua significat, *Titum* Dionysii Magistri militum Vicarium, ad se, & ad Sanctos Monachos *Jacobum* (hujus cognomen erat Nisibenus, cujus ipse Theodoretus encomium enarrat cap. 21. Hist. Religiosæ) *Simeonem* scilicet Stylitam, & *Bavadatum* (ad quem suo loco videbimus, quemadmodum & ad Simeonem, scripsisse postea Leonem Imperatorem de dissidio Ecclesiæ Alexandrinæ) dedisse ad se literas minarum plenas, si pacem non amplecteretur: risisse se de minis, sed paratum esse, *& civitatem relinquere, & provinciam, & ad vitam Monasticam confugere.* Ex quo apparet, quantum Imperatoris Sacra Theodoretum perturbasset, & quanto studio Viri Sanctitate illustres eum in viam reducere cuperent. Ad Theodoreti Epistolam respondit Alexander, ut legere est cap. CXLVII. Synodici, se firmum permanere in iis quæ a principio definivit: *quia vero* inquit, *non sim contentiose dispositus, sed habeam pie condescensionis affectum, & eam grate suscipiam, & hæ, quas nunc direxi chartas, tuæ satisfacient Sanctitati*, quia scilicet Alexander quasdam de pacis negotio conditiones ad eum miserat.

IX. Responsum Theodoreti ad illas Alexandri literas recitat Auctor Synodici cap. CXLVIII. quamvis contrarium existimet Lupus; cum ipso

Melania junior venit Constantinopolim.

sancta Melania Junior, quæ (ut diximus) Hierosolymis monasticam vitam agebat, litteris a suo patruo Volusiano Constantinopolim accersitur: quo cum venisset, ipsum Volusianum reluctantem hactenus



ejus initio asserat Theodoretus, se accepisse directas sibi chartas, & in titulo Scholiastes scribat, Theodoretum legisse *directas sibi conditiones*, qui in titulo Epistolæ Alexandri ad Theodoretum iam scripserat, illum huic direxisse *conditiones quasdam de ipso negotio*, idest, de pace de qua locutus fuerat Theodoretus in Epistola ad Alexandrum cap. CXLVI. Synodici relata. Quare hallucinatus est Lupus, qui autumavit illam Alexandri Theodoretum Epistolam, quæ legitur cap. CXLVII. Synodici datam esse post Pascha superioris Christi anni, non vero currenti. Quid porro contineat Epistola Theodoreti ad Alexandrum, quæ extat cap. CXLVIII. Synodici, docet Scholiastes, qui circa tempora Justiniani Imp. vixit: *Satis ostendit*, inquit, *Beati Theodoreti subjectæ responsio, si tamen vero has ejus approbemus esse Epistolas* (quia nempe Irenæus vir schismaticus eas in sua Tragœdia exhibuit,) *cum reverentia & affectu Archiepiscopi tunc sui hujus Alexandri, & adversitate Beati Joannis Episcopi, & voluntate omnes secum pariter uniendi, non vero Nestoriani erroris assensu, ad universalem pacem tardius accessisse; quippe qui & unitivæ Beati Cyrilli Epistolæ fidem, quam tantopere nititur impugnare Nestorius, perseverantissime ab initio approbavit, & pratulit duorum Episcoporum causa, dejectioni Nestorii & anathematismo dogmatis ejus. Et nunc ad hæc ad omnes illius conditiones Alexandrum Episcopum suum conatur adducere. Et postea hoc per multas cum singulis efficacissime egit Epistolas, ut omnes ad unitionem perduceret. Quod & in cunctis, eo suadente, paucissimis exceptis, suo studio annuente Dei gratia, adimplevit. Unde & magnas inimicitias sustinuit eorum, qui usque ad finem suo errori pertinaciter adhæserunt.*

Theodoretus bono animo omnia facit.

X. *Sed Alexander majori pervicaciæ animum obstinat.*

Quæ quidem vere ab Scholiaste dicta. Ait enim Theodoretus, in illis literis se accepisse tam ab Helladio Tarsensi, quam ab Eutherio Thyanensi Episcopis, *quod is, qui nunc obtinuit sedem* (scilicet Proclus) *orthodoxe docet*, subditque: *Rogo igitur Sanctitatem tuam, ut legens hæc, sicut de recta fide, sic & de Ecclesiarum cogites pace, quæ secundum veritatem nimis commoventur, & facti sumus universo populo ridiculum. Si autem tuæ Sanctitati videtur, ut conditiones Antiocheni pro pace suscipiamus Ecclesiæ, ut exclusis his, qui ab eo inique sunt ordinati, foris ab Antiochia colloquamur, & hoc facies sicut tuam decet Religiositatem.* Verum Alexander obstinatus in suscepto proposito perduravit: nec ad ullas pacis conditiones descendere voluit, ut ostendit ejus responsum ad Theodoretum, quod extat cap. CXLIX. Synodici. Hoc Theodoretus videns censuit, Ecclesiæ pacem amplectendam esse & nihilominus *Alexandrum* suum Metropolitam ad eamdem hortari non destitit, ut ostendit ejus ad eum Epistola, quæ extat cap. CLI. Synodici. At ad eum rescripsit Alexander, ut videre est cap. CLII. Synodici, se magis approbare eam, *quæ hic est expulsionem & exilium, & temporalem mortem, & opprobrium hominum & irrisiones, æterno tormento*; & denique se *Cyrillum* habere hæreticum.

A num. VII. ad XIV. *Melaniæ*, quæ anno CDXVII. XI.

ad Christi fidem convertit, & ut Christianus moreretur, vitamque consequeretur æternam, tum precibus ad Deum, tum verbis apud ipsum infatigabili studio egit. Sed præclara memoria dignam historiam recolamus, quam quidem Photius in sua Bibliotheca cognovit esse germanam, dum agit de legatione Volusiani, de Melania ejus nepte, & Proclo Episcopo, qui Volusianum Constantinopoli baptizavit, quorum meminimus superius, dum egimus de ejusdem Volusiani edicto adversus Cœlestium Pelagianum. Verum de eo illud breviter repetendum, hunc ipsum esse Volusianum, cujus conversionis causa a matre Christiana per Marcellinum Tribunum interpellatum diximus sanctum Augustinum, ut ad Christi fidem eum converteret: sed datis ea de re ultro citroque litteris, ut id faceret, ab ipso sancto Augustino persuaderi tunc minime valuit. At præstitit tandem Deus, ut id vel sero tandem perficeret: qua autem occasione, ipsa sanctæ Melaniæ Acta (a) simplici pedestrique stylo quidem scripta, sed vera, his verbis referant:

(a) Extant apud Metaphrast. die ultima Januarii & Sur. to. 1. ead. die.

VIII. *Redduntur Melaniæ litteræ ab ejus Patruo Volusiano, qui illo quidem tempore creatus erat Præfectus Romanæ civitatis, missus vero erat legatus Byzantium ad Eudociam Imperatricem: hoc autem significabat epistola, quod jam diu illam videre desideraret. Illa vero cupiebat & ipsa quoque videre patruum, & ei persuadere ut a Gentilium desisteret opinione. Dubia autem animi, ne quid imprudens faceret præter id quod Deo videbatur: cum aliquibus aliis monachis rem communicasset; permitterent autem illi, ut posset proficisci, egreditur Hierosolymis ipsa beata Melania Constantinopolim versus arripiens iter. Per quamcumque autem transibat civitatem & regionem, eam quo par erat omnes prosequebantur honore & officiis. Civitatum enim sacerdotes & Pontifices eam non parvo honore afficiebant: & venerandæ virgines, & quotquot erant egregii monachi eam adorabant & salutabant, & tamquam e cœlo venientem aspiciebant.*

IX. *Cum autem veniset Chalcedonem & ad ipsum sinum maris, verebatur ingredi, & videbatur perturbata. Ventura enim in maximam civitatem mulier quæ vixerat in exercitatione, quietisque & silentii maximam curam gesserat, & non gustaverat tumultus qui sunt in civitate, merito extimescebat & refugiebat. Atque divertit quidem ubi erat templum omni ex parte benedictæ martyris Euphemiæ. Circa mediam autem noctem martyr non parum ex se effudit suavissimi odoris & voluptate replet ineffabili. Quo circa bona accepta fiducia, diluculo fretum audacter trajecit, & ingressa est Byzantium. Hospitio vero excipitur a quodam viro illustri, & alioqui bono, nomine quidem Lauso, qui ad Præposituræ honorem ascenderat.* Hospitatur Melania apud Lausum Præfectum.

Hic illequidem videtur esse Lausus, ad quem Palladius Galata sua scripsit Lausiaca; eodem enim quoque nomine Palladius eum Præpositum vocat, quem & custodem Imperii nominat: quænam Præpositura hæc esset, idem in fine operis declarat, ubi ait, eum sacro præfectum fuisse cubiculo. Sed pergit auctor:

X. *Invenit autem suum quoque patruum Volusianum gravi morbo oppressum: qui ejus habitum admiratus, formæque & vestitus incredibili ex inopinatu stupefactus mutatione (extenuatus enim admodum erat vultus ejus exercitatione) magna voce exclamavit: O qualem ex quali te video, Melania carissima! Illa vero ex ejus sermone sumpta occasione: A me quoque (inquit) disce, o beate patrue, & accipe judicium futurorum bonorum. Nam nec ego tantam despicatui gloriam habuissem, nec pecuniam, nec abjecissem curam ipsius corporis, nisi persuasum haberem, me his propediem longe majora accepturam. Non autem per se solam, sed per multos quoque alios in ejus mentem sensim irrepebat beata Melania, & ejus falsam religionem studebat labefactare: sicut etiam per*



*per sapientissimum Proclum, cujus fidei tunc erat creditus sacer chrysus Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Qui cum ad eum venisset, & suasu beatæ Melaniæ eum ad pietatem dirigeret: is dicitur illum adeo esse admiratus, ut etiam dixerit post agnitam veritatem, quod si Roma tres haberet tales, nec illic quidem nomen umquam audiretur Gentilium: sed hæc quidem postea.*

XI. *Postquam autem Volusianus sensit Melaniam velle Imperatorem quoque, ad id incitare, veritus protinus ne violentum & non voluntarium reputaretur esse baptismum, & quam ex eo esset consecuturus, ipse mercede privaretur, eam a cœpto prohibuit. Et is quidem (ut dicemus paulo post) nem a se adimplevit, & abjurata Gentilium opinione, traductus est ad Christum. Illa autem nec aliorum curam abjecit: sed cum tunc esset exorta Nestorii blasphemia, & malignus multos in errorem abduceret etiam ex iis qui erant in verbo veritatis; ipsa erat quæ magnum adversus eum inibat certamen, & vanum & inane reddebat ejus sophisma, a mane usque ad vesperam iis respondens qui eam interrogabant, multisque ex iis qui decepti fuerant, persuadens, & eos reducens. Quamobrem malignus se ab ea vinci non ferens, in virum ejus conversus, nempe Pinianum, & ei apparens miserabilis cum lugubri & nigra veste accedit ad eam terrens & gravia minitans: & primum quidem se ipsius Imperatoris & ejus famulorum cor mutaturum & in contrarium traducturum, deinde etiam ut miserabili exitu finiret vitam, procuraturum, gravissimis confecta doloribus. Illa autem hanc esse artem maligni intelligens, Christi nomen, quod gravissimam illi plagam affert, invocans, effecit ut is statim evanesceret. Deinde cum accessisset eum qui cum ipsa erat sacerdotem, & incepisset narrare ea quæ viderat & audierat: sensit repente dolorem in coxendice, eumque adeo acrem, ut vocem amiserit, & nemo dubitaverit id esse manifestum inimici insultum. Cum sic ei productus esset dolor ad sex usque dies, & illa hora maxime malum intenderetur, quo nigrum aspexerat, & minas audierat (aderat enim dies septimus) accidit aliquis renuncians patruum Volusianum venisse in periculum ne repentina morte vitam mox finiret.* Melania urget Nestorianos.

XII. *Hoc postquam illa audivit, etsi propter dolorem coxendicis vix se posset movere, manibus & lectica protinus ad eum vecta proficiscitur. Valde enim angebatur animo, non quod ille moreretur, sed quod mortem subiret animæ, ut qui baptismi incorruptionem nondum esset assecutus. Deinde venit quidam alius, ei significans Volusianum esse baptizatum, & cum eam sæpe quæsitam non inveniset, sed eam morbo detineri didicisset, alium ducem rursus nactus, per illum sit filius lucis, baptismum consequitur. Cum hæc ei dicta essent, cum dolore animæ prorsus cessavit etiam morbus corporis, & lumbus quidem carebat etiam dolore, & pes movebatur, & communis inimicus afficiebatur dedecore: adeo ut viæ reliquum per se ipsa conficeret; & qui portabant, pro eo quod prius portabant, ad Deum laudandum statim manus extendebant. Deinde cum venisset ad patruum, & verbis eum confirmasset, & de ea quæ illic est vita, disseruisset, lætum & bona spe præditum trasmisit ad viam quæ ducit ad Deum, cum pulcherrimo viatico, nempe pretioso Christi corpore & sanguine cum instruxisset, & sic ut tuto recederet perfecisset. Et hæc quidem hoc modo gesta sunt. Illa autem cum multos quidem dies hic transegisset, in paucis vero multis plurimum profuisset, & ante alios Imperatrici & ipsi Imperatori (is autem erat Theodosius) nam ii majori opus habent curatione, ut quorum animi majori mundi gloria essent tumidi; cum hæc & alia plura feciset, egreditur de civitate &c.* Volusianus reddit Christianus ex hac vita decessit.

XIII. Perveniisse autem ipsam ad diem Paschatis Hierosolymam, auctor subdit: ut plane appareat, sequenti ab ejus adventu anno Domini eam Hierosolymam rediisse: cujus monitu Eudociam non nihil profeciisse, ex eo potest intelligi, quod & ad peregrinationem Hierosolymam postea susciendam etiam inflammasset; quando autem id contigerit, suo loco dicemus. Porro, non Eudociam Augustam tantum, sed, & Theodosium congressu Melaniæ esse redditum meliorem ex rebus postea consecutis possumus opinari. Quod enim Melania Catholicæ fidei zelo æstuaret; par est credere eum adversus Nestorianos concitasse, permoviseque ut Nestorii libri Imperatorio vetaren-

PAGIUS *Melaniæ post triennium Hierosolymis Constantinopolim venit.*

CDXVII. Hierosolymam ex Africa adventavit, ut anno CDXIX. n. XXXIV. demonstravi, citius Constantinopolim ad Volusianum Præfectum Urbi, ejus patruum, venire non potuit quam initio anni quadringentesimi tricesimi septimi. In vita enim ejus apud Surium ad diem XXXI. Januarii, legitur eam cum matre, *Albina* scilicet, & *Piniano* marito, postquam annos septem in Africa commorata fuisset, navem conscendisse & appulisse Alexandriam, ibique in morbum incidisse. Recuperata sanitate versata est cum iis, qui ibidem virtute maxime insignes erant. *Hic cum aliquamdiu essent versati*, Melaniæ relicta *Albina* matre, quia senio confecta erat: *venit in Ægyptum una cum Piniano*, postquam vero ibidem aliquo tempore mansere, reversi sunt Alexandriam, inde se contulere in montes Nitriæ, & postea Hierosolymam rediere, ubi ei paratum erat tabernaculum in monte Oliveti, & *die festo luminum* se ipsam Melania inclusit in domuncula, legemque sibi imposuit, ut nullum neque videret, neque ab ullo videretur. *Hanc longe laboriosissimam vitam dicunt fuisse Melaniæ ad annis quatuordecim.* Deinde cum mater ei emigrasset, *in altera domuncula annum transegit*; sed cum multi ad eam ventitarent, constituxit Cœnobium *plusquam nonaginta Virginum*, in quo egregia virtutum exempla edidit. Piniano demortuo mansit intra templum, *idque ad quatuor annos integros. Deinde cogitat etiam virorum excitare Monasterium*, quo perfecto, cum parum ab hoc opere respirasset, *redduntur ei littera ab ejus patruo Volusiano, qui illo quidem tempore erat creatus Præfectus Romanæ civitatis, missus vero erat Legatus Byzantium ad Eudociam Imperatricem.* Ita Auctor Anonymus in ejus Vita.

PAGIUS XII. *Volusianum Præfectum Urbis Romæ ad fidem convertit*

Quare Præfectura Romana *Volusiani* & profectio Constantinopolitana *Melaniæ* citius contingere non potuere, quam anno quadringentesimo tricesimo septimo, ut annos memoratos enumeranti, eosque ab anno CDXVII. deducenti manifeste patebit. *Melaniæ*, ubi Constantinopoli fuit, magnum adversus Nestorianos inivit certamen, & multos ex iis ad sinum Ecclesiæ reduxit. Cumque *Volusianus* patruus in morbum incidisset, eam accersivit; sed cum morbo detineri didicisset, baptismum accepit, & postquam illam vidit ad Deum migravit, ut ex Melaniæ vita narrat Baronius. *Ille autem cum multos quidem dies hic transegisset*, rediit Hierosolymam, *& contento quodam cursu cucurrit, salutatis Passionis diem festum celebrare Hierosolymis; quod ei etiam successit ex sententia*, inquit Auctor citatus, qui intelligendus est de die Passionis anni quadringentesimi tricesimi octavi, quo infra videbimus, *Eudociam* Augustam Hierosolymam profectam ibidem a *Melania* exceptam esse. Ad

rentur edicto; quod sequenti anno, quo ipsa recessit Constantinopoli (ut dicemus) est promulgatum. Celeberrimi quidem nominis fuisse Melaniam tum antiqua parentum nobilitate tum etiam admirabili sanctitate, totoque factam orbi Christiano notissimam, quæ dicta sunt tum de ipsa, tum de ejus avia Melania Seniore demonstrant.

XIV. Theodosius Imp. curat rem frumentariam.

Sed quod ad Theodosium Imperatorem spectat: sicuti rebus sacris bene consuluit, dum Constantinopolitanæ Ecclesiæ Proclum præficiendum curavit; ita inopum necessitatibus, quas ex frumenti penuria eos pati contingeret, accurate prospexit, dum sexcentas & undecim auri libras huic operi perpetuo inservituras adscripsit (*a*) pœna dupli apposita, si quid quovis prætextu fuerit a magistratibus imminutum: hac enim liberalitate solari voluit aliqua ex parte mœrorem ex superioris anni incendii clade susceptam. Ab eodem quoque hoc anno data constitutio (*b*) reperitur de bonis clericorum & monachorum ab intestato eorum ecclesiis & monasteriis, quibus adscripti erant dandis, patronorum jure servato.

(*a*) *l.3. de frum. urb. Const. C. Theod.*

(*b*) *l.1. de bonis cler. & mon. C. Theod.*

XV.

Sub hujus quoque anni Consulatu sanctus Prosper, dum agit de signis Antichristi, & ejus præcursoribus, pseudoprophetis & impostoribus, quid acciderit admiratione dignum Carthagine, quæ adhuc Romano Imperio libera servabatur, narrat his verbis (*c*): *Nostris quoque temporibus, Aspare V. C. Consule Carthaginiensi constituto, hoc signum diabolicum, monstruosumque quod illic accidit, quis illius patriæ civis ignorat? Quædam juvencula Araba natione, ancillæ Dei habitum gestans, cum in balneo lavans simulacrum quoddam Veneris impudice respiceret, & se ipsam, eique se consimilans, domicilium se diabolo præbuit: statim ille leo qui rugiens circuit, quem quærebat, invenit. Meatus igitur gutturis ipsius occupans, nullum cibum nullumque potum transiciens per septuaginta ferme dies totidemque noctes jejunium sibi diabolus ex capto possessoque vase exhibuit. Hoc monstrum parentes puellæ per tot dierum spatia auferri posse sperantes, dum juge malum ulterius tolerare non possunt, simul cum filia sese ingesserunt sacerdoti, quæ acta erant fideliter indicantes. Hoc tantum puellæ fatebatur, avem quamdam noctis medio apparere, quæ sibi ore nescio quid infunderet.*

(*c*) *Prosp. de promiss. & prædic. Dei dimid. temp. c.6.* De Virgine a dæmone obsessa.

XVI.

*Stupor tunc inerat cunctis, videre puellam nullis indiciis diuturni jejunii fœdatam, nullo pallore seu tabe vel debilitate confectam, quin potius robustam succo viscerum, mole membrorum. Cumque incredibilia viderentur, quæ dicebantur, habito consilio, in monasterio puellarum in quo reliquiæ S. Stephani sitæ sunt, sacerdos puellam simul & Præposito commendavit. Illic prima tantum die apparuisse illam avem asseruit, sibique increpasse, quod neque fame, neque siti compulsa illum appeteret locum, quo sibi accedere non liceret. Per duas sane hebdomadas nihil cibi vel poculi sumens in monasterio mansit. Accidit autem, ut quintus decimus Dominicus illucesceret dies, ascendente nobiscum sacerdote, ut matutinum illic sacrificium solito offerretur. Puellam Præpositus ad altare perduxit, eo incessu & habitu quo solent rubore perfusæ ex epulis poculisque mulieres advenire. Sed ut se illa prostravit altari, clamore fletus sui cunctis astantibus gemitus lacrymasque induxit, quibus tantum malum auferendum præsens plebs Dominum exorabat: erat enim jam indecens murmur in populo.*

Virgo obsessa quomodo liberata.

XVII.

*Peracto itaque sacrificio, cum eadem inter cæteras brevem particulam corporis Domini tinctam a sacerdote perciperet, semihora mandens, traiicere non valuit, nondum illo fugato, de quo dicit Apostolus (d): Quæ consonantia Christi ad Belial? & iterum (e): Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Manu igitur faciem ejus sustentante sacerdote, ne sanctum proiiceret; a quodam diacono suggestum est, ut calicem salutarem gutturi ejus Pontifex applicaret, quod factum est. Statim ut locum illum, quem diabolus obsederat, Salvatoris imperio reliquit sacramentum quod ore gestabat cum laude Redemptoris transglutisse, puella clamavit. Hinc lætitia, hinc voces in gloriam Dei, quod post octoginta & duos dies diabolo expulso, puella de potestate fuerit eruta inimici. Oblatio igitur rursum gratiarum actionis pro ea fit, sacrificiique percipiens certam partem prisco est reddita usui. Tunc etiam dum hæc aguntur, spiritu divino actus diaconus ejusdem tituli statuam illam sublatam confregit in pulverem, omnemque insidiantis astutiam superavit divina majestas.* Hactenus de arreptitia virgine Prosper; qui & de impostoribus ista subdit:

(*d*) 1. Cor. 10.
(*e*) 2. Cor. 6.

XVIII. De Monacho impostore.

*Novimus etiam illuc advenisse quemdam sub specie monachi, qui quædam signa curationum se operari fatebatur. Cumque circa cæcos & claudos phantasticos quosdam ageret lusus, eosque oleo nescio cujus mortui ossis liniret; ut sibi visus gressusque redditos æstimabant, discedentes, in illis quibus antea tenebantur, infirmitatibus permanebant: sed in his proditum se cognoscens seductor ille aufugit. In Asia vero sive ipsum, sive alium talia fecisse, quidam Christianus religiosus & nobis enarravit.* Hæc ipse: quæ autem addit de Floro impostore in Italia, sub Leone Romano Pontifice agemus suo tempore.

XIX.

Hoc ipso anno, qui numeratur tertius a Concilio Ephesino, Vincentius Lirinensis cum adversus omnes hæreticos, tum præcipue ad sepeliendas penitus recens emersas Pelagii, Cælestii, atque Nestorii hæreses disertissimum elucubravit commentarium: signat ipse quidem præsens tempus, dum ait (*a*) de Ephesino Concilio: *Ante triennium ferme in Asia apud Ephesum celebratum est, viris clarissimis Basso Antiochoque Conss.* de cujus quidem opere hæc habet Gennadius: (*b*): *Vincentius natione Gallus apud monasterium Lirinensis insulæ presbyter, vir in Scripturis sanctis doctus, & notitia Ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus, composuit ad evitanda hæreticorum collegia nitido satis & aperto sermone validissimam disputationem, quam, absconso nomine suo, titulavit, Peregrini adversus hæreticos. Cujus operis quia secundi libri maximam in schedulis partem a quibusdam furatam perdidit, recapitulato ejus paucis sermonibus sensu pristino compegit, & uno in libro edidit.* Hæc Gennadius.

(*a*) *Vinc. Lirin. contra haret. c.42.*

(*b*) *Gennad. de Script. Eccl. c.64.*

XX.

Sed quinam fuerit iste Vincentius, ex iis quæ ipso initio præfatur operis, unde inquiramus, ipse suppeditat argumentum, ubi ait (*c*): *Cum aliquandiu variis ac tristibus sæcularis militiæ turbinibus volveremur; tandem nos in portum religionis cunctis semper fidissimum, Christo aspirante, condidimus: ut ibi depositis vanitatibus ac superbiæ flatibus, Christianæ humilitatis sacrificio placantes Deum, non solum præsentis vitæ naufragia, sed etiam futuri sæculi incendia vitare possemus.* Hæc ipse: quamobrem in eam adducor sententiam, ut hic ille sit Vincentius Galliarum aliquando, vivente sancto Martino, Præfecturæ nobilitatus, quem Severus (*d*) mirifice laudat, nosque de eo superius egimus. Florebat plane his temporibus illud cœnobium, illustris sanctorum domus, insulæ Lirinensis, de quo pluribus suo loco agendum erit inferius: hæc excepit e tumultibus Galliarum tamquam portus (ut ipse ait) e procellis

(*c*) *Vinc. Lirin. præf.*

(*d*) *Severus in dial. 1. c.12.*

PAGIUS XIII. *Theodosius consulit Urbi Constantinopolitanæ fame laboranti.*

Ad num. XIV. Theodosius die *V. Kalend. Decemb.* dedit legem 3. Cod. Theod. *de frumento Urbis Constantinop.* qua *sexcentarum undecim auri librarum quantitas, ad coemptionem frumentariam perpetuo* dedicatur, frumenti enim penuria fuerat Constantinopoli an. CDXXXI. ut prodit Marcellinus in Chronico, & fames Constantinopoli subinde exoriebatur ob ingentem ibi populi frequentiam. Priori lege *de frumento Urbis Constantinop.* quingentas tantum auri libras ad eam rem dicarat Theodosius, sed nunc liberaliorem se exhibet. Intelligitur utraque lex de publica frumenti ad usum Urbis Constantinopolitanæ comparatione, ad sublevandum videlicet inopem plebem, atque in diem viventem; non ea tamen mente, quasi non & privatis intra eam urbem frumentum in proprios usus coemere liceret. Quare extra hanc proprii usus rationem, privatis coemptionem interdicere videtur Theodosius. Nolebat scilicet pius Princeps, privata coemptione miserum populum strangulari, sed publica sublevari, cum modico & tolerabili admodum incremento, ut inquit Gothofredus in Comment. ubi pluribus has leges explicat.

XIV.

Dedit & legem recitatam in Cod. Theod. *de bonis Clericorum & Monachorum*, ad suggestionem Tauri Præfecti Prætorio, Orientis scilicet, qui Ecclesiarum commodis favebat, & cui commercium Epistolarum erat cum *Theodoreto & Isidoro* Pelusiota, quorum ad eum Epistolæ adhuc extant. Ea per Orientis Imperium bona Clericorum quorumcumque, Episcoporum scilicet, Presbyterorum, Diaconorum, Diaconissarum, & Subdiaconorum, vel alterius loci, veluti Lectorum, Monachorum, & Monialium, deficientibus successoribus testamentariis, non *Fisco*, & per eum petitoribus, ut hactenus factum, verum Ecclesiæ & Monasterio, quibus fuerant destinati dedicatique, deferuntur. Ex ea liquet primo, hac tempestate Ecclesiasticos, & Monachos testandi jus habuisse, suosque in bonis suis, non tantum ab intestato, sed etiam ex testamento hæredes. Quod confirmant varia Episcoporum testamenta, & inter alia illud, quod memoratur apud Basilium Epist. 221. Secundo, testamento deficiente legitimos hæredes eis successisse, neque tantum parentes, aut liberos, verum & agnatos & cognatos, imo & uxores, a quibus post Clericatum aut Monachatum susceptum separati vivebant. III. legitimis hæredibus deficientibus hujusmodi Clericorum & Monachorum bona Ecclesiæ & Monasterio, quibus dedicati fuerant, impostorum acquisita esse. Quare *Theodosius* antiquum jus hac in parte rescidit. IV. hac adhuc tempestate Monachos extra Clerum fuisse, quod liquet etiam ex lege Cod. Theod. XXXII. de Episcopis ab Arcadio Imp. anno CCCXCVIII. emissa. Hinc videmus Monachos sæpe in Clerum provectos, qua de re legendi Athanasius in Epist. ad Draconium, Hieronymus Epist. 3. & 4. & in Epitaphio Nepotiani, Theodoretus, Palladius in Lausiaca, passim, aliique. Denique hac quoque lege agi de Monialibus vitæ solitariæ deditis ac Sanctimonialibus. Plura Gothofredus in ejus Comment.

PAGIUS *Privilegium a Theodosio Jun. Ecclesiis & Monasteriis concessum.*



XV. *Prosper refellit Vincentium Semipelagianum.*

Ad num. XIX. & seq. *Vincentium* quemdam Semipelagianæ factionis virum constat, Sancti *Augustini* defensoribus aliqua errorum monstra affinxisse, velut Augustinianæ de prædestinatione doctrinæ consectaria: eorumque contexuisse indicem sedecim propositiones continentem. Hunc indiculum confutavit Prosper in Responsione ad Capitula *Objectionum Vincentianarum*, quæ maxima ex parte cum Gallorum objectionibus altero libro a Prospero dilutis coincidunt. Vincentianæ objectiones Sancti Augustini discipulos, Prosperum scilicet, Hilarium Monachum, aliosque ejusdem de gratia & prædestinatione doctrinæ assertores, propius quam Augustinum ipsum insectabantur; quasi singulares

liberum Vincentium ipsum; cujus quidem quam mira fuerit eruditio, libellus ipsius ostendit; ut vix sit reperire qui paucioribus chartis majora & feliciori tractatu concluserit; licet commentariolus idem sit (ut ipse testatur in fine) ex duobus a se scriptis Commonitoriis epitome, his temporibus admodum

PAGIUS

illis suffragaretur *antiquitas*, posteriora autem nonnisi *novitate* niti possent. Vehementius omnium *sanctorum & eruditorum fratrum* instabat Prosper in Responsis ad *Genuensium dubia*, super his maxime proposita, aiens: *Quia nec justa nec rationabilis intelligitur eorum esse persuasio, qui hujus Viri sententiam tot Incrementorum Profectibus adificatam, ad adolescentiæ rudimenta revocabant, ut magis suffragaretur hæreticis, quod inter initia conversionis suæ imperite senserat; quam prodesset Catholicis, quod Pontificali diligentia Veritas revelavit: merito Illos hoc Præjudicio utentes, & in his, quæ dudum abdicata fuerant, immorantes, pii Doctoris gravitas notat, quod qui curaverunt omnes sensus ipsius indagare, noluerunt cum ejus eruditione Proficere.*

XVI. *Vincentius ille diversus non est a Vincentio Lirinensi.*

Vincentius, inquit Antelmius, e Monasterio Lerinensi magno religionis & anachoreseos ardore in Secreta Montis Capo-fulvi dicti (quod promontorium est oræ Forojulienſis maritimæ e regione Lirini) secessit, ibique Commonitorium aggressus est, quod non uno tenore; sed inter varia temporis spatia perfecit. Hæc ipsemet sub initium libri sui insinuat: *Locus autem quod urbium frequentiam, turbasque viantes remotioris villulæ, & in eo secretum Monasterii incolamus habitaculum, ubi absque magna distractione fieri possit illud, quod cantur in Psalmo:* Vacate & videte quoniam ego sum Deus, &c. Et antea immediate: *Videtur mihi minimo omnium servorum Dei Peregrino, quod res non minimæ utilitatis, Domino adjuvante futura sit, si ea quæ fideliter a sanctis Patribus accepi, literis comprehendam* &c. *Ad quod me negotium non solum fructus operis, sed etiam consideratio temporis, & opportunitas loci adhortatur, &c.* Ex quibus tum *Lirini* non degisse Vincentium, primo subodoratus est Cardinalis Norisius citatus; sed cum eum hic secessus lateret, *Peregrinum* istum ad villulam Massilienſem, ex probabilioribus, quas tum habuit conjecturis amandavit. Ex ejusdem tamen Commonitorii variis locis colligitur *Vincentium* his annumerandum esse Presbyteris, qui in ora maritima Gallo-provinciæ, & in diœcesi Forojulienſi præcipue in qua versabatur, Augustini doctrinam coram impugnabant: adeoque & Vincentianas objectiones, vel ex ejusdem Vincentii aut assectarum officina prodiisse tanquam duriora consectaria, quæ ex Augustini postremis libris, ac Prosperianis principiis erui credebantur.

XVII. *Vincentius Lirinensis novitatem Doctrinæ obiicit adversariis.*

Opus istud aureum, & nunquam satis pro dignitate commendandum eo fine scriptum fuit, ut *Augustini* doctrinam in suspicionem traheret. Notum enim compertumque ex Augustino lib. de Prædest. SS. Cap. 3. & 4. hunc Sanctum Antistitem in variis editis initio conversionis suæ Tractatibus, Massilienſium sententiam, circa fidei & bonæ voluntatis initia diserte tradidisse, & Massilienses his anterioribus libris veluti clypeo incunctanter utentes, qualibet data occasione *Augustini* discipulis reposuisse, se in istis nonnisi eorum ducis ac magistri ructare verba. Quare, ut erat Augustinianæ doctrinæ defensorum valida exceptio, Sancti Doctoris scientiam *incrementorum profectibus* eo perveniſſe, ut agnoverit, castigaveritque senex, quæ juvenis ignoraverat, ac minus perite scripserat: ita alii reclamabant, anteriora Augustini scripta ideo etiam magis aliis quibusque probanda, quod

XVIII. *Novitatem Doctrinæ refellit Prosper.*

Hoc invictum profecto argumentum est, quod ex ipsis Augustini effatis recudit Prosper in adversarios retorquendum. Vincentius postquam aureum illam sententiam sub finem Commonitorii, ad Timotheum perscripsit: *Eadem tamen, quæ didicisti, doce, ut cum dicas nove, non dicas nova*, sic tandem Augustini discipulorum objectionem ingeniose proponit ac resolvit: *Sed forsitan dicet aliquis: Nullusne ergo in Ecclesia Christi Profectus habebitur religionis? Habeatur plane & maximus. Namquis est tam invidus hominibus, tam exosus Deo, qui id prohibere conetur: Sed tamen ut vere Profectus sit ille fidei, non permutatio. Siquidem ad Profectum pertinet, ut in semetipsum unaquæque res amplificetur, ad permutationem vero, ut aliquid ex alio in aliud transvertatur. Crescat igitur oportet; & multum vehementerque Proficiat, tam singulorum, quam omnium, tam Unius hominis, quam totius Ecclesiæ ætatum ac seculorum gradibus, intelligentia, scientia, sapientia, sed in suo dumtaxat genere, in eodem scilicet dogmate eodem sensu, eademque sententia*, &c. Unus homo, cujus eruditione proficere nolebant Massilienses, *Augustinus* erat, qui ex integro sententiam abdicarat, in cujus placita tanto magis videtur *Vincentius* latenter invehi, quanto in alias omnes hæreses studiosius insurgere prima fronte perspicitur. Denique Prosper etiam ad Augustinum scribens eum certiorem facit, Semipelagianos sua dogmata venerando vetustatis nomine tueri, & ei novitatem objicere; *Obstinationem suam*, inquit, *vetustate defendunt, & ea quæ de Epistola Apostoli Pauli ad Romanos scribentis ad manifestationem Divinæ Gratiæ prævententis electorum meritæ proferuntur, a nullo unquam Ecclesiasticorum ita esse intellecta, ut nunc sentiuntur, affirmant.* At Vincentius Lerinensis, ut Em. Card. Norisius observat, *in toto passim Commonitorio id unum inculcat, tenendam antiquitatem, vitandam novitatem*: a Doctore ea esse dicenda, quæ ab Antiquis didicerit. Hinc in tribus MSS. Codicibus Bibliothecæ Regiæ Vincentii libri hic titulus est; *Tractatus* Peregrini *pro Catholicæ fidei antiquitate*. Semipelagianorum enim cantilena erat, Augustinum in quæstione de prædestinatione SS. præter omnes Patres sensisse, ideoque eum in ea non sequendum, ne unius hominis novitius error univertalis dogmatis antiquæ veritati præponeretur.

To-



dum accommodatus, & in Ecclesia Catholica semper posteris profuturus, cum numquam defuturi sint Novatores hæretici, ad quos penitus explodendos idem auctor summa industria laboravit.

*Ann. Eccl. Tom. VII.* Ooo Qua-

PAGIUS

XIX. *Vincentius Lirinensis nec Pelagianus, nec Augustinianus erat, ideoque Semipelagianos sequebatur.*

Totus Orbis Christianus post Sancti *Augustini* obitum circa quæstiones de gratia & prædestinatione tres in partes scissus erat in *Pelagii* sectam, in *Semipelagianorum* factionem, & in *Augustiniana Doctrina* defensores. Quisquis Pelagianus non erat, & Augustini doctrinam impugnabat, is erat Semipelagianus. Quisquis a Pelagianis & Semipelagianis dissentiebat, *Augustinum* prædicabat, nec usquam hæreseos Pelagianæ mentionem faciebat, quin Augustini victorias prædicaret, ejusque auctoritate hæresim illam debellaret. *Vincentius* autem *Lerinensis* non solum Pelagianus non erat; sed etiam Pelagium, Cælestium, Julianum uti cæteros hæreticos, execrabatur, ut videre est Capp. 3. 13. 33. & ult. Non fuit etiam Augustinianæ doctrinæ sectator; cum ne semel in toto Comonitorio eum laudet, & toties eum commendandi occasio se dederit, quoties Pelagianorum meminit, immo ut jam diximus ejus doctrinam tecte, & per cuniculos impugnat. Nec solum *Vincentius*, sed etiam alii Semipelagiani *Pelagianum* execrabantur, quod testatur Prosper contra ingratos. *Cassianus* lib. 1. de Incarnat. cap. 3. eum refellit, sicuti *Faustus* lib. 1. de gratia & lib. arbitrio cap. 1. *Gennadius* tres contra eumdem Hæresiarcham libros scripsit, & *Hilarius* Arelatensis Episcopus in plenaria Galliæ Synodo Legatos in Britanniam contra Pelagii sectatores anno CDXXIX. destinavit.

XX. *Vincentius Lirinensis sancte obiit.*

Quia vero *Vincentius Lerinensis*, aliique plures ab Augustino in controversia de prædestinatione ad fidem recessere, quando fas erat, ea de re in utramque partem disputare & Sancti Doctoris sententia anno fere centesimo ab ejus obitu in Arausicana Synodo inter fidei canones relata est, aliqui ex Semipelagianis in magna existimatione vixere, & mortui Sanctorum honores meruere. Vincentii enim Lerinensis nomen Martyrologio Romano inscribitur ad diem IX. Kal. Junii, & Monachi Lerinenses Reliquias ejus nobili loco reposuere. Certe Augustinus Semipelagianos *fratres ac dilectores sui*, & Prosper licet alias eorum hostis, *sanctos, honoribus & meritis claros, & egregios in omnium virtutum studio viros* honoris causa appellat. Quare perperam Heterodoxi præfati Commonitorii auctoritatem reiiciunt, in iis quæ doctrinam de Traditionibus & Patrum usu spectant; de gratia enim tantum & prædestinatione inter Semipelagianos & Sancti Augustini discipulos controversia erat; in aliis doctrinæ Catholicæ capitibus omnino conveniebant. Cumque Traditionem fidei regulam esse doceat *Vincentius Lerinensis*, ea in re errorem non propugnat, nec a Sancto Augustino, aliisque Patribus, & Ecclesiæ doctrina dissentit, sed ex regulis principiisque in Ecclesia sua ætate receptis Augustinianæ sententiæ prætensam novitatem, ac omnes hæreses impugnat; ideoque hæretici *validius impugnari non possunt, ac felicius vinci*, quam doctrina Commonitorii Vincentii Lerinensis, de quo libro legendi Scriptores laudati.

XXI. *Sebastianus Comes confugit ad Theodosium Imp.*

Idacius in Chronico anno Abrahami 2450. qui Kal. Octobris anni Christi CDXXXIII. inchoatur, ait: *Sebastianus exul & profugus effectus* (Palatio nempe Valentiniani Imp.) *navigat ad Palatium Orientis*, quo scilicet confugerat; sed illinc fugere coactum fuisse inferius videbimus. Marcellinus quidem sub sequentis anni Coss. scribit, Sebastianum *Urbe Augusta* fugisse, & in Africa interemptum esse; verum utrumque diversis annis contigit, & longe post eum annum, ut infra ostendam.

*Honoria Attilam* adversus Imperium Occidentale concitat, ut anno sequenti videre est.

I. QUadringentesimus trigesimusquintus Christi annus duobus Augustis Consulibus Theodosio decimumquintum & Valentiniano quartum notatus extat in fastis: quo cum ex scriptis Nestorii jugiter in Ecclesia Orientali controversiæ agitarentur, concitarenturque tumultus & rixæ, visum est Theodosio Imperatori discordiarum tollere seminarium, ipsosque Nestorii libros publica edita sanctione damnare. Hoc igitur anno ad Leontium Præfectum Prætorio ista rescripsit (*a*):

*Damnato portentosæ superstitionis auctore Nestorio, nota congrui nominis ejus inuratur gregalibus, ne Christianorum appel-*

(*a*) *l. ult. de hæret. C. Theod.*

II. Damnantur libri Nestorii.

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CCCC-LXXIII. A. C. 435.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5928.

⊙ 24. F. ☽ 18. P. 31. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 435.

SIXTI III. PAPÆ 4.

THEODOSII JUN. 34. & 28.

VALENTINIANI III. IMP. 11.

I. *Septima Quinquennalia Theodosii & Decennalia Valentiniani.*

[1] COSS. *Theodosius* Aug. XV. & *Valentinianus* Aug. IV. ille propter *Septimam Quinquennalia* Imperii vivente patre susceptam, ut ex ejus Tricennalibus & Octavis Quinquennalibus manifeste liquet, hic propter Augustei Imperii *Decennalia* ad quæ referendus nummus qui extat apud Ducangium in Constantinopoli Christiana, in quo legitur: D. N. Pla. Valentinianus P. F. Aug. in postica, Vot. X. Mult. XX. R. V. Conob. Visitur Imperator habitu Consulari sedens; dextra Globum, sinistra Sceptrum tenens. Aliud Numisma aureum in mu-

*sæo* Farnesiano refertur in cujus postica legitur: Victoria Augustorum: in area vero: Vot. X. Mult. XX. infra Comob. idest Constantinopoli obsignata moneta.

II. *Irenæus Comes & Photius Nestoriani in exilium missi.*

Ad num. I. & seq. Theodosius Sacram direxit ad *Isidorum* Præfectum Prætorio, recitatam cap. CLXXXVIII. Synodici, qua cum Photio, *Petras* Irenæus Comes in exilium mittitur: *Irenæum*, inquit Imperator, *qui maledictum Nestorii cultum non solum secutus est; sed & instituit & studuit multas cum eo Provincias, eo quod ipse tali culturæ præesset, evertere, nudatum cunctis dignitatibus, & insuper ipsa propria facultate; & Photium vero eisdem impietatibus implicatum, adæque facultate nudatum, qua & in publicam sanctionem de Nestorio in exilium mittendo direxit ad Isidorum Præfectum & Consulem.* Lupus vero etiam in Notis existimat, hanc Sacram emissam esse statim post confirmatam Nestorii damnationem, & confirmationem Actorum Ephesinæ Synodi ab Imperatore factam; quod de-

NOTÆ [1] COss. *Theodosius* Aug. XV. & *Valentinianus Aug. IV.* Fragmentum veteris lapidis inter Dominanas inscriptiones cl. XX. num. 99. pag. 547.

IN PACE. C. . . . . .
de POS CONSULV. . . . .
THEDOSI XV. . . . .
PLAC. VALEN tiniani.
IIII. AVG.

Reinesius pag. 915. & Fabrettus pag. 656.

DEPS. FELIX DIAC. V. IDVS
MARTIAS. THEODOSIO. XV.
ET PLD. VALENTINIANO
IIII. AA. VV. CC.
CON. SS.

Gruterus pag. CLIX.

SALVIS. DD. N. N.
THEODOSIO. ET
VALENTINIANO
P. F. AC. TRIVM. . . .
SEMPER. AVG. X V.
CONS.

Alias duas ejusmodi inscriptiones vide apud Relandum in Fastis hujus anni. Prosper editus, Fasti Idatiani, & Marcellinus: *Theodosio* XV. & *Valentiniano* IV. Prosper MS. *Theodosio* XV. & *Valentiniano*. Paschalis laterculus in codice Gennadii: *Theodosio* X. & *Valente* II. corrupte pro XV. & IV. Epistola VIII. Sixti Papæ III. *data VIII. Idus Julias Theodosio XV. & Valentiniano IV. Augustis cos.*



*appellatione abutantur: sed quemadmodum Ariani lege divæ memoriæ Constantini ob similitudinem impietatis Porphyriani a Porphyrio nuncupantur, sic ubique particeps nefandæ sectæ Nestorii Simoniani vocentur: ut cujus scelus sunt in deferendo Deo imitati, ejus vocabulum jure videantur esse sortiti. Nec vero impios libros nefandi sacrilegii Nestorii ad-*

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

*versus venerabilem Orthodoxorum sectam, decretaque sanctissimi cœtus Antistitum Ephesi habiti, scriptos habere, aut legere, aut describere quisquam audeat. Quos diligenti studio requiri, ac publice comburi decernimus. Ita ut nemo in religionis disputatione aliquam supradicto nomine faciat mentionem, aut quibusdam eorum habendi Concilii gratia in ædibus,*



PAGIUS decretum hoc latum sit in *Irenæum* adhuc laicum, quem credit anno CCCCXXXII. Episcopatum Tyriorum adeptum esse. Verum hæc Sacra ordine suo in Synodico recitata, & *Isidorus* hoc anno, sicuti & sequenti, Præfectus Prætorio fuit, ut numero sequenti demonstro. *Irenæum* post hunc annum creatum esse Episcopum Tyriorum, infra videbimus. Lupi error inde procedit, quod autumarit, Epistolam XLII. Synodici scriptam esse ab Irenæo jam Episcopo ad Candidianum; cum tamen, ut recte vidit Baluzius citatus in Notis ad cap. CXCIV. Synodici, data sit a Theodoreto, & missa ab Irenæo, ut in Epigraphe ejusdem capitis diserte notavit Scholiastes.

III. *Lex Theodosii de Nestorii Libris comburendis ad Præfectos Prætorii missa.*

In Synodico cap. CXCI. refertur Lex, quæ contra *Nestorium* hoc anno proposita est, sed alterius versionis ab ea, tam quæ extat parte III. Concilii Ephesini cap. XLV. quam quæ recitatur a Baronio; in Synodico tamen non tota Lex, sed priora tantum verba referuntur, & ejus Summarium ab Scholiaste editum. Cum vero cap. XLVI. partis tertiæ Concilii Ephesini laudatæ Sacræ Theodosii subiiciatur Edictum Præfectorum de Nestorii libris non legendis, in cujus Epigraphe hæc verba leguntur: *Flavius Anthemius Isidorus, Flavius Bassus, Flavius Simplicius Reginus, Præfecti edicunt*, liquet certum esse quod supra asseruimus, Isidorum hoc anno fuisse Præfectum Prætorio; cum ei committatur executio Sacræ a Theodosio datæ III. *Non. Augusti Constantinop. Theodosio XV. & qui fuerit nunciatus*, ut videre est apud Baronium; Verum loco *III. Non. Aug.* legendum, *III Kalend. April.* ut infra monstrabo. Denique hoc anno *Isidorum* fuisse Præfectum Prætorio, sc. Orientis, & *Reginum* Præfectum Prætorio Illyrici, docet lex 8. Cod. Theod. *De principibus Agentum in rebus*, sub hujus anni Coss. emissa; qua in dignitate anno etiam sequenti *Isidorus* fuit, ut tunc ostendemus.

IV. *Theodosius Nestorii libros comburi jubet.*

Laudata lex data a Theodosio contra *Nestorianos*, quia quidam Orientales Episcopi omnibus pacis conditionibus sese subiicere noluerant, & *Joannes* Patriarcha ad majora inconvenientia conniverat, ac non paucos ad pacem admiserat; quod non tantum aliis Episcopis, sed etiam populis valde displicuerat, indeque multi tumultus contigerant; illi enim Episcopi eo modo recepti prædicantes quæ non oporteret, civitates commoverant. Tres erant pacis conditiones, damnatio Nestorii, damnatio ejus dogmatum, & admissio ordinationis tam *Maximiani* quam *Procli*; & tamen, ut ex variis Synodici locis apparet, alii damnationem Nestorii, uti Theodoretus, alii ordinationem Maximiani vel Procli rejecerant; quod cum quidam pii Episcopi ad Theodosium retulissent, hoc anno citatam legem emisit, qua etiam dogmata Nestorii non solum hæresim *Nestorianam*; sed etiam *Simonianam* appellari jussit, ipsum ab omnibus solemniter anathemate percelli, ac omnia ejus scripta comburi. Hujus legis publicatio ac executio *Aristolao* Tribuno, ac Notario demandata fuit, qui ideo secunda vice ad Joannem Antiochenum ab Imperatore missus Ecclesias Orientales adiit. Liquent hæc ex Epistola Sancti Cyrilli ad eundem Aristolaum, *quam scripsit rogante Beroniciano Episcopo Tyri*, ut inquit Scholiastes Synodici cap. CXCIV. ubi eam Cyrilli Epistolam recitat: *quia dicunt*, inquit Cyrillus, *quod nihil amplius expetere debeamus super ea, qua Imperiales & pia litera continent, & hoc petunt a tua Virtute, dignare, omnium juvando opinionem, præparare illos anathematizare Nestorium, & pollutæ ejus dogmata, eumque habere dejectum, &c. His namque conjunctis anathemati adversus Nestorium, omnis de cætero, ut tamen arbitror, vacabit incusatio, & munda erit conscientia hominum, ut nec hi, qui per civitates sunt populi, confligant ulterius contra se, vel omnino scandalizans aliquid in Magistris, confitentes quod cunctis teneamus in nobis rectam & inaccusabilem fidem.*

V. *Extensio Legis Theodosii effectum sortita non est.*

*Beronicianus* Episcopus Tyriorum valde Orthodoxus, cujus meminit Cyrillus in ea Epistola, successerat *Cyro* in eam Sedem, hujusque mentio est in mandato, quod Orientales Epheso constituti dederunt Legatis suis Constantinopolim proficiscentibus, edito Tom. III. Concil. pag. 723. & in Synodico capp. XIII. & XXVIII. Quare, ut recte observat Baluzius in Notis ad cap. CXCIV. Synoidci, *Beronicianus* hoc anno Tyriorum Episcopus *Cyro* jam successerat, non vero *Irenæus*, ut putavit Lupus in Notis ad idem caput. Beronicianus enim Irenæo non potuit succedere; cum is anno CCCCXLVIII. Episcopatu Tyrio pulsus sit, eique successerit *Photius*, ut docent Acta Synodi Berytensis anno CCCCXLIX. habitæ. Consilium quod Cyrillus *Aristolao* Tribuno dedit de addendis quibusdam ad præceptam a Theodosii lege Professionem, non videtur effectum habuisse, ob multorum scilicet Episcoporum dicentium se cogi non posse ultra legis terminos, contradictionem. Capite enim CXCV. Synodici refertur Epistola Cyrilli ad Joannem Antiochenum, qua queritur, quod Orientales anathematizassent quidem Nestorium, sed tamen eadem, quæ ille prædicarent: *Tua Sanctitas*, inquit Cyrillus, *si tamen omnino sunt aliqui tales, dignetur eos monere atque confundere, & sistat sapientes vocum novitates Nestorii & loquentes. Nam quomodo anathematizant eas, vel quomodo pacem permanere desiderant, repugnantes ei, eamque evertentes ut iniquam?*

VI. *Joannes Antiochenus de nimia conniventia arguitur.*

Hoc ipso tempore Sanctus Cyrillus scripsit etiam ad venerabilem *Maximum*, Antiochenæ Ecclesiæ Diaconum & Archimandritam, aitque: *Cognovi ex dilecto Monacho Paulo pietatem tuam usque ad hanc diem recusare communionem religiosissimi Episcopi Joannis, eo quod aliqui sint in Ecclesia Antiochena, qui vel adhuc cum Nestorio sentiunt, vel senserunt quidam, nunc autem fortasse ab eo abierint.* Maximus retulerat, non tantum in Diœcesi; sed etiam *in ipsa* Antioche-

na

*aut villa, aut suburbio suo, aut aliquolibet loco conventiculum clam aut aperte præbeat, quos omni conventus celebrandi licentia privari statuimus. Scientibus universis, violatorem hujus legis publicatione bonorum esse coercendum. Dat. III. Non. Augusti Constantinop. Theodosio XV. & qui fuerit nunciatus.* Hæc eadem sanctio ex Codice Theodosiano accepta, aliquanto latior extat apud Ephesina (a) Acta; nam & ad finem ejusmodi habet additamentum: *Summa proinde illustrisque auctoritas tua curet, ut nostra hæc sanctio omnibus provinciis ustatis* (a) *Act. Eph. edit. Pelt. t.5. c.13.*

PAGIUS na Ecclesia, quosdam, qui ante cum Nestorio palam senserant, jam id negare, & post istam negationem, nulla imposita pœna ab eodem Joanne admitti ad integræ communionis gratiam. Retulerat secundo, alios *Nestorium* quidem abnegare, sed Nestoriana palam sentire, & tamen a Joanne admitti. Sunt illi ipsi, de quibus agit *Cyrillus* in Epistola cap. CXCV. Synodici relata; neque dubium, quin *Maximus* propter istam Joannis conniventiam se se ab ejus communione segregaverit, & novi schismatis fundamentum jecerit. Verum *Cyrillus* illi rescripsit, ut ad sui Patriarchæ communionem rediret, & reliqua dispensatorie dissimularet, quia, inquit, *res eget magna moderatione*. Lupus in Notis ad caput CXCIV. Synodici suspicatur, *Joannem* suspectos Episcopos ad novam cum laudatis conditionibus Professionem non coegisse, imo neque ab omnibus eam exegisse, qua Nestorii damnationem admitterent, & ipsum pro depositio haberent; cum *Theodoretus* ad eam conditionem accedere noluerit, neque ante Chalcedonense Concilium Nestorium damnare voluerit; qua in pertinacia quidam alii, etiam permansere.

VII. *Synodus Anazarbica, in qua Episcopi redeunt ad obedientiam.*

Interim *Theodoreti* exemplo plures Episcopi ad obedientiam Joannis Antiocheni rediere. *Maximinus* enim Anazarbi Episcopus secundæ Ciliciæ Metropolita, ac omnes ejus Suffraganei, excepto *Meletio* Mopsuestensi Episcopo, pacem amplexi sunt in Synodo *Anazarbi* celebrata; ut liquet ex Synodica, cap. CLIX. Synodici recitata, in qua tamen *Maximianus* & ejus Episcopi indicant, se reiicere Cyrilli Capitula, cum ad Joannem Antiochenum, ad quem ea Synodica dirigitur, scribant: *Semper nos omnino turbaverunt illa Capitula, quæ & tua Religiositas, sapius ut prava existentia repulit*, quod mirum videri non debet; cum Cyrillus quando pacem cum Joanne Antiocheno iniit, consenserit, ut de duodecim suis capitulis fileretur. Hanc Synodum currenti anno congregatam, non vero anno CDXXXIII. ut autumavit Baluzius in nova Collect. Concil. pag. 942. docet Epistola Joannis Antiocheni ad Proclum Episcopum Constantinopolitanum cap. CXCVII. Synodici recitata, in qua enumerans provincias Patriarchatui suo subjectas, quæ pacem susceperant, ait: *Cilices utrique ab anno præterito his convenientia & consona per conspicuum Tribunum Aristolaum compleverunt*. Quare cum ea Epistola anno sequenti data fuerit, ut ibidem ostendemus, Synodus *Anazarbica* hoc anno fine dubio celebrata; quod & Synodus Tarsensis in prima Cilicia hoc anno habita etiam manifestum facit.

VIII. *Synodus Tarsensis in qua recipitur Lex data adversus Nestorium.*

Helladius enim Episcopus Tarsensis Metropolita primæ Ciliciæ, ubi ad eam Provinciam Aristolaus Tribunus & Notarius accessit cum laudata Sanctione Theodosii celebravit Tarsi Synodum cum suis Episcopis, & in Synodica cap. CXCII. Synodici recitata, quam ad Theodosium Imp. misit, ait: *Juxta divinas præceptiones vestras communionem cum Sancta Synodo quæ in Epheso facta est, amplectimur, & Nestorium, qui quondam fuit felicissimæ Constantinopolis Episcopus habemus depositum, & anathematismo subjecimus super omnibus, quæ impie coram Ecclesia docuit, seu in scriptis exposuit, seu semotim locutus est sequentes Sanctos episcopos Sixtum Romæ, & Proclum magni nominis Constantinopolis, & Cyrillum Alexandriæ, & Joannem Antiochiæ, & omnes reliquos religiosissimos Episcopos in omnibus quæ pie definiuntur ab eis coanathematizantes ipsum Nestorium, & eos, qui eadem impie asserunt, idest Nestorianos, quos juste vestrum sic cognominavit Imperium*, in sanctione videlicet contra Nestorium hoc anno data, in qua Theodosius ita eos cognominari jubet, indeque apparet, Baluzium in nova Collect. Concil. hoc Concilium *Tarsense* cum anno superiori non bene copulasse. Secundo, non bene etiam nominare inter Episcopos, qui huic Synodo interfuere. *Zenobium* Zephirii Episcopum; quia non nominatur in eadem Synodica inter alios, qui eidem subscripsere, & præterea ob pertinaciam in exilium pulsus est, ut infra videbitur. Denique non bene referre ad hanc Synodum Epistolam CXXX. Synodici scriptam ab Helladio, Zenobio, aliisque ad Alexandrum Hieropolis Episcopum, cæterosque, quia ea Epistola, ut anno superiori num. VI. demonstravimus, eo anno scripta occasione Sacræ generalis, cujus recisionem *Helladius* & Episcopi ejus Metropoleos ab Imperatore petere cogitabant. Quam ob rem Synodus, quæ ibi dicitur nondum celebrari potuisse, spectabat ad pacem cum Joanne impediendam, non vero ad eam recipiendam. Porro *Helladium* plurimum laudat Basilius Seleuciensis Episcopus & Theodoretus in Historia Religiosa cap. 10. loquens de Sancto *Theodosio Antiocheno* Abbate Monasterii in Scopulo, de eo habet, postquam Theodosii mortem narravit: *Gregis Præfecturam susceperit admirandus Helladius, qui per annos sexaginta laboribus illis defunctus, Cilicum divinitus postea factus est Antistes, pristinam non deserens Philosophiam, sed laboribus illis Pontificalos quotidie sudores adiiciens*. Post hanc pacem non diu superstes fuit; Basilius enim Seleucensis in lib. 2. de Vita & miraculis S. Theclæ Martyris testatur, eum fuisse valde senem & successorem habuisse *Marianum*.

IX. *Post Synodum Anazarbicam Theodoretus suum Metropolitam ad pacem perducere tentat.*

Theodoretus nullis laboribus pepercit, ut *Alexandrum* Hieropolitanum suum Metropolitam ad pacem amplectendam perduceret. Unde postquam venit Antiochiam & in gratiam cum Joanne suo Patriarcha rediit, scripsit ad Alexandrum Epistolam cap. CLXVI. Synodici relatam, in qua eum hac de re certiorem fecit, asseruitque Patriarcham consensurum, ut nemo cogatur ad damnationem Nestorii, jamque Ciliciam & Isauriam ad ejus communionem reversas esse. Subdit Theodoretus, se se ad eum venturum, & sermones inter Patriarcham & eum habitos eidem declaraturum: *Servo autem*, inquit, *narrationem collocutioni futuræ. Invenimus enim & satisfactionem, quæ tua munda conscientia satis sit* (quia scilicet Alexander Nestorium damnare religioni ducebat: *& ab omni cum dubitatione valeat provenire*) *cui*



*latis edictis & promulgationibus primo quoque tempore nota fiat. Hanc autem legem Romano simul & Græco sermone edidimus, quo omnes perspicue intellige-re queant.* Hæc ibi: quibus appendix inhæret Præfectorum, qui eamdem sanctionem (a) promulgaverunt, illa ipsa instantius inculcantes. Hujus- (a) *Act. Eph. edit. Pelt. t.5. c.14.*

PAGIUS *cui & Isauri credentes & Cilices, amplexi sunt communionem ad Dominum meum sanctissimum Episcopum Joannem*. Theodoretum *Cilicum* nomine ibi tantum Episcopos secundæ Ciliciæ, non vero utriusque Ciliciæ, ut perperam eum interpretatur Lupus, intelligere, ipsemet Theodoretus in alia Epistola ad Alexandrum, quæ extat cap. CLXVIII. Synodici nos, edocet: *Innotesco*, inquit, *Sanctitati tuæ, quia Cilices & Isauri & Eulogius Antiochiam direxerunt, & in literis suis ut Episcopos nominarunt & Alexandrinum & Constantinopolitanum, adiicientes non se communicare depositioni sanctissimi Episcopi Nestorii*, cum tamen Episcopi primæ Ciliciæ Nestorium diserte anathematizarint, ut ostendimus numero superiori. Verum postquam Episcopi primæ Ciliciæ ad Communionem Joannis Patriarchæ rediere, & tam Synodus Anazarbica, quam Tarsensis celebratæ sunt, *Meletius* Mopsuestenus Episcopus ad eumdem Alexandrum dedit Epistolam cap. CLXXI. Synodici relatam, cui Irenæus hanc epigraphen præfixit: *Epistola Meletii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua scripsit quod hi quidem qui erant ex secunda Cilicia communicaverint, alii vero Cilices & Isauri similiter sint transgressi, quæ pie judicaverint olim*. Ubi tamen Irenæus Cilices primæ Ciliciæ cum Isauris copulat, contra loquendi modum a Theodoreto usurpatum, qui Isauros cum Episcopis secundæ Ciliciæ conjunxit. Quare Irenæus in illius Epistolæ epigraphe tempora confundit; cum Isauri eodem tempore, quo Episcopi secundæ Ciliciæ, cum Joanne communicarint, & eadem quæ illi professi sint, ut ex dictis liquet: Cilices vero primæ Ciliciæ Nestorium anathematizare non renuerint, & aliquanto post Isauros & II. Ciliciæ Episcopos tempore, communionem Joannis amplexi sint, ut ex dictis manifestum fit. Sed quidquid de hac epigraphe sit, Meletius in Epistola, cui ea præfigitur, ait: *Omnes nos Cilices reliquerunt* ideoque Cilices utriusque Ciliciæ, quod recte Ireneæus vidit, licet Isauros cum Episcopis primæ Ciliciæ male conjunxerit,

X. *Alexander in obstinatione perstat.*

His actis nihil prætermissum, ut tam Alexander, quam Meletius ad utriusque Ciliciæ exemplum sequendum inducerentur. Theodoretus, postquam in Alexandro suo Metropolita convertendo operam, & oleum perdidisset, scripsit ad Joannem Antiochenum Epistolam, quæ habetur cap. CLXXII. Synodici, aitque: *In suo tenore permansit Dominus meus sanctissimus & Deo amicissimus Episcopus Alexander, credens cum summa esse justitia: cujus rei gratia neque amicos affatus, neque preces admittit, sed Evangelicorum transgressionem mandatorum deputat dispensativam condescensionem*, &c. *consequens vero est, ut & emolliatur temporis spatio.* At *Titus* Vicarius Dionysii Magistri militum ad Alexandrum scripsit, ut videre est cap. CLXXX. Synodici: *Si post has literas meas Sanctitas tua in dilatione perstiterit, eisque communicare noluerit, claret quod non sit de cætero necessarium divinis literis* (idest Imperatoriis) *uti, quæ aperte præcipiunt, ut hi qui sancta Synodo communicare noluerint, in exilium a Sanctis Ecclesiis repellantur*. Ubi Baluzius in notis scite monet, in hac phrasi *claret quod non sit*, tollendam esse negationem quæ sensum pervertit, quod demonstrat Epistola *Dionysii* Magistri militum cap. CLXXXI. Synodici relata, in qua idem quod ejus Vicarius *Titus* urget, & omnes machinas adhibet, ut virum sibi amicissimum ad communionem Ecclesiæ adducat. Sed cum ad utramque Epistolam *Alexander* rescripsisset, ut habetur cap. CLXXXII. Synodici, se ex sua sententia numquam discessurum, & Deo potius quam hominibus pariturum, *Titus* præceptum dedit ad *Lybianum* Euphratesiæ, in qua Hieropolis sita, Judicem, quo ei jubet Alexandrum, si in *proposito perstiterit, loco proprio amovere*, ut legitur cap. CLXXXIII. Synodici.

XI. *Lybianus in exilium mittitur.*

*Lybianus*, ut habetur cap. CLXXXIV. Synodici, retulit ad *Titum* Vicarium præceptum ejus *decimo septimo Kalendas Maii*, sibi redditum esse, & Alexandrum Hieropolim & Episcopatum maluisse relinquere, quam *communicatorem Sanctæ Synodi fieri*. Hic dies decimus quintus mensis Aprilis nonnisi de mense Aprili anni insequentis intelligi potest; cum, ex mox dicendis adhuc Episcopatu potiretur, quando Libros Theodori damnavit *Rabulas*. Tantæ Alexander, qui jam ab annis triginta & amplius Episcopatum gerebat, apud suos opinionis erat, ut populus ejus expulsione audita Ecclesias clauserit, plura in Comitem *Titum* ac *Joannem* Patriarcham protulerit, totque tumultus excitarit, ut *Lybianus* ad Comitem Orientis in ejus gratiam deprecationem, quæ habetur capit. CLXXXV. Synodici misserit, significaritque, *pueros simul ac senes, mulieres ac virgines, & omnes maturæ ac senilis ætatis*, violentas sibi manus inferre velle, si tantus Præsul Ecclesiæ Hieropolitanæ non redderetur. Qua in re Hieropolitani similes fuere Donatistis, de quorum pertinacia in Annal. Ecclesiast. agitur. Misit & Clerus Hieropolitanus supplicationem ad Joannem Patriarcham, ad quem respondit hic quod legitur cap. CLXXXVII. Synodici; *Circa eum cuncta servavimus, quæ ad remedium pertinebant. Sed & nunc quæ nobis sufficere dignum est, peragentes, spondemus, quia si possibile fuerit, ut correctione resipiscens, deponat superbiam pristinam, parati sumus excipere, & ad vos cum nostra atque illius festivitate remittere. Si autem jam semel statuit præcipitare se ipsum ad communionis quidem lesionem, perditionem vero animæ suæ, nos quidem & Deo & hominibus satisfecimus*. Sed cum Alexander in contumacia persisteret, *exiliatus est in Fanothia Ægypti metallum*, ut inquit Irenæus cap. CXC. Synodici, quod anno sequenti post mensem Aprilem contigisse, supra indicavimus.

XII. *Exilium Meletio pariter irrogatum.*

Quoad *Meletium* Episcopum Mopsuestenum, qui non minus quam *Alexander* pervicax fuit, scripsit ad eum *Titus* Vicarius Epistolam cap. CLXXXIII. Synodici relatam, in qua affirmat, se in ejus gratiam differre executionem Sacræ, nempe generalis. Verum Meletius, ut legitur cap. CLXXIV. Synodici, rescripsit ad Titum, & eleganti compendio exposuit quæcumque *Joannes* Patriarcha adversus *Cyrillum* ac ejus Capitula egisset, tandemque concluserit, se ad ejus communionem accedere non posse. Quare Sacra adversus Meletium executioni necessario mandanda fuit: *Solu inter hujus Ciliciæ Episcopos perstat ad finem Dominus meus Deo amicissimus Epi-*

III. Libri Theodori & Diodori produntur.

Hujusmodi autem promulgato edicto, tamquam obstructo foramine aspidis, alia via impietas, nescia legibus coerceri, sibi exitum ad aliorum exitium fraudulenta quæsivit. Et quonam modo? Audi consilium satanæ. Cum ita libri Nestorii qui inventi essent igne vindice cremarentur, ne magno periculo eorum lectio clandestina usui esse posset: mox qui blasphemiarum fluenta sic exsiccata viderunt Nestoriani, ipsum fontem aperuere, unde illa primitus derivarant: nimirum Theodori Mopsuesteni, & Diodori Tarsensis Episcoporum, a quibus veneno propinatus Nestorius fuerat, libros ubique legendos exposuere; & quo latius spargerentur blasphemæ chartæ, eorumdem volumina in Syrorum, Armenorum, atque etiam Persarum linguam transferenda curarunt. Sed & illud contigit deterius, quod eos esse Catholicos probare conati sunt, utpote qui dicerent in ipsis esse legitimam in persona Christi duarum naturarum confessionem. Erant autem hi libri ab iisdem contra Eunomium atque Apollinarem conscripti. Habet hæc omnia Liberatus diaconus, qui ista mox subdit (*a*);

(*a*) *Liberat. diac. Breviar. c.*10.

*Ubi hæc agnoverunt Acacius Melitenus in Armenia Episcopus, & Rabula Edessæ civitatis Episcopus (de quo Ibas successor ejus in epistola sua dicit: Hunc præsumpsit, qui omnia præsumit, aperte in ecclesia sua anathematizare, scilicet de Theodoro Mopsuesteno superius loquens) scripserunt Armeniæ Episcopis, ne Theodori Mopsuesteni libros susciperent, tamquam hæretici essent, & auctores dogmatis*

IV.

PAGIUS *Episcopus Meletius, qui ejectus est militari super inducta cohorte, juxta eorum qui sunt Antiochiæ jussionem*, inquit Zenobius Episcopus Zephyrii in prima Cilicia, in Epistola quam scripsit ad Alexandrum Hieropolitanum cap. CLXXV. Synodici relata. In *Meletii* locum ordinatus a Joanne *Chomatius*, ut ipsemet Joannes in Epistola ad Imperatorem, quæ extat, cap. CLXXXVI. Synodici, exponit; ex qua liquet, *Thomam* Episcopum Mopsuestenum, cujus mentio in Antiocheno Concilio sub Domno, & in Synodo Mopsuestena sub Justiniano Augusto non successisse Theodoro, ut hactenus creditum, sed *Chomatium* successisse Meletio, hunc Theodorum excepisse. Ea Epistola Joannes precatur Imperatorem, ut *Meletium* in territorio Mopsuestensi delitescentem ab universa provincia Cilicum expellendum curet, quod *post dejectionem Sacerdotale ministerium* præsumeret, & perturbationem Ecclesiis ingereret. *Meletius* e suis latebris scripsit ad *Alexandrum* Epistolam, quæ legitur cap. CLXXVII. Synodici, isque rescripsit eam, quæ capite insequenti ibidem refertur: in cujus fine cum Alexander dicat: *Rogo, ut digneris nos per venerabiles literas tuas juvare ad instantia certamina*, apparet *Meletium* aliquot saltem mensibus ante *Alexandrum* e sua Ecclesia expulsum esse. Deprecationem Joannis Antiocheni ad Imperatorem effectum fortitam esse manifestum facit quod Irenæus cap. CXC. Synodici de Meletio scribit: *Hic exiliatus in Melitina Armeniæ civitate defunctus est, multa millia passus ab Arcacio ejus Ecclesiæ Præsule*, ubi loco, *millia*, legendum videtur e *mala*, ab Acacio sc. Melitinensi Episcopo, quem tam dire vexarunt Nestoriani, Meletio illata, quod etiam in exilio positus paci Ecclesiæ insidiaretur, & turbas ciere conaretur.

XIII. *Alii trecentum Episc. aut in exilium missi aut Ecclesias suas deserere coacti.*

Ante *Meletium* & *Alexandrum* tredecim alii Episcopi vel in exilium ejecti, vel ultro Ecclesias suas deseruere, ne cum Cyrillo communicarent, aut *Nestorii* depositioni consentirent. Horum catalogum texit Irenæus cap. CXC. Synodici. *Abbibus* Dolichii in Euphratesia Episcopus, *Dorotheus* Marcionopolitanus Metropolitanus Mœsiæ secundæ, *Eutherius* Episcopus Thyanensis Metropolitanus Cappadociæ secundæ, in exilium missi. *Valerianus*, & *Eudocius* Episcopi Mœsiæ sub Dorotheo, *Zenobius* Episcopus Zephyrii primæ Ciliciæ, *Anastasius* Episcopus Tenedi in Cycladibus, *Paulianus* Episcopus Hypatæ in Thessalia, *Basilius* Lariſſæ Thessaliæ Metropolitanus, *Julianus* Metropolita Sardicensis, *Theosebius* Episcopus Chii Bithyniæ sub Nicomediensi Metropolita, *Acilinus* Episcopus Castri Barbalissi in Euphratesia, & *Maximinus* Demetriadis Thessaliæ Episcopus, aut fugere aut ab Ecclesiis recedere maluere, quam cum Joanne Antiocheno communicare. De his legendum Synodicon, in quo sparsim & interciſe eorumdem mentio occurrit.

XIV. *Nestoriani Libros Theodori per varias Provincias disseminant.*

A num. III. ad XV. Liberatus in Breviario cap. 10. scribit, *Nestorii* libris Imperiali lege prohibitis, Nestorianos cœpisse *Diodori* Tarsensis, & *Theodori* Mopsuesteni Episcopi circumferre volumina, dicentes non sapuisse nova *Nestorium*, sed antiquorum Patrum professum fuisse doctrinam. Postea ipsa eorum volumina in Syrorum linguam & Armeniorum atque Persarum transtulerunt; quod ubi agnovere *Acacius* Melitinensis, & *Rabulas* Edessenus Episcopi scripserunt Armeniæ Episcopis, ne *Theodori* Mopsuesteni libros susciperent, tanquam hæretici & auctoris Dogmatis Nestoriani. Contra vero Episcopi Ciliciæ insimularunt *Rabulam* & *Acacium*, *quod hoc non ex charitate, sed ex emulatione atque contentione fecissent*. Congregati sunt ergo in unum Armeniæ Episcopi, & miserunt duos Presbyteros *Leontium* & *Aberium* ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum, scire volentes, utrum doctrina Theodori, an Rabulæ & Acacii, vera esse probaretur. Itaque *Proclus* diligentius utramque examinans, tomum scripsit, & ad eos destinavit; in quo posuit ad interimendas Nestorianorum versutias, qui duas in Christo inducunt personas, unum de Trinitate incarnatum; quem & direxit Joanni Antiocheno per *Theodorum* Diaconum suum, continentem subter Capitula ab hæreticis prolata; expetens ab eo, ut cum suo Concilio eum susciperent. *Joannes* autem & qui cum eo erant congregati Episcopi, tomi compositionem laudantes, eidem subscripserunt, & Proclo transmiserunt. Hæc summarie ex Liberato descripta, & currenti anno gesta; tomus enim Procli ad Armenos dicitur *dat. Constantinopoli, Consulatu piissimorum Theodosii Aug. XV. & Valentiniani IV.*

XV. *Summarium eorum quæ in re hac anno gesta*

Hinc evidenter patere existimo, subscriptionem legis Theodosii pro comburendis Nestorii libris, quæ dicitur *data III. Non. Augusti Constantinop. Theodosio XV. & qui fuerit nunciatus*, ut habetur in Codice Theodosiano, vel, ut legitur in Codice Justinianeo leg. 6. *de hæreticis*



*tis Nestoriani; insimulantibus Episcopis Ciliciæ Rabulam, & Acacium, quod hoc non ex charitate, sed ex æmulatione, & contentione fecissent. Congregati sunt ergo in unum venerabiles Armeniæ Epi-*

Concilium in Armenia celebratum.

*scopi.* Fuit hoc nobile Concilium præsenti anno in Armenia celebratum, cui idem Acacius cum Rabula Edesseno Episcopo interfuit. De Acacio autem, qualis quantusque vir fuerit, sæpe superius est demonstratum: de Rabula hæc habet Theodorus lector (*a*): *Rabulas Edessenus Episcopus cæcus erat: Andreas vero Samosatenus* (hic signifer Nestorianorum fuit) *accusavit eum, quasi contra duodecim capita Theodoreti scripsisset*. Hæc ipse. Cum igitur sic (ut dictum est) convenissent Episcopi in Armenia, stabilita fide Catholica, & cognitis Theodori Mopsuesteni scriptis, inventisque impiis a tramite Orthodoxæ fidei abhorrentibus; ne ipsi soli eos damnasse viderentur, sed universa Ecclesia Orientalis; ad id peragendum legationem ex Synodo direxerunt ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum, de qua ista habet Liberatus diaconus (*b*):

(*a*) *Theo. Collect. t.* 2. *Bibliot.*

(*b*) *Liberat. diac. in Brev. c.*10. *t.*2. *Conc.*

V.

*Miserunt duos presbyteros Leontium, & Aberium ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum, secundum morem, cum libellis suis & uno volumine Theodori Mopsuesteni, scire volentes, utrum doctrina Theodori, an Rabulæ & Acacii vera esse probaretur. Itaque Proclus accipiens Armeniæ Episcoporum libellos, & illud Theodori volumen, diligentius utraque examinans, tomum Armenis scripsit & destinavit; in quo posuit, ad interimendum Nestorianorum versutias, qui duas in Christo inducunt personas, unum de Trinitate incarnatum: quem & direxit Joanni Antiocheno per Theodotum diaconum, continentem subter capitula ab hæreticis prolata, expetens ab eo pro communi fide servanda, ut cum suo Concilio eum* (nempe tomum a se scriptum ex sententia Armenorum) *susciperent & subscriberent. Joannes autem, & qui cum eo erant congregati Episcopi, legentes tomum, & ejus laudantes compositionem, subscripserunt in eo, & Proclo transmiserunt: hunc & Chalcedonensis Synodus per relationem suam, quam Marciano Imperatori direxit, ad probandum non tantum gestis Synodalibus, verum etiam epistolis fidem constare, inter sanctorum Patrum epistolas suscepit, & confirmavit.*

VI. De Procli epistola ad Joannem.

*Scripsit autem Proclus epistolam ipsi Joanni, cui & tomum suum direxerat, in qua dicit: Dicentes autem iterum passibilem Deum, idest Christum, confitemur eum, quia est secundum quod factum est, id est, propria carne crucifixum; & ita prædicantes, nullo modo fallimur: quoniam quidem & unum ex Trinitate secundum carnem crucifixum fatemur, & divi-*

PAGIUS *cit*, data *III. Kalend. Augusti*, quoad mensem utrobique mendosam esse. Quomodo enim intra menses quinque, ab Augusto nempe ad Januarium sequentis Christi anni, tot diversa, quæ mox ex Liberato narravimus, fieri potuere? postquam ea lex emissa & per Imperium Orientale promulgata, Nestoriani libros Theodori in Syriacam, Armeniam, ac Persicam linguam transtulerunt, ac deinde eam versionem per istarum Gentium Provincias disseminarunt. Post hæc *Rabulas* Edessenus Metropolita, & *Acacius* Melitinensis in secunda Armenia Metropolita Synodos congregarunt, & *Theodori* Mopsuesteni libros anathematizarunt. Deinde duos Legatos Constantinopolim ad *Proclum* misere, isque tomum suum de fide sub hujus anni Coss. elucubravit, qui, ut recte observat Lupus in notis ad cap. XLIII. Synodici, prout hodie extat, mutilus est. Siquidem ei desunt capitula, quæ ex Theodori libris decerpta eidem tomo subnexuit, ac etiam desideratur Mandatum, quo tomum subscribi ab omnibus jussit, & Capitula anathematizari. Liquent hæc ex literis, quas Cyrillus ista de re scripsit ad *Acacium* Melitinensem, ad *Theodotum* Ancyranum, & ad *Firmum* Cæsareensem in Cappadocia Metropolitam: *Proclus tomo suppositit etiam Capitula quædam, collecta ex Theodori codicibus, quæ consonantem Nestorii perfidiæ intellectum habent, & adhortatus est etiam illa anathematizari*. Tandem Proclus tomum suum tam Armeniis, quam Joanni Antiocheno misit, hicque Concilium Antiochenum coegit, & tomum Procli cum annexis Capitulis ab omnibus subscribi jussit; quod quidem ab aliis factum, sed ab aliis subscriptio negata, præsertim ab *Iba* Edesseno Presbytero, quem ideo *Proclus* in literis ad Joannem Antiochenum datis jubet compesci ac castigari, quod nec tomo subscribere, nec Capitula annexa anathematizare voluerit. Quæ quidem omnia a mense Augusto ad Januarium fieri non potuisse evidens est. Quare in lege Theodosii contra libros Nestorii lata loco, *data III. Non. Aug.* vel loco, *III. Kalend. Aug.* legendum, data *III. Kal. April.* sicque his omnibus peragendis, & Synodis Anazarbica & Tarsensi, de quibus supra, celebrandis; tempus sufficiens erit.

XVI. *Rabulas Episc. Edessenus libros Theodori anathematizat.*

Porro *Rabulas* Ephesum venerat cum *Joanne* Antiocheno, & subscripsit Epistolæ Orientalium ad Hieropolitanos, quæ extat cap. XIII. Synodici. Subscripsit & Epistolæ eorundem Orientalium ad Episcopos Constantinopolim missos, ut legitur cap. XXVIII. Synodici. Verum postea ab eis recessit, se seque Catholicis adjunxit, (ut liquet ex Liberato cap. 10. & Epistola Ibæ ad Marim Persam, in qua *Rabulam* vocat tyrannum) & quidem statim post pacem Cyrillum inter & Joannem Antiochenum initam, ut demonstrat Epistola Cyrilli ad Rabulam cap. CVIII. Synodici recitata, in qua Cyrillus ei exponit omnem pacis tractatum, & cunctarum ultro citroque Epistolarum exemplaria mittit. *Rabulas* igitur videns hæresim Nestorianam post libros *Nestorii* flammis addictos per omnem Orientalem diœcesim, imo & per Armeniam ac Persidem sub *Theodori* nomine latius serpere, non solum Theodori libros, sed & ipsam Theodori personam solemniter in Ecclesia anathematizavit. *Ibas* Presbyter Edessenus & major pars Cleri Edesseni

Ra-

*vinitatem passibilem minime blasphemantes*, quod scilicet recte dicatur Deus passus, non autem passa divinitas. *Sed Basilius quidam diaconus sumens tomum Procli, quem Armenis scripserat, Alexandriam venit, & Armeniorum libellos suis libellis adnectens, obtulit Cyrillo ejusdem urbis Antistiti. Quibus rumoribus (ut ferunt) permotus Cyrillus, quatuor libros scripsit, tres adversus Diodorum Tarsensem, & Theodorum Mopsuestenum, quasi Nestoriani dogmatis auctores, & alium de Incarnatione librum, in quibus continentur antiquorum Patrum incorrupta testimonia, id est, Felicis Papæ, Dionysii Areopagitæ Episcopi, & Gregorii mirabilis facundiæ viri nominati. Et licet in eis libris Theodori Mopsuesteni dicta laudentur contra Arianos edita, ipsum tamen magistrum Nestorii fuisse contendit. Contra quos Catholicæ veritatis defensores sic Acephali responderunt, illos libros non esse Cyrilli: quoniam testimoniis, quæ contra mortuos posuisse in eis dicitur, contra viventem Nestorium non est usus neque in Synodo, neque in aliquibus epistolis: unde dicunt illos nec dictasse Cyrillum, nec edidisse libros.*

VII. Basilius diaconus laborat contra scripta Theodori.

*Itaque Basilius diaconus Constantinopolim veniens, libellos composuit, & Archiepiscopo Proclo porrexit, associans cuncta quæ antehac Cyrillo Archiepiscopo obtulerat. Proclus vero jam destinarat tomum suum Armenis, in quo tomo nullam facit de Theodoro reprehensionis mentionem, Quod cognoscens Basilius, scripsit libellum, & in suo opere docuit, libros Theodori vitandos, sicut Arii & Eunomii blasphemias: quandoquidem prudentibus inconvenienter eum scripsisse apparet; quoniam Arius & Eunomius unam in Christo degenerem Patris substantiam prædicaverunt: Theodorus autem (ut ipsi accusant) duas e contrario docuit in Christo naturas:* ab invicem scilicet divisas quæ duas constituant personas: hæc omnia Liberatus. Extat ipsa Procli epistola ad Armenos, cujus est exordium: (a) *Non mediocriter, fratres, confudit animum nostrum, & mœrore validissimo fauciavit rumor novellorum erroris zizaniorum, &c.* transtulit eam in Latinum Dionysius ille magnus, cognomento tamen Exiguus, occasione ejusdem erroris suo tempore iterum pullulantis, ut ipse docet in præfatione ad Felicianum Pastorem: ex qua intelligere possumus, quid

(a) Extat tom. 1. Bibl. sanct.

PAGIUS Rabulæ contradixere, quia *Theodorus* licet varios libros impietatis plenos composuisset, mortuus erat in communione Ecclesiæ, & versabatur in magna apud plerosque existimatione. Hinc Leontius in libro de Sectis proponit hanc quæstionem: *Cur Chalcedonensis Synodus ab Iba non requisivit, ut Theodorum anathematizaret; cur ejus in quæ Theodorum prædicat, ad Marim Epistolam recepit?* Et respondet: *Hoc potius de Sancto Cyrillo quæri debebat, quam de Synodo. Nam S. memoriæ Cyrillum, cum nonnulli hoc ipsum quærerent, ut Theodorus anathemati subiiceretur, ad Proclum scripsisse constat, minime Theodorum anathematizari debere. Nam Orientales, inquit, universi Theodorum pro magno Doctore habent. Quem si anathemati subjecerimus, in Orientalium Ecclesia dissidium ingens excitabimus. Quorum unus est Ibas, qui eum anathematizari non patietur.* Jam Ibas Rabulæ demortuo successerat, dum hæc Cyrillus ad Proclum scripsit; post mortem enim Rabulæ omnis Clerus præter decem aut duodecim, qui illum postea accusarunt, in ejus electionem consensere.

XVII. *Et sui facti rationem S. Cyrillo reddit.*

Rabulas rebellione sui Cleri pressus, omnia se gesta ad Cyrillum retulit & sui facti rationes exposuit: *Jam vero quidam unitatem secundum subsistentiam omnibus modis abdicant. Morbus enim aliquis sublatens invetteravit Orienti, immedicabilis vulneris modo depascens Ecclesiæ corpus, & plurimos quidem latens, apud quasi Studiosos & supercilia extollentes eruditione, latenter honoratus.* Cyrillus in suis ad eum literis, postquam laudavit illius *incomparabilem alacritatem, ac inexpugnabilem confidentiam, subjunxit: Sicut vero sollicitos optime gubernare, non in serenitate navigare, sed in tempestate posse navem servare, probatissimos declarat; sic etiam fortitos Ecclesiæ præsidere, non omnimodo verum serenitas claros demonstrat, magis vero solertia in tribulationibus, & fortitudo, & patientia, & fortiter resistere instabilibus hæreticorum sermonibus. Semper quidem tua splenduit Sanctitas, præcipue autem modo, facta omnibus Orientalibus columna & firmamentum veritatis, sicut & quemdam pestiferum morbum expellens, novæ & abominandæ hæreseos Nestorii blasphemiam. Nam procedit quidem ex altera radice; illius dico, qui de Cilicia erat, illa impietas.* Ubi intelligit Theodorum Mopsuestiæ in secunda Cilicia Episcopum. Legitur illa Cyrilli Epistola in Collat. V. Quintæ Synodi generalis.

XVIII. *Andreas Samosatenus Episc. defensionem Theodori suscipit.*

*Andreas* Episcopus Samosatenus & Rabulas jamdiu inter se diffidebant; ille enim ubi pax inter Cyrillum & Joannem constituta fuit, utriusque communioni adhæsit, & schismaticos deseruit; ut liquet ex cap. CI. & seqq. Synodici, ut *Alexander* Hieropolitanus Metropolitanus ejus, ad eamdem accederet omnem diligentiam contulit; vir enim erat magnæ doctrinæ ac virtutis singularis. Verum, ut liquet ex cap. CI. & CVI. Synodici coactus fuit *Andreas* mutare solum suæ provinciæ propter tumultus adversus se excitatos, abiitque in Mesopotamiam, in qua *Rabulas* Episcopus erat Edessenus, qui commotus erat adversus eum, propter condemnationem capitulorum Cyrilli, aut alias rationes nobis incognitas. Cum vero Rabulas hoc anno libros Theodori anathematizavit, damnavit etiam quæ *Andreas* scripsit adversus Cyrilli Capitula, indeque Andreas, cui aliunde Theodori memoria in veneratione erat, literas dedit ad Alexandrum Hieropolitanum suum Metropolitam, qui anno tantum sequenti Episcopatu suo dejectus est, ut mox diximus, recitatas cap. XLIII. Synodici, in quibus inquit: *Hi qui pro rectæ fide laborant scripserunt mihi ab Edessa, quia Rabulas apertissime declinavit a dogmatibus veritatis, & persequitur rectæ fidei defensores; ita ut Theodorum qui-*



quid est quod ea epistola Proclus in eo versatus sit argumento, ut ostendat unum ex Trinitate passum.

VIII. (a) *Ib. ante epist. Procli præfat.* Theodori impietas.

Ut igitur rerum gestarum hujus anni certiorem cognitionem assequaris, hæc accipe ex Dionysii epistola ad Pastorem: Temporibus (inquit *a*) *Antistitis nominati* Procli videlicet, *Theodosio Imperatore regente Rempublicam, per Syriam & Armeniam discipuli Theodori Mopsuestenæ civitatis Episcopi pravam fidem, corrupto Symbolo, rudibus populis exorsi sunt intimare, calliditate subtilissima, beatam Trinitatem sic unius essentiæ prædicantes, ut Christum Dominum nostrum, conditorem universitatis, unum ex Trinitate nullatenus faterentur: unde sequebatur hæc inepta suæ temeritatis absurditas, ut quia Christum constat verum esse Deum ac Dominum, quatuor personas in tribus adstruerent, duoque Dei Filios proculdubio prædicarent. Sed huic impietati mire Pontifex antefatus obsistens, docuit Christum Dominum nostrum & in principio Verbum apud Deum, Deum Verbum unum de Trinitate esse, per quem omnia facta sunt, beato Paulo testante: Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia: & pro salute nostra eumdem verum hominem factum, unum mansisse Filium, nec quartam in Trinitate crevisse personam.* Hæc ipse qui inferius docet id ipsum ex Theodoro didicisse Nestorium, ejusque sectatores negantes Christum Dominum unum ex Trinitate, quod scilicet duas naturas in Christo inter se divisibili conjunctione unitas impie affimarent.

IX. Monachi Armeni laborant contra Theodorum.

Sed quid accidit? licet Procli epistola ad Armenos Catholica comperta esset, quod Theodori Mopsuesteni, atque Nestorii ejus impietatis successoris errores damnaret: tamen quod nulla in ea de ipso Theodori expressa mentio haberetur, commovit plurimorum animos, præcipue vero monachorum Armeniæ, qui experti fuerant eumdem Theodorum sani dogmatis adversarium. Quid autem Armeniæ monachi adversus Theodori scripta egerint, Liberatus ubi supra narrat; quem tamen caute legendum putamus, utpote qui ex aliquo Nestoriano eam videtur mutuatus historiam; quod in pluribus demonstratur, ut dum ait eosdem Armenos monachos insectantes Theodori Mop-



PAGIUS *quidem beatum rectæ glorificationi magistrum præsumeret anathematizare in Ecclesia, & multa mala contra eum diffunderet; anathematizavet vero & illos, qui ea, qui illius sunt, legunt, insuper & qui illa,* (legendum *insuper & illa, quæ*, ut recte corrigit Baluzius) *scripsimus, & quicumque veniunt & non portaverint ad combustionem Theodori Codicem, & eos, qui præter illa, quæ Cyrilli sunt, sapiunt, &c. amici vero* (nempe Ibas, & qui cum illo erant Edesseni) *qui persecutionem sustinent, interrogante nos si oporteat jam scissionem fieri & ostendi fiduciam, quia circa ea consilium minime id nunc usque fecerunt. Mihi autem rationabile videtur, ut qui fiducialiter impie agit, & omnes abjuravit Orientales, & nos contra eum clare pugnemus.*

XIX. *Andreas Episc. Samosatæ duos libros scripsit adversus Cyrilli Capitula.*

Abhorrebant tam Alexander, quam Andreas, sicuti & plures Episcopi qui pacem fuscepérant, a Capitulis Cyrilli, & Andreas tam ante Concilium Ephesinum, qua post ejus celebrationem adversus eadem scripserat nomine Episcoporum Orientalium. *Cyrillus* Apologeticum adversus priorem Andreæ librum edidit, qui adhuc extat, sed ad secundum non respondit; alterum enim Opus Andream contra Cyrilli Capitula composuisse, docte ostendunt Garnerius Tom. II. Oper. M. Mercatoris pag. 175. & Lupus loco laudato, ex Libro Anastasii Sinaitæ, qui *Dux vie* dicitur, quod fragmentum ab eodem Anastasio recitatum non reperiatur in objectionibus Andreæ a Cyrillo confutatis. Tempus quo secundum illud opus ab Andrea scriptum, nos edocet Theodorus lector lib. 2. ubi ait: *post reconciliationem cum Orientalibus Theodoretus contra duodecim Cyrilli Capitula scripsisse dicitur. Rabula Episcopus Edessæ, cæcus erat. Accusavit autem Andream Samosatensem Episcopum quod contra duodecim Capita Cyrilli scripsisset*, ut recte textum Theodori emendavit Valesius, non vero, ut anteriores editiones, quas Baronius num. IV. secutus est, habent: *Andreas vero Samosatenus accusavit eum;* hoc enim plane falsum est, nec a Theodoro Lectore proditum. Valesius, qui Synodicon adversus Tragœdiam Irenæi non viderat, putavit *Theodorum* falli in eo quod scribit Theodoretum post pacem Orientalium scripsisse adversus Capitula Cyrilli. Verum Theodoretus Opus, ante Concilium Ephesinum exaratum post illud absolutum, magis amplificavit, ut jam ostendi, & tunc Andreas secundum suum Opus contra Capitula Cyrilli promulgavit. Quare accurate notavit Theodorus illud *post reconciliationem cum Orientalibus* in lucem prodisse.

XX. *Decretum Joannis Antiocheni adversus Rabulam.*

Ubi Joannes Antiochenus quæ gesta fuerant a Rabula intellexit, misit ad Episcopos Osrhoenæ Provinciæ, cujus Rabula Metropolita erat, decretum cap. XLIV. Synodici relatum, cujus titulus est: *Synodicum decretum Joannis Antiocheni Episcopi & reliquorum ad Episcopos Osrhoenæ Provincia contra eumdem Rabulam Edessenæ civitatis Episcopum.* Hæc Auctor Synodici; hæc vero Joannes: *a multis & dignis fide viris subtiliter* (idest, evidenter ut bene explicat Baluzius ex aliis Synodici locis) *& integre didicimus quia honorandissimus Rabulas, & Edessam perturbat & omnes qui vicinat Provincias habitant, Apostolicæ fidei valdæ contraria perpetrans & eos qui recte sapere elegerunt vertit in fugam & multa molitur contra Orthodoxam fidem. Unde compulsi sumus hæc discentes a plurimis vestræ Religiositati Epistolam destinare: ut si vera sint ista, quæ hic diffamantur a pluribus, immunes vos ab ejus communione servetis, donec eum evocantes ad nos, & integre discutientes quæ ad eum pertinent, aut ignoscamus satisfacienti, aut convictum subdamus satisfactionibus regulæ.* Factum illud decretum a Joanne, qui, sicuti plures Orientales, ab omni alio Symbolo præterquam a Nicæno adversus erat, cum adversis in sua civitate Episcopis. Similem contradictionem *Acacium* Melitinensem passum esse deducit Lupus laudatus ex Sancti Cyrilli ad eum lite-

fuesteni scripta fuisse Apollinaristas. Fuit enim mos Nestorianorum, Orthodoxos omnes adversantes Nestorio, nominare Apollinaristas: ita videmus Episcopos Orientales, qui pro Nestorio Ephesum convenerunt, cum S. Cyrillum, tum alios Nestorium impugnantes & Cyrillum sectantes, Apollinaristas appellasse. Sed Liberati verba reddamus (a):

(a) Liberat. Brev. c. 10.

X. Concilium Antiochenum de libris Theodori.

*Tunc Joannes Antiochenus Episcopus, Synodo congregata, tres pro Theodoro Mopsuesteno dictavit epistolas: unum quidem direxit Theodosio Imperatori, aliam autem Cyrillo Alexandrino, & tertiam Proclo Constantinopolitano Episcopo, laudans in eis Theodorum, & ejus exponens sapientiam. Ad hæc autem Imperator dirigens Sacram Joanni, derogatores illos Theodori contra salutem propriam venire judicavit. Cyrillus autem præscripto suo Theodorum præferens, tale de ejus accusatoribus tulit judicium, eo quod dogmate veritati contrario uterentur, interponens de Symbolo in Concilio sibi oblato tesseradecadas factas a Carisio presbytero. Nihilominus & Proclus per Mennam diaconum suum rescribens, cujus essent illa capitula, quæ Theodori dicebantur, quæsivit. Qui pro ejus excusatione ignorare se dixit. Verumtamen duas memorati Joannis epistolas, id est, primam & tertiam, laudes Mopsuesteni continentes, Chalcedonensis Synodus postea per relationem suam Marciano Imperatori directam cum tomo Procli, quem ad Armenos direxit, & aliis sanctorum Patrum epistolis, suscepit & confirmavit.* Hactenus Liberatus, non anni hujus tantum res gestas, sed & sequentium usque ad Cyrilli obitum prosecutus: quæ quoniam singulorum annorum differentia discriminari minime possunt, ut quæ quolibet anno usque

PAGIUS

literis, in quibus scribit: *Perlegi Epistolam vestræ Sanctitatis scriptam ad reverendissimum Episcopum Antiochiæ Joannem, plurimæ plenam confidentiæ, simul & amoris Dei. Scripsi autem & ego tales Epistolas ad ipsum.*

XXI. Joannes convocat Synodum Antiochenum adversus Rabulam.

Hæc interim magnos motus per omnem Orientalem Ecclesiam concitarunt, indeque Joannes, postquam accepit Tomum sibi a Proclo Episcopo Constantinopolitano transmissum, convocavit Synodum Antiochiæ, cujus fragmenta nobis conservavit Facundus, & collegit Baluzius in nova Collect. Concil. pag. 943. & seqq. Scripsit Synodus ad Proclum, plurimumque ejus Tomum laudavit. Tum inquit: *Siquidem sobrie agere velint, qui turbis & juvenilibus levitatibus contra commune corpus Ecclesiæ, nunc nescio unde potestate sumpta, utuntur, & suas quidem patrias relinquentes, veniantes vero ad Imperii Urbem, & calumnia adversus proprios Episcopos eorum, qui illic sunt sordidantes auditus, non utique nunc necessarium fuerat.* Postea pluribus laudant Patres Antiocheni Theodorum, ajuntque, quod si in ejus libris aliqua putantur obscura, similia multa, & a plurimis anterioribus ejus Patribus dicta esse. Similia ad Sanctum Cyrillum scripsere, ut legere est apud Facundum, apud quem extat etiam fragmentum Epistolæ Synodalis ad Theodosium Imp. qui legem emisit ibidem recitatam, qua jubet, ut cum omni statuant Ecclesia, *ne quis adversus eos, qui in ejus pace defuncti sunt, quicquam de cætero tale præsumat.* Laudata verba Procli ad Synodum extant etiam cap. CXCVI. Synodici, sed perperam a Lupo citato ad tempora Dioscori Episcopi Alexandrini referuntur.

XXII. Quidam Monachi insurgunt adversus Decretum Joannis Antiocheni.

Quod scribunt Patres Antiocheni, quosdam scilicet Monachos Constantinopolim venisse & Theodori scripta non minus quam *Nestorii* damnanda esse clamasse, pluribus narrat Baronius num. VI. & VII. ex Liberato cap. 10. illudque ante celebrationem Antiochenæ Synodi contigisse, ex citatis Fragmentis Facundi manifestum fit. Porro Synodus Antiochena Tomum Procli in omnibus probavit, quia, ut inquit Liberatus loco citato: *Proclus in Tomo nullam fecit de Theodoro reprehensionis mentionem*, quia sc. censuit Nestorianam luem eliminandam esse, & de Theodoro salubri dispensatione tacendum, ut facilius excitati tumultus sedarentur. Ad eandem dispensationem probandam Cyrillum perduxit Joannes: ut patet ex literis ejus ad Proclum: *Nunc vero*, inquit, *sicut ad me scribit sanctissimus Episcopus Antiochiæ Joannes, initium apud illos alterius tempestatis surrexit, & plurimus est timor, ne forsitan quidem instabiles ad priora revertantur. Dicunt enim quosdam ad magnam illam civitatem perveniisse, deinde interpellasse Christianissimos Imperatores, & postulasse, per Divinam ipsorum Sanctionem anathematizari libros Theodori Mopsuesteni, ipsumque memoratum virum; magnum vero ejus nomen esse per Orientem, & mirificari nimium Conscripta ejus. Et sicut dicunt, contristantur omnes, quod Vir nobilis & defunctus in communione Ecclesiarum, anathematizetur.*

XXIII. Cyrillus excusat Theodorum.

Pergit Cyrillus in sua Epistola: *Nunc vero quod in Conscriptis ejus invenimus quædam nefarie dicta, & nimia plena blasphemia, nulli dubium est recta sentientium. Sciat vero tua Sanctitas, quod prolata apud S. Synodum Expositione ab eo composita, sicut dicebant, qui protulerunt, nihil sanum habente, reprobavit eam S. Synodus, utpote perversis plena intellectibus, & Nestorianam impietatem quasi effluentem. His vero condemnatis, qui sic sapiunt nullam viri memoriam fecit dispensative, nec ipsum nominatim anathemati subjecit propter dispensationem: ne quidam ad viri existimationem respicientes, si ipsos separarent ab Ecclesia. Dispensatio vero in his est res optimæ ac saptens. Si enim adhuc in vivis esset, & Nestorii blasphemiarum fautor, aut suffragari vellet iis quæ scripsit ipse, anathema etiam in propria persona subiisset. Quoniam vero ad Deum abiit, sufficit, ut ego puto, ea quæ absurde ab eo scripta sunt, reiici ab eis qui recte sentiunt; cum iis, qui in ejus libros incidunt, etiam ulterius progredi tumultum occasiones nonnumquam pariat. Et per alium vero modum anathematizatis ac ejectis Nestorii blasphemiis, una cum eis ejecta sunt, & quæ illius sunt, plurimam habentia ad ista consonantium. Et siquidem hoc agerent indubitanter per Orientem, nullumque esset tumultum inde sperare, dicebam nullum esse impedimentum nunc exigi eos in scriptis hoc facere. Si vero sicut scribit sanctissimus Episcopus Antiochiæ Joannes, eligant utique magis comburi, quam aliquid ejusmodi peragere, quare flammam sopitam resuscitamus, se-*



usque ad illud tempus gesta sint, scribantur: hic in unum ex ipso simul posuisse necesse fuit.

XI. Liberati diaconi historia haud tuta.

In quibus illud iterum admonendum, eumdem Liberatum diaconum a nescio quo Nestoriano incaute nimis eam quam narrat esse mutuatum historiam, qua refert probata scripta Theodori Mopsuesteni non scriptis tantum Joannis Antiocheni, sed & edicto Imperatoris atque etiam scriptis Cyrilli Episcopi Alexandrini ipsum Theodorum fuisse laudatum: quinetiam (quod deterius existimari debet) dum ait Synodum Chalcedonensem relatione ad Marcianum facta suscepisse & confirmasse Joannis Antiocheni epistolas, quibus laudavit Theodorum Mopsuestenum, eamdem S. Synodum Chalcedonensem in idem crimen adducit, quod laudes Theodori receperit & doctrinam. Videsne, quot & quales lateant colubri sub uno cæspite falsitatis? sed securim ad radicem admoveamus. In primis autem quod ad Cyrillum spectat, quomodo potuit ipse accipere laudes probareque scripta Theodori qui eadem sapuit cum Nestorio, cum adeo reperiatur adversatus esse Nestorio? Sed id apertius demonstremus ex ipsius Cyrilli scriptis postquam hæc de Theodoro Mopsuesteno in controversiam deducta sunt editis. Lucubratio quidem illa Cyrilli de Expositione Nicæni Symboli elaborata ab eo fuisse post scriptam Procli epistolam ad Armenos, sua ipsius testificatione monstratur, dum ipsam citat & laudat his verbis (a): *Proclus ipse, qui nunc sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ thronum adornat, religiosissimus, & pientissimus pater, & Coepiscopus scripsit ad Orientales piissimos Episcopos in hæc verba: Et incarnatus quidem est, &c.* inferius vero: *Scripserunt adversarii, qui præ multa insipientia Nestorii, & Theodori scripta non cavent, &c.* Vides igitur S. Cyrillum una eademque lance,

Defenditur Cyrillus, & & Proclus ab illata calumnia.

(a) Cyril. de Exposit. Symb. Nic.



PAGIUS

*sedatosque tumultus importune commovemus, ne forsitan unquam ultima primis pejora inveniantur? Et hæc dico vehementer quidem increpans quæ scripsit memoratus Theodorus, timens vero futuros a quibusdam propter eam rem tumultus, ne forsitan aliquo modo ea quæ Nestorii sunt, lugere quidem coloratim incipiam, secundum illud quod alicubi a Poeta dictum est apud Græcos quod occasione Patrocli suas calamitates unaquaque lugebat. Si igitur hæc tua Sanctitati placent, indicare digneris, ut communibus literis mandentur. Potest enim etiam iis, qui hæc petierunt dispensatio rei enarrari, ipsisque persuaderi, ut quiescere malint, quam Ecclesiis scandali occasionem præbere. Missi autem etiam exemplar eorum, quæ a sanctissimo Episcopo Joanne ad me scripta sunt. Quod cum legerit Sanctitas tua, accipiet omnino occasionem ad ipsum argumentum.*

XXIV. Joannes Cyrillum & Proclum inducit ad partes Theodori suscipiendas.

Non tantum *Cyrillus*, sed etiam *Proclus* in Joannis sententiam concessit, licet *Maximus* Archimandrita sanctitate & doctrina celeberrimus nihil prætermiserit, ut eum in contrariam sententiam deflecteret. Immo quidem ejusmodi dispensationi non solum noluere acquiescere; sed etiam Procli Tomo annexa, & ab illo damnata Capitula cœpere divellere, eis *Theodori* nomen præponere, eidem anathema adscribere, ac hujusmodi chartas per omnem Orientem spargere, dicentes jussu Procli hæc fieri. Ex illis unus fuit *Maximus* Archimandrita, qui *Proclum* ad scribendum Tomum generose accenderat. Verum hic in sua sententia perstitit, & Maximum increpuit, mandans ei nihil fieri debere sine Joannis Antiocheni consilio. Discimus hæc ex fragmento Epistolæ Procli ad Maximum, quod extat apud Facundum lib. 8. cap. 1. *Memor est tuæ Reverentiæ, quando ad sanctissimum Antiochenum Episcopum tibi literas injungebam, quia omnia cum ejus admonui voluntate fieri oportere, & nihil ad confusionem vel tumultum Ecclesiarum pacem habentium agi, sed Tomum quidem subscribi, Capitula autem subdita sine nomine, hæc tamquam non habentia subtilitatem pietatis averti & abdicari. Quomodo igitur per literas didici nunc, quia Theodori Mopsuesteni, & aliorum quorundam nomina prapositæ sunt Capitulis ad anathematizandum, cum illi jam ad Deum migraverint, eos qui vitam reliquerunt superva caneum est injuriari post mortem, quos nec vivos aliquando culpavimus? Rogo ergo festina sicut filius exquirere, sed omnia permittere auctoritati ejusdem Reverendissimi Consacerdotis Joannis. Post subscriptionem autem Tomi, & post abjectionem Capitulorum, quæ cujus sint ignoramus, continuo præpara Diaconum Theodotum venite ad Regiam civitatem, quatenus tempestate & tumultu non impleantur Ecclesiæ Urbis Sanctissimæ, & donetis aliquid desiderio impii Nestorii, qui se putat habere multos similia sapientes.*

XXV. Joannes Theodori Capitula recipi tentat.

Hæc solemnis victoria *Joanni* Patriarchæ, aliisque *Theodori* fautoribus novos animos addidit, eosque accendit ad ipsa etiam Theodori Capitula ab anathemate liberanda, licet negari non posset quin in hujus libris reperirentur. Quare Joannes hæc ad Cyrillum scripsit de Tomo Theodori, in quo illa continebantur. *Sunt in illo Tomo quædam incerta, & aliter quam dicta sint, intelligi valentia. Confitemur hoc etiam nos. Plurima vero eorum aperta videmus & sine aliqua ambiguitate recta. Sed illis quæ putantur obscura, similia multa a plurimis anterioribus ejus, & gloriosis Patribus dicta invenimus. Et periculum impendet non leve, ne initis etiam illorum solvamus ejus viri reprobantes dicta, qui in Episcopatu quidem defunctus, agonibus autem adversus Arianos, & alios hæreticos decem millibus per omnem suam vitam ubique decoratus est. Quod si fiat multa etiam in aliis Patribus aperte dicta retractaturi sumus & reprobaturi. Excerptis enim istis similia quædam invenimus apud ter Beatum ac nobilem Athanasium, quædam etiam apud B. Basilium, quædam apud Gregorium utrumque, multa vero & apud Amphilochium sapius dicta. Non parva vero & apud communem Patrem B. Theophilum. Sunt enim etiam quæ tua Sanctitas ita confitetur, & eumdem de illis habet intellectum. Quædam etiam ab ipso amabili Deo Proclo in eodem ipso Tomo, quem ad Armenios misit, quo multis sensibus istis decerptis concurrit. Et dies nos deficiet percurrentes Beatum Eustachium Antiochenæ civitatis Episcopum, qui fuit pro recta fide in Niceno Concilio, & magnæ famæ Alexandriæ vestræ; sed etiam post illos sanctissimos Episcopos Meletium, Fla-*

æquoque pondere Theodorum expendere cum Neſtorio.

XII. Quod autem ad Chalcedonenſe Concilium ſpectat, quod dicatur recepiſſe & confirmaſſe epiſtolas a Joanne datas laudibus Theodori relatas: reddamus hic verba ipſa, quæ in relatione Synodica ad Marcianum, citata a Liberato, ſcripta habentur; ſic enim ſe habent: (a) *Si enim per epiſtolas Eccleſiæ dogmata declarari pro unaquaque quæſtione dignum culpa judicant; ipſum in primis beatiſſimum Cyrillum quilibet poterit denotare, qui litteris ſuis Orientalibus, quod ſentiebat, expreſſit: necnon, & magnum Proclum huic vituperationi ſubiiciet, qui eiſdem Orientalibus volumen ad Armenos pro fidei congruentia deſtinavit. Huic autem conſociabitur ad culpam, & ſapientiſſimus Joannes Antiochenus Epiſcopus, qui hæreticorum maledicta repellens, & Apoſtolica doctrina religioſiſſimum dogma declarans, totius Orientis confeſſionem, velut ex uno ore, ſanctiſſimo Proclo, & ei qui per idem tempus mundi regebat gubernacula, deſtinavit.* Hæc ſancta Synodus ad Marcianum Imperatorem; in quibus vides nullam de Theodoro Mopſueſteno mentionem haberi, ſed iſtos ut magni nominis Epiſcopos in exemplum adduci.

(a) *Synod. Chalc. Act. 16. t. 1. Conc.* Liberatur Concilium Chalcedonenſe ab illata calumnia.

Nec eſt quod quis adhuc inſtet & urgeat, laudatas a Synodo epiſtolas Joannis Antiocheni, quaſi hoc ipſum eſſet laudibus Theodori conſenſiſſe, ejuſque ſcripta probaſſe: nam cum rectam in omnibus fidem (ut vidimus) dictis epiſtolis profeſſus eſſet, adeo ut non potuerint eædem epiſtolæ a Proclo non recipi atque Cyrillo & ipſo Theodoſio Imperatore, nihil virulentum ex Theodori doctrina eiſdem admiſcuiſſe certum eſt. Sed quod ad Theodorum ſpectat, non eum laudavit Joannes, ut erroris auctorem, verum tantummodo excuſavit non eſſe Theodori, quæ nomine Theodori circumferrentur. Ita quidem rem ſe habuiſſe, verbis illis Liberati manifeſte probatur, quæ retulimus, ubi ait: *Nihilominus & Proclus per Mennam diaconum ſuum ipſi Joanni reſcribens, cujus eſſent illa quæ Theodori dicebantur, quæſivit. Quæ pro ejus excuſatione ignorare ſe dixit.*

XIII. Jo. Antiocheni epiſtolæ de Theodoro quales.

Vides igitur negantem Joannem fuiſſe a Proclo litteris interpellatum, ſi non eſſent Theodori tria illa hæreſum capita quæ

XIV.

PAGIUS *Flavianum, quibus plura iſtis concordantia ſunt dicta.*

XXVI. *Oſtendit multa ſecutura inconvenientia, niſi recipiantur.*

*Quid jam dicam de iis, qui in Occidente ſecundum eandem doctrinam, & eandem confeſſionem decorati ſunt, quos etiam tua Sanctitas melius novit? Intende itaque, rogo, ad quod præcipitium nos impellant, qui ad nullam utilitatem verbis contendunt. Quid non hinc læſionis vel corruptionis & confuſionis plenum non generetur, ſi aperiamus januam his, qui volunt dicta tranſeuntium Patrum evertere? Quale damnum non apertum erit, dicta non ſolum refutare; ſed etiam anathematizare? Ut enim aliud alicui placeat, aliud non, in aliquorum dictis ſive antiquorum, ſive poſteriorum, ſive non noſtrorum, alia ratio eſt. Ut autem anathema eis imponatur, arbitramur audax & aſperum apparere, etſi perſona cum dictis non anathematizentur. Quis enim noſtrum ſperet, quod alium poſſet movere? Aut quid horum non præbeat occaſionem ſemper, ut populi perturbentur? Et hoc quidem & viventibus, & tranſeuntibus contingere ſolet. Quod non ſcienti tantum hæc dicimus, ſed etiam plus omnibus conſiderare valenti magnitudinem hujus abſurditatis. Quid autem non præbeamus ex hoc deſiderabile Neſtorii defenſoribus? Quis enim eum non honorabit, ſi cum iſto, & aliis, qui in Epiſcopatu vitam depoſuerunt, ſimul anathematizetur? Aut ubi ejus opinio per hæc non accipiat incrementum? Quis autem deceptorum hominum de iſtis occaſionem aſſumens, non Confeſſorum vocaverit, veluti propter illa paſſum, qua paſſus eſt, qua etiam illi, qui in Eccleſia fulſerunt, paſſi ſunt? Quis autem mentem habentium neſcit, quia ea, quæ dure a B. Theodoro dicta ſunt, neceſſitate compulſus dixit? Proponebat enim eum totus in commune Orions inter eos, qui ante nos fuerunt, ſicut virtutem multam doctrinæ habentem adverſus hæreſes, contra quas pugnans & dimicans multa quadam diviſione uſus eſt, non ex pravo intellectu veniens, ſed efficacius adverſum hæreticos illo modo uti judicans; neque unitatem ſummam ignorans vel negans, abſit, pleni enim ejuſmodi ſunt omnes ejus libri, ſed naturarum proprietates amplius dividens, ſicut & pugna, quam adverſus hæreticos habuit, faciendum dixit. Hoc & tua Religioſitas diſpenſavit aperte in anterioribus literis veſtris ad ſatisfactionem quorundam Venerabilium Coepiſcoporum noſtrorum, quod & ipſum tuæ virtutis, tuaque ſapientiæ proprium eſt.*

Ita Joannes Antiochenus apud Photium lib. 8. cap. 4. ubi illius Epiſtola valde erudita emendatior eſt, quam in Operibus Sancti Cyrilli. Verum hæc omnia hunc Sanctum non ſolum non moverunt, ſed etiam graviſſime offenderunt. Diſplicuit præſertim Cyrillo *Joannis* audacia, qua Theodorum, ac impia ejus Capitula præſumſit magno Athanaſio, aliiſque ſupremis Eccleſiæ Patribus, & quibuſdam ipſorum hinc inde non recte ſonantibus articulis comparare. Quare Joanni reſcripſit: *Infames opiniones Diodori, inquam, ac Theodori, & aliorum quorundam, quos non laudare ſatius erat, ne quid gravius dicam, propterea quod plenis quodammodo velis adverſus Chriſti gloriam ferantur, nemo, obſecro, Sanctis & Orthodoxis Patribus noſtris, Athanaſio, inquam, Baſilio, Gregorio, Theophilo, & reliquis tribuat, ne quo pacto res hæc nonnullis ſcandali fiat occaſio, exiſtimantibus revera ita ſenſiſſe, ac docuiſſe viros totius rectæ fidei cuſtodes, & qui contra perverſas opiniones non modo Neſtorii; ſed etiam aliorum, qui idem quod Neſtorius ante ipſum ſenſerant, & literis mandaverant, oppoſitos libros reliquerunt.* Subjungit Cyrillus: *Optamus autem, ut omnes res ſuas agant, neque turbas Eccleſiis excitent, jam per Chriſti gratiam, & Doctorum ubique terrarum vigilantiam ſedatis, neque vel aliis negotia denuo faceſſant.*

XVII. *Cyrillus Theodori Capitula reiicienda cenſet.*

Ad hæc de Orientalibus graviter expoſtulavit Cyrillus apud Acacium Melitinenſem Epiſcopum, qui in Epheſina Synodo ei ſemper adhæ-

XXVIII.



quæ ab Armeniæ monachis circumferebantur, cujuſnam eſſent: Joannem vero reſpondiſſe, ſe penitus ignoraſſe. Quibus plane intelligis, ſic laudatum a Joanne Theodorum, immunemque ab omni labe criminis hæreſis redditum, eo quod putaret calumniam paſſum, dum ſub ejus nomine circumferrentur errores. Quod igitur defenſores Theodori ea ipſius ſcripta eſſe negarent, quæ diffamata per totum fuerant Orientem: inde accidiſſe videtur, ut prudenter Proclus in epiſtola ad Armenos, errores ipſos redarguens, nullam penitus de Theodoro habuerit mentionem: detectis autem poſtea ſcriptis Theodori, eadem cum auctore prorſus damnata fuiſſe, & dictum eſt ſuperius, & ſuo loco pluribus dicemus

PAGIUS *Legati ad Theodoſium miſſi, ut Theodorus ejuſque Capitula damnentur.*

hæſit; ad quem cum reſcripſiſſet *Acacius* ſe ad Joannem hac de re literas dediſſe plenas *confidentiæ, ſimul & amoris Dei*, repoſuit Cyrillus: *Scripſi vero & ego tales Epiſtolas, ſed, ut videtur, pejora vincunt.* Verum Armeniæ, Perſidis, ac aliarum gentium Epiſcopi, a Cyrilli, ejuſdem Acacii, Theodoti Ancyræ, ac Firmi Cæſareæ Cappadociæ quatuor Concilii Epheſini columinum, actis excitati, ad Proclum & Imperatorem legarunt Epiſcopos, Clericos, ac Monachos cum libello, qui extat in quinta Synodo Colat. V. Hi affirmarunt, Theodorum fuiſſe *hominem Diabolica forma*, ejus facinora expoſuere, præſertim blaſphemam ejus concionem, qua Antiocheni offenſi ipſum lapidare voluerant, quod ut ipſe vitaret, palinodiam cecinit. Hujus palinodiæ meminit in literis ad Neſtorium ipſe Patriarcha *Joannes*, cum eum ad ejus exemplum ſequendum hortaretur. Afferunt tamen Legati Antiochenos ac alios Orientales adeo inconſtantes ac verſatiles eſſe, ut ipſummet hæreſiarcham jam non lapidibus invadant, ſed glorioſis exclamationibus magnificent: *Creſcat fides Theodori. Sic credimus, ſicut Theodorus.* Tandem concludunt: *Miſeratus Deus Eccleſias ſuſcitavit multa contra Theodorum, in quibus & nos humiles conſtituti nihil pratermiſimus, uſque ad mortem pro veritate certantes, ſicut & in noſtris contra Theodorum & ſcripta ejus libellis ad Alexandrinum religioſiſſimum Epiſcopum diximus, & in his quæ ad veſtram Sanctitatem dicimus: & petimus, poſtquam iſti perfecti fuerint, & illos perlegere, quatenus fiat unitas veſtra contra Theodorum, ut ſacrilega Capitula & dogmata ejus, & eorum qui ſimilia ſapiunt vel docent. Et ſicut Domino placuit damnari manifeſte, & nominatim in Epheſo ab univerſali Synodo ſacrilegum Neſtorium; ſic per vos etiam antea condemnatum ſine nomine ſacrilegum in varia impietate Theodorum nominatim condemnari, & eos qui ſecundum impiiſſimam ejus expoſitionem hactenus in Syria & Cilicia ſapiunt & docent.*

XXIX. *Ibas Epiſcopus Edeſſenus accuſatur tanquam auctor iſtorum tumultuum.*

Eodem tempore quidam Eccleſiæ Edeſſenæ Clerici, ac Monachi ad Regiam civitatem acceſſerunt, & apud Imperatorem & *Proclum* Patriarcham accuſaverunt ſuum Epiſcopum *Ibam*, qui Rabulæ ſucceſſerat, quod eſſet primus harum turbarum auctor, & fautor pertinaciſſimus; quod *Theodori* libros in linguam Syriacam tranſtuliſſet; quod ipſos per omnem Orientem diſſeminaſſet; quod *Procli* ad Armenios Tomum noluiſſet ſubſcribere, & annexa illi impia Capitula damnare. *Proclus* cauſam juxta VI. Canonem Nicænum ad Joannem Patriarcham remiſit, ſerioque admonuit, & per Heli Sacerdotis, qui ob non caſtigatos filios in ſempiternas gehennas deſcendit, exemplum conteſtatus eſt, ut *Ibam* corrigeret ac puniret. Liberatus quidem citatus ſcribit, primam *Ibæ* accuſationem fuiſſe apud *Domnum* Patriarcham, Joannis nepotem & ſucceſſorem. Sed hic Auctor non ſemel in hac Hiſtoria labitur, rectiuſque Acta Synodalia Concilii V. habent: *Cum a ſcriptis Proceli nulla emendatio pro querimoniis Accuſatorum facta eſt, defuncto Joanne interpellaverunt Domnum ejus ſucceſſorem, iterum Ibam accuſantes.* Quam ob rem longa illa accuſationis catena, quæ uſque ad Chalcedonenſem Synodum perduravit, originem duxit ex hac impii Theodori cauſa.

XXX. *S. Cyrillus libros Scribit contra Theodorum.*

Interea Cyrillus contra *Theodorum* & *Diodorum* ejus Magiſtrum ſuos ſcripſit libros, quorum fragmenta Concilium V. nobis conſervavit expoſuitque præfatorum Capitulorum originem & ſcopum. Laudavit diſpenſationem in utriuſque favorem adhibitam, & poſtea ſubjunxit: *Quoniam vero ejuſmodi diſpenſationem Cyrilli & Procli non ſuſceperunt quidam Orientales Epiſcopi: e contrario vero permanſerunt defendentes etiam ipſas blaſphemias Theodori, & dicentes eas conſonare ſcriptis a ſanctis Patribus, videns ſanctus Cyrillus impietatem, & inde ſimpliciorum læſionem timens, coactus eſt libros conſcribere adverſus Theodorum, & adverſus ejus blaſphemias & poſt mortem ejuſdem Theodori & hæreticum, & impium, & ſuper paganos & ſuper Judæos blaſphemum eum oſtendere*, ideſt, anathematizare. Inter fragmenta unum poſt varia habet: *Quid enim aliud ſit quam laqueus & ſcandalum, lingua diſtorta loquens, & ſacris literis abhorrentia & Traditioni Sanctorum Apoſtolorum & Evangeliſtarum impudenter reſiſtentia? Recuſandum igitur eos, qui tam malis culpis obnoxii ſunt, ſive in vivis ſint, ſive non.* Sed *Theodoretus*, qui Theodoro Magiſtro ſemper gloriatus eſt, tribus cum libris, & quidem amarulentis, defendit, quemadmodum diſcimus ex fragmentis, quibus V. Synodus Coll. IV. uſa eſt, ad cauſam Theodori judicandam: *Quid igitur*, inquit Theodoretus, *novum dixit Theodorus, quod tantis eum blaſphemiis lapidaſti jubens illi ut franavet linguam, quando ipſe tuam currere ita effranatam dimiſiſti? Vide, ne quis te callidiorem exiſtimet, his adverſus Theodorum uti injuriis, quod Apollinarium, & qui ea quæ ſunt illius, ſapiunt, ſceleratiſſimos vocavit. Si hoc non eſt, cur abſono dicto, ſicut crapulam, tantas hujuſmodi adverſus eum blaſphemias effudiſti?* Sed redeo ad Cyrillum.

XXXI. *Cyrillus & Proclus legem petunt adverſus Theodorum.*

Cum plurimum obſtaret Theodoſii Lex, quæ Cyrilli ac Procli diſpenſationem pro Theodori perſona confirmaverat, Cyrillus ad Principem ſcripſit: *Theodorus quidam fuit, & ante eum Diodorus, hic quidem Tarſi civitatis, ille vero Mopſueſtia Epiſcopus. Iſti Neſtorio impietatis patres fuerunt; in ſuis enim libris quos compoſuerunt, inmaniter blaſphemaverunt contra Chriſtum omnium noſtrum Salvatorem, neſcientes ipſius myſterium. Voluit igitur impius Neſtorius, quæ ſunt illorum, in medium proferre, & expulſus eſt a Deo de ſacra Aula. Cum vero anathemati ſubjeciſſent dicta Neſtorii, aliqui Orientis Epiſcoporum alio modo iterum ea introducunt, admirantes ſcripta Theodori, & dicentes eum recta ſapuiſſe, & conſonantia ſanctis Patribus noſtris Athanaſio, & Gregorio, & Baſilio, Mem-*

mus inferius: hæc modo satis, ne quis ex Liberati historia in errorem aliquo modo labatur. Si quis autem malorum omnium, quæ occasione Nestorianæ hæresis in Orientali Ecclesia contigerunt, causam Theodorum fuisse dixerit; puto sane hunc ipsum veritatis collimaturum scopum: & quidem quæ de eo superius dicta sunt, hoc ipsum facile monstrant: cum enim iste prava docens, ea addiscentes adeo conciliasset sibi discipulos; facti sunt iidem Theodori blasphemiarum pugnacissimi defensores, usque adeo ut ejus sententiæ assertor Nestorius evaserit hæresiarcha.

PAGIUS *Mentiuntur vero contra sanctos Viros; scripserunt enim quæ Theodori ac Nestorii blasphemias impugnant. Quoniam igitur didici, quod & ad piissimas vestras aures quidam eorum referunt, rogo ut intactas & inviolatas animas vestras conservetis ab impietatibus Theodori ac Diodori. Sicut enim jam dixi, Nestorius eorum verba locutus est, & propter hanc causam, ut impius, condemnatus est ab universali Synodo, quæ Dei voluntate est collecta in Epheso* & cætera quæ legi possunt in Epistolæ fragmento in Concilio V. recitato.

XXXII. *Eam obtinuerunt.* *Cyrillus* & *Proclus*, qui idem negotium promovebat, quod petiere ab Imperatore impetrarunt; hic enim severissimam legem, qua *Nestorii* personam, ejusque sectatores ac libros persecutus nuper fuerat, hos omnes exuri, illos vero jubens Simonianos appellari, extendit ad *Theodori* personam ac libros, ideoque datum in ipsum a Cyrillo ac Proclo anathema firmavit. Quibus annis, quæ hic uno tenore retulimus, contigerint, incompertum. Sed ante annum CDXL. hæc peracta esse non videtur dubitandum. Cæterum ea non dimoverunt *Joannem Antiochenum* a suo proposito; neque enim Ibam castigavit, neque Theodorum defendere desiit. Imo *Domnus* ejus nepos ac successor Diodorum & Theodorum defendit, ut infra videbimus.

XXXIII. *Rabulas successor fuit S. Eulogii in Ecclesia Edessena.* Cæterum *Rabulas*, quem Cyrillus in Epistola ad eum data dicit, factum fuisse *omnibus Orientalibus Ecclesiis columnam & firmamentum veritatis*, videtur fuisse successor sancti *Eulogii*, cujus virtutes & exilium ipsi a Valente Imp. irrogatum describit Theodoretus lib 4. cap. 15. quo scilicet tempore sanctus *Barse* Episcopus Edessenus, ipse vero *Eulogius* ejusdem Ecclesiæ adhuc Presbyter erat. Is defunctum *Barsem* excepit, interfuitque Concilio Antiocheno Damaso sedente habito anno CCCLXXVIII. aut insequenti. Nam subscriptus reperitur in Epistola, qua Synodus Antiochena confirmat quæ facta fuerant in Synodo Romana adversus Auxentium: cujus Epistolæ fragmentum recitat Holstenius in Collect. Romana pag. 175. Interfuit etiam Concilio Oecumenico Constantinopolitano primo, & vixit usque ad annum circiter CDVII. quo *Rabulas* factus est Episcopus Edessenus.

XXXIV. *Præsul fuit Zelo animarum insignis.* Monachus Acœmetus anonymus discipulus Sancti *Alexandri* fundatoris *Acœmetorum* in Urbe Constantinopolitana, in Vita, quam de Sancto Alexandro scripsit, & Bollandus ad diem XV. Januarii primus e tenebris eruit, prodit, *Rabulam* cum cujusdam urbis præfectus esset, & idola coleret, ad fidem conversum fuisse a sancto *Alexandro*, in eaque variis miraculis confirmatum; cum enim divitiis & facundia præstaret, non sine magno labore ad religionem Christianam perductus fuit. Verum postea idolorum exterminator & præco factus veritatis, mortuo Episcopo Edesseno, Metropolitanæ illi Ecclesiæ præfectus est; *Ordinatus* inquit Anony-

XV. Burgundiones, & Armorici ab Aetio victi.

*Hoc eodem anno* (inquit Prosper) *Gundicarium Burgundionum Regem intra Gallias habitantem Aetius bello obtinuit, pacemque ei supplicanti dedit, qua non diu potitus est: siquidem Hunni cum populo suo*

mus, *Episcopus, portus quidam divinæ cognitionis factus est, non solum Syriæ, Armeniæ, Persidi; sed & toti propemodum Orbi terrarum. Erecta in ea urbe, sunt jam olim Divino nutu linguæ Syriacæ schola in vicinarum civitatum commodum. Nam viri Principes atque alti loculetes liberos suos eo institutionis gratia ablegant*; &c. *Viduarum & pupillorum erat pater. Exteros Gentilium filios bis in mensem e schola ad se evocabat, eosque verbum veritatis docebat*, &c. *Id vero egit, non duobus aut tribus, sed totis triginta annis* quibus scilicet rexit Ecclesiam Edessenam. Rabulæ successit *Nonnus*, de quo anno CDLI. num. LII. & seq.

XXXV. *Burgundiones ab Aetio penitus debellati.* A num. XV. ad XXIII. Prosper in Chronico sub hujus anni Coss. scribit: *Hoc eodem anno Gundicarium Burgundionum Regem intra Gallias habitantem Aetius bello obtinuit, pacemque ei supplicanti dedit, qua non diu potitus est: siquidem Hunni cum populo suo atque stirpe deleverunt*, ubi Prosper duas Aetii Magistri militum expeditiones adversus Burgundiones feliciter susceptas indicat, de quibus Idacius in Chronico etiam mentionem facit. Is enim anno Abrahami 2452. qui Kalendis Octobris hujus Christi anni inchoatur, ait: *Burgundiones, qui rebellaverant, a Romanis Duce Aetio debellantur*. Tum anno Abrahami 2453. *Burgundionum casa viginti millia*. Cum itaque Burgundiones ruptis fœderibus Belgicam infestassent, Aetius eos domuit, & Belgicam eorum populationibus liberavit. *Burgundiones* enim in eam Galliarum partem irrupisse discimus ex Sidonio in Panegyrico Aviti, qui huic bello cum Aetio interfuit. Hæc Sydonius vers. 230.

*Nam post Juthungos, & Norica bella subacto*
*Victor Vindelico, Belgam, Burgundio, quem trux*
*Presserat, absolvit junctus tibi.*

Quæ itaque Prosper uno tenore narrat, Idacius in suos annos distribuit, testaturque *Gundicarium* anno sequenti ab *Hunnis* interfectum esse. Hanc secundam de Burgundis victoriam Pseudo Prosper in Chronico Imperiali, ad annum Theodosii XIII. post Honorium regnantis Aetio adscribit: *Bellum contra Burgundionum gentem memorabile exarsit, quo universæ pene gens cum Rege per Aetium delata*, ut habet editio Labbeana, ubi editio Scaligeriana perperam habet, *cum Rege Peretio deleta*, Aetio etiam eandem adscribit Sidonius, qui laudatos versus his verbis prosequitur:

*Vincitur illic*
*Cursu Herulus, Chuni jaculis, Francusque natatu.*

ubi Sidonius dicit, *Avitum* Herulis cursu, Hunnis jaculis, & Francis natatu præcelluisse. Hi enim tres populi, aliique postea ibidem memorati Romanorum hoc in bello auxiliares fue-

re.



*suo atque stirpe deleverunt.* Pollebat Aetius Magister militiæ copiis Alemannorum, quibus & reliquis barbaris timendus erat. Sed & Gallos illos, quos ad Oceanum vergentes vocant Armoricos, ab Imperio Romano deficientes, per eosdem Alemannos comprimendos curavit, quibus eam concessit crudeliter nimis provinciam devastandam: factumque esset, nisi S. Germanus Episcopus Antissiodori protinus obstitisset. Quomodo autem tanta fuit in sacerdote potentia, ut furori barbarico repentinus obviator occurrerit, Constantius horum temporum scriptor in omnibus integerrimus narrat in ejusdem S. Germani Vita, quam scripsit: reddemus nos nobilem historiam iisdem quibus idem auctor verbis enarrat, dum legationem, qua functus est ad barbarum Regem, describit. Verum ordo rerum gestarum postulat, ut primo quæ statim præcessit, ejusdem Germani posterior in Britanniam susceptа legatio, ejusdem auctoris verbis recenseatur. Accidit enim, ut confutati semel atque convicti, fugatique Pelagiani, iidem captantes latibula, ad tempus indixerint sibi silentium, postea vero furtim eamdem hæresim prædicarent, sensimque impietatis semina spargerent, eademque crescerent usque ad messem, cum rursum oportuit ex Galliis illuc mitti S. Germanum. Rem gestam sic idem Constantius narrat (*a*):

(*a*) *Const. Vit. S. Germ. l. 2. c. 1. apud Sur. t. 3. die 30. Julii.*

XVI. *Interea ex Britanniis nunciatur, Pelagianam perversitatem iterato paucis auctoribus dilatari. Rursumque ad beatissimum Germanum preces omnium deferuntur,*

Posterior legatio S. Germani in Britanniam.

*ut causam Dei, quam prius obtinuerat, tutaretur. Quorum petitioni festinus occurrit, dum & laboribus delectatur, & Christo se gratanter impendit. Cessit tandem inimici invidia victa virtutibus, nec tentare ausus est, quem Dei amicum jam senserat. Adjuncto itaque Severo Episcopo totius sanctitatis viro, cui tunc Treveris ordinatus Episcopus, gentibus primæ Germaniæ verbum Dei prædicabat, Parisios iterato dum expetit, totius plebis plausu, ut tantum virum decebat, excipitur,* & inferius: *Ad itineris tranquillitatem elementa consentiunt: navigium venti, fluctus aera prosequuntur.*

XVII. Res gestæ S. Germani in Britannia. *Interea siniștri spiritus pervolantes per totam insulam Germanum venire, invitis vaticinationibus nuntiabant: in tantum, ut Elaphius quidam regionis illius primus in occursum sanctorum sine ulla manifesti nuncii relatione properaverit, exhibens secum filium, quem in ipso flore adolescentiæ debilitas dolenda damnaverat: erat enim arescentibus membris contracto poplite, cui per siccitatem cruris usus negabatur vestigii. Hunc Elaphium provincia tota subsequitur. Veniunt sacerdotes, occurrit inscia multitudo. Confestim benedictio & sermonis divini doctrina profunditur. Recognoscit populum in ea quam reliquerat crudelitate durantem: intelligunt culpam esse paucorum: inquirunt auctores, inventosque condemnant. Cum subito Elaphius manibus advolvitur sacerdotum, offerens filium, cujus necessitatem ætas & debilitas etiam sine precibus allegabant. Fit communis omnium dolor, præcipue sacer-*

PAGIUS re. Est porro hic tertius *Hunnorum* in Gallias adventus; quas tunc strages in iis ediderint, nullus memoriæ mandavit.

XXXVI. *Annus emortualis S. Germani Episc. Antisiodorensis.* Baronius secundam Sancti *Germani* Antisiodorensis Episcopi in Britanniam navigationem ad Pelagianos, qui rursus insulam hæresi sua maculabant, inde deturbandos, in hunc Christi annum confert, & eum postea mortuum asserit. Verum *Germani* mors ab anno CCCCXLVIII. removeri non potest; Constantius enim in ejus Vita lib. 2. cap. ult. ait: *Sedit idem Dominus & Apostolicus noster sanctissimus Germanus in Episcopali cathedra annos XXX. dies XXV. Obiit vero plenus Spiritu Sancto apud Ravennam Italiæ civitatem, pridie Kalend. Augustas, Valentiniano adhuc juvene imperante cum Placidia matre.* Constantius lib. 1. cap. 5. jam scripserat, Sanctum *Amatorem* ejus decessorem ad Deum migrasse *Kalendarum Majarum quarta feria*, ideoque anno aliquo littera Dominicali F. notato, sicuti est annus Christi CCCCXVIII. quo ideo die prima mensis Maii, in quam feria quarta incidebat, *Amator* spiritum Deo reddidit, ut supra diximus. Quare Sanctus *Germanus* eo pariter anno die septima Julii, qui Dominicalis fuit, consecratus est Episcopus Antisiodorensis, & postquam sedisset annos XXX. & dies XXV. die ultima mensis Julii anni quadringentesimi quadragesimi octavi ad cœlestem patriam migravit. Certe interfuit Synodo in Gallia anno circiter CCCCXLIV. a Sancto Hilario Episcopo Arelatensi celebratæ, de qua anno CCCCXLV. num. XIII. Garnerius Tom. I. Oper. M. Mercatoris in Dissert. II. de Synodis in causa Pelagianorum, Synodo XXI. putavit, *Germanum* anno CCCCXLIII. vita functum esse, quod tunc *Valentinianus* anno CCCCXX. natus *juvenis* dici potuerit. Verum vanæ hæc observatio, cum ex dictis in variis hujus Criticæ locis, homines qui attigere annos quadraginta ab Antiquis dicantur *juvenes*, & Constantius Magnus appelletur *adolescens* a Lactantio in lib. de Mortibus Persecutorum cap. 29. dum de eo loquitur annos triginta nato, ut jam observavimus.

XXXVII. *Opiniones contrariæ confutatæ.* Denique Cambdenus pag. 94. & seq. tuetur opinionem *Ninii* Scriptoris antiqui Britanniæ, adventum Anglo-Saxonum in Britanniam anno CCCCXXVIII. Felicis & Tauri Consulatu notato consignantis. Cambdenus suam opinionem morte Sancti *Germani*, quam huic anno affigit, probatam contendit, quod anno CCCCVII. Littera Dominicalis F. in cursu fuerit, ideoque & *Germanus* mortuo Amatore consecratus sit. Sed frustra contra auctoritatem Bedæ & meliorum Auctorum Anglicorum adventum Anglo-Saxonum in Britanniam ab anno CCCCXLIX. removet Cambdenus, nec melius mortem Sancti *Germani* cum currenti conjungit; cum Germanus anno CCCCXLIV. Concilio ab Hilario Arelatensi indicto, ut mox dixi, interfuerit, & in Vita ejus citata lib. I. cap. 34. legatur, *Auxiliarem* Præfectum Prætorio Galliarum eum *Arelatem* adve-

*verdotum, qui conceptam misericordiam ad divinam clementiam contulerunt. Statimque adolescentem beatus Germanus sedere compulit, attrectat poplitem debilitate curvatum & per tota infirmitatis spatia medicabilis dextera perçurrit. Salubrem tactum fanitas festina subsequitur, aridi-tas succum, nervi officia receperunt; & in conspectu omnium filio incolumitas, patri filius reformatur. Implentur populi stupore miraculi, & in pectoribus omnium fides Catholica firmabatur. Prædicatio deinde ad plebem de prævaricationis emendatione convertitur: omniumque sententia pravitatis auctores expulsi ab insula, sacerdotibus adducuntur. Quod in tantum salubriter factum est, ut in illis locis etiam nunc fides intemerata perduret. Itaque compositis omnibus, beatissimi sacerdotes ea qua venerant prosperitate reversi sunt.*

XVIII. Alia legatio ad Regem Alemannorum.

*Vix domum de transmarina expeditione remeaverat, & jam legatio Armoricani tractus fatigationem beati Antistitis ambiebat. Offensus enim superba insolentia regionis vir magnificus Aetius, qui tum Rempublicam gubernabat, Eocharich ferocissimo Alemannorum Regi loca illa inclinanda pro rebellionis præsumptione permiserat. Regique idolorum ministro obiicitur senex unus, sed tamen omnibus Christi præsidio, major & fortior. Nec mora festinus egreditur, quia imminebat bellicus apparatus. Jam progressa gens fuerat, totumque iter eques ferratus impleverat, & sacerdos noster obvius ferebatur, donec ad ipsum Regem, qui subsequebatur, accederet. Occurrit in itinere jam progresso & armato duci inter suorum catervas opponitur: medioque interprete, primam precem supplicem fundit, deinde increpat differentem: ad extremum manu injecta, freni habenas invadit, atque in eo loco universum sistit exercitum. Ad hæc Rex ferocissimus admirationem pro iracundia, Deo imperante, concepit: stupet constantiam, veneratur reverentiam, auctoritatis pertinacia permovetur. Apparatus bellicus, armorumque commotio ad concilii civilitatem depositio tumore, descendit: tractaturque qualiter non quod Rex voluerat, sed quod sacerdos petierat, compleretur. Ad stationem quintam Rex exercitusque se recepit: pacis securitatem fidelissimam pollicetur ea conditione, ut venia, quam ipse præstiterat, ab Imperatore vel ab Aetio peteretur. Interea per intercessionem, & meritum sacerdotis Rex compressus est, exercitus revocatus, provinciæ a vastationibus absolutæ.* Subdit Constantius novissimam describere sanctissimi viri legationem pro Armoricis ad concilian-

PAGIUS

tur. *Ad stationem quietam Rex exercitusque se recepit: pacis securitatem fidelissimam pollicetur ea conditione, ut venia quam ipse præstiterat, ab imperatore vel ab Aetio peteretur.* Eam in rem Sanctus Germanus magna festinatione Ravennam proficiscitur, ubi a Valentiniano Imperatore & Placidia ejus matre *provido amore* suscipitur. *Illic Petrus* (Chrysologus scilicet) *tum Pontifex Christi Ecclesiam Apostolica institutione retinebat.* Sed cum Germanus in morbum incidisset *septimo inconamodi die ad Cœlos anima felix & beata transfertur*, inquit Constantius anno scilicet CDXLVIII. Fuit Constantius Presbyter Lugdunensis, quem Sidonius Apollinaris sæpe laudat; qui cum Vitam Sancti Germani Sancto Patienti Lugdunensi Episcopo dicarit, liquet eum ante hujus Sæculi finem Opus illud elucubrasse, ex quo Beda, quæ de Germano habet lib. 1. cap. 21. mutuatus est.

venientem perhonorifice excepisse, quod narrat Constantius, antequam de profectione Britannica Germani verba faciat. *Auxiliarem* vero anno CCCCXLV. Præfecturam Gallicanam gessisse, & Roma Arelatem ad Sanctum Hilarium scripsisse, constat ex Sancto Honorato Episcopo Massiliensi in Vita ejusdem Hilarii, in qua cap. 17. Epistolam integram Auxiliaris recitat.

XXXVIII. *S. Germani legatio Britannica, Aremorica, & Italica.*

Cum itaque paulo ante mortem Sanctus *Germanus* Sancto *Severo* Episcopo Treverensi collega, in Britanniam trajecerit, hæc legatio ad annum circiter quadringentesimum quadragesimum septimum spectat. Constantius enim lib. 2. cap. 5. ea narrata, expeditionem ejus Armoricanam his verbis inchoat: *Vix domum de transmarina expeditione remeaverat, & jam legatio Armoricani tractus fatigationem beati Antistitis ambiebat.* Armorica regio, quæ postea Britanniæ minoris nomen adepta est, incolebatur a Curiosolitis, Redonibus, Ambiariis, Osismis, & Venetis, qui Constantino tyranno in Galliis imperante Honorii Imp. permissu sese in libertatem asseruerant, ut suo loco diximus. Sed cum Aetii imperia gravate acciperent, hic Eocharico *Alemannorum* Regi, gentis Aremoricæ ultionem mandat, & regionem contumeliæ ac rebellionis pervicacem, censet inclinandam Barbaro. Cum itaque infesta vis Alemannorum Aremoricis immineret, hi opem auxiliumque pacis & veniæ impetrandæ causa beatum Germanum ad eum mittunt: *Genti bellicosissimæ*, inquit Constantius cap. 5. *Et Sacerdos noster obvius ferebatur, donec, ad ipsum Regem, qui subsequebatur, accederet*, &c. *Apparatus bellicus armorumque commotio, ad consilii civilitatem, depositio tumore descendit, tractaturque qualiter, non quod Rex voluerat, sed quod Sacerdos petierat, complere-*

XXXIX. *Alemanni Aremoricis vicini.*

Porro ex eo quod Constantius citatus de rebellione Armoricanorum scribit: *Offensus superba insolentia regionis vir magnificus Aetius, qui tum Rempublicam gubernabat Eocharich ferocissimo Alemannorum Regi, loca illa inclinanda pro rebellionis præsumptione permiserat, quæ ille aviditate barbaricæ cupiditatis inhiaverat*, deduco Eocharicum sedem habuisse ad Ligerim Aremoricanis fluvium vicinum; alioquin quomodo barbarus iste Rex feroces hos populos domare potuisset? Hinc in Vita sancti Eugendi Abbatis Monasterii Jurensis in Comitatu Burgundiæ hodiernæ, scripta a Monacho Jurensi coævo ejus discipulo, num. XVII. refertur quoddam miraculum ab eo patratum cum quosdam Monachos suos sal quæsiturum misisset, dicitur-que: *Quadam die dum diros metuunt, ac vicinos Alemannorum incursus, qui inspiratis viantibus*



liandos eos cum Valentiniano Imperatore, quod Rex Alemannorum petierat, & ipse illi pollicitus fuit: describit res mirificas in via, cum in Italiam venit, ab eo gestas, quas brevitatis causa relinquimus petituro ipsum fontem lectori. Nos autem hic tantum quæ apud Imperatorem Ravennæ agentem tunc gesta fuerunt, ex eodem auctore reddemus.

XIX. (a) *Const. l. 2. c. 13. & seq. apud Surium die 30. Julii.* Legatio ad Imperatorem Valentinianum Ravennam.

*Ferebatur* (inquit *a*) *jam per ora Ravennatium populorum, & adventus sui moras prævius accusabat affectus. Tandem diu expectatus excipitur. Providerat quidem, ut nocturno ingressus tempore secreta obscuritate tegeretur; sed desiderantium excubias vitare non potuit. Illic Petrus tum Pontifex Christi Ecclesiam Apostolica institutione retinebat.* Erat hic ille magnus Petrus cognomento Chrysologus, clarissimus sanctitate, & doctrina excellens inter Ravennates Episcopos. *Regebat etiam Romanum Imperium Placidia Regina cum Valentiniano jam juvene: qui ita fidem Catholicam diligebant, ut cum omnibus imperarent, Dei famuli sublimi humilitate servirent. Qui omnes venerabilem sacerdotem certantibus studiis provido amore suscipiunt: abeunt Principes, occurrunt proceres, Ecclesia cum exultatione amplectitur. Ad diversorium sacerdotis Regina venerabilis vas argenti amplissimum refertum cibis delicatioribus sine ulla carnis admixtione transmisit: quod susceptum, ea ratione distribuit, ut cibos ministris suis traderet, ipse vero vendicaret argentum, remittens loco muneris patinulam ligneam, panem ordeaceum continentem. Quod illa utrumque cum gaudio ingenti complexa est, quod argentum suum transmississet ad pauperes, & escam illam beati viri cum ministerio abjecti vasculi suscepisset: nam & lignum postea aureo ambit, & panem multis remediis, & virtutibus reservavit.*

XX. Germanus liberat carcere detentos.

*Quadam die dum plateam latissimam turbis angustiatus ingreditur, carcerem refertum vinctis supplicia & mortem expectantibus præteribat. Qui agnito transitu sacerdotis, unum clamore collatis vocibus sustulerunt: causam requirit, agnoscit: custodes evocat, subtrahuntur. Diversæ enim Palatii potestates miserorum turbam in ergastuli illius noctes damna-*

verant. *Quo se vertere misericordia non habebat: tandem ad notum recurrit auxilium, & quod difficile erat ab hominibus impetrare, a majestate divina deposcit. Gressum divertit ad carcerem, cernuus in orationem membra prosternit. Tum vero Dominus noster adstantibus populis gratiam, quam famulo suo tribuerat, ostendit. Clausura vinculis, & sera constricta dissolvitur, repagula ferrata dissiliunt: divina pietas referat, quod meditatio humanæ crudelitatis arctaverat. Procedit ad libertatem turba de vinculis, exhibens vacua onera catenarum, tenens nexus, quibus ante tenebatur. Relinquitur carcer innocens aliquando quia vacuus: & præcedente pietatis triumpho, turba miserorum gremio Ecclesiæ gaudentis infertur.* His addit auctor de Volusiani filio, qui præerat cancellis Patricii Sigesvulti, e mortuis ad vitam itidem Germani precibus revocato, necnon de alumno Acholii eunuchi præpositi Imperatoris cubiculo e morbo caduco ejusdem S. Germani orationibus liberato: sed de causa susceptæ legationis mox subdit (*b*): (b) *Const. l. 2. c. 18.*

XXI. De causa legationis.

*Causam sane Armoricanæ regionis, quæ necessitatem peregrinationis indixerat, objecta venia, & securitate perpetua ad proprium obtinuisset arbitrium, nisi titubationis perfidia mobilem, & indisciplinatum populum ad rebellionem pristinam convocasset: quo facto, & intercessio sacerdotis evanuit & Imperialis crudelitas* *circumscriptione frustrata est: qui tamen pro calliditate multiplici brevi pœnas perfidæ temeritatis exolvit.* Hæc de fine legationis perfunctæ. Sed qui honestavit illum in laboribus Deus, tandem & complevit labores illius, a terra ad cœlum evocans, cum adhuc Ravennæ moram traheret. Describit ejus obitum ita Constantius (*c*): (c) *Const. l. 2. c. 19.*

* credulitas.

*Germanus igitur quadam die, matutinali solemnitate perfecta, dum cum Episcopis sermonem de religione conferret, mæstissimam protulit mentionem, inquiens: Commendo vobis, fratres carissimi, transitum meum. Videbar mihi per nocturnum soporem a Domino nostro viaticum peregrinationis accipere; & cum causam peregrinationis inquirerem: Ne metuas, inquit; ad patriam, non ad peregrinationem te dirigo: tu habebis pacem, & requiem sem-*

De morte propinqua visio.



PAGIUS

*tibus non congressione in cominus, sed ritu supervenientque solerent irruere bestiali, e limite Tyrrheni maris potius quam de vicinis Hervensium locis, coctile decernunt petere sal.* Hos enim Alemannos non video alios esse posse, quam qui ad Ligerim habitabant. Mabillonius quidem sæculo I. Benedictino, ubi Vitam illam recitat, in Notis ait: *Hic Alemannorum nomine intellige Francos, ab Antiquis Germanos dictos, qui Sequanos Hervensium insulam, vulgo* l'Isle de Nermontier, *in sinibus Pictonum & Armoricorum adire non finebant.* Verum his temporibus Franci quidem *Germani* dicti, sed nunquam *Alemanni*: immo nec Germani Alemanni appellati ante XI. aut XII. sæculum. Parte alia Sirmondus in Notis ad panegyricum Aviti num. 246. arbitratur in laudato loco Constantii *Alamannorum* Regem mendose scriptum esse pro *Alanorum*, quod inquit, Erici Monachi versus docent. Verum *Ericus*, qui nono Ecclesiæ sæculo vixit, in corruptum exemplar Vitæ Sancti Germani a Constantio scriptæ procul dubio inciderat, cum certum sit, anno CDXLVII. ac insequenti, quo Aetius *Eocharichum*

*piternam. Derivabant intellectu alio somnium sacerdotes, sed ille studiosius commendabat extrema, dicens: Bene novi quam patriam Deus suis famulis repromittit. Factum est ut post dies aliquot sequeretur incommodum: quo ingravescente, Civitas tota turbatur. Accelerabat qui vocabat ad gloriam, & fessum a laboribus Dominus invitabat ad præmia. Regina Placidia, deposito Imperiali supercilio, occurrit pauperi, requirit infirmum, tribuens quicquid ab ea beneficii postulat: peculiariter sane petiit, quod illa invita concessit, ut gleba corporis sui patriæ redderetur. Visitantium vero tanta fuit diebus ac noctibus multitudo, quantam aut admisit aditus, aut domus recepit: tempus omne choris psallentibus terebatur. Septimo incommodi die ad cœlum anima felix & beata transfertur.*

XXII. Reliquiæ viri sancti in pretio habitæ.

*Hæreditas deinceps relicta dividitur, partem præsumit Imperium, partem vendicant sacerdotes. Et quod fieri de opibus solet, nascitur de exiguitate contentio, dum deest quod cupiunt. Solius benedictionis hæres capsulam cum reliquiis sanctis Regina suscepit; cucullam cum interiori cilicio Petrus Episcopus usurpavit. Sex vero Antistites, ut aliquid monumenti ex successione sanctitatis acciperent, disrumpere quod superfuerat, maluerunt, unus pallium, alter cingulum accepit; duo tunicam, duo sagulum diviserunt. De apparatu defuncti fervent studia conferentium, accusantium cur parva expensa mortuo deberetur. Acholius corpus aromatum constrictione soliduvit, Regina vestivit. Quibus omnibus rite perfectis, expensis & evectionibus iter instruit Imperator, ministrosque ejus copiosa largitione prosequitur. Sacerdotes religionis obsequium, & in præsenti instruunt, & ordinatione præmittunt, unumque agmen reformatur ad Gallias. Placentiam corpus dum præterit, cæca jam nocte pervenit: quod in Ecclesia collocatum, dum vigilitis sanctæ devotionis excolitur, matrona quædam ejus loci paralysi dissoluta, ita ut nullum membrum suo fungeretur officio precario deposcit ut feretro corporis subderetur: ibique usque ad lucem extensa decubuit. Mature corpus attollitur: surgit mulier vivificata per mortuum, mirantibus populis, propriis pedibus debitum reddit obsequium. Excipiunt Galliæ patronum proprium famulatu majori, &c.* Hæc ex multis a fidelissimo scriptore Constantio deprompsimus, utpote res gestas sui temporis, fama omnibus ferme notas, ad viros sanctissimos Patientem Episcopum Lugdunensem, & ad Censorium successorem Germani Antissiodorensem Episcopum conscribente: qui ad calcem, ejusmodi quasi veritatis sigillum imprimens, contestationem apposuit: *Deum testor conscium secretorum, me plura de domini Germani factis agnita, & probata tacuisse; ex quo reum me esse fateor, supprimendo, quod mirabiliter ad profectum omnium divina virtus operata est; & ideo in scribendo succinctum magis me arbitror fuisse, quam nimium.* Hæc ipse de S. Germano Antissiodorensi Episcopo viro Apostolico, quem sedisse tradit annos triginta, & dies vigintiquinque, translatum vero ac sepultum in sua Ecclesia Kal. Octobris. At de Germani legationibus jam satis.

XXIII. De editione Codicis Theod.

Hoc eodem anno facta est promulgatio Codicis Theodosiani decimoquinto Kal. Martii, edita sanctione (*a*) ad Florentium Præfectum Prætorio Orientis, in qua viri clarissimi nominantur qui in opus laboraverunt. Porro illis visum est nonnisi confirmari, & interseri eas constitutiones, quas Principes Christiani sanxissent, incipientibus a Constantino Magno. Cæterum etsi Gentilium Imperatorum nulla his admixta lex est, haud tamen priscorum Jureconsultorum ipse, Theodosius voluit sperni responsa, de quibus jam ista ante sanciverat, atque ad Se-

(*a*) *Novel Theod. tit.* 1.

PAGIUS

XL. *Floret S. Severus Episc. Trevirensis.*

*chum* in Armoricam immisit, *Sangibanum* Regem extitisse Alanorum, & prælio Attiliano, cui interfuit, superstitem fuisse.

Quoad Sanctum *Severum* Trevirensem Archiepiscopum, & in hac legatione sancti Germani collegam, hæc de eo habet Beda lib. 1. cap. 21. Germanus *adjuncto sibi Severo totius sanctitatis viro, (qui erat discipulus beatissimi patris Lupi Trecassinorum Episcopi, & tunc Treveris ordinatus Episcopus, gentibus primæ Germaniæ verbum Dei prædicabat) mare conscendit.* Quare non tantum populis Belgicæ; sed etiam Germaniæ primæ gentibus, quæ cis Rhenum undique tum frequentes ex Barbaris affluebant, veritatis lucem monstravit. Bucherius in Belgio Romano lib. 16. cap. 13. non solum iteratam Germani in Britanniam excursionem anno CCCCXXXVI. collocat, sed etiam existimat, gentes primæ Germaniæ, quas *Severus* vomere prædicationis excoluit, alias non esse quam *Burgundiones*, cis Rhenum vesus Moguntiam habitantes. Sed utrumque a veritate manifeste alienum, jamque anno CCCCXIII. & seq. demonstravimus *Burgundiones* ante annum CCCCXVII. Christianam religionem suscepisse, & ex mox dictis liquet, prædicationem Sancti *Severi* in prima Germania, ejusque cum Sancto Germano in Britanniam profectionem, pertinere ad annum CCCCXLVIII. aut circiter. Vixit *Severus* juxta Bouverum in Annal. Trevirens. usque ad annum circiter CCCCLV. & colitur in sua Ecclesia die XV. mensis Octob.

XLI. *Codicis Theodosiani promulgatio.*

A num. XXIII. ad XXVI. Gothofredus in Prolegomenis ad Codicem Theodosianum cap. 1. ostendit, hactenus ab omnibus erratum in anno consignando, quo Codex ille conditus est, ob mendam scilicet, quæ in subscriptione Novellæ de Theodosiani Codicis auctoritate, etiamnum hæret. Editus est enim & promulgatus *Theodosio Aug. XVI. Cos.* idest, anno CCCCXXXVIII.



Senatum Urbis Romæ ita rescripserat (*a*):

XXIV. (*a*) *l.* 1. *de resp. apud C. Theod.*

*Papiniani, Pauli, Gaii, Ulpiani, atque Modestini scripta universa firmamus: ita ut Gajum atque Paulum, Ulpianum & cæteros comitetur auctoritas lectionis, quæ ex omni opere recitatur. Eorum quoque scientiam, quorum tractatus atque sententias, prædicti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse censemus, ut Scævolæ, Sabini, Juliani, atque Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt: si tamen eorum libri, propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur. Ubi autem diversæ sententiæ proferuntur, potius numerus vincat auctorum: vel si numerus æqualis sit, ejus partis præcedat auctoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus emineat: qui ut singulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, præcipimus infirmari. Ubi autem pares eorum sententiæ recitantur, quorum par censetur auctoritas; quod sequi debeat, eligat moderatio judicantis. Pauli quoque sententias semper valere præcipimus, &c. Dat. VII. Idus Novembr. Ravennæ, DD. NN. Theodosio XII. & Valentiniano II. Coss.* Hæc ibi.

XXV. Verum præter Theodosianum Codicem Gregorianus erat atque Hermogenianus, *Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS

CDXXXVIII. & tamen in laudata Novella Librariorum errore legitur, *Theodosio Aug. XV. Coss.* ideoque currenti anno. Id probatur ex legibus, & quidem quindecim numero, quæ per annum currentem, ac duos subsequentes latæ, & in Codicem Theodosianum relatæ, posteriorem Consulum notam præferunt. Præterea Novella, qua Codex Theodosianus confirmatur, data quidem dicitur *Theodosio Aug. XV. & qui fuerit nunciatus*; Verum ea inscribitur *Florentio* Præfecto Prætorio Orientis; quam tamen dignitatem Isidorus hoc & sequenti anno adhuc gessit; post hunc *Darius* parte ultima anni insequentis, tandemque anno CCCCXXXVIII. post Darium *Florentius*, ut liquet ex variis legibus a Theodosio emissis. Hic Codex non solum per Orientem; sed etiam per Occidentem receptus fuit; imo apud Ostrogothos in Italia regnantes viguit, sicuti & ejus Breviarium in Galliis, in Hispaniis sub Visigothis, Burgundionibus, Regibus Francorum primæ Stirpis, ac sub Langobardis per Italiam, ut in laudatis Prolegomenis demonstrat Gothofredus, qui eum Notis illustravit.

XLII. *Honoria Constantinopolim mittitur.*

Ad num. XXVI. Baronius in Codicem mendosum Chronici Marcellini inciderat, ut passim infra videbimus; cum hic Chronographus non sub currentis, sed sub superioris anni Consulibus scribat: *Honoria Valentiniani Imp. soror ab Eugenio procuratore suo stupratæ concepit, Palatioque expulsa, Theodosio Principi de Italia transmissa est: mala enim contra Occidentalem Rempublicam cogitabat.* Rem magis explicat Jornandes de success. Regn. cap. 97. *Honoria dum ad aulæ decus virginitatem suam cogeretur custodire, clam misso clientulo, Attilam Hunnorum Regem invitat in Italiam: cumque veniente Attila votum suum nequiret explere,* in quibus ejusmodi Jureconsultorum sententiæ digestæ erant & Principum placita. Quibus omnibus non dedignatos esse Romanos Pontifices in iis quæ contra Christianam religionem minime verterentur, S. Gregorius Papa declaravit exemplo in ea epistola, quam dedit ad Joannem Defensorem (*b*). Quo modo autem hæc a diversis diverso ordine disposita, a Justiniano Imperatore sint meliori digesta ordine atque aucta, suo loco dicemus.

(*b*) *Greg. l.* 2. *epist.* 74.

XXVI.

Hoc item anno, dum legibus populus docetur & coercetur, turpe scelus in domo regia regiaque persona admitti contigit. Etenim sub his Consulibus Marcellinus (ut emendatiores codices habent) tradit de Honoria filia Gallæ Placidiæ Valentiniani Imp. fororis, quod consuetudine Eugenii pro curatoris infamata est, ob eamque causam Constantinopolim ad Theodosium missa. Est hujus Honoriæ mentio in veteri inscriptione, quæ erat Ravennæ in basilica S. Joannis Evangelistæ his verbis (*c*): SANCTISSIMO AC BEATISSIMO APOSTOLO IOANNI EVANGELISTAE PLACIDIA AVGVSTA CVM PLACIDO VALENTINIANO AVGVSTO ET FILIA SVA IVSTA GRATA HONORIA LIBERATIONIS MERITO VOTVM Q q q 2 SOL-

(*c*) *Hier. Rub. hist. Ravenn. lib.* 2.

*facinus quod cum Attila non fecerat, cum Eugenio procuratore suo committit. Quamobrem tenta a germano, & in Constantinopolim Theodosio Principi destinata est.* Regnabat itaque hoc tempore *Attila* cum fratre suo Bleda, seu Bletta, & successerat *Octari* & *Roæ*, ut prodit Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 35. *Roam* Priscus *Rouam*, Theodoretus lib. 5. cap. 37. *Rotlam*, Socrates vero lib. 7. cap. 43. *Roham* appellant. Testatur is, *Roam* suppetias Joanni tyranno tulisse, & non multo post, Deo Imperium Romanum protegente, fulmine percussum interiisse, & maximam partem Barbarorum, qui sub ipso erant, partim fame partim igne e cœlo misso periisse, quod Theodoretus citatus confirmat, aique id contigisse, cum Roa *Thraciam vastaret, & depopularetur, ipsamque Urbem Regiam obsessurum se & primo impetu capturum, ac funditus eversurum esse minaretur.* Quæ tam Socrates, quam Theodoretus fidei Theodosii Jun. tribuunt. De Roua hæc habet Pseudo-Prosper in Chron. Imperiali ad annum XI. Theodosii post Honorium regnantis, seu Christi CDXXXIV. Rugila Rex Chunnorum, cum quo pax firmata moritur, cui Bleda succedit, & cum eo Attila frater, idque anno CDXXXIV.

XLIII. *Vandalis Pax concessa.*

Prosper in Chronico sub hujus anni COSS. scribit; *Pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum per Trigetium in loco Africæ Hippone III. Idus Febr.* De hac pace Isidorus in Historia Vandalorum ait: *Cui* [sc. Genserico] *Valentinianus Junior Occidentis Imp. non valens subsistere, pacem mittit, & partem Africæ, quam Vandali possederant, tanquam pacifico dedit, conditionibus ab eo sacramenti acceptis, ne quid ultra invaderet.* Verum Genserico sacramenti religionem violasse, post quadriennium videbimus, Porro alteram pacis conditionem

SOLVIT. Hæc ibi. Porro quam erexit basilicam, eamdem sacris etiam imaginibus decoravit eadem Galla Placidia, apposuitque iconas complurium Augustorum Constantini, Theodosii Majoris, Arcadii, Honorii, & Theodosii Junioris a parte dextera, a sinistra vero Valentiniani Majoris, Gratiani, Constantii patris Valentiniani Tertii, Gratiani nepotis, Joannis nepotis, & alias imagines & inscriptiones. Tu vero de his consule Rubeum fusius ista prosequentem.

Qui

PAGIUS nem refert Procopius lib. 1. *Historiæ Vandalorum*, ut sc. Genfericus Valentiniano Imp. tributum penderet, dato ei in obsidem Hunerico filio. Quæ Sacramento confirmata fuisse testatur Isidorus in Hist. Vandal. Et CDLXVII. seu Christi CDXXIX. Firmata autem postea inter Imperatorem & Genfericum amicitia *Hunericus* ad patrem remissus est, ut prodit Procopius ibidem.



I. QUI sequitur Christi annus quadringentesimus trigesimussextus, Isidoro & Senatore Consulibus aperitur: quo cum Nestorii fautores universam Orientalem Ecclesiam majoribus in dies miscerent turbis & gravioribus concussionibus exagitarent; Theodosius Imperator, sero licet, tandem auctorem malorum omnium Nestorium in Oasim deportandum, dato rescripto decernit, directum illud quidem ad Isidorum agentem hoc anno una cum Consulatu Prætorii Præfecturam: est autem hujusmodi (*a*):

(*a*) *Apud act. Eph. edit. Pelt. t. 5. c. 12.*

II. Theodosii rescriptum contra Nestorium.

*Etsi nostrum erga Rempublicam studium perspicuum est, haud minori tamen nobis est curæ, ut sacrosancta quoque religio recte constituatur. Si enim hanc rite curaverimus, fore optamus, ut & publicis quoque rebus hac ratione consulamus. Quare cum Nestorius Catholicæ quondam Ecclesiæ sacerdos, nunc rectæ fidei proditor, tantorum scelerum mole oppressus teneatur: operæpretium est, ut serenitatis nostræ sententiæ subiiciatur, calamitateque moribus illius digna opprimatur, ut qui venerandis Ecclesiæ legibus abjectis, traditionibusque contemptis, nefandæ hæreseos auctor extiterit; quique dum illorum quos proditionis suæ socios sibi adjunxit, fidem corrupit, alienæ corruptionis crimen suo ipsius capiti aggregavit, Tua proinde celebris auctoritas, hac pragmatica sanctione, sive hac propria auctoritate ostensa, prædictum Nestorium ob admissam a se impietatem in perpetuum exilium Petras abire compellat: omniaque illius bona Ecclesiæ Constantinopolis Fisco addicat; quo augusti loci illius opes, cujus ille sacra mysteria nuper prodidit, auctiores evadant. Hac enim ratione futurum est, ut & religio sanctissimæ fidei intacta in mentibus hominum perseveret, & regni nostri felicitas religione munita quotidie magis magisque floreat.* Hactenus rescriptum contra Nestorium.

III. De loco exilii Nestorii.

Fuisse quidem Petras locum exilii ab Imperatore decretum in Oasena Ægypti provincia positum, inde possumus intelligere, quod auctores omnes temporis hujus scriptores in Oasim Nestorium deportatum fuisse tradunt, deportationem omnium famosissimam, de qua superius & in Notis pluribus dictum est. In Oasim quidem deportatum esse Nestorium, Theodoretus in epistola ad Sporadium tradit his verbis (*b*): *Non solum sacerdotio Nestorius ejectus fuit divino quidem judicio, sanctorum Ephesi congregatorum Patrum decreto, sed etiam Imperiali nutu Oasim incolere damnatus, pœnas quæ impios expectant, has prægustare cœpit:* id ipsum affirmat Socrates, (*c*) id denique ex ipsius Nestorii litteris Evagrius (*d*) prodit, qui & res post hæc ab eo gestas ex iisdem scriptis ita recenset: *Quemadmodum autem Nestorius in exilium ejectus sit, & quid postea de illo factum, & quem vitæ exitum sit consecutus, & quas pœnas blasphemiæ causa de-*

(*b*) *Theod. epist. 1.*

(*c*) *Socr. l. 7. c. 33.*

(*d*) *Evag. l. 1. c. 7.*

dori Pelusiotæ Epist. 199. lib. I. ad eum data, & ex variis legibus Cod. Theod. a Gothofredo Prosopographia enumeratis. Extat etiam Epistola Theodoreti ad Senatorem Patricium ordine XLIII. hicque in Allocutione Marciani Imp. ad Synodum Chalcedonensem dicitur *Patricius & Exconsul.* Eum missum a Theodosio Juniore ad Attilam testatur Priscus cap. 48.

II. *Nestorius in Oasim relegatus.*

Ad num. I. & seqq. *Nestorius* duplici exilio affectus fuit. Prius illi anno CDXXXI. post Synodi Ephesinæ celebrationem irrogatum, tunc enim in Monasterio suo Sancti Euprepii prope Antiochiam se se continere jussus. Quare falsa est vulgaris opinio, quæ docet eum hactenus fuisse liberum, ut supra demonstravi. Evagrius quidem lib. 1. cap. 7. refert fragmentum Epistolæ Nestorii, in qua is ait, permissum sibi esse ab Imperatore, *ut ad Monasterium suum*

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hisp. CCCC-LXXIV. A. C. 436.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5929.

☉ 25. ED. ☽ 19. P. 19. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 436.

SIXTI III. PAPÆ 5.

THEODOSII JUN. 35. & 29.

VALENTINIANI III. IMP. 12.

I. *Consules.*

[1] COS. *Fl. Anthemius Isidorus*, & *Senator*, uterque Orientalis, ut de priori liquet ex lege de Nestorii libris comburendis anno superiori ei directa, ut ibidem diximus, ex Isi-

NOTÆ [1] COS. *Fl. Anthemius Isidorus & Senator.* Gudiana inscriptio apud Relandum,

CC. SENATORE
ET. ISIDORO. VV. CC.

Prosper vulgatus & MS. ac Marcellinus: *Isidoro & Senatore*. Fasti Idatii: *Fl. Anthemius Isidorus*: Paschalis laterculus in codice Gennadii: *Isidoro & Senatore*. Et his *Flavii* prænomen apud quosdam.

*dederit, neutiquam ab illius qui ejus res gestas scriptis prodiderunt, traditum est. Quæ omnia plane intercidissent, fuissentque temporis diuturnitate ita deleta obrutaque, ut ne de illis omnino vel semel audiri posset, nisi in librum quemdam ab ipso Nestorio editum, in quo istarum rerum continetur narratio, forte fortuna incidissem:* & paulo inferius post recensitam, quam Ephesi ob blasphemiam sublisset sententiam, ista subdit:

IV. Qualiter habitus Nestorius in suo monasterio.

*Porro autem in eodem libro ostendit, Theodosium primo propter amorem, quo eum complectebatur, ejus abdicationem minime ratam fecisse: deinde cum quidam Episcopi ex utraque factione ab urbe Epheso ad Theodosium (idem ipsum namque Imperator postulaverat) missi essent, potestatem sibi datam ad suum monasterium revertendi, quod ante portas Antiochiæ, quæ jam Theopolis dicitur, situm est; cujus nomen a Nestorio non ponitur illud quidem, tamen fertur appellatum esse monasterium Euprepii; quod quidem ante portas Antiochiæ locatum esse, pro certo cognoscimus; & ab iisdem non amplius duobus stadiis distare. Narrat idem ipse Nestorius, se in eo loco quadriennii spatio commoratum esse, variis affectum honoribus, variisque præmiis donatum, postea autem relegatum ad Oasim edicto Theodosii. Verum quod caput omnium erat, penitus occultavit.*

*Neque certe in eo loco vitam degens, a sua destitit blasphemia: adeo ut Joannes Antiochiæ Præsul istam in apertum proferret sententiam, Nestorium scilicet perpetuo exilio mulctandum esse.* Ex his vides, lector, Jo. Antiochenum Nestorii antea propugnatorem, post pacem initam cum Cyrillo ejus adversarium penitus evasisse. Sed subdit Evagrius:

V. Quæ passus Nestorius in exilio.

*Scribit præterea Nestorius alium libellum acute & subtiliter ad quemdam videlicet Ægyptium de sua in Oasim relegatione, in quo de his rebus disputat uberius. Quæ autem pertulerit supplicia ob conceptas ab ipso blasphemias (quippe obtutum Dei omnia contemplantem latere non potuit) ex aliis litteris, quas ad Præfectum Thebaidis dabat, satis poterit intelligi. Nam in illis videre licet, quod cum justas hominibus pœnas non luerit, ultio divina eum ex improviso oppressit, & quasi captivum ducens, in acerbissimam omnium conjecit calamitatem. Nam quoniam majores luere debebat pœnas, ex Blemmiis a quibus captus erat, dimissus, Theodosio reditum illi per edicta decernente, circiter extremas oras Thebaidis, de uno loco in alium demigrans, atque ad terram collisus, finem vivendi dignum ante acta vita est consecutus, ipsoque vitæ exitu alter Arius declaratus, in quo perspicue elucet, & quasi pro certo dignoscitur, quæ merces*

*sit*

PAGIUS *suum reverteretur*: Sed sive id verum sit, sive a superbo hæresiarcha excogitatum, certum est Monasterium illud ei in pœnam vel tunc, vel paulo post assignatum, ut suo loco ostendimus. Addit *Nestorius*, quadriennio se illic commoratum postea autem edicto Imperatoris *in locum qui Oasis dicitur*, esse relegatum, ideoque hoc anno, præsertim cum rescriptum Theodosii in Antiqua versione Concilii Ephesini cap. LXXXIII. hunc titulum præferat: *Interpretatio sanctionis scripta ad Isidorum gloriosissimum Præfectum Prætorio & Consulem ordinarium.* Garnerius quidem in Præfatione ad partem II. Marii Mercatoris pag. 51. contendit, illud anno superiori emissum esse, postquam Nestorius in Monasterio suo *quadriennii spatio* moratus esset. Sed non animadvertit Vir eruditissimus *quadriennium*; & hujusmodi vocabula modo annos incompletos, modo completos designare. Lupus in Notis ad caput XXIV. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, ejusdem est cum Garnerio opinionis, additque Imperiale exilii decretum, recitatum a Baronio num. II. & seqq. quo Nestorius *in perpetuum exilium Petras* relegari jubetur, respicere primum ejus exilium, cum in secundo in Oasim deportatus fuerit.

III. *Secta Nestoriana nondum in Oriente extincta.*

Verum in utroque capite Vir doctissimus hallucinatur; cum Isidorus ante præcedentem annum Præfectus Prætorio non fuerit, & titulum decreti a compilatore additum esse, nullo argumento ostendat. Quoad exilii locum, decretum quidem habet eum *Petras* relegandum esse, sed illum postea mutatum oportet; cum ipsemet *Nestorius* apud Evagrium citatum afferat, se Oasim amandatum esse, addatque Evagrius Edicto Theodosii Nestorium loca subinde mutasse circa fines Thebaidis. Erat autem *Oasis* Marmaricæ urbs in confiniis Ægypti. Ibi adhuc vivebat, quando Socrates Historiam suam absolvit; cum lib. 7. cap. 34. scribat; *Etiamnum depositus & in exilium missus, Oasim incolit.* Nestorius, ut videre est apud Evagrium loco laudato tam lamentabiliter mala, quibus expositus erat, enarrat, ut a Theodoreto prædicatus fuerit velut sanctissimus fidei defensor. Hinc exorta Monachorum Orientalium in Nestorium propensio, & quod in Concilio Chalcedonensi coram Marciano Imp. Pulcheriaque Augusta, Patribus inclamantibus anathema Nestorio, tumultuose quidam reclamarint, virum sanctissimum anathemate percelli, ut refert Evagrius lib. 2. cap. 2. Hebed-Jesu diligens librorum Syrorum inquisitor, in suo Catalogo plures recenset, qui Syriace ejus defensionem scripsere. Denique in Synodo Diamperitana sub finem sæculi XVI. ab Alexio Menezio Archiepiscopo Goano adversus Nestorianos celebrata, dicitur Actione V. decreto I. hæc a Diacono Nestorianorum hujus temporis inter Missarum solennia recitari solita: *Commemoramus quoque Patres nostros Sanctos & veritatis Doctores Dominum & Sanctum Nestorium, S. Diodorum, S. Theodorum, S. Ephrem, S. Abraham, S. Narsisum, omnes quoque Doctores & Presbyteros veritatis cultores. Oremus, ut ipsorum orationibus, veritas pura, ac sincera doctrina quam docuerunt & professi sunt, in omni Ecclesia sancta custodiatur usque ad consummationem sæculi.* Nestorius a sua blasphemia nunquam destitit, ipsoque vitæ exitu alter Arius declara-

tus



*sit impiæ in Christum blasphemiæ proposita. Uterque enim, Arius & Nestorius, in eum similiter jecit blasphemiam, alter appellando creaturam, alter hominem tantum esse existimando:* & inferius ostendens pro miraculo, ut quem Theodosius tanto studio prosequeretur, eumdem in exilium jusserit solum vertere, ista subjecit:

VI. *Verum ne crimen* (inquit) *subeamus mendacii, ipsum Nestorium, qui nos istas res doceat in medium adducamus. Age Nestori, recita mihi quædam ad verbum ex epistola abs te ipso de his quæ jamdudum Ephesi de sanctissima religione agitabantur conscripta, & ad Præfectum Thebaidis missa: Ex Imperatoris edicto* (sunt hæc verba Nestorii) *Oasim, alio nomine Ibim appellatam, demigrare coacti sumus. Ac quibusdam deinde interpositis adjungit ista: Postquam Oasis, quam supra dixi, a barbaris capta erat, ignique & cædibus * funditus vastata; nos ab iisdem barbaris, qui nos (qua causa adducti, nescio) sunt de repente commiserati, dimissi sumus, minacibus quibusdam contestationibus ad nos perterrefaciendos adjectis, ut quamprimum e regione illa egrederemur: Nam Mazici (inquiunt) nobis abeuntibus, sunt extemplo eam occupaturi. Venimus igitur, in Thebaidem cum captivis quibusdam quos barbari ob misericordiam (quid autem voluerint, equidem non habeo dicere) nobis adduxerunt.*

* sedibus.

Nestorius Panopoli habitat.

*Postremo isti ad cara sua quisque domicilia dimissi sunt: nos autem ad Panopolim nosmetipsos propere recepimus. Verebamur namque ne quis, quoniam captivi eramus, ansam inde ad negotium nobis facessendum arripiens, vel fugitivorum crimen contra nos confingeret, vel alio quodam accusationis genere (variæ enim calumniæ hominibus malitiosis solent abunde suppetere) nos per fraudem implicare moliretur.* His Nestorius ad Præsidem scribens, fugam suam coloribus adornavit, subdit mox vero: *Quapropter vestram celsitudinem obsecramus, ut nostræ captivitatis, sicut leges postulant, curam habeatis, & ne patiamini quemquam hominem captivum veteratoribus ad perniciem dedi: ne omnis posteritas velut tragice hoc decantet, satius esse a barbaris duci captivum, quam auxilii causa ad Imperium Romanum confugere. Atque jurejurando adjecto, sic præterea ab aliis postulavit: Nobis per vos, quæso, liceat in hoc commorari domicilio, ad quod ab Oasi, cum essemus a barbaris dimissi, accessimus: ut quicquid a Deo de nobis decretum sit, id jam nobis obveniat:* hæc ex prima epistola accepta Evagrius habet: ex secunda autem ista subjungit:

VII. Nestorius cogitur sæpe mutare loca.

*Has litteras ad tuam amplitudinem a nobis perscriptas, sive ut argumentum amoris erga te mei, sive ut admonitionem a patre ad filium missam ducis, animum, quæso, attende rebus in illis explicatis, quæ sane permultæ sunt, eæque paucissimis verbis, quantum fieri poterat, a nobis comprehensæ. Oasis, quæ Ibis quoque dicitur, Nomadum multitudine in eam irruptionem faciente, jampridem penitus vastata est, & paulo post: Quæ res cum ita accidissent, tua amplitudo, nescio qua causa impulsa, aut qua arrepta occasione, jussit, ut ad regionem quamdam, Elephantinam nomine, sitam ad extremam oram provinciæ Thebaidis per milites barbaros ex Panopoli abduceremur: quo quidem manu militum, quos dixi, misere raptati sumus. Ac cum itineris longitudine essemus fracti, contritique mandatum minime scriptum illud quidem rursus a tua magnitudine accepimus, uti Panopolim reverteremur. Itaque molestiis, quæ in tanto & tam prolixo itinere nobis obtigerunt, debilitati, corpore morbo vexato, & præ senectute languido, manibus etiam & lateribus confractis, venimus denuo Panopolim; ibique adversis casibus & acerbo dolorum morsu concisi, fere animam egimus.*

*Rursum vero aliud mandatum scriptum a tua celsitudine ad nos allatum nos a Panopoli ad quoddam illius confinium traduxit. At cum nos jam finem mandatis* VIII.

*con-*

PAGIUS tus est, inquit Evagrius lib. I. cap. 7. & pluribus narrat Baronius.

IV. *In universo Patriarchatu Antiochiæ pax suscepta.*

In Synodico adversus Tragœdiam Irenæi cap. CXCVII. refertur Epistola Joannis Antiocheni ad Proclum Constantinopolitanum, quam hoc anno datam, non vero sequenti, ut putavit Lupus, indicat his verbis Joannes loquens de iis quæ in suo Patriarchatu in causa Nestorianorum gesta fuerant, postquam Paulus Emesenus Episcopus legatus pro pace, ea peracta, initio mensis Januarii anni CCCCXXXIII. in suum Patriarchatum venit: *Nos omnia quæcumque oportuit fieri, ante quatuor annos, mox ut venit ab Ægypto ter beatus Paulus, & fecimus, & egimus, & diximus.* Tum: *Cilices utrique ab anno præterito his convenientia & consona per conspicuum Tribunum Aristolaum compleverunt*, idest, pacem in Synodis Anazarbica & Tarsensi susceperunt; quod cum anno superiori contigerit, quatuor illi anni incompleti, non vero integri intelligendi. Hæc tamen Epistola anno jam provecto data, cum *Alexander* Hieropolis Episcopus die XV. mensis Aprilis, currentis anni, ut ego Synodicon cap. CLXXXIV. interpretor, Ecclesiam suam deserere coactus fuerit, & ad eum litteras dederit *Andreas* Samosatenus cum ille Episcopatu adhuc potiretur, occasione damnationis Capitulorum Theodori a Rabula factæ, quod certum est, anno superiori contigisse. Hæc itaque Epistola a Joanne scripta, postquam Theodori defensionem aperte suscepit, & Cyrillus huius Capitula anathematizanda esse voluit.

Hac

*contra nos editis statutum fore putaremus, expectaremusque Imperatorum illustrissimorum de nobis voluntatem, de improviso aliud crudele sane dabatur mandatum, ut jam quarto mulctaremur exilio. Et paulo infra: Sis, quæso, his rebus gestis contentus: satis tibi sit, tot exilia contra unum corpus decrevisse: acquiescas, amabo te, incommodis, quæ jam abs tua amplitudine accepimus. Quæstionem, quæ est exercenda de nobis (per quos oportuerat causam declaratam fuisse) quæso Imperatoribus nostris invictissimis (ut æquitas postulat) permittas. Istæ consilia a nobis ad te, tamquam a patre ad filium scripta sunt. Quod si eadem jam sicut antea graviter & iniquo animo feras; fac quod voluntas jubet, si modo vincere ratio non possit voluntatem. Ad istum modum Nestorius tam Imperatores quam eorum magistratus litteris velut pugnis, & calcibus verberare, maledictisque figere non dubitavit: neque rebus adversis, quas pertulerat, ad modestiam traductus fuit.*

IX. Miserandus Nestorii interitus.

*Ipse equidem accepi a scriptore quodam, modum quo decessit e vita, talem fuisse, nimirum ejus linguam vermibus exesam esse, sicque cum hujus vitæ miseriis ad graviora supplicia justo Dei judicio infligenda eaque sempiterna migrasse.* Hactenus de his Evagrius, quæ ab amanuensi Nestorii & ex ejus epistolis accepit. His consentientia cæteri habent: addit tamen Theodorus (*a*): Lector totum ejus corpus putredine fuisse consumptum: id ipsum affirmat quoque Cedrenus (*b*), cum lingua totum computruisse corpus:

(*a*) *Theod. in Collectan.* (*b*) *Cedren. Compend. in Theodos. Minore.*

eadem etiam tradit Nicephorus (*c*). Corrigendus tamen ex dictis Evagrius, (*d*) dum ait inferius, post mortem Nestorii subrogatum Maximianum Constantinopolitanæ sedi in locum ipsius Nestorii, ac deinde Proclum: nam vivo Nestorio, immo necdum in exilium acto, eos gubernare cœpisse Ecclesiam Constantinopolitanam, satis liquido demonstratur. Cæterum non ante præsentem annum Nestorium proscriptionem cum exilio passum esse, tum rescriptum Imperatoris datum ad Isidorum Consulem hujus anni declarat, tum etiam litteræ ipsius Nestorii fidem exploratam faciunt, utpote quæ quadriennium testentur eum in suo monasterio in pace frequentatum muneribus & honoribus transegisse: cum enim eo fuerit amandatus post Concilium Ephesinum absolutum in fine anni quadringentesimi trigesimiprimi, quatuor his additis annis habitationis in monasterio, hoc plane anno in exilium actum colliges. Quoto autem exilii anno extremum diem clauserit, haud satis exploratum habetur.

(*c*) *Nicep. li. 14. c. 26.* (*d*) *Evagr. lib. 1. c. 8.*

X.

Quod rursum ad Nestorii finem spectat: licet ista dicta nuper singillatim minime explicet Theodoretus, ut rem omnibus notam; satis sibi visus istis verbis ipsius extrema clausisse, quibus ait (*e*) *Unde quoniam turpissima & maxime ignominiosa morte perituri sunt iniqui: pontificatu per sanctos qui Ephesi congregati fuerant, divino suffragio ejectus est, & justu Imperatoris Oasim habitare damnatus, futuri impiorum supplicii illinc cœpit exordium, ut qui a sua amentia consumptus sit*

(*e*) *Theod. hæret. fabul. lib. 4. in Nestorio.*

PAGIUS V. *Undecim Provinciis Patriarchatus Antiochenus constabat.*

Hac Epistola *Joannes* Antiochenus respondet ad querimonias *Procli*, qui a Cyrillo sfabat, & cum illo Theodori Capitula damnanda esse censebat. Summarie exponit initæ pacis seriem exordiens a prima legatione *Aristolai* Tribuni & Notarii anno CCCCXXXII. susceptа; fateturque se impias, quas antea non animadverterat, *Nestorii* blasphemias, jam se perspectas habere, ejus dogmata ac personam jam solemniter anathematizasse, & cum eo omnes, qui similia docent & sapiunt, & denique hac in re solum hæc omnia non feciisse; sed etiam secum omnes sui Patriarchatus Episcopos, quod benigne interpretandum; cum nec Theodoretus, nec alii quidam Episcopi id præstiterint, nisi in Actione VIII. Chalcedonensis Concilii, vi & metu ad id compulsi. Enumerat postea *Joannes* omnes sui Patriarchatus Provincias, in quibus Nicænam fidem receptam fuisse jam dixerat, & nos docet eas undecim fuisse, nempe duas Syrias; *Paraliam*, ideſt Phœniciam maritimam, Phœniciam secundam; duas Cilicias; Arabiam; Mesopotamiam; Osrhoenam; Euphratesiam, & Isauriam, quas omnes ad novam Professionem compulit. Asserit tamen Nestorianam luem nondum plane extinctam esse in Cilicia, haud dubie in secunda, propter scilicet Mopsuestenses a Meletio paulo ante Alexandrum Hieropolitanum in exilium missо corruptos ac accensos. De

Epiſcopis Phœniciæ maritimæ hæc habet Joannes: *Hi qui ex Paralia sunt Deo amicissimi Episcopi, his consona componentes & subscribentes direxerunt.* Ubi *Paralia* nomine Lupus Cyprum intelligit; *Etenim*, inquit, *Paralia idem est quod maritima.* Verum Em. Card. Norisius in dissert. IV. de Epochis Syro-Macedonum cap. 3. docte ostendit, ibi vocem *Paraliam*, non Cyprum, sed Phœniciam primam designare; siquidem hæc ad distinctionem Phœniciæ mediterraneæ, seu ad Libanum, παραλία, ideſt, *maritima*, dicebatur. In veteri Notitia Ecclesiarum pag. 60. legitur: Επαρχίας Φοινίκης παραλίας, seu *Provincia Phœnices maritimæ*, ubi primo loco nominatur Tyrus Metropolis, dein Berytus. Itaque Joannes Antiochenus in hac Epistola nominat primo loco Episcopos *Paraliæ*, ideſt, Phœniciæ maritimæ, quibus adjungit Episcopos Phœniciæ secundæ, aliosque. Valesius in notis ad lib. 3. Evagrii cap. 33. recte quidem observat, duplicem fuisse *Phœnicen*: alteram Maritimam, quæ Græcis παράλος, seu παραλία dicebatur; alteram Libanensem nominatam, *cujus caput*, inquit, *fuit Emesa, ut docent Notitiæ veteres.* Verum Damascum fuisse Metropolim Phœnices Libanensis præter cap. 97. Synodici citati demonstrant subscriptiones Episcoporum, quæ in eodem Synodico leguntur cap. 13. *Joannes Episcopus Damasci Metropo-*



(*a*) *1. Tim. 5.* Theodoretus defenditur a calumniis.

*sit, & in se dictum Apostoli (a) completeri: Quorumdam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad judicium.* Hæc ipse: qui quidem ob pristinam, quam cum Nestorio (ut vidimus) consuetudinem habuit, infamatus cum esset, arrepta inde Nestoriani occasione, commentitias quasdam Theodoreti atque Nestorii ad invicem datas vulgavere litteras, quibus sectæ communio monstrabatur: testatur id quidem Leontius Scholasticus, ubi ait (*b*): *Sciendum & illud circumferri quasdam Theodoreti ac Nestorii epistolas, in quibus se mutuo recipiunt: sed fictitiæ sunt, & fingunt eas hæretici, ut earum ope Synodum oppugnent. Si cui vero cognoscere libet, quam gravi Nestorium Theodoretus odio prosecutus fuerit, librum ipsius Theodoreti perscriptum de Hæresi-*

(*b*) *Leont. de sect. act. 4. tom. 9. Biblioth. sanct.*

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

PAGIUS

*politanus*. Tum post plures alios Metropolitas, *Paulus Episcopus Emesæ*, post quem subscribunt varii alii Episcopi. Porro Episcopi Cypri id temporis ob impetratum ab Synodo Ephesina Privilegium autocephaliæ in favorem Episcopi Constantiæ, juri Patriarchæ Antiocheni sese subtraxerant, ac idem Constantiensis Episcopus totius insulæ Exarchum Ecclesiasticum agebat, uti exponit Lupus Tom. I. Concil. in Notis ad Synodum Ephesinam pag. 367.

VI. *Metropolitæ Tyri & Damasci Protothroni appellati.*

Joannes Antiochenus in eadem ad Proclum Epistola enumerans eos, qui paci subscripsere, ait: *Illi qui ex secunda Phœnicia venientes propter ordinationem religiosissimi Episcopi Theodori, qui tua dignus est Sanctitate, quemque te arbitror nosse, illum dico, qui est a secunda Cathedra, ideſt, Confessu, ipsi quoque subscripserunt*, quia nempe ex quo Phœnicia in duas Provincias divisa fuit, quarum una Maritima seu prima, alia Libani sive secunda dicebatur. *Tyrus* Maritimæ, *Damascus* vero alterius ad Libanum Metropoles fuere. Erat *Theodorus* secundæ Phœniciæ Metropolita, successor Joannis, qui cum Joanne Patriarcha fuerat apud Ephesum, interfuitque Concilio Chalcedonensi. Erudite explicat Lupus, cur Damasci Episcopus dicatur *a secunda Cathedra* ex Epanagnostico Basilii Imp. in Concilio Constantinopolitano IV. Act. I. pag. 979. ubi legitur: *Ab Oriente vero protothronum Antiochiæ, id est, sanctissimum Metropolitam Tyri* &c. Infra: *Definitio tomi Metropolitæ Tyri primi Sessoris, & Primatis Sedis Theopoleos Antiochiæ.* Ad eamdem Synodum *Elias* Theodosii Patriarchæ Hierosolymitani Vicarius ac Legatus dicit: *Sanctissimus Thomas Metropolita Tyri, sicut & vobis notum est, primæ Sedis existens Sedis Antiochiæ, quæ Patriarcha privata, & ipse locum tenet Sedis illius, usque dum fiat Patriarcha in eadem Sede. Ob hoc non oportuit eum deferre litteras missas ab alio aliquo: cum ipse auctoritatem & potestatem haberet in eadem Sede.* Multa etiam hac de re collegit Ducangius in Glossario mediæ & infimæ Græcitatis post mortem Lupi publicato, in voce, πρωτόθρονος. Antequam Epistolæ Casinenses, seu, ut rectius dicitur, *Synodicon adversus Irenæum*, in lucem ederentur, sciebamus quidem inter Archiepiscopos Sedi Antiochenæ subditos, *Tyrium* Metropolitam primæ Phœniciæ, primum locum obtinuisse, & in Oriente *Protothronum* appellatum esse; at hujus honoris participem etiam fuisse Metropolitam secundæ Phœniciæ, prorsus non latebat. Ignorabamus etiam Privilegium illud Sedis Tyrienſis adeo antiquum esse, & non deerant, qui existimarent hanc institutionem esse recentiorum Græcorum. Willelmus enim Tyrius lib. 14. cap. 12. hæc tantum habet: *Certum est autem quod inter tredecim Archiepiscopos, qui a diebus Apostolorum Sedi Antiochenæ subditi fuerunt, Tyrensis quidem primum locum obtinuit, ita ut in Oriente Prothronus appelletur.*

VII. *Metropoles Patriarchatui Antiocheno subjectæ.*

Quia vero plurimum refert scire *Metropoles*, quibus Patriarchatus Antiochenus hoc tempore constabat, observandum ex monumentis Ecclesiasticis liquere, *Antiochiam* Metropolim fuisse Syriæ primæ; *Apamæam* Syriæ secundæ; *Tyrum* Phœniciæ primæ, seu Paraliæ *Damascum* Phœniciæ ad Libanum, seu mediterraneæ; *Tarsum* Ciliciæ primæ, *Anazarbum* Ciliciæ secundæ; *Edessam* Osrhoenæ; *Amidam* Mesopotamiæ; *Seleuciam* Isauriæ; *Bostram* Arabiæ Petrææ, & denique *Hierapolim* Euphratesiæ seu Euphratensis. Em. Card. Norisius in Dissert. IV. de Epochis Syro-Macedonum cap. I. animadvertit, Metropolim Phœnices Libani, a Phœnice maritima disjunctam fuisse, & binas Provincias Ecclesiasticas evasisse, quo tempore Augusti civilem provinciam in duas partiti sunt. *Valens* enim Imp. ut Sancti Basilii Cæsareæ in Ponto Metropolitæ jurisdictionem Ecclesiasticam imminueret, *Cappadociam* in duas Provincias divisit, ac alterius *Thyanam* Metropolim fecit; atque Anthymus Episcopus Thyanorum Metropoliticam sibi statim potestatem arrogavit, uti patet ex Epist. 33. aliisque Gregorii Nazianzeni.

*Plures Metropoles Civiles in eo quam in aliis.*

In Diœcesi Patriarchatus Antiocheni longe plus quam aliis regionibus Provinciarum civilium numerus auctus fuit. Nam Cilicia, Syria, ac Phœnice in binas singulæ Provincias civiles partitæ fuerunt; Palæstina vero in tres; hæcque divisio videtur facta ab Arcadio; cum in lege 30. Cod. Theod. *de erogat. milit. annonæ*, data anno CDIX. eoque primo Imperii Theodosii junioris mentio sit primæ, secundæ & tertiæ Palæstinæ. Idem Card. Norisius in Dissert. II. cap. III. paragrapho I. recte notavit, *Osrhoenam* Provinciam post Constantium Augustum distingui cœpisse a Mesopotamia, cujus antea pars censebatur, quod probat ex lege Cod. Theod. 70. *de decurionibus* a Valente Imp. anno-

XI.

At sunt ipsius Theodoreti scripta plurima, quæ, nisi nimia prolixitas fatigaret lectorem, pro illius sincera fide probanda adduci in medium possent, nempe epistolæ ipsius illæ ad diversos datæ, & quidem germanæ, quibus nihil sit quod obiici penitus valeat, ut quæ inter eas primum sibi vendicat locum, epistola (*c*) ad Sporadium, qua cum auctore execrandum dogma Nestorii est insectatus; insuper aliæ complures ad diversos scriptæ, quibus rectæ fidei professionem, adversantemque ejusdem Nestorii impietati,

(*c*) *Theod. epist. 1.*

testatam, sartam tectam, confirmatam, stabilitamque reliquit, ut epistola ad Eusebium Scholasticum (*a*), alia ad Discorum, aliæ insuper ad Celerinam diaconissam, ad Eusebium Episcopum Ancyranum, ad Timotheum Episcopum, ad Andream, ad monachos Constantinopolitanos, & ad postremum duæ ad Leonem Romanum Pontificem: quibus plane omnibus ex pristina illa cum Nestorio consuetudine contractam maculam plus satis abtersit, diluit, atque purgavit. Post initam quidem pacem, junctamque cum Cyrillo & aliis Orthodoxis communicationem ipsum Nestorio addictum fuisse, nulla prorsus est mentio; sed pro Catholica fide strenue atque impigre laborasse, plurima sunt monumenta. Verum de Theodoreto sæpe dicendum inferius erit.

(*a*) *Theod. epist.* 21. 53. 101. 109. 131. 144.

Qua-

PAGIUS no CCCLXXV. data, & ex Synodo I. Constantinopolitana anno CCCLXXXI. coacta. In hac divisione, cum *Mesopotamia* inter Euphratem & Tigrim posita sit, pars quæ ad Occidentem Euphrati prætendebatur, *Osrhoena* dicta fuit; altera quam Tigris terminabat, *vetus Mesopotamia nomen* servavit.

VIII. *Tres Palæstinæ Patriarchæ Hierosolymitano subditæ.*

Ex præfata Antiochenarum Provinciarum enumeratione discimus etiam *tres Palæstinas* tunc fuisse penitus ab isto Patriarchatu divulsas, & Hierosolymitano Patriarchæ subjectas; cum illarum *Joannes* nullam mentionem faciat. Verum ab ista divisione adeo abhorrebat *Gennadius* Constantinopolitanæ Ecclesiæ Presbyter & Archimandrita, ut suo Patriarchæ Sancto *Proclo* ipsam admittenti communicare noluerit, longe minus ipsi *Juvenali*. Ipsam etiam *Cyrillo* probatam non fuisse ostendit auxilium, quod ab ipso postulavit Gennadius. Tamen *Cyrillus* pacis amantissimus ei suasit, ut dispensatorie communicaret, & occasionem magis idoneam expectaret, ne propter hoc dissidium Ecclesia lacerraretur. Sed Chalcedonensis Synodus *Juvenalis* ambitum & decretum Ephesinæ firmavit. Secundo discimus, *Arabiam* ac duas Phœnicias tunc Juvenalis manus evasisse, qui tamen hanc quæstionem iterum in Chalcedonensi Synodo proposuit, sed causa cecidit, ut in ejusdem Concilii Actis legere est.

IX. *Visigothi Pacem turbant.*

Prosper in Chronico sub hujus anni Coss. ait: *Gothi pacis placita perturbant, & plerasque municipia vicina sedibus suis occupant, Narbonensi oppido maxime infesti: quod cum diu obsidione & fame laboraret, per Litorium Comitem ab utroque periculo liberatum est.* Idacius vero anno Abrhami 2452. qui Kalend. Octobris Superioris Christi anni inchoatur, scribit, *Narbonæ obsideri cœpta per Gothos.* Tum anno Abrahami 2453. *Narbona obsidione liberatur Aetio Duce, & Magistro militum* sub quo scilicet Littorius militabat. Romanos inter & Visigothos partem Septimaniæ incolentes, jam ab annis decem & amplius pax vigebat, sed *Theodericus* regnum suum dilatare voluit, & ea occasione hæresis Ariana in Gallis magis amplificata.

X. *Burgundi ab Hunnis protriti.*

Revocandæ ad hunc annum Hunnorum de *Burgurdionibus* victoria, & *Gundicarii* horum Regis cædes, de quibus anno superiori num. XXXV. egimus. Erat tunc Hunnorum Rex Attila, qui *postquam Gundicarium Burgundionum Regem sibi occurrentem protriverat* (hoc nempe anno), *ad universas deprimendas Gallias sua sævitia relaxavit habenas*, inquit Paulus Diaconus in libello de Episcopis Metensibus, dum loquitur de gestis ab Attila anno CDLI. Hadrianus Valesius lib. 3. Rer. Francic. existimans, Paulum de re uno eodemque anno peracta verba facere, ait eum deceptum esse; cum *Attila* anno tantum CDLI. Franciam afflixerit. At Paulus non nisi ex occasione loquitur ibi de eversione Regni Burgundionum, quæ præludium quoddam fuit eorum, quæ postea in Francia agere *Attila* meditabatur. Hunc autem jam anno superiori *Hunnis* dominatum esse, ibidem videre est.



I. * *Sigisvultus.*

QUadringentesimum trigesimumseptimum Christi annum signant Consules Aetius, & Sigesvultus: * quo dira persecutio a Wandalis illata Africanam exagitavit Ecclesiam: id quidem his aggressos eos esse Consulibus, sanctus Prosper in Chronico narrat his verbis: *Genserico * Rex Vvandalorum intra habitationis suæ limites volens Catholicam fidem Ariana impietate subvertere, quosdam nostrorum Episcoporum eatenus persecutus est, ut eos privatos jure basilicarum suarum, etiam civitatibus pelleret, cum ipsorum constantia nullis superbissimi Regis terroribus cederet:* paulo vero post subdit: *Per idem tempus quatuor Hispani viri, Arcadius, Probus, Paschasius, & Eutychius, dudum apud Genserico merito sapientiæ & fidelis obsequii clari habebantur: quos Rex ut copulatores sibi faceret, in Arianam sectam transire præcepit. At illi facinus constantissime respuentes, excitato in rapidissimam iram barbaro, primum proscripti, deinde in exilium acti, tum atrocissimis cruciati suppliciis, ad postremum diversis mortibus interempti, illustri martyrio miserabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine, frater Paschasii & Eutychii, pro elegantia formæ atque ingenii admodum Regi acceptus, a professione atque amore Catholicæ fidei cum nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus, ad infamem*

* *Geiserico.* Persecutio in Africa sub Genserico.

II. *Quindecennalia Valentiniani.*

*servitutem damnatus est, nec ideo (ut apparet) interfectus, ne superata sævitia impii Regis etiam illa ætas gloriaretur.* Hactenus Prosper.

Fuerunt hi primitiæ martyrum persecutionis Wandalicæ, meritoque præ cæteris sunt laudibus celebrandi, utpote, qui aliis ad martyrium viam aperuere: quorum antesignanus Arcadius affluens divitiis, gloria sæculari conspicuus, & conjugatus erat: quæ omnia haud levia videri poterant fore ad martyrium impedimenta. Sed superavit hæc cuncta & vicit athleta Christi corroboratus ab amico carissimo, sanctissimo sacerdote, Antonino Episcopo Constantinæ civitatis, qui scribens ad eum epistolam, ipsum hortatus est, ut forti perferret animo, quæ fidei Catholicæ causa dirus tyrannus mala inferret: porro ipsa epistola redolens antiquum illum Apostolicum characterem sic se habet (*a*):

(*a*) *Extat tom.* 1. *Bibl. sanct. col.* 435.

III. Epistola Antonini Episc. Constantinæ ad Arcadium.

*Perge fidelis anima, perge, & confessor unitatis * gaude, quia pro nomine Christi pati meruisti contumeliam, sicut Apostoli cum flagellati sunt. Ecce jam serpens ille sub pedibus tuis jacet: ipse confligere potuit, sed ipse cecidit, quia te elidere non potuit. Rogo te, preme caput ejus, non surgat iste in agone martyrii, nemo te commoveat. Ecce gaudet Christus, & inspicit te: lætantur Angeli, & adjuvant te. Turba dæmonum calca-*

* Trinitatis.



ejus Consulatum recte consignet. *Sigisvultus* anno CDXXVIII. in Africam adversus Bonifacium missus, ut legitur in Chronico Prosperi, ubi cum dicatur *Comes Sigisvultus*, idem est cum eo; cui inscribitur Novella *de tyrannis & occultatoribus desertorum* lib. 1. tit. 41. an CDXL. a Valentiniano data, inscriptaque *Sigisvaldo Comiti & Magistro utriusque militiæ*. Factus est postea *Patricius*; ita enim appellatur a Constantio Presbytero in Vita Sancti Germani Autisiodorensis Episcopi lib. 2. cap. 17. cum loquitur de miraculis anno CDXLVIII. ab hoc Sancto Ravennæ patratis. *Quindecennalia* Imperii Cæsarei Valentiniani in hunc annum incidunt.

A num. I. ad XIV. *Genericus* Vandalorum Rex Arianus Orthodoxos hoc anno persequi cœpit, ut fuse Baronius prosequitur ex Prospero in Chronico, & ex Epistola *Antonini* Episcopi Con-

II. *Primæ persecutio Vandalicæ.*

PAGIUS SÆC. V. Olymp. 304. An. V. C. 1190. Anno Eræ Hisp. CCCC. LXXV. A. C. 437.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5930.

⊙ 26. C. ☽ 1. P. 11. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 437.

SIXTI III. PAPÆ 6.

THEODOSII JUN. 36. & 30.

VALENTINIANI III. IMP. 13.

I. [1] COss. *Fl. Aetius II.* & *Sigisvultus*, uterque Occidentalis. Baronius omittit notam numeralem in Consulatu Aetii referendo, sed memoriæ lapsu; cum primum & tertium

NOTÆ [1] *Coss. Fl. Aetius* II. & *Sigisvultus*. Lex IV. cod. Theod. de Decurionib. & Silentiar. *post consulatum Isidori*, & *Senatoriæ*. Prosper: *Aetio II.* & *Sigisvulto*. Marcellinus: *Aetio* & *Sigisbuldo*. Fasti Idatii: *Aetio II.* & *Sigisvuldo*. Paschasini Epistola ad S. Leonem: *A consulatu Etii iterum*, & *Sigilmildi*, librarii mendo. Prosper editus: *Aetio II.* & *Sigisvulto*. Prosper MS. *Aetio* & *Sigisvulto*, prætermissa nota secundi consulatus in *Aetio*. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Aetio iterum* & *Seguisvorto*; ac item rursus: *Aetio iterum* & *Seguerto*. His consulibus explicit Paschalis laterculus in codice Gennadii. Epistolæ IX. & X. Sixti Papæ III. *datæ XV. Kal. Januarias*: *Aetio iterum*, & *Sigisvulto Coss.*

neum tuum observat. Ne deficias, & dæmones qui nunc lugent, gaudeant. Tecum est omnis chorus martyrum præcessorum tuorum: expectant te martyres, & defendunt, & coronam extendunt. Rogo te, tene quod tenes, ne alter accipiat coronam tuam. Quantum temporis est, quo pugnaturus eris? & quantum temporis erit, quo in æternum victurus eris? Jam cœpisti, perfice. Hodie apparet, cur pateris: Dominum nihil latet: non te fallat diabolus in causa, cum tibi ingerit nebulam: hoc vult ne carissimus patiaris.

IV. *Verum, frater, habes certamen: integra est ista confessio: si mortuus fueris,* (a) Job. 1. *certus esto, martyr eris. Job (a) non attendit uxorem, & ideo vicit; non familias, non divitias, non amicos, &* b) Gen. 3. *merito superavit. Adam (b) mulierem suam plus satis dilexit, & ideo tam lacrymabiliter cecidit. Sic dicit Dominus (c): Qui* (c) Mat. 10. *non dimiserit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut familias propter me, non est meus discipulus. Quid si conditione vitæ mortuus esses; uxor te, aut familia habuit revocare? Nam quem tenuisti, ipsum attende, ipsi hære, tene eum fortiter, ne dimittas, ne respexeris retro, aut uxorem, aut divitias, aut familias. Sursum cor, perfectam inchoasti pugnam. Ipse tecum archangelus, qui cecidit dimicat, ipse tecum luctatur, sed tecum est Pater & Filius & Spiritus sanctus.*

V. *Vide ne timeas: adjuvat te, ut coro-* (d) Mach. 7. *net te. Septem filios Machabæa (d) mater pro Christo misit ad mortem: ante eam cruciabantur, & ipsa magis eos hortabatur, ut morerentur: ipsa autem post filios occisos ecce jam exultat cum filiis coronata. Respice quia in utero matris Deus te fecit: ipse tibi spiritum & animam dedit, ipse te ornavit ratione & sapientia, ipse cœlum fecit & terram & omnia quæ in eis sunt. Sic te vult suscipere pro fide morientem, ut tibi plenam exhibeat majestatem. Respice mundum; periturus est. Respice Solem, Lunam & stellas; & ipsa solvenda sunt. Conflige fortiter pro anima tua, quæ aut semper vivit, aut semper perit. Ecce dimissa sunt tibi peccata tua, & omnes iniquitates tuas Deus pro hac pugna delebit, quæcumque usque hodie committere potuisti. Audi de hac re Ezechielem dicentem (e): Quacumque die iniquus conver-* (e) Ezech. 3. *sus fuerit ab iniquitate sua, & fecerit justitiam, omnes iniquitates ejus non memorabor, ultra, dicit Dominus. Justitia tua, fides tua: quia (f) justus ex fide* (f) Rom. 1. Hebr. 10. *vivit. Tribulatio, expoliatio, exilium remissionem tibi contulit peccatorum, mors autem aperit tibi regna cælorum. Qualis eris, cum te cum Sancto Stephano videris? Qualis eris, cum Petrum, & Paulum quos rogare solebas ut patronos, habebis amicos? Christum mox tua animæ videbit, & corpus tuum erit in refrigerio resurrectionis, ut & ipsa caro videat, quod tua anima cum exierit, mox videbit.*

*Fremit diabolus, gaudet Christus. Roga, plora, posce auxilium, & mox accipies in mente solatium. Time pœnas æternas, ubi semper ardetur, ubi semper intenebris & corpus & anima cruciatur, ubi cum diabolo anima & corpus in æternum exuritur. Gehennas expaveſce, & Christum modo tene. Modo est ut aut vivas, aut pereas. Nemo te recuperabit, si in ista pugna defeceris. Et quid tibi prodest si diabolo consenseris, & mox corpus amiseris? Aut nescis quia vita corporis tui in potestate est Dei tui, qui tibi confestim auferre potest carnem, si dereliqueris fidem? Quidam Christianus, dum pro fide in equuleo torqueretur, retulit adstitisse sibi angelum splendido vultu cum linteo aqua profuso, qui ei aquam in faciem spargeret, & linteo detergeret. Donec tortus est iste, Angelus non recessit, consolans eum, & refrigerans eum. Confessor autem Christi pœnas quas sustinebat, penitus non sentiebat;* fuit hic Theodorus Antiochenus sub Juliano confessio. *Minus tormenta sentiuntur, quando pro Christo pugnatur; quia virtus animi superat dolores mundi: & cum invocata fuerit Divinitas, mitigatur tormentorum acerbitas. Ecce pro Domino* * *tentus es, & afflictus non perdes fidem, etiam si amiseris carnem. Exhibe Deo hanc perseverantiam, & ne valde times pœnam: aut enim grandis est, & cito finitur; aut levis erit, & non valde cruciabitur anima.* * homine.

*Tu autem exora, quia luctari cœpisti, nec defeciſti: martyrium inchoasti, custodi animam tuam. Adiuro te per Trinitatis unitatem, pro qua pateris mortem; serva cor tuum & confirma per Spiritum sanctum, quem in te exufflare voluisti, & quem*

VI. Propositum certamen ob oculos ponit.

VII. Victoriam gloriosam proponit.

PAGIUS Constantinæ civitatis ad Arcadium quemdam a Genserico in exilium missum. Ait Baronius n. XII. apud Gennadium auctorem illius Epistolæ, non *Antoninum* sed *Honoratum* appellari. Verum Mabillonius Tom. II. Vet. Analect. pag. 45. observat, in pervetusto MS. Codice Corbejensi Gennadii, ubi in editis legitur: *Honoratus Constantinæ Africæ civitatis Episcopus*, haberi; *Honoratus Antoninus Constantiæ civitatis Episcopus*, ubi tamen *Constantia* loco *Constantinæ* perperam legitur. Civitas est Africæ Mediterraneæ, (Circa etiam appellata) Regni hodie cognominis caput. Porro Antoninum & Constantinum unum eundemque fuisse etiam probat Ruinart in Hist. Persecutionis Vandalicæ pag. 431. & seq.



*quem in te honorasti. Conflige fortiter per puritatem baptismi, quod contemnere noluisti. Securus esto de corona, securus pugna, donec voluerit tibi Dominus terminare victoriam. Probat modo Deus animum tuum: ibi est oculus Dei, contemplatur te de hora in horam quid agas, quid cogites, quomodo pugnes, quomodo stes: firmum te viderit, gaudet & adjuvat: si infirmum, succurrit & sublevat. Tu tamen certa pro veritate usque ad mortem, & eris non solum tibi, sed & cæteris in salutem: alioquin a te Deus exiget tuam animam & alienas. Signifer es Christi, in acie primus ambulas: si tu ceciderit, ab aliorum morte non eris immunis. Hæc time: nam & si viceris, pro multorum salute pugnasti, & coronam multiplicem accepisti.*

VIII. Fidem Catholicam exemplis insinuat. *Deus unus est, Deus non potest esse minor, Deus non potest imitari. Scis ista: tene fortiter veritatem. Audi autem breviter quod præmisi: Deus unus est, Pater & Filius & Spiritus sanctus, & tamen ad solum Christum pertinet caro: nempe aliud est anima, aliud ratio, & tamen in anima est ratio: & una est anima, sed aliud anima agit, aliud ratio: anima vivit, ratio sapit: ad animam pertinet vita, ad rationem pertinet sapientia; & tamen nec anima est sine ratione, nec ratio sine anima, & cum unum sint, anima sola suscepit vitam, ratio sola suscepit sapientiam. Sic Pater & Filius licet unum sint, & unus Deus sit: tamen ad solum Christum pertinet caro, sicut ad solam rationem pertinet sapientia, licet non recedat ab anima. Ecce igitur in Sole calor & splendor in uno radio sunt, sed calor exiccat, splendor illuminat, aliud suscipit calor, aliud suscipit splendor, licet ab invicem calor & splendor non poterint separari, suscipit ergo splendor illuminationem, non fervorem; suscipit autem calor fervorem, non illuminationem.*

IX. *Aliud ergo singulariter agunt, & tamen ab invicem non recedunt, sic & Filius suscepit solus carnem, & tamen non deseruit Patrem, nec se divisit a Patre. Filius itaque suscepit carnem in proprietate, & tamen & Pater & Spiritus sanctus non defuerunt majestate. In divinitate æqualitas, in carne Filii proprietas, nec tamen ab eo Patris aut Spiritus sancti recessit divinitas. Carnem suscepit Christus; numquid a Patre aut Spiritu sancto recessit? Ergo vera est unitas. Implevit autem carnem Christi & Pater & Spiritus sanctus, sed majestate, non susceptione. Vis scire quia in eo fuit Pater? Non sum solus (*inquit (a) *Christus) sed & Pater* (a) Joan. 16. *mecum est. Audi de Spiritu sancto, quia* (b) Luc. 14. *quod cum eo erat, Evangelista (b) referat: Jesus plenus Spiritu sancto regressus ad Jordanem. Ecce solus Christus suscepit carnem, & tamen Pater & Spiritus sanctus non defuerunt majestate: si cœlum & terram implent, carnem Christi deserere non potuerunt, quando in divinitatis unitate transierunt.*

X. *Ad hanc * citharam respice: ut musicum melos sonis dulcibus reddat, tria pariter adesse videntur, ars, manus, & chorda: ars dictat, manus tangit, resonat chorda: tria operantur, sed sola chorda resonat quod auditur; nec ars, nec manus sonum reddunt, sed eum cum chorda pariter operantur: sic nec Pater, nec Spiritus sanctus suscipiunt carnem, sed tamen cum Filio pariter operantur: sonum sola chorda excipit, carnem solus Christus suscepit: operatio in tribus constat; sed quommodo pertinet ad solam chordam soni redditio, sic pertinet ad solum Christum carnis humanæ susceptio.* * hoc.

XI. Exemplo Christi ad pugnam roborat. *Hæc a parvo in grandi mœrore posito, ut quæcumque dicta sint, vix cordi meo occurrere potuerunt. Hæc est recta regula fidei: pro hac si quid tibi contigerit, martyrium perfeciſti. Christus alaphas accepit, Christus sputa aliena sustinuit, Christus felle & aceto potatus est, Christus spinis coronatus est, & inter latrones iniquos deputatus est justus, Christus lancea perforatus est, Christus mortuus est, Christus hæc pro culpa tua: quanto magis tu firmus stare debes pro anima tua, ut nemo tollat coronam tuam? Jam in stadio es, calca fortiter, ne timeas, nihil paveas, nihil penitus pertimescas; quia omnis pro te Ecclesia deprecatur, ut vincas. Expectat te Ecclesia Catholica martyrem suum, ut honorificet sicut Stephanum suum. Vide ne confundas nos in hoc sæculo. Vide ne humiles nos in conspectu adversariorum. Sustinet tecum Dominus Christus: Sustinet tecum Ecclesia. Esto securissimus de corona, non timeas penitus præterita quæcumque committere potuisti peccata.* Hucusque Antonini Episcopi epistola ad Arcadium, ut habet editio Margarini.

XII. De auctore epistolæ. Cæterum apud Gennadium (c) Gennad. de Viris illustr. c. 95. non Antoninus hic nominatur auctor qui eam scripsit epistolam, sed Honoratus, de quo his agit verbis: *Honoratus Constantinæ Africæ civitatis Episcopus scripsit ad Arcadium quemdam, qui pro confessione fidei Catholicæ in partibus Africæ a Genserico Rege missus exulabat, epistolam ad labores pro Christo ferendos hortatoriam, & exemplis præsentibus & Scripturarum relationibus roboratam, & quæ confessionis fidei perseverantia non solum præterita purget peccata, sed & meritum procuret martyrii.* Hæc Gennadius. Dici quidem posset, aliam hanc ab illa epistolam esse ad eumdem Arcadium datam, nisi & hic ejusdem Constantinæ civitatis Episcopus diceretur. Quod

XIII. Quod vero ad Arcadium ipsum pertinet; tanto classico ad prælium excitatus, in omnibus constantissimi atque fortissimi Christi militis specimen edidit, adversariumque vincendo prostravit, & ut alii post se vincerent, exemplo monstravit. Celebris est horum martyrum memoria in Ecclesia singulis annis publico præconio ubique repeti consueta Idibus Novembris. Prætermissa sunt autem ista a Victore, qui Uvandalicas clades in Numidiam aliasque illi proximas provincias illatas scribere haud admodum laboravit, rebus tantum Ecclesiæ Carthaginensis, ubi agebat, intentus; qui & post captam ipsam Carthaginem, quæ ibi contigerint, narrare aggreditur: agemus de illis igitur suo loco.

XIV. *Sub hujus quoque anni Consulibus* (inquit) Prosper *a*) *Valentinianus Augustus ad* (*a*) *Prosp. in Chron.*

PAGIUS III. *Nuptiæ Valentiniani cum Eudoxia.*

Ad num. XIV. Non solum Prosper, Marcellinus, & Cassiodorus in Chronicis; sed etiam Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. tradunt, nuptias Valentiniani Imp. cum Eudoxia filia Theodosii Imp. celebratas. Immo Auctor Chronici Alexandrini rei gestæ mensem & diem memorat, quos ex Actis publicis desumpsisse non dubitandum: *His Coss. Valentinianus Junior mense Octobri, XII. Kal. Novemb. ingressus Constantinopolim, nuptias celebravit, accepta in uxorem Eudoxia Theodosii & Eudociæ Aug. filia, mense Octob. IV. Kal. Novemb. Suscepit ex ea geminas filias Eudociam & Placidiam*, de quibus sæpius infra sermo erit. Gothofredus in Chronologia Cod. Theod. & Valesius in Notis ad lib. VII. Socratis cap. 44. contendunt, majorem fidem hac in re adhibendam esse Socrati has nuptias ad Consulatum Isidori & Senatoris anno præcedenti gestum referenti. Quod confirmat Valesius ex Jornande in lib. de success. Regnorum cap. 97. ubi postquam locutus est de stupro, quod *Honoria* cum Eugenio procuratore suo commiserat, (anno sc. CDXXXIV. uti suo loco dixi) subdit: *post hæc tertio anno Valentinianus Imp. a Roma Constantinopolim ob suscipiendam in matrimonium Eudoxiam Theodosii Principis filiam venit, datasque pro munere socero suo tota Illyria, celebratis nuptiis ad sua regna cum uxore recessit.* At Jornandes non dissentit a Prospero, aliisque ejusdem sententiæ, secundum quos is interpretandus, Scire enim non possumus, an Auctores his loquendi formulis, *anno tertio triennio post*, & similibus, annos integros vel incompletos intelligant, nisi vel ex circumstantiis, vel ex aliis Scriptoribus æqualibus eadem referentibus; & parte alia Socrates, etiam quando res a se narratas nota Consulari consignat, sæpius errat quam Prosper; præterquam quod Auctor Chronici Alexandrini rem ex Actis publicis descripsit. Porro quod ait Jornandes de tota Illyria a Valentiniano remissa Theodosio, confirmatur a Cassiodoro lib. XI. Epist. I. qui de Valentiniano prodit: *Nurum sibi amissione Illyrici comparavit, factaque est conjunctio regnantis, divisio dolenda provinciis.* Divisum fuerat Illyrium in Orientale & Occidentale a Gratiano anno CCCLXXIX. quando Theodosium Magnum in consortium imperii adscivit, ut anno CCCLXXX. n. V. & seq. ostendi. Quare post annos LVIII. ad pristinam formam rediit.

IV. *Post divisionem Illyrici Pontifices Romani jus suum in illud retinuere.*

Pontifices Romani post istam donationem jus suum retinuere in omnes Illyrici Ecclesias usque ad Leonem Isaurum, qui increpitus a Gregorio III. quod usum Imaginum in templis abrogasset, & confringi jussisset, Provinciarum quæ a Sicilia usque ad Thraciam per Illyricum, Epirum, Achajam & Macedoniam porrigebantur, administrationem ab Ecclesia Romana avulsit, & Constantinopolitanæ tribuit. Sixtus anno currenti scripsit *universis Episcopis Synodo apud Thessalonicam congregandis* ut videre est in Collectione Holsteniana, prohibuitque, ne invito vel inscio Anastasio Episcopo Thessalonicensi, Rufi successore ullus auderet aliquem ordinare: Epistola data est *XV. Kal. Januarias, Aetio iterum & Segisvulto Coss.* Eadem diem ad Proclum Episcopum Constantinopolitanum scripsit: *Illyricana omnes Ecclesiæ, ut a decessoribus nostris accepimus, & nos quoque focimus ad curam nunc pertinent Thessalonicensis Antistitis; ut sua solicitudine, si qua inter fratres nascantur, ut assolent, actiones, distinguat atque definiat, & ad eum quidquid a singulis Sacerdotibus agitur, referatur.* Balsamo in Commentariis ad Synodum in Trullo pag. 359. tradit, Thessalonicenses Episcopos olim fuisse legatos Episcopi Romani, & hunc jus habere dicit constituendi Legatos in Patriarchatu Constantinopolitano, Episcopos autem ordinandi negat Episcopum Romanum habere. Verum hallucinatur; Provinciæ enim illæ, quæ tunc cum scribebat *Balsamo*, erant sub Patriarcha Constantinopolitano, antea fuerant sub dispositione Episcopi Romani, ut suis locis magis videbitur. Scriptor autem iste vixit sub finem sæculi duodecimi.

V. *Bagaudæ grassantur in Galliis.*

*Bagaudæ* per hæc tempora Gallias valde afflixere. Pseudo-Prosper enim in Chronico Imperiali ad annum XII. Theodosii post Honorium Imperantis ait: *Gallia ulterior Tibatonem principem rebellionis secuta a Romana societate discessit: a quo tracto initio, omnia pene Galliarum servitia in Bagaudam conspiravere.* Tum anno XIII. Theodosii narrat eversionem Regni Burgundici, & anno XIV. ejusdem Imperatoris subdit: *Capto Tibatone, & exteris seditionis partim principibus vinctis, partim necatis, Bagaudarum commotio conquievit*, hoc scilicet Christi anno; cum Pseudo-Prosper anno sequenti referat promulgationem Codicis Theodosiani, quæ eo revera peracta est. Magistratus Romani per tot irruptionum damna, provincialium attritis opibus & vectigalibus ita exsanguem plebem male habebant, ut multi etiam Gallorum, & non obscuris natalibus editi quærerent apud Barbaros humanitatem, quod Romanorum barbaram inhumanitatem ferre non possent. Omnibus præivit *Tibato*, qui tandem rapinis latrociniisque cuncta reddidit infesta. Hæc factio *Bagaudarum* nomen, ut alia quondam sub Galerio Maximiano, de quo anno CCLXXXV. locuti sumus, iisdem de causis assumsit. Sub Diocletiano enim & Maximiano similium factiosorum & rebellium hominum cohortem cœpisse, auctor est Orosius lib. 7. cap. 25. Pseudo-Prosper citatus *ulterioris Galliæ* nomine eam Galliæ partem intelligit, quæ ultra Rhodanum sita est ex dicendis anno CCCCXL. num. IV.

VI. Salvianus Presbyter Massiliensis lib. 5. de Gubernat. motus Bagaudarum, qui hoc & duobus superioribus annis contigere, ad inexplebilem Judicum avaritiam his verbis refert: *De Bagaudis*



*ad Theodosium Principem Constantinopolim proficiscitur, filiamque ejus in matrimonium accipit*: eadem Marcellinus, qui addit: *Eaque sibi nupta, apud Thessalonicam, Italiam repetens, hiemavit:* Sequenti vero (ut subdit) cum Eudoxia uxore Ravennam ingressus est. Eadem habet Socrates (*a*): sed quod ad tempus spectat, ab utroque discrepans, id factum affirmat sub Consulatu Isidori ac Senatoris, anno videlicet superiori. (*a*) *Socr. l. 7. c. 43.*

Chri-

PAGIUS *Eorum motus avaritia magistratuum attribuit Salvianus.*

*dis nunc mihi sermo est, qui per malos Judices & cruentos spoliati, afflicti, necati, postquam jus Romanæ libertatis amiserant, etiam honorem Romani nominis perdiderunt. Et imputatur his infelicitas sua; imputamus his nomen calamitatis suæ; imputamus nomen, quod ipsi fecimus. Et vocamus rebelles, vocamus perditos, quos esse comperimus criminosos. Quibus enim aliis rebus Bagauda facti sunt, nisi iniquitatibus nostris? Nisi improbitatibus Judicum? Nisi eorum proscriptionibus & rapinis, qui exactionis publicæ nomen, in quæstus proprii emolumenta verterant; & indictiones tributarias prædas suas esse fecerunt? Qui in similitudinem immanium bestiarum, non rexerunt traditos sibi, sed devorarunt: nec spoliis tantum hominum, ut plerique latrones solent, sed laceratione etiam, &, ut ita dicam, sanguine pascebantur? Ac sic actum est, ut latrociniis Judicum strangulati homines & necati, inciperent esse quasi Barbari, quia non permittebantur esse Romani. Acquieverunt enim esse, quod non erant: quia non permittebantur esse quod fuerant: coactique sunt saltem vitam defendere quia jam libertatem videbant se penitus perdidisse.*

VII. *Hunni in Gallias irrumpunt.*

Prosper sub hujus anni Coss. scribit: *Bellum adversus Gothos Chunis auxiliantibus geritur.* Est hæc quarta in Gallias Hunnorum irruptio, de qua agit Baronius anno CDLI. n. XLV. & seq. ubi eam confundit cum Attiliana, quæ sexta fuit. Clades *Vasatensis* civitatis ad hunc Hunnorum adventum, annumque sequentem referenda, ut anno CDLI. ostendemus.

I. Translatio S. Joannis Chrysostomi.

CHristi anno quadringentesimo trigesimooctavo, Theodosio Augusto decimumsextum & Fausto Consulibus, sexto Kal. Februarii venerandum corpus S. Joannis Chrysostomi Comanis celebri pompa translatum est Constantinopolim. Quanam autem prævia occasione id factum sit, & quo auctore, sunt cuncta dilucidius explicanda.

II. (a) Socr. l. 7. c. 44.

Quod in primis ad tempus spectat; id hoc anno accidisse, Socrates (a), Marcellinus in Chronico, & alii tradunt. Accidit autem, ut cum Proclus Episcopus Constantinopoli anniversaria die transitus S. Joannis Chrysostomi, ex more, panegyricam ad populum orationem haberet, ita universi Christi fideles Joannis amore incaluerint, ut acclamationibus indesinentibus inter concionandum, Proclum pulsare aggressi, concionem ad finem perduci minime siverint, petentes reddi sibi Joannem, sacrasque ejus reliquias Constantinopolim trasferendas. Nacti sumus partem illam concionis, quam tum Proclus ad populum habuit, recitari in Ecclesia solitam die translationis ipsius. Inter veteres enim codices, quos antiquitas Lectionaria nominabat, in quinto horum tomo qui apud nos sunt, invenimus dictam Procli orationem, sed depravatam satis & nimia vetustate pene consumptam, quam tibi (ut licuit) emendatam hic reddendam putavimus, rati fore tibi cariorem, quod nec apud Græcos (quod sciam) neque Latinos edita habeatur. Accipe eam:

III. Oratio Procli in natali sancti Joannis Chrysostomi.

*Certe gratias Deo, fratres carissimi, modo inenarrabili, quod in domo ejus, in qua sacra intonuit tuba (nempe Joannes) pacifice agitur, & sine præliis; in qua suavissime sacra modulata est lyra, & audientium spirituale repletur spectaculum; in qua Evangelica invaluit arundo, & floribus Orthodoxiæ portus impletur. Est facta Joannis memoria omnibus civibus rete, sic ut rectos fidei trahat: non enim sic pisces trahit piscatorum rete, sicut rectos fide trahit Joannis solemnitas. O gratiam *, finem, & locum, & tempus vincentem! tempus enim superavit amor, finem autem invicta vicit memoria: locus quidem non clausit sacerdotis miracula: sed in Ponto jacet, & in orbe terrarum laudatur, & longa manus ostentans vos, clamat: Opus meum vos estis in Domino. Iterum Joannes in verbis pretiosæ prædicationis margarita, Scripturæ impollutæ a Deo inspiratæ bibliotheca, divinus thesaurus intelligentiæ, studiosis manibus adversus Imperialem avaritiam falx acutissima, vehemens diluvium hæreticorum; qui non blandientem potentiam, vel odio dehac*

* Joannem.

---

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hisp. CCCC-LXXVI. A. C. 438.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5931.

☉ 27. B. ☽ 2. P. 27. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 438.

SIXTI III. PAPÆ 7.

THEODOSII JUN. 37. & 31.

VALENTINIANI III. IMP. 14.

Sumtus hic a Theodosio Consulatus propter septima Quinquennalia Imperii post patris mortem initi, ut liquet ex ejus Tricennalibus. Hæc septima Quinquennalia celeberrima reddidit Codicis Theodosiani promulgatio, de qua anno CDXXXV.

A num. I. ad XIII. fuse agit Baronius de Translatione Reliquiarum Sancti Joannis Chrysostomi *Comanis*, ubi vir sanctus in exilio obierat, Constantinopolim, facta, ut tradit Socrates lib. 6. cap. 44. sub hujus anni Coss. *VI. Kalend. Feb.* seu die XXVII. mensis Jannarii, quo etiamnum ejus Natale in Ecclesia Romana celebratur. Verum cum is dies hoc anno in feriam quintam inciderit, ea Translatio extra ordinem facta, quoad diem, sed non quoad annum; ut enim sæpius diximus, Translationes Sanctorum, dedicationes Ecclesiarum, & alia id genus annis decennalibus & hujusmodi solemniis destinatis de more fiebant.

II. Translatio reliquiarum S. Chrysostomi.

I. Septimæ Quinquennalia Theodosii.

(1) COSS. *Theodosius* Aug. XVI. & *Anicius Acilius Glabrio Faustus*, in Occidente creatus, ut docet inscriptio ab Onuphrio in Fastis relata, in qua & dicitur *Præfectus Urbis* sub Valentiniano III. Urbis scilicet Romanæ, quam dignitatem obtinebat anno CDXXV. ut liquet ex lege 62. Cod. Theod. *de hæreticis*.

---

NOTÆ [1] COSS. *Theodosius Aug.* XVI. & *Anicius Acilius Glabrio Faustus*. Reinesius pag. 899. Extat inter inscriptiones basilicæ S. Pauli num. 229.

REQVIEVIT. DIE. NONAS. OCTOBRES. CONS. D. N. THEODOSI. AVG. XIV. ET FAVSTI. V. C.

Relandus postremum *Fausti* nomen retinet, cæteris omissis. Prosper editus & MS. *Theodosio* XVI. & *Fausto*. Fasti Idatii, & Marcellinus: *Theodosio* XVI. & *Fausto*.



*bacchantem pertimuit (sicut Joseph) Ægyptiam.*

IV. Laudes Jo. Chrysostomi.

*Sed paveo minorem laudibus navem magnas res gestantem mergendam attonitus; nullus enim digne laudabit Joannem, dum non est alius Joannes: sicut enim undarum frequentia, ita innumerabilis inundantium multitudo, & laborantium industria & fortitudo & magisteriis piis inundant & currunt. In eo libertatis splendescunt radii, quorum alio Sol Deitatis conclarescit, alio emundatio fit Orthodoxorum, alio idolorum perditio innotuit, alio erroris emendatio, alio synagogæ nuditate ædificia splendent, alio mores, alio e cælis coronæ fulgent gratiæ. O sacerdos, cujus tantum industriæ lucrum, quantum aeris suavissimi odore: o nomen non negans acta; o cognomen reddens speciem actæ vitæ: o lingua ipsis cælis altior: o magister Evangelica tonitrua temperans. Joannes ille, Joannes iste: ille prædicator, iste tuba: ille inconcussus, iste sine servitute: ille sine sectis, iste singularis: ille virgo, iste castitatis defensor: ille in eremo baptizans, iste in civitate retia mittens: ille corripiebat adulterantem, iste corripiebat raptores: ille capite amputatus est, iste eamdem constantiam præseferre non dubitavit: ille in carcere inclusus est, iste in exilio deportatus: sunt huic multiplicata certamina, propter hoc multæ & coronæ.*

V. * fugavit. Res gestæ a Joanne Chrysost. summatim collectæ.

*Joannes cum beatissimo Paulo nunc clamat: Bonus odor Christi sumus. Omnem locum omni liberavit errore: In Epheso artem Midæ nudavit *: In Phrygia Matrem quæ deorum dicebatur, sine filiis fecit. In Cæsarea publica meretricia honoris vacua spoliavit: In Syria Deum impugnantes synagogas evacuavit: In Perside verbum pietatis seminavit. Ubique Orthodoxæ fidei radices posuit. Mundum Dei notitia lingua replevit: libros conscripsit, retia salutis expandit: Cum Joanne de paterno Verbo theologizavit: cum Petro piam confessionem fundavit: cum Paulo propter fidem sudores effudit: cum piscatoribus Orthodoxiæ rete deduxit. O Joannes, tua quidem vita anxia, mors autem gloriosa, sepulcrum vero beatum, merces autem copiosa.* Hucusque Proclo perducere licuit orationem fine carentem, acclamationum jugibus tonitruis interruptam populi astantis & instantis sibi Joannem reddi: cum Proclus ex more illa tantum apponens verba: *Gratia & misericordia Domini nostri Jesu Christi cum Deo Patre & Spiritu sancto, gloria, potestas, & magnificentia in sæcula sæculorum*, finem imposuit orationi clamoribus populi interceptæ.

VI. (a) Marc. 15.

His percitus Proclus acclamationibus populi, instar (a) Nicodemi, abiens ad Theodosium, audacter petiit corpus Joannis. Permotum quidem Proclum hisce clamoribus populi, ab Imperatore petiisse transferri debere Joannis venerandum corpus, Cosmas Vestiarius ea oratione quam habuit de translatione ipsius, ostendit, necnon Nicephorus (b), atque alii. Curasse autem id Proclum propter unionem eorum qui ex parte Joannis erant, Socrates narrat his verbis (c): *Exiguo* (inquit) *tempore post Proclus Episcopus eos qui propter Joannis abdicationem separatim conventus agebant, cum cæteris in concordiam reduxit, & prudentia eorum animos offensos permulsit. Sed qua ratione illud effecerit, dicam. Corpus Joannis Comanis sepultum, ubi Imperatori eam rem persuaserat, trigesimoquinto anno post ejus abdicationem Constantinopolim transferendum curavit, quod cum multo honore, & splendida pompa publice celebrata, in ecclesia Apostolorum condidit. Hac re igitur, qui propter Joannem conventus seorsum faciebant, ad Ecclesiæ concordiam reconciliati sunt: quod factum est ad decimumsextum Consulatum Imperatoris Theodosii sexto Kal. Febr.* Hæc Socrates: qui cum hic & paulo inferius trigintaquinque annos numeret post abdicationem ipsius, manifestum est eum numerare a priori expulsione, quæ contigit anno Domini quadringentesimo tertio. Meminit de eadem translatione Theodorus Lector (d), sed ante omnes Theodoretus (e) rem paucis attingens, narraturus (ut puto) rem gestam uberius, si ad hæc tempora suam historiam perduxisset.

Proclus agit cum Imperatore de translatione Joannis Chrysostomi.

(b) Nicep. l. 14. c. 45.
(c) Socr. l. 7. c. 44.
(d) Theod. Lector in Collect. l. 2. in fin.
(e) Theod. l. 5. c. 36.

VII.

Cæterum ut res se habuerit, qui exacte eam recenseat invenimus Cosmam Vestiarium, qui luculenta habita oratione de eadem translatione, quæ gesta fuerint exacte recenset: invenimus (f) ejus orationem encomiasticam conjunctam Procli orationi, quam recitavimus. Ubi inter alia ad persuadendum id Theodosio, eo potissimum usus est argumento, nimirum quod minime pati deberet patrem suum, nempe Chrysostomum, qui eum per baptismum genuisset in Christo & elatum de fonte instar Simeonis gestasset in ulnis, ac Christiana religione imbuisset, eumdem parentum suorum culpa cum viventem expulsum, tum mortuum extra suam Ecclesiam habere sepulcrum: fore enim opus pietate dignum, si pie functi viri sacrum cadaver restituat postliminio; sic namque bene consuli animabus ipsorum, si patratum ab eis facinus ipse sic expiaret. His Theodosium persuasum refert, selectosque viros ex Senatoribus ad opus perficiendum legasse Comanam in Ponto civitatem: quibus in mandatis dedisse, ut solemnissima pompa venerandum Joannis corpus inde sublatum, choris psal-

(f) In notat. Bibl. to. 5. Vit. Sanct.

Cosmæ Vestiarii oratio de translatione Joannis Chrysostomi.

lentium sacrorum ministrorum comitantibus, accensis cereis de loco in locum, quam religiosissime ac gloriosissime avehendum curarent.

VIII. Corpus Jo. Chrysostomi immobile.

Accidisse autem idem Cosmas Vestiarius tradit, cum Senatores Comanam pervenissent, & litteras Imperatoris quibus translatio jubebatur, Episcopo & civibus aperuissent, perveniissentque ad locum ubi in theca argentea Joannis sacra pignora asservabantur; inde ea auferre & deferre conantibus, minime resistente numine, concessum fuisse, ipso nimirum sacro corpore instar silicis loco inhærescente, & immobile permanente. Facto autem sæpe periculo, reque sæpius frustra tentata; ut ea omnia quæ accidissent, Theodosio litteris significarent, consilium iniere. Quæ cum ipse Imperator Theodosius accepisset, adhibitis Proclo & aliis sanctissimis viris, quid esset opus facto, sententias ipsorum rogans ipse quid sibi visum esset aperuit; nimirum ut ad Joannem ipsum tamquam viventem litteras daret, supplicis instar libelli, quibus eum, de admissis in ipsum peccatis a parentibus veniam petens, rogaret humillimis precibus, ut Constantinopolim redire, suamque sedem pristinam capessere dignaretur. Patefacta itaque Imperatoris sententia, ab omnibus æque probata atque laudata fuit. Recitat idem Cosmas litteras, a quibus puto etiam Nicephorum exscripsisse: sunt autem hujusmodi:

IX. Epistola Theodosii Augusti ad Jo. Chrysostomum.

*Orbis totius Doctori & spirituali parenti, sancto Joanni Chrysostomo Theodosius Imperator.*

*Corpus tuum, ut aliorum defunctorum, examine esse putantes, pater venerande, illud e tumulo transferri & ad nos deduci, sicut filii patris amantes, desideravimus. Ad quod præstandum, cum debitum impendissemus honorem, quantam valuimus animi demissionem atque modestiam, ut par erat, exhibuissemus: ut tamen quod in optatis erat, minime consequi digni essemus, Imperatorius fortasse fastus, quo sæcularia gubernamus & religiosa præsumpsimus, fuit impedimento. Quocirca rogamus te patrem, patrem vere reverendissimum (te enim ipsum perinde ac viventem alloquimur) ut annuas cœptis nostris; & qui pœnitentiam alios docuisti, & nostrum conatum superasti, pœnitentibus veniam impertiri digneris; nobisque te magno animi ardore expetentibus, & humili confessione peccata nostra accusantibus reddere te ipsum minime detrectare amplius velis, neque longiore cunctatione dilationeque nos crucies: quod neque commiserationis id dignum tuæ, neque amoris nostri & expectationis æquasit compensatio: quippe quibus non corpus & cineres tantum tuos, sed & ipsam tuam ummet*

X.

*bram oculis contemplari, magnopere in optatis sit.* Hactenus litteræ, alia tamen apud Nicephorum translatione redditæ.

Cum autem has ab Imperatore legati Senatores litteras accepissent, quas Sacram vocant, eas (ut par erat) magna veneratione super pectus Joannis corporis collocavere; indictoque pervigilio, assiduis Deum rogavere precibus, ut hoc ipsum præstaret, quod humillimis votis religiosissimus exposceret Imperator, redderetque saltem defunctum Joannem Constantinopoli, quem ut majoribus augeret coronis, exulare atque exulem tandem mori permiserat. Peractis precibus, res tentatur, reperiturque ex voto Joannis corpus mobile: tollitur sacra sarcina humeris sacerdotum, præcedentibus ac præcinentibus clericis atque monachis, undique confluentibus incensas faces gestantibus, qui sequebantur, & præcedebant, populis: sicque de loco in locum, Chalcedonem tandem delatum est venerandum sepulcrum, sacrum corpus intus inclusum habens. Quomodo autem Constantinopolim perlatum sit, quæ Cosmas longiori prosecutus est oratione, Nicephorus (*a*) eadem summatim complexa ita recenset:

(*a*) *Nicep. l. 14. c. 43.*

XI. Corpus Jo. Chrysostomi transfertur Chalcedonem.

*Postquam autem itinere confecto in litus ex adverso Constantinopoli ad Chalcedonem cum reliquiis sancti viri pervenere, transiit eo Imperator, & Senatus Imperatorius; transiit etiam Patriarcha, & Judices, Magistratusque omnes, & deinde homines generis & ætatis omnis, per fretum in mare perinde atque in continente vadantes: & ad Propontidem, os Bosphori ardentibus funalibus tegentes, sacrum tumulum Imperatoria triremis excepit. Tum sane miraculum quoddam edidit Deus, prodigiis quæ umquam visa sunt, longe majus. Cum enim certa & constans esset in mari tranquillitas, repentina subito exorta est procella, & naves innumerabilis illius classis aliæ alio diversæ saluti suæ consulentes disperse sunt. Ea autem quæ sacrum illud pondus & præclarum thesaurum vehebat Imperatoris triremis, funibus de repente ruptis, veluti divina gubernata manu, ad viduæ agrum appulit, viduæ inquam illius, propter quam sponsa Christi Ecclesia pastore tanto viduata fuerat; & rursum post mortem quoque justo judicio legitimam illetulit sententiam, agrum viduæ auctoritate sua attribuens atque confirmans, Deo nimirum magnum illum glorificante, & iniquum exilium ejus aperte prædicante. Et quoad ejus fieri potuit, petram navis discidit: quod miraculum hodie quoque cernitur, & egregii illius viri ardorem eximium quovis præcone clarius attestatur. Hoc ubi factum est, serenitas rursum advenit; & naves aliæ aliunde collectæ cum apparatu & comitatu maximæ*

Navis absque remigio delata ad agrum viduæ.



*mo, carminibusque debitis virum sanctum perducentes, in urbem imperantem deportarunt. Eumque primum circa Amantium magni Thomæ templum excepit, inde vero ad ecclesiam sanctæ Irenes delatus: porro postea Imperiali curru sepulcrum evectum in sanctorum Apostolorum templum illatum est.*

XII. Theodosius orat pro parentibus.

*Ibi Imperator sacro tumulo chlamyde tecto, & fronte atque oculis urnæ impositis, communem supplex precationem pro parentibus fecit. Dudum enim illi mortui fuerant, in pupillari ætate eum tenerum adhuc relinquentes. Seorsum vero pro matre quoque precatus est, ut tumuli ejus motus atque strepitus consisteret: triginta enim & quinque * annos jam is quatiebatur, quo tempore scilicet & ipsa Ecclesiam concutiebat. Nec ille id non exoravit: confestim namque urna ejus constitit. Atque ubi sacer Proclus virum sanctum in eumdem secum thronum collocavit, plebs circumfusa uno ore exclamavit: Recipe, inquiens, thronum tuum, o pater. Fertur ipse quoque tum, quæ dudum clausa fuerant, labiis rursum apertis, ad populum dixisse: Pax vobis: sicuti id circumstantes homines & Proclus Patriarcha se audisse testati sunt. Porro sacris mysteriis peractis ad reliquiarum ejus repositionem itum est, & Episcoporum manibus magnus Antistes ad basim sacræ divinæque mensæ, veluti sacer & inviolabilis thesaurus conditus est, Episcopis Episcopus, martyribus quamvis sine sanguine martyr, Prophetis Christi, & Apostolis magna atque aurea Ecclesiæ Christi tuba, omnes omnium aures personans, & pia dogmata, & præcepta clare musicis plane modulis occinens. Factum id vi-*

* duo.

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

*gesimo septimo mensis Januarii die. Ingenti autem facinore isto illi etiam qui propter ipsum secesserant, persuasi, Ecclesiæ omnes conjuncti atque uniti sunt.* Hactenus Nicephorus: habet illud amplius Cosmas in sua oratione, eodem Joannis corpore in throno considente, universum populum candidi cerei oblatione ipsum adiisse, ac salutasse, atque tamquam viventi in cerei oblatione obsequium exhibuisse. Jam olim ipse sanctus ex Cucuso exul scribens ad Olympiadem (*a*) juniorem viduam, prædixerat fore ut ipse rediret Constantinopolim: quod tandem, licet non ut illa putabat, impletum est.

(*a*) *Chrys. epist. 2.*

XIII. De S. Ignatii posteriori translatione.

Subdit autem his Nicephorus (*b*), hoc eodem tempore translationem esse factam S. Ignatii Episcopi Antiocheni, & martyris Roma Antiochiam: sed quomodo verum id, si Hieronymi (*c*) testificatione jam suo tempore Ignatii venerandum corpus erat translatum, & in suburbiis Antiochiæ extra portam Daphniticam collocatum? quæ translatio (ut quæque antiqua testantur Martyrologia (ab Ecclesia Catholica anniversaria memoria repeti consuevit decimosexto Kalen. Januarii, de qua extat S. Joannis Chrysostomi nobilis oratio, & de ea superius mentio facta est. Videtur autem secunda hæc fuisse translatio, quando (ut ait Evagrius *d*) Theodosius Imperator e priori loco sepulturæ ipsius, in Fortunæ templum solemni apparatu transferri jussit: cujus translationis diem Antiochiæ esse quolibet anno solemnem, & a Gregorio Episcopo cultu celebriori auctam, idem quoque testatur Evagrius.

(*b*) *Nicep. li. 14. c. 45.*
(*c*) *Hier. de Script. Eccl. in Ignatio.*
(*d*) *Evagr. li. 1. c. 16.*

XIV.

Sub Proclo etiam Constantinopolitano (quoto autem anno sedis ejus, nesci-



PAGIUS III. *Translatio reliquiarum S. Ignatii Martyris.*

Ad num. XIII. Translatio Reliquiarum Sancti *Ignatii* Martyris, Episcopi Antiocheni, facta quidem Theodosio Jun. imperante, ut testatur Evagrius lib. 1. cap. 16. Sed hujus Auctoris verba non bene interpunctionibus distincta, primo Nicephorum lib. 14. cap. 45. ac postea Christophorsonum, aliosque in errorem induxere. Quare ea sic cum Valesio legenda: *Cum robustiora ejus* (nempe Ignatii) *ossa quæ superfuerant, Antiochiam deportata, & in cœmeterio collocata fuissent, multis post annis translatus est: cum Deus Optimus Maximus Theodosio id suggessisset, ut Deiferum Martyrem majori honore afficeret, utque templum ja mpridem damoniis consecratum, quod incolæ Tychæum nominabant, fortissimo victori ac Martyri dedicaret.* Unde duæ Translationes Reliquiarum S. Ignatii distinguendæ; de priori agit Baronius anno CX. num. VII. tuncque hæ Reliquiæ Roma Antiochiam sunt translatæ. De ea est Homilia Sancti Chrysostomo XLII. Tom. III. *Cum igitur* inquit, *illic* (nempe Romæ) *vitam posuisset, imo vero in cœlum profectus esset, reversus est deinceps coronatus.* Altera Reliquiarum S. Ignatii Translatio contigit, quando eæ solemni pompa invectæ sunt in *templum Tychæum*, illudque ejus memoriæ sacratum. Sed Nicephorus perperam scripsit, eas Theodosii Jun. temporibus Roma Constantinopolim perlatas fuisse, & jussu ejusdem Imperatoris Antiochiam deportatas, illic in cœmeterio esse depositas. Diu enim ante Theodosii Jun. Principatum hæ reliquiæ depositæ erant in cœmeterio urbis Antiochiæ, & Theodosius hoc anno ex cœmeterio, quod erat extra portas urbis Antiochiæ, eas in Urbem deportavit. Hieronymus enim in lib. de Script. Eccles. de Ignatio scribit: *Reliquiæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam in cœmeterio.* Hieronymus autem sub finem superioris sæculi librum illum scripsit. Legendus Henschenius in Vita Sancti Ignatii ad diem I. Februarii.

IV. *Inventio XL. Martyrum Sebastiæ passorum.*

Ad num. XIV. Annum Inventionis Reliquiarum *Sanctorum quadragintæ Martyrum*, qui Licinio imperante Martyrium fecere, docet nos Auctor Chronici Alexand. qui ad annum CDLI. seu ad Consulatum Marciani Augusti & Adelphii scribit: *Pulcheria Marciani Imperatoris conjux sanctorum quadragintæ Martyrum Sebastiæ passorum, per visum Reliquias invenit conditas in ade S. Thyrsi prope ambonem, quibus templum extruxit extra muros Troadenses Cæsarius Consul & Præfectus.* Cæsarius iste ille est, qui anno CCCXCVII. Consulatum & Præfecturam Prætorianam gessit, quod in dubium

De inventione reliquiarum SS. quadraginta martyrum.

tur) facta eſt revelatio in ſuburbio Conſtantinopolis reliquiarum ſanctorum Quadraginta martyrum, quo ſub Licinio Imperatore Sebaſte in Armenia paſſos diximus: quomodo vero eæ, S. Pulcheriæ revelante Sancto Thyrſo martyre, inventæ ſunt, Sozomenus pluribus narrat: cui ſe inventioni interfuiſſe commemorat, locellumque tradit foramen in medio habuiſſe, per quod ſolerent ipſæ ſacræ reliquiæ tangi: quod quidem moris fuiſſe etiam in Occidente, alibi diximus, dum de Apoſtoli Petri ſepulcro habuimus mentionem, acturi de his alia rurſus occaſione inferius ſuo tempore. Ait igitur hæc poſt multa Sozomenus (*a*): *Ipſum porro loculi tegmen velut in menſam ſacram fabrefactum erat. In ſummo autem, ubi martyres jacebant, exiguum foramen apparebat. Aſtans autem quidam de familia Imperatoris, tenuem virgulam, quam forte habebat, per foramen immiſit, & extractam naribus admovit, & unguentum fragrantiſſimum olfecit; ex quo ſtatim tum laborantibus, tum aſtantibus bona ſpes ſuborta fuit.*

(*a*) Sozom. li. 9. c. 2.

XV. *Itaque cum locellum avide aperuiſſent. Euſebiam inveniunt* (quæ ſe ſepeliri in eodem ſepulcro juſſerat, in quo & dictas martyrum reliquias ſeorſum poſuerat) *illud vero quod ad caput ejus imminebat in arca foramen celatum, proprio intus tegebatur operculo, & utrinque ei ad labra circumdatum, plumbo conglutinatum ferrum ipſum continebat. In medio rurſus foramen iſtud apparens, etiam nunc manifeſtius declarabat intus haberi martyres* (en habes in loculo martyrum ſecundum foramen.) *Hæc ubi annunciata eſſent, e veſtigio accurrunt Imperator, & Epiſcopus ad martyrium* (quod nos dicimus Confeſſionem.) *Tum ſolutis per artifices ferreis illis vinculis, confeſtim ſine negotio operculum illud extractum fuit: ſub hoc autem multa unguenta, & in his pixides duæ argenteæ repertæ ſunt, in quibus ſanctæ reliquiæ jacebant. Tunc igitur Imperatrix Deo preces gratulatorias fundebat, quod ſe tanta revelatione dignatus eſſet, tum quod ſanctarum reliquiarum inventionem aſſecuta eſſet. Poſt hæc pretioſiſſima theca martyres honoratos intra venerabilem Thyrſi Eccleſiam compoſuit, publica feſtivitate (ut æquum erat) cum debito honore ac pompa ac Pſalmodiis celebrata, cui & ego ipſe interfui.* Hæc Sozomenus.

XVI. Hoc inſuper ipſo anno, qui ſequens eſt ab Eudoxiæ nuptiis, Eudocia mater peregrinata eſt Hieroſolymam voti ſolvendi cauſa, ut Socrates tradit his verbis: (*b*) *Theodoſius Imp. deinceps* (poſt tranſlationem Joannis Chryſoſtomi corporis ſcilicet) *preces Chriſto offerre, quibus gratia pro acceptis beneficiis agat, Chriſtique nomen hoc munere obeundo eximiis honoribus decorare cæpit. Quinetiam Eudociam conjugem Hieroſolymam miſit. Quippe pollicitus erat, illam hoc votum perſoluturam, ſi filiam in matrimonium collocatam cerneret. Quin illa ipſa & Eccleſias Hieroſolymorum, & omnes alias in urbibus verſus Orientem ſitas tum eo proficiſcendo, tum domum redeundo, variis ornamentis honorifice illuſtravit.* Hæc Socrates. Porro perſuaſione quoque S. Melaniæ Junioris, cum illa (ut vidimus) eſſet Conſtantinopoli, hujuſmodi peregrinationem Hieroſolymam Eudociam ſuſcepiſſe, ejus Acta teſtantur, in quibus hæc de Eudocia (*c*): *Interim autem dum hæc fierent, Imperatrix Eudocia * iverat Antiochiam. Paruerat enim Melaniæ monitis, cum ea veniſſet Byzantium, ſuadentis ut hanc ſuſciperet peregrinationem, & veniret Hieroſolymam, ut videret loca ſancta, & quæ ex eis percipitur fieret particeps ſanctificationis. Cum Melania itaque ei proceſſiſſet obviam, magno*

(*b*) Socr. li. 7. c. 46. Eudocia Auguſta proficiſcitur Hieroſolymam.

(*c*) Apud Metaphr. die 31. Dec. Sur. die 31. Januar. * Eudoxia.

PAGIUS perperam revocat Bollandus ad diem X. Martii quo XL. Martyres Sebaſteni coluntur; explicans caput 2. Sozomeni lib. 9. ubi cum ei in mentem non veniſſet laudatus locus Chronici Alex. hujus Inventionis annum detegere non potuit. Sedulo tamen collegit quæ ad horum Sanctorum Martyrium pertinent. Erat *S. Thyrſus* unus e XL. illis Martyribus.

V. *Prior Profectio Hieroſolymitana Eudocia Aug.* Ad num. XVI. & ſeqq. Socrates lib. 7. cap. 47. ſcribit, *Eudociam* Auguſtam voto ſe obligaſſe Hieroſolymam ad vota Deo perſolvenda profecturam ſi filiam ſuam nuptam vidiſſet. Quare hæc peregrinatio recte hoc anno a Baronio recitata; cum matrimonium illud anno ſuperiori peractum fuerit. Præterea Marcellinus in Chronico ſub anni ſequentis Coſſ. habet: *Eudocia uxor Theodoſii Principis ab Hieroſolymis Urbem Regiam remeavit, Beatiſſimi Stephani primi Martyris Reliquias, quæ in Baſilica Sancti Laurentii poſita venerantur, ſecum deferens*, ideoque currenti anno illuc ſe ſe Eudocia contulerat. Evagrius lib. 1. cap. 20. hanc in rem habet: *Eudocia, dum ad Sanctam Chriſti Dei ac Domini noſtri Civitatem pergeret, venit Antiochiam. Ibi cum publice verba faciſſet ad populum, orationem ſuam hoc verſu clauſit.*

*Et cupio, & lætor veſtro me ex ſanguine natum. Coloniæ ſc. ſignificans, quæ illuc deducta fuerant ex Gracia.* Ita habet accurata verſio Valeſii, qui obſervat Chriſtophorſonum peſſime hunc locum intellexiſſe. Putavit enim per vocem: εὐθαῦτα, id eſt, ibi; ſignificari Urbem Hieroſolymam, quem etiam in errorem prolapſus eſt Nicephorus lib. 14. cap. 50. cum tamen Evagrius, qui Hiſtoriam ſcripſit Antiochiæ, ubi cauſidicinam exercuit, Antiochiam intelligat, quod ex ſequentibus ejus verbis facile eſt animadvertere, cum ea de Hieroſolymitana urbe dici non potuerint. Neque enim *Hieroſolyma* Græcorum fuit colonia, ſed potius Judæorum & poſtea Romanorum. Nec denique Ulpianus Libanius & reliqui ab Evagrio citati quos dicit



*Stirpe fatum veſtra me & ſanguine glorior eſſe.*

*Quo quidem ſignificavit colonias e Græcia eo deductas eſſe. Quod ſi quis iſtarum rerum cognoſcendarum ſtudio teneatur; ſunt a Strabone geographo, Phlegonte, Diodoro Siculo, Ariano, & Piſandro poeta, ab Ulpiano præterea, Libanio & Juliano ſophiſtis omnium præſtantiſſimis ſcriptis exquiſite mandata.*

XVII. Eudocia a S. Melania curata. Hæc cum dicat Evagrius, haud res Judaicas intime perſcrutatus apparet: ſi enim legiſſet quæ Joſephus eo argumento conſcripſit, diverſum plane ſenſum verſui illi Eudociæ accommodaſſet, nimirum, eam ſignificare voluiſſe Græcos ipſos e Palæſtinis originem ducere, non Palæſtinos e Græcia. Siquidem Joſephus (*b*) recitat epiſtolam Regis Lacedæmoniorum ad Oniam ſummum Pontificem, qua fatetur inter Lacedæmonios, & poſteros Abraham aliquam cognationem interceſſiſſe: ut illos ex iſtis, non iſtos ab illis originem duxiſſe voluerit demonſtrare. Sed quam inferiores Græci fuerint, quos Evagrius citat, ut de rebus Hebraicis recte ſcribere potuiſſent, idem Joſephus contra Apionem pluribus docet, noſque primo tomo exemplis aperte demonſtravimus. At in his modo non immorandum. XIX.

(*b*) *Joſeph. Antiq. lib. 12. c. 5. & lib. 13. c. 9.* Lacedæmonii ex Hebræis.

Quæ autem ipſa Hieroſolymis, ubi per annum ferme integrum verſata eſt, Eudocia Auguſta egerit; qui ejus vitam ſcriptis proſecuti ſunt, narraſſe, Evagrius tradit: ſed quod ea non extent, ſed omnino perierint; quæ ipſe paucis complexus eſt, hic deſcribamus. Atque in primis: *Conſtat* (inquit *c*) *eam, cum in ſancta illa Chriſti civitate verſabatur, multas res ad Dei Salvatoris honorem illuſtrandum geſſiſſe. Nam ſancta ædificavit* XX.

(*c*) *Evagr. li. 1. c. 21.* Eudocia in Palæſtina ædificat monaſteria.

XVIII. (*a*) *Evagr. lib. 1. c. 20.* De Eudociæ autem profectione Hieroſolymam Evagrius itidem ſcribens, hæc addit (*a*): *Eudocia vero poſtea ad ſanctam Chriſti civitatem profecta eſt: ubi habita oratione ad populum, in extrema parte illius hoc carmen recitavit:*

PAGIUS cit de his Coloniis ſcripſiſſe, de Hieroſolyma Urbe aliquid in literas miſere. Nec *Eudociæ* Auguſta, quæ domo erat Athenienſis, cives Hieroſolymitanos compellare potuit laudato verſu. Baronius tamen num. XIX. prava verſione Chriſtophorſoni deceptus exiſtimavit, Evagrium res Judaicas haud intime perſcrutatum fuiſſe; cum Græci e Palæſtinis, non Palæſtini a Græcia originem duxerint, ut liquet ex Joſepho lib. 10. Antiquit. cap. 5. Verum Evagrii verbis accurate in Linguam Latinam converſis apparet, eum nullum hac in re reprehenſioni locum relinquere. De altera profectione Hieroſolymitana Eudociæ infra ſermo erit.

VI. *Moritur Melaniæ Junior.* *Melania*, quæ anno ſuperiori e Hieroſolymis Conſtantinopolim venerat, illucque poſtea redierat, ut ſuo loco oſtendimus, Eudociæ venienti obviam proceſſit, & magno honore ab Imperatrice affecta eſt. *Porro autem cum celebraretur novi Templi dedicatio, illa quoque aderat*, inquit Auctor Anonymus in actis Sanctæ Melaniæ apud Surium ad diem XXXI. menſis Januarii. Ex quo liquet, hanc dedicationem currenti anno, quo Theodoſius ſeptima Quinquennalia dedit, celebratam eſſe, præſertim cum Sancta Melania anno ſequenti ad Deum migrarit; ait enim Anonymus: *Sacram animam emiſit ultimæ die menſis Decembris, cum eſſet dies Dominicus*, ideoque anno ſequenti quo Dominica in ultimam diem Decembris cecidit.

*Valeria Faltonia Proba*, Adelfii Proconſulis uxor, & Poetria, e clariſſima Aniciorum familia, matrona rari & elegantis ingenii uſque ad hæc circiter tempora vixit. Prima omnium excogitavit ex verbis Virgilii, quem totum memoriæ tenebat, varios utriuſque Teſtamenti locos metrice deſcribere. Excerpſit enim hinc inde ex Virgilii Poematibus nunc integros verſus, nunc quaſdam eorum particulas, & Opus propoſitum veluti centonem ex multis pretioſis pannis inſutum, ſervata Hexametri lege collegit quem *Virgilio Centones* inſcripſit, ut legere eſt in Biblioth. veterum Patrum. Hoc. tamen opus Gelaſius Papa in Decreto de Libris Apocryphis inſeruit. *Eudocia* Auguſta *Valeriam Faltoniam Probam* imitata *Homero-Centones* compoſuit. Thomas de Simeonibus Ordinis S. Auguſtini anno MDCXCII. Bononiæ Hiſtoricam Diſſertationem publicavit in qua demonſtrat, deceptos eſſe Baronium anno CCCXCV. n. XIII. qui VII. *Floret Valeria Faltonia Proba.*

*vit monasteria, & loca illa quæ Lauras vocant, in quibus tametsi varia ratione vivitur, tamen vitæ institutum ad unum eumdemque finem spectat, eumque sanctissimum.* Pergit describere Evagrius monachorum Palæstinæ vivendi diversi generis instituta, quæ nos ex aliis auctoribus superius enarravimus: atque inferius ista de Eudocia subiicit (*a*): *Cum multis hujus generis hominibus Theodosii conjux collocuta est, & multa hujusmodi monasteria (ut ante dixi) ædificavit: Hierosolymorum refecit mœnia, eaque pulchriora reddit:* Unde eidem propheticum vaticinium Davidis aptarunt, quo dicitur (*b*): *Benigne fac Domine, ut in bona voluntate tua Sion ædificentur muri Hierusalem.* Siquidem ἐν τῇ εὐδοκίᾳ, in bona voluntate, significat (*c*):

(*a*) *Idem Evagr. li. 1. c. ult.*

(*b*) *Ps. 50.*

(*c*) *Nicep. li. 14. c. 50. in fin.*

XXI. Basilica S. Stephani erecta ab Eudocia.

Sed pergit Evagrius reliqua: *Templum* (inquit) *extruxit præterea ad memoriam S. Stephani primi diaconi, & martyris splendore ac pulchritudine eximium (quod quidem non stadio Hierosolyma distat) ipsaque in eo, simulatque ad vitam immortalem profecta est, condita fuit.* Hæc Evagrius. Porro non hæc omnia unius anni spatio perfici potuerunt, sed cum rursum illuc rediit ipsa perfecit: agemus de his pluribus in ejus obitu. Contigit enim, eam secundo post obitum Theodosii, imperante Marciano, rursum Hierosolymam redire, ibique usque ad finem vitam transigere: iterum namque ipsam peregrinatam esse Hierosolymam, idem Evagrius (*d*) tradit, atque alii omnes historici res Eudociæ prosecuti.

(*d*) *Evagr. lib. 1. c. 21.*

Qua-

PAGIUS qui Probam Poetriam cum Anicia Faltonia Proba confudit, aliosque qui de ea loquentes in varios errores inciderunt.

VIII. *Romani adversus Suevos & Visigothos bellum gerunt.*

Idacius in Chronico anno Abrahami 2454. qui Kal. Octobris superioris Christi anni inchoatur, ait: *Gothorum cæsa octo millia sub Actio Duce, Suevi cum parte plebis Gallecia, cui adversabantur, pacis jura confirmant. Hermericus Rex* (Suevorum sc.) *morbo oppressus Rechilam filium suum constituit in regnum, qui Andevotum eum suæ, quam habebat manu, ad Singilionem Batica fluvium aperto Marte prostravit, magnis ejus auri & argenti opibus occupatis.* Idem habet Prosper in Chronico de Gothis: *Hoc quoque anno*, inquit, *iidem pyratæ* (Vandali sc.) *multas insulas, sed præcipue Siciliam vastavere. Adversus Gothos in Gallia quadam prospere gesta.* Isidorus in Historia Suevorum idem de Suevis narrat quod Idacius, aitque Rechilam seu Reccilanem a patre missum adversus *Andebotum* (ita eum appellat) *Romanæ militiæ Ducem*, eam victoriam reportasse. Quare Romani hoc anno in Galliis cum Visigothis, in Hispaniis cum Suevis bellum gessere.



I. Quadringentesimus undequadragesimus sequitur Christi annus, Consulibus Theodosio decimumseptimum atque Festo notatus: *Quo* (inquit Marcellinus: *a*) *Eudocia uxor Theodosii Principis ab Hierosolymis in urbem regiam remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias secum deferens, quas in basilica sancti Laurentii positas fideles venerantur.* Hæc ipse. Theodorus quoque Lector habet sub Theodosio Imperatore reliquias sancti Stephani & sanctæ Agnetis collocatas esse Constantinopoli in Martyrio sancti Laurentii. Apud Cedrenum de earumdem sancti Stephani reliquiarum translatione hæc leguntur: *Theodosius imitatione Pulcheriæ multum pecuniæ misit ad Archiepiscopum Hierosolymitanum egenis distribuendæ, ac crucem auream lapidibus pretiosis ornatum, quæ in Cranio*, nempe Calvariæ loco, *figeretur.*

(*a*) *Marc. in Chron.* De translatione reliquiarum S. Stephani facta Constantinopolim.

II. *Archiepiscopus vicissim ei dono misit reliquias dexteræ manus Stephani primi martyris: quæ cum essent Chalcedonem perlatæ, ea ipsa nocte Pulcheria Augusta S. Stephanum vidit sibi dicentem: En impetrasti quod precibus tuis petebas, & ego Chalcedonem veni. Itaque ipsa, assumpto fratre, obviam sacris reliquiis istis profecta est; iisque in Palatium illatis, munificum templum beatissimo Stephano condidit, inque eo reliquias deposuit.* Hæc ipse, sed anno vigesimo Theodosii Imperatoris. Nicephorus (*b*) autem cum eadem ferme recenseat, sub Praylo Episcopo Hierosolymitano accidisse tradit: quod si verum est, diversam illam esse oportuit Protomartyris reliquiarum translationem ab ista sub Juvenale Episcopo Hierosolymitano per Eudociam facta.

(*b*) *Nicep. li. 14. c. 9.*

III. Sane quidem complura de his haud fide digna ab aliis scripta reperiuntur, nimirum non de membri alicujus S. Stephani, sed totius corporis facta Constantinopolim translatione a Juliana nobili vidua clam illud subripiente. Sed quoniam sub Magno Constantino, & Eusebio Constantinopolitano Episcopo id contigisse auctor habet, haud fidem ea historia sibi conciliat, sicut nec quæ habet Nicæta in oratione de eadem translatione, facta (ut ait) sub eodem Constantino Imperatore, atque Metrophane eiusdem civitatis Episcopo, quem voluit auctor mutasse loco Eusebii, quod sciret eum Arianum fuisse Constantinopolitanum Episcopum: verum ante Honorii tempora numquam reliquiæ corporis Protomartyris visæ sunt. Rejectis igitur fabulis; quæ hoc anno facta est per Eudociam Stephani Protomartyris reliquiarum translatio, eam ut germanam omni fide

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CCCC-LXXVII. A. C. 439.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5932.

☉ 28. A. ☽ 3. P. 16. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 439.

SIXTI PAPÆ 8.

THEODOSII JUN. 38. & 32.

VALENTNIANI III. IMP. 15.

I. *Octava Quinquennalia Theodosii.*

[1] COSS. *Theodosius Aug. XVII. & Festus* in Occidente creatus, ut certum facit Novella Theodosii lib. 1. tit. *de Judæis, Samaritanis, & Paganis*, inscripta *Florentio P. F. P. Orientis*, dataque *prid. Kal. Febr. Constantinopo. Theod. A. XVII. Coss. & qui fuerit nunciatus.* Quare Festus Romæ a Valentiniano Consul dictus fuerat. Theodosium autem propter octava Quinquennalia Imperii vivente patre initi Consulem processisse, indicat Marcellinus in Chronico, sub hujus anni Coss. *Theodosius Imp. octava Quinquennalia dedit*, ubi de iis solemnibus, quæ a priori ejus Imperio deducuntur, eum verba facere, ostendunt Decennalia ejusdem Imperii anno CDXI. memorata. Tom. I. Musei Farnesiani hic Theodosii Nummus exhibetur: D. N. Theodosius P. F. Aug. in Postica, Imp. XXXII. Cos. XVII. PP. Con. Ob. Visitur figura sedens dextra globum cum cruce & stella, sinistra scipionem tenens. In Nummis vero Valentiniani Senioris hunc exhibet Ducangius in Constantinopoli Christiana: D. N. Valen-

NOTÆ [1] COSS. *Theodosius Aug. XVII. & Festus.*
Vetus lapis inter inscriptiones basilicæ S. Pauli num. 363.

DEP. VI. IDVS. OCTOB.
THEODOSIO. AUG. XVII.
ET. FESTO. V. C.

Prosper vulgatus: *Theodosio* VII. & *Festo*. Prosper MS. *Theodosio* VII. & *Fisto*; pro *Festo*. Fasti Idatii, & Marcellinus: *Theodosio* VII. & *Festo*.
Nummi *Theodosii junioris* apud Bandurium pag. 558. cum epigraphe IMP. XXXII. COS. XVII. TR P. XXXVII. COS. XVII.

fide testatam recipimus. Sed ad Eudociam.

IV. Ista quidem sicut munificentia Imperatoria locis sanctis plurima contulit, & loca sancta erexit, ita a Juvenale Hierosolymorum Episcopo multis donata recessit. Accepisse quidem ipsam beatissimas fascias Salvatoris nostri Jesu Christi, easque ad S. Pulcheriam Augustam dono misisse, auctor est Nicephorus (*a*). Donata pariter dicitur ab eo duabus catenis illis, quibus ab Herode S. Petrus Apostolus vinctus fuit: quarum alteram Romam ad Eudoxiam Augustam filiam misit, de qua dicturi sumus postea; alteram vero Constantinopoli in Ecclesia ejusdem Principis Apostolorum asservari voluit; in cujus rei gestæ memoriam annua dies festa statuta est: nam Græci in Menologio hæc habent: *Die decimasexta Januarii apud urbem Constantinopolim veneratio pretiosæ illius catenæ, qua beatus Apostolus Petrus Christi causa, Herodis jussu, vinctus est.* Hæc ibi. Quid ni veneraturi essent homines catenarum Petri memoriam, quibus Deus eamdem atque ipsi Petro contulit in edendis miraculis ad eo admirandum atque visibilem virtutem, ut plane illud Davidicum (*b*) sit cum stupore canendum: *Nimis honorati sunt amici tui Deus:* cum & detestanda illa instrumenta martyrii voluerit in gloria trophæa animata converti, in quibus Christi gloria prædicetur, & in arma quibus invisibiles conficiantur ac prosternantur hostes, nec non in fontes e quibus Fideles innumera hauriant jugiter beneficia.

Reliquiæ S. Stephani, fascia Salvatoris, & vincula Petri ab Eudocia accepta.

(*a*) *Niceph. lib. 14. c. 2.*

(*b*) *Ps. 138.*

V. Extat quidem luculenta oratio (*c*) de ejusmodi vinculis Petri, non tamen a S. Joanne Chrysostomo (ut præfefert titulus) habita quod nondum Petri catenæ innotuissent, nec Constantinopolim delatæ essent, sed a Proclo potius, cujus tempore ejusmodi est facta translatio catenarum: in qua quidem oratione hæc inter alia habentur de conservatione, & inventione catenarum ipsarum: *Catenas illas in carcere derelictas ipsi Herodis ministri, quibus divinæ cognitionis lumen effulsit, clam sustulerunt, & apud se ipsos veluti thesaurum quemdam eas conservarunt. Quod vero a patre suo (ut dicitur) traditum & de catenis illis narratum sibi quisque acceperat, posteris suis deinceps credebat, & tuto in loco catenas illas occultas servabat: quoad & Judaica natio bello devicta, captis Hierosolymis, ad nihilum redacta est, & superstitioso idololatriæ errore sublato, Romanorum sceptra ad Imperatores, qui Christi fidem sequebantur, translata sunt. Quibus Christi, & Apostolorum facta omni honore prosequi studentibus, hæc etiam Apostoli Petri catena manifesta facta est; & ab illis ad urbem hanc regiam translata, in Apostoli Petri sacro templo jure optimo reposita est; quam ut ejus ipsius miraculorum effectricem, & veneramur, & amplectimur. Hanc enim videntes, illum mente inspicimus: hanc tangentes, illum a nobis tangi existimamus, &c.*

(*c*) *Apud Surium die 1. Augusti.*

Quanto honore habita Constantinop. vincula Petri.

VI. Subdit de ejusdem Petri gladio in eadem basilica custodito, & magno honore habito, ex quo plurima testatur scaturire solere miracula ac demum: *Etsi* (inquit) *in vetere urbe Roma S. Petrus diversatur per corporis sepulturam, quam urbs illa sortita est: non tamen a nobis ipsis abesse vult quod pertinet ad illius gladium, & catenam. Adest enim apud nos, qui partem hanc ut totum corpus continentes, ab ejus conjunctione non separamur: sed cum una eademque sit gratia, quæ per ejus corpus, catenas, vestes, & gladium miracula operatur, &c.* ubi ad postremum ad ipsum S. Petrum orationem convertens: *Omnium* (inquit) *est maxime pium, ut fidelissimum Imperatorem nostrum pro telis militaribus his eatenus armes, munias, custodias, victoriis & trophæis corones, hostibus terribilem, & subjectis benignum atque optabilem facias, ut pace fruentes sub ejus regno simus, &c.* Hactenus de catenis Constantinopoli collocatis.

VII. Eudoxia Romæ erigit titulum in honorem vinculorum Petri.

Catena vero illa, altera de duabus ejusdem Petri catenis, missa ab Eudocia Eudoxiæ filiæ Romam, haud minori veneratione in Urbe fuit: siquidem quæ illam accepit Eudoxia, matri religione non impar, in ejus memoriam, & Petri Apostoli qui ea vinctus fuit, erexit Deo basilicam in Exquilino monte augustam sane, Augustæque nomine dignam: *Titulus* enim *Eudoxiæ* nuncupata est, dicta

PAGIUS lentinianus P. F. Aug. in Postica, Imp. XXXII. Cos. XVII. P. P. Con. Ob. id est, *Constantinopoli obsignata monetæ.* Repræsentatur figura galeata sedens, dextra globum cum cruce, sinistra hastam tenens. Anno CCCLXXV. num. XIII. ostendi Valentinianum illum esse Valentinianum III. & adversam ejus partem referri ad Theodosium Juniorem, qui utrumque Numisma aureum Constantinopoli percuti jussit, cum eadem in utroque Antica, ut ibidem pluribus exposui.

II. Mediobarbus pag. 535. producit Nummum Theodosii Jun. in Postica inscriptum, Th. P. XXXVII. Cos. XVII. P. P. Con. Ob. Visitur figura sedens dextra globum tenens. Rarissime hoc sæculo *Imperatoris* titulus ob victorias dari solitus, & Tribunitia potestas in nummis Augustorum legitur. Tribunitiam potestatem XXXVII. hoc anno absolvit Theodosius, qui anno CDII. ab Arcadio patre in consortium Imperii assectus fuerat. Notavit autem Cuperus V. C. in Apotheosi Homeri pag. 148. Veteres per globum frequenter tellurem denotasse. Hinc in numismatis *Julianus* Aug. apud Tristanum, *Caracalla* apud Patinum, globum tenens Rector Orbis; *Hadrianus* Locupletator, & Restitutor Orbis dicuntur; quo pertinent Julium Cæsarem ex de

*In nummis Imppp. Christianorum Orbis & Crux sæpe repræsentantur.*



cta etiam *S. Petri ad Vincula*. Ubi non illa tantum Hierosolymis a matre Eudocia missa catena recondita est, sed & divino miraculo huic illa conjuncta dicitur, qua sub Nerone Romæ vinctus Petrus in carcere (ut diximus) Mamertino diu detentus est, a Romanis Pontificibus (ut dictum est in Alexandro Papa, & martyre) custodita. Habent enim tabulæ Ecclesiasticæ, ambas has catenas simul collatas, ejusdem generis, & artis inventas, sibi invicem divino miraculo copulatas, junctasque ac simul unitas ex duabus unam effectam esse: quarum memoriæ Kalendæ Augusti fuere a Romano Pontifice consecratæ, in earumque nomen Deo dicta basilica dedicata. Quam autem solitæ fuerint catenæ istæ coruscare miraculis, S. Gregorius Papa in suis ad diversos datis Epistolis locuples testis est. Morem vero fuisse Romanorum Pontificum, pro nobili munere aliquid ex limatura earumdem catenarum ad insigniores personas mittere, plurima exempla declarant, quæ suis locis opportunius describentur. At de vinculis satis: ex quibus habes quæ corrigas in sermone, qui ferrur nomine Bedæ, de Vinculis Petri, cujus est exordium: *Solemnem observantiam, &c.* Extant antiquæ Inscriptiones nuper in lucem proditæ de eadem Basilica, iisdem sacris vinculis decorata, Urbe vero Romana ab ipsis corroborata, his versibus (*a*):

(*a*) *Antiqq. Inscript. in Appen. p. 1174. num. 4. 6.*

HIS SOLIDATA FIDES HIS EST TIBI ROMÆ CATENIS
PERPETUATA SALUS HARUM CIRCUMDATA NEXU
LIBERA SEMPER ERIS QUID ENIM NON VINCULA PRÆSTENT
QUÆ TETIGIT QUI CUNCTA POTEST ABSOLVERE VINCTA
HÆC INVICTA MANU VEL RELIGIOSA TRIUMPHO
MOENIA NON ULLO PENITUS QUATIENTUR AB HOSTE
CLAUDIT ITER BELLIS QUI PORTAM PANDIT IN ASTRIS

THEODOSIUS PATER EUDOCIA CUM CONJUGE VOTUM
CUMQUE SUO SUPPLEX EUDOXIA NOMINE SOLVIT

Ecclesia in honorem vinculorum D. Petri structa ab Achille Episc.

At non in Urbe tantum vigebat memoria vinculorum Petri, sed in alia quoque Ecclesia, cujus Episcopus Achilles erat, constructaque Ecclesia, hisce quatuor eam nobilitavit Inscriptionibus valde piis, quas a temporis injuriis vindicatas hic describtas consecramus immortalitati: sunt hujusmodi (*b*):

(*b*) *Antiqq. Inscrip. in Appen. p. 1172. nu. 7. 8. 9. 10.*

ANTISTES CHRISTI DOMINI DEVOTUS ACHILLES
CULMINA MAGNA PII STRUXIT HONORE PETRI
NEMO PUTET VACUAM VENERANDI NOMINIS AULAM
SISTERE QUOD NON SIT CORPORIS ISTA DOMUS
MAGNA QUIDEM SERVAT VENERABILE ROMA SEPULCRUM
IN QUO PRO CHRISTI NOMINE PASSUS OBIT
SED NON ET MERITUM MONUMENTA INCLUDERE POSSUNT
NEC QUÆ CORPUS HABENT SAXA TENENT ANIMAM
VICTOR ENIM MUNDI SUPERATA MORTE TRIUMPHANS
SPIRITUS AD SUMMUM PERGIT IN ASTRA DEUM
CUMQUE SIT IN CHRISTO VITA DURANTE REPOSTUS
AD CHRISTUM TOTUS MARTYR UBIQUE VENIT
ILLE SUOS SANCTOS CUNCTIS CREDENTIBUS OFFERT
PER QUOS SUPPLICIBUS PRÆSTAT OPEM FAMULIS.

Est aliud ibidem positum Epitaphium his versibus:

QUIDNAM IGITUR MIRUM MAGNO SI CULMINA PETRO
QUOLIBET EXISTANT ÆDIFICATA LOCO
CUMQUE PER TOTUM CELEBRATUR ECCLESIA MUNDUM
IN FUNDAMENTO FIXA PETRO MANEAT



PAGIUS decreto Senatus apud Dionem lib. 43. *super imaginem Orbis æream insedere.* Ex habito Julio Cæsari honore, factum est, ut *Orbis* in nummis ejus frequentissime videatur, hicque mos ad alios Imperatores regni honorumque hæredes tranfiret. *Tito* æquo insidenti Orbem figura armata, & *M. Julio Philippo* Jupiter tribuunt; sæpeque Imperatores eum manibus tenent, uti præter innumeros nummos testatur *Hadriani* statua apud Ferrarium. Orbi postea Christiani Augusti Crucem imposuere, ut significarent, quemadmodum narrant Cedrenus Suidas, & Codinus, se propter fidem in Christum terræ Dominos factos esse. Terram per Globum significarunt ob rotundam figuram per Crucem vero fidem ob Christum illi affixum, intellexerunt. Jam in *Justini & Marciani* nummis *Victoria* altera manu corollam, altera globum, cui Crux loco Victoriæ, quam caeteroquin multi Christiani Imperatores retinuerunt, gerit. Plura Cuperus laudatus.

NAMQUE ILLUM DEUS IPSE CAPUT QUI CORPORIS EXTAT
PROPTEREA PETRÆ NOMEN HABERE DEDIT
DICENS ESTO PETRUS QUONIAM FUNDABO SUPER TE
QUAM MIHI NUNC TOTO MOLIOR ORBE DOMUM
IN TE PER CUNCTAS CONSISTIT ECCLESIA GENTES
VINCIT, ET INFERNI CARCERIS IMPERIUM
* sacras. NAM CLAVIBUS * CAELORUM CLAUDERE PORTAS
ET RESERARE DEDIT PRO MERITIS HOMINUM
QUÆCUMQUE IN TERRIS FUERIT SENTENTIA PETRI
HÆC ERIT IN CAELIS SCRIPTA NOTANTE DEO
DIXIT ENIM TU ES MAGNO MIHI NOMINE PETRUS
ET TIBI CAELORUM FORTIA CLAUSTRA DEDI
HAC DITIONE POTENS TERRA CAELOQUE PETRUS STAT
ARBITER IN TERRIS JANITOR IN SUPERIS.

Sed adhuc ibidem rursus aliud Epigramma, ubi de vinculis mentio:

QUI ROMAM ROMAQUE VENIS HINC ASPICE MONTEM
EQUE PETRI SEDE POSCE VIATOR OPEM
QUÆ MERITIS QUÆ SANCTA FIDE DISTAT AB ILLA
CRUX ILLIC REGNUM HIC QUOQUE VINCLA PETRI
OMNIA MAGNANIMUS PASTOR CONSTRUXIT ACHILLIS
SOLLICITAS POPULI HUC ADHIBETE PRECES

Et in fine tetrastichon, quorum duos primos versus in usum recepit Ecclesia:

* al. jubente. SOLVE * JUVANTE DEO TERRARUM PETRE CATENAS
QUI FACIS UT PATEANT CAELESTIA REGNA BEATIS
IPSE TUA PETRE DISRUMPI VINCULA JUSSIT
QUI TE CONSTITUIT MUNDANOS SOLVERE NEXUS.

Sed ad Eudoxiam redeamus.

VIII. Non prætereant quæ de Antiochenis munificentissime Eudociam Hierosolymis Constantinopolim redeuntem excipientibus tradit Evagrius, ubi ait (a): *Postea Antiochiam profecta, Antiocheni illam statua ex ære artificiose fabricata, quæ adhuc integra servatur, honorarunt. Sed rependit ipsa vices: ejus enim hortatu Theodosius impulsus, maximam civitati adjunxit accessionem, murumque amplificavit ad portam usque quæ ad Daphnem suburbium ducit, sicut quique cupienti perfacile est videre. Nam ad nostram usque ætatem veteris muri vestigia ex ipsis reliquiis, quæ oculos quodammodo ad eam quasi manu ducunt, facile indagari possunt. Sunt tamen qui dicunt, murum illum ab antiquiori Theodosio dilatatum, quin etiam eumdem aurum ducentarum librarum reficiendo Valentis balneo in quadam parte accenso tribuisse.* Verum non dubitandum Theodosii Junioris illud opus fuisse: etenim Theodosius Major tantum abfuit ut Antiochiæ pomœria dilataret, mœnibusque auctam urbem angustiorem redderet, ut ob contumeliam qua Imperatoriæ statuæ ab illis affectæ sunt, eam dignitate atque juribus (ut suo loco dictum est superius) diminuerit.

(a) Evagr. li. 1. c. 20. Quæ Antiochenis Eudocia contulit.

IX. Hoc anno, mense Januarii, Theodosius Imperator adversus Judæos, Samaritas, Gentiles, atque hæreticos, dignam Christiano Principe edidit sanctionem: cujus sanciendæ causa illa præcessisse videtur, quod cum pluribus simul annis cœlum mutatis temporum vicibus haud se benignum & agrorum culturæ propitium exhibuisset, magna singulis annis laboratum esset inopia frugum: quod quidem nonnisi violatæ rectæ religionis causa, Dei justa vindicta, fieri intelligens Imperator, in eosdem convertit legum minas & ultionem. Inter alia autem dum Paganos exagitat, quo idolorum cultorum fuerit progressa temeritas, cum publice etiam præsumerent litare hostias, idem Imperator eodem edicto ad Florentium Præfectum Prætorio dato, post multa declarat his verbis (b): *Hinc perspicit nostra clementia, Paganorum quoque & Gentilis immanitatis vigiliam nos debere sortiri, qui naturali vesania, & licentia pertinaci, veræ religionis tramite dissidentes, nefarios sacrificiorum ritus, & funestæ superstitionis errores occultis exercere quodammodo sollicitudinibus dedignantur, nisi ad supernæ majestatis injuriam, & temporis nostri contemptum, eorum scelera professionis genere publicentur, quos non promulgatarum legum mille terrores, non denunciati exilii pœna compescunt; vel si emendari non possint, mole saltem criminum, & illuvie victimarum discerent abstinere. Sed prorsus ea furoris peccatur audacia, iis improborum conatibus patientia nostra pulsatur, ut si oblivisci cupiat, dissimulare non possit.* Quam-

Idololatria invaleſcit.

(b) Novel. Theod. tit. 3. de Jud.



X. * severus. Pœnæ in Idololatras sanciuntur.

*Quamquam igitur amor religionis numquam possit esse securus* *, *quamquam Pagana dementia cunctorum supplicium acerbitates exposcat: lenitatis tamen memores nobis innatæ, trabali jussione decrevimus, ut quicumque pollutis contaminatisque mentibus in sacrificio quolibet in loco fuerit comprehensus in fortunas ejus, in sanguinem ira nostra consurgat. Oportet enim dare nos hanc victimam meliorem, ara Christianitatis intacta servata. An diutius perferemus mutari temporum vices, irata cæli temperie, quæ Paganorum exacerbata perfidia, nescit naturæ libramenta servare? Unde enim ver solitam gratiam abjuravit? Unde æstas messe jejuna laboriosum agricolam in spe destituit aristarum? Unde hiemis intemperata ferocitas ubertatem terrarum penetrabili frigore sterilitatis læsione damnavit? nisi quod ad impietatis vindictam transit lege sua naturæ decretum. Quod ne post hac sustinere, cogamur, pacifica ultione (ut diximus) pianda est superni numinis veneranda majestas.* Hactenus de Gentilibus data constitutio Constantinopoli pridie Kalend. Februarii sub hujus anni Consulibus.

XI. Patres rursum laborant adversus Idololatras.

Ad extirpandam igitur excrescentem multiplici germine infaustam idololatriam non Imperatori tantummodo fuit regia potestate summa industria laborandum, sed & sanctis Patribus, omnibus intentis nervis, scriptis editis insudandum. Hac enim occasione S. Cyrillus Alexandrinus securim ad radicem arboris admovens, commentarios disertissimos edidit ad confutanda Juliani Apostatæ scripta in Christianam religionem elaborata, quibus tamquam potenti telo impii uti solerent ad Christianam religionem labefactandam: hac enim de causa Cyrillus se eam aggressum esse provinciam in operis præfatione ad ipsum Theodosium Imperatorem inscripta, his verbis aperte significat, ubi primum laudans Theodosium a cultu religionis, alludens ad recitatam adversus Paganos editam sanctionem ista præmittit (a): *Æquissimarum quidem legum splendor omnia undique jubare suo tamquam fulgur illustrat: & mansuetudo, pietasque in Christum exhilarat etiam cælum ipsum, hoc est, supernas, & rationales cæleste sque virtutes.* Et post nonnulla de Juliani libris in Christianam religionem editis prælocutus, hanc sui instituti affert rationem:

(a) Cyrill. adver. Jul. li. 1. præfat.

XII. *Quoniam autem plurimi superstitiosi convenientes eos qui Christum sapiunt, sussdeque prætexunt, nobis exprobantes illius contra nos scripta; & dicunt tanta gravitate edita, ut carpi nusquam valeant; nullumque adhuc inventum esse nostris doctoribus, qui vel contradicere, vel subvertere dicta illius queat. Adhortantibus itaque multis, & fisus Christo dicente:* (b) *Et nunc vade, & ego aperiam os tuum; accomodavi me, ut decutiam quidem Græcanicum supercilium adversus Dominum Christum se extollens: adjuvem autem, quantum licet, deceptos, demonstrando deceptum, & ignorasse sacras Scripturas eum qui nostri omnium Salvatorem incusat.* Hæc de instituti sui ratione Cyrillus. Qui cum dicat, nullum hactenus esse inventum qui Juliani libros confutarit, apparet sane Philippum illum competitorem Procli in sede Constantinopolitana assequenda (de quo dictum est superius) post S. Cyrillum id genus commentarii adversus Julianum elaborasse.

(b) Ezech. 13.

XIII. Theodoretus pugnat adversus Idololatras.

Theodoretus etiam impiorum Gentilium pulsatus blasphemiis adjecit hoc item tempore animum, ut duodecim disertissimos libros scriberet adversus eos, titulumque istiusmodi præfigeret operi: *Curatio Græcarum affectionum, vel, Evangelicæ veritatis ex Græcarum, & Gentium philosophia cognitio.* Tradit id ipse in operis præfatione, ubi etiam ejus exordio hæc de Gentilibus palam Christianæ religionis his temporibus insultantibus (c):

(c) Theod. de curat. Græc. affect. prolog.



PAGIUS

III. Cyrillus & Theodoretus scribunt adversus Gentiles.

Ad num. XIII. *Julianus* Imperator cum a fide Christiana defecisset, defectionis causas scripto libro reddidit, novumque Gentilismum informavit, tanto recentiorem vetere, quanto artificiosius plurium Deorum secundariorum religionem unius supremi cultu temperabat: improbabat enim Græcorum Barbarorumque veterum nefarias absurditates, Christianosque immo & Judæos, ex suis ipsorum libris impugnabat; ut Philosophicæ suæ religioni locum faceret. Hunc Imperatoris Apostatæ librum, qui apud Cyrillum fere integer reperitur, Gentiles veluti clypeum opponebant Christianis, & Christiani totis viribus impetendum putarunt, donec Gentilis superstitionis aliquid metuendum superesset; supersuit vero usque ad Novellam Theodosii hoc anno editam, & a Baronio num. IX. & seq. recitatam. Quare septuaginta annorum spatio in hoc argumento versati sunt, Sermonibus quidem ad populum multi, Tractatibus vero *Theodoretus* & *Cyrillus*. Nam *Nazianzenus* invectivis duabus in *Julianum* personam magis quam librum insecutus est. Theodoretus artis plus habet quam Cyrillus; hic enim ad singulas Juliani libri Periochas responsiones subjungens, hominem pressis vestigiis etiam evagantem sequitur; ille collectis in concinnum ordinem Juliani objectionibus, singulas ita repellit, ut corpus inde duodecim partibus efflorescens conficiat. Hic ejus Operis titulus: *De Curandis affectionibus Græcorum libri duodecim.* In fine ostendit rationem scribendi quam tenuit: *Has ego vobis, o viri duodecim disputationes conscripsi, & ostendi quænam de Deo & materia, mundique fabrica, & de virtute ac vitio senserint Græci Philosophi, & quænam iisdem de rebus sacræ nos literæ docuerint, & quo pacto illorum quidem jam extincta sint omnia, & oblivionis caligine inducta nostra vero hæc floreant ac vigeant, innumerifque*

Gentiles rursum in Christianos insurgunt.

*Sæpenumero accidit, ut nonnulli eorum qui suspensi Gentium & Græcorum fabulas admirantur mecum familiarius diversati, tum Christianam fidem comice obtrectarent, asserentes nihil nos aliud quam meram credulitatem illis insinuare, quos divinis rebus imbuendos accipimus: tum vero & Apostolos tarditatis atque inscitiæ accusarint, barbaros propterea inculpantes, qui omni careant elocutionis ornatu. Quin & pro ridiculo habere se dixerint, quod honore ullo martyres prosequamur: insignis enim stultitiæ genus esse addentes, si qui viventes homines ab iis qui jam vita functi sint, ullum sibi commodum comparare contendant. Aggesserunt vero, & alia quædam hujus generis maledictis valde affinia, quæ sane ipsa suis locis liber hic, quem cudimus, edocebit. Ego vero & explicui quidem illis, quæ tunc afferri oportuit maledictis objectionibusque solvendis; & nefarium scelus, remque impiam esse duxi, si connivens, dissimulansque perpetiar simplicioris notæ homines, ab illorum falli versutiis, neque litterarum monumentis aliquid tradam, quod illarum accusationum vanitatem stultitiamque redarguat, &c.* Hæc Theodoretus, abunde propinans antidota ad curandos Gentiles morbo tabidos, præservandosque sanos Fideles, ne eadem luis contagione afficerentur. Infelicia plane tempora, quibus eosdem opus fuerit subire labores adversus Gentiles, quos jam innumeris doctissimarum scriptionum jaculis confecerant antiqui Patres, qui adversus eos plurimas elaborarunt Apologias, quarum nos prioribus Annalium tomis meminimus. Porro hujusmodi suorum scriptorum adversus Gentiles ipse mentionem habet Theodoretus in epistola ad Renatum (*a*).

(*a*) *Theod. ep.* 116.

XIV. Personati Christiani reprehenduntur.

Cæterum non Oriens tantum, sed & Occidens ejusmodi erat his ipsis temporibus Gentilium superstitionis morbo laborans: in quos inveniuntur hujus temporis viri sanctissimi declamasse, & inter alios Petrus Chrysologus, qui multus est in redarguendis illis qui Kalendis Januariis personati incederent, Gentilium deos repræsentantes: nam inter alia multa quæ in eos exaggerat, hæc habet:

*Quis satis lugeat eos qui simulacra faciunt semetipsos? nonne isti amiserunt imaginem Dei? similitudinem perdiderunt? Christi exuti sunt indumentum, qui se simulacrorum formis sacrilegis formaverunt. Sed dicet aliquis: Non sunt hæc sacrilegiorum studia: vota sunt hæc jocorum: & hoc esse novitatis lætitiam, non vetustatis errorem: esse hoc anni principium, non Gentilitatis offensam. Quis de impietate ludit? De sacrilegio quis jocatur? Piaculum quis dicit risum? satis se decipit, qui sic sentit, &c.* Eadem plane deplorans exprobrat: qui his quoque temporibus claruit, S. Maximus Episcopus Taurinensis in sermone quem habuit Kalendis Januarii, invectus vehementer in eosdem, qui ex Gentilitia superstitione in portentosas se transmutarent formas, cum viri non in feminas tantum, sed in diversa genera pecorum, immo & portentorum se consueverint transformare.

XV. Excusatio de Circensibus.

Sed quid de superstitione illa, quæ exhibebatur, dum Circensia agerentur? Verum ad hæc erat excusatio eorum qui ea exercebant Circensia, dum ea se Christianos non in deorum, sed Christi honorem facere affirmarent: in quos hæc Salvianus (*b*) post alia: *Christo (o amentia monstruosa!) Christo Circenses offerimus & mimos, & tunc hoc maxime cum ab eo aliquid boni capimus, cum prosperitatis aliquid ab eo attribuitur, aut victoria de hostibus a Divinitate præstatur. Et quid aliud hac in re facere videmur, quam si quis hominis beneficium largienti injuriosus sit, aut blandientem conviciis cedat, aut osculantis vultum mucrone transfigat, &c.* Pluribus enim horum insectatur amentiam: licet iidem Magni Gregorii Thaumaturgi id se facere defendere potuissent exemplo, qui hæc suis Neocæsariensibus aliquando visus est concessisse, illo tamen Gentilium, & persecutorum Imperatorum tempore, cum Christiani ab his divelli minime possent: sed & lac parvulis, & olus infirmis ministravit Apostolus, ætate vero auctis, & sanis cibum solidiorem.

(*b*) *Salvian. de vero judic. lib.* 6.

XVI.

At utinam his temporibus ludis hisce res transacta tantummodo esset, & non ma-



magis serio impiis idololatriæ cultibus aliqui ex nobilioribus atque potentioribus occupati fuissent. Audi, rogo, quid S. Prosper sub hujus anni Consulibus referat:

(*a*) *Prosp. in Chron.* Ob Idololatriam vincitur Romanus exercitus.

(*a*) *Littorius* (inquit) *qui secundæ ab Aetio Patricio potestati Hunnis auxiliantibus præerat dum Aetii gloriam superare appetit, dumque Aruspicum responsis, & dæmonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conseruit; fecitque intelligi, quantum illa eorum, quæ periit manus prodesse potuerit, si potioribus consiliis, quam sua temeritate uti maluisset; quando ipse tantam hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideranter prælians, in captivitatem incidisset, dubitandum foret, cui potius parti victoria adscriberetur.* Hæc Prosper: & Isidorus (*b*) dilucidius rem paucis perstringens, ait: *Littorius dum primum res prosperas adversus Gothos, qui sub Rege Theodorico Arelatem obsederunt, gessisset: denuo responsis dæmonum deceptus, in bello a Gothis, amisso exercitu, miserabiliter superatur: & qui ante hostium millibus cæsis gloriose vicerat, dum fallacia demonum oracula quærit, ignobiliter victus interiit.* Hactenus Isidorus.

(*b*) *Isidor. Chron. Goth.*

XVII. Superbia Ducis male pugnatur cum Gothis.

Deploravit hæc fusius Salvianus Massiliensis Episcopus istis verbis (*c*): *Denique probavit hoc bello proximo infelicitas nostra. Cum enim Gothi metuerunt, præsumpsimus nos in Hunnis spem ponere, illi in Deo: cum pax ab illis postularetur, a nobis negaretur: illi Episcopos mitterent, nos repelleremus: illi etiam in alienis sacerdotibus Deum honorarent, nos etiam in nostris contemneremus: prout actus utriusque partis, ita & rerum terminus fuit, illis data est in summo timore palma, nobis in summa elatione confusio. Vere & in nobis tunc & in illis evidenter probatum fuit illud Domini nostri dictum* (*d*): *Quoniam qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Illis enim exaltatio data est pro humilitate, nobis pro elatione dejectio. Namque agnovit hoc ille dux nostræ partis* (Littorius scilicet) *qui eamdem urbem hostium, quam eodem die victorem se intraturum esse præsumpsit, captivus intravit*, Arelatem videlicet. *Probavit scilicet quod Propheta dixit* (*e*): *Quia non est hominis via ejus: neque viri est ut ambulet, & dirigat gressus suos. Nam quia viam suam juris sui existimavit: nec gressum directionis habuit, nec viam salutis invenit. Effusa est* (*ut legimus*) (*f*) *abjectio super Principem, & errare fecit eos in invio, & non in via: & ad nihilum deductus est, velut aqua decurrens. In quo quidem præter ipsam rerum infelicitatem præsens in judicium Dei patuit, ut quicquid se facturum usurparet, pateretur. Nam quia sine divinitatis auxilio ac Dei ductu capiendum a se hostem credidit; ipse captus est: consilii ac sapientiæ summam usurpavit: ignominiam temeritatis incurrit: vincula quæ aliis paravit, ipse substinuit.*

(*c*) *Salvi. de provid. Dei lib.* 7.

(*d*) *Luc.* 14.

(*e*) *Prov.* 16. 20.

(*f*) *Psal.* 106.

XVIII. Littorius dux superbissimus a Gothis ludibriis afficitur.

*Et quod rogo, evidentius Dei judicium esse potuit, quam ut habens prædatoris fiduciam, præda fieret? triumphum præsumens, triumphus esset? circumdaretur, corriperetur, alligaretur, retorta brachia tergo gereret; manus quas bellicosas putabat, vinctas videret; puerorum ac mulierum spectaculum fieret, illudentes sibi barbaros cerneret irrisionem sexus promiscui sustineret? & qui maximum habuerat supercilium fortis viri, mortem subiret ignavi? Atque utinam hoc ipsum breve remedium malorum esset, non diuturna toleratio. Ille autem, quantum ad pœnarum longitudinem pertinet, longo tempore & diuturna in ergastulo barbarorum tabe consumptus, in hanc miseriam redactus est, ut (quod plerumque homines etiam pœnis ipsis gravius atque acerbius putant) in miserationem hostium deveniret. Et cur hoc? Absque dubio, nisi quia (ut jam dixi) illi* nempe Gothi, *Deo humiles, non rebelles: illi crediderunt in manu Dei esse victoriam, nos in manu nostra, immo in sacrilega atque impia, quod est pejus, nocentiusque quam nativa. Denique ipse Rex hostium (quantum res prodidit ac probavit) usque ad diem pugnæ stratus cilicio preces fudit, ante bellum in oratione jacuit, ad bellum de oratione surrexit; priusquam pugnam manu capesseret supplicatione pugnavit: & ideo fidens processit ad pugnam, quia jam meruerat in oratione victoriam.* Hactenus de his Salvianus. Sed & Sidonius Apollinaris in Panegyrico Avito Augusto dicto, his versibus de temeritate Littorii:

*Et*

PAGIUS

IV. *Ante hunc annum Theodoretus adversus illos scripsit.*

*que per singulas civitates & provincias auditoribus frequententur.*

Tempus quo hi duodecim libri a Theodoreto editi valde obscurum. Videtur Baronius, inquit Garnerius in Auctario Operum Theodoreti Dissert. II. cap. 4. suam sententiam ex eo confecisse, quod ait Theodoretus sub finem Sermonis VII. cum hortaretur Gentiles, ut rejectis suis sacrificiis, Sacrificium laudis offerrent Deo: *Vobis ut ita faciatis persuadeant, non Principum leges, neque suppliciorum metus, sed veritatis potentia, quæ maris ac terræ incolis est jam notissima.* Verum leges a Theodosio ante præsentem annum datæ adversus Paganos magis conveniunt cum Theodoreti dictis quam ea quæ hoc anno lata; quia Imperator præcedentibus legibus pœnam capitis sacrificantibus Paganis statuit. Sunt autem ejusmodi duæ quas Annalibus Baronius inseruit: alteram anno CDXXIII. alteram anno CDXXVI. Videtur itaque Theodoretus scripsisse libros *de Curandis Græcorum affectionibus*, anno CDXXVII. aut circiter, ut quos suis legibus tertuerat Imperator, eos ratione ad Christianam fidem superstitionis Gentilis victricem adduceret. Hæc Garnerius loco laudato, ubi plura de egregio hoc Opere.

PAGIUS

*Romani apud Tolosam a Visigothis victi.*

sub hujus anni Coss. recitat bellum a Litorio Duce Romano adversus Gothos infeliciter gestum, ut videre est apud Baronium. Idem bellum paucis verbis Cassiodorus in Chronico refert: *His Coss. bellum adversus Gothos Hunnis auxiliantibus geritur, & Litorius Dux Romanus ab eis capitur.* Loquitur & de eodem bello Idacius in Chronico ad annum Abrahami 2455. qui Kal. Octobris superioris Christi anni inchoatur, ubi ait: *Bello Gothico sub Theodoro Rege apud Tolosam, Litorius Romanus Dux, inconsultius cum auxiliari manu irruens, cæsis his ipse vulneratus capitur, & post dies paucos occiditur. Inter Romanos & Gothos pax efficitur.* Loquuntur & de insecuta pace Prosper citatus, Isidorus in Chronico Gothorum, ac Salvianus lib. 7. de Providentia, cujus verba recitat Baronius num. XVII. Sed perperam Salvianum Massiliensem Episcopum facit, qui fuit tantum Presbyter, ut suo loco ostendam. Præterea ubi Salvia-

A num. XVI. ad XIX. Prosper in Chronico sub

V.

*Et caput hoc sibimet solitis defessa ruinis*
*Gallia suscipiens, Getica pallebat ab ira.*
*Nil prece, nil pretio, nil milite fractus agebat*
*Aetius. Capto terrarum damna patebant*
*Littorio: in Rhodanum proprios producere fines*
*Theodorico fixum: nec erat pugnare necesse,*
*Sed migrare: Getis rapidam trux asperat iram*
*Victor, &c.*

En in quod barathrum consultorem suum consulta adegerunt idola. Viguisse quidem in Occidente his temporibus idololatriam, Salvianus (*a*) pluribus tradit. Et quid mirum, si & ipsi amplissimi magistratus (nescio qua incuria) cultoribus dæmonum tradebantur? nam (ut vidimus) Littorius Romano præerat in Galliis exercitui, & in Africa Cyrus æque Ethnicus militum (ut habet Evagrius, (*b*) ductor erat: qui amplioribus (ut dicemus) auctus est postea magistratibus) nempe Prætorii Præfectura, & Consulatu. Hæc plane est infelicitas Principum, ut exsiccare scelerum fluenta legum sponvianus dicit: *Illis exaltatio data est pro humilitate, nobis pro elatione dejectio. Namque agnovit hoc ille Dux nostræ partis.* (Litorius scilicet) *qui eamdem Urbem hostium quam eodem die victorem se intraturum esse præsumpsit, captivus intravit*, Urbem illam Baronius interpretatur *Arelatem*, deceptus a Prospero, qui loquitur de bello Gothico apud Arelatem, antequam de isto sermonem habeat, quod tamen ad Tolosam sedem Regiam gestum esse, Idacius, qui Baronii tempore non extabat, diserte testatur.

(*a*) *Salv. de vero judic. lib. 6.*

(*b*) *Evag. lib. 3. c. 19. in fin.*

PAGIUS

VI. *Pax Romanos inter & Visigothos sancita.*

Sidonius in Panegyrico Avito dicto, postquam de Bello Burgundionico locutus est, a versu 245. ad 315. sermonem habet de bello Gothico & de renovatione pacis cum *Theoderico* hujus laudem tribuit *Avito*, docetque eum tunc fuisse Præfectum Prætorio Galliarum. Denique testatur, *Litorium* postquam Arecomicos domuisset, & *Scytharum* turmas Hunnorum scilicet, per Arvernos duceret, & illi Barbara feritate Arverniam vastarent, exortum esse Aviti in illos impetum, & singulare cum Hunno equite certamen, quod magna pompa describit.

*Nova bella iterum, pugnamque sub ipsis*
*Jam patriæ muris periturus commovet hostis,*
*Litorius Scythicos equites tum forte, subacto*
*Celsus Aremorico, Cethicum rapiebat in agmen*
*Per terras, Arverne tuas, &c.*

Ubi loquitur Sidonius de auxiliarium Hunnorum perfidia, & hostili grassatione, de qua etiam queritur Paulinus lib. 6. de Vita sancti Martini. De hoc bello & pace quæ postea Gothos inter & Romanos sancita est, agit etiam Jornandes lib. de Reb. Geticis cap. 34. ubi ait: *Hunnis quoque auxiliariis Litorio ducante, contra Gothos Romanos exercitus movit procinctum:* gia frustra laborent, cum ipsos obstruere fontes, unde mala solent fluere, prætermittant.

XIX. Sed quam diris ista cladibus divinitus vindicentur, Oriens & Occidens maximis exagitati malis, etiam alienigenis fidem fecere, dum Imperium Orientale dira diu afflictatum est fame, Occidentale vero hoc ipso anno in Gallia nobilissimi est passum jacturam exercitus. Sed longe lugubrius atque funestius illud accessit, dum ad finem anni hujus clarissima omnium Civitas, Romanæ urbis æmula, & licet tandem illi subdita, splendoris tamen gloria cedere nescia, Carthago, inquam, a Uvandalis capta est. Sub hujus quidem anni Consulibus ea potitos esse Uvandalos, tum S. Prosper (*c*), tum Marcellinus (*d*) affirmant: factum id hoc anno, decimo Kalendas Novembris, ipse Marcellinus tradit, sed decimoquarto Prosper, cum ait: *Aetio rebus quæ in Galliis componebantur intento, Genserico *, de cujus amicitia nihil metuebatur, decimo quarto Kalendas Novembris Carthaginem dolo pacis invadit; omnesque opes ejus, excruciatis diverso tormentorum genere Civibus, in jus suum vertit. Nec ab Ecclesiarum spoliatione absti-*

Carthago capta a Genserico.

(*c*) *Prosp. in Chron.*

(*d*) *Marc. in Chron.*

* Geiserico.

*diuque ex utraque parte acie ordinata, cum utrique fortes & neuter inferior esset, datis dextris in pristinam concordiam redierunt, fœderaque firmato, ab alterutra fida pace peracta, recessit uterque. Qua pace, Attila (Hunnorum omnium Dominus, & pene totius Scythiæ gentium solus in mundo regnator erat famosa inter omnes gentes claritate mirabilis.* De hac pace Prosper sub hujus anni Coss. ait: *Pax cum Gothis facta cum eam post ancipitis pugnæ lacrymabile experimentum humilius quam antea, popposcissent.*

VII. *Quinta Hunnorum in Galliam irruptio.*

Est hæc quinta Hunnorum in Galliam irruptio, qua ea summopere afflicta, ut colligimus ex Paulino Petragoricensi, qui hoc tempore vivebat, in lib. 5. Vitæ Sancti Martini.

*Cum subito patefacta metu graviore periclo*
*Auxiliatores pateretur Gallia Chunos.*
*Nam socium vix ferre queas, qui durior hoste*
*Extet.*

Hæc expeditio tam Hunnis qui cæsi fugatique fuere, quam Gallis infausta fuit. Sidonius enim loco laudato ait capto Lictorio Gothis pugnandum non fuisse; cum nullæ essent Romanorum vires, quæ eorum impetus remorari possent:

*Postquam undique nullum*
*Præsidium, ducibusque tuis nil, Roma, relictum est,*
*Fœdus, Avite, novas: sævum tua pagina Regem*
*Lecta domat.*

Mala tunc ab Hunnis auxiliaribus Galliis illata auxilium istud irruptioni simillimum reddidere. Ad hanc irruptionem aliqui recentes Historici obsidionem Urbis Vasatensis referunt, sed hos anno CDLI. confutabimus.

VIII. A num. XIX. ad XXXVI. Prosper & Marcellinus



*abstinens, quas & sacris vasibus exinanitas, & sacerdotum administratione privatas, non jam divini cultus loca, sed suorum jussit esse habitacula. In universum captivi populi ordinem sævus, sed præcipue nobilitati, & religioni infensus: ut non discerneretur, hominibus ne magis an Deo bellum intulisset.* Hæc Prosper. Et Isidorus his addit (*a*): *Genserico sacramenti religione violata, Carthaginem pervadit, Siciliam deprædatur, Panormum obsidet, Arianam pestilentiam per totam Africam intromittit, sacerdotes Ecclesiæ expellit, martyres plurimos efficit.* Sic ipse summatim relegens omnia a perfido barbaro his temporibus perpetrata.

(*a*) *Isidor. hist. Uvand.*

XX. Sed cur Deus dedi Uvandalis eam Civitatem permiserit, ex Salviano viro sanctissimo accipe, qui hoc ipso tempore, nec ob aliam causam, quam ut divinam erga homines providentiam, & justa ejus judicia monstret, ejusmodi scribendi argumentum arripuit. Ipse igitur, cur tradi Uvandalis Africam, & Carthaginem ab illis capi permissum a Deo esset, demonstrans, præter illa quæ de totius Africæ sceleribus exundantibus scribit, de ipsa Civitate Carthagine ista habet (*b*): *Nec discurram per loca singula, aut cunctas discutiam Civitates, ne studiose videar quærere aut investigare, quæ dicam: una tantum universarum illic urbium principe, & quasi matre contentus sum, illa scilicet Romanis arcibus semper æmula, armis quondam & fortitudine, post splendore & dignitate, Carthaginem dico urbi Romanæ maximæ adversariam, & in Africano orbe quasi Romam: quæ mihi ideo in exemplum ac testimonium sola sufficit, quia universa penitus quibus in toto mundo disciplina Reipublicæ vel procuratur, vel regitur, in se habuit. Illic enim omnium officiorum publicorum instrumenta, illic artium liberalium schola, illic philosophorum officinæ, cuncta denique vel linguarum gymnasia, vel morum: illic quoque etiam copiæ militares, & regentem militiam po-*

(*b*) *Salv. de vero judic. & provid. Dei l. 7.* Carthaginensium amplitudo.

*testates: illic honor Proconsularis, illic quotidianus Judex & rector, quantum ad nomen quidem Proconsul, sed quantum ad potentiam Consul: illic quoque omnes rerum dispensatores, & differentes inter se tam gradu quam vocabulo dignitates, omnium (ut ita dicam) platearum ac compitorum procuratores cuncta ferme locæ urbis & membra populi gubernantes. Hac ergo tantum contenti sumus ad exemplum, & testimonium cæterarum: ut intelligamus scilicet, quales illæ fuerint Civitates, quæ minores habuerunt probi officii procuratores; cum viderimus, qualis extiterit, ubi summi semper fuere rectores.*

XXI. Carthaginensium vitia.

*Quo loco prope est, ut pœniteat me professionis meæ, id est, quod superius spopondi, cunctis prope Afrorum criminibus prætermissis, de impuritatibus præcipue ac blasphemiis eorum me esse dicturum. Video enim quasi scaturientem vitiis Civitatem: video urbem omnium iniquitatum genere ferventem, plenam quidem turbis, sed magis turpitudinibus, plenam divitiis, sed magis vitiis, vincentes se invicem homines nequitia flagitiorum suorum, alios rapacitate, alios impuritate certantes, alios vino languidos, alios eruditate distentos, hos sertis redimitos, illos ungentis oblitos cunctos vario luxus marcore perditos, sed pene omnes una errorum morte prostratos, non omnes vinolentia temulentos, sed omnes peccatis ebrios. Populos putares non sani status, non sui sensus, non omnino incolumes, non gradu, quasi more Baccharum crapulæ catervatim inservientes.*

XXII. *Jam vero illud cujusmodi, aut quam grave, genere quidem dispar, sed iniquitate non dispar, nisi forte in hoc dispar, quia majus: proscriptiones dico orphanorum, viduarum afflictiones, pauperum cruces; qui ingemiscentes quotidie ad Deum, finem malorum imprecantes, & quod gravissimum est, interdum vi nimiæ amaritudinis etiam adventum hostium postulantes, aliquando a Deo impetrarunt, ut eversionem tandem a barbaris in commune*

PAGIUS

*Carthago a Vandalis occupata.*

linus in Chronicis Carthaginem hoc anno a Vandalis captam, direptamque tradunt. Addit Prosper: *Hanc autem captivitatem Carthago subiit, anno postquam Romana esse cœperat DLXXXV.* Capta Carthago a Romanis *Cornelio Lentulo & L. Mummio Coss.* ut prodit Vellejus lib. 1. ideoque anno Periodi Græco-Romanæ 5348. cui numero si addas DLXXXV. pervenies ad annum ejusdem Periodi 5932. qui cum præsenti Christi anno concurrit. Marcellinus ait, hanc cladem accidisse *X. Kalend. Novemb.* sed illa diei nota mendosa; standumque Prospero, Idacio in Chronico, ac Auctori fragmenti Augustani ab Henrico Canisio publicati, qui eam contigisse asserunt *XIV. Kalend. Novemb.* seu die XIX. mensis Octobris, qui ab eo die *Genserico* Vandalorum Rex qui Carthaginem expugnavit, regni sui initium desumsit, ut in morte ejus videbimus. In eo fragmento Augustano Librarii errore, uti existimo, legitur: *post Consulatum Theodosii XVII. & Festi Geiserico Vandalorum Rex Carthaginem ingressus est die XIV. Kal. Novemb.* Alioquin Carthago anno sequenti in Genserici manus venisset, quod dici non potest. Peccavit & Idacius in Chronico, qui anno Abrahami 2455. Kalend. Octob. præcedentis Christi anni inchoato, ait: *Carthaginem fraude decepta XIV. Kal. Novemb. omnem Africam Rex Gaisericus invadit.* Idacius itaque citius, Auctor citati fragmenti tardius Carthaginis excidium referunt. Chiffletius quidem in notis ad Victorem Vitensem, & ad Vitam Sancti Fulgentii, Auctore Ferrando, contendit, hanc formulam enunciandi Consulatus ab Auctore citati fragmenti usurpatam, eumdem sensum habere cum illa vulgata, qua usi sunt Prosper & Mar-

ne. toleraret, quam ſoli ante a Romanis toleraverant. Sed eſto, hæc omnia prætermittantur, quia & in toto ferme aguntur orbe Romano, & ſpopondi me de his malis nec pauca dicturum. Quid ergo impudicitia atque impuritas, de qua loquor, numquid ad everſionem Afrorum ſola ſufficeret? Quæ enim fuit pars Civitatis non plena ſordibus? quæ intra urbem platea aut ſemita non lupanar? adeo pene omnia compita, omnes vias quaſi foveæ libidinum interciderant, aut quaſi retia prætexerant, ut etiam qui ab hac re penitus abhorrerent, tamen vitare vix poſſent. Latronum quodammodo excubias videres commeantium viatorum ſpolia captantes; qui inſidiarum frequentium denſitate ita omnes admodum calles, omnes anfractus ac diverticula ſepiſſent, ut nullus ferme tam cautus eſſet, qui non in aliquos inſidiarum laqueos incurreret, etiam qui ſe de plurimis expediſſet. Fœtebant (ut ita dixerim) cuncti urbis illius cives cœno libidinis, ſpurcum ſibimetipſis mutuæ impudicitiæ nidorem inhalantes: ſed horrori tamen eis horrida iſta non erant, quia idem omnes horror infecerat: unam enim illis putes fuiſſe libidinum fornicationumque ſentinam cœnum quaſi ex omni platearum, & cloacarum labe collectum.

Impudicitia Carthaginenſium.

XXIII. Et quæ illic ſpes eſſe poterat, ubi præter id quod in templo Dei erat, nihil videri penitus niſi ſordidum licebat? Quamquam quid dicam in Dei templo? hoc quippe totum ad ſacerdotes tantum, & clerum pertinet; quos non diſcutio, quia Domini mei miniſterio reverentiam ſervo; & quos ita ſolos puros arbitror fuiſſe in altari, ſicut pereuntibus Sodomis ſolum Lot fuiſſe in monte legimus (a). Cæterum quantum ad plebem pertinet, quis in illo numero tam in numero caſtus fuit? caſtum dico? quis non fornicarius, non adulter? & hoc ſine ceſſatione, ſine termino. Rurſus clamitem itaque neceſſe eſt. Quæ ſpes in illo populo eſſe poterat, ubi cum unus interdum adulter plebem Eccleſiaſticam polluat, ibi inter tot millia, ſi diligentiſſime quæreres, caſtum vel in Eccleſia reperire vix poſſes? Plus multo dicam: utinam hæc eſſent ſola quæ diximus, & contenta illic virorum impuritas fuiſſet ſolis ſordidarum mulierum fornicationibus inquinari: illud gravius, & ſceleſtius, quod illa, de quibus beatus Apoſtolus Paulus (b) cum ſumma animi lamentatione conqueritur, in Afris pene omnia fuerunt; ſcilicet quia maſculi, relicto naturali uſu feminæ, exercentes, &c. rurſum vero:

(a) Gen. 19.

(b) Rom. 1.

Sed forte (inquit) id vel occultum, XXIV. quod loquimur, erat; & ſaltem hoc providebant procuratores, ne publicæ paſſim diſciplinæ oculos Civitatis ſcelera propalata polluerent: quod ſi factum utique fuiſſet, quamvis multi extitiſſent opere ipſo ſordidi, non omnes tamen fuerant viſu atque animo ſordidati. Et ſolet res flagitioſa, quando agitur occulte, fidem facinoris non mereri: ſupra autem omnem monſtruoſi piaculi execrationem eſt, ſcelus ſummum admittere, & pudorem ſceleris non habere. Quid, rogo, fieri illic prodigioſius potuit? in urbe Chriſtiana, in urbe Eccleſiaſtica, quam quondam doctrinis ſuis Apoſtoli inſtituerant, quam paſſionibus ſuis martyres coronarant, viri in ſemetipſis feminas profitebantur, & hoc ſine pudoris umbraculo, ſine ullo verecundiæ amictu: ac quaſi parvum piaculum eſſet, ſi malo illo malorum tantum inquinarentur auctores, per publicam ſceleris profeſſionem fiebat etiam ſcelus integræ civitatis. Videbat quippe hæc univerſa civitas, & patiebatur: videbant Judices, & acquieſcebant: populus videbat, & plaudebat: ac ſic diffuſo per totam urbem dedecoris ſceleriſque conſortio, etſi commune hoc omnibus non faciebat actus, commune omnibus faciebat aſſenſus. Hæc & alia Salvianus, pluribus invectus in illos qui habitu incederent muliebri, veſteque velis ac picta facies feminas penitus imitantes, res perpetrarent obſcænas, quibus turpiſſime fœdarentur. At poſt multa:

XXV. (c) Salv. de vero judic. lib. 8. Carthaginenſes idololatræ.

Sed (c) quia de impuritate Afrorum jam multa diximus, nunc de blaſphemiis ſaltem pauca dicamus. Profeſſa enim illic jugiter plurimorum Paganitas fuit: habebant quippe intra muros patrios inteſtinum ſcelus, Cæleſtem illum ſcilicet, Afrorum dæmonem dico: cui ideo (ut reor) veteres Pagani tam ſpecioſæ appellationis titulum dederunt, ut quia in eo non erat numen, vel nomen aliquod eſſet; & quia non habebat aliquam ex poteſtate virtutem, haberet ſaltem ex vocabulo dignitatem. Quis ergo illi idolo non initiatus? quis non a ſtirpe ipſa forſitam etiam a nativitate devotus? Nec loquor de hominibus ſicut vita, ita etiam profeſſione ac vocabulo Paganis, & qui ſicut profani erant errore, ſic nomine: tolerabilior quippe eſt & minus nefaria Gentilitas in hominibus profeſſionis ſuæ. Illud perniciosius ac ſceleſtius, quod multi eorum qui profeſſionem Chriſto dicaverant, mente idolis ſerviebant. Quis enim non eorum



torum qui Chriſtiani appellantur, Cæleſtem illum aut poſt Chriſtum adoravit, aut (quod pejus eſt) multo ante quam Chriſtum? Quis non dæmoniacorum ſacrificiorum nidore plenus divinæ domus limen intravit, & cum factione ipſorum dæmonum Chriſti altare conſcendit; ut non tam immanis criminis fuiſſet, ad templum Domini non venire, quam ſic venire? & inferius:

XXVI. At, inquis, non omnes iſta faciebant, ſed potentiſſimi quique ac ſublimiſſimi, Acquieſcamus hoc ita eſſe: ſed cum ditiſſimæ quæque ac potentiſſimæ domus turbam faciant civitatis: vides perpaucorum potentium ſacrilega ſuperſtitione urbem cunctam fuiſſe pollutam. Nemini autem dubium eſt, omnes dominorum familias aut ſimiles eſſe dominis aut deteriores, quamvis hoc uſtatius, ut deteriores, &c. Porro eo immanius horum ſacrilegium & impietas exiſtimari debuit, quod poſt tot ſancti Aurelii Epiſcopi Carthaginenſis (quæ vidimus ac recenſuimus) ſtudia exhibita in demolitione idoli atque profani ejus delubri, poſt tot adhibita a Proconſulibus & Tribunis ad hoc ipſum officia, poſt tot leges Imperatorum atque reſcripta adverſus idololatras in Africa data, poſt denique tot Carthagine ab eodem ſancto Epiſcopo & aliis collegis celebrata Concilia ad ablegandam penitus impietatem & pravos mores, additis concionibus, vel ſecretis admonitionibus ſanctorum virorum: adhuc tamen vigeret apud potentes adeo immane cum impunitate delictum.

Carthaginenſes incorrigibiles.

XXVII. Acceſſit vero ad Carthaginenſium ſacrilegiorum culmen odium adverſus ſanctos viros, per quos ad meliorem frugem vel precibus, vel moribus & exemplis potuiſſent aliquando reſtitui. Nam idem Salvianus, qui hæc cuncta, utpote ibi verſatus, ſatis ſuperque perſpecta habuit, ad omnia ſuperius dicta iſta ultimo loco ſubdit (a): Eſto (inquit) illa quæ diximus de contagio idololatriæ ad potentiſſimos quoſque ac nobiliſſimos pertinuerunt: Numquid illa leviora, quæ nobilibus, ignobilibuſque communia? odia ſcilicet atque execrationes ſanctorum omnium dico: ſacrilegii quippe genus eſt, Dei odiſſe cultores. Et poſt nonnulla de immanitate ſceleris inculcata: Ita igitur (ſubdit) & in monachis, id eſt, ſanctis Dei Afrorum probatur odium; quia irridebant ſcilicet, quia maledicebant, quia infectabantur, quia deteſtabantur, quia omnia in illos pene fecerunt, quæ in Salvatorem noſtrum Judæorum impietas fecit. Et poſt alia ad rei demonſtrationem allata exempli cauſa iſta ſubjecit: Non ſine cauſa itaque illud fuit, quod intra Africæ civitates & maxime intra Carthaginis muros palliatum & pallidum,

(a) Salv. de vero judic. lib. 8.

Monachi ludibrio habiti.

& reciſis comarum fluentium jubis ad cutem tonſum videre tam infelix ille populus quam infidelis ſine convitio atque execratione vix poterat.

Et ſi quando aliquis Dei ſervus aut XXVIII. de Ægyptiorum cœnobiis, aut de ſacris Hieroſolymorum locis, aut de ſanctis eremi venerandiſque ſecretis ad urbem illam officio divini operis acceſſit; ſimul ut in populo apparuit, contumelias, ſacrilegia & maledictiones excepit: nec ſolum hoc, ſed improbiſſimis flagitioſorum hominum cachinnis, & deteſtantibus ridentium ſibilis, quaſi taureis cædebantur: vere ut ſi quis ea inſcius rerum fieri videret, non aliquem hominem ludificari, ſed novum inauditumque monſtrum abigi atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum & præcipue Carthaginenſium fidem: & ad finem: Et miramur ſi nunc barbaros illo perferunt: cum videamus quod ſancti viri in illis barbaros pertulerunt. Juſtus ergo eſt Dominus & rectum judicium ſuum, &c. Iſta quidem Salvianus. Quibus omnibus & eam adiice conſiderationem, qua (quod deterrimum omnium ſcelus videri poteſt) contemptus pœnitentiæ declaratur.

Carthaginenſium impœnitentia.

Etenim cum ante decennium Uvandali invaſerint Africam, atque munitis locis omnibus potiti fuerint, cumque Romani exercitus ab eiſdem iterum fuerint ſuperati, ſub Bonifacio duce primum, poſtea vero ſub Aſpare & Baſiliſco fuſis ſimul Orientalibus atque Occidentalibus copiis; ſola ipſa Carthago undique vallata hoſtibus & obſeſſa periculis, non eſt exterrita & timore correpta ad pœnitentiam, qua Dei indignationem anteverterre valuiſſent; quam potius, addentes peccata peccatis, ab invito, licet extorquere, atque retardante nimis accelerare velle, Carthaginenſes videri poterant: ut plane ſecundum illud Hieremiæ (b) accideXXIX. rit illis: Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriviſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam: induraverunt faciem ſuam ſupra petram, & noluerunt reverti. Ego autem dixi: Forſitan pauperes ſunt & ſtulti ignorantes viam Domini & judicium Dei ſui. Ibo igitur ad Optimates, & loquar eis: ipſi enim cognoverunt viam Domini & judicium Dei ſui. Et eoce magis hi ſimul confregerunt jugum, ruperunt vincula. Idcirco percuſſit eos leo de ſilva. Nam præter illa quæ dicta ſunt, hæc rurſum accipe de Carthaginenſibus a Salviano (c): Circumſonabant armis muros Carthaginis populi barbarorum, & Eccleſia Carthaginenſis inſaniebat in Circis, luxuriabat in theatris: alii foris jugulabantur, alii intus fornicabantur: pars plebis erat foris captiva hoſtium, pars intus captiva vitiorum: & paulo poſt: Fragor (ut ita dixerim) extra muros & intra muros præ-

(b) Hier. 5.

(c) Salv. de vero judic. lib. 6.



PAGIUS & Marcellinus. Sed eum falli certiſſimum; cum inter Conſulatum & poſt Conſulatum unius anni diſcrimen ſit. Baronius num. XXIX. loquitur de expeditione *Baſiliſci* adverſus Vandalos quaſi præceſſerit excidium Carthaginis; ſed ea nonniſi Leone Magno imperante ſuſcepta, ut ſuo loco demonſtrabimus.

*liorum & ludicrorum confundebatur; vox morientium, voxque bacchantium; ac vix discerni forsitan poterat plebis ejulatio, quæ cadebat in bello, & sonus populi, qui clamabat in Circo. Et cum hæc omnia fierent, quid aliud talis populus agebat, nisi ut cum eum Deus perdere adhuc fortasse nollet, tamen ipse exigeret ut periret?* hæc Salvianus. Sed audiamus Victorem, quid de acerbissimo persecutore scribat, postquam Carthaginem cepit:

XXX. *Post has (inquit a) truces impietates insaniæ, ipsam urbem maximam Carthaginensem Genserícus * tenuit & intravit, & antiquam illam ingenuam ac nobilem libertatem in servitutem redegit. Nam & Senatorum urbis non parvam multitudinem captivavit. Deinde proponit decretum, ut unusquisque auri, argenti, gemmarum, vestimentorumque pretiosorum, quodcumque haberet, offerret, & ita brevi avitas atque paternas opes tali industria abstulit rapax.* Ita potitus primaria urbe totius Africæ, inter se & exercitum omnes partitus est provincias, eo modo videlicet, quo idem Victor narrat his verbis: *disponens quoque singulas quasque provincias, sibi Byzacenam, Abaritanam * Getuliam, & partem Numidiæ reservavit: exercitui vero Zeugitanam vel Proconsularem funiculo hæreditatis divisit:* hæc de expilatione & divisione bonorum Victor; quid autem in personas Ecclesiasticas & nobiles laicos admissum sit, ita subdit: *Præterea præcipere nequaquam cunctatus est, ut Episcopos atque laicos nobiles de suis Ecclesiis & sedibus nudos penitus effugaret. Quod si (optione proposita) exire tardarent, servi perpetui remanerent: quod etiam in plurimis factum est. Multos enim Episcopos & laicos, claros atque honoratos viros, servos esse novimus Vvandalorum.*

(a) *Vict. de Pers. Vvandal. lib. 1.* * Geiserícus.

* Aburitanam.

XXXI. *Tunc vero memoratæ urbis Episcopum, id est Carthaginis, Deo & hominibus manifestum, nomine Quodvultdeum, & maximam turbam clericorum navibus fractis impositam nudos atque expoliatos expelli præcepit: quos Dominus miseratione bonitatis suæ prospera navigatione Neapolim Campaniæ perducere dignatus est civitatum. Sanctorum autem atque honoratorum multitudinem primo exilio crudeli contrivit, postea transmarinam in partem projecit. Pulso autem Episcopo (ut præfati sumus) cum clero venerabili, illico Ecclesiam nomine Restitutam, in qua semper Episcopi commanebant, suæ religioni mancipat, atque universas, quæ intra muros fuerant civitatis, cum sui divitiis abstulit.* Sed & superius: *Basilicam* (inquit) *majorem, ubi corpora sanctarum martyrum Perpetuæ & Felicitatis sepulta sunt, Celerinæ, atque Scillitanorum, & alias quas non destruxerunt suæ religioni licentia tyrannica mancipaverunt:* & post nonnulla: *Sed etiam quæ foras muros erant ecclesiæ, quascumque voluit, occupavit, & præcipue duas egregias & amplas sancti martyris Cypriani, unam ubi sanguinem fudit, aliam ubi ejus sepultum est corpus, qui locus, Mappalia, vocitatur:* item ad Decimum dicta, prima vero ad Sextum nuncupata, quod totidem distarent ab urbe lapidibus de quibus superius, ubi actum est de sancti Cypriani martyrio.

XXXII. At quid tunc acciderit cum Uvandali proximam civitati Cypriani Memoriam ad litus positam invaserunt, Procopius ita narrat (*b*): *Hoc itaque templum Vvandali, imperante Valentiniano *, pulsis Christianis, ac sacerdotibus multa ignominia ejectis, tenuerunt, ipsius cura Arianis delegata. Quamobrem Afris maximo dolore perculsis, ac animi pendentibus, dicunt, Cyprianum in somnis apparuisse, & bono animo Christianos hujus rei gratia esse jussisset, sese brevi tempore ultorem futurum pollicendo. Ubi res in vulgus prodiit, Afri omnes expectabant ultionem hanc in Vvandalos; nec propterea unde hæc procedere possent, conjicere ullo modo poterant,* &c. hæc Procopius, ubi agit de Justiniano Imperatore post annos centum Africam recipiente, & Uvandalos ad nihilum redigente. Sed subdit dictis nuper Victor:

(*b*) *Procop. de bello Vvandal. lib. 2.* * Honorio.

XXXIII. *Quis vero sustineat, ac possit sine lacrymis recordari, dum præciperet nostrorum corpora defunctorum sine solemnitate hymnorum cum silentio ad sepulturam perduci?* Vides ex his quanti religiosam funeralem pompam æstimare consueverint Christiani, dum ea caruisse, inter omnium luctuosissima, quæ illis temporibus accidere potuissent, adnumerat. Sed pergit: *Addidit ad hæc, ut & pars clericorum, quæ remanserat, pœnali exilio truderetur:* quæ autem his subdit, sequenti potius anno facta esse videntur; nos pro ratione temporis reddemus singula suis locis.

XXXIV. Sed quid Wandali in eas, quæ adhuc Carthagine erant (ut ex Salviano vidimus) reliquias idololatriæ? Utique ipsi una ferme præstiterunt die, quæ nec plurimis annis ex quo Christiani cœperant imperare, pluribus licet legibus pertentarint, perficere Imperatores ullatenus valuerunt: Unde opus fuerint, iratum Deum gentem barbaram ex remotis Orbis finibus ad hæc præstanda in Africam convocare, qui ne vestigium quidem ibi reliquere Gentilitiæ impietatis. Etenim quod ad Carthaginem spectat, ait Victor (*c*): *Carthagineo dignam theatro ædem Memoriæ, & viam quam Cælestis vocabant, funditus deleverunt:* eadem quoque Prosper (*d*) habet de via Cælestis:

(*c*) *Victor. de pers. Vvandal.* (*d*) *Prosp. de prædict. par. 3. c. 38.*



lestis: *quam* (inquit) *sine memoria sui nunc Vvandalica manus evertit.*

XXXV. Porro illud in primis magnopere observandum, persecutionem hanc in Ecclesiam Africanam a Wandalis Arianis illatam, Catholicos tantummodo pertigisse, Donatistas vero vel ad eos turpiter defecisse, aut persequendo Catholicos, eisdem Wandalis se conjunxisse; memores quidem, majores suos sub Constantio Imperatore fœdus cum Arianis adversus Catholicos iniisse, ac proinde non ut hostes, sed ut socios eos excepisse: quippe qui eisdem in anabaptismi symbolo pari, ex dispari tamen causa, jungerentur impietate. Quidnam enim cunctati sunt sese conjungere Wandalis, quos adversus Catholicos etiam in Orientem ad Apostatam Imperatorem legatos misisse meminimus? Itaque qui se Catholicis, quasi pollutis, jungere despexerunt, & quam sæpissime moniti resilierunt; modo Arianis dedere manus, mutuoque fœdera inierunt, sibi ipsis pœnas illas infligentes, quas sua ipsorum scelera exigebant, dum in profundiorem sese foveam conjecerunt. Junctos quidem fuisse Donatistas Wandalis, ea quæ Victor (*a*) in fine operis habet de Nicasio Donatista, satis significant. At de clade Carthaginensium hoc anno illata modo hactenus; reliqua vero pro temporis ratione relicimus in sequentem annum. Sed jam ad Theodosium revocemus orationem.

(*a*) *Victor de pers. Vvandal. lib. 3. in fin.*

XXXVI. Qui hoc anno (ut vidimus) ad avertenda ingruentia mala, adversus Judæos, Hæreticos, atque Gentiles plenissimam edidit sanctionem; idem contra rapacitatem potentium pauperes opprimentium novum dedit ad Florentium Præfectum Prætorio rescriptum (*b*), quo vetuit, ne quis sine Judicis auctoritate alienis rebus regia vela suspenderet, vel titulum Imperatoris apponeret: sub nomine enim Imperatoris quasi justo titulo potentioribus patebat via fortunas invadendi alienas, diversis prætensis causis, variisque coloribus comparatis. Sed neque ob id extinctum hoc malum est: ad quod tollendum, laborandum fuit etiam sancto Gregorio Romano Pontifici, ita scribenti ad Constantinam Augustam (*c*): *In Sicilia autem insula Stephanus quidam marinarum partium chartularius tanta præ judicia, tantasque oppressiones operari dicitur invadendo loca singulorum, & sine dictione causarum per possessiones ac domos titulos ponendo, ut si velim Acta singula quæ ad me pervenerunt, dicere, magno volumine hæc explere non possim.* Hæc ipse, qui irrepentem ejusmodi pravum usum in Ecclesiasticos viros, continuo tollendum curavit habita (*d*) Romæ Synodo. Porro illam putamus fuisse inter vela & titulos differentiam, quod in illis imago depicta erat Imperatoris, ut ex eodem Gregorio (*e*) apparet in titulis vero nomen ejusdem inscriberetur: hinc illud Chrysologi: (*f*) *Sicut dominorum prædiorum super liminibus affixi tituli proloquuntur *, &c.*

(*b*) *l. 2. C. ut nemo privatus.* De non affigendis titulis, Theodosii constitutio.

(*c*) *Greg. l. 4. ep. 33.*

(*d*) *Greg. l. 4. ep. 88. & supra ep. 44.*

(*e*) *Greg. ep. l. 1. ep. 1.*

(*f*) *Petr. Chrysolog. serm. 154. de S. Step.* * perleguntur.

Idem quoque Augustus adversus calumniatores Episcoporum edidit sanctionem, (*g*) qua & consultum voluit juribus Ecclesiasticorum, & cohibuit licentiam clericorum ac monachorum, qui absque litteris Episcopi, cui subjecti essent, Constantinopolim accederent. Hæc quidem ad eumdem Florentium Præfectum Prætorio, cujus incomparabilis probitas ab eodem Imperatore ad Cyrum (*h*) hoc eodem anno rescripto plurimum commendatur. Etenim cum lenones sæpe vetiti, pensitatione tamen quadam in ærarium conferenda, Constantinopoli turpe opus exercere permissi essent: ipse Florentius ut ejusmodi turpitudinum fœce civitatem purgatam redderet, latifundium suum donavit, *ex quo iidem redditus* Reipub. solverentur: sic igitur bonorum suorum dispendio Constantinopolim lenonibus reddidit omnino liberam: quem quidem ita redemptum decorem urbis ut conservaret Theodosius Imperator, ad Cyrum (ut dictum est) adversus eosdem rescriptum dedit, ubi de Florentio ista sunt verba: *Ac licet Florentius nos illud adverteret execrari, etiam cessante vicaria oblatione vectigalis: tamen ne ullum ad ærarium incommodum perveniret, propriam possessionem obtulit, ex cujus redditibus possit accedere quod prædictum pessimum genus consueverat pensitare,* &c. Ad hunc item Florentium extat Theodoreti (*i*) epistola, implorantis auxilium adversus calumniantes hæreticos. Patronus hic quidem fuit Catholicæ fidei, pro qua tuenda adfuit ipsi Theodosio Imperatori in Concilio Constantinopolitano, in quo ipsius opera detectus est Eutyches latens hæresiarcha: sed & cum Imperatore Marciano præsto fuit sacrosancto œcumenico Concilio Chalcedonensi, ut eorumdem Conciliorum Acta significant, de quibus suis locis dicturi sumus.

(*g*) *l. 22. C. de Episc. & cleric.* Lenones Constantinop. a Florentio sublati.

(*h*) *Novell. de lenon. tit. 18. Theodos.* Jure laudatur Florentius.

(*i*) *Theod. epist. 89.*

XXXVII. Elucebat hoc quoque tempore inter Magistratus virtute præstantes Thalassius Præfectus Prætorio Illyrici, ad quem hoc ipso anno, iisdemque Consulibus extat ejusdem Theodosii Imper. rescriptum (*k*): Porro eximiæ viri probitatis ergo Proclus Constantinopolitanus Episcopus eum Archiepiscopum creavit Ecclesiæ Cæsarien sis in Cappadocia: rem gestam Socrates sub anni hujus Consulibus ita narrat: (*l*) *Proclus eodem tempore, ad decimum septimum Consulatum ejusdem Theodosii Imperatoris, rem plane admirabilem, & qualem nemo veterum aliquando Episcoporum*

(*k*) *Novel. Theod. tit. 6.*

(*l*) *Socr. l. 7. c. ult.*

XXXVIII.

Thalassius ex Præfecto Epiſcopus Cæsareæ Cappadociæ.

*rum effecerat, aggressus est. Nam Firmo Episcopo Cæsareæ Cappadociæ mortuo, Cæsarienses Constantinopolim adventant Episcopum quæsituri. At cum Proclus lustraret animo, quem ad eum Episcopatum designaret; forte fortuna die sabbatorum, dum aliquem despicare conabatur, omnes Senatores qui illum spectarent, ad ecclesiam accedunt: in quorum numero fuit Thalassius, qui gentium, & Civitatum Illyrici Præfecturam gerebat: cui partium versus Orientem administrandarum curam (uti fama est) Imperatoris jussu suscepturo, Proclus manus imponit, & pro Præfecto Episcopum Cæsareæ creat. Atque in hunc modum Ecclesiæ status id temporis prosperum, & felicem successum habuit.* Hactenus Socrates: addit hæc Nicephorus (*a*):

(*a*) *Nicep. li. 14. c. 42.*

*At ille* (Thalassius scilicet) *contra animi sui sententiam in Ecclesiæ gradum ascendit, eamque rite administravit: cum quidem tam subitum factum Imperator ægre ferret, mox tamen id sanctione sua comprobaret.* Hæc ipse.

XXXIX. Sozomeni, & Socratis historiæ finis.

Porro ista scribens Socrates, hujus anni Consulibus suæ finem imponit historiæ, sicut & Sozomenus, qui (ut ipse in præfatione testatur) ad eumdem decimumseptimum Consulatum Theodosii suam pariter historiæ scriptionem perduxit: qui licet Novatiani essent, & in iis quæ ad ipsorum dogmata spectant, privato studio plura mentiti esse reperiantur, dum præsertim falsa miracula suis tribuunt: Novatianis tamen majoris fidei apud Gelasium Romanum Pontificem hos fuisse quam Eusebium Cæsariensem, inde possumus existimare, quod Eusebii historiam reiicit inter apocrypha, Socratis vero & Sozomeni nequaquam. Verum non ob res gestas ab Eusebio narratas, sed ob sparsos in eis ab eo olim Arianismos, ea censura certum est Eusebii historiam esse notatam; cum tamen Novatiani divinitatis Filii Dei essent (ut vidimus) constantissimi defensores, atque ob eam causam diutius ab Imperatoribus, & Episcopis tolerati. Nec est quod quis calumniose agens, arguat esse reiicienda quæ produntur ab hæreticis fuisse narrata. Etenim qui his respondeat, unus cui nemo ob auctoritatem atque doctrinam refragari possit, Gelasius in medium prodeat: ipse enim in tomo de vinculo anathematis ista habet: *Num quidnam in ipsorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertineant, leguntur? Num quidnam veritas refutanda est, quia illorum libri, ubi pravitas inest, refutantur? Aut ideo pravi libri suscipiendi sunt eorum, quia veritas, quæ in illis inserta est, non negatur? Ait Apostolus: Omnia probate; quod bonum est, tenete, &c.* Id ipsum etiam ex sententia Cyrilli Episcopi Alexandrini paulo ante est demonstratum.

XL.

Nec vero alium huic contrarium sensum S. Gregorius habuit: non enim Pontifex Pontifici, & Gelasio S. Gregorius est adversatus, dum Sozomeni historiam visus est improbasse, cum ad Eulogium Alexandrinum Episcopum scribens hæc ait: (*b*) *Sed ipsam quoque Sozomeni historiam Sedes Apostolica recipere recusat: quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopsuestiæ nimium laudat, & usque ad diem obitus sui magnum doctorem fuisse perhibet. Restat ergo, ut si quis illam historiam recipit, Synodo piæ memoriæ Justiniani temporibus de tribus capitulis factæ contradicat. Qui ergo huic contraria dicere non valet, illam historiam necesse est ut repellat.* Hæc Gregorius. Sed quo sensu accipienda ista sint, nemo non videt, qui rem de qua agitur, probe consideravit: nimirum non recipi ab Ecclesia Romana Sozomenum Theodori Mopsuesteni laudatorem: quem qui recipiat, Quintæ Synodo, in qua ille damnatur, refragari se sentiat. In reliquis autem, quæ vera dixit, quomodo potuit ab Ecclesia Romana non recipi? etenim Anastasius Bibliothecarius de eadem Sozomeni historia hæc habet in præfatione Miscellæ: *Verum quia quosdam horum mentitos in quibusdam fuisse, & quædam prætermisisse*

(*b*) *Greg. li. 6. ep. 31.* Quomodo accipienda sententia Gregorii damnantis historiam Sozomeni.

De Sozomeni historia.

PAGIUS

IX. *Socrates Historiam suam ultra hunc annum non continuavit.*

A num. XXXIX. ad XLII. *Socrates* & *Sozomenus*, uterque Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii continuator, testantur se Historias suas usque ad XVII. Theodosii Consulatum, hujus Imperatoris octavis Quinquennalibus memorabilem perduxisse; quia sc. id. genus solennia epochæ quædam erant, ad quas priorum Ecclesiæ sæculorum Scriptores, tam prophani quam Ecclesiastici, in libris suis aut incipiendis aut absolvendis respiciebant. Valesius, qui utrumque Historicum e Græco in Latinum vertit, & quamplurimos errores præcedentium Interpretum sustulit, in præfatione sui Operis observat, *Socratem* patriam habuisse *Constantinopolim*; cum ipsemet in lib. 5. cap. 24. se in ea Urbe natum atque educatum fuisse testetur; eamque ob causam se res illas præcipue commemorasse, quæ in illa civitate acciderant. Antea cap. 16. scripserat; se admodum adolescentem Constantinopoli auditorem fuisse *Helladii* & *Ammonii* Grammaticorum Gentilium Constantinopoli causas actitavit, indeque cognomentum adeptus est *Scholastici*; sic enim Advocati eo tempore vocabantur. Tandem abjecta causidicina ad scribendam Historiam Ecclesiasticam se contulit. Baronius, & ante eum Nicephorus in procœmio Historiæ suæ Ecclesiasticæ tradunt *Socratem* fuisse Novatianum. Verum Valesius re accuratius examinata affirmat, se nihil in illius Historia reperisse, quod eum *Novatianum* fuisse convincat; favere quidem eum plerumque Novatianis, ut cum Novatianum illius Sectæ auctorem inter Martyres numerat; cum Novatianos arctissima benevolentia conjunctos fuisse dicit Catholicis, & una



*se probatur, quemadmodum, & S. Papa Gregorius de Sozomeno apertissime scribit: obsecro, mendacia eorum veris approbationibus arguas, & quæ omiserunt nihilominus suppleas.* Vides igitur clarissimum

Defenditur S. Gregorius.

eruditione virum Anastasium non proiicere Sozomenum, sed purgari ea, & augeri desiderare; quæ ipsa (ut sæpe vidisti, lector) nos pro viribus præstare conati sumus. Sed alibi in Notis (*a*) ad Romanum Martyrologium redarguimus Melchiorem Canum (*b*), qui Magnum Gregorium audacter nimis historiarum ignorantiæ fugillavit, dum quæ apud Theodoretum de laude Theodori Mopsuesteni reperiuntur, Sozomeno Gregorium tribuisse, rem ignorans ipse, putavit. Non attendit censor iste, desiderari duos Sozomeni libros, in quibus de Theodoro illo tractabatur historia.

(*a*) *In Rom Martyr. die 23. Decem.*

(*b*) *Melch. Can. loc. Theol. 2. cap. 6.*

XLI.

Cæterum quod ad eamdem Sozomeni historiam pertinet, majoris illa æstimationis apud Photium fuit, quam Socratis: sed nobis certe commodior Socratis historia cecidit, qua per Consules more majorum tempora distinguuntur. Qui hos Græcos auctores primus tradidit Latinitati, fuit Epiphanius vir doctissimus, idque a Cassiodoro impulsus, qui hæc testatur his verbis (*c*): *Post Eusebii vero historiam apud Græcos Socrates, Sozomenus, & Theodoretus sequentia conscripserunt: quos a viro Epiphanio disertissimo in uno corpore, Deo auxiliante, transferri curavi:*

(*c*) *Cassiod. Instit. divin. lect. c. 17.*

PAGIUS

& una cum illis in Ecclesia Deum orasse. Verum aliud est favere Novatianis, aliud Novatianum esse. Socrates, homo paulo severior illorum disciplinam atque abstinentiam probabat, sed Ecclesiam perpetuo appellat simpliciter & absolute, *Ecclesiam Catholicorum* opponens eam Ecclesiis aliarum sectarum, de quibus agit in libro sexto cap. 19. & seqq. Arianorum sc. Novatianorum, & Eunomianorum.

X. *Sicuti nec Sozomenus.*

Hermias *Sozomenus*, qui eodem tempore, quo Socrates Eusebium continuavit, in lib. 5. cap. 15. scribit majores se habuisse non ignobiles ortos ex Palæstina ex vico quodam juxta Gazam, qui *Bethelia* dicitur, avumque ad fidem in eo oppido primum conversum esse ab Hilarione Monacho. Quare emendandus est error Nicephori, & aliorum qui Sozomenum *Salaminii* cognomentum habuisse existimant, propterea quod ex oppido Cypri Salaminæ originem duceret, atqui non Cyprium, sed Palæstinum se fuisse loco laudato Sozomenus indicat. Neque solum avus illius Palæstinus fuit, sed ipsemet etiam in Monasteriis educatus est. Causas egit Constantinopoli, quemadmodum refert in lib. 2. cap. 2. Quod Baronius ait, Sanctum Gregorium Papam videri improbasse Sozomeni Historiam ob laudes ab eo in Theodorum Mopsuestenum congestas, jam anno CDXXVII. ostendimus, Gregorium attribuisse Sozomeno, quæ a Theodoreto dicta sunt. Denique *Sozomenum* Novatianum non fuisse, ut autumavit Baronius, ipsemet ostendit in lib. 9. suæ Historiæ, ubi scribit se interfuisse Processioni publicæ, quæ in honorem XL. Martyrum Constantinopoli celebrata est, *Proclo* Ecclesiam Urbis illius administrante.

XLII. Synodus Constantinopolitana.

Contigit his Procli Constantinopolitani Episcopi temporibus celebrem Synodum cogi Constantinopoli, cum illic Dioscorus Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus ageret Apocrisarium. Hinc enim veteres exsuscitans controversias, hujus celebrandi Episcoporum conventus dedit occasionem, nempe de jure diœceseos movens quæstionem, cum instaret, esse Episcopi Alexandrini præsidere omnibus Orientis Ecclesiis, utpote qui primus esse sciretur in Ecclesia Catholica post Pontificem Romanum Antistes. Refragatus est his potissimum Episcopus Antiochenus, negans ex canonum Nicæni, & Constantinopolitani Conciliorum præscripto debere se subiici Præsuli Ecclesiæ Alexandrinæ, cum ex dictis Conciliis fuerint penitus distinctæ diœceses. Porro Synodo congregata, & causa quam *exactissime ventilata*, ea fuit sanctorum Patrum sententia, ut servarentur quæ in dictis sacrosanctis Conciliis Nicæno, & Constantinopolitano statuta essent. Cum vero Theodoretus Cyri Episcopus acerrimus defensor insurrexisset pro Ecclesiæ Antiochenæ juribus: hinc factum est (ut ipse testatur) ut Dioscorus ex hoc tempore eum gravi odio fuerit prosecutus, quod numquam depo-

suit

XI. *Socrates & Sozomenus eodem tempore quo Theodoretus Historias suas scripserunt.*

Cæterum errant passim recentiores Historici qui arbitrantur, *Socratem* & *Sozomenum* Historias suas Ecclesiasticas currenti anno publicasse; quemadmodum enim *Theodoretus*, qui suam Historiam Ecclesiasticam ultra annum CDXXIX. non produxit, eandem adhuc elaborabat anno CDXLVIII. ut loco citato demonstravi; pari eademque ratione Socrates & Sozomenus eodem circiter tempore, quo Theodoretus, suas scripserunt. Hos tres Auctores eodem circiter tempore suas Historias Ecclesiasticas, & elucubrasse & promulgasse, unumque ex alio sua mutuatum non esse, aut unum quæ ab alio prætermissa fuerant ex industria non suppleviſſe, ut Valesius putavit (ostendi anno CDXXVII. cum de Historia Ecclesiastica Theodoreti verba facerem. Denique Socratem annis Olympiadum usum esse, eosque a Kalendis Septembribus deduxisse, superiori Tomo vidimus; licet enim Socrates Eusebii Historiam continuarit, ejus tamen numerandi rationem sequi non debuit, cum Eram Abrahamiticam a die prima mensis Octobris incipientem quam Eusebius utrupat, & post eum S. Hieronymus & Idacius, non adhibuerit.

XII. *Concilium Constantinopolitanum adversus molitiones S. Cyrilli*

A num. XLII. ad XLIV. Baronius scribit, *Proclum* hoc anno Concilium Constantinopolitanum cum non mediocri Episcoporum multitudine celebrasse, ut suæ Sedis dignitati consuleret. Secundo, in eo actum adversus Alexandrinæ Ecclesiæ molitiones, quasi totius Orientalis Ecclesiæ Primatum Cyrillus ambiret.

III.

fuit, sed majoribus in dies fovit augmentis. Narrat hæc quidem omnia ipse Theodoretus in epistola ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum postea data, in qua post alia hæc leguntur (*a*):

(*a*) *Theo. epist.* 86.

XLIII. Distinctæ Diœceses Orientalis Ecclesiæ.

*In illa enim regia urbe* (Constantinopoli scilicet) *cum convenissent B. Patres* in Synodo œcumenica sub Theodosio Majori, *consona iis, quæ in Nicæa statuta sunt a sanctis Patribus ibi congregatis, statuerunt, & diœceses distinxerunt, & unicuique diœcesi, quæ ipsi conveniebant, tribuerunt, expresse prohibentes, ut ex alia diœcesi aliam nullo pacto aliquis invaderet, sed Alexandriæ Episcopus ea quæ ad Ægyptum pertinent, tantummodo gubernaret, & unaquæque diœcesis res proprias, & quæ ad eam spectant. Hic vero istis definitionibus stare minime vult, sed B. Marci sedem sursum, & deorsum agitat; præsertim cum aperte noverit, quod Antiochensium magna Civitas magni illius Petri thronum obtinet, qui E. Marci magister fuit, & Apostolorum chori primus & princeps. Nos vero throni quidem celsitudinem agnoscimus, ac nos ipsos novimus & metimur: Apostolorum humilitatem & mansuetudinem a majoribus didicimus. Tuam autem pietatem obsecramus, ut sanctos canones conculcatos minime negligas, & pro divina fide prompto pugnes animo: in hanc enim habemus spem salutis, & per hanc misericordiam consequi expectamus. Ne vero etiam hæc tua pietas ignoret: scito domine, quod ex eo tempore Dioscorus cœpit nos odio prosequi, quo in Synodis apud vos habitis tempore Procli beatæ memoriæ vobiscum idem statuimus, sanctorum Patrum canones secuti:* [1] *de qua re semel atque iterum conquestus est, quod jura Antiochensium & Alexandrinorum Ecclesiæ (ut ait) nos prodiderimus. Horum memor & opportunitatem nactus (ut arbitratus est) odium & simultatem manifestavit.* Hæc Theodoretus de Dioscoro, & ejus

PAGIUS *III.* datas a Concilio litteras ad **Cyrillum** Alexandrinum Antistitem, quibus moneretur Canonum prioris utriusque Concilii generalis, Nicæni scilicet & Constantinopolitani: & *Nicani* quidem suis singulas diœceses limitibus contentas esse præcipientis; *Constantinopolitani* vero Præsulem novæ Romæ secundum a veteris Antistite ponentis, IV. literas ab Antiochenis receptas fuisse, & assensione confirmatas. V. *Dioscorum*, qui tunc Alexandrinæ Ecclesiæ in Urbe Regia Apocrisiarius esset, magnis viribus obstitisse; sed cum nihil proficeret, in Antiochenos, quorum incentorem credebat *Theodoretum*, dolorem animi convertisse, eosque proditionis in suam ac Alexandrinam Ecclesiam accusasse.

XIII. *Fictitium est.*

Verum Garnerius in Historia Theodoreti, quam Tomo V. Operum ejus inseruit cap. 7. hanc Baronii sententiam refellit, quod nullus Scriptor tanti negotii meminerit; neque Cyrilli modestia tam ambitiosum consilium ferre potuerit; neque Christiana charitas sanctissimos Præsules *Proclum* & *Cyrillum* devinciens, tam injuriosam sententiam dicere valuerit; neque tandem ulla sese ea tempestate dederit occasio hoc de jure præsidendi Conciliis Orientalis Ecclesiæ disceptandi; quæ tria jure merito certa esse dicit. [2] Nam supra demonstravi, *Proclum* & *Cyrillum* hoc ipso tempore inter sese conjunctos fuisse adversus *Joannem Antiochenum*, qui tam personam quam Capitula *Theodori* anathemati subiici non debere contendebat, quod tamen cum tanto ardore Proclus & Cyrillus procurabant, ut hic adversus Theodori blasphemias libros in lucem emiserit, & consensu Procli legem a Theodosio Imp. obtinuerit, qua legem a se datam adversus *Nestorii* personam ejusque libros ad *Theodorum*, ejusque capitula extendit. Quare *Proclo* cum *Cyrillo* optime conveniebat. Adhæc *Theodoretus* Cyrilli capitula & suis & Catholicorum pluribus, etiam sanctissimis adeo suspecta esse persuaserat, ut eosdem ab eo etiam alienasset; ita ut etiam in Synodo Chalcedonensi de iisdem Capitulis nulla facta fuerit mentio. Quis igitur sibi in animum inducere poterit, *Cyrillum* non minus prudentia quam sanctitate conspicuum in his rerum circumstantiis rem hujusmodi tentasse?

XIV. *Baronii fundamentum evertitur.*

Fundatur Baronius in his verbis Theodoreti in Epistola LXXXVI. anno CCCCXLIX. ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum data, in qua Theodoretus ait: *Scito Domine hanc illum* (Dioscorum scilicet Episcopum Alexandrinum) *adversus nos pusillitatem gerere, ex quo Synodicis Vestris sub beata memoria Proclo factis Sanctorum Patrum regulis inhærentes assensimus: ac de hoc nos semel atque iterum increpasse, quasi & Antiochenorum, ut ait, & Alexandrinorum jura prodiderimus.* Verum respondet Garnerius, Theodoretum intelligere Synodicas sub *Proclo* factas Constantinopoli, & a Concilio Antiocheno approbatas in causa Athanasii Perrhenorum Episcopi, in Concilio scilicet, unde Prolus ad Domnum Episcopum Antiochenum ea de re scripsit. Literæ enim *Procli* referuntur in Concilio Chalcedonensi Act. XIV. sub hoc titulo: *Rescriptum Synodicarum litterarum. Sanctissimo & Dei amantissimo fratri & Consacerdoti. Domno Proclus in Domino salutem.* Potest tamen suboriri nonnulla quæstio, quam nempe ob rem, si res ita se habuit, *Theodoretus* scripserit, Antiochenos assensum præbuisse Procli Synodicis, *Sanctorum Patrum regulis inhærentes?*

NOTÆ [1] CONcilium sub Proclo A. D. 437. non 439. celebratum esse contendit Constantius in Monito prævio ad Epistolam X. Sixti Papæ III. pag. 1267.

[2] CONstantius animadvertit in Monito prævio ad epistolam X. Sixti Papæ III. pag. 1269. §. VIII. Pagium & Garnerium minime affecutos esse Theodoreti mentem, dum ab eo memorari putant litteras Synodicas, quas Proclus ad Domnum Antiochenum Episcopum in gratiam Athanasii Pyrrhenorum Episcopi misit. Nam Theodoreti epistola eo consilio scripta est, ut Flaviani gratiam adversus Dioscori calumnias sibi conciliaret.



ejus studiis hoc tempore cum degeret Constantinopoli; qui postea Alexandrinus creatus Episcopus, omne quod conceperat odium in ipsum egessit, ut dictis litteris ad Flavianum Theodoretus ipse queritur. Sed de reliquis quæ ad Dioscorum pertinent, suis inferius locis agendum erit. Quid præterea in hac Synodo gestum sit, nihil invenimus,

XLIV. Concilium Regiense.

Sub hujus quoque anni Consulibus celebrata reperitur Synodus Regiensis decimo-sexto Kal. Decembris, non quidem Regii Lepidi, sed Regii Galliarum provincia Narbonensi. Etenim quid opus fuit Regii in Æmilia provincia cognosci causam Episcopi Ebredunensis? Fuisse autem Regiensem, seu Regensem, vel (ut alii dixere) Regionensem Episcopatum in Gallia Narbonensi sub Aquensi metropoli, Indices Vaticani demonstrant. Collectam quidem eam fuisse Synodum ex Episcopis Galliæ Narbonensis: tum ex eo qui primo loco in ea positus habetur Hilarius Episcopus Narbonensis, qui & præfuit Synodo, tum ex collegis ibidem nominatis ipsi subjectis Episcopis, scies; quod eosdem ferme omnes reperies nominatos in Concilio Arausicano post annum sequentem itidem in Gallia Narbonensi sub Consulatu Cyri celebrato. Ebredunum autem fuisse sub Viennensi metropoli, subscriptiones Episcoporum Concilii Epaunensis demonstrant. Tu vero consule quæ in Nicoliniana editione huic Concilio præfixa sunt; quibus accurate elucubratis, haud inviti subscribimus, addentes Sidonii Apollinaris verba (*a*) in epistola ad Patientem Episcopum Lugdunensem, dum populos ejus provinciæ recenset: *Quantas* (inquit) *tibi gratias Arelatenses, Regenses, Aveniocus, Arausionenses quoque, & Albenses, Valentinæque, & Tricassinæ urbis professor exsolvant?* Præter ea autem quæ de ordinatione perperam facta Episcopi Ebredunensis in hac tractata sunt Synodo, de illis etiam actum Episcopis, qui ex hæresi vel schismate ad Ecclesiam redirent, qui quo loco habendi essent, Patres matura consultatione definierunt: egerunt & de exequiis defunctorum Episcoporum.

(*a*) *Sidon. li. 6. epist. ult.*

XLV.

Accidit enim, ut cum his temporibus nonnulli Episcopi, qui sectati essent Pelagium, ad Ecclesiam se redire pœnitentes simularent: iis omnem recipiendi sedem spem ademerint iidem Patres, qui ipsi Concilio Regiensi interfuerunt: hoc experimento probantes, qui vere pœniterent, vel ficte. Quinetiam haud facile eos ad communionem Catholicam, nedum ad sedem esse accipiendos, exemplum docet Sixti Romani Pontificis de Juliano Episcopo Pelagiano. Sub hujus enim anni Consulibus de Juliano ipso famosissimo Pelagiano hæc habet Sanctus Prosper in Chronico: *Hac tempestate Julianus Atellanensis jactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi, correctionis spem præferens, molitus in communionem Ecclesiæ irrepere: sed iis insidiis Sixtus Papa diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit; & ita omnes Catholicos defectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam hæresim Apostolicus gladius detruncasset.* Hæc Prosper. Qui-

Julianus Pelagianus non admittitur in Ecclesiam.

PAGIUS *es?* Cur Eosdem Antiochenos *Dioscorus* proditæ suæ, ac Alexandrinæ Ecclesiæ reos fecerit: & quo in gradu tunc temporis *Dioscorus* constitutus esset. Sed ad ultimum respondet Garnerius, *Dioscorum* cum Antiochenis, ideoque & Theodoreto, crimen proditionis obiiceret, recens successisse in Cyrilli locum anno CDXLIV. demortui: objecisse vero, quia Synodicis *Procli* literis *Domnus* admonitus jam judicatam *Athanasii Perrhenensis* causam recognoverit; hoc enim facto videri potuit, Primatum *Domnus* Proclo concedere, siquidem ut privatis literis monere de officio amici est, ita Synodicis superioris. Jam vero cum *Alexandrina* Sedes secunda fuerit post Romanam, *Antiochena* post Alexandrinam tertia, idque servatum fuerit jam inde a primis Ecclesiæ temporibus; *Constantinopolitana* recens constituta, si secundum locum teneat jusque ipsius ac in parte agnoscatur; necesse est utramque aliam Sedem Patriarchalem deprimi. De causa *Athanasii* Perrhenorum Episcopi legenda Actio XIV. Concilii Chalced. ubi omnia ad eam spectantia recitantur.

XV. *Concilium Regiense.*

Ad num. XLIV. & seqq. Celebrata hoc anno die XXIX. non vero die XVI. Novembr. ut legitur apud Baronium Synodus *Regiensis* in secunda Provincia Narbonensi, cui non *Hilarius Narbonensis*, ut habet Baronius, sed Sanctus *Hilarius Arelatensis* Episcopus præfuit. Qui huic subscripsere, fuere Episcopi omnes, partim ex ea Viennensis Provinciæ partem, quæ Arelatensibus vicinior erat, partim ex Narbonensi secunda & Alpina maritima, in quas Arelatenses Episcopi jus sibi hoc tempore vendicabant. *Hilarius* de causa ordinationis *Armentarii* cognovit tanquam primus Gallicanarum Provinciarum Metropolitanus, ad quem referri deberet de gravioribus causis, quæ per Provincias emergerent, secundum ea, quæ a Zosimo Papa fuerant constituta, idque ad exemplum Episcopi Thessalonicensis. Par est enim existimare inquit Baluzius in Supplemento lib. 5. de Concordia cap. 31. *Hilarium*, quem constat magnum virum fuisse, nihil inconsiderate egisse, & ista usurpasse in consequentiam literarum *Zosimi*, de quarum auctoritate putabat inter Episcopos Gallicanos non dubitari. Sane in Concilio Regiensi præsedit citra controversiam, nullo Episcoporum litem adversus eum movente ob eam causam, tanquam constaret, hanc Sedis Arelatensis Antistiti potestatem competere, ut Synodis præsideret intra Gallicanas Provincias congregandis. Quin immo inter vitia ordi-

XLVI. Quibus plane vides, lector magna laude reiicere Romanam Eccleſiam hæreticos illos, de quibus eſt ſuſpicio, non ex corde, ſed callide ſubripere conari Catholicam communicationem, ut temporale commodum aſſequantur. Id quidem Sixtus conſilio Leonis diaconi, qui ei ſequenti anno in Epiſcopatu ſucceſſit, & præ excellentia meritorum atque doctrinæ Magni cognomentum adeptus eſt. De ipſo autem Sixto in eamdem ſententiam idem Proſper agens adverſus Collatorem, ſic ait (*a*): *Hæc ſit pars huic reſervata paſtori; & ut illi prædeceſſores ejus Innocentius, Zoſimus, Bonifacius, Cæleſtinus lupos abegere manifeſtos, ita hic depellat occultos.* Hæc ipſe. Porro quem hic Atellanenſem Julianum nominat Proſper, eumdem fuiſſe Julianum antea Capuanum Epiſcopum, qui adverſus S. Auguſtinum tot tantaque ſcripſerat, intelligi poteſt: Atellanenſem vero, non Capuanum ab eo ſcias nominatum, quod non amplius illius Eccleſiæ Epiſcopus eſſet, quem (ut in eodem Leone Papa dicemus inferius) ab ipſo Pontifice idem Proſper (*b*) coercitum tradit. (*b*) *Proſp. de Prad. c. 7.*

(*a*) *Proſp. adver. Coll. in fin.*

Qua-

PAGIUS XVI. *In Concilio Regienſi nulla Pelagianorum mentio.*

dinationis refertur omiſſa Metropolitani auctoritas, ideſt, Hilarii Arelatenſis tanquam abſque eo non liceret ordinare Metropolitanos.

Baronius ſcribit, in hac Synodo Regienſi optime de Pelagianis Epiſcopis conſultum eſſe: *Accidit enim*, inquit, *ut cum his temporibus nonnulli Epiſcopi, qui ſectati eſſent Pelagium, ad Eccleſiam ſe redire pœnitentes ſimularent, iis omnem recipiendi Sedem, ſpem ademerint iidem Patres qui ipſi Concilio Regienſi interfuerunt.* Verum nihil eſt in ea Synodo, unde colligi poſſit, contra Pelagianos Epiſcopos aliquid ab ea ſtatutum fuiſſe. Etenim, ut recte obſervavit Em. Card. Noriſius lib. 2. Hiſt. Pelag. cap. 12. nulla in eo Patrum congreſſu Pelagianorum mentio fit. In errorem forte Baronium duxit Collector Conciliorum, qui in indice capitum ſic tertium prænotavit: *De hæreticis & ſchiſmaticis Epiſcopis, ſi ad Catholicam fidem venerint, quid obſervari debeat.* Sed plane inepte; ut plerumque in aliis Collectores ſolent; cum eo in Capite de uno *Armentario* Epiſcopo Ebredunenſi ſermo ſit, & eo quidem punito, non ob Pelagianiſmum, ſed quod contra canonum decreta a duobus tantum Epiſcopis conſecratus fuerat, & abſque conſenſu Hilarii Arelatenſis. Statuitur autem eumdem poſſe in aliqua parochia cum facultate Epiſcopi titulo Chorepiſcopi habitare, præterquam in Provincia maritima Alpina, a qua removebatur, neque Presbyterum poſſe ab ipſo conſecrari, itemque alia nonnulla eo in Concilio decernuntur. De *Pelagianis* vero Epiſcopis ne verbum quidem, inquit Card. Noriſius, Garnerius qui eodem tempore, quo idem Card. de hæreſi Pelagiana ſcripſit in Diſſert. II. de Synodis in cauſa Pelagianorum habitis, Synodo XV. hanc etiam Baronii ſententiam reiicit; quod nulla teſtificatione Veterum innitatur, & apertum ſit, in tertio Canone agi de ſolo *Armentario*, ejuſque ordinatoribus, & in aliis ſeptem nihil contineatur, quod ad Pelagianos trahi poſſit. Denique Julianum, non *Capuanum*, ut credidit Baronius, ſed *Eclanenſem* Epiſcopum fuiſſe, & nonniſi errore librariorum vocari *Atellanenſem*, ſuo loco demonſtravimus.



I. Sixti Papæ obitus, & ſedis tempus. QUadringenteſimo quadrageſimo Chriſti anno, Conſulibus Valentiniano quintum, & Anatolio, Sixtus Romanus Pontifex ex hac vita decedit quinto Kal. Aprilis, cum ſediſſet annos octo, minus diebus triginta: qui enim anno Domini quadringenteſimo trigeſimoſecundo, die vigeſimaſeptima menſis Aprilis creatus eſt (ut diximus) Pontifex, & hoc anno vigeſimaoctava Martii moritur, ad dictum tempus propagaſſe ſedem, opus eſt affirmare. Deceſſiſſe hoc ipſo anno Sixtum, & ſubrogatum Leonem, Proſper hæc cernens oculis ſcripſit; quem ſecuti ſunt alii. De eo autem hæc in libro de Romanis Pontificibus leguntur: Hic fecit * baſilicam S. Mariæ Matris Domini, quæ ab antiquis Liberii cognominabatur, juxta Macellum Libyæ *; ubi & obtulit hæc: *Altare argenteum puriſſimum penſans libras trecentas, &c.* numerantur ibi pluribus alia collata dona, & redditus ex diverſis fundis eidem contributi. Meminit ejus Eccleſiæ Hadrianus Papa ad Carolum Magnum Imperatorem his verbis (*a*):

* refecit.

* Liviæ.

(*a*) *Hadr. ep. 3. t. 19. tom. 2. ep. Rom. Pont.* II.

*Magis autem ſucceſſor Cæleſtini Sixtus Papa fecit Baſilicam S. Dei Genitricis Mariæ, cognomento Majorem, quæ & ad Præſepe dicitur: ſimili modo, & ipſe in metallis aureis, quamquam in diverſis hiſtoriis, ſacris decoravit imaginibus:* quas nonnihil vetuſtate temporis detrimenti paſſa Dominicus Pinellus Cardinalis, ejus Baſilicæ digniſſimus Archipresbyter, ſumma adhibita opificum diligentia, reſarciendas, & jam collabentes conſervandas curavit, additis majorum exemplo aliis deſuper poſitis ex pictura hinc inde de Dei Genitricis hiſtoria venerandis immaginibus. Hujus autem erigendæ ſeu in ampliorem formam reſtituendæ Baſilicæ, & tot tantiſque ornamentis decorandæ, Deique Genitricis titulo conſecrandæ, eidem Sixto Papæ ex Concilio Epheſino (ut diximus) occaſio ſuppeditata eſſe videtur: vindicata enim a Neſtorii blaſphemiis Dei Genitrice Maria, de tancta victoria in honorem ejuſdem Mariæ Deiparæ placuit ipſi tantum erigi fornicem triumphalem. Repertum eſt in antiquis chartis, quod exciſum in lapide conſumptum deſiit Epitaphium de eadem Baſilica ab eodem Papa erecta (*b*): (*b*) *Antiq. inſcrip. in Append. pag. 1170. num. 7.*

X x x VIR-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5933.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CCCCLXXVIII. A. C. 440. ☉ 1. GF. ☽ 4. P. 7. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 440.

LEONIS PAPÆ 1.

THEODOSII JUN. 39. & 33.

VALENTINIANI III. IMP. 16.

I. *Quindecennalia Valentiniani.* (1) COSS. *Valentinianus* Aug. V. & *Anatolius*, in Oriente creatus; ad quem extant plures Theodoreti Epiſtolæ, quique Chalcedonenſi Concilio adfuit, primus inter glorioſiſſimos Judices. Neque enim *Anatolius* Magiſter Militiæ in Oriente ab hoc diverſus fuit. Sumtus a Valentiniano Conſulatus ob Imperii Auguſtei *Quindecennalia*.

II. A num. I. ad VI. *Sanctus Sixtus*, qui anno CCCCXXXII. die XXIV. menſis Julii ordinatus fuerat Pontifex Romanus, ſedit *annos octo & dies decem & novem*, ut omnia exemplaria Anaſtaſii, tam edita, quam MSS. cunctique fere Catalogi habent. Quare ad Deum migravit die undecima menſis Auguſti. Neque citius mors ejus accidere potuit; quia, ut ſcribit Proſper in Chronico, qui hoc tempore vivebat, eo *defuncto XL. amplius diebus Romana Eccleſia ſine Antiſtite fuit*, Leo autem Magnus ejus ſucceſſor die XXII. menſis Septembris conſecratus fuit, ut infra monſtrabimus, & a die XI. Auguſti ad XXII. Septembris fluxerunt dies XLII. die emortuali ejus incluſo. Nec denique citius mors *Sixti* contigit; Baronius enim, qui eum die XXVIII. menſis Martii vita functum ſtatuit, diem cultus pro die mortis, uti in more poſitum habet, ſumit, & annos Sedis ejus mutilat, ſicuti & Papebrocius in Conatu Chonico-Hiſtorico, qui mortem ejus in diem XXIV. vel XXV. Julii conferens & Pontificatum ejus tardius auſpicans, cogitur ei annos tantum VII. menſes XI. dies XVIII. vel XIX. attribuere; cum tamen certum impoſterum eſſe debeat, tam dies natales, quam emor- *Moritur Sixtus III. PP.*

NOTÆ [1] *Coſſ. Valentinianus Aug. V. & Anatolius.* Gudiana inſcriptio græca, quæ Latine redditur: *Valentiniano quintum, & Anatolio V. C.* Item ibid.

P. CC. DD. NN. VALENTI
NIANI, V. ET. ANATOLI

Faſti Idatii, Proſper editus, & Marcellinus: *Valentiniano Aug. V. & Anatolio.* Proſper MS. *Valentiniano V. & Anatolio.* Et *Anatolio*, Flavii prænomen apud quoſdam.

VIRGO MARIA TIBI XYSTUS NOVA TECTA DICAVIT
DIGNA SALUTIFERO MUNERA VENTRE TUO
TU GENITRIX IGNARA VIRI TE DENIQUE FAETA
VISCERIBUS SALVIS EDITA NOSTRA SALUS
ECCE TUI TESTES UTERI SIBI PRÆMIA PORTANT
SUB PEDIBUSQUE JACET PASSIO CUIQUE SUA
FERRUM FLAMMA FERÆ FLUVIUS SÆVUMQUE VENENUM
TOT TAMEN HAS MORTES UNA CORONA MANET.

(a) *Antiq. inſcript. in Appen. pag. 1174. num. 7.* Sed & alia extat ibidem adhuc de eodem Sixto Papa his verſibus antiqua memoria (*a*):

CEDE PRIUS NOMEN NOVITATI CEDE VETUSTAS
REGIA LÆTANTER VOTA DICARE LIBET
HÆC PETRI PAULIQUE SIMUL NUNC NOMINE SIGNO
XYSTUS APOSTOLICÆ SEDIS HONORE FRUENS
UNUM QUÆSO PARES UNUM DUO SUMITE MUNUS
UNUS HONOR CELEBRAT QUOS HABET UNA FIDES
PRESBYTERI TAMEN HIC LABOR EST ET CURA PHILIPPI
*ſ* Epheſi. POSTQUAM * EFESI CHRISTUS VICIT UTRIQUE POLO
PRÆMIA DISCIPULIS MERUIT VINCENTE MAGISTRO
HANC PALMAM FIDEI RETTULIT INDE SENEX.

Quæ vero ejuſdem Pontificis precibus fecerit Imperator: ſic ſubdit in eadem epiſtola Hadrianus:

III. *Sed & per rogatum ejus Valentinianus Auguſtus feçit imaginem auream cum duodecim portis, & Salvatore gemmis pretioſis ornatam; quam voti gratia ſuper Confeſſionem B. Petri Apoſtoli poſuit, & a tunc uſque hactenus apud nos ab omnibus Fidelibus veneratur.* Hæc Hadrianus. Habentur inſuper in dicto libro de Romanis Pontificibus iſta de Sixto: *Hic ornavit de argento Confeſſionem B. Petri Apoſtoli, quæ habet libras quadringentas:* & paulo inferius de eodem Valentiniano Auguſto: *Fecit, & Valentinianus Auguſtus rogatu Sixti Epiſcopi faſtigium argenteum in Baſilica Conſtantiniana, quod a barbaris ſublatum fuerat, penſans libras ſex mille ſexcentas, & decem.*

Religioſa monumenta Sixti Pap. & Valent. Imp.

IV. Ex his plane intelligere poſſumus, non ab omnium Eccleſiarum ornamentis abſtinuiſſe Gothos, ſed ab iis, quæ ad Baſilicas ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſpectare ſciebant, de quibus (ut ſuperius vidimus) Oroſius meminit, noſque ſuo loco pluribus diximus. Ex his quidem etiam cognoſcere vales, totum quod ab illis eſt impenſum baſilicis reverentiæ, fuiſſe ob Apoſtolorum Principum venerationem; quod ex eo quidem patens fit, quod majori proſecuti fuerint cultu dictas Apoſtolorum Baſilicas, quam ipſa primariam Lateranenſem Eccleſiam, cujus ornamentis non peperciſſe dicuntur: cum alioqui, quod pertinet ad jura immunitatis omnium Eccleſiarum, ut ad eas confugientes ſalvi eſſent, ea in cunctis Romæ exiſtentibus Eccleſiis fuiſſe a barbaris illæſa ſervata & cuſtodita, teſtificatione S. Auguſtini ſuperius recitata, ſatis ſuperque exploratum habeatur. Sed pergamus reliqua recenſere, quæ de donis Sixti Papæ tempore collatis Eccleſiis ibidem ſcripta leguntur his verbis:

V. *Hujus Sixti temporibus fecit Valentinianus Auguſtus Confeſſionem B. Pauli Apoſtoli ex argento penſantem libras ducentas. Item fecit Sixtus Confeſſionem B. Laurentii martyris cum columnis porphyreticis, & ornavit tranſennam, & Altare, & Confeſſionem S. martyris Laurentii de argento puriſſimo. Fecit altare penſans libras quinquaginta, cancellos argenteos ſupra platonias porphyreticas penſantes libras triginta, apſidem ſupra cancellos cum ſtatua S. Laurentii martyris argentea penſante libras ducentas, &c.* recenſet alia dona eidem oblata Baſilicæ. Et inferius: *Hic fecit in Baſilica Conſtantiniana ornamentum ſuper fontem, quod ante non erat, id eſt, epiſtylia marmorea, & columnas porphyreticas erexit, quas Conſtantinus Auguſtus congregatas demiſit, & juſſit ut erigerentur, quas & verſibus exornavit:* qui ſic ſe habent in octangulato opere, binis, in ſingulis epiſtyliis exaratis:

*Gens*

PAGIUS emortuales Pontificum, qui ab Innocentio primo, ut de aliis hic taceam, uſque ad Leonem Magnum Eccleſiam Romanam rexere, aliter ac a nobis factum conſtituendos non eſſe. Anaſtaſius præter mortem diem ſepulturæ aut mortis *Sixti* non indicavit; neque Proſper in Chronico ſcripſit, eum *Kalendis Aprilis* demortuum, ut memoriæ lapſu Baronius ſcribit. Idem Anaſtaſius a morte Damaſi Papæ uſque ad Sancti Leonis obitum, nullum inter-pontificium ſine errore notavit, ſed ea fere omnia eodem dierum numero, ſcilicet XX. aut XXI. etiam



*Gens ſacranda prolis hic ſemine naſcitur almo,*
*Quam fœcundatis Spiritus edit aquis.*
*Virgineo fœtu genetrix Eccleſia natos,*
*Quos ſpirante Deo concipit, amne parit.*
*Cœlorum regnum ſperate hoc fonte renati:*
*Non recipit felix vita ſemel genitos.*
*Fons hic eſt vita, & qui totum diluit Orbem,*
*Sumens de Chriſti vulnere principium.*
*Mergere peccator, ſacro purgande fluento:*
*Quem veterem accipiet, proferet unda novum.*
*Inſons eſſe volens, iſto mundare lavacro,*
*Seu patrio premeris crimine, ſeu proprio.*
*Nulla renaſcentum eſt diſtantia, quos facit unum*
*Unus fons, unus Spiritus, una fides.*
*Nec numerus quemquam ſcelerum, nec forma ſuorum.*
*Terreat. Hoc natus flumine, ſanctus eris.*

Hactenus Sixti verſus, quibus (ut vides) *Ann. Eccl. Tom. VII.* etiam adverſus recentem hæreſim Pelagianam Catholica eſt aſſertio de originali peccato, quod illa negabat. Sed jam pauca quæ ſunt reliqua Sixti Papæ operum, ubi ſuperius deſcriptorum, proſequamur:

*Hic fecit platoniam in cæmeterio Calliſti via Appia, ubi nomina Epiſcoporum, & martyrum ſcripſit, commemorans. Hic fecit ordinationem in urbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros viginti octo, diaconos duodecim, Epiſcopos per diverſa loca quinquaginta duos. Qui etiam ſepultus eſt via Tiburtina in crypta juxta corpus B. Laurentii, quinto Kal. Aprilis. Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies viginti duos.* Hæc ibi.

VI. Sixti Papæ nomine ſuppoſita ſcripta Pelagiana.

Ad poſtremum vero illud de Sixto dicere non omittimus, eadem ipſum paſſum eſſe poſt mortem, quæ pertuliſſe diximus Sixtum itidem Romanum Pontificem atque martyrem: etenim ſicut ejus nomine prodiit editus ab Origeniſtis (ut dictum eſt ſuperius auctoritate S. Hieronymi) liber Sixti ſive Sexti Pythagorici: ita nomine Sixti hujus non ab aliis quam a Pelagianis ſcripta fuere tria volumina, primum de Divitiis, ſecundum cujus eſt titulus, De malis Doctoribus, & operibus fidei, & judicio futuro, tertium vero de Caſtitate: quæ quidem Pelagianiſ-



PAGIUS etiam illud quod poſt Sixti mortem fuit, circumſcripſit; quod evidenter demonſtrat, cum hoc in capite cæcutiiſſe, & proprium calculum non vero aliqua antiqua monumenta, ſecutum eſſe.

III. *Libri falſo ei adſcripti.* Ad num. VI. & ſeqq. Recte oſtendit Baronius, libros tres *de Divitiis, de malis Doctoribus, de Caſtitate*, male *Sixto* attributos fuiſſe ſed illud etiam aſſerendum de *Hypomneſtico*, ſeu Hypomgnoſtico, ſeu, ut aliqui vocant, *Subnotationum* libro, aut *Commonitorio*; quod Auctoris conſilium fuiſſe videatur, ut Eccleſiæ Catholicæ Doctrinam contra Pelagianos compendio traderet. Hoc opus ab Auguſtino ſcriptum eſſe tradidit Hincmarus in Epiſtola ad *Amolonem* & Eccleſiam Lugdunenſem de *Gotteſchalco* ſcripta; ſed Hincmarum confutarunt *Remigius* Archiepiſcopus & Eccleſia Lugdunenſis ac *Prudentius* Epiſcopus Tricaſſinus, ut videre eſt in Appendice ad Tomum X. Operum Sancti Auguſtini in editione Patrum Benedictinorum. Garnerius quidem in Diſſert. VI. de Scriptis adverſus hæreſim Pelagianam, *Sixtum III.* inter eos numerat, qui adverſus illam ſcripſere, ipſique libros ſex *Hypomgnoſticon* aſſerit: ſed rationes ejus minime id evincere oſtendit Natalis Alexander in Diſſertationibus quinti Eccleſiæ ſæculi, ubi etiam refellit quod idem Auctor probare conatus eſt, tres ſcilicet laudatos libros *de Divitiis*, & alios duos, Pelagianis erroribus ſcatentes, *Sixto Preſbytero* tribuendos eſſe. Auctores itaque omnium iſtorum librorum perperam Sixto Papæ aut Sixto Presbytero adſcriptorum, hactenus ignoti.

IV. *Alani Sedes in Galliis figunt.* Pſeudo-Proſper in Chronico Imperiali ad annum XVII. Theodoſii poſt Honorium imperantis ſcribit: *Pacatis motibus Galliarum* (pace licet Romanos inter & Viſigothos anno ſuperiori compoſita) *Aetius ad Italiam regreditur. Deſerta Valentina urbis rura, Alanis, quibus Sambida praerat, partienda traduntur.* Tum ad annum ejuſdem Imperatoris XIX. *Alani quibus terra Gallia ulterioris cum incolis dividenda a Patricio Aetio tradita fuerant, reſiſtentes armis ſubigunt; & expulſis Dominis terra poſſeſſionem vi adipiſcuntur.* Sicut olim Scythæ & Turci; ita & *Alani* varias ſedes habuere. Qui in Hiſpanias cum Vandalis & Suevis ingreſſi ſunt *Alani*, non diu ibi ſubſtitere, cum eos *Vallia* Gothorum Rex fuderit, & qui cladi ſuperfuere, cum Vandalis tunc Gallæcam incolentibus confuſi ſint. *Vandali, poſtea & Alani*, ut ſcribit Poſſidius in Vita S. Auguſtini cap. 28. ex Hiſpaniæ partibus tranſmarinis, navibus in Africam irruere, indeque *Vandalorum* Reges ſe utriuſque gentis Principes appellarunt. Hinc Edictum perſecutionis *Hunerici* adverſus Orthodoxos in Africa emiſſum, & a Victore Vitenſi lib. 2. de perſecutione recitatum his verbis inchoatur: *Rex Hunericus Vandalorum & Alanorum, univerſis Epiſcopis Homouſianis*, quia ſcilicet hæc gens Ariana hæreſi infecta erat.

V. *Unico Regi parent.* Porro, quod notare juvabit, Sambidæ ſucceſſit *Sangibanus*, qui in prælio Catalaunico anno CDLI. habito pro Romanis adverſus Attilam Hunnorum Regem pugnavit, ut teſtatur Jornandes Lib. de Reb. Get. cap. 38. qui de eodem capite antecedenti ſcripſerat: *Sangibanus Rex Alanorum metu futurorum perterritus, Attila ſe tradere pollicetur, & Aurelianam civitatem Galliæ, ubi tunc conſiſtebat, in ejus jura tranſducere. Quod ubi Theodoricus* (Viſigothorum Rex) *& Aetius agnovere, magnis aggeribus eamdem Urbem ante adventum Attilæ ſtruunt, ſuſpectumque cuſtodiunt Sangibanum, & inter ſuos auxiliares medium ſtatuunt eum propria gente,* uti

mis esse referta, accuratus lector inveniet, modo calleat superius recitatas Pelagianas sententias. Dolui vehementer, haud pridem eadem opuscula absque diligentiori consideratione eodem nomine Sixti Romani Pontificis esse cusa.

VII. Quis, rogo, antiquorum, harum scriptionum auctorem Sixtum Papam aliquando dixit, vel nutu saltem ostendit, aut, quoquo modo in levem suspicionem induxit? cum præsertim Gennadius horum temporum scriptorum Ecclesiasticorum exacte catalogum texens, & de Sixti Papæ epistola ad Nestorium mentionem habens, necquicquam scriptorum hujusmodi Sixto tribuat: haud enim ipsum præteriisse potuere, quæ a tanto auctore edita essent. Vel quomodo valuit ipse Sixtus Pelagianorum acerrimus hostis, & ejus hæresis (ut auctore S. Prospero dictum est) ultimus profligator Pelagianæ hæresi consentientia conscripsisse? Habeat Solanius solus ipse sibi quæ Sixti Papæ nomine typis mandavit opuscula; immo nec unus ipse professione Catholicus tam insigni honestate nomine venena bibat de calice aureo Babylonis: aureum dixerim, quod complura habeat Catholicæ fidei consentientia, ut mos est omnium hæreticorum mortifera melle delibuta propinare. Sensit hoc ipsum, & doluit mecum vehementer, atque ex alto ingemuit pectore Lindanus Episcopus Gandavensis vir doctissimus, profligator hæreticorum, & norma Orthodoxorum Antistitum, cum ante annos circiter octo, ipso initio sedis Sixti Papæ Quinti, Romæ esset, & ex more de re litteraria contingeret una simul miscere sermones; haud æquo animo ferre valens, sub falso nomine tanti Pontificis Pelagianorum fœtus esse suppositos.

VIII. Pelagianismi notantur.

Sed ne quasi aerem verberantes pugnare videamur, satis erit ad institutum pauca ex tribus libris illis hic in medium afferre, quæ ex Pelagianis prodire fontibus Catholicus dogmatistes intelliget. Quid enim integro libro illo de divitiis conatus est auctor, nisi ostendere divitem hominem ex Deo non esse? contra divinæ planæ Scripturæ testimonia, quibus dicitur: *Divitem & Pauperem fecit Deus:* Et in cantico Annæ: *Dominus pauperem facit & ditat:* Ex multis namque invenies eumdem auctorem velle probare, impossibilem esse divitem hominem Dei præcepta servare: immo & omnes, etiam filios, & filias habentes, divitias teneri profundere, & reddi pauperes, si velint salvi esse, pluribus docet. In his, inquam, cum toto illo libro versetur auctor, quis non intelligat spirare Pelagium, cujus inter alia hæresum capita (ut dictum est) illud erat, non posse salvari divitem, nisi omnia sua pauperibus eroget? Sed etsi possent ea cuncta ad aliquem Catholicum sensum quomodocumque pertrahi: decuisset ne tempore hujus emergentis hæresis Romanum Pontificem, etsi non eadem expresse, illis tamen affinia & confinia, absque suspicione hæresis Pelagianæ, nulla facta ejus abrogatione, tractare?

Primi libri Pelagianismi.

IX. Pelagianismi secundi libri.

Sed & in secundo libro ita recta incedit via, dum differit opera esse necessaria ad salutem, ut tamen ad postremum se esse auctor prodat Pelagianum, cum omnia libero arbitrio tribuat, & gratiæ nihil concedat, atque illis ipsis utatur verbis, quibus Pelagiani Catholicos perstringere consueverunt, nimirum ubi ait: *Et ut breviter cuncta perstringam, quando cujuscumque criminis vel peccati reus quieta mente suscipiet malum suum voluntatis esse, non necessitatis, & arbitrio scribi, quod illi nituntur imputare naturæ?* Catholicos quidem sugillans, qui naturam ex originali peccato corruptam asserunt. Quid præterea toto eo disputationis anfractus demonstrare conatur, quam hominem esse sine peccato, possibile fieri? Et quis ignorat, assertiones has esse Pelagii, impugnatas jam mille locis a S. Augustino, & S. Hieronymo, Prospero Aquitano, & aliis?

X. Pelagianismi tertii libri.

Rursum vero in tertio libro qui inscribitur de Castitate, quomodo se adversarium gratiæ exhibeat auctor, vel ex verbis illis intellige, dum Matthæi (*a*) locum illum explanans: *Non capiunt omnes hoc verbum, sed quibus datum est:* Istud ipsum tribuens ipse omnino liberæ hominis voluntati, subsannat eos qui ex Dei gratia donum illud provenire contendunt, hæcque ait: *Nolo sic intelligas dictum: Non omnes capiunt hoc verbum, sed quibus hoc datum est: quasi castitatem nonnisi illi possideant, quibus etiam non volentibus, & fatali (quod ajunt) necessitate collata sit: ne & gratiosum Deum statuas, & castitatis præmium tollas.* Erant plane hujusmodi Pelagianorum cavilli, & in Catholicos inustæ notæ calumniæ, ut dum hi absque divina gratia consequi castitatem minime fas esse hominibus dicerent, illi eos fatalem virtutibus adipiscendis necessitatem imponere subsannarent. Et inferius, cum illud Pauli ad Corinthios explicat: *Unusquisque proprium donum habet a Deo*, Subdit ipse: *Propriæ scilicet voluntatis.*

(*a*) *Matt.* 15.

XI. Auctor patentissimus Pelagianus.

Sed quid in his diutius immoramur? Vel hoc unum tibi satis sufficere potuisset ad perspectam hominis Pelagiani cognitionem, quod cum videas tribus illis libris auctorem versari in operum commendatione, numquam meminit divinæ gratiæ, vel minimum quid ei tribuit, sed libero tantum arbitrio omnia: ut nonnisi Pelagianum loqui, vel surdus intelligat. Insuper & in illo absolutissimus detegitur auctor Pelagianus, quod ex doctrina Pelagii differentiam ponat inter beatorum vitam æternam, & regnum cœlorum: dum in libro de Castitate sic prædicat castitatem, ut deroget matrimonio cum uxoratos negat gloriam cælestem consecuturos, fruituros tamen vita beata, si cætera mandata servent: sed accipe quam disertis verbis hæc prædicet: *Quid ergo* (inquit) *damnavit Dominus nuptias? Absit: sed tantum regni gloriam illis, non vitam (si tamen omnia mandata servaverint) denegasse censetur.* Cum hæc igitur & alia misceat Pelagianus auctor, e Pelagianis pravis sententiis mutuatus: tanta ignominia vindicandus est Sixtus Pelagianæ hæresis indefessus, & validus oppugator.

XII.

Sed jam fine tanti Pontificis, finem & nos tomo huic quinto, loco & tempore congruo, imponamus; post Sixtum, sextum auspicaturi ab ipsa Magni Leonis Papæ creatione volumen. Fave tu nobis lector, precibus, & piis votis aspira: ut eadem felicitate qua quinque tomos absolvimus, qui sunt reliqui consummemus. Sed ad gratias agendas ei, a qua cuncta hæc nostra dimanant, oratio se ex more convertat.

(*b*) 1. Reg. 1. Peroratio cum gratiarum actione.

ACceptum tuo favore, conceptum tuis precibus, Dei Genitrix, quintum hunc partum, pro gratiarum munere, ut Anna (*b*) Samuelem, ad te ipsam, vivum Dei tabernaculum affero: tu vero offeres ipsum Deo, illud simul cum ipsa præ miraculo concinens: *Sterilis peperit plurimos:* Quinta jam me aucto prole, cui nec spes erat potuisse vel uno germine fœcundari. Unde mihi etiam præ stupore in propheticum (*c*) illud sit erumpendum: *Quis mihi genuit istos? Ego*

(*c*) *Isai.* 49.

PAGIUS uti habet editio Gruteriana ex MSS. editio enim Grotii & aliorum, loco *struunt*, magno errore habet, *destruunt*. Hadrianus Valesius lib. IV. Rer. Franc. pag. 173. ait, *Alanos*, qui in Gallia remanserant, Valentiniani Placidii Principatu in duas partes videri esse divisos, & alteros ad Ligerim, alteros ad Rhodanum in agro Valentino sedem cœpisse; hos *Eocarico* illos *Sangibano* Regibus parentes. Addit Valesius *Sangibanum*, Sambidam pro Sangiba a Prospero in Chronico Imperiali appellari. Verum, *Eocaricus*, *non* Alanorum, sed Alemannorum Rex extitit, uti suo loco jam dixi. *Sangibanus* vero nonnisi Romanorum nomine Aurelianam civitatem tuitus est; Jornandes enim mox citatus ait, quidem *Sangibanum* Aureliæ tunc constitisse, sed inde male infertur, eam Urbem ad ejus Principatum pertinuisse. Gratis etiam asserit Valesius *Sangibanum* & *Sambidam* unius ejusdemque Regis nomen fuisse. Denique cum anno CDLXIV. *Beorgor* ultimus Alanorum Rex perierit, & post mortem ejus nulla amplius Alanorum in Galliis positorum mentio occurrat in monumentis publicis, non potest dici eos ibidem sub pluribus Regibus vixisse; alioquin Rege uno extincto tota gens cum eo extincta non fuisset.

VI. *Salvianus libros de Providentia absolvit.*

Hoc vel sequenti anno *Salvianus* Presbyter Massiliensis, non vero Episcopus, ut passim in Annalibus Ecclesiasticis vocatur, libros suos octo *de Providentia & Gubernatione Dei, deque justo ac præsenti Deo judicio*, absolvit. Libro enim 7. cladem Romanorum *Litorio* Duce & Hunnis auxiliaribus, quæ anno superiori accidit, narrat, meminitque Carthaginis a Vandalorum Rege *Genserico* captæ, & denique priorem cladem *proximam* appellat: *Probavit hoc*, inquit, *bello proximo infelicitas nostra*. Male itaque quidam Recentiores quartum *Trevirorum* excidium, Salvianum attribuere Attilæ, scripsere, cum illud non ab Attila, sed a Francis factum fuerit, incerto quidem anno, sed ante hæc tempora. Præterea pacem, cum *Salvianus* scriberet, saltem in Gallis extitisse, ostendit Bucherius in Belgio Rom. lib. 16. cap. 6. *Si quando exoratus sua misericordia Deus*, inquit Salvianus lib. 6. (*neque enim nos unquam ita vivimus, ut exorari mereamur*) *sed si quando, ut dixi, a seipso exoratus, Pacificos nobis dies, proventus uberes, divitem bonis omnibus tranquillitatem, & abundantiam dederit super vota crescentem, tanta morum insolentium pravitate vitiamur, ut Dei penitus obliviscamur & nostri: & cum omnem fructum data a Deo Pacis in hoc consistere Apostolus dicat*, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate; *ad hoc tamen data a Deo quiete utimur, ut in omni scelere atque improbitate vivamus. Quasi vero beneficium data Pacis, vacatio sit probrositatis: & ad hoc inducias tranquillitatis Deo donante capiamus, ut licentius securiusque peccemus. Quo fit, ut Pax nostra contra nos sit.* Quare cum Pax Gothos inter & Romanos anno superiori in Galliis composita fuerit, apparet *Salvianum* hoc vel sequenti anno præfatum Opus in lucem emisisse. Ex eo discimus, quam corrupti fuerint in iisdem Galliis Christianorum mores, & disciplina Ecclesiastica depravata; quam dure Judicum & Præfectorum tyrannide populi premerentur; & ad quas angustias Romani Barbarorum vectigales redacti essent.

Galliæ ab Hunnis devastatæ, ut anno CDLI. ostendam.

*sterilis, & non pariens: & istos quis enutrivit? Ego destituta & sola: & isti ubi erant?* Totum id muneris tui atque gratiæ, fœcundissima Virgo. Adiice vero, ut quinto oblato tomo, rependas quæ in eodem quinario numero mirifice noscuntur impleta, nempe cum quinque (a) ordeaceis panibus e pueri angusto sinu perceptis sequentem se Dominus numerosam multitudinem pavit, & satiatis ex illis quinque millibus hominum, iidem redundarunt in duodecim cophinos fragmentorum: atque etiam cum puer David (b), quinque lapidibus in pera positis, insultantem Dei agminibus hostem occidit, & uno prostrato, omnes pariter victi sunt Philistæi. Concessa sunt tam grandia pueris, quod infirma mundi, ut confundat (c) fortia, Deus eligere consuevit. Sum quidem & ego (dicam cum Salomone d) puer parvulus, ignorans introitum, & egressum meum. Accipere igitur merear concessa pueris: ut munera ista nostra, dona tua, Deo oblata, sua ipse benedictione multiplicet, & aucta in æternum permansura conservet, futura ipsa in Ecclesia cibis, & arma, quo Fideles alantur, atque hostes perfidi debellentur. Ad postremum vero illud adjunge, ut tamquam unus ex Domini parvulis (e), sim consecuturus vitam æternam, gratia Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

(a) *Joan.* 6.
(b) 1. *Reg.* 17.
(c) 1. *Cor.* 1.
(d) 3. *Reg.* 3.
(e) *Luc.* 18.

*Hic Baronius quintum Annalium tomum absolvit.*



# ANNALES ECCLESIASTICI

Præfatio Auctoris cum numinis imploratione.

EADEM animi alacritate atque fiducia, qua quinque superiores Annalium tomos inchoavimus & absolvimus, divino fulti præsidio aggredimur Sextum: ut plane jam satis nobis esse videatur futuræ navigationi vela pandisse, qui (a) ejus vehimur navi (a), cui obediunt venti & mare. Illius namque præsidio nitimur Mulieris fortis, quæ facta (b) tamquam navis institoris de longe portans panem suum, navigatione reciproca nostras ad Deum preces & vota perferens, ad nos revertitur gratia plena. Per (c) eam enim divina *Sapientia* (c) *attingens a fine usque ad finem fortiter, disponensque omnia suaviter*, res etiam nostras solita benignitate feliciter moderatur: Ut plane ejus ope confisis, de prospero tutoque ad portum appulsu spem haud dubiam concipere liceat frustra ex adverso latrantibus canibus sub facie comptæ virginis Scyllæ, & tergemini Geryonis: quos navigantibus molestos fuisse, fabulosa antiquitas finxit; quales temporibus nostris Ecclesiæ adversarios experimur. Solvimus igitur, te propitia, hilares, Virgo MARIA; atque nautis, ipsis videlicet angelicis choris (quorum sicut (d) tantium omnium habitatio est in te) occinentibus ex more celeuma, & nos læti recinimus: *Intende* (e), *prospere procede, & regna.*

(a) *Marc.* 4.
(b) *Prov.* 31.
(c) *Sap.* 8.
(d) *Ps.* 86.
(e) *Ps.* 44.

JESU CHRISTI ANNUS 440. LEONIS PAP. ANNUS 1. THEODOSII 33. VALENTIN. 16. IMPP.

I. COEPTUM superiori tomo annum Domini quadringentesimum quadragesimum Consulatu Valentiniani Augusti quinto & Anatolii consignatum, perducumque nostra scriptione usque ad obitum Sixti Romani Pontificis, jam prosequamur. Defuncto itaque his Consulibus Sixto Romano Pontifice Kalendis Aprilis (inquit S. Prosper f) *quadraginta amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia adventum diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aetium & Albinum* (erant hi Romani Duces exercitus) *amicitiæ redintegrandæ causa, Galliæ detinebant; quasi ideo longus esset adventus, ut electi meritum, & eligentium judicium probaretur. Igitur Leo diaconus legatione publica accitus & gaudenti patriæ præsentatus, quadragesimustertius* Romanæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur.* Hæc Prosper; itemque Marcellinus sub hujus anni Consulibus ordinationem Leonis recenset in Chronico, & alii omnes. Porro eum fuisse natione Tuscum, patre Quintiano, habet Anastasius in libro de Romanis Pontificibus. De sua vero absentia & electione idem ipse meminit S. Leo in sermone habito anniversaria die suæ ipsius ordinationis his verbis (g): *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, & benedixit nobis: quia fecit mihi mirabilia*

(f) *Prosp. in Chron.* Leo magnus Rom. Pontifex creatur.
* quadragesimusseptimus.
(g) *Leo ser.* 1.

PAGIUS

SÆC. V. *Hic incipit Critica in Tomum VI. Annalium Baronii.*

Anno Eræ Hispan. CCCC-LXXVIII. A. C. 440.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 5933.

⊙ 1. GF. ☽ 4. P. 7. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 440.

LEONIS PAPÆ 1.

THEODOSII IMP. 39. & 33.

VALENTINIANI IMP. 16.

I. *Quindecennalia Valentiniani.*

(1) COSS. *Valentinianus* Aug. V. & *Anatolius*, hic in Oriente, ut supra ostendi, Valentinianus vero ob Imperii Augustei Quindecennalia in Occidente Consul processit. In Museo Farnesiano Tom. I. duo Nummi aurei hujus Imperatoris referuntur, in quorum postica legitur: Vot. XV. Mult. XX. Circum: Victoria Augustorum. Infra. Com.

II. *S. Leo fit Pontifex Romanus.*

A num. I. ad IV. Anastasius diem sepulturæ *Sixti* Romani Pontificis præter morem non notavit, sed ex jam dictis, & ex accurata priorum ejus successorem Chronotaxi liquet, mortem ejus incidisse in diem undecimum Augusti præsentis Christi anni. *Defuncto Xysto Episcopo XL. amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia præsentiam Diaconi Leonis expectans*, inquit Prosper qui hoc tempore vivebat; quibus ex verbis manifestum fit, *S. Leonem Magnum* consecratum esse die vigesima secunda mensis Septembris, in quam Dominica cadebat, non vero die *X. Mensis Maii*, ut habet Baronius, aut die *VIII. Septembr.*

*bilia magna solus, ut præsentem me cerneret vestræ sanctitatis affectio, quem fecerat necessitas longe peregrinationis absentem, &c.* De studio itidem cleri atque populi erga se tum exhibito ista subnectit: *Ago igitur Deo nostro gratias, & semper acturus sum pro omnibus quæ tribuit mihi: vestri quoque favoris arbitrium debita gratiarum actione concelebro, evidenter intelligens, quantum mihi possint reverentiæ, amoris, & fidei studia vestræ dilectionis impendere, animarum vestrarum salutem pastorali solicitudine cupienti, qui tam sanctum de me, nullis admodum præcedentibus meritis, judicium protulistis. Obsecro igitur per misericordias Domini, juvate votis, quem desideriis expetistis: ut & Spiritus gratiæ maneat in me, & judicia vestra non fluctuent, &c.*

II. Dignum exemplar perfecti sacerdotis S. Leo.

Quod vero ad diem creationis ipsius spectat: cum S. Prosper amplius quadraginta diebus sedem vacasse testetur, corrigendum est quod apud Anastasium de Romanis Pontificibus, legitur, viginti duobus diebus fuisse Romanam Ecclesiam sine Pontifice, ut loco, viginti duobus, restituendum sit, quadraginta duobus: qua quidem ratione dicendum est, S. Leonis creationem fieri contigisse sexto Idus Maias. Electus igitur, quæ decebant, duo simul junxit in pastorali functione ad perfectum optimi sacerdotis exemplar efformandum extrema, nimirum summam in suæ consideratione personæ animi demissionem, & eminentem sublimemque in ejus, cujus se esse successorem intelligebat, animi celsitudinem. Unde hæc aliquando ipse ad populum pro concione, dum respiceret ad exiguitatis suæ tenuitatem, & adepti muneris amplitudinem, ait (*a*): *Ego etiam illud Propheticum debeo proclamare* (*b*): *Domine audivi auditum tuum, & timui: consideravi opera tua, & expavi. Quid enim tam insolitum, tam pavendum, quam labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti?* Rursum vero considerans cujus locum teneret, hæc inferius: *Rationabili obsequio celebratur hodierna festivitas, ut in persona humilitatis meæ ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium pastorum solicitudo cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, & cujus etiam dignitas in indigno hærede non deficit. Unde venerabilium quoque fratrum & consacerdotum meorum desiderata mihi & honoranda præsentia hinc sacratior est & devotior, si pietatem hujus officii, in quo adesse dignati sunt, ei, principaliter deferunt, quem non solum hujus sedis Præsulem, sed omnium Episcoporum noverunt esse Primatem.* Hæc ipse & alia id genus plura, quibus plane significavit, vere a Deo se dignum electum esse Pontificem. Etenim Domini illa sententia est (*c*): *Qui quærit gloriam ejus qui misit eum hic verax est, & injustitia in illo non est.*

(*a*) Leo ser. 2. suæ de assumpt. (*b*) Habac. 3.

(*c*) Joan. 7.

III. Status rerum præsentis temporis.

Incidit autem sedes ejus in tempora plane miserrima, nimirum, cum Orientalis Ecclesia assiduis quateretur hæreticorum procellis, Nestorianorum præsertim ubique tumultuantium: Occidentis vero Imperium a barbaris vastaretur, & cum capta Carthagine, jam prope universam sibi Wandali Africam vendicarent: cum & in Galliis apud Arelatum cum Gothis a Littorio Romani exercitus Duce male pugnatum esset, & civiles discordiæ vigerent inter reliquos exercitus Duces. Præter hæc etiam Ecclesiæ status turbulentissimus habebatur; sicut enim Orientalis Ecclesia, Nestorianorum causa magnopere conflictationibus erat exagitata, ita & Occidentalis Manichæorum jugiter fœcundiori cæspite pullulantium, & Pelagianorum rursus insurgentium erat assiduis præliis perturbata. Accidit enim, ut præter hæreticos ilios, qui vel palam, vel clanculo in Italia, & in ipsa Urbe potissimum agerent, ab externis quoque provinciis a barbaris captis, præsertim vero ex Africa pulsa Manichæorum agmina se in Urbem intulerint, magno civium detrimento. Sed eo lethalius erat malum, quo occultius ejusmodi eorumdem venenum serpebat: quibus detegendis, & in apertum e latebris adducendis, atque damnandis, haud leviter insudandum fuit ipsi S. Leoni Summo Pontifici, cujus adversus eos res gestas inferius ordine temporum enarrabimus.

IV.

Nunc vero ad miserabile Carthaginis bustum, atque in omnibus deploratum Africanæ Ecclesiæ statum oculos convertamus. Capta igitur anno superiori (ut dictum est) decimo Kal. Novemb. Cartha-

PAGIUS *ptembr.* ut arbitratur Papebrocius in Conatu Chronico-Historico; quod ex ejus Sedis duratione; die illius emortuali, quem tandem me e tenebris eruisse persuasissimum habeo; interpontificio, quod post mortem ejus fuit; & die consecrationis ejus successoris plane constabit. Cessavit itaque Sedes dies XLI. aut XLII. si dies emortualis S. Sixti numeretur.

III. *Sanctum Leonem* Baronius, aliique passim auctoritate libri Pontificalis freti scribunt, in Tuscia natum, Quesnellus vero in Dissert. prima de Vita & rebus gestis Sancti Leonis Magni contendit, eum Romanum fuisse. Prosper enim in Chronico hoc anno, *Leo*, inquit, *legatione publica accitus, & gaudenti patriæ præsentatus, XLIII. Romanæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur.* Immo ipse Leo in Epistola XXVII. cap. 4. excusans se, quod Ephesino Concilio II. præsentiam suam non exhiberet, ut in votis habuerat Theodosius Imperator, hanc rationem affert:

*Roma natus non est, sed in Tuscia.*



Clades Africanæ Ecclesiæ. (*a*) Victor. de pers. Vvandal. lib. 1.

thagine, hoc anno Gensericus Rex Wandalorum partitus est captas Africanas provincias: de qua divisione hæc Victor (*a*): *Disponens quoque singulas quasque provincias, sibi Bizacenam, Azuritanam, atque Getuliam, & partem Numidiæ reservavit, exercitui vero Zeugitanam & Proconsularem funiculo hæreditatis divisit, Valentiniano adhuc Imperatore reliquas licet exterminatas provincias defendente:* & inferius, post recensitas expulsiones sanctorum Episcoporum, & exilia clericorum, de quibus superius actum est, ista subdit: *Et dum ista geruntur* (cum videlicet, ut dictum est anno superiori, jussi essent omnes ab ecclesiis Episcopi ac nobiles expelli:) *qui supererant magni sacerdotes atque insignes viri memoratarum provinciarum, quas diviserat Vvandalis, cogitaverunt supplicandi gratia Regem adire. Qui dum* (*ut moris est*) *ad Massilitanum littus exissent, quod Ligula vulgi consuetudine vocitatur, amissis jam ecclesiis & rebus, occurrere nisi sunt, supplicantes, ut ad consolandum populum Dei, saltem habitandi facultas, Vvandalis jam dominantibus concederetur. Quibus ille per internuncium rabido respondisse ore probatur: Decrevi ego de nomine & de genere vestro nullum dimittere; & vos audetis talia postulare? Quos etiam vicino mari voluit eadem hora demergi, nisi a suis diu, ne hoc faceret, rogaretur. Recedentes illi tristitia & mœrore confecti, ceperunt qualiter poterant, & ubi poterant, ablatis ecclesiis divina mysteria celebrare.* Hæc de paucis Episcopis qui ad breve temporis spatium remanserunt, jam reliquis trans mare navigare coactis. Ejectis autem ab ecclesiis qui illis Orthodoxi præerant Episcopi, nobilibusque Carthaginensibus trans mare spoliatis divitiis navigare compulsis: in eo omne tyranni consilium vertitur, ut quod invaserat regnum potens, armis sibi stabiliat. Sciens enim Carthaginensium ingenia haud debilia, sed acerrima, nequaquam libenter fore passuros jugum barbaricum, qui a Romanis sibi illud imponi tantopere detrectassent: illud ipsum consilium iniit, ut nobiles quosque exutos bonis omnibus in Italiam navigare compelleret, ne quid aliquando novi possent moliri Carthagine, cum ipse absens classe tentaret sibi subiicere Mediterranei maris oppositas Africæ oras.

V.

De Episcopis qui remanserunt in Africa.

Quibus peractis, hoc quidem anno ipsum Gensericum comparata classe Siciliam tentasse, sed re infecta coactum fuisse redire Carthaginem, S. Prosper (*b*) sub anni hujus Consulibus ita narrat: *Gensericus * Siciliam graviter affligens, accepto nuncio de Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte, celeriter Carthaginem rediit, ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuisset. Verum ille amicum se magis quam hostem videri volens, diversa omnia apud barbaros, quam præsumpserat, reperit; eaque spes causa illi maxima & calamitatis & infelicis mortis fuit.* Hæc Prosper. Porro a Cassiodoro Seniore defensam fuisse Siciliam & Brutiorum ora maritima, Junior Cassiodorus in litteris Theodorici Regis testatur his verbis (*c*): *Avus enim Cassiodorus, Illustratus honore cinctus, qui ejus generi non poterat abnegari, a Vvandalorum incursione Siciliam, Brutiosque armorum defensione liberavit: ut merito primatum in illis provinciis haberet, quas a tam sævo & repentino hoste defendit. Debuit ergo virtutibus ejus Respublica, quod illas provincias tam vicinas Gensericus non invasit, quem postea truculentum Roma sustinuit.* Hæc ipse: sed de exitu Sebastiani, cujus causa revocatum ex Sicilia Gensericum Prosper dicit. Victor est prosecutus historiam. Erat autem Sebastianus invidia Præfectorum Romani exercitus quasi perduellis existimatus Imperii; ob eamque causam factus extorris, in Africam ad Gensericum se

(*b*) Prosp. in Chron. * Geiserico. Gensericus frustra Siciliam tentat.

(*c*) Cassiod. Var. lib. 1. epist. 4.



PAGIUS affert: *Quia verum præsentium nimis incerta conditio a Tanta Urbis populis abesse non sineret, & in desperationem quandam animi tumultuantium mitterentur, si pro occasione causa Ecclesiastica viderer Patriam, & Sedem Apostolicam velle deserere.* Clara sunt hæc verba, nec *Patriæ* nomine Italiam quis commode intelliget. Neque obstat testimonium Anastasii seu Auctoris libri Pontificalis, quia præterquam quod is in rebus historicis non raro peccat, duo Codices MSS. Regius, & Mazarinus *Leonem natione Romanum* inscriptum habent. Ita Quesnellus. Verum cum libri Pontificalis Auctor Pontificum Romanorum patriam accurate exhibere solitus sit, ab eo hac in re non discedendum, præsertim cum antiquissimi ejus Codices MSS. Vaticani, Casinenses, Regii, Florentini, & Farnesianus, ab Holstenio apud Schelstratium in *Antiquitate Ecclesiæ*, pag. 402. & seqq. producti, habeant Leonem *natione Tuscum* fuisse, loca a Quesnello in medium adducta interpretari debent de *Italia*, quam Prosper Leonis *patriam* appellat, sicut Salustius Hispaniam sibi antiquam patriam dixit. Codices vero MSS. Anastasii, *quos Quesnellus* secutus est; & recentes, & a Librariis, vel a sciolis depravati. Nec hoc in dubium revocandum.

IV. Sebastianus Comes confugit in Africam, ubi occiditur.

Ad num. V. & seq. Idacius in Chronico anno Abrahami, 2456. qui Kalendis Octobris superioris Christi anni inchoatur, ait: *Gaifericus* (id est Gensericus Vandalorum Rex, qui anno præcedenti Carthaginem occupavit) *Siciliam depræd.atus Panormum dein obsedit, qui damnati a Catholicis Episcopis Maximini apud Siciliam Arianorum ducis adversus Catholicos præcipitatur instinctu, ut eos quoque pacto in impietatem cogeret Arianam. Nonnullis declinantibus, aliquanti durantes in Catholica fide consummavere Martyrium.* Gensericus itaque se se intra Africæ fines continere non potuit, sed ad vastandam Siciliam

contulit. Sed quæ postea eidem ipsi contigerint, Victorem audiamus, qui ait:

VI. Sebastiani Comitis confessio & obitus.

*Fuit Comes quidam Sebastianus, famosi illius gener Comitis Bonifacii, acer consilio, & strenuus in bello; cujus Genserico sicut consilia necessaria habebat, ita & præsentiam formidabat. Cupiens autem illum extinguere, occasionem mortis de religione quæsivit. Cogitavit Rex, ut præsentibus Episcopis atque domesticis suis, Sebastianum taliter conveniret: Sebastiane (inquit) scio quia fideliter nobis adhæsisse jurasti; cujus veritatem sacramenti labores tui, vigilantiaque demonstrant: sed ut nobis connexa semper jugisque maneat amicitia, hoc placuit, præsentibus sacerdotibus nostris, ut ejus efficiaris cultor religionis, quam & nos & noster populus veneratur. Cui Sebastianus, rem inveniens miram, multisque necessariam, pro tempore acute respondit: Quæso, domine Rex, ut nunc unus panis mundissimus ac similaceus afferatur. Quem, cum ignorasset Gensericus Sebastiani victoriam, illico jussit afferri. Apprehendens itaque Sebastianus mundissimum panem, ita affatus est: Hic enim panis, ut ad tantum decorem splendoris veniisset, & mensæ regiæ necessarius haberetur, discussa spuria furfuris ex massa similaginis compressus, per aquam transivit & ignem; & idcirco aspectu clarus & suavis habetur. Ita & ego mola Catholicæ matris commolitus, & cribro examinationis, ut simila munda purgatus, rigatus sum aquis baptismatis, & igne sancti Spiritus coctus: et ut hic panis de furno, ita & ego per officia sacramentorum divinorum, artifice Deo, de fonte mundus ascendi. Sed fiat, si velis, ut ipse propono. Iste panis confringatur in fruſtra, madidetur aqua, & iterum conspergatur, mittatur in furnum: si melior exierit, faciam quod hortaris. Quam propositionem ubi Genserico cum omnibus qui aderant, audisset, ita ligatus est, ut se solvere omnino non posset. Quem alterius generis argumento postea bellicosum virum occidit.*

Hæc Victor. At quodnam illud fuerit, quod ait, aliud necis ejus excogitatum a Genserico argumentum, plane ignoratur; sed illud tale quidem fuisse oportuit, quod indignum reddiderit ipsum corona martyrii: cum enim omnes quos recenset Victor necatos Christianos in Africa a Genserico, tabulæ receperint Ecclesiasticæ celebrandos, ipsum tamen excluſere Sebastianum. Sed si vere calumnia illa fuit, & prætextus falsus inventus, cæli tabulæ, liber vitæ ipsum indelebili nota scriptum continent.

VII. Carthaginensium extorrium calamitates.

At res Africanæ Ecclesiæ sæpius pro ratione temporis revisuri, ad ejectos ex Africano solo a Genserico nobiles Carthaginenses & Episcopos orationem convertamus. De iis qui ad littus Campanum Neapolim divino fulti præsidio Episcopi appulere, anno superiori, eodem Victore auctore, enarratum est. De nobilibus autem Carthaginensibus nihil ipse præterea, nisi, quod omnes spoliati bonis trans mare navigare compulsi sunt: nos vero quæ de his reperimus, hic intexamus. Inter alios plurimos, qui nisi servire vellent, solum vertere coacti sunt, exhibent nobis S. Fulgentii Acta illius avi memoriam verbis istis: *Avus denique ejus, nomine Gordianus, dum Rex Genserico* (ita restituendum pro Hunerico (ut suo loco dicemus) *memoratam Carthaginem invadens, Senatores plurimos, immo cunctos, amissis omnibus bonis, ad Italiam navigare compelleret: inter cæteros etiam ipse impositam peregrinationem libenti voluntate suscepit, volens saltem, facultatibus perditis, non perdere libertatem.* Hæc ibi. Sed quod singulorum prosequi vestigia est impossibile; de nonnullis, qui in Syriam diversis casibus delati sunt, ex Theodoreti epistolis, quas Græce scriptas Vaticana bibliotheca custodit, & vir cum primis disertus noster Federicus Metius Latinitate donavit, contexemus historiam; ut ex his quæ in

PAGIUS ciliam animum adjecit, quod & Baronius, ex Prospero sub hujus anni Consulibus scribit. Verum uterque in eo falli videtur, quod mortem *Sebastiani Comitis* de quo superioribus annis locuti sumus, hoc anno recitat. Idacius enim laudatus, qui Baronii tempore non extabat, quique in Gallæcia Episcopus fuit, variam *Sebastiani* fortunam melius scire potuit. Idacius autem anno Abrahami 2460. qui Kalendis Octobris anni Christi CDXLIII. auspicatur, scribit: *Sebastianus illic* (nempe Constantinopoli) *quo confugerat deprehensus sibi adversa moliri e Constantinopoli fugit admonitus, & ad Theodorum Regem Gothorum veniens, conquisitam sibi quæ potuit, Barcinonam hostis ingreditur.* Tum anno Abrahami 2461. *Sebastianus de Barcinona fugatus migrat ad Vvandalos*, ideoque non hoc Christi anno, ut habet Prosper sed anno CCCCXLIV. aut insequenti *Sebastianus* Comes in Africam transivit. Denique anno Abrahami 2466. Kalendis Octobris anni Christi CDXLIX. inchoato, habet: *Sebastianus exul factus pernicioſam sibi, sicut post exitus docuit, Gaiserici confugit potestatem: parvo post tempore quam venerat, per eum jubetur occidi.* Baronius ex Victore lib. 1. de persecut. Wandalica, quo prætextu mors Sebastiano illata fuerit, enarrat.

A num. VII. ad XII. post Baronii mortem Sirmondus *Theodoreti* Cyrensis Episcopi per hæc tempora nominatissimi Opera publicavit; sed cum ejus Epistolas ordine Chronologico non digesserit, Garnerius in Supplemento Operum Theodoreti eam provinciam suscepit. Observat is Epistolam XXIX. ad *Apellionem*; Epistolam XXX. ad *Aerium* Sophistam, Epistolam XXXI. ad *Domnum* Antiochenum Episcopum, Epistolam XXXII. ad *Theoctistum* Beroeæ Episco-

V. *Christiani in Africa crudeliter habiti,*



in una orbis Romani provincia acciderunt, reliqua alius in locis facta existimare possimus. Cæterum non omnes recessisse, certum est. Cum enim infelix illa conditio oblata a Genserico Carthaginensibus nobilioribus civibus & Episcopis esset, ut omnibus exuti bonis nudi recederent, vel si exire de littore Africano tardarent, servi perpetui remanerent: complures eam potius partem elegisse, remanere barbaris servos, quam absque commeatu incertum per mare ferri; plurimosque clarissimorum virorum & Episcoporum, qui remanserant, servos Uvandalorum se novisse, Victor ipse testatur.

VIII. Epistola Theodoreti de Carthaginensium malis.

Quæ autem ex Africanis, qui in Syriam appulerunt, didicit inter alios Theodoretus, nempe miserandam Carthaginis urbis cladem, & Carthaginensium deploratissimos casus, idem ipse de his ad Apellionem ejusmodi litteras (*a*) dedit in commendatione Cælestiani viri clarissimi Carthaginensis.

(*a*) *Theod. ep.* 29.

*Quæ Carthaginenses passi sunt, Æschyli & Sophoclis egent tragœdia, & fortasse eorum vinceret linguas malorum magnitudo. Quæ enim antiquitus vix a Romanis capta fuit, vel potius quæ cum maxima Roma sæpenumero de primatu contendit, & supremum periculum atque diſcrimen illi paravit, nunc barbarorum facta est ludibrium. Et qui celeberrimum ejus exornabant Concilium & Senatum, per universum oberrant, vivendi modum querente e manibus hospitum benevolorum: & illos qui eos vident, ad lacrymas concitant, & humanarum rerum caducitatem & fragilitatem docent. Vidi equidem plerosque etiam alios unde profectos, & timui: nescio enim, secundum divinam Scripturam, quid sequens paritura sit dies. Veneror autem in primis admirabilissimum & magnificentissimum Cælestianum: fert enim æquo animo hanc calamitatem: & felicitatis suæ mutationem, occasionem fecit philosophiæ: & omnium rerum rectorem laudat: & id conferre putavit, quod ille vel fieri præcepit, vel ne fieret, non prohibuit: ineffabilis enim providentiæ est ratio. Hunc una cum uxore & filiis circumcirca euntem, tua magnificentia & humanitate instar Abrahæ, suscipe & complectere. Tuæ enim magnanimitati confidens, hospitum dux ipse factus sum; & tuam benignam manum illi ostendo & indico.* Hæc Theodoretus in commendatione clarissimi viri Cælestiani, de quo etiam extant aliæ ejusdem Theodoreti litteræ ad Aerium Sophistam (*b*), alia rursum ad Domnum Episcopum Antiochenum (*c*) quibus significat, hunc ipsum ex Gentili idolorum cultore esse redditum Christianum: sane quidem & nomen ipsum id referre videtur, cum a Cæleste famosissimo Carthaginensium idolo ipse illi addictissimus Cælestianus a parentibus æque Ethnicis fuerit nominatus. Ita plane qui post tot divinitus accensas de veritate Christianæ fidei Carthagine faces aduc perseverantes in errore fuere rebelles lumini, divina misericordia digni facti sunt, ut in caminum paupertatis injecti, relicta impietatis scoria, ad purum excocti & conflati evaderent Christiani: quomodo enim frontes æneæ, ferreæque cervices, nisi vehementioris fornacis ardore atteri potuissent & inclinari? Sed reddamus hic ipsam epistolam ad Domnum quæ sic se habet (*d*):

(*b*) *Theod. epist.* 30.

(*c*) *Theod. epist.* 31.

(*d*) *Theod. epist.* 32.

IX. Cælestianus ex ethnico redditus Christianus.

*Maxime admirando & magnificentissimo Cælestiano patria quidem celeberrima Carthago, genus vero, quod in illo fuit, clarissimum. Sed nunc ex illa ejectus, alienas circuit regiones, & manus intuetur Deo dilectorum, vel diligentium Deum, & piorum virorum. Habet præterea onus necessarium, quod curam illi auget & molestiam, uxorem inquam & filios & domesticos, quorum causa pluribus eget sumptibus. Ego vero in primis virt mentem & constantiam admiror, quod ventis adversis agitatus, ita gubernatorem Deum laudat, & gravem tempestatem negligit. Pietatem enim ex ea calamitate lucratus est, & infelicitas felicissimum hunc fructum attulit. Quando enim sua fruebatur felicitate, hujusmodi non emittebat voces, nec sectabatur: illa vero privatus & exutus, impietatem etiam abjecit; & nunc di-*



PAGIUS scopum, Epistolam XXXIII. ad *Stasimum* Comitem & Primatem, Epistolam XXXIV. ad *Patricium* Comitem, Epistolam XXXV. ad *Irenæum* Tyri Episcopum, & Epistolam XXXVI. ad *Pompejanum* Emesenum Episcopum commendatitias esse omnes, ad amicos quos Theodoretus admonet commiserationis in sublevanda egestate *Cælestiaci* nobilis Carthaginensis, qui capta a Genserico Carthagine, exutus opibus, cum tota sua familia exulare coactus est; ac denique sicuti sunt ejusdem argumenti; ita & eodem tempore datas esse; quod recte antea viderat Baronius, qui earum omnium hoc anno mentionem facit. Sed tam ipse, quam Garnerius citius quam par est eas datas existimant.

Ait Baronius, capta Carthagine anno superiori, *Genſericum*, Regem ejecisse mox nobiles, qui servire nollent in patria, ideoque *Cælestiacum* eorum unum hoc anno in Orientem fugisse, & *Cyrum* venisse, ubi literas illas commendatitias a *Theodoreto* obtinuerit. Garnerius vero notat unum amicorum, quos ad levandam *Cælestiaci* miseriam literis hortatus est Theodoretus, *Domnum* fuisse, Joannis in Antiochena Sede successorem: *Joannem* autem obiisse anno duntaxat currenti affecto, aut etiam anni sequentis initio, & *Theodoretum* Domno scripsisse, ut jam aliquandiu in Sede constituto; ideoque scripsisse anno CDXLII. & quidem citatas omnes Epistolas; cum omnes simul datæ sint

*divitiis fidei ditatus est: quapropter istam miseriam contemnit. Tuæ igitur est sanctitatis, ut alienam patriam illi suam patriam efficias, & horteris illos qui divitiis abundant, consolari eos qui aliquando ejusdem fuere fortunæ, & ejus miseriæ nubes & tenebras dissipare & discutere. Par enim est, eos qui eamdem nacti sunt humanam naturam, & similiter delinquunt & errant, & pœnas nihilominus vitant, illis qui infortuniis laborant, aliquod afferre solatium, & sua erga istos humanitate & miseratione Deum sibi mitiorem reddere.* Hactenus Theodoretus ad Domnum Antiochenum Episcopum, quem ante triennium in locum Joannis diximus subrogatum.

X. De mira Dei providentia in curanda salute hominum.

Jam vel hoc uno exemplo vides reddi certius, quod ex Salviano dictum est tomo superiori, nempe ad dissipationem idololatrarum, & idololatriæ cultum vigentem Carthagine abolendum, justo judicio a Deo permissum eam civitatem cum civibus dedi Uvandalis: ut quæ tot sanctissimi Episcopi spatio ferme quadringentorum annorum præstare minime valuissent, ut dæmonum venerationem e Carthagine tollerent, una ferme die Uvandalica manus abstulerit; & qui obstinato animo hactenus impii perseverassent, a Deo percussi discerent pietatem, quam & abdicata penitus idololatria, profiterentur: ut plane non iræ, sed misericordiæ Dei loco ista fuerit habenda Carthaginis civitatis & ejus civium clades secundum illud Propheticum Isaiæ (*a*), *Misereamur impio, & non discet justitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. Domine, exaltetur manus tua, & non videant*, in quibus delectabantur, idola: *videant* errorem suum, & *confundantur zelantes populi.* Ut sic ad veram religionem excolendam convertantur. Bene igitur dispendio rerum terrenarum, & peccatorum jactura, quæ est omni lucro præstantior, consultum fuit ipsorum saluti. Ut non adeo mirum sit, tolli & dissipari a Deo barbarica manu terrena, si cum illis pectorum vincula dirumpantur, quibus vincti miseri detinebantur homines, ne cælestia penetrarent.

(*a*) *Isai.* 26.

Sed quod ad Cælestianum, de quo agimus, pertinet: eumdem sane suis aliis pluribus commendatitiis literis ad diversos viros illustres datis munivit idem Theodoretus: extant enim ipsæ, & quidem efficacissimæ, aliæ ad Theoctistum (*b*) quemdam Episcopum, aliæ ad Statesimum Comitem & Præfectum (*c*), aliæ rursum ad Patricium (*d*) Comitem, itidem aliæ ad Irenæum (*e*) Tyri Episcopum, insuper aliæ ad Pompejanum (*f*), Emesæ Antistitem, omnes certe Theodoreto dignæ: quibus & impertiendarum id genus commendatitiarum litterarum usus antiquus Episcoporum ostenditur, eas nimirum nequaquam una forma, iisdemque verbis concipi solitas; sed diversis, & quidem officiosissime scribi consuetas, prout cujusque personæ status & causa, tempusve exigebat & locus: quibus, si opus exigeret, ex forma a sanctis Patribus Nicæni Concilii præscripta, ne dolus quomodolibet posset obrepere, reliqua addebantur, ut suo loco superius dictum est de litteris, quæ formatæ dicebantur, ad Coepiscopos dari solitis. Sed prosequamur reliqua.

XI.

(*b*) *Theod. epist.* 32. (*c*) *Theod. epist.* 33. (*d*) *Theod. epist.* 34. (*e*) *Idem ep.* 35. (*f*) *Idem ep.* 36.

Inter alios autem Africanos Episcopos eadem clade dispersos, fuit unus nomine Cyprianus; qui delatus & ipse in Orientem, commendatitiis itidem Episcoporum litteris vitam, peragrando provincias, traducebat: cui idem Theodoretus ad Ibam hoc tempore Episcopum Edessæ in Syria ejusmodi litteras dedit (*g*):

XII.

(*g*) *Idem ep.* 52.

XIII. Cyprianus Episcopus Africanus a Theodoreto commendatur.

*Communem omnium (ut credo) & salutem universorum procurans Deus, calamitates aliquas nonnullis affert, ut iis qui in aliquo deliquerunt, ipsa correctio sit medicamentum salutare, virtutis vero athletis patientiæ argumentum; & illis qui hæc intuentur & spectant, utile propinetur exemplum: ea enim natura sumus, ut timore repleamur, dum alios plecti videmus. Hæc cum animo volvo, Libyæ mala & miserias, commodum publicum illas arbitror. Primum enim, dum illorum felicitatem cogito, & intueor repentinam mutationem, video rerum humanarum dubias conversiones, & edoceor, neque felicitatibus tamquam certis confidere, neque miserias ut valde graves ægre-*



*gre ferre: delictorum præterea memoriam revolvo, & vereor ne in æqualia incidam mala. Hæc autem ad te scribere nunc sum coactus, ut Deo dilectissimum Episcopum Cyprianum tuæ beatitudini notum redderem, qui ex celeberrima Libya genus ducit, & alienas urbes obambulare coactus est propter barbarorum crudelitatem. Attulit etiam nobis litteras beatissimi Episcopi Eulalii, qui Galatarum gentem sapienter regit. Hunc cum consueta humanitate tua benignitas susceperit, cum suis litteris illum consequatur, & mittat ad quos voluerit dominos & Deo dilectissimos Episcopos, ut ipse quidem sensibili fulciatur consolatione, ipsis vero reddat Deus cæleste præmium & perpetuum.* Hæc ad Ibam Episcopum Edessenum Theodoretus, cujus extant & aliæ pro eodem datæ litteræ ad Sophronium Constantiæ Episcopum (*a*).

(*a*) *Theod. epist.* 53.

XIV. Rursum vero ejusdem argumenti idem Theodoretus litteras dedit ad Eustathium Ægorum Antistitem pro nobilissima Africana puella a suis divulsa, & in servam vendita. Dignus plane commiseratione casus ab ipso ita describitur (*b*): *Tragœdia dignum est, quod de nobilissima Maria dicitur: Hæc enim est filia magnificentissimi Eudæmonis, ut ipsa narrat, & alii quidam testantur. In calamitate vero, quæ Libyam occupavit, sua libertate fuit privata, & in servitutem lapsa est. Mercatores vero quidam, cum illam a barbaris emissent, quibusdam e nostris civibus vendiderunt: empta etiam cum ipsa fuit ancilla, quæ illi itidem olim serviebat. Simul igitur trahebant amarum servitutis jugum tum ancilla, tum domina: noluit tamen ancilla non agnoscere quid inter ipsas inter esset, nec prioris dominii est oblita, sed benevolentiam in ipso infortunio conservabat; & post communium dominorum obsequium, illi quæ conserva putabatur, suum præstabat obsequium, pedes lavando, cubilis sternendi curam gerendo, & omnia alia studiose faciendo. Hoc emptores latere non potuit: quapropter in civitate divulgata fuit hujus ingenuitas, & famulæ probitas.*

(*b*) *Theod. epist.* 100. De Maria nobilissima Africana in ancillam vendita.

XV. *Hæc cum didicissent qui apud nos manent fidelissimi milites (ego enim tunc aberam) emptoribus pretium reddiderunt, & hanc servitute liberarunt. Ego vero post reditum hæc omnia edoctus, & calamitatis historiam, & tragœdiam, & militum omni laude dignum opus, illis quidem majora reddidi, & nobilissimam adolescentulam piissimæ cuidam diaconissæ Dei famulæ tradidi, stipendium sufficiens me præbiturum pollicitus. Peractis vero decem mensibus cum didicisset patrem adhuc superstitem esse, & Præfecturam obtinere in Occidente, ad illum se conferre merito exoptavit. Et cum quidam dixissent, quod ab Occidente plurimi mercatores veniunt ad diem festum qui nunc apud vos agitur: petiit a me, ut cum litteris meis proficisceretur. Hac igitur de causa has scripsi litteras, tuam pietatem obnixe deprecando, ut nobilis puellæ curam geras, & præcipias alicui pietate præstanti viro, ut nautas & gubernatores alloquatur & mercatores, & fidelibus viris ipsam tradat, qui illam patri restituere possunt. Si enim patri filiam offerent præter omnem hominum spem; quod plurima certe lucrabuntur, recte novi.* Hactenus Theodoretus ad Ægorum Episcopum: erant Ægæ civitas maritima in extrema Cyliciæ parte Syriæ proxima, portum habens ad quem negotiatorum naves appellare solerent.

XVI. Sed audi alterius captivæ Carthaginensis insigne virtutis exemplum, quod Ado Treverensis (*c*) Episcopus publice in Ecclesiis anniversaria die recitandum tabulis inscripsit Ecclesiasticis hisce verbis: *Natale sanctæ Juliæ, quæ, cum Carthago civitas capta esset, ducta est captiva, & sortita in servitutem devenit cujusdam Eutychii* * *ex Syria Palæstina. Cui diligenter serviens expleto ejus servitio, acceptaque requie, aut orationi, aut lectioni insistebat: nam & corpus suum jejuniis affligebat. Unde dominus ejus quamvis Paganus, valde eam admirans, sæpius admonebat, ne taliter se affligeret. Sed illa nec blandimentis, nec etiam admonitionibus ab hoc, quod inchoaverat, recedebat, excepto die Dominicæ resurrectionis. Deinde contigit, ut dominus ipsius una cum ipsa veniret in Corsicam; & ibi sacrificantibus aliis, cœpit & ipse diis immolare:* insularum enim latibula Ethnici quæritabant, quos ob impietatem gravi pœna (ut diximus) edita haud pridem Imperatoris sanctio exagitabat.

(*c*) *Ado Martyrolog. die* 22. *Maii.*

* Euchii.

S. Juliæ Martyrium.

*Sed*

PAGIUS

sint infelici hospiti abeunti ex urbe Cyrensi. At cum *Domnus*, ut mox visuri sumus, exeunte tantum anno CDXLI. aut insequenti Episcopus Antiochenus dictus fuerit, laudatas literas non scripsit *Theodoretus* ante finem anni CDXLII. Quare sicut ex eo quod *Carthago* anno CDXXXIX. a Vandalis expugnata est, non sequitur, *Theodoretum* Cælestiacum anno CDXL. literis commendasse; ita etiam nec ex eo quod *Domnus* exeunte anno CDXLI. aut insequenti Episcopus renunciatus est, *Theodoretum* statim eas literas dedisse cum tardius ad eum *Cælestiacum* venire potuerit, tardiusque quam triennio a capta Carthagine in exilium mitti.

A num. XII. ad XVI. Memorat hoc anno Baronius Epistolam Theodoreti LII. ad *Ibam* Edessæ Episcopum datam, qua ei commendat Cyprianum Episcopum, *qui ex celeberrima orbis Africæ, exteras oras circumire cogebatur, propter immanitatem Barbarorum.* Quare ea Epistola hoc circiter anno scripta, sicuti & Epistola LIII. ad *Sophronium* Constantiæ Episcopum; cum utraque similis sit argumenti. Epistola Theodoreti ad *Eustathium* Ægarum Episcopum, quæ juxta Baronium ordine est LIII. juxta Sirmondum LXX. pertinet ad annum CDXLIII.

VI. *Theodoretus commendat Cyprianum Epist. ex Africa exulem.*

CCCCXLIII. aut sequentem, ut Garnerius laudatus notat. Continet enim historiam *Mariæ* cujusdam nobilis puellæ Africanæ, quæ a Vandalis pretio vendita mercatoribus, servivit *Cyri* sed redemta a militibus, & a *Theodoreto* per decem menses idoneis subsidiis instructa, cum resciviset de patre Magistratum in Occidentis partibus gerente, ut ad illum proficisceretur, commendatur Ægarum Episcopo, qua in Civitate secundæ Ciliciæ nundinæ habebantur, ad quas ex Occidente mercatores confluere solerent.

A num. XVI. ad XIX. In Vita Sanctæ *Juliæ* Virginis & Martyris in Corsica, ex Adone in Martyrologio ad diem XXII. Maii a Baronio recitata, & in alia ejusdem Vita a Papebrocio ad eumdem diem ex Auctore Anonymo descripta dicitur, cum Civitas *Carthago capta* fuisset, beatam *Juliam* ductam esse captivam, & deinde cum dominus ejus una cum ipsa in Cor-

VII. *Martyrium S. Juliæ Virginis.*

XVII. *Sed B. Julia* (subdit Ado) *videns errorem illorum condolebat. Audiens quidam Princeps Felix, Saxo cognomine, quod illa nollet sacrificare; quæsivit eam a domino suo, ut receptis in illius vice quatuor ancillis, sibi ea daretur. Cui ille pro magno ejus servitio noluit eam tribuere. Tunc præfatus Felix callide fecit domino suo convivium quatenus ipso & nimia potatione soporato, & ignorante, de navi ipsius eam tolleret. Quod & factum est: nam ipso inscio, ducta est B. Julia ad Felicem. Cumque blandimentis Felix ei non potuisset suadere ut sacrificaret, præcepit, eam alapis cædi, deinde crinibus torqueri, atque flagellari, ad extremum etiam crucifigi: & sic in ipso patibulo ultimum efflavit spiritum: de cujus ore sanctissimo columba exivit, & cœlum petivit.*

Felix Saxo quid in Juliam.

XVIII. *Tunc per Angelos, divina dispensante gratia, nunciatum est hoc quibusdam monachis in insula Margarita, quæ vulgo Gorgona dicitur, consistentibus.* Ubi enim cœpta est a sanctis monachis habitari, ab illis nomen Gorgonæ, quod ab idololatria videtur acceptum, in Margaritæ nomen ex Evangelio (*a*) depromptum mutatum fuit; cum tamen alii consueto nomine Gorgoniam eam frequentius appellarent. Sed pergit: *Illi hoc audito, ascensis navibus, summa cum festinatione venerunt in Corsicam, & invenerunt sicut ab Angelis fuerat revelatum. Dein summa cum reverentia deponentes corpus ejus de cruce, juvante Domino, celeriter ad sua reversi sunt: & ibi, videlicet in ipsa Margaritæ insula, condientes corpus ejus cum aromatibus, posuerunt in monumento cum gaudio. Postea autem de ipsa insula Arizæ* * *Reginæ uxor Desiderii Regis Longobardorum præcepit corpus ejus efferri, & in monasterio, quod in honorem ipsius construxit, Brixæ mirificentissime collocavit.* Hucusque Ado undecimo Kalend. Junii, quo die ejus memoria publice colitur. Ex his igitur recitatis Carthaginensium funestis casibus litteris commendatis, cæteros æstimare licet, quos scriptorum inopia antiquitas oblivione penitus sepelivit. Quæ autem reliqua sunt miseriarum Carthaginensium, suis locis inferius dicemus.

De S. Juliæ translatione.

(*a*) *Matt.* x3.

* Anza.

Hoc eodem anno Joannes Episcopus Antiochenus diem extremum obiit, cum sedisset annos tredecim; licet Nicephorus in Chronico annos decem & octo illius sedi tribuat: verum cum anno præsenti extent litteræ Theodoreti ad ejus successorem Domnum Episcopum Antiochenum scriptæ, haud ad illud tempus ejus vitam esse propagatam, perspicue possumus intelligere. Porro ipsam Theodoreti ad Domnum epistolam reddemus suo loco anno præsenti; & eam qua monstratur annos tredecim tantum sedisse ad Dioscorum datam suo item loco describemus. Mortuo autem Joanne, in locum ipsius subrogatus est ejus sorore nepos Domnus monachus, sed desertor monasterii; qui (ut dictum est superius) degens in Laura Euthymii, ipso invito, Antiochiam cum venire decrevisset, hoc

XIX. Domnus Episcopus Antiochenus.

PAGIUS Corsicam venisset, cum nollet Diis immolare cruci affixam fuisse. Baronius existimat Adonem loqui de expugnatione Carthaginis per Gensericum; Papebrocius vero arbitratur *Juliam* captam anno DCXVI. quo Carthago a Persis occupata est. Verum ea in re nihil certi in medium afferri potest. Ejus Corpus processu temporis *Brixiam* translatum, ubi hodie colitur in Monasterio Benedictino a *Desiderio* Longobardorum Rege pro *Angelberga* filia fundato.

VIII. *Moritur Joannes Antiochenus Episc.*

Ad num. XIX *Joannes Antiochenus* Episcopus sedere cœpit anno CDXXIX. & ut diserte testatur Theodoretus in Epistola ad *Dioscorum* Episcopum Alexandrinum, annos tredecim Ecclesiæ Antiochenæ præfuit; ideoque si anni illi XIII. completi fuerint, mors ejus incidit in annum quadringentesimum quadragesimum secundum; si vero incompleti in annum CDXLI. In Chronico Nicephori & in Tabulis Theophani insertis, errore numerorum anni XVIII. ei assignantur. Licet porro *Nestorio* ejus hæresis initio faverit ea præsertim ratione, quod ab Ecclesia Antiochena ad Episcopatum Constantinopolitanum assumptus fuisset, anathematizavit tamen ejus dogmata, & personam, omnesque Provincias suas ad conditiones pacis accipiendas coegit, ut suo loco ostendi. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. CDXXXIII. Kalendis Septembr. hujus Christi anni inchoato, Joannis meminit, aitque: *Porro quidam Monachi Constantinop. profecti molestiam Imperatori infe-*

*rebant causa Mopsuestiæ quondam Episcopi, quem etiam post mortem hæresis insimulabant. Imperator autem ad Orientis Episcopos inquisitionem plenam instrui, & si veræ proferrent Monachi, ut Theodorum anathemate ferirent, Proclo commisit, ut scriberet. Joannes vero Antiochiæ Episcopus de recto Theodori sensu cum sua Synodo Proclo rescripsit, & de eadem Imperatori fidem fecit.* Joanni successit *Domnus*, qui Theodorum Mopsuestenum etiam defendit, ut anno CCCCXLII videbimus. Fuit *Domnus* Joannis ex sorore nepos, vir ut dubiæ fidei, sic imprudentis consilii variæque fortunæ, ut ex iis quæ infra in medium adducemus patebit.

IX. *Moritur Vararanes Persarum Rex, & persecutio continuatur.*

Hoc circiter anno Vararanes Persarum Rex, *cum annos viginti regnasset, Isdigerdi alteri suo filio regnum tradit*, inquit Agathias lib. 4. Cumque persecutio ab Isdigerde ejus avo anno CDXIV. inchoata, & a Vararane patre continuata, annos triginta perdurarit, ut suo loco ostendimus, sub isto Isdigerde circa annum CCCCXLIV. finem accepit. Martyrum ea persecutione in Perside passorum Acta, vel literis non mandata, vel ad nos non pervenere; ad eam tamen pertinet quod habet Sidonius lib. 7. Epist. 17. ubi condens epitaphium *Sancti Abrahami* natione Persæ, qui Arverni, ubi ille Episcopus erat, in Domino obdormierat, ait:

*Natus ad Euphratem, pro Christo ergastula passus*
*Et quinquennali vincula laxa fame;*
*Elapsus*



eum Vaticinio Euthymius futura prædicens admonuit: *Obtinebis quidem administrationem*, nempe Sedis Antiochenæ Episcopatum, *sed eam rursus auferent tibi mali homines & præstigiatores, cum ab illis prius seductus fueris ignorantia.* Hæc quidem ipse; nec falsus extitit vates, ut eventus probavit, inferiusque suo loco patebit: scribit hæc de Domno Cyrillus monachus in Actis (*a*) Euthymii. Quomodo vero factus Episcopus Simeonem illum magnum cognomento Stylitam convenit, narrat Nicephorus istis verbis (*b*): *Quo tempore Domnus sacras Antiochenæ urbis habenas tenuit, cum ad Simeonem venisset, totus consternatus est, & cum eo mystico arcanoque congressu convenire exoptavit. Convenerunt que ideo ambo, & sacrificio immaculato atque incruento peracto, alter alteri mysticam communionem porrexit.* Hæc Nicephorus. Sed jam ad sequentis anni res gestas orationem paremus.

(*a*) *Extant apud Surium die 20. Januar.*

(*b*) *Nicep. l. 14. c. 51.*

Qui

PAGIUS *Elapsus Regi truculento Susidis ora*
*Occiduum properas solus ad usque solum.*

Erat *Susa* Susianæ provinciæ urbs antiquitus Regum Persarum Regia, egregie descripta a Strabone lib 15. de qua Ammianus lib. 23. cap. 6. tradit: *Inter alia* (sc. oppida) *eminet Susa sæpe domicilium Regum.* De sancto *Abrahamo* plura ibidem Sidonius, & Gregorius Turonensis in lib. de Vitis Patrum cap. 3. qui testatur, eum *Sidonio* Ecclesiam Arvernensem regente ad Deum migrasse, postquam Arvernis Monasterium ædificasset. Inscriptus est *Abrahamus* Martyrologio Romano ad diem XV. Junii.

I. QUi ordine temporum sequens est annus Domini quadringentesimus quadragesimus primus Cyri tantum Consulatu in Fastis reperitur inscriptus in Oriente creati. Cur autem ex more Imperator Occidentalis Imperii suum Consulem non elegerit, minime liquet. Cæterum hunc ipsum Cyrum esse scias, qui variis diversisque agitatus est casibus, ac tandem naufragus, non invenit nisi in Christiana religione salutem. Ethnicus homo fuit, deorum superstitioni deditus; sed natura dexterrimus, in utraque militia Castrensi ac Palatina summos sibi magistratus quærens, eosdem est nullo negotio consecutus: etenim quo anno diximus captam Carthaginem, Ducem exercitus ipsum gessisse, Evagrio auctore narravimus; sequenti vero Præfecturam Prætorii consecutum, & Consulem designatum esse, Novellæ Theodosii constitutiones declarant (*a*); rursum ante biennium Urbanam adeptum esse Præfecturam sub Consulatu Theodosii cum Festo, Imperatoria constitutio fidem facit (*b*) gessit, eamdem iterum sub tertio Aetii Consulatu, ut suo loco dicetur: præsenti vero anno auctus est ordinario Consulatu. Sed bono suo, magna Dei providentia, ad ima e summis, aleæ rerum mundanarum inversione dejectus, unicum invenit in Christiana pietate confugium.

Cyrus homo gentilis summos consecutus magistratus.

(*a*) *Nov. de alluvio. Novel. de amot. mil.*

(*b*) *l. 9. C. de sacrosanct. Eccles.*

II. Eudocia Aug. studiosa Cyri.

Ad hos autem omnes summos consequendos honores ex poeticis facultatibus sibi paravit scalam, dum illis sese in amicitiam Eudociæ Augustæ insinuavit. Sed Suidam de ipso agentem audi, cum ait: *Cyrus Panoplita poeta sub Theodosio Juniore vixit, apud quem Præfectus Prætorio, & Præfectus Urbi, Consul, & Patricius, fuit in admiratione ab Eudocia Augusta habitus, quæ poematum studiosa erat.* Quamdiu igitur illa cum viro suo Imperium moderata est, æque res Cyri in portu fuerunt: ipsa autem secundo Constantinopoli recedente, atque Hierosolymam commigrante, cœperunt fluctibus jactitari: nam & Suidas subdit: *Eudocia autem, cum aula relicta in Oriente Hierosolymis esset, Cyrus ab adversariis insidiis circumventus, in Phrygia Cotyæi Episcopus factus est, & usque ad Leonis tempora perduravit.* Hæc Suidas: quomodo autem id acciderit, dicendum erit suo loco inferius; hæc modo ipsius Cyri Consulatus hoc anno initi occasione narrata sufficiant.

III. Concilium Arausicanum.

Sub eodem Cyri Consulatu celebratum legitur in Gallis Concilium Arausicanum: sed cum ponitur idem Cyrus collega Theodosii Junioris, error scriptoris arguitur: nam quod ibi legitur, tempore Theodosii Junioris, & Cyri Consulum, legendum est, Consulis loco Consulum: nam Fasti omnes, & vetera monumenta nonnisi unicum hoc anno (ut dictum est) Consulem referunt. Quod ad Synodi locum pertinet, erat Arausica, ubi collecta fuit, Civitas in Gallia Narbonensi. Nobilis quidem ista dicenda Synodus, clarissimorum Antistitum illustrata corona, de quibus singulis proxime paucis dicturi sumus. Reperiuntur in hac Synodo unde triginta sanciti canones ad Ecclesiasticam disciplinam atque jura spectantes ab Episcopis Galliarum Narbonensis, & Lugdunensis, quindecim numero ex eis Arausicam Civitatem ex more convenientibus. Florebant quidem dictæ Galliarum provinciæ, si quæ aliæ Christiani orbis oræ, his temporibus, Episcopis æque sanctissimis atque doctissimis, quorum solerti vigilantia in suo permanebant robore leges Ecclesiasticæ. Qui enim primo loco huic Synodo subscriptus habetur Hilarius, ipse ille est celebris Arelatensis Episcopus, qui antehac presbyter (ut superiori dictum est tomo) una cum S. Prospero Aquitano Episcopo infectatus est Pelagianos, & adversus Massilienses presbyteros atque alios impugnantes S. Augustini scripta strenue insurrexit, de quo pluribus, & inferius agendum erit.

De Hilario, Claudio, & Eucherio Episcopis.

IV. At qui secundo loco subscriptus nominatur Claudius Episcopus, nescitur cujus fuerit Civitatis Antistes: procul tamen abest, ut hic sit dicendus, loco Claudii, Claudianus ille cognomento Mamercus clarus inter scriptores Ecclesiasticos: nam (ut suo loco inferius dicemus) non fuit ipse Episcopus Viennensis, sed potius ejus Ecclesiæ presbyter.

V. De S. Eucherio Episc. Lugdunensi.

Rursum vero qui huic itidem Synodo inter fuisse reperitur Eucherius, ipse est qui fama celebris vixit eodem tempore Episcopus Lugdunensis, cujus meminit Claudianus in libro de Statu animæ cum ait (*a*): *Haudquaquam tamen Eucherium præterierim mihimet viventem doctrina, & præsentaneis coram disputationibus cognitum, non porro nunciis aut lectione compertum: qui scilicet viridis ævi, maturi animi, terra despuens, cæli appetens, humilis spiritu, arduus merito, ac*

(*a*) *Claud. de stat. anim. lib. 1.*



PAGIUS Anno Periodi Greco-Romanæ 5934.

Sæc. V. Olimp. 305. Anno Eræ Hispan. CCCCLXXIX. A. C. 441.

⊙ 2. E. ☽ 5. P. 23. Mart. Indict. 9.

Jesu Christi 441.

Leonis Papæ 2.

Theodosii Jun. 40. & 34.

Valentiniani III. 17.

I. *Vicennalia Valentiniani.*

[1] CYrus absque Collega in Oriente Consul processit ut docent omnes Fasti. De eo plura habet Baronius num. I. & II. Vicennalia imperii Cæsarei Valentiniani in hunc annum incidunt, quorum indicium anno CDXLV. num. XXII. exhibebimus.

II. *Concilium Arausicanum I.*

A num. III. ad XVIII. Concilium *Arausicanum* I. accurate a Baronio consignatum: hic enim ejus titulus in veteribus MSS. *Constitutiones sanctæ Synodi habitæ in territorio Arausico, sub die VI. Idus Novembres, Cyro Consule, in Ecclesia Justinianensi*, nisi quod in paucis legitur *Justianensi*. Triginta Canones in eo editi sunt a septemdecim Episcopis qui ei interfuere.

III. *Non fuit generale.*

Cum vero *Hilarius* Arelatensis, *Eucherius* Lugdunensis, & *Ingenuus* Ebredunensis Episcopi huic Synodo subscripserint, Baluzius V. C. in Supplemento ad lib. 5. Marcæ de Concordia cap. 31. arbitratur, illam fuisse generalem. „ Nescimus enim, inquit, quarum Ecclesiarum „ Episcopi fuerint plerique, qui in hoc Con„ cilio adfuisse dicuntur in subscriptionibus. Præ-

NOTÆ [1] COss. *Cyrus absque collega*. Leges codicis Justinianæi: *Cyro V. C. Conss.* Fasti Idatii, & Prosper tam vulgatus, quam MS. *Cyro V. C. Consule*. Marcellinus: *Cyro solo Cos.* Et hic *Flavii* prænomen præfert apud nonnullos Fastorum collectores.



*proinde ingenio subtilissimus, scientia plenus, eloquii profluus, magnorum sui sæculi Pontificum longe maximus, editis in rem fidei multi jugis variorum operum voluminibus, ad populum quoque his super statu animæ concionatus est, &c.* Sed hic, rogo, siste gradum, lector, & considera, quod cum ipse Claudianus (ut vides) de Eucherio agens, citet conciones ipsius ad populum habitas, quæ non extant: in eam sententiam facile mecum ibis, ut ejusdem Eucherii sint homiliæ illæ, quæ falso nomine inscribuntur Eusebii Emisseni. Cum alioqui haud dicendum sciamus, illas omnes esse Eucherii, cum inveniantur aliquæ esse Hilarii Arelatensis, Fausti vero Rhegiensis aliquæ. Porro alias a Lugdunensis plane Ecclesiæ concionatores eas esse dictas, martyres Lugdunenses, de quibus agit, & alia plura demonstrant, necnon Eucherii ipsum dicendi genus: nam in persuadendo efficacem fuisse, Sidonius docet, dum singulorum ferme Patrum in scribendo proprietates notat in epistola ad Claudianum (*b*). Sed & id suadent argumenta personæ accomodata: utpote qui monasticam vitam exercuit, & Lugdunensem Ecclesiam rexit; & ad monachos, & ad populum eum esse concionatum oportuit, cujusmodi duplicis generis eædem homiliæ esse noscuntur.

Homiliæ Eucherii falso tributæ Eusebio Emisseno.

(*b*) *Sidon. li. 4. ep. 3.*

VI. Cum igitur ex concionibus habitis de martyribus Lugdunensibus, Lugdunensis Ecclesiæ Antistitem se esse significet, & homiliæ ipsæ stylum referant S. Eucherii, & argumenta rerum ipsum itidem probe demonstrent, & tempora quo auctor vixit, eumdem annuntient: etenim in re-



PAGIUS „ Præterea constat ex Canone XIX. multos Epi„ scopos ad eam Synodum non accessisse, „ legitime, ut videtur, impeditos, *qui consen„ sus dederunt*, plerosque etiam defuisse per con„ tumaciam, qui castigantur in hoc Canone, „ utrorumque autem admonendorum, ut ad „ sequentem futuram Synodum veniant, solici„ tudo relinquitur *Hilario*; in quo auctorita„ tem quamdam extraordinariam in *Hilario* a„ gnovisse Synodum Arausicanam apparet: *Re„ liquos, qui defuerunt*, inquiunt Episcopi, „ *beatissimi* fratris nostri Hilarii sollicitudini „ relinquimus, datis ad ipsos horum exempla„ ribus commonendos. Unde colligi potest ge„ neralem fuisse Synodum, quæ cura & au„ ctoritate coacta fuerit Hilarii Episcopi Are„ latensis. Adde quod Canon XXI. generalis „ est, non unius tantum Provinciæ causa con„ ditus, sed plurium, cum ita dicat: *In no„ stris Provinciis placuit de præsumptoribus ut „ siquibi contigerit duos Episcopos Episcopum in„ vitum facere, auctoribus damnatis, unius eo„ rum Ecclesia ipse qui vim passus est substitua„ tur, si tamen vita respondet.* Ita vir doctissimus. Verum cum in Canone XXI. dicatur, *in nostris Provinciis placuit*, &c. & in Canone XXIX. *quibus bis in anno, quod nobis pro* tempo„ rum qualitate difficile est, Sanctum est conveniri, & statim indicetur alia Synodus *Luciano in Arausico territorio* celebranda, hæc Synodus trium tantum Provinciarum memoratarum fuisse videtur. Episcopum Viennensem, qui hoc tempore de Primatu cum Arelatensi contendebat, unum fuisse ex illis, qui Synodo interesse noluere, pronum est suspicari.

IV. *S. Eucherius Monasticam vitam duxit in insula Lerinæ & in insula Lerenis.*

Sanctus *Eucherius* Lugdunensis Episcopus inter alia egregia ingenii sui monumenta, varios reliquit Sermones, ex quibus plerique Libriorum errore aliis adscripti sunt, præsertimque *Eusebio* Emesæ Episcopo in Syria, sive Phœnicia, Arianæ signifero factionis, qui vixit tempore Constantii Imp. Is quidem, teste Hieronymo tam in Chronico, quam in lib. de Script. Ecclesiast. plures homilias in Evangelia scripsit, sed eæ ad nos non pervenere. Unde recte Baronius num. VIII. monet eos Sermones *Eucherio* restituendos esse. Tum num. XII. ait, eum in Lerinensem insulam se contulisse, illicque & in alia proxima insula Monasticam vitam exercuisse. Theophilus quidem Raynaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunensium negat, *Eucherium* Monachum Lerinensem fuisse; sed sine dubio fallitur, Eucherium enim anno CDXXVIII. in proxima insula, alias *Leronæ*, nunc insula *Sanctæ Margaritæ* appellata habitasse, ex epistola ejusdem in laudem Eremi eo anno elucubrata

eens obortas hæreſes Neſtorii, & Eutychetis idem invehitur: Cum hæc, inquam, tot in unum concurrant Eucherium, quis de his dubitandi amplius locus reliquus eſt? Redditis ergo his quæ Maximi eſſe noſcuntur, ſeu aliorum (non hic de ſingulis nobis agendum) ſuis auctoribus, vindicentur egregiæ conciones ab injuſto, & impio poſſeſſore Euſebio Emiſſeno, cujus nomine citari conſueverunt. Quid cum auctore Græco homiliæ, quæ Latinæ noſcuntur eſſe conſcriptæ? Quid cum homine Ariano, quæ omni ex parte pietatem redolent conciones? Quid denique auctor Gallicanus cum Syro, & Lugdunenſes martyres cum Emiſſenis?

VII. Sed unde adeo portentoſum putandum prodiiſſe commentum, & monſtruoſam adeo eſſe impoſturam obortam? Potuit ſane fefelliſſe librarium imprudentem, ut ſub cujus auctoris titulo reperit initium codicis obſignatum, cætera omnia quæ in eo continerentur, eidem putaret eſſe tribuenda auctori: nemo enim eſt qui ignoret, qui antiquorum codicum habet uſum, ſæpe ſæpius ſolere contingere, ut non unum vel duos, ſed & tres, quatuorve & amplius habeat idem volumen diverſorum auctorum tractatus, & aliquos ex illis inveniri ſub nomine unius auctoris exſcriptos: ut niſi quis oculos lynceos habeat, ſæpe accidat, ut inſcripto auctori tribuatur, quicquid inferius eodem codice continetur. Cum alioqui & facile contigiſſe potuerit, ut in corroſo conſumptoque nimia vetuſtate codice, litteris labefactatis, legerit librarius, Euſebius, pro, Eucherius. Sed reperimus ex recens editis antiquis monimentis in Gallicanis Litaniis verſibus conſcriptis ab Hartmanno Rabani Mauri diſcipulo, nominari inter S. Epiſcopos etiam Euſebium, ſed incertæ Civitatis Epiſcopum: verſus ſic ſe habent (a):

(a) *Tom. 5. antiq. lect. pag.* 732.

*Martinus, Proculus, Cæſarius, Euſebiuſque*
*Orent pro noſtris criminibus variis.*

Hæc dixerimus, ne adeo nomen Euſebii exhorreſcas, ſi dempſeris Emiſſeni.

VIII. Reſtituendæ S. Eucherio ſuæ Homiliæ. Sic igitur non patiantur amplius, rogo, mei Lugdunenſes, tantum ſuum ipſorum theſaurum theca latronis inclu di: ſed juſtiſſima vindicatione ſuæ eſſe Eccleſiæ opes intelligentes, eaſdem rurſum edentes, ejuſmodi juſtum ipſis affigant titulum, ac veluti ſigillo conſignent: *Homiliæ S. Eucherio Epiſcopo Lugdunenſi reſtitutæ, falſo hactenus editæ titulo Euſebii Emiſſeni.* Eſſent his alia inſuper addenda, ſed in his diutius immorari non patitur ratio inſtituti. Sed ſicut indignandum eſt, tamdiu ſanctiſſimi viri divitias ſub titulo ſceleſtiſſimi Ariani palam expoſitas, ita dolendum eas omnes haud integre reperiri. Quis enim tum monachus, tum Epiſcopus in eo dicendi genere annis plurimis verſatus eſt, longe plures oportuit dixiſſe cum ad monachos tum ad populum concio-

PAGIUS brata manifeſtum ſit; & confirmat Sanctus Hilarius Arelatenſis Epiſcopus in Oratione de Sancto Honorato cap. 22. ſcribens: *Beatus Eucherius cum ab eremo* (id eſt, Lerinæ inſula) *in tabulis, ut aſſolet, cera illitis in proxima ab ipſo degens inſula, litteras ejus ſuſcepiſſet.* Initio tamen cum Monaſticum inſtitutum amplexus eſt, in Lerinam venit, & quia non Cœnobitam, ſed Anachoretam agere volebat, ut docet Caſſianus in præfat. Collat. 2. *Leronem* ſe contulit, indeque in Epiſtola de laude Eremi ait: *Equidem cunctis eremi locis, quæ priorum illuminantur ſeceſſu, reverentiam debeo, præcipue tamen Lirinam meam honore complector, quæ procelloſi naufragii mundi effuſos piiſſimis ulnis receperat venientes.* Ex quibus intelligitur, Carmen illud Sidonii in Euchariſtico, ubi celebrans Lerinæ Monachos ait:

*Eucheri venientis iter, redeuntis Hilari.*

Carmen, inquam, illud ſignificare, *Hilarium* relicto *Honorato*, quem epiſcopatum adeptum Arelatem proſecutus fuerat, ſuam Lerinam repetiiſſe; *Eucherium* vero initio quidem in Lerinam veniſſe, a qua poſtea in proximam inſulam ſeceſſit, ut optime hæc explicavit Eminen. Card. Noriſius lib. 2. Hiſt. Pelag. cap. 13.

V. Non tamen bene ibidem Cardinalis Doctiſſimus exiſtimat, duos Eucherios Epiſcopos Lugdunenſes in unum male conflaſſe Baronium in notis ad Martyrologium ad diem XVI. Novemb. & hunc recte poſtea errorem illum correxiſſe in Appendice, quæ in fine Tomi X. Annal. legitur, & in editione Colonienſi ad annum DXXIX. Contra enim, quod accurate ſcripſerat Baronius, male poſtea retractavit, operamque & oleum perdidit Theophilus Raynaudus loco laudato, ubi contendit, duos Eucherios Lugdunenſes Epiſcopos diſtinguendos eſſe quamvis Uſuardus & Ado unum tantum agnoverint. Id enim nunc certum eſſe videtur.

*S. Eucherius in duos ejuſdem nominis male diviſus.*

VI. *SS. Eucherius & Paulinus amicitia conjuncti.* Chiffletius part. I. Paulini Illuſtrati cap. 15. & ſeqq. pluribus agit de ſancto *Eucherio* & *Gala* ejus uxore, refertque Epiſtolam ante inéditam, quam Paulinus jam Epiſcopus Nolenſis ad utrumque ſcripſit, quæ nos edocet Paulinum & Eucherium ſingulari amicitia conjunctos fuiſſe, quam fovebat, & generis æqualitas, & ſtudiorum ac propoſiti ſimilitudo. Erant enim ambo Senatorii & Conſulares viri, & ſicut ille cum Teraſia, ſic iſte cum Galla conjuge, ſæculi vanitate abdicata vitam in terris angelicam agebant in *Lerone* inſula, hodie *Sancta Margarita* appellata, ut ex ea Paulini Epiſtola intelligitur. Tunc *Salonius* & *Veranus* Eucherii & Gallæ filii apud Lerinum erant in Sancti Honorati diſciplina, & *Conſortia* ac *Tullia* Eucherii & Galliæ filiæ ſub utriuſque manu in Lerone educabantur. Harum mentio in Actis Eucherii & in Adonis Martyrologio ad diem XVI. Novemb. & ipſemet Eucherius utriuſque filii in Operibus ſuis mentionem facit. Latebat *Eucherius* in quadam ſpecu in partibus Pro-



ciones: excidiſſe quidem nonnullas Claudianus certiſſimam fidem, facit, dum quam ipſe citat ex Eucherii homiliis, omnino deſideretur.

IX. Unus tantum, & non duo Eucherii Lugdunenſes. At (quod non prætermittendum eſt) ex eodem habes auctore in quo redarguas perperam factam Gennadii editionem Suffridi, apud quam legitur Eucherius preſbyter Lugdunenſis ſcriptor Eccleſiaſticus, cum dicendus ſit Epiſcopus, ut habent aliæ Gennadii germanæ editiones. Porro & hinc datam ex codicis errore Honorio occaſionem errandi conſtat, cum ponat duos Eucherios Lugdunenſes, alterum presbyterum, Epiſcopum alterum, amboſque ſcriptores Eccleſiaſticos. Cum tamen etſi duo Eucherii cogniti habeantur, ut ſuo loco dicendum eſt inferius utrumque tamen fuiſſe Epiſcopum conſtat.

X. Præter hunc, de quo eſt ſermo. Scimus & alium hoc ſæculo vixiſſe Eucherium virum clariſſimum, quem data ad eum epiſtola plurimum laudat Sidonius Apollinaris (a) ſed teſte Gregorio Turonenſi (b), occiſum eum conſtat a Victorio Ducetempore Evarici Gothorum Regis, de quo ſuo loco pluribus agendum erit. Alium inſuper fuiſſe ſcias Eucherium itidem Senatorem virum inſignem, ſed bigamum, haud idoneum habitum qui ſacri ordinis militiæ nomen daret; cujus meminit idem Sidonius in concione habita in electione Simplicii Epiſcopi Biturícenſis poſt plurimos annos, cum jam ipſe Sidonius eſſet Epiſcopus, & Eccleſiæ Lugdunenſi non amplius Eucherius, ſed Patiens præeſſet Antiſtes: ut intelligas, procul abeſſe ut ille fuerit poſtea factus Epiſcopus Lugdunenſis; magiſque congruere, eum jungere cum Eucherio illo ad quem extat Sidonii epiſtola, quam ut dici poſſit eumdem poſtea creatum fuiſſe Lugdunenſem Antiſtitem.

(a) *Sidon. lib. 3. ep. 8.* (b) *Greg. Turon. li. 2. c. 20.*

XI. Eucherii filii. Cæterum ipſum S. Eucherium, de quo eſt ſermo, fuiſſe conjugio obligatum, & ex eo genuiſſe viros ſanctiſſimos eoſdemque poſtea Epiſcopos, quos primum monaſticis voluit imbui diſciplinis, tum ex Gennadio, tum etiam ejuſdem Eucherii ſcriptis poſſumus intelligere. Ipſe enim Gennadius, dum de Eucherio agit, hæc ait (c): *Diſſeruit etiam ad perſonam filiorum Verani* * *& Salonii poſtea Epiſcoporum obſcura quæque ſanctarum capitula Scripturarum:* fuiſſe hos quidem germanos fratres, ejuſdem Eucherii inſcriptio commentariorum in Geneſim, & in libros Regum demonſtrat. Cognoſcit Veranum ſuum filium ipſe ſanctus Eucherius, dum ad eum ſcribit librum de Spiritualibus formulis: æque & Salonium ſuum fatetur natum in præfatione ad poſteriorum librum Inſtructionum, & cum perorat: ejus enim exordio hic habet de bene inſtituta vita Salonii: *Dignum namque eſt* (inquit) *quacumque cura mea ingenium tuum reparari, qui vix dum decem annos natus eremum ingreſſus, inter illas Sanctorum manus, non ſolum imbutus, verum etiam enutritus ſis ab Honorato patre, illo inquam primo inſularum, poſtea Eccleſiarum magiſtro: cum te illic beatiſſimi Hilarii tum inſulani tyronis, ſed jam nunc ſummi Pontificis doctrina formaret per omnes ſpiritualium rerum diſciplinas: ad hoc etiam te poſtea conſummantibus ſummis viris Salviano atque Vincentio eloquentia pariter & ſapientia præminentibus, &c.* Sed & ipſe etiam Salvianus in epiſtola ad Eucherium, ab eo ambos eſſe genitos tradit: cum tamen non ignoremus ab aliis eos creditos filios ſpirituales Eucherii; qui eum conjugatum neſcierunt.

(c) *Gennad. c. 63.* * Veranii Verannii.

XII. Eucherius ex Monacho Lerinenſe Epiſ. Lugdunenſis. (d) *Hilar. in Vit. S. Honorati.* Scimus & ipſum, de quo agitur, ſanctum Eucherium in eamdem Lerinenſem inſulam ſe contuliſſe: illicque & in alia proxima inſula monaſticam vitam exercuiſſe, teſtatur idem Sidonius in carmine Euchariſtico ad Faſtum ſcripto, necnon Hilarius (d): tradunt autem, proximam aliam illam inſulam eſſe Leronem Lerinæ propinquam. Sed & ejuſdem eremiticam vitam Eccleſia præconio celebrat, dum ejus agens natalem diem hæc ait: *Eucherius ex nobiliſſimo Senatorum ordine ad religioſam vitam habitumque converſus, diu inter ſepta ſpeluncæ ſponte concluſus, in orationibus & jejuniis Chriſto ſervivit:* & quæ ſequuntur. At de ſancto Eucherio Lugdunenſi Epiſcopo modo hactenus, iterum ſuo tempore eumdem opportunius conventuri.



PAGIUS Provinciæ, cum ad Epiſcopatum Lugdunenſem, revelante Deo, vocatus eſt, ut aſſerit Florus Lugdunenſis in Collectaneis *de electione Epiſcoporum*. Varia collegit Chiffletius de hac ſancta familia, ac eos refellit, qui Eucherium juniorem in Epiſcoporum Lugdunenſium ſeriem inſerendum voluere; ſed hæc apud eum legenda.

*Refellitur ſententia de duobus Eucheriis Epiſc. Lugdun.*

VII. Hic porro mirari libet, quo fato recens illa & prioribus ſæculis inaudita aſſertio doctos pleroſque ſubito abreperit, nec eorum quiſquam acta Vitæ ſancti Cæſarei, & Hiſtoriam converſionis ſancti Eucherii perlegens ſubodoratus ſit quid in his ſincerum, quid ſpurium eſſet, & quam parum hæc ad novum Eucherium excogitandum conferrent. Rem quidem rimatus eſt Chiffletius citatus circa quod attinet ad Acta Vitæ Sancti Cæſarii, quæ ſanctum Eucherium Epiſcopum Lugdunenſem perhibent, comitem ejuſdem peregrinationis ſancti Cæſarii; nam ex Sirmondi fide admonet quædam eſſe exemplaria vitæ hujus Sancti, in quibus Eucherius ille minime aſſeritur Lugdunenſis: at ubi laterent illi codices, e quibus ſumma rei pendebat, non mandavit literis. Operoſius & feliciori eventu id aggreſſus eſt Vir pereruditus Joſephus Antelmius

Ille autem alius S. Eucherius Episcopus Aurelianensis Ecclesiæ, procul abest ut ad hæc tempora referri possit, quem constat vixisse cum Carolus Martellus regnum Francorum administraret, de quo suo loco dicturi sumus: modo autem de aliis qui huic Synodo interfuerunt Episcopis prosequamur orationem.

XIII. De Salonio Episcopo.

Qui huic item Arausicanæ Synodo Salonius reperitur interfuisse Episcopus, eidemque esse subscriptus; cujusnam Ecclesiæ Antistes fuerit, haud exprimitur. Scimus in Salviani inscriptione ad suos libros de Recto judicio, quos ad eumdem Salonium scripsit, nominari Salonium Episcopum Viennensem. Verum Ado ejusdem Ecclesiæ Præsul, cum exacte recenset omnes Viennenses Episcopos, Salonium penitus ignoravit: a tempore enim Constantini Magni in hanc diem hos enumerat Viennensis Ecclesiæ successores Episcopos, Paschasium, Claudium, Nectarium, Nicetium, atque Mamercum. Inficias tamen non iverimus fuisse Salonium, & ejus fratrem Ecclesiæ Viennensis studiosissimos, ut Sidonii epistola (a) ad Salonium data significat verbis illis ad finem positis: *Licet ruri positi strenuos impleatis agricolas; tunc vero propriam terram fœcundabitis, si Ecclesiam, quam plurimam colitis, plus colatis:* Scimus in tabulis duplicis Indicis Episcoporum Lugdunensium a Demochare editis post S. Eucherium poni Salonium, & post eum Seranum Episcopos Lugdunenses. Sed si Selonius Lugdunensis fuit Antistes, quomodo huic Synodo subscriptus habetur; cui etiam Eucherius ejusdem Ecclesiæ Præsul interfuit? Numquid duo unius Ecclesiæ Episcopi? procul id abfuit ab Ecclesiasticis legibus, ipso Nicæni Concilii decreto vetante: Sicut eadem ratione dixerimus, longius abesse, ut qui ultimo ferme loco Cæsarius subscriptus habetur, sit ille magni nominis Episcopus Arelatensis: nam eidem Ecclesiæ qui hoc tempore præerat Episcopus Hilarius huic Synodo præfuit: immo nec statim post ipsum sedit Cæsarius, sed Ravennius, & post Ravennium Eonius, & post eum Leontius, cui tandem est subrogatus Cæsarius. Scimus præterea eumdem creditum Salonium cum eo qui dictus reperitur depravate Salamonius Episcopus Genuensis.

(a) Sidon. lib. 7. ep. 16. vet. edit.

XIV.

Qui item huic Synodo interfuisse Maximus reperitur, nequaquam hunc illum putamus Regiensem in eadem Gallia Narbonensi Episcopum, de cujus ordinatione extat, ejusdem Eucherii, quem dicunt Eusebium, homilia (b): nam sedisse illum post Prosperum, suo loco dicemus; hic autem cujus Ecclesiæ Episcopus fuerit, haud exploratum habemus. Scimus tamen alium Maximum Episcopum Taurinensem celebris nominis doctrina, & sanctitate Antistitem his quidem vixisse temporibus: id enim inde liquido colligere possumus, quod idem reperitur præsto fuisse Mediolanensi Concilio sub S. Leone Romano Pontifice celebrato, de quo suo loco dicendum. Quod autem hic fortasse Maximus ille Taurinensis Antistes fuerit, deduci argumentum potest ex conjectura; cum inter decreta Patrum hujus Concilii, vigesimoquarto canone, iidem se velle sequi profitentur, quod statutum fuisset in Concilio Taurinensi, cujus Ecclesiæ Maximus erat Episcopus? Ejus quidem Ecclesiæ Episcopos convenire consuevisse cum Episcopis Galliæ Narbonensis, & Lugdunensis, epistolæ etiam S. Gregorii Papæ significant (c): parœciamque Taurinensis Ecclesiæ intra limites Francorum regni propagasse terminos, ejusdem Gregorii Papæ litteræ (d) datæ ad Theodoricum, & Theodobertum Francorum Reges

(b) Eusеb. Emis. hom. de Maxim.

De Maximo Taurinensi Episcopo.

(c) Greg. li. 7. ep. 120.

(d) Greg. li. 5. epist 152.

PAGIUS

mius Canonicus Forojulienſis, qui dum Dissertationem de unico Eucherio sicut & alia quæ Historiam Ecclesiasticam illustrassent, moliebatur, obiit. Sed illa absolvere curavit Vir Cl. Carolus ejus frater Canonicus itidem Forojulienſis; is enim propediem editurus est *Assertionem pro unico Eucherio Lugdunensi Episcopo*, e qua selectiora quædam depromsi, quibus Ecclesiæ Lugdunensi unicus Eucherius vindicatur.

VIII. *Primum ejus fundamentum evertitur.*

Primo, quatuor Codices MSS. quorum alter literis Saxonicis exaratus, & e scriniis Ecclesiæ Arelatensis ad Bibliothecam Colbertinam delatus est, continent Acta Vitæ sancti Cæsarii, in quibus habetur quidem fermo de sancto Eucherio Episcopo, sed nulla facta mentione Sedis Lugdunensis. En igitur adminiculum quod ex iis Actis emendicabatur pro duobus Eucheriis, valde minutum. Quibus si addideris quam incondita est illa narratio, quantum a tantorum Præsulum gravitate aliena, per hæc Acta non stabit quominus unicus Eucherius Lugdunensis statuatur.

IX. *Secundum.*

Secundo, quæ Eucherii conversionis tam commendabatur historia magnis laborat erroribus & metachronismis circa ea, quæ juniorem Eucherium respiciunt. Enim vero juxta rectas Chronologiæ leges, ut notarunt Historici Ludunenses, Eucherius de quo est controversia, non potest in Sede Lugdunensi collocari nisi post Viventiolum, qui Concilio Epaonensi anno DXVII. subscripsit. Fingatur igitur anno DXVIII. vel DXX. Eucherium factum esse Episcopum (nam si serius id protraheretur, jam cum Actis Vitæ sancti Cæsarii pugnaret conversionis Historia) certe annos aliquot e sæculo secesserat, & non multos ab hoc secessu dies, *Consortia* ejus filia natu major matrimonio erat matura; nam *habebat ætatem*, verba sunt Auctoris, *& ejus voluntati nuptias permisit pater*. Ex quo habemus Consortiam anno sequentis sæculi XVIII. vel XX. annos itidem XVIII. vel XX. natam esse. Verum hoc quod extra dubium est posito, quo pacto post mortem Clotarii Galliæ Regis, quæ cadit ad annum sequentis se-



Reges ostendunt. Claruit hoc etiam sæculo alius in Gallia Maximus Episcopus Tolosanus, de quo inferius dicturi sumus.

XV. De Constantino, & Augustali Sanctis Episcopis.

Est celebris etiam memoria inter alios Patres, qui huic Concilio interfuere, Constantini Episcopi Vapingensis Ecclesiæ, consignata tabulis Ecclesiasticis: quod enim sanctitate claruerit, ejus natalis dies in Ecclesia Catholica annuatim reperitur pridie Id. Aprilis; quem & alii Gallicano Concilio interfuisse scimus ex Synodali epistola ad S. Leonem Romanum Pontificem scripta. Augustalis quoque Episcopi, qui itidem dictæ Synodo subscriptus habetur, quinto Id. Septembr. memoria in Ecclesia colitur. Tot igitur clarissimi Antistes Synodum Arausicanum, licet paucorum Episcoporum numero congregatam, reddidere in omnibus celebrem & illustrem. Porro ut tot insignes doctrina, & sanctitate viri in eisdem provinciis invenirentur, id præstitisse videtur celeberrimum Lerinensis insulæ proxime adjacentis terræ cœnobium, sanctissimorum Episcoporum seminarium: de ipsa enim sanctis germinibus fertili Sidonius Apollinaris in carmine Eucharistico ad Faustum Episcopum Regiensem his meminit versibus (a):

De Cœnobio Lerinensi.

(a) Sidon. carm. 16.

*Fratribus insinuans, quantos illa insula plana*
*Miserit in cœlum montes: quæ sancta Caprasii*
*Vita senis, juvenisque Lupi: quæ gratia patrem*
*Mansit Honoratum: fuerit quis Maximus ille,*
*Urbem tu cujus monachus, Antistes & Abbas*
*Bis successor agis. Celebrans quoque laudibus illis.*
*Eucherii venientis, iter redeuntis Hilarii.*

De eisdem meminerunt S. Eucherius, (b) & Cæsarius (c) Episcopus Arelatensis, cum ejusdem celebrat laudes cœnobii Lerinensis. Porro non omnes constat enumerasse Sidonium, quem Salonium ejusdem insulæ (ut modo vidimus) a puero accolam Sancti Honorati Abbatis alumnum prætermisisse liquet: verum & certum est præteriisse Vincentium virum doctissimum cognomine Lerinensem, cujus alii meminerunt.

(b) Euch. li. de laude erem. (c) Cæsar. ser. ad monach.

XVI.

Sed accipe ex S. Eucherii libro de Eremi laude fragmentum, ubi agens de viris sanctissimis ejusdem Lerinensis insulæ habitatoribus, hæc inter alia, postquam est prosecutus insulæ laudes, ad finem habet: *Digna quæ Honorato auctore fundata sit, quæ tantis institutis tantum nacta sit patrem, Apostolici spiritus vigore, & vultus honore radiantem: Digna quæ illum suscipiens ita emitteret: Digna quæ præstantissimos alat monachos, & ambiendos præferat sacerdotes. Hæc nunc successorem ejus tenet Maximum, nomine clarum, quia post ipsum meruit adsciri: Hæc habuit reverendi nominis Lupum, qui nobis illum ex tribu Beniamin Lupum retulit: Hæc habuit germanum ejus Vincentium, interno gemmam splendore perspicuam: Hæc nunc possidet venerabilem gravitate Caprasium veteribus sanctis patrem: Hæc nunc habet sanctos senes illos, qui divisis cellulis Ægyptios Patres Galliis nostris intulerunt.* Hæc ex Eucherii commentariolo de laude Eremi ad Hilarium scripto, haud pridem Parisiis cuso solertia doctissimi Genebrardi. At de clarissimis viris, qui his temporibus in Narbonensi Gallia floruerunt, & huic Concilio interfuerunt, deque magistris & alumnis Lerinensium monachorum hactenus.

XVII.

Actum autem in hoc Concilio a Patribus constat de recipiendis diversi gene-

PAGIUS

sæculi LXI. Hecca ut refert hæc historia, capi pulchritudine Consortiæ & eam in conjugem expetere potuit, quæ jam ad minimum erat sexagenaria?

X. *Tertium.*

Hæc & alia quæ passim observat Carolus Antelmius evertere nobis videntur monumenta, quibus duo supponuntur Eucherii, & illius Historiæ fides commendatur. Quo pacto jam nihil ex subscriptionibus Conciliorum erui potest ad iuniorem Eucherium sæculo VI. in Fastis Lugdunensibus reponendum. Illæ enim subscriptiones *Eucherium* quidem Episcopum indicant, sed cui Sedi præfuerit, non designant. Verisimile est illum Eucherium non fuisse Episcopum in alia Provincia quam in Arelatensi. Tantum abest ut Ecclesiam rexerit Civitatis Lugdunensis, quæ ea ipsa tempestate, qua in ditionibus Ostrogothorum illa Concilia habita sunt, a Burgundis occupabatur, inter quos & Ostrogothos, quæ tunc temporis inerant bella, sine dubio prohibuissent Episcopum Lugdunensem ad ditiones hostiles, qualibet data causa, accedere. Quæ accuratius expenduntur in Præfato Opere, in quo etiam non pauca reconduntur, quæ magni & unici Eucherii, nec non SS. Verani & Salonii filiorum ejus, & Consortiæ filiæ Actis lucem magnam afferre poterunt. Sed redeo ad Concilium Arausicanum.

XI. *Huic Concilio interfuit S. Maximus Episc. Regiensis, sed non S. Constantinus Episc. Vapincensis.*

Huic etiam Concilio interfuere *Maximus* & *Constantinus*, quos Baronius num. XIV. & seq. existimat, esse sanctum *Maximum* Taurinensem & sanctum *Constantinum* Vapincensem Antistites. Verum *Maximus* ille alius non est, quam sanctus *Maximus* ex Abbate Monasterii Lerinensis anno CDXXXIII. Episcopus Regiensis in Gallo Provincia renunciatus, ut supra demonstravimus. Sed quia Baronius arbitratus est sanctum *Prosperum* Aquitanum per hæc tempora Ecclesiam Regiensem administrasse, eique *Maximum* ante annum CDLXVI. non successisse, in eam opinationem delapsus est; cum tamen numquam *Prosper* Regiensis Episcopus fuerit, annoque CDLXVI. *Faustus* libris suis notissimus Sedem illam occuparit, ut ex dicendis constabit.

neris pœnitentibus, sed & præscriptam formam excommunicandi aliquem, & reconciliandi excommunicatum, habet appendix: complura vero alia in hac Synodo reperiuntur esse statuta ad conservandam inviolatam Ecclesiasticam disciplinam. Illud vero ad postremum adjecere Patres, ut nullus conventus sine alterius futuri conventus denunciatione solvatur: nam ita perorantes, Synodum absolvere: *Itaque sequenti anno (si Domino nostro Jesu Christo permittente concedatur) die decimoquinto Kalend. Novemb. in Arausico territorio conventum habeamus.* Hæc Patres: non extat illud quidem: quod vero reperitur posterius Arausicanum Concilium, haud sequenti anno, sed longe postea collectum fuit, ut suo loco dicemus.

XVIII. Quod reliquum est rerum gestarum anni hujus: sub eodem Cyri Consulatu hæc habet in Chronico S. Prosper: *Theodosius Imperator bellum contra Uvandalos movet, Areobindo & Anaxillo atque Germano Ducibus cum magna classe directis: qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quam Africæ præsidio fuerunt.* Hæc Prosper. His igitur magis magisque barbari Regis animus irritatus, in Catholicos Christianos, quos subegerat, commotus est: ex qua quidem & quæ reliqua erant in Africa sub ditione Valentiniani Imperatoris, gravius fluctuare cœperunt: quamobrem ab eo & Galla Placidia matre illud initum consilium est, ut cum Genserico pacem componerent, sic consultum putantes tum Catholicæ pietati, tum etiam locis hactenus Romano Imperio custoditis. Porro pax inita est anno sequenti; dicemus de ipsa suo loco.

Con-

PAGIUS bit. Quod sanctum *Constantinum* seu *Constantium* Episcopum Vapincensem, is sub Regibus Burgundionum subscripsit Concilio Epaunensi anno DXVII. celebrato his verbis: *Constantius in Christi nomine Episcopus civitatis Vapincensis.* Quare *Constantius*, qui Concilio Arausicano hoc anno interfuit, incertæ Sedis Episcopus fuit, idemque ac ille, qui in Concilio Gallicano subscripsit Epistolæ Synodali ad sanctum Leonem Romanum Pontificem scriptæ. *Constantius* igitur, qui in Tabulis Ecclesiasticis & Vapinci colitur die XII. Aprilis, diversus est a *Constantino* ex Episcopis Synodi Arausicanæ primæ uno. De *S. Constantino* mentio in variis Martyrologiis ad diem XII. Aprilis.

XII. *Christiani in Africa crudeliter habiti.*

Ad num. XVIII. Sanctus Isidorus in Historia Wandalorum de Genserico Vandalorum Rege scribit: *Siciliam depradatus Panormum obsedit, Arianam pestilentiam per totam Africam intromittit, Sacerdotes Ecclesiæ pellit, Martyres plurimos efficit, & juxta Prophetiam Danielis demutatis Mysteriis Sanctorum, Ecclesiat Christi hostibus tradidit. Nec jam Divini cultus loca, sed suorum esse habitacula jussit. Adversus quem Theodosius Minor Orientis Imperator bellum paravit, quod ad effectum non venit. Hunnis enim Thracias Illyricumque vastantibus, exercitus ad Vandalos missus, ad defendendos Thraces Illyricianosque a Sicilia revocatur.* De quo bello loquitur Prosper sub hujus anni Consulibus, ejusque verba Baronius recitat.

XIII. *Moritur Hermericus Rex Sueverum*

Idacius in Chronico anno Abrahami 2457. qui Kal. Octobris superioris Christi anni inchoatur, scribit: *Rex Suevorum diuturno per annos septem morbo afflictus moritur Hermericus. Rex Rechila Hispani obtenta, Bæticam, & Carthaginensem provincias in suam redigit potestatem. Asturius Dux utriusque militiæ ad Hispanias missus Tarraconensium cædit multitudinem Bacaudarum.* Hermericus Rex cum Alanis, Vandalis, & Suevis Hispanias ingressus est anno Christi CDVIII. & postquam Vandali in Africam transiere, soli *Suevi* in Gallicia remansere. In ea regnavit annis triginta duobus, ut habet Isidorus in Historia Suevorum, qui & scribit, eum morbo oppressum filium *Receilanem* in regnum substituisse, quod & Idacius etiam habet.



I. COnsulibus novis Dioscoro, & Eudoxio novus aperitur annus Domini quadringentesimus quadragesimus secundus, *quo* (inquit S. Prosper *a*) *cum Genserico Uvandalorum in Africa Rege pax est confirmata, & certis spatiis Africa inter utrumque divisa:* unde & factum est postea, ut Carthagine commorantibus Catholicis Christianis impetraverit idem Valentinianus Augustus a Genserico Episcopum ordinari: quando id acciderit, suo loco dicendum. Quæ autem hoc anno idem Rex barbarus a suis sit passus, & quid ipse in eos, idem S. Prosper sic narrat: *In Gensericum apud suos de successu rerum superbientem quidam Optimates ipsius conspiraverunt, sed molitione detecta, multi ab eo supplicio excruciati atque extincti sunt. Cumque idem audendum aliis etiam videretur, multis Regis suspicio exitio fuit, ut hac sui cura plus virium perderet, quam si bello superaretur.* Hæc Prosper. Peropportunum quidem videri poterat hoc tempus Orientalibus invadendi Africam; quod alias sæpe (ut vidimus) frustra tentarant, & ut id hoc ipso anno agerent, in Sicilia moras trahebat Romanus exercitus: sed hanc adeo opportunam ira Dei præripuit occasionem: siquidem (ut idem Prosper & Marcellinus sub Consulibus anni hujus affirmant) Hunnis Thraciam

(*a*) *Prosp. in Chron.* Pax Valentiniani cum Uvandalis.

Exercitus e Sicilia revocatur.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5935.

SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CCCC-LXXX. A. C. 442. ☉ 3. D. ☽ 6. P. 12. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 442.

LEONIS PAPÆ 3.

THEODOSII JUN. 41. & 35.

VALENTINIANI III. 18.

I. *Consules.* (1) COSS. *Eudoxius & Dioscorus: Eudoxius* Præfecturam Prætorii gessit sub Theodosio Jun. anno CDXXVII. ut liquet ex lege unica Cod. Justin. *nemini licere signum Salvatoris*, & ex lege 2. *de Cupressis ex luco Daphnensi*, ideoque Consul Orientalis fuit. *Dioscorus* in Occidente creatus, ut colligitur ex Epitaphio quod Romæ legitur, & refertur a Reinesio in Syntagm. Inscript. pag. 985. Ibi enim *Dioscorus* sine collega Consul memoratur. In Occidente autem non consule Orientali, sed Occidentali monumenta publica consignabantur, & viceversa.

II. *Hunni in Ditiones Romanorum irrumpunt.*

Ad num. I. & seq. Hunnis Thracias & Illyricum vastantibus Valentinianus Augustus cum Genserico pacem confirmavit, ut refert Baronius ex Prospero sub hujus anni Consulibus. Addit Prosper *Africam* inter utrumque divisam fuisse. Byzacenam, Tripolitanam, & Zeugitanam, Proconsularem appellatam, *Vandalis* dimisit Valentinianus, sibique retinuit Mauritaniam utramque, sc. Cæsariensem & Sitifensem, Numidiam, & veteris Mauritaniæ partem, postea Tingitanam appellatam, quæ ad Hispaniarum Diœcesim pertinebat, *cæteras Provincias licet exterminatas Valentiniano adhuc defendente*, inquit Victor Vitensis lib. 1. cap. 4. Interim Hunnos in ditiones Imperii Romani anno superiori irrupisse testatur his verbis Marcellinus ad Consulatum Cyri eo anno gestum: *Persa, Saraceni, Zanni, Isauri, Hunni, finibus suis egressi Romanorum sola vastarunt. Missi sunt contra hos Anatolius & Aspar Magistri militiæ pacemque eum eis unius anni fecerunt. Joannes natione Vanda-*

NOTÆ [1] *Coss. Eudoxius & Dioscorus.* Reinesius Cl. XX. pag. 985. & Fabrettus pag. 212. ex Aringhio

DEPOSITI. NON. NOVEMB.
CONS. DIOSC. V. C.

Fleetwod pag. 514.

sic

....SVB. DIAE XVIII. KAL. SEPB
XV. CONS. DIOSCORI. V. C.

Nolana inscriptio in Basilica S. Felicis in Pincis apud Vghellum in Episcopis Nolanis, Fleetwodum pag. 454. & Blanchinum in Præfatione ad Anastasii tom. 1. num. XXVI.

DP. EP. PAVLINI. IVNIORIS
DIE. III. ID. SEPTE.
FL. DIOSMORO (pro DIOSCORO)
V. C. CONS.

At Ughellus, hunc *Paulinum* sexti sæculi initio vixisse putat. Prosper editus, & MS. *Dioscoro & Eudoxio*. Marcellinus: *Eudoxio & Dioscoro*. Fasti Idatii. *Dioscoro*, collega prætermisso. Utrisque *Flavii* prænomen a recentioribus Fastorum collectoribus tribuitur.

clam & Illyricum sæva depopulatione vastantibus, exercitus qui in Sicilia morabatur, ad defensionem revocatur Orientalis Imperii. Sed quid de his Joannes Diaconus, quem Paulum inscribunt, accipe (a); *Per hæc enim tempora Attila Rex Hunnorum, vir fortis atque superbus, dum cum fratre suo Bleda super Hunnos principaretur, Thracias & Illyricum sæva depopulatione vastabat, omnia castella & civitates in servitutem redigens, præter Hadrianopolim, & Heracleam, quæ quondam Perinthus vocabatur. Tunc exercitus Romanorum, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium provinciarum revertitur. Cogitur ergo Theodosius legationem Attilæ mittere, & sex millia librarum auri pro recessu præbens, mille librarum annuum tributum persolvere pollicetur. Sed his ferme diebus tam terribili terræmotu Roma concussa est, ut plurimæ ædes ejus, & ædificia corruerent.* Hæc ipse: quæ autem subdit de Britannis, suo loco dicemus.

(a) Paul. Diac. lib. 14. prope fine.

II. Interea vero Genscricus (quod tyrannorum est timere omnes) cædes exercebat in eos, quos vel levis suspicio vana cogitatione superinducta, deferret. In Christianos autem, quos sciret penitus exarmatos, & quicquam in Regem molituros esse nec quidem vel fingi poterat, agere pœna exilii & deportationis contentus fuit, si quid quemquam in eum quo quo modo oblocutum scisset. Nam audi Victorem (b) scriptis suis persecutionem Uvandalicam prosequentem: *Si forte* (inquit) *quispiam, ut moris est, Episcoporum, dum Dei populum admoneret, Pharaonem, Nabuchodonosorem, Holofernem, aut aliquem alium similem nominasset: obiiciebantur illi, quod in personam Regis illa dixisset & statim exilio trudebatur. Hoc enim persecutionis genus agebat hic aperte, alibi occulte, ut piorum nomen talibus insidiis interiret: qua de re plurimos sacerdotum tunc novimus relegatos, sicut Urbanum Girbensem, Crescentem Metropolitanum Azuritanæ * Civitatis, qui centum viginti Episcopis præest, Habetdeum Theudalensem, Eustrathium Suffectanum, & Tripolitanos duos. Vicessabratenum, & Crescentium Ensem, & Adrumetinæ Civitatis Felicem Episcopum, ob hoc quod suscepisset quemdam Joannem monachum transmarinum, sed & alios multos, quos longum est enarrare. Quibus tamen in exilio positis, dum obitus advenisset, non licebat alios eorum Civitatibus ordinari. Inter hæc tamen Dei populus* (licet sine Episcopis esset) *in fide consistens, ut examen*

(b) Victor. de persec. Uvandal. li. 1. Genserius persequitur Christianos Catholicos.

* Aquitanæ.

PAGIUS *dalus, Magister militiæ Arnegisclo fraude in Thracia interemtus est. Hunnorum Reges numerosi fuorum cum millibus in Illyricum irruerunt; Naissum, Singidunum, aliasque Civitates, Oppidaque Illyrici plurima exciderunt.* Hunnorum Reges erant *Attila* & *Bleda* frater ejus, & Theodosius coactus fuit Legationem ad Attilam mittere, ut refert Baronius ex Auctore Miscellæ lib. 14.

III. *Origo belli Hunnici.* Priscus Rhetor in Excerptis de Legationibus ipso Operis initio bellum istud inter *Hunnos* seu *Attilam* & Romanos gestum pacemque insecutam prosecutus est, qui cum Legatus post aliquot annos ad Hunnos a Theodosio missus fuerit, ut testatur Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 34. & ipsemet Priscus prodit, ejusque Excerpta post Baronii mortem prælo commissa fuerint, juvat hic Bellorum Romanos inter & Barbaros illos gestorum occasionem ex eodem Prisco referre: *Scythæ* inquit, *quo tempore mercatus Scytharum & Romanorum frequenti multitudine celebrabatur, Romanos cum exercitu sunt adorti & multos occiderunt. Romani ad Scythas miserunt, qui de præsidii expugnatione, & fœderum contemptu, cum eis expostularent. Hi vero se non ultro bellum inferentes, sed factas injurias ulciscentes, hæc fecisse respondebant. Margi enim Episcopum* (erat Margum urbs Episcopalis Mœsiæ primæ seu superioris, ad fluvii cognominis confluentes in Danubium sita, ut ex Itinerariis & notitia Imperii apparet) *in suos fines transgressum, Regum suorum loculos & reconditos thesauros indagatum expilasse. Hunc nisi dederent, una cum transfugis, ut fœderibus convenerat, (esse enim apud eos plures) bellum illaturos. Quæ cum Romani vera esse negarent, Barbari vero in eorum, quæ dicebant, fide perstarent, judicium quidem de his, quæ in contentione posita erant, subire minime voluerunt, sed ad bellum conversi sunt. Itaque transmisso Istro, oppidis, & castellis ad ripam sitis plurima damna intulerunt, & inter cætera Viminacium, quæ Mysorum Urbs est in Illyrico, cæperunt,* &c.

IV. *Pax Hunnos inter & Romanos sancita.* Paulo infra: *Post Chersonensem pugnam Romani cum Hunnis pacem per Anatolium Legatum fecerunt, & in has conditiones convenerunt. Profugos Hunnis reddi, sex mille auri libras pro præteritis stipendiis solvi. Duo mille & centum imposterum singulis annis tributi nomine pendi. Pro unoquoque captivo Romano, qui in Romanorum fines non soluto redemptionis pretio evasisset, duodecim aureorum mulctam inferri. Quæ si non solveretur, qui captivum recepisset, restituere teneri. Romanos neminem ex Barbaris ad se confugientem admittere. In has quidem fœderum leges Romani sponte concessisse videri volebant: sed certe, necessitate coacti. Superante enim metu, qui Romanorum Ducum mentes occupaverat, quantumvis duras, & iniquas conditiones sibi impositas (quo pacis consequendæ studio tenebantur) lubentibus animis susceperunt. Immo & tributi collationi cesserunt, quod illis fuit gravissimum, & maxime molestum: Regii enim Thesauri, & privatorum facultates, in absurda spectacula, in vanos honorum ambitus, & titulos, in delicias & voluptates consumta fuerant, tam profusis sumptibus, ut eos nemo sanæ mentis, vel in maxime affluentibus divitiarum copiis sustineret, aut toleraret.*

V. *Imperium Romanum prostratum.* *Præterea armorum & rei militaris studium neglexerant, ut non solum Scithis sed & reliquis Barbaris, qui proximas Imperii Romani regiones incolebant, quoad tributorum pensitationem parerent. Itaque tributa & pecunias, quas ad Hunnos deferri oportebat, quibus exactio mandata erat, omnes conferre coegerunt: nulla etiam ex im-*



*men apum cereas ædificans mansiones crescendo, melleis fidei calculis firmabatur;* (a) Exod. 1. *ut impleretur illa sententia* (a): *Quanto eos affligebant, tanto magis multiplicabantur, & invalescebant nimis.* Hucusque Victor: reliqua vero suis erunt reddenda locis.

III. Concilium Vasense in Gallia Narbonensi. Sub eodem Dioscori Consulatu celebrata habetur Vasensis in Gallia Narbonensi Synodus provincialis secunda, quam alii a Vasione Vasionensem apellandam putant: non autem Vasatensis dicenda est a Vasatis (quod corrigendum perperam dictum proponimus) nam sunt Vasates populi prope Burdegalam: verum qui huic Synodo interfuerunt Episcopi, Arelatensis potius fuisse provinciæ certum est; & procul abhorret, ut ipsi Vasatis convenisse dicantur. Sed monemus ac-

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

curatum lectorem, sub hujus anni Synodo Vasensi, seu potius Vasionensi, non unius Concilii canones contineri, sed triplicis: Hujus videlicet conventus, qui celebratus ibi ponitur hoc anno sub Consulatu Dioscori; rursum vero illius Synodi, quæ notata reperitur sub Consulatu Decii Junioris, anno Domini quadringentesimo sexagesimotertio, quæ ordine tertia ponenda est; secunda vero, de qua agitur, sub Consulatu Dioscori: Prima autem Vasensis est illa, Constantio imperante, celebrata sub Nectario Viennensi Episcopo, cum Ariana hæresis invalesceret; quod constat Adone (b) auctore, nosque suo loco de ipsa superius egimus: cujus illa certa sunt capita huic intexta, nempe quartus canon de canendo Trisagio, &

(b) Ado in Chron. an. D. 337.

PAGIUS *immunitatis habita ratione, qui terra onere, tanquam nimis gravi ad tempus, sive Imperatorum benignitate, seu Judicum sententia levati erant. Conferebant etiam aurum indictum in alsius repetita temporum memoria, qui in Senatum adscripti fuerant, ultra quam facultates ferre poterant, & multis splendida, & illustris fortuna vitæ commutationem attulit: Conficiebantur enim illa pecunia, cum acerbitate, & contumelia, pro arbitrio, & ut scripto unumquemque admotaverant, quibus hujus rei cura ab Imperatore erat demandata. Ex quo, qui antiquas, & a majoribus acceptas divitias possidebant, mundum uxorum, & pretiosam suam supellectilem, in foro palam & publice venum exponebant. Ab hoc bello, tam atrox, & acerba calamitas Romanos excepit, ut multi sibi violentas manus attulerint, aut aptato collo laqueo vitam finierint.* Priscus loquitur de aliquo prælio ad Chersonesum Thracicam anno superiori habito. Ea autem est juxta Hellespontum, ubi nunc una ex arcibus vulgo *Dardanellis* appellatis posita, *Sestoque* dicta. Hanc Chersonesum egregie describit Agathias lib. 5. cap. 55. Quæ mala postea *Attila* Romanis intulerit, suis locis exponemus.

VI. *Concilium Vasionense I.* Ad num. III. Concilium *Vasense* primum, *Dioscoro Consule*, hoc anno celebratum, ut recte apud Baronium, qui tamen perperam illud *secundum Vasense* appellat; cum *primum* fuerit, & ut notat Sirmondus in Notis ad illud, duo Concilia Vasionensia, nec plura in omnibus antiquis exemplaribus legantur suis apte distincta canonibus. Hoc primum sub Leone Papa, & secundum post annos fere XC. sub Felice IV. neque in his ulla, quod putavit Baronius, est confusio. Sed, ut tertium his antiquius Vasense Concilium fingeretur, impulit falsa opinio, qua Concilium Arelatense II. in quo Synodi Vasensis mentio, multo ante hæc tempora celebratum credebatur; cum ex Vasensis contra Synodi mentione posteriorem illa fuisse Arelatensem conjici debuerit. In hoc Concilio decem Canones editi.

VII. *Dominus Theodorum defendit.* In malum locum res Ecclesiæ hoc tempore deductæ erant. Dominus qui hoc vel superiori anno *Joanni* Episcopo Antiocheno successerat, ejus exemplo *Theodorum* quondam Mopsuestiæ Episcopum, quem plerique hæreticum fuisse existimabant, defendebat. Hinc Facundus lib. 12. cap. 4. scribit: *Accedat etiam venerabilis Dominus Antiochenus, qui sui decessoris Joannis, aliorumque præcedentium collegarum sententiam tenens Eutichi Apollinaris hæresiarchæ impietatem renovare tentanti, & ob hoc Diodorum atque Theodorum anathematizare præsumenti, primus restitit ad Imperatorem Theodosium scribens.* Idem Facundus lib. 2. cap. 3. exhibet fragmentum istius Epistolæ, & quidem Synodalis; *Vestram docere cogimur Pietatem, quoniam Apollinaris hæresiarchæ impietatem Eutyches Presbyter renovare pertentat, & Apostolicas labefactare doctrinas, mysterii Incarnationis dogma corrumpens, & Divinitatem Unigeniti, & Humanitatem vocans unam naturam, commixtionemque & confusionem asserens factam, & salutarem passionem ipsi incommutabili Deitati adnectens, & hos qui columnæ veritatis, & propugnatores pietatis fuerunt, & adversus omnem hæresim clare virtutem exercuerunt, Diodorum ac Theodorum anathematizare præsumit.* Ex quibus Lupus in Scholiis & Notis ad cap. 44. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi deducit primo, Eutychetem anathematizasse Diodorum ac Theodorum; *Domnum* autem defendisse; quia nempe, hic ex Antiochenæ *Eutyches* ex decretis Constantinopolitanæ Ecclesiæ agebat. Secundo, *Domnum* secutum esse vestigia Joannis prædecessoris sui. Tertio, *Eutychetem* ex nimio Diodori ac Theodori odio lapsum esse in blasphemam impietatem Apollinaris. Duodecimum Sancti Cyrilli Capitulum habebat hanc propositionem: *Deus Verbum est passus*, & consonabat Sancti Procli Tomus, qui habet hunc articulum: *Unus ex sancta Trinitate est passus.* Verum adversus istos articulos acriter tunc insurgebant, non solum Orientales Episcopi; sed etiam Theodoretus, & alii Orthodoxi: istos nihilominus articulos alii omnes constanter defenderunt: erant enim rectissimi; cum assererent, Deum verbum non in sua Deitate, sed in assumpta in propriam hypostasim carne fuisse passum. At vero Eutyches intellexit ac voluit passum in ipsa Divinitate, ideoque ab Ecclesia postea damnatus est. Hæc sunt prima exordia Eutychianæ blasphemiæ, quibus *Domnus* Patriarcha usus est ad Theodorum ac Diodorum defendendos, exclamans omnes eorum hostes esse Apollinaristas, & id clare patere in uno istorum hostium coryphæo Eutychete.

VIII. *Initium hæresis Eutychianæ.* Hoc itaque vel superiori anno *Eutychiana hæresis* orta; Sanctus enim Anastasius Synaita scribit: *Annis circiter post* (Ephesinum sc. Concilium) *decem Eutyches quidam Archimandrita Constantinopoli exortus, qui diceret totum Christum*

quintus de hymno Gloria Patri, &c. in omnibus clausulis adjungendo: hæc quidem tunc statuta sunt contra doctrinam Arii, factumque ut occinerentur in omnibus divinis mysteriis laudes sanctissimæ Trinitatis. Secundum autem Concilium Vasense, de quo est sermo, nihil præter notam Consulatus habet certi; quod confusi simul sint canones eorumdem trium Conciliorum. At de his satis.

Qua-

PAGIUS *sum esse naturam unicam.* Lupus citatus suspicatur eod m tempore cœpisse tumultum illum de quo Theodosius Imp. in literis, per quas *Dioscorum* Alexandriæ Patriarcham evocavit ad secundum Ephesinum Concilium: *pervenit ad nostræ Serenitatis auditum, quia multi Reverendissimi Orientales Archimandritæ simul cum Catholicis populis adversus quosdam Episcopos, Nestoriana impietate agrotare dicuntur, in quibusdam Orientalium civitatibus constituti laborarent, & pro fide Catholica contenderent.* Asserebant Archimandritæ illi *Theodorum* eadem cum Nestorio docuisse, ac ejus fuisse magistrum, ideoque Joannem Antiochenum, aliosque Theodori defensores Episcopos esse palam Nestorianos. Istorum Archimandritarum coryphæus erat *Barsumas*, Eutycheti amicissimus, ac eadem cum ipso sentiens. Utrumque itaque *Domnus* ipso sui Episcopatus exordio censuit compescendos, aliosque sibi rebelles per Orientem Monachos. Quare Eutychetem apud Theodosium de resuscitato Apollinari accusavit, ut infra videbimus.



I. Manichæi ubique detecti.

QUadringentesimus quadragesimustertius Christi annus, Maximo atque Paterno Consulibus, publicis Fastis adnotatur: quo Romæ hæc a S. Leone Papa acta esse, Prosper narrat in Chronico: *Hoc tempore plurimos Manichæos intra Urbem latere diligentia Papæ Leonis innotuit: qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius Ecclesiæ publicatos, omnes dogmatis sui turpitudinem & damnare fecit, & prodere, incensis eorum codicibus, quorum magnæ moles fuerunt interceptæ. Quæ cura viro sancto divinitus (ut apparuit) inspirata, non solum Romanæ Urbi, sed etiam universo Orbi plurimum profuit: siquidem confessionibus in Urbe captorum, qui doctores eorum, qui Episcopi, quive presbyteri, in quibus provinciis, vel Civitatibus degerent, patefactum est.* Multique Orientalium partium *sacerdotes industriam rectoris imitati sunt.* Hæc Prosper: quæ quidem propagata esse in sequentem etiam annum & posteriores, datæ ab eodem S. Leone epistolæ docent, de quibus dicemus inferius.

II.

Quæ autem in his peragendis industria, & diligentia Leonis Papæ plurimum commendatur: enituit illa quidem cum in aliis inquirendi modis, tum etiam in admonendo frequenter pro concione populo, ut in Manichæis indagandis invigilaret; qui & ut eos magis execrabiles ipsis Romanis redderet, eorum errores publicis concionibus patefecit, & inter alia istis verbis (*a*): *Ut autem in omnibus, dilectissimi, placeat Domino vestra devotio: etiam ad hanc vos hortamur industriam, ut Manichæos ubique latentes vestris presbyteris publicetis. Magna est enim pietas prodere latebras impiorum, & ipsum in eis, cui serviunt, diabolum debellare. Contra istos enim, dilectissimi, omnem quidem Orbem terrarum, & totam undique Ecclesiam decet fidei arma arripere. Sed vestra in hoc opere devotio debet excellere, qui in progenitoribus vestris Evangelium Crucis Christi ab ipso*

(*a*) *Leo ser. 4. de Colle.* Romanorum esse persequi hæreticos.



PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5936.

SÆC. V. Anno Eræ Hispan. CCCC-LXXXI. A. C. 443.

⊙ 4. C. ☽ 7. P. 4. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 443.

LEONIS PAPÆ 4.

THEODOSII JUN. 42. & 36.

VALENTNIANI III. 19.

I. *VII. Quinquennalia Theodosii.*

(1) COSS. *Fl. Anicius Petronius Maximus II.* [2] & *Paterius* prior Occidentalis, ut in primo ejus Consulatu ostensum est: alter etiam Occidentalis; fuit enim Præfectus Prætorio Occidentis, ut constat ex lib. 1. Novell. tit. 42. *de Palatinis*, Novella II. data a Valentiniano sub hujus anni Consulibus, & ad eum directa. In aliis constitutionibus hoc anno emissis, in quibus ejus Consulatus exprimitur, dicitur semper *Paterius*, quemadmodum & a Marcellino, a Prospero & in Fastis Heraclianis. Denique Ennodius in Dictione XIII. cujus titulus est: *Quando Paterius & Severus traditi sunt ad studia*, inquit: *Levabor hoc onere, si fastos pro me, auditor, interroges: mecum campi solennis illa vociferatio, mecum, Severum, & Paterium, & aula veneratur & curiæ: quorum familia meruit scipiones & trabeas*, &c. Perperam itaque loco *Paterii Paternum* habent Auctor Chronici Alex. Cassiodorus, Cuspinianus, & Onuphrius, hicque hunc Consulem male Orientalem facit. Hinc is occasionem errandi dedit Reinesio in Syntagm. Inscript. hunc Consulem in familiam Æmilii Paterni inferendi. *Theodosius septima Quinquennalia* Imperii post patris mortem suscepti celebravit.

A num. I. ad VIII. Prosper in Chronico sub hujus anni Coss. narrat, *hoc tempore* plurimos

II.

*Ma-*

NOTÆ [1] COss. *Fl. Anicius Petronius Maximus* II. *& Paterius*. Prænomen, ac *Anicii* nomen omittit Relandus.

Prosper vulgatus: *Maximo* II. *& Paterio*. Prosper Vaticanus MSS. *Maximo bis & Paterio*. Marcellinus, & Fasti Idatiani. *Maximo* II. *& Paterio*. S. Leo magnus epist. I. *Maximo & Paterio viris clarissimis Coss.* Codices nonnulli habent: IV. *Idus Octobris Maximo iterum, & Paterno Coss.* Hinc Blanchinus *Paternum*, non *Paterium* in suis Fastis scripsit, & ante eum Relandus ex Novell. Theod. tit. XI. lib. I. At in charta papyracea apud Mabillonium in Supplemento rei Diplomaticæ pag. 88. & emendatius apud Marchionem Scipionem Maffejum in Historia Diplomatica pag. 132. hæc leguntur: *Quid annua ab Ind.* XII. *Conss. Maximi ter, & Pateri* VV. CC. Mabillonius legit: *Maximia reg. patri* VV. CC. Quæ obscura admodum sunt. *Indictio* XII. forte more Orientalium signatur; nam hoc anno 443. *Indictio* XI. decurrebat; more vero Orientalium *Indictio* XII. a *Kal. Septembris* hujus anni inchoabatur. *Paterius*, seu *Paternus* a quibusdam *Flavii* prænomine honestatur.

[2] MAximus iste hoc anno Consul cum Paterio, non secundum sed tertium agebat Consulatum, ut docet vetus papyraceum instrumentum apud Cl. Maffejum in Hist. Diplom. Datum illud legitur Ind. XII nempe a Septembri mutata Conss. *Maximi ter & Paterii* VV. CC. Ex hoc autem non male colligit Maffejus Antiq. Galli Epis. XX. Cyro Orientali Consuli an. 441. forte datum fuisse in Occidente Collegam Maximum qui anno dein 443. Consulatum III. egerit.

*beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli ore didicistis.*

III. *Non sinantur latere homines, qui legem per Moysen datam, in qua Deus universorum conditor ostenditur, recipiendam esse non credunt: Prophetis & sancto Spiritui contradicunt: Psalmos Davidicos, qui per universam Ecclesiam cum omni pietate canuntur damnabili impietate auferunt refutare: Christi Domini nativitatem secundum carnem negant, passionem & resurrectionem ejus simulatam fuisse dicunt, & non veram: Baptismum regenerationis totius gratiæ virtute dispoliant: Nihil est apud eos sanctum, nihil integrum, nihil verum. Cavendi sunt, ne cuiquam noceant: prodendi sunt, ne in aliqua Civitatis nostræ parte consistant. Vobis, dilectissimi, ante tribunal Domini proderit, quod indicimus, quod rogamus. Dignum est enim, ut eleemosynarum sacrificio & hujus operis palma jungatur.* Hæc ipse concionatus ad populum de Collectis agendis, pium honorificumque esse declarans, prodere deferreque latentes hæreticos; dignumque Deo sacrificium pietatis esse, hujusce modi Deo litare hostias. Quis enim æquo animo ferat, lutulentum aprum limpidissimos inquinare fontes, & abominationem stare in loco sancto? Merito igitur vigilantissimus Pontifex de his populum publice monuit.

IV. Rursum vero quibus signis Romani cognoscere queant atque detegere Manichæos alia itidem concione declarat his verbis (*a*): *Nulla itaque vos contagionis hujus aspergat impietas, qui sua maxime observantia polluuntur servientes creaturæ potius quam creatori, & luminaribus cæli stultam abstinentiam devoventes: quos nemo esse ambigat Manichæos, qui in honore Solis ac Lunæ, die Dominica, & secunda feria deprehensi fuerint jejunare. Uno enim perversitatis suæ opere bis impii, bis profani sunt, qui jejunium suum, & ad sidera cultum, & ad resurrectionis Christi instituere contemptum:* Et paulo post: *Cumque ad tegendam infidelitatem suam, nostris audeat interesse mysteriis, ita in sacramentorum communione se temperant: ut interdum tutius lateant, ore indigno Christi corpus accipiunt, sanguinem autem redemptionis nostræ hauire omnino declinant. Quod ideo vestram voluimus scire sanctitatem, ut vobis hujusce modi homines, & ex his manifestentur indiciis; & quorum detecta fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi, a sanctorum societate, sacerdotali auctoritate pellantur.* Hæc ipse.

(*a*) *Leo ser. 4. in Quadrag.* Leonis admonitio de Manichæis detegendis.

V. Sed quid obortum, & introductum Romæ ex pessima hac Manichæorum Solem adorantium consuetudine? illud quidem, quod Fidelium nonnulli id ipsum solicitius factitarent; quod eos facere viderent, qui observantissimi esse videbantur extrinsecus Christiani, licet clam essent perfidi Manichæi: nimirum ut plane nescientes, sicut illi, & isti Solem adorare quodammodo viderentur: facile enim fuit in Christianos ejusmodi irrepere superstitionem, cum alioqui pie sancteque ad Orientem conversi Deum adorare solerent. Qui igitur signa, quibus Manichæi detegi possent, aperuit, idem S. Leo, ne quid commune cum illis esset Fideli populo, interdixit: ut ex eo penitus apparerent, qui re vera Manichæi essent. Cum ergo & ex majorum præscripto Christiani adorare numen consuescerent ad Orientem conversi, & id ipsum etiam factitare Manichæi solerent Solem colentes; interdixit tunc ipse Catholicis ejusmodi ad Orientem Solem usum adorandi, cum ait: (*b*) *De talibus institutis illa generatur impietas, ut Sol inchoatione divinæ lucis a quibusdam insipientibus de locis eminentibus adoretur: quod nonnulli etiam Christiani adeo se religiose facere putant, ut priusquam ad B. Petri Apostoli Basilicam, quæ uni Deo & vivo dicata est, perveniant, superatis gradibus, quibus ad suggestum areæ superioris ascenditur, converso corpore, ad nascentem se Solem reflectant, & curvatis cervicibus in honorem se splendidissimi orbis inclinent: quod fieri partim ignorantiæ vitio, partim Paganitatis spiritu, multum tabescimus & dolemus. Quia etsi quidam, forte creatorem pulchri luminis, per ipsam lucem, quæ est creatura, venerantur; abstinendum tamen est ab hujusmodi specie officii; quam cum in nostris invenit qui deorum cultum reliquit, nonne hanc secum partem opinionis vetustæ tamquam probabilem retinebit, quam Christianis, & impiis videt esse communem? Abiiciatur ergo a consuetudine Fidelium damnanda perversitas; nec honor uni Deo debitus, eorum ritibus, qui creaturis deserviunt, misceatur.* Hæc ipse. Vides, quam procul abesse debeat a Catholicis Christianis hæreticorum atque Gentilium error, qui nec finantur symbolum aliquod cum illis habere commune, licet a majoribus acceptum ad pietatem referri posset, quod ex pietate ducebat originem?

(*b*) *Leo ser. 7. in Nat. Dom.* Superstitio tollitur de Solis cultu.

Accidit autem, ut cum ignorantes, quinam quales ve essent Manichæi: eosdem enim esse quodammodo existimabant dæmonibus vultu similes, utpote eorum afflatos spiritu, qui adeo impia atque sacri-

VI. Manichæi sub specie sanctitatis decipiebant multos.

PAGIUS *Manichæos* intra Urbem latentes, *diligentia Papæ Leonis* innotuisse. Prima itaque Leonis congressio adversus *Manichæos* fuit. Romam complures nefariæ illius sectæ venerant, devastata a Vandalis Africa, quorum libri innumeri Romæ combusti, & ex ipsis Manichæis plures ad sanitatem revocati. His ita feliciter gestis, S. Leo labentem disciplinam restituere instituit, eaque de

S. Leo Manichæos persequitur.



crilega mente conceperant: illis jam detectis confessisque se Manichæos esse, qui & facie præseferrent speciem pietatis: vix induci poterant, simpliciores præsertim, ut qui macie atque pallore, pauperique vestitu imaginem referrent summæ sanctitudinis, qualesque antea venerari solerent, iidem illi ab ipsis cavendi, essent improbi Manichæi. Quamobrem solicita admonitione, ut eos populus caveret, fuit ab eodem Leone Pontifice admonendus his verbis (*a*): *Nihil ergo cum hujusmodi hominibus commune sit cuiquam Christiano, nulla cum talibus habeatur societas, nullumque consortium. Profit universæ Ecclesiæ, quod multi ipsorum, Domino miserante, detecti sunt, & in quibus sacrilegiis viverent, eorumdem confessione patefactum est. Neminem fallant discretionibus ciborum, sordibus vestium, vultumque palloribus. Non sunt casta jejunia, quæ non de ratione veniunt continentiæ, sed de arte fallaciæ. Hactenus nocuerint incauti, hactenus illuserint imperitis: post hæc nullus excusabilis erit lapsus: nec jam simplex habendus est, sed valde nequam atque perversus, qui deinceps repertus fuerit nefando obstrictus errore.* Hæc ipse. Cum igitur totus hic annus in Urbe insumptus esset in inquirendis Manichæis, sequenti anno eorum causa in Concilii Episcoporum examen perducta est, atque alii eorum cum pœnitentia accepti, alii vero exilio condemnati, compluribus fuga lapsis.

(*a*) *Leo ser. 4. Epiphan.*

VII. Hoc eodem anno idem S. Leo epistolam scripsit (*b*), quam Decretalem appellant, majores vero Constitutum dixere, ad Episcopos Campaniæ, Tusciæ, atque Piceni, adversus ordinantes servos & bigamos, necnon contra clericos fœneratores.

(*b*) *Leo ep. 1.*

VIII. Quod autem ad Orientalis Ecclesiæ res pertinet, hoc ipso anno, qui numeratur duodecimus ab Ephesino Concilio (ut ex Theodoreti (*c*) epistola ad Eusebium Episcopum Ancyranum data apparet) ipse Theodoretus Episcopus Cyri, cum ex more degeret Antiochiæ, & frequens esset in Synodis, in suspicionem adductus est, ne qui olim Nestorio faviffet, rursum novi aliquid moliretur, immo ne vetustate collabentia suffulciret, damnatamque Nestorii hæresim roboraret. Quamobrem adversus eum oblatus est Imperatori libellus, nescio a quo accusante ipsum sapere quæ sunt Nestorii; foreque etiam

(*c*) *Theod. epist. 82.* Theodoretus cogitur redire Cyrum.

PAGIUS de re Epistolam ad Episcopos Campaniæ, Piceni, & Tusciæ scripsit *Sexto Idus Octobris, Maximo iterum & Paterio UU. CC. Coss.* non vero *Paterno*, ut habent vulgatæ editiones. Hæc Epistolam, quæ erat alias ordine I. nunc est III.

III. *Theodoreti exilium domesticum.* Ad num. VIII. & seqq. Cum *Theodoretus* in suspicionem consensionis cum *Nestorio* venisset, quasi divideret Christum in duos filios, quorum alter sit crucifixus, alter mortuum suscitaverit, *Theodosius* Imp. eum Antiochia abstinere jussit, suisque parochiis tanquam honesto carcere se se continere. Garnerius in Auctario Theodoreti Differt. I. de ejus Vita cap. 8. & in Differt. II. de ejus Libris pag. 217. recte quidem observavit domesticum istud *Theodoreti* exilium, citius quam par erat, a Baronio consignatum fuisse, cum *Theodoretus* anno sequenti, post Sancti Cyrilli obitum, Antiochiæ concionem illam habuerit, quam Marius Mercator, & Quinta Synodus referunt, indeque liqueat, post illum annum, ex urbe Antiochensi eum secedere jussum; cui præcepto religiose paruit, nec post illud acceptum ad eam urbem accessit, ut ipsemet *Theodoretus* testatur. Existimat itaque Garnerius, exilium illud *Theodoreto* irrogatum anno quadringentesimo quadragesimo quinto, altero nempe a Sancti Cyrilli obitu anno. Verum exilium istud ad annum quadringentesimum quadragesimum octavum pertinere, me demonstraturum, ac controversiam istam direpturum spero. Theodoretus in Epistola 81. *ad Nomum Consulem* scripta testatur, se Cyro egredi vetitum esse: *Nomus* vero anno CDXLV. Consulatum gessit: *maxima pars*, inquit Garnerius, *Chronologiæ rerum Theodoreti pendet ex quæstione de verbis inscriptionis, sit ne retinenda omnium codicum lectio, quæ habet Consulem; an corrigenda quod vult Baronius: & Nomus, non Consul dicendus, sed Consularis. Retinendam, opinor, quia retineri, nihil vetat, immo plura jubent.* Sed eam vocem *Consulem* expungendam, & locum ejus legendum, *Consularem*, ut Baronius docuit, & Theodoretum non nisi anno CDXLVIII. *Cyro* se continere jussum esse sequentia certo ostendunt.

IV. *Theodoretus anno* CCCC-XLVIII. *domi se continere jussus.* Theodoretus Epistolam LXV. *Zenoni Magistro militum* dedit, qua eum in obitu fratris solatur. Garnerius ait, suspicari fas esse id ante vexationem accidisse. Recte id quidem; sed cum vexatio anno CDXLVIII. contigerit, eodemque anno, *Zeno* Consul & Magister militum fuerit, ea Epistola anno CDXLVII. scripta; cum Zeno anno insequenti eam dignitatem adhuc obtinuerit. Epistola enim LXXI. a Theodoreto data est *Zenoni Magistro militum & Consuli*, in qua cum Zenonem de adepta dignitate gratuletur, nullamque suæ persecutionis mentionem faciat, apparet, cum eam scripsit, adhuc liberum fuisse, & Antiochiæ egisse. Sed eodem postea anno Cyrum eum amandatum esse, colligo ex Epistola LXXIX. Anatolio Patricio scripta, in qua dicit Theodoretus: *Dudum excellentiæ vestræ indicavimus, Commonitorium nobis ostendisse Rufum Comitem magnificentissimum Imperatoria manu exaratum, quo fortissimo Magistro militum præcipiebat, ut prudenter seiteque curaret, nos Cyri consistere, nec ad alias civitates proficisci, ut qui Synodos assidue apud Antiochiam cogeremus, & Orthodoxos turbaremus.... Rogo itaque Magnificentiam tuam accurate, ut exquirat, & an vere hæc imperata sint, & quam ob causam.*

V. *Eo Christi anno Zeno magister militum erat.* *Theodoretum* vero de Zenone Magistro militum loqui, & anno CDLVIII. eam Epistolam dedisse manifestum facit Epistola LXXXII. Eusebio Episcopo Ancyræ scripta, & a Baronio num. X. & seqq. recitata, in qua ait Theodoretus: *Quare scriptum est Commonitorium magnificentissimo & gloriosissimo Magistro militum Consuli hæresis accusationem nullam continens, sed alias quasdam causas, easque falsas: Synodos enim ajebant, me frequenter apud Antiochiam*

etiam, nisi finibus suæ Ecclesiæ coerceretur, jubereturque recedere Antiochia, atque redire Cyrum, ut homo sermone pollens alias novas concitaturus esset turbas. His acceptis Theodosius Imperator, evestigio regium dedit diploma, quo jubebat, ipsum Antiochia debere recedere, Cyrumque reverti, & suam ipsius tantummodo curare Ecclesiam. Cum autem hæc Theodoretus accepisset, paruit ipse quidem, seque Cyrum recepit; contestans tamen pluribus litteris ad diversos datis, se esse omnino professione Catholicum, nec quicquam sapere, quod sinceræ fidei adversaretur: magno sane animi mœrore affectus est, quod in crimen, vel saltem in suspicionem hæresis vocaretur.

IX. Inter alias autem, quas tunc scripsit ad diversos epistolas, insignis plane est illa, quam dedit ad Eusebium Ancyræ Episcopum, qui haud pridem Theodoro viro admirando successerat. Quoniam autem rei gestæ seriem narrat, & sua a se in hunc usque annum edita scripta recenset, eamdem ipsam una cum aliis ex Vaticana bibliotheca acceptam, nec antea umquam a Latinis visam, hic primum Latinitate donatam describendam curavimus: sic enim se habet (a):

(a) *Theod. epist.* 82.

X. Theodoreti epistola ad Eusebium Ancyræ.

*Speravi frequentiores litteras hoc tempore me accepturum a Tua sanctitate. Cum enim manifestissimam calumniam passi simus, fraterna consolatione egebamus. Qui enim Marcionis hæresi & Valentini & Manetis & aliorum morbo laborant, in præsentiarum pullulantes, ægre ferentes, quod in suas invehimur hæreses, aperto marte illas confutantes, decipere Imperatoris aures tentaverunt, nos hæreticos appellantes, & in duos Filios Christum Dominum dividere calumniantes, qui unus est Dominus noster Jesus Christus, qui homo factus est, Deus Verbum. Sed non omnino assecuti sunt quod optabant, & verbis gloriabantur. Qua de causa diploma scriptum fuit magnificentissimo & gloriosissimo Duci & Tribuno militum & Consuli, in quo nulla quidem erat de hæresi accusatio, sed alias causas quasdam & mendaces confingebant: Synodos enim, dicebant, me frequenter congregare Antiochiæ, & hoc nonnullis molestum esse: & hac de causa oportere me ab his rebus abstinere, atque tantummodo Ecclesiarum, quæ mihi commissæ erant, curam gerere. Hujus quidem diplomatis mihi ostensi decretum quamprimum accepi, tamquam bonorum mihi causam. Primum enim optatissimam resumpsi quietem, deinde multas spero meorum delictorum deletas maculas, propter eam quæ adversum me conficta sit & composita injustitia atque calumnia ab hostibus veritatis.*

XI. *Ostendit autem satis aperte etiam in præsenti vita omnium rector ac Dominus Deus quantam curam gerit eorum qui injuria afficiuntur: dum enim nos quiete ageremus, & intra patrios terminos districti essemus, & omnes Orientales malis afficerentur, & amare conquererentur, & tacere propter imminentem metum cogerentur (quæ enim nobis contigerant, omnibus metum incusserunt) ipse Dominus e cælo apparuit, & calumniam calumniantium arguit & manifestavit, & eorum impiam mentem declaravit & mulctavit. Isti & Alexandriam adversus nos concitaverunt, & irritarunt, & omnium aures replent per ministros se dignos, quod nos pro uno duos prædicamus Filios. Ego vero tantum ab hoc execrando errore alienus sum, ut cum nonnullos sanctos Patres repererim, qui in Synodo Nicæna convenerunt, qui adversus Arii insaniam in suis operibus latius invehuntur, quive coguntur propter contentionem, qua adversus illos contendunt & dimicant, majori declaratione uti, ægre fero, nec accipio hanc divisionem: novi enim quod divisionis necessitas & usus excessum & errorem afferebat.*

Calumniæ in Theodoretum de Nestorianismo.

XII. Theodoretus sua scripta numerat. *Et ne quis arbitretur me timore hæc dicere & metu: licet (quicumque voluerit) ea quæ jam diu scripserim ante Ephesinam Synodum intueri, & ea quæ post, duodecim ab hinc annis. Divina enim gratia, & ope, & Prophetas omnes exposui, & Psalterium, & Apostolum; & contra eos qui Arium sequuntur, & eos qui Macedonii morbo laborant, & adversus Apollinaris imposturam, & adversus Marcionis rabiem jam scripsimus: & in singulis que edidimus operibus, divina ope, Ecclesiæ sanus sensus & mens mihi conspicitur & splendet. Mysticum etiam scripsimus librum, & de Providentia alia, & ad interrogationes Magorum alia, & de Vitis sanctorum: & præter hæc, alia multa, ne singula recenseam. Hæc autem enumeravi, non ambitione ductus, sed potius illa denunciando tum accusatoribus, tum etiam iis qui judicare illa & scrutari ac arguere voluerint, quæcumque sunt ex meis operibus: nihil enim, Dei mei ope & gratia, nihil aliud nos sentire invenient, præterquam ea quæ a sancta accepimus Scriptura.*

XIII. *Hæc igitur cum a nobis tua sanctitas acceperit, doceat eos qui hæc ignorant, & suadeat illis qui contumeliosis & effrænatis linguis adversum nos invehuntur, ne hæc de nobis divulgent, quæ a calumniatoribus acceperunt, sed potius legislatori Domino obediant clamanti (a): Auditionem vanam ne suscipias: expectate rerum scrutinium. Ego vero Deum oro, ut quietem Ecclesia aliquando obtineat, & longa ista & gravis dissipetur tempestas, si tamen id permittit nostrorum peccatorum multitudo. Sed quia traditi sumus propterea cribranti (b) diabolo, oramus ut periculorum pro fidei defensione participes simus, ut quando pro vitæ integritate & sanctitate fiduciam non habemus, saltem ex eo, quod fidem inviolatam & integram servaverimus, misericordiam consequamur & veniam in die adventus Domini*

(a) *Exod.* 23.

Defensorem se fidei Catholicæ exhibet Theodoretus.

(b) *Luc.* 22.

PAGIUS

*chiam convocare.* Quis enim Magister ille militum Consul, nisi *Zeno*, qui jam antequam Consulatum iniret, & quando eum gessit, militum Magisterio cohonestatus fuit, ut ex mox dictis patet? Certe Consul ille & militum Magister *Nomus*, non fuit, cum is eam dignitatem diu post gestum Consulatum adeptus sit, Zenone sc. jam Consulari, ut nos docet Priscus in Excerptis de Legationibus pag. 71. *Visum est*, inquit, *ad Attilam Legatos mittere Anatolium: & Nomum: Anatolium quidem regiorum tributorum Præfectum, & qui pacis cum Barbaro initæ conditiones proposuerat; Nomum vero Magistri dignitatem gerentem, & innumerum Patriciorum una cum Anatolio allectum. Eo illi per omnes honorum gradus ascenderant.* Priscus autem pag. 69. Zenonem virum Consularem jam appellarat. Garnerius pag. 220. ait, Nomum anno CDXLV. Magistrum militum fuisse, sed nullo Veterum testimonio fretus id asserit, & Priscus pag. 69. innuit, ante Zenonem, Magisterium militum gessisse Anatolium.

VI. *Hæc opinio prævalide confirmatur.* Præterea Epistolæ aliæ, quas ipso anno, quo Theodoretus *Cyro* egredi vetitus est, datas fatetur Garnerius, rem etiam evincunt. Epistola LXXX. ad Eutrechium Præfectum, de eodem Theodosii adversus Theodoretum decreto mentionem facit, & inter alia habet: *Pontifex, qui Episcopatum viginti quinque annos gessit .... calumniæ factus est opprobrium.* Episcopatum Cyri anno CDXXIII. Theodoretus consecutus est. Quare anno quadringentesimo quadragesimo octavo vicesimumquintum Episcopatus absolvit, & Antiochia exire coactus est, ac tres Epistolæ Theodoreti *ad Eutrechium Præfectum*, nempe, LVII. LXXX. & XCI. eo anno datæ sunt, non vero anno CDXLV. ut perperam autumavit Garnerius; Tertio Theodoretus in Epist. LXXXIII. *Dioscoro Episcopo Alexandriæ* scripta de sua captivitate loquitur, aitque: *Sex continuis annis docui sub beatæ memoriæ Theodoto Antiochensium Episcopo: tredecim aliis sub beato Joanne: ad hæc septimus hic annus est Deo charissimi Archiepiscopi Domini Domni.* Theodoretus Episcopus Cyrensis dictus anno CDXXIII. quo tempore Theodotus Antiochenam Ecclesiam rexit, usque ad annum CDXXIX. quo *Joannem* successorem habuit; sex itaque annos sub eo Theodoretus Antiochiæ docuit, tredecim sub *Joanne*, anno CDXLI. aut insequenti demortuo, & septem sub *Domno*, ab eo sc. Christi anno usque ad CDXLVIII. quo septimus Domni Episcopatus in cursu erat. Cum itaque laudatæ Epistolæ omnes in quibus *Theodoretus* mentionem exilii sui ingerit, uno eodemque anno exaratæ sint, & Epistola LXXXIII. ad Dioscorum Alexandrinum missa, ad annum CDXLVIII. certo pertineat, certum pariter esse debet, *Theodoreti* exilium ad eum Christi annum differendum.

VII. *Evertitur præcipuum Garnerii fundamentum.* Præcipuum Garnerii fundamentum est Epistola Theodoreti LXXXI. *Nomo Consuli* data, juxta vulgatas Theodoreti editiones, in qua Theodoretus ait: *Imperatoris decreto Cyresticæ regionis finibus egredi vetor.* Et paulo post: *In Monasterio tempus quod Episcopatum præcessit, cum exegissem invitus Episcopus ordinatus sum: annos viginti quinque ita vixi, ut neque in jus vocatus sim a quoquam nec quemquam accusarim.* Cum itaque *Nomi* Consulatus in annum CCCCXLV. competat, inde eo etiam anno Theodoretum Antiochia expulsum Garnerius colligit. Sed jam huic argumento Baronius anno CDXLVIII. num. XI. & seqq. ubi Epistolam illam LXXXI. Theodoreti integram recitat, satisfecit, docuitque loco *Consulis*, legendum esse, *Consularem*, eamque Epistolam eo Christi anno datam. In eo tamen Doctissimus Cardinalis peccavit, quod cum currenti anno *Theodoreti* exilium consignarit, post quinquennium eam ad Nomum Epistolam scriptam crediderit; cum tamen nullæ Theodoreti Epistolæ, in quibus de illo exilio mentio ante annum CDXLVIII. datæ sint. Porro mirum videri non debet, *Consulis* vocem, in ea ad *Nomum* Epistola, vel, a Librario corruptam, vel a sciolo quodam additam esse; cum ipsomet Garnerius citatus pag. 98. Theodoreti Epistolam ad *Domnum* Episcopum Antiochiæ post mortem Sancti Cyrilli scriptam, recitans, recte observet, pro *Joanne*, cujus nomen in vulgatis codicibus legitur reponendum esse *Domnum*, & propter mendum illud, quod in inscriptionem irrepsit, eam Epistolam reiici non debere. Ad hæc *Aspar* anno CDXXXIV, Consulatum gessit, & tamen Epistolæ CXL. anno CDL. datæ titulus est; *Aspari Consuli*, loco, *Aspari Consulari*, qua de re infra. Denique Epistolarum inscriptiones quandoque depravatas esse, aliis passim exemplis ostendimus. Ex iis, quæ anno CDXLVIII. num. III. & seq. in medium afferemus, adhuc manifestius liquebit, Theodoretum, ante eum Christi annum, in hæreseos suspidionem non venisse, ideoque nec secedere jussum esse.

VIII. *Fundamentum Baronii evertitur.* Baronius, ut hoc anno id contigisse ostendat, Epistolæ Theodoreti ad Eusebium Episcopum Ancyræ mox memoratæ, unice innititur. In ea ait Theodoretus: *ne quis arbitretur me timore hæc dicere & metu: licet (quicumque voluerit) ea, quæ jam diu scripserim ante Ephesinam Synodum intueri, & ea quæ post, duodecim ab hinc annis.* Putavit Baronius Theodoretum cuncta illic opuscula recensere, tam quæ ante Synodum Ephesinum, quam ea quæ a duodecim annis post eandem Synodum in vulgus ediderat, & hanc Epistolam, in qua vexationis suæ meminit, datam esse *anno duodecimo ab Ephesino Concilio*, ideoque currenti. Valesius in Præfatione ad Historiam Ecclesiasticam Theodoreti hanc Baronii explicationem hoc modo refellit: Ver-
„ ba, inquit, Theodoreti sunt hæc, ut inter-
„ pretatus est Sirmondus: *Ac ne quis existimet*
„ *metu perculsum me ista nunc dicere, integrum*
„ *est cui animus fuerit, antiqua Opera mea*
„ *evolvere, tum ea quæ ante Synodum Ephesi-*
„ *nam, tum quæ post illam rursum ante duode-*
„ *cim annos scripsi.* Græca Theodoriti sic ha-
„ bent: τοῖς πρὸς τῆς συνόδȣ τῆς ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τοῖς
„ μετ' ἐκείνην πάλιν πρὸ δύο καὶ δέκα ἐτῶν.
„ Si vera esset Baronii sententia, Theodoritus
„ dixisset, διὰ δύο καὶ δέκα ἐτῶν, idest, *per con-*
„ *tinuos duodecim annos.* Verum cum Theodoritus

*mini: hæc etiam tuam precamur sanctitatem, ut nobiscum oret.* Hactenus ad Eusebium Ancyræ Episcopum Theodoretus hoc ipso (ut vidimus) anno, nempe duodecimo ab Ephesino Concilio.

XIV. Extant eodem argumento (ut diximus) plures ab eodem Theodoreto ad sui defensionem ad diversos clarissimos viros datæ epistolæ, & inter alias ad Lupicinum Magistrum militiæ, illum videlicet, cujus in epistola ad Eusebium meminit, atque Ducem exercitus nominat, ad quem Theodosius adversus Theodoretum diploma illud direxerat: in qua quidem epistola hæc ad finem (*a*): *Si quis vero nos ab his diversa sentire confirmat; nos etiam præsentes accuset, nec absentes calumnietur. Justum est, ut reus loqui possit, & adversus illatam sibi accusationem excusationem faciat, & tunc deinde Judices juxta leges sententiam promulgent. Hæc ergo per tuam magnificentiam precor obtinere. Si vero indicta causa nos condemnare voluerint, libenter etiam injustam suscipiemus sententiam. Domini enim tribunal expectamus, ubi neque testibus, neque accusatoribus opus est: omnia enim nuda & aperta in conspectu ejus, juxta divinum* (*b*) *Apostolum:* eadem plane habet in epistola (*c*) ad Præfectum Urbis. Ad Anatolium vero Patritium de his scribens, (*d*), tradit Domnum Antiochenum Episcopum misisse Constantinopolim legatos Episcopos, qui ipsum Theodoretum ab illata calumnia eximerent. Sed frustra quidem: nam qui Nestorium fuerat aliquando consectatus, quantumlibet eum detestari profiteretur, nihilominus haud facile ea se valuit suspicione purgare: quod sciretur, sicut raro

(*a*) *Theod. epist.* 90.

(*b*) *Hebr.* 4.
(*c*) *Theod. epist.* 91.
(*d*) *Theod. epist.* 92.

PAGIUS „ ritus, non per duodecim annos, sed ante „ duodecim annos diserte scripserit, alius sensus „ sit oportet horum verborum: ut scilicet „ Theodoritus, quinque circiter, aut sex annis „ post Synodum Ephesinam libris scribendis va„ caverit: exinde vero per annos duodecim „ silentium tenuerit. Ita Valesius. At Theodoretum per annos duodecim, antequam eam ad Eusebium Episcopum Ancyræ Epistolam daret, a libris scribendis destitisse, nec verum est, nec ab ipso asseritur. Loquitur igitur *Theodoretus*, non de suis Operibus in universum, sed *de antiquis* tantum, iisque quæ ante annum Christi CDXXVI. in lucem emiserat, alioquin adversarios suos ad Opera sua absolute, non vero nominatim ad *antiqua* remitteret. Quæ etiam verba indicant, eum nova per duodecim subsequentes annos edidisse, sed propter illa in crimen vocatum non fuisse. Theodoretum enim anno CDXXXV. pacem amplexum esse, anno illo ostendimus.

IX. *Theodoretus de sua vexatione scribit ad Lupicinum Magistrum officiorum.* Omnes itaque *Theodoreti* Epistolæ in quibus de sua vexatione agit ad annum CDXLVIII. pertinent, uti Epistola XC. ad *Lupicinum*, cujus meminit Baronius num. XIV. quæ cum inscripta sit, λαπικίνῳ μαγίστρῳ, id est, *Lupicino Magistro*, perperam inde deducit Baronius, *Lupicinum* esse eum Magistrum militiæ, cujus meminit Theodoretus in Epist. LXXXII. Magister enim militum, ad quem scripsit Theodosius Imp. ut *Theodoretum Cyro* egredi prohiberet, Consulatum tunc gerebat, aliusque non est quam *Zeno*, qui anno CDXLVII. & insequenti Magisterio militum præditus fuit, ut jam demonstravi. Hinc Epist. LXV. inscripta est ζηνόνι στρατηγῷ, id est, *Zenoni magistro militum*, non vero μαγίστρῳ quæ vox Magistrum Officiorum significat, uti erat Lupicinus anno CDXLVIII. de qua re tam Epistola Theodoreti XC. quam diversa significatio prædictarum vocum Græcarum nos dubitare non sinunt.

X. *Moritur S. Briccius Episc. Turonensis.* Sanctus Briccius Turonensis Episcopus hoc anno vitam cum morte commutavit. Gregorius enim Turonensis lib. 10. cap. 31. scribit: *Briccius ordinatur Episcopus, anno Arcadii & Honorii secundo, cum pariter regnarent.* Subdit postea, omnes ejus Episcopatus annos fuisse XLVII. quod & lib. 2. cap. 1. jam scripserat, utrobique subdens, Sanctum *Eustochium* eidem successisse. Cum vero huic tribuat annos XVII. liquet primo, Turonensem seriem successorum *S. Martini* deducere ab anno CDXCVII. cum Sanctus *Perpetuus*, qui Eustochium excepit, primum Concilium Turonense anno CDLXI. celebraverit. Quod si Turonensis, *Briccii* initium ab anno CD. quo aliquibus in locis Sanctum *Martinum* demortuum tradit, repeteret, anno CDLXI. non *Perpetuus*, sed *Eustochius* Ecclesiam Turonensem rexisset. Liquet secundo, cum certum nunc sit divum Martinum die XI. mensis Novembris anni CD. vita functum esse, Turonensem, quod mortem illam triennio anticiparit, tres etiam annos *Briccii* Sedi addidisse. Quod ex ipsomet Turonensi demonstravimus in Dissert. *de anno & die mortis Sancti Martini*, ubi ostendimus *Briccii* obitum nequidem in annum sequentem differri posse.

XI. *Attila Imperio Romano insidiatur.* Priscus Rhetor, postquam locutus est de bello Romanos inter & *Attilam* Hunnorum Regem gesto, & de pace inter eos inita, quæ Romanis non minus probrosa, quam detrimentosa fuit, ait: *Pace facta Attila rursus Legatos ad Romanos Orientales mittit, qui transfugas repeterent, & plurimis donis ornatos, cum nullos perfugas apud se esse asseverassent, dimiserunt. Misit & iterum Attila alios Legatos, quibus quoque amplis muneribus ditatis, tertia ab eo, post illam itidem quarta Legatio advenit. Ille enim Romanorum liberalitatem, qua utebantur, veriti ut a fœderibus Barbari discederent ludibrio habens, novas subinde causas fingebat, & vanas occasiones Legatorum mittendorum excogitabat, & ad suos necessarios, quos liberalitate complecti volebat, eas Legationes deferebat. Romani vero in omnibus Attilæ dicto audientes erant, & quæ præcipiebat Domini justa ducebant. Non solum enim a bello contra eum suscipiendo eorum rationes abhorrebant, sed & Parthos, qui bellum apparabant & Vandalos qui maritimas oras vexabant, & Isauros, qui prædis & rapinis grassabantur, & Saracenos, qui regionem ad Orientem excursionibus vastabant, metuebant. Prætered gentes Æthiopum in armis erant, & defectionis consilia cogitabant, itaque Romani animis fractis Attilam colebant, tantisper dum exercitum parabant & Duces sortichantur.* Ex quibus intelligimus, quam malo in loco Imperi Romani res hoc tempore in Oriente fuerint.

XII. Auctor Chronici Alex. sub hujus anni Consulibus scribit: *His Coss. dedicatæ sunt Thermæ Achil-*



raro, ita & difficillime fieri, ut quem semel pestis hæreticæ contagionis invaserit, perfecte curetur, ii præsertim, qui



eruditione præstantes, nulla ex ignorantia, vel simplicitate possent excusatione petita purgari.



PAGIUS *Thermæ Achilleæ dedicantur.* *Achilleæ mense Januario III. Idus Januar.* Publicarum balnearum encænia etiam sub Paganis Augustis celebrata fuisse testantur Menæa, & Synaxaria, ad XXII. Martii in SS. Callinico & Basilissa, *Thermæ* vero *Achilleæ*, quas anno CDXXXIII. incendio consumtas fuisse diximus, ita appellatæ erant, quod essent juxta Achillis Aram a Byzante extructam, in loco ubi postea extitit *Strategium*. De iis plura Ducangius in Constantinopoli Christiana lib. 1. paragr. 27. Porro hæc dedicatio septimorum Quinquennalium Theodosii indicium est.

JESU CHRISTI ANNUS 444. | LEONIS PAP. ANNUS 5. | THEODOSII VALENTINIANI 37. 20. IMPP.

I. Romanum Concilium in cauſa Manichæorum.

SEquenti anno quadringenteſimo quadrageſimoquarto, Theodoſio decimum octavum & Albino Conſulibus, a S. Leone Papa habitum eſt adverſus Manichæos Romæ Concilium: non enim ſatis ſibi viſum, quæſitos diu jam compertos habuiſſe Manichæos, eoſdemque quales eſſent, populo frequenti admonitione ſignificaſſe; ſed placuit, ut collecto Epiſcoporum Concilio una ſimul cum Romano clero, eorum cauſa publice audiretur, Actiſque publicis fierent notiora, perpetuiſque monumentis eorum horrenda ſacrilegia notarentur. Hoc ipſo quidem anno dictum Concilium coactum eſſe, epiſtola ejuſdem S. Leonis Papæ ea de re data ſub dictis Conſulibus in fine menſis Januarii, quam proxime reddituri ſumus, ſignificat.

II. At quidnam tractatum in hoc habito Concilio fuerit, idem Pontifex poſtea pro concione coram omnibus patefecit: ipſum audiamus (*a*): *Reſidentibus* (inquit) *itaque mecum Epiſcopis ac Presbyteris, ac in eumdem conſeſſum Chriſtianis viris ac nobilibus congregatis, Electos & Electas eorum juſſimus præſentari. Qui cum de perverſitate dogmatis ſui, & de feſtivitatum ſuarum conſuetudine multa referarent: illud quoque ſcelus, quod eloqui verecundum eſt, prodiderunt: quod tanta diligentia inveſtigatum eſt, ut nihil minus credulis, nihil obtrectatoribus remaneret ambiguum. Aderant enim omnes perſonæ, per quas nefandum facinus fuerat perpetratum: puella ſcilicet, ut multum decennis, & duæ mulieres, quæ ipſam nutrierant, & huic ſceleri præpararant. Præſto erat etiam adoleſcentulus vitiator puellæ, & Epiſcopus ipſorum deteſtandi criminis ordinator. Omnium par fuit horum & una confeſſio, & patefactum eſt execratum, quod aures noſtræ vix ferre potuerunt. De quo, ne apertius loquentes, caſtos offendamus auditus, Geſtorum documenta ſufficiant, quibus pleniſſime docetur, nullam in hac ſecta pudicitiam, nullam honeſtatem, nullam penitus reperiri caſtitatem; in qua lex eſt mendacium, diabolus religio, ſacrificium turpitudo. Hos ideo homines, dilectiſſimi, per omnia execrabiles atque peſtiferos, quos aliarum regionum perturbatio nobis intulit crebriores, ab amicitia veſtra penitus abdicate, veſque præcipue mulieres a talium notitia, & colloquiis abſtinete; ne, dum fabuloſis narrationibus incautus delectatur auditus, in diaboli laqueos incidatis.* Hæc ipſe. Intelligis, lector, priſtinum morem in Eccleſia Romana ad præſens uſque retentum, ut Eccleſiaſtico judicio conventi & convicti hæretici, iidem cum ſuis erroribus coram populo pro concione noti fierent. Præſtabant id quidem olim ipſi Romani Pontifices, poſtea vero per Notarios (per quos & homilias interdum ſuas ex ſcripto annunciabant Fidelibus, cum aliquo detinerentur impedimento) id ipſum, Acta publice legendo, perfecerunt.

(*a*) Leo ſer. 5. de jejun. decim. menſ.

Quæ acta ſint contra Manichæos.

Sed unde hæ merces in Urbem? Quis eam peſtem invexit, qua, univerſus

III.

---

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5937.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CCCC. LXXXII. A. C. 444.

⊙ 5. BA. ☽ 8. P. 23. April. Latinis quibuſdam 26. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 444.

LEONIS PAPÆ 5.

THEODOSII JUN. 43. & 37.

VALENTINIANI III. 20.

I. [1] COSS. & *Theodoſius Aug. XVIII.* & *Cæcina Decius Albinus*, ut in inſcriptione ab Onuphrio recitata appellatur. Sumtus a Theodoſio Conſulatus ob nona Quinquennalia Imperii vivente patre initi, de quibus Marcellinus in Chronico hoc anno habet: *Theodoſius Princeps nona Quinquennalia geſſit.* Albinus Conſul in Occidente fuit, ubi antea Præfectura Urbis & Præfectura Prætorii cohoneſtatus fuerat, ut patet ex Proſopographia Codicis Theod. & ſequentibus annis bis adhuc Præfectus Prætorio fuit, ut videre eſt in Novellis per ea tempora datis.

*Nona Quinquennalia Theodoſii.*

A num. I. ad VIII. Sanctus *Leo* in Epiſt. VIII. quæ alias erat II. ad Epiſcopos per Italiam *data III. Kalendas Februarii*, ſub hujus anni Coſſ. plurimos *Manichæorum* vigilantia ſua in Urbe Roma detectos eſſe, & pari ab eis ſolicitudine inveſtigandos admonet. Hæc epiſt. per Provincias ad omnes Epiſcopos miſſa eſt: cum Idacius illorum temporum æqualis, anno Abrahami 2462. Kalendis Octobris hujus Chriſti anni inhcoato, ſcribat: *In Aſturicenſi urbe Gallæciæ quidam ante aliquot annos latentes Manichæi geſtis*

II. *S. Leo Manichæos perſequitur.*

---

NOTÆ [1] COſſ. *Theodoſius Aug.* XVIII. & *Cæcinæ Decius Albinus*. Relandus, prætermiſſis aliis nominibus, *Albinum* tantummodo vocat, Theodoſii collegam. Nummus *Theodoſi junioris* apud Bandurium pag. 559. cum TR. P. XXXXII. COS. XVIII. P.P. Papyrus apud Mabillonium in Supplemento rei Diplomaticæ pag. 88. & apud Maffejum pag. 132, *Indictione* XIII. *Conſſ.* D. N. *Theodoſi Aug.* X ☾ II. & *Albini* V. C. *Indictio* XIII. hic poſita ſecundum Orientis morem a *Kalendis Septemb.* Proſper Vaticanus MS. *Theodoſio* XVIII. & *Albino*.



CHRISTI 444. | LEONIS PAP. 5. | THEOD. 37. VALENTIN. 20. IMPP.

ſus pene populus in diſcrimen haud leve adduceretur? quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis oſtendunt: nempe exciſa per Genſericum Africa, ſicut ſucciſa ſylva feræ beſtiæ alio migrant; ita quæ latebant in Africa monſtra, in Italiam navigantia, in Urbem ſe intulerunt, tamquam Catholici, commiſeratione digni. Cæterum etſi veſparum examen inde convolaſſet in Urbem; tamen in cellulis clandeſtinis earumdem fœtus ibidem remanſerunt, ut quæ dicturi ſumus inferius declarabunt. Cum ergo de his omnibus (ut dictum eſt) Pontifex populum admoniſſet: quod etiam officii vigilantiſſimi paſtoris eſſet, ad exactum horum deſtructionem illud itidem pro concione populum inſtanter admonuit, ut omnes quos ſcirent ejuſmodi eſſe labe infectos, ad Eccleſiaſticum tribunal deferrent: ait enim (*a*): *Quia parum prodeſt unicuique quod protegente Spiritu ſancto, ab iſtis ipſe non capitur; ſi cum alios capi intelligit, non movetur: Contra communes hoſtes, pro ſalute communi, una communis debet eſſe vigilantia, ne de alicujus membri vulnere etiam alia poſſint membra corrumpi. Et qui tales non prodendos putant, in judicio Chriſti inventuri rei de ſilentio, etiam ſi non contaminantur aſſenſu. Aſſumite igitur religioſæ ſolicitudinis pium zelum, & contra ſæviſſimos hoſtes animarum omnium Fidelium cura conſurgat. Ideoque enim miſericos Deus quamdam nobis partem prodidit hominum noxiorum, ut manifeſtato periculo excitaretur diligentia cautionis. Non ſufficiat quod actum eſt, ſed eadem inquiſitio perſeveret, quæ hoc, auxiliante Deo, conſequitur, ut non ſolum qui recti ſunt, incolumes perſeverent, ſed etiam multi qui diabolica ſeductione decepti ſunt, ab errore revocentur.* Hactenus S. Leo: quibus vides omnes cives ad delationem & inquiſitionem hæreticorum magnopere excitari. Conſideratione quidem dignum eſt, quod huic ſacro Concilio, cum Manichæorum cauſa tractata eſt, ipſe S. Leo non Epiſcopos tantum atque presbyteros, ſed & Senatores complures, illuſtreſque viros, immo & plebis partem voluit præſentem fuiſſe, quo eorumdem ſcelera notoria redderentur: teſtatur id ipſe S. Leo in epiſtola ad Turibium (*b*), verbis iſtis:

(*a*) Leo eod. ſerm. 5. de jejun. decim. menſ.

Hæretici deferendi & inquirendi.

(*b*) Leo ep. 93. c. 16.

*In execrabilibus autem myſteriis eorum, quæ quanto immundiora ſunt, tanto diligentius occultantur, unum prorſus nefas, una eſt obſcœnitas & ſimilis turpitudo. Quam etſi eloqui erubeſcimus, ſolicitiſſimis tamen inquiſitionibus indagatam, & Manichæorum, qui comprehenſi ſunt, confeſſionibus detectam, ad publicam fecimus pervenire notitiam; ne ullo modo poſſit dubium videri, quod in judicio noſtro, cui non ſolum frequentiſſima præſentia ſacerdotum, ſed etiam illuſtrium virorum dignitas, & pars quædam Senatus ac plebis interfuit, ipſorum qui omne facinus perpetrarunt, ore referatum eſt, ſicut ea quæ ad dilectionem tuam nunc direximus Geſta demonſtrant.* Hæc S. Leo, qui quæ Romæ in eadem cauſa acta eſſent, voluit Hiſpaniarum Eccleſiis nota fieri, quæ a Priſcillaniſtis Manichæorum ſimillimis adhuc graviter infeſtabantur. Antea vero eadem voluit innotescere proximis Urbi provinciis, & aliis longe poſitis, quo majori omnes ardore ad inquirendos Manichæos incitaret. Quod enim idem Pontifex compertum habuiſſet, nonnullos ex eis fuga lapſos, & ne ad examen perducerentur, ab Urbe receſſiſſe: e veſtigio, abſoluto jam dicto Romano Concilio, de ejus judicio voluit reddi Italiæ Epiſcopos certiores, monens in primis ut ad ejuſmodi indagandos hæreticos omnem navare deberent diligentiam. Epiſtola autem ſic ſe habet (*c*):

IV.

(*c*) Leo ep. 2.

V. Epiſtola S. Leonis de Manichæis Romæ damnatis.

*In conſortium vos noſtræ ſolicitudinis, dilectiſſimi fratres, advocamus, ut vigilantia paſtorali, ne quid diabolicæ licere poſſit aſtutiæ, commiſſis vobis gregibus diligenter conſulatis: ne is qui Domini miſericordia revelante per noſtram curam a noſtris ovibus morbus abigitur, necdum vobis præmonitis, & adhuc quod agitur ignaris, per veſtras ſe diſpergat Eccleſias, & ſtarum furtim cuniculos inveniat latebrarum; ne quod a nobis in Urbe extinguitur, tenebroſis apud vos radicibus ſeminetur. Plurimos impietatis Manichææ ſequaces & doctores in Urbe inveſtigatio noſtra reperit, vigilantia divulgavit, auctoritas & cenſura coercuit: quos potuimus emendare, correximus; & ut damnarent Manichæum cum prædicationibus & diſciplinis ſuis, publica in*



---

PAGIUS

*ſis Epiſcopalibus deteguntur, quæ ab Idacio, & Turibio Epiſcopis, qui eos audierant, ad Antoninum Emeritenſem Epiſcopum directa ſunt.* Paulo poſt: *Per Epiſcopum Romæ tunc præſidentem geſta de Manichæis per Provincias diriguntur:* Sanctus Leo frequentem Conventum Romæ adverſus Manichæos convocavit. Is Epiſt. XV. alias XCIII. ad Turibium, Conventum illum & *judicium* & *conſeſſum*, Valentinianus Aug. in Novella adverſus Manichæos anno ſeq. emiſſa *Conſeſſum* vocat, Baronius *Concilium* dicit. Sed, ut inquit Queſnellus Diſſert. I. de Vita & Reb. S. Leonis M. neque Sanctus Proſper in Chronico, ubi de ea re agit ſub anni præcedentis Coſſ. quique forte Conventui intererat, Concilium commemorat, neque illud opus erat; cum non ageretur de fide aſſerenda, ſed de pœna juxta Canonem Eccleſiæ ſancienda: Ad hæc cum Proſper citatus, ſub præcedentis anni Coſſ. geſta a S. Leone adverſus Manichæos narret, & Epi-

*Eccleſia profeſſione, & manus ſuæ ſubſcriptione compulimus; & ita de voragine impietatis ſuæ confeſſos, pœnitentiam concedendo, levavimus. Aliquanti vero, qui ita ſe demerſerant, ut nullum his auxiliantis poſſet remedium ſubvenire, ſubditi legibus, ſecundum Chriſtianorum Principum conſtituta, ne ſanctum gregem ſua contagione polluerent, per publicos Judices perpetuo ſunt exilio relegati. Et omnia quæ tam in ſcripturis, quam in occultis traditionibus ſuis habent profana, vel turpia, ut noſſet populus quid refugeret aut vitaret, oculis Chriſtianæ plebis certa manifeſtatione probavimus; adeo ut ipſe qui eorum dicebatur Epiſcopus, a nobis tentus, proderet flagitioſa in ſuis myſticis *, quæ tenerent, ſicut Geſtorum vos ſeries poteſt edocere.*

* myſteriis.

VI. De perquirendis, qui fugerant, Manichæis.

*Ad inſtructionem autem veſtram etiam ipſa direximus: quibus lectis, omnia quæ a nobis deprehenſa ſunt, noſſe poteritis. Et quia aliquantos de his, quos ne abſolverentur, arctius reatus involverat, cognovimus fugiſſe: hanc ad dilectionem veſtram epiſtolam miſimus per acolytum noſtrum, ut effecta certior ſinceritas veſtra, ſolicitius agere dignetur & cautius, nec ubi Manichææ perverſitatis homines plebes veſtras facultatem lædendi, & hujus ſacrilegii poſſent invenire doctores. Aliter enim nobis commiſſos regere non poſſumus, niſi eos, qui ſunt perditores & perditi zelo fidei Dominicæ perſequamur; & a ſanis mentibus ne peſtis hæc latius divulgetur, ſeveritate qua poſſumus, abſcindamus. Unde hortor dilectionem veſtram, obteſtor, & moneo, ut qua debetis & poteſtis, ſolicitudine vigiletis ad inveſtigandos eos, neçubi occultandi ſeſe reperiant facultatem. Ut enim habebit a Deo ingens remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad ſalutem commiſſæ ſibi plebis proficiat, fuerit executus: ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, quicumque plebem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis auctores noluerit cuſtodire. Data tertio Kalendas Februarii, Theodoſio decimooctavo & Albino viris clariſſimis Coſſ.* Hactenus Leonis ad Epiſcopos admonitio.

VII. Acta Synodi ad diverſas provincias miſſa.

Porro non Italiæ tantum (ut dictum eſt) Epiſcopos, ſed & alios remotiores in diverſis provinciis collocatos voluit de rebus Romæ adverſus Manichæos geſtis reddi certiores, pluraque eorumdem publicorum Actorum exemplaria ſcribi, atque ad eos mitti, quo omnes tantam luem diſcerent præcavere, & longe longius propulſare. Conſtat ſiquidem (uti vidimus) ſancti Leonis teſtificatione (*a*), eadem Acta in Hiſpaniam ad Turibium Epiſcopum Aſturicenſem eſſe miſſa poſt biennium, cum de Priſcillianiſtis inquirendis atque damnandis eum admonuit, oſtendens eos eſſe Manichæis affines; ſed de his inferius ſuo loco agendum.

(*a*) *Leo epiſt. 93. c. 16.*

VIII.

Cæterum non cum Manichæis tantum S. Leoni Papæ his temporibus pugnandum fuit, ſed & adverſus Pelagianos etſi apertius, laborioſius bellum fuit, obtinente ex adverſo Juliano loquaciſſimo Pelagiano olim Capuano Epiſcopo, de quo plura ſuperiori tomo diximus. Fidem horum certaminum facit ſanctus Proſper, dum agens de hujus temporis impoſtoribus, hæc de his obiter attigit, ubi ait (*b*): *In Italia quoque, nobis apud Campaniam conſtitutis, dum venerabilis & Apoſtolico honore nominandus Papa Leo Manichæos ſubverteret, & contereret Pelagianos, & maxime Julianum: ambiens tum quidam Florus nomine, ſpiritu ſeductionis arreptus, virtutem & meritum ſibi ſancti Soſit martyris aſſignans, cum haud procul a Neapolitana civitate in ſubverſionem animarum quædam promitteret, faceretque illicita; a germano venerabilis Noſtriani Epiſcopi, & Hierio presbytero ſimul cum clericis prædictæ Eccleſiæ tentus & coercitus, ſic a præfatæ provinciæ limitibus pulſus eſt.* Hæc Proſper: qui cum affirmet hoc ipſo tempore ſe verſatum eſſe in Campania, referatque certamen Leonis adverſus Julianum itidem (ut dictum eſt) in Campania agentem: equidem opinor ipſum e Galliis a S. Leone Pontifice accerſitum, & in Campaniam adverſus eumdem Julianum eſſe miſſum, qui præ cæteris horum temporum doctoribus ad ejuſmodi belli genus exercitatior videbatur. At de rebus a ſancto Leone adverſus Pelagianos geſtis nihil præterea reperitur. Porro Sanctum Proſperum ab ipſo S. Leone fuiſſe Romæ retentum, in eo ejus opera uſo, in quo ſancto Damaſo Hieronymus inſerviebat, quæ ſcribit Gennadius (*a*) de eodem Proſpero, in argumentum deduci poſſunt. Teſtatur & Photius in Bibliotheca, quod pullulans ſub Leone papa hæreſis Pelagiana ſæpe extincta, opera ſancti Proſperi prorſus deleta fuerit, vivente adhuc ipſo ſancto Leone Romano Pontifice. Additque idem Photius: *Scripſit & ſanctus Leo Romanus Epiſcopus de Pelagianis converſis, quomodo debeant recipi, quando convertuntur, ſcriptis ſuam opinionem damnantes.* At hæc ſancti Leonis Papæ ſcripta deſiderantur.

(*b*) *Proſp. de promiſſ. Dei dimid. temp. c. 6. in fin.*

Leo Papa inſequitur Pelagianos per Proſperum Aquitanum.

(*a*) *Genn. de Vir. illuſtr. c. 84.*

IX. Cyrilli Epiſcopi Alexandr. obitus.

Hoc eodem anno, quinto Idus Junii S. Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus ex hac vita migravit, cum ſediſſet annos triginta duos, ut Liberatus diaconus tradit, atque Nicephorus & Acta Synodalia docent. De die obitus id Græci in Menologio profitentur ejuſmodi elogio tanto viro digniſſimo: *Natalis S. Cyrilli Alexandrinæ civitatis Epiſcopi eruditiſſimi, & Catholicæ fidei propugnatoris egregii, quem Summus Pontifex Cæleſtinus idoneum judicavit, cui vices ſuas in Ephesino Concilio delegaret.* Latini vero quinto Kal. Febr. ejus memoriam in tabulis Eccleſiaſticis adſcriptam habent. De anno autem conſentiunt omnes: Etenim cum ipſa Acta Concilii Chalcedonenſis, eum ſediſſe annos triginta duos, publica fide teſtentur ex libello Athanaſii presbyteri, & Theodori diaconi (*b*): cumque reperiatur ipſum creatum fuiſſe Epiſcopum

(*b*) *Conc. Chalced. Act. 3.*



PAGIUS Epiſcopo & Leone Pelagianos Romæ, plures liberius pro hæreſi loquentes confutaſſe. Hæc Photii verba: *Lectus eſt liber contra Pelagianam & Cæleſtianam hæreſim, cujus hæc inſcriptio:* Exemplar Actorum ab Occidentis Epiſcopis adverſus Neſtoriana dogmata. *Hic refert eandem eſſe Neſtorianam & Caleſtianam hæreſim.* Poſtea de Pelagianis dicitur: *Cum temporis deinde progreſſu ſectæ hujus homines per hæreſis ſuæ abjurationem Eccleſiæ reſtituti eſſent, iterum malum ab ipſis principium ſumſit, ut Septimio Epiſcopo renaſcens eadem lues, antequam longius ſerperet, fuerit reprimenda, datis ad Leonem Romæ tunc Sedem Apoctolicam tenentem literis: qui Leo ferventi zelo contra impietatem illam depugnavit. Poſt non diu rurſum veluti exiſtere atque enaſci e mala radice impudenter, cum cœpiſſet, Romæ etiam quidam pro hæreſi libere locuti ſunt, quos Vir ſane divinus Proſper libellis adverſus eos in vulgus editis facile diſſipavit, extinxitque: Leone etiamnum, quem diximus, Romanam Sedem gubernante.*

IV. *Scribit adverſus eos libros de Vocatione Gentium.*

Qui fuerint libelli illi *Proſperi*, Antelmius notat in Diſſert. III. de Veris Operibus SS. Leonis M. & Proſperi Aquitani, ubi oſtendit eos eſſe duos libros de Vocatione omnium Gentium *Proſpero* a quibuſdam perperam abjudicatos. Etenim inſcriptionis eorundem occaſio evidenter aperitur accidiſſe ex eo, quod *Roma etiam quidam pro hæreſi libere locuti ſunt*, &c. Secundo argumentum Operis perſpicuum eſt, quod utique quantum eſt, verſatur in eorum confutatione dogmatum, quæ illi inſtauraſſe produntur, *qui Romæ etiam pro hæreſi libere locuti ſunt*; hos enim ubique in illis de *Vocatione omnium Gentium libris*, vel nervoſe perſtringit, vel fortiter urget, vel amice etiam quandoque convenit Proſper; adeo ut ſic prudenter attemperata tractatione eos facile diſſipare potuerit. Quem cauſæ exitum fuiſſe notat Photius. Tertio, ipſa librorum declinatio ſeu diſtributio a *Photio* adumbrata, libros de Vocatione omnium Gentium preſſius deſignat: nam non exiguum tractatum, non extemporaneam ſcriptionem, *ſed libellos in vulgus editos* diſerte memorat, adeoque anonymos *de Vocatione* ſcriptos naturaliter ſecernit & indigitat. Quarto, tempus quo illi libri editi ex Photii verbis ſufficienter datur intelligi; nam rem factam refert, poſtquam *temporis progreſſu ſectæ hujus homines per hæreſis ſuæ abjurationem Eccleſia reſtituti ſunt*; eoſque ad vomitum reverſos *Septimius Altinenſis Epiſcopus* non raro per ſe repreſſos, apud Leonem tandem accuſavit. Quam accuſationem non ante annum CDXLVII. accidiſſe recte conjicit Cardinalis Noriſius lib. 2. Hiſt. Pelag. cap. 12. ex ipſa ad Septimium Epiſt. quam Queſnellus in Notis ad eam Epiſtolam, ſuppoſititiam perperam credit, & hos eventus ad præſentem annum male retrahit. Recte tamen in Diſſert. I. de Geſtis D. Leonis, ad annum CDXLIV. obſervat, Baronium, ex Photio citato, non bene aſſerere, Proſperum in Campania decertaſſe adverſus *Pelagianos*; cum Photius eum magis depugnaſſe Romæ auctor ſit, idque Leone etiamnum *Romanam Sedem gubernante*, ideoque Romæ, & fere ſub finem Pontificatus Leonis, ut ex Photii verbis ſatis intelligitur.

V. *Libri illi ſub finem Pontificatus S. Leonis exarati.*

Tempus conſcriptorum de *Vocatione omnium Gentium* librorum ex citatis Photii verbis eruitur. Cum enim vulgati fuerint poſt molitiones Pelagianorum in Aquilejenſi Provincia motas, & *Septimii* Epiſcopi Altini vigilantia, a Sancti Leonis ferventi zelo compreſſas, ac literæ Leonis ad Septimium datæ ſint anno CDXLVII. ut infra videbimus, apparet, facinus a Photio relatum, aliquot poſt annos perpetratum eſſe; cum poſtquam *Photius* narravit quæ a Septimio & Leone ad frangendam eorumdem hæreticorum audaciam geſta ſunt, ſubjungat: *Poſt non diu rurſum veluti exiſtere atque enaſci e malæ radice impudenter cum cœpiſſet, Roma etiam quidam libere pro hæreſi locuti ſunt, quos Vir ſane divinus Proſper libellis adverſus eos in vulgus editis facile diſſipavit, extinxitque: Leone etiamnum, quem diximus Romanam Sedem gubernante.* Quare ejus Pontificatu in finem vergente Proſper libellos ſuos, ſeu duos *de Vocatione Gentium* libros, exquiſita arte methodoque digeſtos publici juris fecit, quibus tenebricoſi homines omnino diſſipati ſunt. Antelmius citatus eoſdem intra annum circiter CDLVII. & CDLX. exaratos exiſtimat. Cæterum quod ait Baronius, Scripta Leonis adverſus Pelagianos a Photio memorata deſiderari, ea nihil aliud ſunt quam Leonis Epiſtolæ ad Epiſcopos Aquileiæ & Altini, ut anno CDXLVII. videbimus.

VI.

A num. IX. ad XVIII. In Chronico Orientali refertur Catalogus Epiſcoporum Coptitarum, in quo dicitur Sanctus *Cyrillus* demortuus ter-

PAGIUS & Epiſtola Sancti Leonis ad Epiſcopos Italiæ data ſit menſe Januario hujus anni, recte inde colligit Queſnellus, anno ſuperiori *Manichæorum* perfidiam non ſolum Romæ detectam, ſed etiam damnatam: nam inquirere de eis, conventicula eorum & cœtus detegere, extorquere ab eis confeſſionem, conſeſſum hac de re habere, hortari ad pœnitentiam, reluctantes plectere exilio, non eſt negotium aliquot dierum; nec Epiſt. ad Epiſcopos ſcripta eſt, niſi re geſta, ut ipſe Leo profitetur.

III. Ad num. VIII. Exiſtimat Baronius S. Leonem in Campaniam, *Proſperum* adverſus Julianum Ex-epiſcopi (non Capuani, ut ipſe credidit, ſed Eclanenſis, ut ſuo loco oſtenſum,) inſidias deſtinaſſe, quod ſe colligere dicit ex his verbis Proſperi lib. de Promiſſionibus Divinis cap. ult. *In Italia nobis apud Campaniam conſtitutis, cum venerabili & Apoſtolico honore nominandus Leo Manichæos ſubverteret, & contereret Pelagianos, & maxime Julianum.* Verum præterquamquod liber ille de Promiſſionibus Dei, Proſperi non eſt, ejus Auctor, non a ſe, ſed a Leone Manichæos, ac Pelagianos contritos ſcribit. Photius in Biblioth. Cod. LIV. aſſerit, Proſperum poſt repreſſos a Septimio Epi-

*S. Proſper Manichæos confutat.*

pum anno Christi quadringentesimo duodecimo, undecimo Kalend. Novembris; affirmare opus est trigesimumsecundum annum attigisse. Quod autem ad ejus scripta pertinet, ex innumeris ferme ejus lucubrationibus Gennadius hæc tantum adnumerat, dicens (*a*): *Variarum hypotheseon tractatus, homilias etiam composuit plurimas, quæ ad declamandum a Græciæ Episcopis memoriæ commendantur; præterea ejus libri sunt de Synagogæ defectu, de Fide adversus hæreticos: & peculiari intentione adversus Nestorium librum composuit, qui attitulatur ἔλεγχος, in quo omnia occulta Nestorii panduntur.* Hæc Gennadius. Porro juxta numerum annorum ejus totidem Paschales epistolas Græce scriptas nondum editas bibliotheca Vaticana custodit, quas Latinitate donare aggressus est Metius noster, nos vero ex Græco textu fideliter exscribendas curavimus.

(*a*) *Genn. de Vir. illustr. c.* 57.

X. De scriptis Cyrilli Episcopi Alexandr.

Quod rursus ad Cyrilli scripta pertinet, Cassiodorus (*b*) adnumerat eumdem sanctum Cyrillum inter eos, qui divinam Scripturam a principio usque ad finem Græco sermone explicarunt: qua ratione dicendum esset, plurima Cyrilli periisse volumina, desiderarique alios in epistolarem formam tractatus ab eo editos: hinc est, ut sæpe contingat aliquid Cyrilli e bibliothecarum penetralibus in lucem dari, ut haud pridem epistolam ad Calosyrium Episcopum Arseniotem adversus Anthropomorphitas, & Massalianos, qui nequaquam manibus laborandum esse dicebant, sed semper orandum: ea etiam recens emergentem hæresim statim extinxit, qua quidam asseverabant Christi carnem, & sanguinem in Eucharistia tunc temporis tantum esse, cum a Fidelibus sumeretur: quod ille monstrum una hac penitus voluit jugulasse sententia: *Alios* (inquit) *esse audio, qui mysticam benedictionem nihil ad sanctificationem proficere dicant, si ex ea aliquid reliquum fiat in sequentem diem. Insaniunt vero qui hæc asserunt. Neque enim alteratur Christus, neque sanctum ejus corpus immutatur, sed benedictionis vis, & facultas & vivificans gratia perpetuo in ipso existit.* Hæc ibi. Habes ejusdem auctoris commentarios egregios de Adoratione, & cultu in spiritu, & veritate, Latinitate redditos luculenta, & elaborata, omnique fide digna translatione Antonii Agellii clerici regularis insignis doctrinæ viri, nunc Episcopi Acernensis.

(*b*) *Cassiodor. Instit. divin. lect. præf.*

XI. Cyrillus quomodo curavit deceptum Anachoretam.

Quod vero ad res ab eo gestas pertinet, his addidimus de Cyrillo, quod nullo certo consignatum invenimus anno (ne excidat) editum ab eo summæ prudentiæ specimen in revocando prolabente ad hæresim magno anachoreta: qui quidem quod audisset de Melchisedech Dei sacerdote, fuisse eum sine patre, sine matre, & sine genealogia, secundum hæresim Melchisedechianorum dictam, ipsum esse Christum, vel Spiritum sanctum asserentium, crederet pariter ipsum esse Filium Dei. Sed quomodo Cyrillus ipsum curarit, ex Vitis Patrum hæc accipe (*c*): *Daniel narravit de magno sene, qui habitavit in inferioribus partibus Ægypti quia diceret per simplicitatem, quod Melchisedech ipse esset Filius Dei. Hoc autem indicatum est sanctæ memoriæ Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino de eo; & misit ad eum. Sciens autem quia signifer esset ipse senex, & quicquid peteret a Deo revelaretur ei, & quia simpliciter diceret hoc verbum: usus est hujusmodi ratione, dicens: Abba, rogo te, quia in cogitatione mea est, quod Melchisedech ipse sit Filius Dei; & rursus alia cogitatio mea dicit, quod non sit Deus, sed homo sit, & summus sacerdos fuerit Dei. Quoniam ergo hæsito de hoc, idcirco misi ad te, ut depreceris Deum, quatenus tibi relevare dignetur, de hoc quid veritas habeat. Senex autem de conversione sua præsumens, cum fiducia dixit: Da mihi tres*

(*c*) *Vit. SS. Patr. de pruden. & contem.*



*Moritur S. Cyrillus Episc. Alexandriæ.*

*tertia Abibi die Martis*, ideoque hoc anno, quo dies vicesimus septimus mensis Martii in feriam tertiam incidit. Græci quidem ejus festivitatem ad diem IX. Junii in Menologio memorant, & variis ejus virtutes Hymnis in Melnæis tam die XVIII. Januarii, quam die XXVIII. ejusdem mensis celebrant, sed inde non sequitur, *Cyrillum* aliquo ex diebus illis ad Cœlum migrasse, ut jam sæpius monuimus. Successerat *Cyrillus* Theophilo anno CDXII. die XVIII. Octob. seditque annos triginta duos, ut testatur Athanasius ejus nepos ex sorore Isidora. Quare mors ejus recte hoc anno a Baronio recitata, & Bollandus ad diem XXVIII. Januarii, quo a Latinis colitur Cyrillus, perperam dubitat, an hoc vel sequenti anno e vivis excesserit, ac Quesnellus citatus mortem ejus in annum sequentem male differt. Cardinalis enim Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 12. refert verba Athanasii citati in libello supplici, Actione III. Concilii Chalcedonensis recitato, ubi postquam conquestus est de injuriis sibi a Dioscoro successore irrogatis, ait: *Omnia hæc adversum me a Reverendissimo & Dei amantissimo Dioscoro perpetrata, in totis Octo hodie annis eo circumveniente me.* Recitatus est hic libellus anno CDLI. die *III. Idus Octob.* quo habita est Actio III. Concilii Chalcedonensis. Quare *Cyrillus* ad annum sequentem pervenire non potuit; alioquin, ut inquit Card. Norisius, Athanasius annum tantum septimum numerasset. Sancti *Cyrilli* Opera, quæ reperiri tunc potuere omnia, Ioannes Aubertus Laudunensis Canonicus anno 1638. publicavit, quæ augenda erunt in altera editione, quibusdam Epistolis in libello Synodico adversus Tragœdiam Irenæi descriptis.

Ubi



*tres dies inducias, ut ego deprecer Deum de hac re: & renunciabo tibi quid mihi fuerit revelatum de hoc. Intrans ergo in cellam suam deprecabatur Deum de verbo hoc. Et veniens post tres dies, dixit sanctæ memoriæ Cyrillo Episcopo: Certo scito, Melchisedech non esse Deum. Archiepiscopus respondit: Quomodo constat apud te, Abba? Et ille dixit ei: Deus ostendit mihi omnes Patriarchas, ita ut singuli eorum coram me transirent, ab Adam usque ad Melchisedech. Et Angelus mihi assistens dixit: Ecce iste est Melchisedech. Et ideo Archiepiscope certus esto, quod sic est. Abiens autem senex, per semetipsum prædicabat, quia homo est Melchisedech: & gavisus est magnifice sanctæ memoriæ Cyrillus Episcopus.* Hæc ibi ad insinuandam miram Cyrilli sapientiam, atque cum prudentia dexteritatem. Porro Cyrilli memoria remansit post ejus obitum in Ecclesia vigens jugiter, & florentissima, ore omnium Orthodoxorum præconiis frequentata.

XII. (*a*) *Quint. Synod. Act. 5. tom. 2. Conc.*

Ad postremum autem hic monendum putamus esse lectorem, legi in Quinta Synodo (*a*) Theodoreti nomine epistolam hoc tempore Cyrilli obitus ad Joannem Antiochenum conscriptam, de ejus morte gaudentis, & in eumdem Cyrillum plurima garrientis; quam quis æquius satyram dixerit, famosumque libellum, quam epistolam. Nos vero ægre ferentes Theodoreti nomine ferri, quod alicujus potius fuit Nestoriani figmentum, hic tibi primum ipsam reddemus epistolam, ac subinde de ejus fide, qualis sit disseremus. Inscriptio autem sic se habet:

XIII. Epistola Nestoriani de obitu S. Cyrilli.

*Theodoreti ad Joannem Archiepiscopum Antiochiæ epistola scripta, cum mortuus esset Cyrillus Archiepiscopus Alexandriæ.*

*Sero tandem, & vix malus homo defunctus est: boni enim & benigni ante tempus inde demigrant, mali autem in multo tempore vitam producunt. Et arbitror bonorum omnium dispensatorem providentem, celerius quam tempus est, ex humanis tribulationibus eos abducere, & tamquam victores liberare luctaminibus, & in meliorem transferre vitam, quæ præmium proposita est iis qui pro virtute luctantur, sine tristitia, & sollicitudine libera: Malitiæ vero amatores, & operatores diutius concedit præsenti vita frui, ut aut satietatem caperent malignitatis, & virtutem postea discerent, aut pœnas darent, & in hoc sæculo pro molestia suorum morum longo tempore amaris, & malis vitæ præsentis fluctibus æstuantes. Ipsum vere miserum nec ad exemplum aliorum dimisit nostrarum animarum gubernator diutius eorum potiri quæ videntur esse delectabilia; sed crescentem quotidie viri malignitatem, sciens & corpori Ecclesiæ nocentem, quasi quamdam pestem amputavit, & abstulit opprobrium a filiis Israel.*

XIV. Falsi joci Nestoriani de Cyrillo defuncto.

*Lætificavit quidem superstites illius discessio: Contristavit forsitan mortuos: & timor est, ne prægravati ejus conversatione, iterum ad nos remittant; vel illos diffugiat qui eum adducunt, sicut ille tyrannus Cynni Ciliciam. Procurandum igitur est, & oportet tuam sanctitatem maxime hanc susципere festinationem, & jubere collegio mortuos asportantium, lapidem aliquem maximum, & gravissimum sepulcro imponere, ne iterum huc pervenat, instabilem voluntatem iterum demonstret. Infernis nova dogmata asserat: ibi diu noctuque, sicut vult, sermocinetur. Non enim timemus ne & illos dividat adversus pietatem publice alloquens, & morte circumdans naturam immortalem: lapidabunt enim eum non solum qui divina eruditi sunt, sed etiam & Nembroth, & Pharo, & Sennacherib, & si quis eorum similis est Dei impugnator.*

XV. (*b*) *Psal.* 145.

*Sed enim sine causa multa loquor: silet enim miser invitus: Egredietur enim (dicit Propheta b) spiritus ejus, & revertetur*



VII. *Theodoretus ad Dominum scribit adversus S. Cyrillum.*

Ubi primum mortis Sancti *Cyrilli* nuntius in Orientem venit, continere se non potuit *Theodoretus*, quin scripto animi sui sensum statim testaretur. Quare dedit *Domno* Antiochiæ Episcopo Epistolam, quæ inserta est Actis Quintæ Synodi Actione V. Neque scripsisse contentus advolavit continuo Antiochiam, & præsidente Domno concionem habuit in Ecclesia Epistolæ parem, cujus concionis fragmentum habetur etiam in Quinta Synodo Tomo V. Conciliorum pag. 508. & refertur a Mario Mercatore pag. 339. editionis Baluzianæ. Epistolæ hunc titulum Mercator appositit: *Item ex gestis quæ contra Dominum Episcopum Antiochenum conscripta sunt, in quibus accusatur idem Dominus, quod eo præsente palam in Ecclesia ausus sit idem nefandissimus Theodoretus, post obitum sanctæ recordationis Cyrilli Alexandrini Pontificis, insultans, beata dormitioni ejus, ita proferre;* & postea Mercator fragmentum illud recitat. Epistolam illam Theodoreti Baronius refert, & tribus de causis suppositiam opinatur. Primo quod *Joanni* inscripta sit, qui tamen ante Cyrillum obierat. Deinde quod sit Nestoriani hominis, ut qui eos arguat, qui Deum esse passum asserunt. Denique quod *Cyrillum* tantis tamque atrocibus atque etiam abjectis contumeliis afficiat, ut in Episcopum Theodoreto simillem cadere vix posse videatur. Ante Baronium nemini venerat in mentem hæc suppositionis opinio. Verum postquam in Annalibus sententiam dixit, placuit pluribus tantum Ducem sine ulla fere inquisitione sequi, nec placuit tantum, sed addidere voces indignationis iracundæ plenas, ut Lupus Tom. I. Scholiorum ad Quintam Synodum pag. 720. At Garnerius in Auctario ad librum Epistolarum Theodoreti pag. 99. ostendit, hanc opinionem levibus conjecturis fulciri.

VIII.

Et primo verum est, in vulgatis codicibus Epistolam *Joannis* inscribi, sed Docti fere omnes consentiunt in id quod apertum est, nempe

Nestorianus quid de anima Cyrilli.

*tur in pulverem suum, & in illo die peribunt omnes cogitationes. Iste vero & aliud habet silentium: nudata enim illius facta alligant linguam, obstruunt os, frænant sensum, silere faciunt, in terram inclinare cogunt. Ideo plango miserum, & ploro: nec enim puram mihi delectationem fecit mortis ejus nunciatio, sed dolore permixtam. Lætor enim & jucundor, ejusmodi pestilentia communem Ecclesiam videns liberatam. Contristor vero & ploro, cogitans, quod nec requiem malorum miserabilis susceperit, sed majora, & pejora pertentans defunctus est. Somniavit enim (sicut dicunt) & regiam urbem perturbare, & piis iterum dogmatibus repugnare, & tuam sanctitatem accusare, utpote ea colentem. Sed vidit Deus, & non despexit: immisit vero simum in os ejus, & frænum in labiis ejus, & convertit eum in terram, de qua sumptus est. Fiat vero orationibus tuæ sanctitatis, ut misericordiam & veniam consequatur, & vincat immensa Dei clementia illius malignitatem. Rogo vero tuam sanctitatem solvere nobis animæ tumultus: plurimæ & diversæ famæ circumsonant, & nos perturbant, communes calamitates annunciantes. Quidam vero & tuam reverentiam proficisci dicunt ad Comitatum sine voluntate. Et usque nunc despiciebam, utpote falsa ista, quæ divulgantur. Quoniam vero vidi ipsa eadem omnes dicentes, necessarium existimavi veritatem a tuæ discere sanctitate, vel ut rideamus utpote falsa, aut ut vera merito lugeamus.* Hactenus epistola: quam quidem sicut hominis Nestoriani esse non dubitamus, ita eam adscribi Theodoreto ad Joannem Antiochenum, patens esse mendacium apparebit.

XVI. Defenditur ab impostura Theodoretus.

Nullum quidem verius, certiusque, dicam & fortius argumentum ad hæc refellenda putamus esse, quam ad lapidem Lydium, ipsam exactam temporis rationem, omnia ista, ut qualia sint agnoscantur, afferre. Quomodo, quæso, potuit ista ad Joannem Episcopum Antiochenum Theodoretus scripsisse post Cyrilli obitum cum (ut superius apertissime ex ejusdem Theodoreti datis litteris ad ejus successorem ante annos quatuor ostendimus) ipse Joannes ex hac vita jam decessisset ante annos quatuor; ad cujus successorem Domnum, commendans Felicianum Carthagine tunc profugum, litteras commendatitias dederat? Ante quatuor quidem annos Joannem defunctum esse, ipsiusmet Theodoreti auctoritate ex litteris ad Dioscorum proxime recitandis luce clarius apparebit: extat enim ipsius Theodoreti epistola (*a*) ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum data, ubi pluribus agit de reconciliatione amicitiæ a se inita cum Cyrillo, usque litterarum familiarium, quæ magna confidentia mutuo inter se invicem datæ fuerunt; quarum exemplaria servasse integra, ipsumque Dioscorum earumdem conscium fuisse, testatur. Ex dictis sane litteris perspicuum fiet, quot annis Theodotus Joannis prædecessor sederit, quotve Joannes ipsius successor, necnon Domnus subrogatus in locum Joannis, quem hoc anno jam quartum annum egisse in Episcopatu demonstrat. Sed ad eluendam illatam Theodoreto calumniam ista satis cum sint, certiora reddentur ex iis, quæ paulo post ex ejus litteris sumus dicturi. Porro non hanc dumtaxat epistolam Theodoreti nomine confinxere Nestoriani, sed & alias plures ad ipsum Nestorium datas, ut Leontius Scholasticus tradit, qui Nestorianorum Theodoretum calumniantium detegit impostura, atque ait (*b*): *Sciendum est & illud, circumferri quasdam Theodoreti ac Nestorii epistolas, in quibus sese mutuo recipiunt. Sed fictitiæ; nam fingunt eas hæretici. Si cui vero cognoscere libet, quam gravi Nestorium Theodoretus odio prosecutus sit: is librum ipsius Theodoreti de sectis scriptum legat.* Hæc Leontius. Sed quæ de Cyrillo sunt reliqua, his addamus.

(*a*) *Theod. epist.* 53.

(*b*) *Leon. de Sect. sect.* 5.

XVII.

Sane quidem respuimus atque exsufflamus figmentum illud, incerto auctore prodi-

PAGIUS *Ea Epistola perperam supposititia creditur.*

pe irrepsisse mendum in inscriptionem, Joannisque nomen pro *Domno* esse positum ab imperito Librario, quod certum est, non raro contigisse. Verum quoque Epistolam hanc Nestoriani hominis opus esse. At, inquit Garnerius, inde Baronii ratio infringitur. Nam idcirco inserta est Actis Quintæ Synodi; ut inde *Theodoretus* consensionis cum Nestorio convinceretur. Et vero quod illius Epistolæ Scriptor eos arguat, qui Deum passum esse affirmant, contra Baronium facit; si quidem tantum abest, ut hoc aborreat a *Theodoreti* sententia, ut ubique passim in ipsius scriptis hæc eadem reprehensio occurrat. Verum denique est, *Cyrillum* illudi contumeliis atrocibus & abjectis; sed nec istud facit pro Baronio. *Theodoretus* enim collectam ex longo bilem compressamque metu exundare tandem, cum libere primum licet, impotenter permittit: familiaribus, ut fit, literis, apud singularem amicum, de infenso, communique, ut quidem putabat, inimico, de homine, qui novam pejoremque primam moliebatur Constantinopoli accusationem, sensum animi deponens exultat, gratulaturque datam, hoste prostrato, victoriam. Sed quæ convicia *Theodoretus* Cyrillo hic facit, quibus atrociora in eumdem, aliosque Sanctissimos viros non effuderit indubitatis in libris? *malum* in ea Epistola *hominem* vocat, *& miserum, cujus malignitas Ecclesiæ velut pestis a Deo imputata sit.* In suis vero libris dicteriis insequitur Ephesinos Patres, idest, Ecclesiæ Doctores & sanctitatis Magistros; *mente captos* nominat, *spontaneos cæcos, & invidiæ mancipia, Theomachos*



ditum, Chronico nimirum, quod exstasse fingunt apud quemdam Franciæ Regem, quo tradunt, eumdem S. Cyrillum Alexandrinum Episcopum monachum fuisse montis Carmeli; cui quidem assertioni Trithemius leviter nimis fidem præstitit. Unde hæc, quæso, incerto auctori, si, qui certi atque probati sunt auctores ejusdem Cyrilli æquales, ejusdemque res gestas quam diligenter prosecuti, hæc nescientes, obruta silentio reliquerunt? Vel quæ apud hujus temporis scriptores mentio de culto Carmelo a vitæ monasticæ professoribus? Etenim cum apud S. Hieronymum, Palladium, Evagrium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum monachum, & alios sæculi hujus scriptores frequens mentio sit de monachis in Palæstina degentibus, nusquam penitus apud eos de monachis Carmelitis. Facessat igitur ejusmodi de monachismo Cyrilli in Carmelo fabella, sicut illa huic haud impar, qua traditur, & Joannes Hierosolymorum Episcopus Origenista fuisse etiam monachus Carmelita: sicut enim hæc leviter effinguntur, ita & facile refelluntur. Flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare. Atque de Cyrillo jam satis, quem sanctissimis viris impertiri solito honoris cultu coluit semper tum Orientalis, tum etiam Occidentalis Ecclesia, ejusque scripta Catholici semper venerati sunt, ipsorumque auctorem, ut virum maxime pium assiduis benedictionibus sunt prosecuti.

XVIII. Dioscorus creatur Episc. Alexandr.

Defuncto Cyrillo, suffectus est hoc anno in locum ipsius Dioscorus: Qui autem ejus creationem ultra biennium differunt, a veritatis tramite declinare, tum quæ dicta sunt, tum etiam quæ inferius dicturi sumus, evidenter manifestabunt. Qualis hic fuerit, & quanta existimatione sanctitudinis hactenus perseverarit, prima Theodoreti ad eum data hoc anno epistola satis docet, quæ sic se habet (*a*):

(*a*) *Theod. epist.* 60.

*Theodoretus Dioscoro Episcopo Alexandriæ.*

XIX. Dioscori prædicantur virtutes.

*Multis quidem, & aliis virtutum generibus tuam sanctitatem exornatam audivimus (velox enim fama undequaque percurrens tuæ gloriæ omnium replevit aures)*



PAGIUS

*chos Pastores, qui gregem lupis tradant, qui ovibus noxias herbas porrigant*, &c. Qua de re plura Garnerius, qui & aliqua in ea epistola emendat, quæ partim interpretis incuria, partim Librariorum vitio leguntur in editione, tum Conciliorum, ubi hæc Epistola a Labbeo reprobatur, tum Baronii. Certe cum *Marius Mercator*, qui eodem, quo Theodoretus tempore vixit, fidem faciat, suo tempore accusatum fuisse *Domnum*, quod passus esset Theodoretum *Cyrilli* memoriæ insultare, & Marius Mercator Opera sua scripserit ante Chalcedonensis Synodi celebrationem, aut saltem non multo post eam, dubitandum non videtur, quin eam etiam Epistolam *Theodoretus* animi impotens scripserit.

A num. XVIII. ad XXX. Epistola LX. Theodoreti ad *Dioscorum* Alexandriæ Episcopum & divi Cyrilli successorem, qua singularem erga subditos & morum modestiam laudat, quia his artibus civium animos homo nequam captabat, data quidem, vel hoc anno, ut putavit Baronius, vel saltem insequenti, cum gratulatoria sit. At Epistola LXXXIII. ejusdem Theodoreti ad eumdem, quæ apologetica est, nihil cum priori commune habet; data

*celebrant autem universi præcipue tuæ humanitatis præstantiam, quam Christus Dominus præcipiens, se ipsum exemplar proposuit: Discite, inquiens, a me, quia mitis sum & humilis corde. Natura enim cum esset sublimis, vel potius excelsus Deus, homo tamen factus humanitatem, & humilitatem in primis est amplexatus. Ad ipsum igitur tu etiam domine respiciens, non intueris subditorum numerum, non throni celsitudinem, sed naturam consideras humanam, & instabiles hujus vitæ mutationes, & divinas sequeris leges, quarum observatio cælorum nobis regnum lucratur. Hanc tuæ beatitudinis humilitatem cum acceperim, audeo litteris tuum sacrum & Deo dilectum caput compellare, & salutare: Et preces porrigo, quarum fructus salus est. Harum vero litterarum auctor fuit pientissimus presbyter Eusebius: Cum enim illum istuc proficisci audiverim, hanc epistolam ex tempore scripsi, tuam sanctitatem in primis orans, ut precibus nos confirmes, & adjuves, & tuis litteris spirituale convivium nobis porrigas, & nobis fame laborantibus admirabile tuarum litterarum convivium largiaris.* Hæc Theodoretus ad Dioscorum: qui quidem, quamdiu Cyrillus vixit, illi obsequentissimus videri voluit, & talis apparuit, quasi jam omnium virtutum verticem attigisset; ita plane comparatus ut simulationis arte summæ suæ dignitatis fuerit architectus: cui nec voluntas divina restitit, quæ (ut sacra habent oracula *b*) regnare facit hypocritam propter peccata populi. (*b*) *Job.* 34.

XX.

His acceptis Dioscorus Theodoreti literis, minime ad eum responsum reddidit, plane ostendens se in eum infesto animo esse: sed scripsit ad Domnum Episcopum Antiochenum, de ipso Theodoreto querens, quod adhuc doctrinam Nestorii propugnaret: quæ cum Theodoretus accepisset, haud leviter commotus est; quippe cum ut Catholicus, & amicus a Cyrillo ejus prædecessore acceptus fuisset, ab ejus successore in crimen adduceretur impietatis: quamobrem apologeticam coactus est ad eum epistolam dare; quam hic integram describendam putavi ad abstergendam suspicionem, quæ ex



IX. *Duæ Theodoreti ad Dioscorum litteræ diversis annis scriptæ.*

commentitiis scriptis in Synodo editis adversus ipsum Theodoretum conflata fuit: est autem hujusmodi (a):

(a) Theod. epist. 83.

*Theodoretus Dioscoro Episcopo Alexandriæ.*

XXI. *Maximum afferunt solatium sacra exempla Scripturæ illis, qui calumniam patiuntur. Quando enim aliquis ab effrenata lingua calumniis impetitur, magna consolationis remedia accipiet, si in memoriam revocet historiam Joseph (b) illius admiratione digni: & intuens castitatis effigiem & omnis virtutis magistrum calumniam passum, & ac si alienas nuptias violare voluisset, in vincula conjectum, & compedibus strictum, & plurimum temporis in carcere detentum; hujus historiæ medicina dolorem lenit. Ita rursum cum mansuetissimum repererit David (c), ut tyrannum a Saul ejectum & fugatum; & semel atque iterum inimicum suum cepisse, & illæsum dimisisse: hinc iterum remedium tranquillitatis suscipiet. Quando vero ipsum Christum Dominum, seculorum creatorem & omnium rerum auctorem atque opificem, Deum verum, Dei veri Filium, seductorem (d) a scelestis viderit appellatum, non solum consolationem inde lucratur, sed hilaritatem maximam quasi Domini factus socius.*

(b) Gen. 39. Calumniæ patienter tolerandæ.

(c) 1. Reg. 19. 20. 21.

(d) Matt. 27.

XXII. Calumniæ in Theodoretum illatæ. *Hæc autem nunc scribere coactus sum, tuas litteras cum viderim, quas tua sanctitas Deo dilectissima Archiepiscopo domino Domno scripsit: illis enim etiam hoc adjectum fuerat, quod nonnulli maximam civitatem, quæ a tua beatitudine regitur ac gubernatur cum occupaverint, dira adversus nos scripserunt, quod in duos dividimus unum Dominum nostrum Jesum Christum: & hæc Antiochiæ dum verba faceremus, ubi multæ myriades auditorum replerent cœtum atque conventum. Et illos quidem talia confingentes deploravi apertam calumniam componere ausos & fingere: dolui etiam (ignosce mihi domine, dum a dolore loqui compellor) quod alteram aurium tua secundum Deum perfectio non reservavit mihi integram, sed illis quæ ab ipsis falsa sunt dicta credidit. Et quamvis illi essent tres, aut quatuor, aut quindecim: ego multas habeo myriadas hominum, qui doctrinæ veritatem & rectitudinem mihi testantur.*

*Sex enim annos ibi ego docens, tempore beatæ memoriæ Theodoti Antiocheni Episcopi, qui tum vitæ splendore polluit & fulsit, tum etiam divinorum dogmatum cognitione. Alios deinde tredecim annos tempore beati Joannis, qui adeo oblectabatur, dum nos conciones haberemus, ut ambas concuteret manus, & sæpius exultaret & prosiliret: quod autem ille a puero rebus sacris enutritus & educatus, exquisitam valde divinorum dogmatum notitiam haberet, litteris tua sanctitas declaravit. Præter hæc, jam septimus agitur annus, quo Deo dilectissimus Archiepiscopus Domnus sedit: & usque hodie, cum tantum præterierit tempus, nullum neque Deo dilectorum Episcoporum, neque pissimorum Clericorum, ea quæ a me dicta sunt, reprehendit aliquando.* Observa hic lector, Theodoretum Episcopum publicum semper egisse Antiochiæ Catechistam temporibus Theodoti, Joannis, & Domni trium Antiochenorum Episcoporum, quorum singulorum tempus in sede insumptum numerat; quibus & discas annos cujusque iporum Episcopatus. Sed subdit:

XXIII.

Theodoretus catechista Antiochenus.

XXIV. *Quanta vero animi hilaritate & alacritate populi Christo dilecti nostras orationes & conciones audiant, facile erit hæc tuæ divinæ perfectioni ab illis qui inde venerunt addiscere, & ab iis qui illuc proficiscuntur. Hæc autem dico, non jactantiæ causa, sed potius me excusare coactus; neque splendorem sed rectitudinem tantum in meis orationibus inesse testificans. Quinimmo magnus ille Orbis magister & doctor divinus Paulus, novissimum (e) & ultimum se ipsum sanctorum, & primum peccatorum semper appellans, coactus tamen fuit, ut accusatorum ora obstrueret, suorum laborum adducere (f) catalogum: & ostendens quod hoc necessitate, non ex animo faceret, ut suas narraret passiones, addit: Insipiens fa-*

(e) 1. Tim. 1.

(f) 2. Cor. 11.



*factus sum, dum glorior: vos vero id facere me coegistis. Ego autem me ipsum miserum, & pauperrimum novi: multis enim obnoxius sum defectibus: propter solam vero fidem in sacræ apparitionis & adventus Domini die aliqua remissione potiri expecto*

XXV. Theodoreti Catholicæ fidei professio. *Sanctorum enim Patrum vestigia secutus, prompto sum animo, & precibus incumbo, & Evangelicam doctrinam, quam summatim nobis tradiderunt qui in Nicæa Bithyniæ convenerunt sanctissimi Patres, tueri & conservare studeo integram: & quemadmodum unum credo Patrem, & unum Spiritum sanctum a Patre procedentem, ita unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum ante omnia sæcula Patre genitum, splendorem gloriæ, & characterem & imaginem paternæ substantiæ propter hominum salutem carnem sumpsisse & hominem factum, & secundum carnem ex Maria Virgine natum esse. Ita enim nos pientissimus edocuit Paulus: Quorum patres, ait, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum amen. Et iterum de Filio sic: Qui factus est ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Hæc enim de causa & Dei genitricem appellamus sanctam Virginem; eosque qui hanc renuunt appellationem, alienos ducimus a pietate.*

XXVI. *Similiter etiam eos, qui in duas personas, vel duos Filios, aut duos Dominos dividunt Dominum nostrum Jesum Christum, nec probos, nec sinceros nuncupamus; & ab eorum qui Christum diligunt, cœtu segregamus. Audivimus* (a) Ephes. 4. *enim divinum Paulum (a) dicentem;* (b) 1. Thim. 2. *Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Et iterum (b): Unus Dominus* (c) Hebr. 13. *Jesus Christus, per quem omnia. Et iterum (c): Jesus Christus heri & hodie* (d) Ephes. 4. *idem & in sæcula. Et alibi (d): Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos. Et sexcentas hujusmodi alias licet invenire apud illum voces, quæ unum Dominum prædicant. Ita & divinus Evangelista clamat (e): Et Verbum caro* (e) Joan. 1. *factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis. Et qui ejusdem est nominis, Baptistam dico, clamat, dicens (f): Post me* (f) Joan. 1. *venit, qui ante me factus est, quia prior me erat. Et cum unam personam ostendisset, utraque posuit, & divina, & humana: humanum enim est illud, Vir, & venit, divinum vero, prior me erat: sed nihilominus non alium vidit post se venientem, alium ante se existentem: sed eumdem vidit ante sæcula existentem, ut Deum, Hominem vero post se factum ex Virgine. Ita & beatissimus Thomas (g) ad Domini carnem manum cum applicuisset, Dominum appellavit & Deum propter eam quæ conspiciebatur naturam, cum agnovisset invisibilem & quæ conspici non poterat: ita & nos carnis quidem ejus & Deitatis differentiam & distinctionem novimus, unum tamen scimus Filium qui homo factus, & Deum Verbum.*

(g) Joan. 20.

XXVII. Doctrinam Patrum secutus Theodoretus. *Hæc enim & a divina Scriptura edocti sumus, & ab iis qui ipsam declararunt & exposuerunt Patribus, Alexandro Sancto, Athanasio, & Achilla, veritatis præconibus, qui Apostolicam vestram exornarunt sedem, & Basilio, & Gregorio, & aliis Orbis luminibus. Quod vero scriptis beati Theophili & Cyrilli nos utimur, & eos qui contradicere audent per hæc confutamus, & illorum ora obstruimus: ipsæ litteræ id declarant. Illos enim qui Dominicæ carnis & divinitatis differentiam inficiantur, & aliquando quidem divinam naturam in carnem conversam dicunt, aliquando vero carnem in divinitatis mutatam esse naturam, istorum admirabilium virorum pharmacis & medicamentis eos curare studemus. Aperte enim nos duarum naturarum differentiam edocent, & immutabilitatem divinæ naturæ prædicant, & Dominicam carnem divinam appellant, ut Dei Verbi carnem factam. Dicere vero quod in Dei naturam ipsa conversa fuerit, ut impium rejecerunt & respuerunt.* Docuit plane hæc Theodoretus quam exactissime in suis Dialogis: eos enim (ut ipse in præfatione testatur) ad hos refellendos conscripsit: quorum primus est dialogus, cujus est titulus, *Immutabilis*, quo ostenditur Deus carnem humanam suscipiens, non esse mutatus: secundus, *Inconfusus*, quo declaratur, sic divinam naturam humanæ esse unitam, ut tamen confusa non fuerit: tertius vero dialogus dictus *Impatibilis*, quo docet, Deum hominem factum, ut tamen divinitas impatibilis, ut erat, permanserit. Sed pergit:

*Quod vero beatæ memoriæ Cyrillus sæpius ad nos litteras dedit, tuam sanctitatem aperte scire arbitror: & quando sua opera, quæ contra Julianum scripserat, Antiochiam misit: similiter cum ea quæ ipse de Emissario ediderat, petisset a beato Joanne Antiochiæ Episcopo, ut illa ostenderet magistris qui in Oriente scientia præstant; beatus ille Joannes Cyrilli litteris obtemperans, libros nobis misit; quos cum legissemus, hominem fumus admirati, & scripsimus ad Cyrillum beatæ memoriæ: qui iterum nobis rescripsit, & nos diligentes ac benevolos suo testimonio declaravit: quæ litteræ apud nos servantur.* Est plane unde ex his coarguas falsitatis litteras Theodoreti nomine vulgatas, Cyrillo post obitum illu-

XXVIII.

PAGIUS ta enim post illius exilium, ideoque anno CCCCXLVIII. quod ex eo certo colligitur, quod Theodoretus dicat: *Septimus hic annus est Deo charissimi Archiepiscopi Domini Domni*. Hic autem anno CDXLI. aut insequenti Episcopus Antiochenus renunciatus. In illis litteris Theodoretus, ut videre est apud Baronium num. XXVII. meminit *Dialogorum*, quos scripsit contra Arianos Eunomianos, Macedonianos, & Apollinaristas, sicuti & in Epistola LXXXII. ad Eusebium Ancyræ Episcopum anno etiam CCCCXLVIII. data, ut supra; probavimus. Quare falluntur, qui eos Dialogos post Concilium Cahlcedonense, annumque CDLI. elucubratos volunt.

X. In eadem Epistola, num. XXVIII. apud Baronium ostentat Theodoretus suum cum *Cyrillo* literarum commercium, ut tacite dilueret objectam animi in Cyrillum impotentiam. Verum silet conquestum esse Joanni Antiocheno *Cyrillum*, quod suis literis abuteretur. Quare non erat quod inde deduceret Baronius *Theodoretum* non scripsisse ad Joannem Antiochenum contra Cyrillum jam defunctum. Anathematis no fidem suam concludit Theodoretus: *Si quis Sanctam Virginem Deiparam non dicit, aut purum hominem vocat Dominum nostrum Jesum Christum, vel in duos filios dividit unicum Unigenitum, ac Primogenitum omnis creaturæ, a spe in Christum excidat, & dicet omnis populus: fiat, fiat.* At eadem verba Nestorius sine erroris sui præjudicio protulit, simulque se calumniam pati questus est, quasi contrarium sentiret.

*Theodoretus in Cyrillum parum æquus.*

dentes: nam quo ipse esset erga Cyrillum animo, & quam mirifice coleret sancti viri memoriam, litteræ istæ declarant, quibus & subdit:

XXIX. Theodoreti admonitio ad Dioscorum.

*Aversetur itaque beatitudo tua eos qui loquuntur mendacium; & Ecclesiæ quietem procuret; & eos qui veritatis dogmata corrumpere audent, vel pharmacis & medicamentis salutaribus curet; vel eos qui curari nolunt, ut incurabiles & insanabiles arceat e gregibus, ne ejus pestis contagium ovibus communicetur: nos vero consueta salutatione dignos efficiat. Quod enim quæ scripsimus sentimus, testimonium perhibent quæ a nobis scripta sunt in Divinam Scripturam, & adversus eos qui cum Ario & Eunomio sentiunt. Præter hæc, & hoc breve & extremum adhibeo carmen: Si quis non dicit, beatam, Virginem Dei genitricem, vel nudum hominem appellat Dominum nostrum Jesum Christum; vel in duos Filios eum, qui unus est, dividit unigenitum & primogenitum omnis creaturæ: cadat ab ea, quam in Christum habemus spe. Et dicat universus populus, Fiat Fiat.* Hactenus Theodoreti ad Dioscorum epistola scripta ab eo ad refellendas calumnias in ipsum oblatrantium, a nobis vero hic opportune relata ad redarguendam etiam (ut dictum est) erroris illam epistolam, quæ Theodoreti nomine recitata fuit in Quinta Synodo, quasi in mortuum insultasset. Scriptam vero fuisse hanc Theodoreti epistolam ad Dioscorum hoc anno, cum Domnus Antiochenus Episcopus septennium ageret in sede Episcopali ipsius Theodoreti verba nuper recitata declarant, & ad hoc scriptam, ut se plene Orthodoxum esse, perspicua luce monstraret.

XXX. Legatio Dioscori ad S. Leonem Rom. Pont.

Ordinatus igitur hoc anno Dioscorus Alexandrinus Episcopus legationem ex more misit ad Romanum Pontificem: qui autem hoc functus est munere, Possidonius presbyter nominatur; eumdemque esse facile existimo Possidonium, qui aliquot ante annos, ipso exordio nascentis Nestorii hæresis, a Cyrillo Alexandrino missus fuit ad Cælestinum. Retinuit secum aliquot diebus S. Leo Papa eumdem legatum, quem & Ecclesiasticis functionibus voluit semper esse præsentem, ut ex institutis Romanæ Ecclesiæ disceret, quid emendandum esset in Ecclesia Alexandrina. Sed & cum ab ipso idem Pontifex quædam haud recte in illa administrari intellexisset, redditis ad Dioscorum litteris, quæ ea essent admonuit, & corrigenda præcepit, ista præfatus (*a*): (*a*) Leo ep. 81.

XXXI.

*Quantum dilectioni tuæ Dominicæ charitatis impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, quod tua firmius desideramus fundare initia, ne quid charitati tuæ ad perfectionem deesse videatur, cum tibi specialis gratiæ merita (ut probavimus) suffragentur. Paterna igitur & fraterna collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, nec a te aliter suscipi, quemadmodum a nobis intelligis proficisci. Unum enim nos sentire oportet & agere, ut (sicut legimus b) in nobis quoque unum esse cor & anima comprobetur. Cum enim beatissimus Petrus Apostolicum a Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in ejus permaneat institutis: nefas est credere, quod sanctus discipulus ejus Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formaverit: cum sine dubio de eodem fonte gratiæ unus spiritus fuerit & discipuli & magistri; nec aliud ordinatus tradere potuerit, quam quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, ut cum unius nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus; & alia doctoris, alia discipuli instituta videantur.* At quinam iste parvus usus qui in Alexandrinam Ecclesiam irrepserat, ipse declarat, nempe die quolibet fieri solitas sacrorum ministrorum ordinationes, nullo præcedente jejunio, cum Romæ res tanta aliter ageretur; sed quonam modo, ut antiquiores ritus referemus, hic describamus: subdit enim: (*b*) Act. 4.

*Quod*

PAGIUS XI. *Primis Ecclesiæ sæculis Sacræ ordinationes, nocte Sabbati aut die Dominica fieri solitæ.*

A num. XXX. ad XXXIV. Epistola Divi Leonis ad *Dioscorum* Episcopum Alexandrinum, quæ alias erat ordine I. nunc est XI. ex eaque discimus, Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum ordinationes his temporibus fieri solitas fuisse nocte Sabbati aut mane Dominicæ: *Quod ergo*, inquit, *a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis hoc volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus Sacerdotalis, vel Levitica ordinatio celebretur, sed post diem Sabbati ejus noctis, quæ in prima Sabbati lucescit, exordia deligantur, in quibus his qui consecrandi sunt jejuniis, & a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiæ erit, si mane ipso Dominico die, continuato Sabbati jejunio, celebretur: a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem Resurrectionis, sicut etiam in Paschæ Domini declaratur, pertinere non dubium est:* tandem concludit: *Ordinandorum Sacerdotum formam servari* debere, *ut his qui consecrandi sunt, numquam benedictio, nisi in die Resurrectionis Dominicæ tribuatur, cui a vesperæ Sabbati initium constat adscribi:* Nomine autem Resurrectionis Dominicæ non diem Paschatis, sed quamlibet diem Dominicam Leonem intelligere, ipsemet ostendit verbis immediate sequentibus, *nisi in die Resurrectionis Dominicæ tribuatur, cui a vesperæ Sabbati initium constat adscribi, & quæ tantis divinarum dispositionum mysteriis est consecrata, ut quidquid est a Domino insignius constitutum, in hujus diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumsit exordium. In hac per Resurrectionem Christi, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apostoli a Domino prædicandi omnibus gentibus Evangelii tu-*



XXXII. De tempore celebrandæ ordinationis.

*Quod ergo a parentibus nostris propensiori cura novimus esse servatum, a vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur: sed post diem sabbati ejus noctis, quæ in prima sabbati lucescit, exordia deligantur, hoc est, sub lege divini officii substituantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, jejuniis & a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiæ erit, si mane, ipso Dominico die, continuato sabbati jejunio celebretur, a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis) sicut etiam in Pascha Domini declaratur (pertinere non dubium est.* Idque ex perscripto (ut docet) Apostolicæ institutionis: ac plura subiicit in commendatione diei Dominicæ. Atque ad postremum id admonet, ut in Ecclesia diebus solemnioribus sacrificium iteretur, si contingat non omnem populum capere simul unam basilicam. Demum vero hæc subdit de Possidonio; *Remeanti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus: qui nostris processionibus atque ordinationibus frequenter interfuit, & toties admissus, quid in omnibus Apostolicæ auctoritatis teneremus agnovit. Data Kalend. Junii.* Hæc ad Dioscorum S. Leo, quibus, & intelligis Romanum Pontificem omnibus Ecclesiis præfuisse magistrum, cum ita doceat Alexandrinum Episcopum, qui post Romanam primam cathedram obtineret.

XXXIII. Dioscori Hypocrisis diu latens.

Porro quod ad Dioscorum pertinet, ipse æque ac Nestorius, superinducta admirandæ sanctitudinis larva, adeptus est tantæ Ecclesiæ sedem: cum speciem præseferens humilitatis atque modestiæ, intus tamen superbiam cum summa arrogantia occultaret. Nihil enim magis Dei Ecclesiæ obfuisse reperitur, quam cum sub involucro sanctitatis iniquitas tegitur, & impietas horrenda visu fuco religionis picta progreditur fallens oculos intuentium. Facile namque est cavere, quos manifestos intelligas hostes: occultos autem quis effugiet (hinc in Job *a*): (*a*) Job. 41. *Quis revelabit faciem indumenti ejus? Portas vultus ejus quis aperiet?* Ita plane Dioscorus cum esset facinorosissimus, sanctissimus tamen videri voluit: etenim in libellis adversus eum datis (*b*) in Concilio Chalcedonensi fuisse quidem ipse Origenista, insuper & Arianus, perfidus, homicida, & incendiarius, vitaque turpissimus, detectus est: Qui etiam ad conciliandum sibi universum populum, *simulac in thronum evectus est* (inquit Liberatus diaconus) *opprimens Cyrilli hæredes, & per calumnias multas ab eis auferens pecunias, pistoribus & cauponibus Civitatis dedit, ut mundissimum panem, & pretiosissimum vinum viliori pretio populis exhiberent.* Adjecit insuper, ut ordinatos a Cyrillo clericos, quos ille cariores habuisset, absque aliqua occasione e gradu depositos in ordinem redigeret. At de his pluribus suo loco inferius. (*b*) Conc. Chalc. Act. 3.

XXXIV. (*c*) Prosp. in Chronicis Consulib. * Blebam Bellam Budam. Hunnorum irruptiones in Romanum Imperium

*Hoc item anno Attila Rex Hunnorum* (inquit Prosper *c*) *Bledam* * *fratrem, & consortem regni perimit, ejusque populos sibi parere compellit.* In damnum quidem Orientalis Imperii anno superiori iidem e suis progressi sunt finibus una cum aliis barbaris: nam de his hæc sub ejus anni Consulibus Eudoxio atque Dioscoro Marcellinus habet in Chronico: *Persæ, Saraceni, Zanni, Isauri, Hunni finibus suis egressi, Romanorum sola vastarunt. Missi sunt autem contra hos Anatolius atque Aspar Magistri militiæ, pacemque cum eis unius anni fecerunt. Joannes natione Uvandalus, Magisterque militiæ, Arvegysti fraude, in Thracia interemptus est. Hunnorum Reges cum numerosis suorum millibus in Illyricum irruerunt: Naissum, Singidonum, aliasque Ci-*

PAGIUS *tubam sumunt*, &c. Porro hoc discrimen Ordo Romanus annotavit, ut Episcoporum ordinationes fiant die Dominica, reliquorum vero Ordinum die Sabbati, a cujus vespera exordium Dominicæ juxta hanc Leonis ad Dioscorum Epistolam, desumi debet.

XII. *Sacræ ordinationes quatuor Temporibus a Gelasio assixæ.*

Quesnellus in Notis ad eam Epistolam ait, tantum abesse, ut Sabbato sancto aut Dominica subsequente ministrorum Ecclesiæ consecratio tunc fieret; ut potius illa die nunquam facta fuisse videatur propter solemnitatem baptismi; cui conferendo hoc tempus consecratum erat. Verum ipsemet Leo plane contrarium testatur his verbis supra laudatis: *a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem Resurrectionis, sicut etiam in Paschæ Domini declaratur, pertinere non dubium est.* Prima quæ quidem nobis relicta est Pontificia constitutio, qua ordinationes ad tempora solemnium jejuniorum revocantur, est Gelasii primi in Epistola ad Episcopos per Lucaniam & Brutios constitutos; *Ordinationes Presbyterorum & Diaconorum nisi certis temporibus & diebus exerceri non debent, idest, quarti mensis jejunio septimi & decimi, sed etiam quadragesimalis initii ac mediana hebdomada, & sabbati jejunio circa vesperam, noverit celebrandos*, ubi de quatuor anni temporibus, ut nunc vocamus, exacte meminit.

XIII. *Attilæ Hunnorum Rex fratrem perimit.*

Ad num. XXXIV. Prosper in Chronico scribit, Attilam Hunnorum Regem Bletam vel Bledlam fratrem & consortem regni peremisse. Jornandes vero lib. de Reb. Get. cap. 35. ait: *Bleta fratre fraudibus perempto, qui magna parti regnabat Hunnorum universum sibi populum subjugavit, aliarumque gentium, quas tunc inditione tenebat, numerositate collecta, primas mundi gentes, Romanas, Vesegothasque, subdere properabat. Cujus exercitus quingentorum millium esse ferebatur.* Marcellinus in Chronico & Beda in Hist. lib. 1. cap. 13. necem Bledæ in annum sequentem reiiciunt; Verum major fides Prosperi hoc tempore viventis, cui favet

Cas-

*Civitates, oppidaque Illyrici plurima exciderunt.* Hæc Marcellinus: additque de comete plurima anni hujus temporis parte ardere visa. At non hæc prima est Hunnorum in Romani Imperii ditionem irruptio. Siquidem sub Consulatu Valentis quinto, & Valentiniani Junioris, anno Domini trecentesimo septuagesimosexto, auctore Ammiano diximus, Hunnos ex regionibus trans Meotides paludes positis progressos Romanum Imperium invasisse: iterum vero ipso exordio Arcadii Imperatoris in Orientales Romani subditas provincias grassatos esse, teste S. Hieronymo, & aliis ejus temporis scriptoribus, suo loco narravimus.

XXXV. Hunni Christiani.

Rursum vero ante annos sexdecim sub Consulatu Honorii decimotertio cum Theodosio undecimo Hunnos itidem vastasse Thracias, auctor est Marcellinus in Chronico dicto anno: consedisse autem eos in Pannonia, imbutasque plures eorum Christiana religione, ejusdem auctoris testificatione meminimus: sed quo prædicante iidem fidem Christianam susceperint, haud licuit invenire: putamus tamen id factum consuetudine magni illius Theotimi Scytharum Episcopi, quem magnopere Hunnos esse reveritos ob ingentem virtutem miraculorum a Deo illi concessam, testatur Sozomenus, (*a*) nosque quinto tomo Annalium superius diximus. Porro ad Hunnos in Pannonia commorantes haud pridem Aetium Ducem Romani exercitus se contulisse, ut per eos Valentiniano Imperatori, cujus iras meruerat, reconciliaretur, suo loco dictum est; eosdemque in Galliis postea Burgundiones contrivisse, Prosper affirmat. At non iidem prorsus, licet ejusdem gentis hi sunt quos ex Oriento migrasse, & palabundos in Illyricum usque pervenisse, tum Marcellinus tum Prosper testantur:

(*a*) *Sozom. l. 7. c. 25.*

novum enim ex alveario, e nativo inquam solo, hujusmodi Hunnorum est progressum examen sub Attila, & Bleda fratribus: quorum altero fraterna cæde sublato, alter nempe Attila, summam administravit Imperii. Ita quidem excrescente nequitia, a Deo flagellum paratur: ut plane secundum illas Domini minas a Hieremia (*b*) populo annunciatas acciderit: *Adducam super vos gentem de longinquo, domus Israel (ait Dominus) gentem robustam, gentem antiquam, gentem cujus ignorabitis linguam, nec intelligetis quid loquatur.*

(*b*) *Hier. 5.*

Quænam ista gens fuerit, qualibusve prædita moribus, Ammianus exacte quidem describit his verbis (*c*): *Hunnorum gens monumentis veteribus leviter nota, ultra paludes Mæoticas glacialem Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit. Ubi quoniam ab ipsis nascendi primitiis infantium ferro sulcantur altius genæ, ut pilorum vigor tempestius emergens, corrugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes, absque ulla venustate spadonibus similes, compactis omnes firmisque membris, & opimis cervicibus, prodigiose deformes & pandi, ut bipedes existimes bestias, vel quales in commarginandis pontibus effigiati stipites dolantur incompte in hominum figura: sic & in sua vita visi sunt asperi, ut neque igne, neque saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & semicruda cujuslibet pecoris carne vescantur, quam inter femora sua, & equorum terga subsertam fotu calefaciunt brevi: ædificiis nullis umquam tecti, sed hæc velut ab usu communi discreta sepulcra declinant; nec enim apud eos vel arundine fastigiatum reperiri tugurium potest: sed vagi, montes peragrantes & silvas, pruinas, famem, sitimque perferre ab incunabulis assuescunt. Per-*

XXXVI.

(*c*) *Ammian. lib. 31. in princ.*

Hunnorum sedes, & mores.

PAGIUS

XIV. *Theodoretus scribit Historiam Religiosam.*

Cassiodorus in Chronico. Ex quo colligere est, Marcellinum sæpe in Chronologiam peccare.

Hoc vel superiori anno *Theodoretus* Historiam *Religiosam*, quæ inscribitur *Philotheus*, continetque elogia Sanctissimorum Ascetarum, qui partim in Oriente partim in locis vicinis admirabilem vitam duxerunt, in lucem emisit; quod Garnerius in Auctario Operum Theodoreti pag. 197. hac ratione ostendit. *Jacobus* ille admirabilis; quem Theodoretus cap. 21. Philothei laudat, exerceri cœpit, quo tempore Isauri vicinas regiones populabantur. Populatos anno CCCCV. tradit Marcellinus in Chronico: Theodoretus autem ait, *Jacobum* octavum & trigesimum exercitationis annum expleviss e, cum Historiam Religiosam scriberet: *Initorum sub dio certaminum ipsius* (sc. Limnæi) *& magni Jacobi idem est temporis spatium: octavum & trigesimum annum jam expleverunt.* Scripsit igitur Theodoretus Historiam illam hoc anno, anno sc. consequente octavum & trigesimum jam expletum. Hinc patet, Valesium, cujus verba anno præcedenti retulimus, valde deceptum esse, quando scribit, *Theodoretum* ab anno CDXXXVI. usque ad suum domesticum exilium nullos libros scripsisse. Sunt autem triginta Ascetæ non viri tantum, sed etiam feminæ, quorum Agones spirituales Theodoretus vel ipse vidit, vel ab iis audivit, *qui viderant, viris virtutis amantibus, dignisque habitis, qui illos viderent, & eorum doctrina fruerentur*, inquit ipsemet Theodoretus. Hæretici hoc opus nugarum plenum effutiunt ac ejus nomine indignum, quia sc. demonstrat illorum temporum sententiam de invocatione Sanctorum, Reliquiarum cultu, erectione Templorum in Memoriam Martyrum, Oratione pro mortuis, Miraculorum patratione, spontaneisque afflictionibus corporis. Legendæ observationes Garnerii ad singula hujus libri capita.

Baronius anno DLXXIX. num. XXX. de *Chilperico* Francorum Rege verba faciens, ejus in Monachos Jurenses beneficentiam laudat, eamque in rem citat Gregorium Turonensem lib. de Vitis Patrum cap. 1. sed, ut Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 3. Cointius anno DXXXIV. num. XXIV. & Henschenius, in

XV.



*Peregre tecta, nisi adigente maxima necessitate, non subeunt: nec enim apud eos securos existimant esse sub tectis.*

XXXVII. Hunnorum vestitus, & victus.

*Indumentis operiuntur linteis, vel ex pellibus silvestrium murium consarcinatis: nec alia illis domestica vestis est, alia forensis; sed semel obsoleti coloris tunica collo inserta non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defrustata. Galeris incurvis capita tegunt hirsuta crura coriis munientes bedinis: eorumque calcei formulis nullis aptati, vetant incedere gressibus liberis, qua de causa ad pedestres parum accomodati sunt pugnas; verum equis prope affixi, duris quidem sed deformibus, & muliebriter iisdem nonnumquam insidentes funguntur muneribus consuetis. In ipsis quivis in hac natione pernox & perdius emit & vendit, cibumque sumit & potum: & inclinatus cervici angustæ jumenti, in altum soporem ad usque varietatem effunditur somniorum. Et deliberatione super rebus propositis seriis, hoc habitu omnes in commune consultant. Aguntur autem nulla severitate Regali, sed tumultuario Primatu ductu contenti, perrumpunt quicquid inciderit.*

XXXVIII. Hunni quales in præliis.

*Et pugnant nonnumquam lacessiti, sed ineuntes prælia cuneatim variis vocibus sonantibus torvum. Utque ad pernicitatem sunt leves & repentini, ita subito de industria dispersi fugescunt, & imposita acie cum cæde vasta discurrunt, nec invadentes vallum, nec castra inimica pi-*

* palantes.

*lantes* præ nimia parte decernuntur: eoque omnium acerrimos facile dixeris bellatores, quod procul missilibus telis, acutis ossibus pro spiculorum acumine arte mira coagmentatis, sed distinctis; cominus ferro sine vi respectu ..... hostesque cum mucronum noxiis observant, contortis laciniis illigant, ut laqueatis resistentium membris equitandi vel gradiendi adimant facultatem. Nemo apud eos arat, nec stivam aliquando contingit.*

*Omnes enim sine sedibus fixis, absque lare, vel lege, aut ritu stabili dispalantur, semper fugientibus similes, cum carpentis in quibus habitant, ubi conjuges ex villis vestimenta contexunt, & coeunt cum maritis, & pariunt, & ad usque pubertatem nutriunt pueros. Nullus apud eos interrogatus, respondere unde oritur, potest, alibi conceptus, natusque procul, & longius educatus. Per inducias infidi & inconstantes, ad omnem auram incedentes, spei novæ perquam mobiles, totum furori incitatissimo tribuentes; inconsultorum animalium ritu, quid honestum, inhonestumve sit, ignorantes; flexiloqui & obscuri, nullius religionis vel superstitionis reverentia alia districti, auri cupidine immensa flagrantes; adeo permutabiles & irasci faciles, ut eodem aliquoties die a sociis, nullo irritante, sæpe desciscant, itidemque propitientur, nemine leniente. Hoc expeditum, indomitumque hominum genus, externa prædandi aviditate flagrans immani, per rapinas finitimorum & cædes usque ad Achajam pervenit.* Hucusque de his Ammianus.

XXXIX. Hunni semper vagi.

XL.

Sed & de Hunnorum moribus non prætereat, quod S. Ambrosius eos ludo addictissimos esse tradit, hæcque habet, dum de fœneratoribus agit (*a*): *Ferunt* (inquit) *Hunnorum populos omnibus bellum inferre nationibus, fœnatoribus tamen esse subjectos, & cum sine legibus vivant, aleæ solius legibus obedire; in procinctu ludere, tesseras simul & arma portare, & plures suis quam hostilibus ictibus interire. In victoria sua captivos fieri, & spolia suorum perpeti, quæ pati ab hoste non noverint. Ideo numquam belli studia deponere, quod victi aleæ ludo, cum totius prædæ munus amiserint, ludendi subsidia requirunt bellandi periculo. Frequenter autem tanto ardore rapi, ut cum ea quæ sola magna æstimant, victus arma tradiderit, ad unum aleæ jactum vitam*

(*a*) *Ambr. de Tobia c. 11.*

Hunni luxores.

PAGIUS

*S. Romanus in Gallia Sequanorum primus Monachorum institutor.*

in Vita Sancti Romani Abbatis Jurensis Monasterii in Burgundia siti, ad diem XXVIII. mensis Februarii observarunt, loquitur ibidem Turonensis, non de *Chilperico* Francorum Rege, sed de *Chilperico* Burgundiæ Rege, qui Genevæ regnabat, ut Turonensis ciratus diserte asserit. Sed quia nimis perturbaretur Historia, si hac in re Baronii ordinem sequeremur, hic de celeberrimo illo Monasterio & duobus prioribus ejus Abbatibus, *Romano*, & *Lupicino* verba faciemus. Utriusque Vitam scripsit Monachus Jurensis Anonymus, & coævus, recitatam apud Bollandum, *Lupicini* ad diem XXVIII. Februarii, *Romani* vero ad diem XXI. Martii. Hæ quidem Vitæ in aliquibus circumstantiis discrepant ab iis, quæ de utroque Sancto Anonymus narrat, sed longe majorem fidem meretur Anonymus, non solum quia Turonensi antiquior, & quia vixit in Monasterio Jurensi; sed etiam quia plura publicavit, quæ sancto Eu-

*gendo* Romani & Lupicini discipulo narrante didicerat. Monasterium illud *Condatescense* seu *Condadiscense* primo appellatum, deinde *Jurense*, & *Sancti Eugendi* Monasterium dictum, tandemque a Sancto Claudio Bisontino Antistite nomen accepit *S. Claudii*, quod in hodiernum usque diem retinet. Primum illud fuit in Sequanorum Gallia Monasterium; ut enim Anonymus in Vita Sancti Romani cap. 1. scribit: *Ante* Romanum *nullus omnino Monachorum intra ipsam provinciam religionis obtentu, aut solitariam aut consortialis observantia sectatus est vitam.*

XVI. *S. Romanus hoc anno Presbyter ordinatur.*

Ante præsentem annum *Romanus* plura Monasteria in vicinis regionibus per discipulos suos construxerat, teste Anonymo laudato: *Cœperunt exinde venerabilia Patrum examina, velut ex referto apum alveario Spiritu Sancto ructante diffundi; ita ut non solum Sequanorum provincia loca secretiora, verum etiam territoria longe*

*tam suam potestati vel victoris, vel fœneratoris addicat. Denique constitit, quod quidam eorum, & Imperatori Romano cognitus in fide, pretium servitutis, quam sibi tali sorte superatus intulerat, suppliciis imperatæ mortis exsolverit.* Hæc S. Ambrosius. Porro Hunnos itidem fuisse impudicos, Salvianus (*a*) affirmat. Hæc autem de Hunnorum moribus, tum a nostris, tum ab externis petita auctoribus a nobis haud sunt otiose relata, sed ut videas, & admireris Crucis potentiam, quæ omne genus perdomuit barbarorum: qui enim adeo feri & indomiti, truculenti, & omnis prorsus humanitatis expertes fuere, sub jugo tandem Christi redacti, pii, mansueti, humani, benigni, modesti, omnique ex parte sanctissimi evasere, enituereque ex eis Reges, qui maximo Christianæ religioni decori fuerunt & ornamento. Porro talia potuisse præstari, nonnisi legis Evangelicæ esse, Theodoretus libro de Legibus pluribus disputat.

(*a*) *Salv. de ver. Judicio, & provid. Dei lib. 4.*

XLI. Quod vero ad Hunnorum præsentis temporis statum pertinet: post eorum egressum, eo formidabiliores sunt redditi, quo docti prudentiam rerum experimento, militarem affecuti sunt disciplinam sub Rege versutissimo militantes. Fuisse vero Attilam superstitione Ethnicum, tradunt; nec recens cum suis prodiisse e Mæoticis regionibus, sed cum fratre in Pannonia suis imperasse, apud Paulum Diaconum & alios eum secutos invenies: cum tamen Marcellinus affirmet, Hunnos hos ante biennium sub Consulatu Eudoxii atque Dioscori e suis ipsorum finibus exiisse. Quod autem ad grassationem Attilæ spectat in Oriente, & quomodo Theodosium sub tributo redegerit, jam diximus, suisque locis inferius dicturi sumus. Qui igitur anno superiori e suis sunt regionibus semel egressi in ruinam Orientalis Imperii, conflat assertione Marcellini, sequenti adhuc anno & amplius Orientales oras vexasse, ut suis locis dicturi sumus. At de Hunnis hactenus.

Plures Hunnorum egressus.

XLII. Sub hoc eodem Consulatu Theodosii, & Albini, idem Imperator Theodosius constitutionem edidit de relevatis ab oneribus tributariis possessionibus eorum, qui gravamen se esse passos a mensoribus, & revisoribus agrorum provincialium questi sunt: est ejus exordium (*b*): *Perfecta est ac plena liberalitas*, &c. Sed fasciendæ legis hujus occasionem attende. Ad hæc plane spectat querela Theodoreti de Cyrensibus suis onere tributorum oppressis, & non sicut alii relevatis; extat de his epistola ipsius ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum, quam nondum cusam ex promptuario bibliothecæ Vaticanæ primum hic tibi describendam curavimus, ut intelligas Episcopos suarum ovium non spiritualia tantum, sed & quæ pertinent ad ipsarum bona curasse: se habet igitur in hunc modum (*c*):

(*b*) *Novel. Theodos. tit. 33. de relevat.*

*Superiore anno sanctitas tua illustrem Philippum nostræ Civitatis præcipuum virum magno liberavit infortunio: & tranquillitatem adeptus propter tuæ beatitudinis protectionem, tuis laudibus nostras replevit aures. Sed omnem illam tuam protectionem pientissimus Episcopus N. inutilem demonstrare nititur: & tam quæ ante duodecim annos sæpe facta est visitatio provinciæ calumniatur, & illam accusare contendit: quæ nec plagiarii quidem homines facere auderent. Tuum igitur sacrum caput oro, ut ejus mendacia sedare facias, Præfectosque illustres etiam persuadeas descriptionem confirmare, quam jure & humane decreverunt. Gravissimam enim re vera descriptionem supra omnes regiones & provincias, & civitates nostra civitas passa est. Et cum omnes civitates sint exoneratæ gravaminibus: hæc una remansit, quæ hucusque supra sex myriadas & duo millia jugerum persolvit: sero*

(*c*) *Theod. epist. 47.*

XLIII. Theodor. curat Cyri Civitatis tributorum remissionem



*sero tamen tandem qui excelsum illum thronum obtinent, adducti, visitatores provinciæ miserunt: & illorum emissam cognitionem & sententiam accepit quidem magnificus bonæ memoriæ Isidorus, confirmavit etiam gloriosissimus & Christo dilectus dominus Florentius; & diligentius totum argumentum cum investigasset qui nunc præest, & justitia thronum illustrat, regio hanc confirmavit decreto. Ille vero veritatis amator, propter eam quam cum illustri Philippo inimicitiam exercet, adversus pauperes bellum suscepit. Qua de causa tuam precor sanctitatem, ut iniquæ linguæ justam linguam suam obiiciat; & veritatem, cui bellum infertur, protegat, & ipsam inexpugnabilem demonstret, & mendacii arguat vanitatem.* Hæc ad Proclum Theodoretus. Verum ad Pulcheriam Augustam eodem argumento scribens epistolam, hæc magis luctuose deplorat, delatoremque pessimum detegit, dum ita scribit (*a*), a dignis laudibus ejusdem Pulcheriæ exordiens:

(*a*) *Theod. epist. 43.*

XLIV. Theodoretus auxilium implorat a Pulcheria Augusta.

*Quoniam Imperium pietate exornatis, & purpuram fide illustratis, hæc scribere audemus, nec nostram humilitatem intuemur: Sacerdotio enim decentem tribuitis honorem. Hæc mecum reputans, tuam potentiam oro, nostram provinciam miseratione dignam ducere, & visitationem sæpius factam confirmari præcipere, nec audire falsas calumnias, quæ a nonnullis fiunt adversus eam; nec fide dignum illum ducere, qui Episcopi quidem nomen se jactat habere, talia vero patrantem, quæ ne plagiarii quidem facere auderent. Hic enim jam accusatus, & excommunicationis vinculis innodatus a Deo dilectissimo & sanctissimo Archiepiscopo Antiocheno domino Domno, dum Concilium congregari deberet, ut ejus accusationes & querelæ examinarentur, cum aufugisset, ad regiam se contulit urbem, & delatoris artem exercens, provinciæ molestias infert, quam matrem quidem appellat, mala vero infert myriadibus pauperum: & pro ea quam adversus unum exercet inimicitiam, linguam suam adversus omnes acuit.*

*Qualis vero is sit, & quibus exercitiis enutritus, ego quidem non dicam, quæ nec licent cogitando. Illud tamen ipsum aperta indicat conjectura, quod nunc facere aggressus est. De provincia autem hoc unum dicam: quod cum tota regio vectigalium diminutionem obtinuerit, hæc tantum hac clementia frui minus potuit, quamvis gravissimo onere opprimeretur. Quapropter multi quidem fundi colonis sunt privati, multi dominis omnino orbati: & pro his miseri cives vectigalia solvere coguntur: ferre autem solutionem non valentes, alii quidem mendicant, alii fugiunt, & in unum tantum civitas ipsa redacta est, qui nec ipse stabit, nisi aliquod remedii vel salutis malis adhibeatur. Spero autem quod vestra serenitas civitatis malis medebitur, & aliis justis & sanctis actionibus suis hanc etiam adiiciet.* Hæc ad S. Pulcheriam Augustam Theodoretus, a nobis relata occasione Imperatorii edicti hoc anno de relevatione tributorum promulgati.

XLV.

XLVI. Theodoretus erga suos studiosus.

Commendatione quidem digna optimi Antistitis solicitudo, non pro animarum salute dumtaxat impensa, sed etiam corporum: adeo ut nihil prætermiserit, quo suis sibi subjectis civibus & comprovincialibus prodesse posset. Audi quid ipse in epistola ad Nomum Consulem habeat (*b*) de beneficiis erga suos Cyrenses collatis: *Publicas Porticus in ingressu ecclesiarum ædificavi: Pontes duos magnos extruxi: Balneorum publicorum gessi curam: cum civitatem reperissem quæ minime a defluente flumine aquabatur, Aquæductus paravi, & civitatem aquis carentem aquis replevi.* Hæc in epistola ad Nomum Consulem, quam alia occasione inferius suo loco integram reddituri sumus. Sed quid præterea? quæsivit eisdem suis Cyrensibus magna industria, qui languoribus ægrotantium mederentur. Accipe de his ipsius ad Apellam perbrevem epistolam his verbis conscriptam:

(*b*) *Theod. epist. 81.*

XLVII. *Cyri gubernacula & administrationem adeptus ego, omnes artes necessarias illi comparavi: præter has medicæ artis peritos, ut illam incolerent & habitarent,*



PAGIUS *ge lateque spatiis distincta terrarum divinæ sobolis diffusa gratia Monasteriis, atque Ecclesiis repleri.* Tum cap. seq. de Romano subdit: *Audita namque memoratum fama S. Hilarius Arelatensis Episcopus missis in causa Clericis beatissimum Romanum haud longe, sibi a Vesontionensi urbe fecit occurrere:* Quod tunc contigisse notat cum Hilarius Celedonium Episcopum Vesontionensem deposuit, quod currenti anno contigit, ut ex literis Sancti Leonis Papæ & ex Sancto Honorato Episcopo Massiliensi in vita S. Hilarii Episcopi Arelatensis liquet. Hac de re anno sequenti. Narrat deinde Anonymus Hilarium sacro Sacerdotii ordine Romanum insignisse, eumque ad *Monasterium honorifice repedare* permisisse. Quare ex Historiæ visceribus character eruitur, quo constat, Romanum currenti anno ordinatum fuisse Presbyterum.

XVII. Affluente utriusque sexus copiosa multitudine beatissimi fratres alia duo monasteria non procul a Condadiscensi erexerunt, *Laucon um* jam pridem extinctum, & *Balmam*, quod huc usque perstat; illud Virorum, hoc Monialium. Huic Monasterio puellarum regendo præfecerunt sororem suam, ibique sepeliri voluit *Romanus*, cui frater sororque superstites vixerunt. Romani mortem ante annum CDLXIII. accidisse colligit Card. Norisius citatus ex Vita sancti Lupicini cap. 3. ubi de eodem hæc scribuntur: *Hic namque aliquando, quod longævos forsitan meminisse non ambigo, magnam ac miram absolutionem fide dicta amico orans in monasterio vinclo in ergastulis præstitit Roma. Vir quondam illustris Agrippinus sagacitate præditus singulari, atque ad dignitatem militiæ secularis Comes Galliæ a Principe constitutus, per Ægydium, tum Magister militum callida malitiosaque apud Imperatorem arte fuerat obscuratus, eo quod Romanis fascibus lucens Barbaris proculdubio favere, & subreptione clandestina, provin-*

S. Lupicinus Romano fratri succedit.

PAGIUS *vincias a publica niteretur ditione deicere.* Ex quibus liquet, non solum Chilpericum Regem, cujus meminit Turonensis citatus, esse Chilpericum Burgundiæ Regem; sed etiam colloquium illud *Ægidium* inter & *Agrippinum* habitum ante annum quadringentesimum sexagesimum quartum, quo Agrippinus Narbonam Visigothis tradidisse, accusatus fuit, ut mox ostendo, & ante eum Christi annum *Romanum*, cui *Lupicinus* in regimen monasterii Jurensis successit, jam ad Deum migrasse; cum pro suorum Monachorum aliorumque negotiis egerit cum *Chilperico Agrippino* Comite, & Ægidio Magistro militum. Romani & Lupicini annus emortualis incompertus. Regula Tarnatensis, de qua infra, e monasterio Jurensi ad Agaunense postea translata, eademque monastica vita in utroque monasterio observata. De sancto *Eugendo* Lupicini successore, cujus Vita ab eodem Anonymo Jurensi scripta infra agemus.

XVIII. *Vitæ SS. Romani, Lupicini, & Eugendi circa annum DXXIII. scriptæ.*

Quia vero nonnulli Viri eruditi Vitas Sanctorum Romani, Lupicini, & Eugendi, aut interpolatas, aut supposititias esse credidere, & hac de re conjecturam ex tempore, quo eæ scriptæ, faciunt, anno sequenti eos refellemus, interimque juvat hic ostendere, eas circa annum quingentesimum vicesimum tertium elucubratas fuisse. Eruitur illud ex Vita sancti Lupicini cap. 3. cum Chronico Idacii comparata. In ea cap. 3. dicitur, *Agrippinum* Galliæ Comitem

Quid Theodoretus de Petro presbytero medico.

*hortatus sum & effeci. Unus horum est reverendissimus presbyter Petrus, qui rationabiliter & artificiose artem exercet, ac illam multum exornat. Nunc vero, proficiscentibus nobis, multi etiam alii hanc reliquerunt civitatem, ac idem Petrus proficisci decernit. Hac de causa tuam precor magnificentiam, ut illius curam geras, eumque protegas; sufficiens enim est & peritus, ut morbis opem ferre valeat, & morbos pellere.* Hactenus Theodoretus. Ex quibus & illud intelligas, haud incongruum visum esse majoribus, Dei ministros piæ charitatis officio artem medicam exercere: quod in sacris litteris legerent, Lucam medicum nominatum ab Apostolo Paulo scribente ad Colossenses (*a*).

(*a*) *Coloss.* 4.

Tametsi posterioribus sæculis, quando & medicorum multa esset copia, ob evitanda nonnulla pericula, quæ ex ejus artis exercitio contingere possent, id pie sancteque fuit clericis & monachis interdictum . Sic igitur Theodoreti Cyri Episcopi exemplo vides, ita sanctos Episcopos subditis sibi populis diligenti cura ministrasse quæ ad ipsorum animarum salutem spectare viderent, ut tamen quæ essent ad corporum sanitatem, & rerum quas possiderent bonum statum spectantia, præstare minime prætermitterent, in omnibus optimi pastoris specimen edentes, & patres amantissimos cunctis æque præseferentes.

An-

PAGIUS

tem ab *Ægidio* Magistro militum apud Imperatorem accusatum fuisse, quod Romani Imperii provincias subreptione clandestina Barbaris tradere vellet; quam ob causam, cum Romam properare cogeretur Agrippinus, petiit ab Ægidio, ut sibi *S. Lupicinus fidejussor* daretur, quod & obtinuit. Sed ubi Romæ fuit, *Childerico* Patricio & Senatui præsentatus, post consultum Imperatorem *indiscussus & inauditus* morte damnatus est. Quod facinus cum Lupicinum non latuisset, ei in carcere posito apparet, modumque ex eo evadendi docet. *Agrippinus* iam liber sui notitiam facit, præsentatur Augusto ac Patricio, & suspicione solutus in Gallias rediit *quod longævos forsitan meminisse non ambigo*, inquit Auctor Vitæ Lupicini. *Longævus* dicitur vir octogenarius vel circiter, itque rei anno ætatis suæ vicesimo gestæ facile reminisci potest. Quare si tempus, quo illud miraculum a Lupicino patratum detegere possimus, tempus, quo Monachus Jurensis eam Vitam scripsit, innotescet. Sed non dubito, quin Idacius in Chronico de hoc dissidio Ægidium inter & Agrippinum orto, & de hujus accusationis apud Principem fundamento verba faciat anno Abrahami MMCDLXXX. qui Kal. Octobris anni Christi quadringentesimi sexagesimi tertii inchoatur, ubi ait: *Agrippinus Gallus & Comes & civis Ægidio Comiti viro insigni inimicus. ut Gothorum mereretur auxilia, Narbonam tradidit Theudorico* Visigothorum Regi.

XIX. *Miraculum a S. Lupicino patratum.*

Agrippinus itaque accusatus fuit, quod Barbaris Narbonam prodidisset, ac ut loquitur Anonymus, *callida malitiosaque arte* apud Imperatorem delatus, quod favorem Barbaris ardoremque irruptionis videretur accendere. Quare Idacius, & ex eo Sanctus Isidorus de hac inter utrumque dissensione non bene edocti fuerant; certum enim videtur, Idacium & Monachum Jurensem eadem de re verba facere. Cum ea igitur accusatio Agrippini, & miraculum in ejus favorem a Lupicino patratum pertineant ad annum Christi CDLXIV. Anonymus Jurensis Vitas sanctorum Romani, Lupicini, & Eugendi scripsit circa annum quingentesimum vicesimum tertium, quo anno octogenarii meminisse poterant tam hujus accusationis, quam miraculi. Quod si quis velit Anonymum & Idacium de duobus diversis dissidiis inter hos duos Comites sermonem habere, non inde tamen sequetur, Vitas illas alio tempore in lucem emissas esse; cum Ægidius ultra annum CDLXV. in vivis non fuerit, & non multo ante mortem suam inimicitias cum Agrippino habuerit.

XX. *Dissidium de Paschate.*

Fuit hoc anno Latinos inter & Orientales *de die Paschatis* dissidium, quod Baronius confundit cum alio anno CDLIII. eadem de re moto, ideoque eo Christi anno de utroque agemus.



I. De Nomo Consule.

ANnus qui sequitur quadringentesimus quadragesimusquintus, Consulatu sexto Valentiniani Augusti & Nomi (quem alii perperam Nonium dicunt) reperitur adscriptus in publicis monumentis Consulibus notari solitis. Quod ad Nomum pertinet: hoc anno Dioscorus Episcopus Alexandrinus ejus opera usus est ad exagitandos Cyrilli prædecessoris affines, exigendo ab eis bona Illius. Quam vero tyrannice Dioscorus in eos hoc anno egerit cœperit, ex libello Athanasii ejusdem Cyrilli ex sorore nepotis possumus intelligere, in quo hæc post exordium habet, ubi cuncta ab obitu Cyrilli, quem contigisse diximus anno superiori, historia exacte describitur his verbis (*a*): *Sanctæ & beatæ memoriæ Cyrillus magnæ Ann. Eccl. Tom. VII.*

(*a*) *Extat in Conc. Chalc. Act.* 3.

*lexandriæ civitatis quondam triginta & duobus annis Archiepiscopus irreprehensibiliter & cum recta fide vivens, mihi quidem Athanasio & clarissimæ memoriæ Paulo fratri meo avunculus fuerat, meæ vero matris Isidoræ germanus. Hic moriturus testamentum condens, honoravit eum, quicumque ille post eum fuisset ordinatus Archiepiscopus, plurimis & magnis legatis de sua substantia, conjurans eum scriptis per venerabilia & terribilia mysteria, ut ipsius foveret genus, & in nullo ejus laborem incuteret.*

Cyrilli nepotes afflictati a Dioscoro, & Nomo Consule.

*Sed reverendissimus Dioscorus, qui malo non solum nostro, sed etiam totius illius diœcesios succedens throno, inimicitiam exercens contra ejus rectam fidem hæreticus constitutus, non solum non fovit*

II.



PAGIUS

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 5938.

SÆC. V. Olymp. 306. Anno Eræ Hisp. CCCCLXXXIII. A.C. 445.

⊙ 6. G. ☽ 9. P. 8. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 445.

LEONIS PAPÆ 6.

THEODOSII JUN. 44. & 38.

VALENTINIANI III. 21.

I. *Vicennalia Valentiniani.*

[1] COSS. *Valentinianus* Aug. VI. & *Nomus* in Oriente creatus, ut liquet ex tribus Theodoreti Epistolis ad eum scriptis, & ex Legatione, quam Theodosii Imp. jussu ad Attilam Hunnorum Regem obivit. Hujus Legationis supra meminimus. Susceptus a Valentiniano Imp. Consulatus ob Imperii Augustei *Vicennalia*, in quibus cusus Nummus anno CDXLIX. num. XX. a nobis relatus. Hæc Vicennalia probantur ex dicendis num. XXII.

II. *Magnæ fuerunt opes Episcoporum Alexandriæ.*

A num. I. ad VI. *Nomus* erat Magister Officiorum anno CDXLIII. quo *Theodosius* ad eum direxit Novellam XXXI. *De ambitu & locis limitaneis*. Fuit etiam unus de Judicibus ad Concilium Chalcedonense missis, ubi Anastasii Sancti Cyrilli nepotis querelas contra se oblatas audiit. Questus est *Anastasius*, ut refert Baronius ex Actione III. Concil. Chalced. quod Nomus, *tunc res totius Orbis habens*, statim ab obitu Cyrilli, affines ipsius impulsu Dioscori vexasset, atque etiam opibus exhausisset. Prodigiosum dictu est, inquit Garnerius in Notis ad Epist. LVIII. Theodoreti gratulatoriam ad Nomum Consulem, quantas opes, vel *Cyrilli* testamento, vel alia arte hujusmodi homines collegissent. Nam a viris duobus *Cyrilli* hæredibus, octo millia librarum auri *Nomus* extorsit, *Dioscorus* a feminis duabus centum & viginti auri pondo, cui summæ ingentes adde pecunias, partim Artopolis, partim *Oenopolis* Alexandrinis, ex eadem hæreditate traditas, ut meliora, nec majori tamen pretio plebi venderent. Æstima inde quanta fuerit Alexandrinorum Pontificum potentia, quantæ opes, cum usque adeo profuerit uni familiæ peperisse duos etiam sanctissimos Pontifices, nempe *Theophilum* & *Cyrillum*, qui Sedem Alexandrinam sexaginta fere annos continenter tenuerunt.

III. *Patriarchæ Alex. omnes sui Patriarchatus Episcopos ordinabat.*

Nec mirum tantas fuisse Patriarchæ Alexandrini divitias, cum ei omnes Patriarchatus sui Ecclesiæ subessent. In eo non solum Episcopos omnes potestate independenti creabat; sed etiam in omnibus Ecclesiis, quando sibi bene videbatur, Presbyteros ordinabat. Synesius in Epist. LXVII. testatur Episcopum Palebisci in Pentapoli non posse legitime in Episcopum consecrari nisi Alexandriæ, utì saniores attestati fuerant; in Epistola LXVI. Electum Olbiatis a Theophilo Alexandrino necessario ordinationem accipere debere, & in Epistola CV. eam ad Theophilum pertinere. Synesius autem Ptolemaidis in Pentapoli Episcopus erat. Socrates lib. 2. cap. 24. refert Sanctum Athanasium post suum exilium in Ægyptum redeuntem *in quibusdam Eccle-*

NOTÆ

[1] *Coss. Valentinianus Aug.* VI. *& Nomus.* Vetus inscriptio de *sexto Valentiniani* Consulatu apud Pagium num. XXIV. hoc anno. Inscriptiones Basilicæ S. Pauli via Ostiensi num. 255.

D P. VIIII. KAL. NOB. CONS.
VALENTINIANI. VI.

Ad *Nomum* quod attinet, Relandus *Nonium* appellat. Aliquot leges Codicis habent *Numum*. Prosper vulgatus. *Valentiniano* VI. *& Nonio*; ita & Marcellinus. Sirmondus tamen edidit: *Nomo*. Fasti Idatii: *Valentiniano* VI. omisso *Nonio*, seu *Noma*. Prosper Vaticanus MS. *Valentiniano* VI. *& Nonio*.

*vit, sed pro nihilo ducens ejus terribiles adjurationes, contraria in nos operatur, omnes adversus nos inquirens insidias: & in principio quidem Episcopatus (quem nescio qua ratione sortitus est) mibi & fratri meo adhuc tunc superstiti mortem minitans, a nominatissima Alexandria quadam nos interventione * exclusit, ut persecutionem passi exinde ad felicissimam Constantinopolitanam urbem perveniremus, sperantes mereri auxilium.*

* intentione.

Nepotes Cyrilli coacti proficisci Constantinopolim.

III. *Sed intentio reverendissimi viri talis erat, quatenus hic teneremur & affligeremur tam ab iniquæ memoriæ Chrysaphio, quam etiam a magnificentissimo & gloriosissimo* Nomo, *tunc res totius Orbis habente: quæ manifesta sunt præ manibus. Hoc enim mandavit per litteras quasi magnum aliquid providens memoratis, ut nos quidem ab eis consumeremur, ipsis vero nostræ captionis gratiam se habere confiteretur. Quippe illico cum in Regiam urbem perveniremus, sperantes mereri auxilium, sub custodia diversis sumus pœnis subjecti, quousque omnia quæ in mobilibus habebamus, daremus: ita ut cum tormentis non sufficeremus, quasi pro remedio cogeremur cum gravissimis usuris multos fœneratores inquirere: ita ut noster quidem frater clarissimæ memoriæ Paulus non sustinens cruciatus & injurias, humanis rebus excederet. Ego autem Athanasius, & nostra matertera, & uxor & filii fratris mei malo nostro in humanis rebus permansimus, nihil aliud quam fœneratores habentes sub gravissimis usuris, ut de cætero nec procedendi habeamus licentiam pro frequentissima fœneratorum contra nos interpellatione, cum non haberemus unde solveremus debitum. Super hæc autem ut neque habitationem aliquam haberemus, nostras domos præparavit ecclesias fieri, meam Athanasii quarto tecto superjacentem, & quæ pro sui positione fieri non posset ecclesia, quia complectitur cum prædictis domibus alias etiam vicinas domos, & reditus tenens.* Invidia plane exsauciatus Dioscorus, quod in ea familia sexaginta ferme annis tantæ sedis dignitas & amplitudo perseverasset (nam tenuit eam Theophilus Cyrilli patruus annis viginti septem; cui succedens Cyrillus, eidem præfuit Ecclesiæ annis trigintaduobus) adeo acerbam in Cyrilli conjunctos persecutionem excitavit. Subdit vero Athanasius.

IV. Dioscorus exauctoravit Nepotem Cyrilli.

*Sed neque his contentus, me presbyterio privavit, & alienum ab Ecclesiastico fecit collegio, nulla adversum me facta accusatione. Et jam agimus annum integrum errantes de loco in locum, aliquando quidem a creditoribus fugientes, aliquando & ab ipso, neque in Ecclesiis, neque in Monasteriis habitare permissi. Sic ergo perveniente me Athanasio in Metanæa (est id nominis Suburbano magnæ Alexandriæ Civitatis, quod aliquando Canopos vocabatur, quod suburbanum ab initio, & antiqua consuetudine ad refugium confugientium constitutum est: totum enim videtur esse sub tutela venerabilis monasterii Tabenensium) verum etiam & intra fines sanctæ Dei Ecclesiæ habens & publicum balneum, in quo & reficere nostrum miserabile corpus, & tutelam ab insidiantibus sperabamus habere: in tantum autem ad impietatem memoratus reverendissimus Episcopus declinavit, ut miserioribus nobis omni miseratione effectis neque misereretur, neque aliquando aliquod mandatum Christi præciperet impendi. Nam præcepit, neque publicum balneum exhiberi, neque panem transmitti, neque aliquem alium cibum ibi venundari, ad hoc unum respiciens, quatenus sub angustia non lavandi, & famis peri-*

Angustiæ Athanasii Cyrilli nepotis.

PAGIUS *Ecclesiis ordinationes* fecisse Sanctus Epiphanius Hæresi LXVIII. Meletium in Ægypto Episcocopos & Presbyteros variis in locis ordinasse dicit, & Sozomenus lib. 1. cap 24. scribit Meletium in Concilio Nicæno damnatum, quod quæ ad Petrum Alexandrinum ordinationes pertinebant, usurpasset, nulla alterius Episcopi mentione facta, quod in eo Patriarchatu Episcopi viderentur simplices Vicarii magni hujus & absoluti Patriarchæ, & lib. 8. cap. 19. tradit mortuo Episcopo urbis Geras, parvum oppidum est quinquaginta circiter stadiis distans Pelusio, cives quosdam Nilammonem Ecclesiæ suæ Antistitem elegisse, qui cum recusaret Sacerdotium suscipere, *Theophilus ad eum accedens, hortari cœpit, ut ordinari se ab ipso pateretur*, sed eum postero die mortuum esse, ut legere est apud Baronium anno CDIII. num. XXXII.

IV. *Hujus consuetudinis antiquitas.* Jam tertio sæculo Patriarchas Alexandrinos hoc jure potitos fuisse intelligimus ex Origene in suo Commentario super Matthæum pag. 442. editionis Illustrissimi Episcopi Abricatensis. Origenes adversus Heraclam & Demetrium, qui eum persecuti fuerant, Ægypto expulerant & azilum quærere coegerant, valde animatus, eos his verbis describit: *Ego vero quod de columbarum venditoribus scriptum est his convenire existimo* (Episcopis nempe Alexandrinis quorum nomen Origenes reticet) *qui Ecclesias avaris, tyrannicis, indoctis & irreligiosis Episcopis, Presbyteris vel Diaconis tradunt: quocirca de eorum tantummodo cathedris qui columbas vendebant, mentionem fecerunt Matthæus & Marcus, quas a Jesu eversas fuisse commemorant. Atque utinam hæc mente Divinæ Scripturæ accommodata audirent, qui supra Cathedram Moysis sedere se gloriantur, & totas columbarum Ecclesias vendunt, easque ejusmodi præfectis tradunt, de quibus dici potest quod in Jeremia a Domino profertur:*
„ Principes populi mei non me cognoverunt:
„ Filii insipientes sunt, & vecordes, sapien-
„ tes sunt ut faciant mala, bene autem facere
„ nescierunt; *& quod apud Michaam opinor*
„ *his verbis conceptum est:* Principes populi
„ mei eiicientur de domo deliciarum suarum;
*hæc enim si audissent columbas Christi minime profecto vendidissent, sed principes columbis parcentes, ac de earum salute sollicitos constituissent.* Manifestum est Origenem invehi in Episcopos Alexandrinos sibi inimicos, qui Ecclesias & munia Ecclesiastica summo cum imperio conferebant; neque enim verba illa interpretari possunt de Syriæ Episcopis, a quibus adversus illos protegebatur, & quorum consuetudines plane differebant ab Ægyptiacis, apud quos ab ipso initio Ecclesiæ regimen Monarchicum erat. Et tamen Protestantes, qui adeo invehuntur in absolutam Pontificum Romanorum potestatem, tacent de Dominatione despotica Alexandrinorum qui majorem sibi auctoritatem arrogabant.



*riremus. Unde ex multa angustia, & penuria paulo minus de humanis rebus excesseramus: quod mihi quidem optabile erat, ut a tantis malis liberarer; non autem contigit mihi per misericordiam Dei. Pecuniæ namque, quas exacti sumus, quædam quidem de propria nostra substantia, aliæ vero sub gravissimis usuris (sicut diximus) accomodatæ usque ad mille quadringentas plus minus auri libras extenduntur, quas a nobis magnificentissimus, & gloriosissimus Nomus* (hic anni hujus Consulatum gessit) *per virum devotum Severum Magistrianum, & quondam Subauditorem ejusdem devotissimæ Magistrianorum scholæ accepit: nec enim faciem illius barbari Chrysaphii vidimus. Post has omnes pecunias exegit a nostris materteris, sororibus vero sanctæ, & beatæ memoriæ Cyrilli, usque ad ipsam animam, extremamque expugnationem afflictis metu mortis, impositis auri pondo octogintaquinque. Nihilominus & filios clarissimæ memoriæ fratris mei orbitate infelices, & ejus uxorem mortem mariti sui plangentem auri pondo quadraginta solvere coegit.* Hactenus de his quæ passi sunt Cyrilli propinqui, instigatione Dioscori, per Nomum anni hujus Consulem ordinarium. Vetus exemplum, frequentius iteratum, de his quæ pati soleant, sive juste, sive injuste ditati Episcoporum affines.

Ad hunc eumdem Nomum Consulem extant a Theodoreto datæ tres epistolæ (*a*), quarum prima perbrevis ita se habet (*b*):

(*a*) *Theod. ep.* 58. 81. 96.
(*b*) *Theod. epist.* 58.

V. *Theodoretus Episcopus Cyri Nomo Consuli. Bifariam animus mibi dividitur, dum consulo an scribendum mibi sit Tuæ celsitudini. Cum enim noverim mentis tuæ sublimitatem, & publicas curas tibi animo inhærere, præstare arbitror silere. Cum vero e contra sciam tuæ mentis vastitatem, tacere non possum, veritus ne inertiæ reprehendar. Impellit me etiam desiderium, quod modica illa tui aspectus experientia & sensus mihi injecit. Satiari enim me minus permisit beatissimi illius hominis morbus & obitus, cujus causa, solatii medicamentum, litteras cogito. Universorum autem Dominum precor, ut tuam vitam feliciter ducat semper & dirigat; ut tua providentia omnes fruè possimus.* Hæc ad hujus anni Consulem Nomum Theodoretus: de duabus vero reliquis epistolis ad eumdem datis, suo loco opportunius agemus.

VI. Quibus vero cladibus hoc anno ipsa Constantinopolitana civitas afflictata fuerit

PAGIUS

V. *Ea consuetudo etiam hodie in Ægypto & in Æthiopia viget.* Quæ nunc viget in Ecclesia Alexandrina consuetudo, in qua Patriarcha solus est Archiepiscopus & Metropolita antiquam nobis ob oculos ponit. Hujus rei exemplum suppeditat Ecclesia Æthiopica; cum enim Abyssini seu Axomitæ, vivente Sancto Athanasio fide Christiana imbuti sunt, is solus Sanctum Frumentium eis Episcopum ordinavit. Mos ille adhuc viget, cum unicus Antistes aut Episcopus sit in Abyssinia, Coptita seu ortu Ægyptius creatus ac consecratus a Patriarcha Coptorum aut Alexandriæ in magno Cairo sedente. Numquam Æthiopes ad Episcopi dignitatem ascendunt, quia nolunt cœlibatum profiteri, existimantque hanc potestatem Æthiopi committendam non esse, quia scilicet eorum Imperatori, qui est in possessione summi Imperii, etiam quoad spiritualia, se se opponere posset. Miser enim ille Antistes omni præsidio & scientia destitutus omnia tolerare cogitur, nec potest Principi aut ejus Ministris refragari. Vocatur hic Episcopus ab Abyssinis *Papas* a voce ab antiquis Christianis desumta, qui Episcopos omnes Papas nuncupabant. Respectu vero Patriarchæ Alexandrini solus appellatur Likpapas, Princeps, Episcopus, Archiepiscopus. Papas seu Episcopus Æthiopiæ vocatur etiam *Abuna*, Pater noster. Balthazar Tellez e Societate Jesu in Historia Æthiopiæ lingua Lusitana Ulyssipone anno MDCLX. edita in fol. & extracta ex Relationibus illarum regionum, Alphonsus Mendez, aliique refellunt celebrem Historicum Gonzalum Ilhescum Lusitanum, qui in sua Historia Pontificali scripsit in Æthiopia plures Episcopos & Patriarchas reperiri; id enim a veritate alienum, & si proprie loqui velimus apud eos nullus Primas, nullus Archiepiscopus, nullus Metropolita, licet regio vastissima sit, nec ullus alius Episcopus consecratus reperitur præter Papam, seu Abunam, qui solus alios ordinat & subjectos habet Archipresbyteros aut Præpositos, qui solum simplices Sacerdotes existunt, Ordines non conferunt & vocantur *Comos*. Quare Marca in Diss. de Primatu Lugdunensi n. XXVIII. nonnisi ab aliquo Historico, de statu Æthiopiæ hodierno male edocto, accepit in Æthiopia præter Abunam esse Episcopos Abunæ suffraganeos.

VI. *Constantinopolis variis modis afflicta.* Ad num. VI. Marcellinus in Chronico sub hujus anni Coss. scribit: *Apud Byzantium populari orta in Circo seditione, multi se se invicem occiderunt, multaque intrinsecus hominum, pecudumque morbo corpora perierunt.* Sub Consulibus vero sequentis Christi anni: *Magna fames Constantinopolim invasit: Pestisque illico subsecuta. Templum Regiæ civitatis igne crematum.* Seditio itaque & fames ad diversos annos pertinent, licet Baronius, qui in mendosum Marcellini codicem inciderat, utramque ad unum eundemque referat. De illa peste ac fame lege quæ anno sequenti num. II. refero.

rit, his paucis Marcellinus (a): *Apud Byzantium popular ori orta in Circo seditione, multi sese invicem trucidarunt, multaque exinsecus hominum instar pecorum corpora perierunt. His Consulibus magna fames Constantinopolim invasit, pestisque illico subsecuta: templum regiæ civitatis igne crematum.* Hæc ipse. Ex quo enim exorta ibi est Nestorii hæresis, & ab ejus studiosis foveri (vel saltem occulte) non destitit, florentissimus ille status tum Civitatis illius, tum totius Orientalis Imperii, in deterrimum plane omniumque miserrimum mutatus est. Abominationem enim hæresum post se ducere solere desolationem, tum divinis (b) litteris, tum exemplis frequentibus admonemur. Sed ad hujus anni res Ecclesiasticas Occidentis stylum admoveamus.

(a) Marc. in Chron. his Cons. Constantinopolitana Civitas dire affligitata.

(b) Dan. 9. Matth. 24.

VII. Cum anno superiori (ut vidimus) S. Leo Romanus Pontifex Manichæos Romæ repertos ad publicum Concilii ibidem habiti perduxisset examen, vulgassetque eorumdem portentosa facinora: ejusdem Papæ solertia Valentinianus officio non defuit, quin eosdem nefandissimos hæreticos lege edita insequeretur: hoc igitur anno adversus eosdem ad Albinum Præfectum Prætorio ita rescripsit (c):

(c) Novv. Valent. li. 2. tit. 2. de Manich.

VIII. Constitutio Valentiniani contra Manichæos. *Superstitio Paganorum quoque damnata temporibus, inimica publicæ disciplinæ, & hostis fidei Christianæ, ad excidium sui Clementiam nostram non immerito provocavit: Manichæos loquimur, quos execrabiles & toto Orbe pellendos omnium retro Principum statuta judicarunt. Nec dissimulationem crimina nuper detecta patiuntur. Quæ enim, & quam dictu audituque obscœna in judicio beatissimi Papæ Leonis, coram Senatu amplissimo, manifesta ipsorum confessione patefacta sunt? Adeo ut eorum quoque qui diceretur Episcopus, & voce propria proderet, & omnia scelerum suorum secreta perscriberet: quod notitiam nostram latere non potuit, quibus tutum non est negligere tam detestandam Divinitatis injuriam, & impunitum relinquere scelus, quo non solum corpora deceptorum, sed etiam animæ inexpiabiliter polluuntur. Unde, Albine parens carissime Augustorum, illustris magnificentia auctoritatis tuæ hac nos in æternum victura lege statuisse cognoscat, quam in omnium provinciarum faciat notitiam, edictis propositis, pervenire: Ut ubicumque terrarum quisquis Manichæorum fuerit deprehensus, pœnas, quas in sacrilegos jura sanxerunt, auctoritate publicæ severitatis excipiat. Sitque publicum crimen, & omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cuiquam licitum, tutumque sit, aut celare tales, aut talibus connivere, cum omnia de his confirmata sint retro Principum constituta: ut noverint universi, hac edictali lege proposita, Manichæos dignitate militiæ, & urbium habitatione privandos, ne quis innocens talium conversatione & societate capiatur. Successiones nec capiant, nec relinquant; sed Fisci nostri viribus aggregentur. Nec eis quod palam interdicitur, ulla fraude quæratur. Injuriarum careant actione: contractus liberos omnino non habeant. Primates uniuscujusque militiæ vel officii mox exigenda per apparitionem vestram decem librarum auri multa percellat, si quem hac superstitione pollutum siverit militare. Neque enim aliquid nimium in eos videtur posse decerni, quorum incesta perversitas religionis nomine, lupanaribus quoque ignota, vel pudenda committit. Dat. XIII. Kalend. Julii, Romæ, Valentin. Augusto VI. & Nomo * V. C. Conss.*

* Nomo. IX.

Sed & memoria quidem perpetua dignum est ejusdem Imperatoris illud rescriptum, S. Leone Romano Pontifice expetente, ad Aetium agentem in Gallia Magistrum militiæ hoc anno datum in causa Hilarii Episcopi Arelatensis, quod quidem nobilissimam rei gestæ hujus temporis historiam continet: describemus ipsum, ac subinde reliqua ad eamdem causam spectantia in medium adducemus: sic enim se habet (d):

(d) Novv. Valentin. inter Novv. Theod. post Cod. Theod. tit. 24. de Epiſc. ordin.

*Certum est nobis & Imperio nostro unicum esse præsidium in supernæ Divinitatis favore: ad quem promerendum præcipue Christiana fides & veneranda nobis Religio suffragatur. Cum igitur sedis Apostolicæ primatum, sancti Petri meritum, qui princeps est Episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas civitatis, sacræ etiam Synodi firmarit auctoritas, ne quid præter auctoritatem sedis istius illicitum præsumptio attentare nitatur: tunc enim demum Ecclesiarum pax ubique servabitur, si rectorem suum agnoscat universitas. Hæc cum hactenus inviolabiliter fuerint custodita: Hilarius Arelatensis (sicut venerabilis viri Leonis Romani Papæ fideli relatione comperimus) contumaci ausu illicita quædam præsumenda tentavit, & ideo Transalpinas Ecclesias abominabilis tumultus invasit, quod recens maxime testatur exemplum. Hilarius enim qui Episcopus Arelatensis vocatur, Ecclesiæ Romanæ urbis inconsulto Pontifice, indebitas sibi ordinationes Episcoporum sola temeritate usurpans, invasit: nam alios incompetenter removet *; indecenter alios, invitis & repugnantibus civibus, ordinavit. Qui quidem, quoniam non facile ab his qui non elegerant, recipiebantur, manum sibi contrahebat armatam, & claustra murorum in hostilem morem vel obsidione cingebat, vel aggressione referabat, & ad sedem quietis, pacem prædicaturus *, per bella ducebat.*

Rescriptum adversus Hilarium Episcopum Arelat.

* removens.

* prædicaturum.





X. Jura Rom. Pont. illæsa servanda. *His talibus contra Imperii majestatem, & contra reverentiam Apostolicæ sedis admissis, per ordinem religiosi viri Urbis Papæ cognitione discussis, certa in eum ex his quos male ordinaverat, lata sententia est. Et erat ipsa quidem sententia per Gallias etiam sine Imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritate in Ecclesias non liceret? Sed nostram quoque præceptionem hæc ratio provocavit, ne ulterius vel Hilario, quem adhuc Episcopum nuncupari, sola mansueti Præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut, præceptis Romani Pontificis liceat obviare. Ausibus enim talibus fides, & reverentia nostri violatur Imperii. Nec hoc solum, quod est maximi criminis, submovemus: verum ne levis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur; hac perenni sanctione decernimus ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum provinciarum, contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ Urbis æternæ auctoritate tentare: sed illis, omnibusque pro lege sit, quicquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ sedis auctoritas: ita ut quisquis Episcoporum ad judicium Romani Antistitis evocatus venire neglexerit, per Moderatorem ejusdem provinciæ adesse cogatur: per omnia servatis, quæ divi parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt, Aeti pater carissime Auguste. Unde illustris, & præclara magnificentia tua præsentis edictalis legis auctoritate faciet quæ sunt superius statuta servari, decem librarum mulcta protinus exigenda ab unoquoque Judice, qui passus fuerit præcepta nostra violari. Et manu divina. Divinitas te servet per multos annos, parens carissime. Dat. VIII. Id. Junii, Romæ, Valentiniano Aug. VI. Conss.* Hactenus Valentiniani constitutio: qua facile pervides Romani Pontificis in omnes Ecclesias auctoritatem, & ad hoc illi Imperatores inservire, ut ejus auctoritas adversus omnes refractarios sarta tecta custodiatur.

XI. Vetus controversia inter Viennensem, & Arelat. Ecclesiam. Cæterum quod ad propositam causam Episcopi Arelatensis spectat, ut exacte cuncta noscantur, est ipsa altius repetenda. Primumque illud non ignorandum, antiquam quæstionem agitatam fuisse inter Episcopum Arelatensem, & Viennensem, quod ille prætenderet jus ordinandi Episcopos provinciæ Viennensis spectare ad Episcopum Arelatensem. Jam enim a tempore concilii Taurinensis inter Episcopos ejusmodi de primatu controversia agitata est; hæcque definitio in illa Synodo sancita fuit (a). *Illud dein de inter Episcopos urbium Arelatensis, & Viennensis, qui de primatus apud nos honore certabant, a sancta Synodo definitum est, ut qui ex eis comprobaverit Civitatem suam esse Metropolim, is totius provinciæ honorem primatus obtineat, & ipse juxta præcepta canonum ordinationum habeat potestatem. Certe ad pacis vinculum conservandum, hoc consilio utiliori decretum est, ut si placet memoratarum urbium Episcopis, unaquaque de his viciniores sibi inter provincias vendicet, Civitates atque eas Ecclesias visitet, quas oppidis suis proximas magis esse constiterit: ita ut memores unanimitatis atque concordiæ, non alter alteram sibi longius usurpando, quod est alii propius inquietet.* Hæc est definitio sanctæ Synodi Taurinensis.

(a) Conc. Tauri. c. 1.

XII. At vero haud his contentus voluit esse limitibus Arelatensis Episcopus, qui & super provinciam Viennensem primatum sibi vendicare præsumebat: clarissima enim urbium Gallicanarum Arelatensis Civitas enitere videbatur, quam Ausonius Romam Gallulam nominat (b): aucta eadem Imperatorum privilegiis, sed & Ecclesiasticis legibus illud olim consecuta fuerat dignitatis (c), ut ad Arelatensis Ecclesiæ Episcopum pertineret Synodum in provincia congregare. Quamobrem Arelatenses Episcopi haud acquiescere visi sunt decreto Concilii Taurinensis, sed ordinare Episcopos, reclamantibus populis, in Viennensi, & Narbonensi provinciis sæpe tentarunt. His accessit, quod ejecto Herote Arelatensi Episcopo, & factione Constantii tunc Magistri militum in locum ejus intruso Patroclo, eidem in odium, & invidiam comprovincialium Episcoporum, & Metropolitanorum contradicentium datum est jus ordinandi Episcopos non in Narbonensi tantum Gallia, sed & Viennensi. Cum vero idem sibi id usurparet Patroclus Episcopus (d), adversus eum conquæsti sunt populi apud Bonifacium Romanum Pontificem de illicita ordinatione præsumpta: adversus quem ipse Bonifacius Papa rescripsit ad Hilarium Episcopum Narbonensem, ut ex præscripto Nicæni Concilii singuli Metropolitani singulis præsint provinciis: prohibuitque ne Arelatensis Antistes suæ provinciæ fines excederet. In quam quoque sententiam postea Cælestinus (e) Papa rescripsit ad Episcopos earumdem provinciarum Viennensis, & Narbonensis Galliarum, nimirum ut quisque Metropolitanus sua provincia deberet esse contentus.

(b) Auson. de clar. urb. epigr. 7.

(c) Conc. Arelat. 2. c. 18. tom. 1. Concil.

(d) Bonif. ep. ad Hilar. Epiſ. Narbon. tom. 1. Concil.

(e) Cæleſt. ep. 2. c. 4. tom. 1. Conc.

XIII. Postea autem hoc tempore S. Leonis Papa

PAGIUS VII. A num. XIII. ad XIX. Hoc anno inter Sanctos *Leonem* summum Pontificem, & *Hilarium* Arelatensem Episcopum orta contentio est a Baronio fuse recitata. Sanctus Leo scripsit ad Episcopos per Provinciam Viennensem constitutos Epistolam XI. alias LXXXIX. in causa Hi-

Papæ eadem ferme querela ad sedem Apostolicam perlata est adversus eumdem Hilarium, nimirum, quod in provincia Viennensi ordinatum præsumpsisset Episcopum deponere Celidonium, rursumque & alium in locum Episcopi Projecti nomine nondum mortui substituere. Cum vero Romam idem Hilarius ad dicendam causam sponte se contulisset de his omnibus convictus, haud expectata sententia, vel obtenta licentia, ab Urbe recedens, rediit Arelatum: adversus quem hoc ipso anno (ut ex rescripto Valentiniani colligi potest) sanctus Leo ad Episcopos Galliæ Viennensis provinciæ epistolam dedit, cujus est exordium (*a*): *Divinæ cultum religionis, &c.* Habet autem in ipsius præfatione hæc de primatu Romanæ Ecclesiæ: *Hujus muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, ut ab ipso quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet: ut exortem se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in in consortium individuæ unitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo* (*b*): *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: ut æterni ædificatio templi, mirabili munere gratiæ Dei, in Petri soliditate consisteret, hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferi prævalerent. Verum hanc petræ istius sacratissimam firmitatem, Deo (ut diximus) ædificante, constructam nimis impia vult præsumptione violare, quisquis ejus potestatem tentat infringere, &c.*

Hilarius Romam venit acturus causam suam.

(*a*) *Leo epist. 89.*

Romanæ Ecclesiæ prærogativa.

(*b*) *Matt. 16.*

Pergit post hæc de præsumptione Hilarii in excedendis suæ ipsius provinciæ terminis, & de Celidonio Episcopo, ejusque causa agitata, ipso præsente Hilario Romæ in Episcoporum Concilio. Subdit & de causa Projecti Episcopi, cui ægrotanti Hilarius subrogaverat successorem; cum, etiam si mortuus esset, ad Viennensem id spectaret Episcopum, cujus in provincia Projectus erat Antistes. Ad postremum vero irritis redditis his ab Hilario injuste præsumptis, & de creandis novis Episcopis præscripta regula, hæc in ipsum Hilarium S. Leo:

XIV. De quibus redarguitus Hilarius condemnetur.

*Suis unaquæque provincia sit contenta Conciliis: nec ultra Hilarius audeat conventus indicere Synodales, & sacerdotum Domini judicia se interserendo turbare: qui non tantum noverit se ab alieno jure depulsum, sed etiam Viennensis provinciæ, quam male usurpaverat, potestate privatum. Dignum est enim, fratres, antiquitatis statuta reparari; cum is qui sibi ordinationem provinciæ indebite vendicabat, talis in præsenti etiam prolatus fuerit, ut cum ipse frequentius temerariis, & insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret, suæ tantum Civitatis illi sacerdotium pro sedis Apostolicæ pietate præceptio nostra servaverit. Non ergo sit illi ordinatio, qui meriti sui conscius, cum quæreretur ad accusandum, turpi fuga se crediderit subtrahendum, exors Apostolicæ communionis, cujus particeps esse non meruit: Deo (ut credimus) hoc agente, qui illum, inopinantibus nobis, & ad judicia nostra pertraxit, & inter exa-*



*examinationes habitas, ne communionis nostræ consors fieret, ut abscederet latenter, effecit.* Addit his admonitionem ad eosdem Episcopos Viennensis provinciæ, ne pro levi causa sententiam inferant excommunicationis, in aliquem: præficitque Leontium Episcopum, ut ejus consensu futuræ Synodi in ea provincia celebrentur. Erat Leontius iste Episcopus Fori Julii in Gallia Narbonensi, celebris fama vir. At plane ab hoc diversus ille fuit Leontius, qui postea ejusdem Arelatensis Ecclesiæ Episcopatum rexit, de quo suo loco dicendum ad quem extat Sidonii Apollinaris epistola,

(*a*) *Sidon. l. 6. epist. 3.*

(*a*) qua ipsum his laudibus ornat: *Nostra mediocritas, ætate vitæ, tempore dignitatis, privilegio loci, laude scientiæ, dono conscientiæ vestræ facile vincatur, &c.* Hæc ad Leontium Sidonius, cum jam esset Episcopus Arvernensis: Ejusdem quoque meminit in epistola ad Basilium (*b*). Extat & brevis de condemnatione Hilarii epistola ad Episcopos Galliarum, nominatim vero ad provinciæ Viennensis Episcopos, qua etiam agitur de redintegratione ipsius Archiepiscopi Viennensis. Sic enim se habet (*c*):

(*b*) *Sidon. l. 7. ep. 6.*

(*c*) *Bibliot. Floriacen. edita a Jo. Cæsar. pag. 31.*

*Dilectissimis fratribus per Gallias, & Viennensem provinciam Episcopis constitutis, Leo Episcopus.*

*Ann. Eccl. Tom. VII.*

Quali pertinacia Hilarius Arelatensis Episcopus indicium nostrum effugerit, sancta vestra fraternitas non ignorat: unde & justum esse videmus, ut quia Principis Apostolorum magnam in judiciis moderationem, quam in potestate per Vicarios suos semper exhibet, Arelatensis Episcopus non expectavit, a privilegio suæ Civitatis submotus, humili loco discat, quod in magno gratis munere Prædecessorum nostrorum concesso tenere noluit: Sitque redintegratum Viennensi Archiepiscopo privilegium, & jus antiquum, quod Apostolica benegnitas ad Arelatensem ex parte transtulit civitatem: ut tali severitate Hilarius coercitus discat non temere transgredi terminos antiquos, canonica prelatione fundatos. Data * octavo Idus Januarii, Valentiniano Augusto IV. & Anieno Consulibus. Sed absque dubio mendum irrepsit; siquidem Consulatus Anieni cum Valentiniano post obitum Hilarii contigit. Restituendus ergo est textus, ut dicat, sub Valentiniani, & Momi Consulatu anni hujus.

Leonis Papæ Literæ de Hilarii Episc. Arelat. condemnatione.

* al. tertio.

XV. Interpellatur Imperator contra Hilarium.

Habito igitur (ut idem testatur S. Leo) Romæ in hac causa Concilio, litteque Viennensibus adjudicata, data ab ipso ad eosdem epistola: ne majores tumultus ea de re ab Hilario concitarentur, placuit eidem Romano Pontifici adversus eundem Hilarium interpellare Imperatoris officium



PAGIUS *Contentio inter S. Leonem & Hilarium exorta.*

Hilarii, qui Provinciæ suæ terminos excesserat, & cum Romam ad dicendam causam sponte se contulisset, haud expectata sententia Arelatum redierat. Quare Sanctus Leo irritis redditis, quæ ab *Hilario* præsumta fuerant, inter alia statuit, ut non ultra Hilarius auderet *Conventus indicere Synodales*, utque præter consensum Leontii Provinciæ Viennensis antiquioris Episcopi, Concilium alterius Provinciæ non celebretur: *Metropolitanis privilegii sui dignitate servata.* Ea Epistola sine die & sine Consule est; sed cum Novella Valentiniani III. a Baronio num. IX. recitata, quæ de eodem negotio est, data sit *VIII. Id. Jun. Romæ Valentiniano Aug. VI. Cos.* currenti sc. anno, dubium esse non potest, quin eodem tempore sanctus Leo Epistolam illam scripserit. Baronius num. XVI. aliique Viri eruditi *Leontium* illum, cujus consensu Synodi celebrandæ erant, sanctum *Leontium* Episcopum Forojulienſem interpretantur. Verum is anno CCCCXXXIII. e vivis excessit, ut ibidem monstravi. Cum vero plures Episcopi hujus nominis isto tempore vixerint, divinari non potest de quo *Leontio* Sanctus Leo loquatur.

VIII. Causa *Celidonii* pluribus hic discuti non potest propter eam, quam nobis proponimus brevitatem, quare potiora tantum explicabimus.

*Celidonius anno superiori a Sancto Hilario Episcopatu depositus.*

Narrat itaque Sanctus Honoratus Massiliensis Episcopus in vita Sancti Hilarii Episcopi Arelatensis, quod cum Hilarius & Germanus Antissiodorensis Antistes Provinciam lustrantes ad aliquam civitatem, cujus nomen tacet, pervenissent, *flammata ad utrumque nobilium & mediocrum studia convolarunt; adstruentes Celidonium interruptam suo adhibuisse, consortio quod Apostolicæ sedis auctoritas, & Canonum prohibent statuta, simul, ingerentes sæculi administratione perfunctum, capitali aliquos condemnasse sententia. Tanta rei novitate permoti, testes imperant præparari. Conveniunt ex aliis locis probatissimi Sacerdotes: res omni rationi prudentiaque discutitur, accusatio testimoniis confirmatur. Adhibetur vera simplexque definitio: ut, quem Scripturarum regula removebant, voluntate propria se removere deberet. Ille Urbem credidit expetendam, ibique se injusto rigore adstruit condemnatum. Quod ubi comperit vir beatus* (nempe Sanctus Hilarius) *Quanto studii ardore, quantoque zelo superno fuerit inflammatus, ut non hyemis asperitatem, non Alpium stridores attenderet, vel frigora non vitrea glacialis crustæ spicula protinus resolvenda desuper, nec gladii ictui similes expaveri aculeos dependentes vi frigoris terrorem mortiferum gelu concreto velut vibrantem dexteram imitantes.* Addit postea Sanctus Hono-

IX. *Celidonius fuit Metropolita Vesontionensis.*

*Celidonium* Provinciæ Viennensis Episcopum fuisse autumavit Baronius, sed postquam Vita Sancti Romani Abbatis Jurensis in lucem prodiit, Eruditi eum Bisuntinæ Ecclesiæ Episcopum fuisse non dubitarunt; quod in ea cap. 2. dicatur: *Hilarius venerabilem Celidonium supra dictæ Metropolis* (nempe Vesontionensis, de qua jam locutus erat) *Patriarchum Patricio, Prætorioque fultus favore, indebitam sibi per Gallias vindicans Monarchiam a Sede Episcopali memoratum Celidonium nulla existente ratione dejecerat. Ob quod in audientiam beatissimi Papæ Leonis Romæ male gessisse convictus, restituto quoque in Episcopatu Celedonio, Apostolica auctoritate ob usurpationem inlicitam regulariter est increpatus.* Verum quidem est, Quesnellum Tom. II. Operum S. Leonis Dissert. V. part. 1. cap. 2. & Papebrocium Tomo VII. SS. mensis Maii in Addendis & Corrigendis ad diem V. mensis Maji, quo Sanctus Hilarius colitur, contendere Vitas SS. Romani, Lupicini, & Eugendi a Monacho Jurensi Anonymo scriptas, interpolatas esse, ac supposititias, quod, inquit Quesnellus, in iis reperiantur aliqua vocabula, quæ

X. *Vitæ SS. Romani, Lupicini & Eugendi genuinæ.*

desinente quinto sæculo, vel sexto ineunte in usu fuisse credibile non est, v. g. *repausare*, & *repedare*, *Religio* & *Religiosus*, pro Monachorum ordine & Monacho *Pater Romanus*, *Pater Lupicinus*, eo sensu, qui nunc in usu est apud Monachos. Nomen *Sacerdotis* sine addito, quod prioribus sæculis Episcopum significat, usurpatur pro Presbytero, *Patriarchæ* pro Metropolitano Episcopo. *De Dalmatica* sancti Romani fermonem facit Anonymus, quam ab eo acceptam *Lupicinus* discipulo suo Eugendo moriens tradiderit, & sermonem inferit de duobus Monachis Romam peregrinantibus, quos inde reducit sacris Apostolorum Petri, Pauli, & Andreæ Reliquiis onustos, quod a sæculi illius moribus aborret. Laudat Eugendum, *quod numquam Canonico usque ad finem defuisset cursui*; ubi de Horarum Canonicarum penso loqui videtur; quod tunc nec canonicum appellatum, nec lege Ecclesiastica indictum fuit. Alias Quesnelli conjecturas, utpote leviores prætermitto.

Verum cum Vitæ illæ post initium sexti sæculi circa annum DXX. scriptæ fuerint, ut ipsemet, Vir Doctissimus fatetur, laudata verba ac mores Vitarum illarum sinceritati nihil officiunt. Venantius enim Fortunatus, qui circa annum DLXIV. quo ex Italia in Galliam venit, jam poesi inclarescebat, in Vita Sanctæ *Radegundis* Reginæ apud Mabillonium Sæculo I. Benedictino recitata num. VIII. *Religionis* nomen pro statu Religioso quemadmodum Anonymus Jurensis, usurpat, & Baudonovia Monialis ei æqualis, quæ Vitam illam continuavit, num. I. & XXXVI. vocem illam in eadem significatione adhibet, & num. XXII. de Sanctæ Radegundis Congregatione loquens ait: *Postquam Con-*

per Aetium Magistrum militiæ exibendum. Hactenus Hilarii causa. Sed corrigendum nobis est, quod aliquando opinati sumus, ipsum Hilarium abdicantem se Episcopatu, Lerinum ad pristinam vitam monasticam rediisse: id quidem existimandi aperuit nobis viam Sidonius (a) Apollinaris, dum in carmine Eucharistico ad Faustum, recensens nobilissimos ejusdem insulæ incolas, vitæ monasticæ professores, hæc de Hilario:

(a) Sidon. epist. 99.

*—— Iter redeuntis Hilarii:*

Ex quo putavimus ipsum reversum, Episcopatui nuncio remisso.

XVI. Verum ubi tandem pervenit ad nos ab eodem Hilario scripta S. Honorati Vita, necnon S. Eucherii libellus ad eumdem Hilarium datus de laudibus Eremi; plane comperimus reditum ipsius Lerinum contigisse, cum adhuc viveret Honoratus, immo ipso exordio ejusdem Honorati Episcopatus. Secutus enim Hilarius fuerat Arelatum ipsum S. Honoratum creatum Episcopum, sed eo deinde relicto, amatam repetiit solitudinem: id quidem ipse in primis Hilarius tradit, ubi de S. Honorato agit, his verbis alloquens suos Arelatenses: *Vobis me tanto labore per litteras, tanto per cursum suum ambitu ab insula, cui me, de relictis Episcopatus sui principiis, secreti amore reddideram, non audeo dicere, nescienti, fortasse præscius amovere satagebat.* Hæc ipse. Sed & S. Eucherius ad ipsum de laude Eremi scribens, exordiatur his verbis: *Magno tu quidem animo egressus dudum de domo tua, & de cognatione tua, usque ad mare magnum, recentia eremi secreta penetraveras: majore tamen virtute repetita est a te eremus, quam petita. Siquidem cum hanc prius hospes ingressus es, habuisti ducem, & velut itineris tui prævium, quem deinde militiæ cælestis magistrum; eumque tunc secutus, & parentes relinquens, parentem tamen sequebaris: nunc vero cum eumdem adscitum ad Pontificatus fastigium prosequendum putaris, ad familiare secretum eremi te amor retulit. Ergo nunc es nobilior, & major exemplo. Prius enim cum desertum peteres, comitatus patrem videbaris: nunc cum desertum repetieris, etiam patrem reliquisti:* nempe ipsum S. Honoratum. Hæc & alia de his S. Eucherius, cum ea occasione præclaram illam ad ipsum de laude Eremi lucubrationem dedit. Cæterum quod ad ipsum Hilarium spectat; rursum Arelatum literis Honorati accersitus, interfuit (ut ipse docet) cum idem sanctus ex hac vita migravit: quem & peregregia funebri oratione laudavit, qua ejus Vitam contexuit jam Arelatensis factus Episcopus.

At licet creatus Antistes, jura suæ Ecclesiæ vendicaturus, plus æquo visus sit esse prolapsus: tamen cedens, eo tandem pervenit culminis sanctitatis, ut ore omnium meruerit commendari. Et ut omittamus ea repetere quæ de ipso dicta sunt superius de laboribus adversus Pelagianam hæresim exantlatis, de ejus erga pauperes munificentia Gennadius ita scribit (b): *Hilarius Arelatensis Episcopus, vir in sanctis Scripturis doctus, pauperum amator, & erga inopum provisionem non solum mentis pietate, sed & corporis sui labore solicitus fuit: nam pro reficiendis pauperibus etiam rusticationem contra vires suas homo genere clarus exercuit: sed nec in spiritualibus neglexit, nam & in docendo gratiam habuit, & absque personarum acceptione omnibus castigatum opus prædicationis ingessit.* Hæc Gennadius. Porro haud his paucis circumscribi, & conscribi valuerunt egregiæ

XVII. Hilarius Arelat. Episc. virtutibus clarus.

(b) Gennad. de Script. Eccl. c. 69.

PAGIUS *Congregatio se recondebat jam ad pausationem.* Marcellinus in Chronico ad Consulatum Pauli & Muschiani, anno DXII. gestum, utitur verbo *repedare*; & tamen hic Auctor eodem, quo Anonymus tempore scripsit. Mentionem etiam facit Baudonivia variarum Reliquiarum, quæ *Radegundis* a diversis accepit, & de Basilica in ejus honorem extructa. Ad hæc antiquus Auctor Anonymus Vitæ Sancti Eleutherii Episcopi Tornacensis ab Henschenio ad diem XX. Februarii secundo loco recitata, tria hujus Sancti Romana itinera narrat, & cap. 5. dicit, eum Romanam Ecclesiam Hormisda regente, Romam se contulisse, & ab eodem summo Pontifice obtinuisse Reliquias B. Mariæ Ægyptiacæ, & B. Stephani Proto-Martyris, additque de Tornacensibus: *Exultant Clerici, & Dalmaticis induti beato Pastori suo obviam procedunt.* Quare anno DXVIII. quo Cointius tertiam illam profectionem Romanam, Eleutherii consignat, & circa quem Anonymus Jurensis tres laudatas Vitas elucubrabat, & Dalmaticæ communes erant, & Reliquiæ Sanctis & Magnatibus, ut plurimum non denegabantur. Quo ad cursum canonicum, simili loquendi modo utitur Fortunatus in vita S. Germani Parisiensis Episcopi: *Non est egressus ulterius psallentium ab Ordine donec clarescente die decantatus solemniter Cursus universus consummaretur ex Canone.* Abbates a Cassiano Anonymo isto longe antiquiori, vocantur *Summi Patres*, ut videre est in hoc Opere anno CCCCXIX. & Presbyteri appellantur *Sacerdotes* ab Orosio, ut ibidem anno CCCCXV. ostendi. Immo Pontifices Romani qui hoc vel sequentis sæculi initio vixere, Presbyteros quandoque appellavere *Sacerdotes*, uti Innocentius I. in Epistola ad Decentium n. 3. *De consignandis infantibus manifestum est, non ab alio quam ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri, licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent.* Symmachus vero in Synodo Romana de abroganda Odoacris Regis lege n. V. Presbyteros Romanos nuncupat Sacerdotes: *per omnes Romanæ civitatis titulos, qui sunt Presbyteri, adstringi volumus lege.... cujus Romanæ civitatis Sacerdotes volumus religiosis nexibus*



giæ ejus virtutes, & spectatissima morum sanctitudo: etenim (ut idem auctor est Gennadius *a*) Honoratus, non Arelatensis, sed Episcopus Massiliensis ejusdem Hilarii res gestas perpetuæ memoriæ consecravit: laudatum etiam a S. Prospero diximus: egregio quoque eum præconio prosecutus est post Eucherium Constantius in Vita S. Germani. Sed accipe nuper ad nos missum Epitaphium ipsius S. Hilarii Arelatensis Episcopi, cujus sepulcrum est in Ecclesia S. Honorati extra muros Arelati, in capella subterranea, quæ est subtus altare majus dictæ Ecclesiæ. Sepulcrum erat opertum prægrandi lapide marmoreo, & in fronte dicti lapidis leguntur hæc verba: Sacrosanctæ Legis Antistes Hilarius hic requiescit.

(a) Gennad. de Scrip. Eccl. cap. 99.

Hilarii Arelat. Episc. Epitaphium

Extant, & supersunt in eadem capella fragmenta tabulæ marmoreæ, ex quibus epitaphium subsequens litteris Romanis scriptum elicuimus:

*Antistes Domini, qui paupertatis amorem*
*Præponens auro rapuit cœlestia regna*
*Hilarius, cui palma obitus, & vincere Christus,*
*Ann. Eccl. Tom. VII.*

*Contemnens & erat terreni corporis usum.*
*Hic carnis spolium liquit ad astra volans.*
*Spernit opes dum quærit opes, mortalia vitans*
*Perpetuis Cœlum donis terrestribus emit.*
*Gemma sacerdotum, plebisque orbisque magister:*
*Rustica quin etiam pro Christo munia sumens,*
*Officio vixit minimus, sed culmine summus,*
*Nec mirum post hac meruit si luminæ Christi,*
*Angelicasque domos intravit, & aurea regna,*
*Divitias, Paradise, tuas, fragrantia semper*
*Gramina, natantes divinis floribus hortos,*
* *Subjectaque videt nubes & sidera Cœli.* * subjectasque.

Et ad postremum illud satis ad coronam Hilarii, quod licet pro tuendis (ut sibi

XVIII.

PAGIUS *bus devinciri.* Denique idem Anonymus verba inusitata ac magnifica, stylumque elatis vocibus intensum perpetuo affectat, indeque Hilarii Primatum *Monarchiam* appellat, Abbates *Patris* & Presbyteros *Sacerdotis* nomine nuncupat, qui tamen ex communi loquendi modo tunc adhiberi solito dicebantur secundi ordinis Sacerdotes, aut simpliciter Presbyteri. Ea scribendi ratio absurda non censenda; cum non multo post communi usu recepta fuerit, & voces in consuetudinem venire solitæ non sint, quin prius a privatis Scriptoribus per aliquod tempus fuerint usurpatæ. Tres itaque Vitæ illæ genuinæ & sinceræ, ac præclara Antiquitatis monumenta.

XI. *Duæ in contrarium rationes referuntur.*

„ At, inquit Quesnellus citatus, si quis Galliarum statum, qui tunc erat, attenderit, intelliget, quam parum illi conveniat, ut Celidonius Vesontionum fuisse credatur illo tempore, Episcopus. Omnes enim, ni fallor, consentiunt, *Maximam Sequanorum* vicinasque regiones tunc paruisse, non Romanis, sed partim Galliis, partim Burgundionum Principibus. Quis autem credat, *Hilarium* ditionis Romanæ Episcopum, in alienæ ditionis Metropolitam jus sibi assumere ausum esse, in extera & inimica Romanis Provincia Visitatorem egisse, Synodum congregasse, primi ordinis Episcopum deposuisse? Hoc certe numquam passi essent Burgundiones, sed nec nunquam id cordatissimus, vir *Hilarius* tentasset: qui si Romanum Monachum in Presbyterum consecravit, ut hujus Vita testatur, non aliam ob causam eum ex Jurensium locis ad se evocavit, quam quia Jurensia loca quæ Burgundiæ dominationis erant, adire sas illi non erat, ut Sacerdotalia munia illic exerceret. Ex ista ratione altera sequitur, quod nimirum *Valentinianus Imp.* non itaægre tulisset Celidonium ab Hilario fuisse depositum, nec illius causam adverfus hujus sentiam tam ardenter suscepisset defendendam „ si extra dominationis suæ limites Episcopus „ fuisset Celidonius. Imo vero hoc illi acceptissimum fuisset, quod Romanæ ditionis Episcopus in eas Ecclesias, quæ ab illa avulsæ fuerant, jus & potestatem sibi vindicasset; „ Hoc enim erat viam Romanis aliquatenus parare, ad regiones illas suo iterum jugo subjiciendas. Hæc Quesnellus, cujus duæ rationes Papebrocio laudato probantur.

XII. *Utrique satisfit.*

Verum res alio statu in Galliis hoc tempore erant, quam uterque Vir Doctissimus sibi persuasit, ut enim ad annum CDXLIII. & ad annum CDLVI. videre est, *Burgundionum* Reges Galliam Sequanorum, & Provinciam Viennensem non obtinuere ante annum CDLVI. indeque nulla eorum in Vita Sancti Romani mentio extat. Et tantum abest, ut Burgundionum Reges cum Romanis tanquam cum hostibus egerint, ut eos tanquam Dominos coluerint, eorumque partibus, saltem post obtentam ab eis *Sabaudiam*, semper adhæserint. *Aetio* militiæ Romanæ in Gallis Præfecto in pugna Catalaunica adfuerunt: sub Anthemio Imp. *Riothimum* Regem Imperio fœderatum, a Gothis acie fusum, fugatumque exceperunt; *Chilpericus* Rex hoc tempore Patricius erat, & *Gundeucus* ejus frater Magister militum, ut liquet ex Epist. Hilari Papæ recitata a Baronio an. CDLXIII. num. IV. quas Dignitates uterque obtinuit ab Imperatoribus Romanis, qui ejus successores iisdem honoribus exornarunt. Cum itaque Sanctus *Hilarius Zosimi* Papæ rescripto, & Vicaria potestate ab illo suis decessoribus concessa *Celidonium* Episcopum Galliæ, dignitate dejecerit, hæ Quesnelli rationes evanescunt, quæ etiamsi *Vesontio*, cujus dicitur fuisse Episcopus, hoc tempore Burgundionibus subjecta fuisset, non potuisset Valentinianus Imp. non gravissime ferre, quod Hilarius Episcopum Principi sibi addictissimo subditum male, ut ille quereba-

sibi videbatur, juste) juribus Ecclesiæ Arelatensis offensam meruerit tanti Pontificis, tamen quod sanctitate non vulgari claruerit, in publicis Ecclesiæ etiam Romanæ (*a*) monumentis titulo meruit sanctitatis adscribi, aniversariaque memoria ejusdem ubique locorum dies natalis coli. Cui sic ad breve temporis spatium contigit ob Ecclesiasticas controversias Hilarius sanctitate clarus.

(*a*) *Rom. Martyrol. die 5. Maii.*

PAGIUS batur, & Sanctus Leo ei significavit, habuisset. Porro *Hilarium* Vicaria illa potestate adversus *Celidonium* usum esse, indicat Sanctus Leo in Epist. ad Episcopos Viennensis Provinciæ scripta, in qua ab eo Hilarius accusatur tanquam *ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicans*; indicat & Valentinianus Imp. in sua Novella, hoc anno ab eo data, & a Baronio recitata, in qua ait de Hilario: *Alios incompetenter removit*, (sc. Celidonium) *indecenter alios invitis & repugnantibus civibus ordinavit*, in Gallia sc. ut diserte semel & iterum affirmat Imperator.

XIII. *Dissidium inter SS. Leonem & Hilarium diverso modo narratum.*

Quæ de hac inter Sanctum Leonem, & Sanctum Hilarium controversia referuntur a Sancto Leone, & a S. Honorato Episcopo Massiliensi, valde inter se discrepant. Ait Leo: *Nihil Hilarium habuisse rationabile, quod in sanctorum Concilio Sacerdotum posset respondere*: contra vero Hilarium laudat Honoratus; *quod solus tantos sustinuit, quod requirentes edocuit, quod altercantes vicit*. Queritur Leo *ad ea se occulta cordis istius transtulisse, quæ nullus Laicorum dicere, nullus Sacerdotum posset audire*. Honoratus autem miratur, *quod nequaquam mirantes expavit, quod potentibus non cessit, quod in discrimine vitæ positus communioni ejus* (Celidonii videlicet), *quem cum tantis damnaverat, conjungi nullatenus acquievit*. Leo *tumorem mentis ejus, superbiæ spiritu inflatæ, & nimis impiam præsumptionem arguit*, talemque asserit extitisse, *ut B. Petro nollet esse subjectus, & frequentius temerariis & insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret*: Honoratus vero scribit Hilarium *B. Leoni se illico præsentasse, cum reverentia impendisse obsequium, & cum humilitate popposcisse, ut Ecclesiarum statum more solito ordinaret*. Denique Leo graviter expostulat, *quod Hilarius meriti sui conscius cum quæreretur ad causam turpi fuga se credidit subtrahendum*; sed Honoratus & sapientiæ & fortitudini imputat, quod *custodibus appositis hyeme sæviente, quos ratione non flexerat, crediderit relinquendos*.

XIV. *Leoni etiam in propria causa loquenti omnis fides adhibenda.*

Controversiæ statum iisdem fere verbis Quesnellus & Papebrocius citati, qui hanc magis aliis discussere, proponunt, priorque arbitratur, *Honoratum* post Leonis & Hilarii mortem ita scribentem ab omni vel palpandi, vel fallendi affectu liberum & immunem fuisse, credendum; indeque prolixam Apologiam texuit *pro sancto Hilario Arelatensi Episcopo*. Verum Papebrocius longe rectius statuit potiorem in hujus causæ narratione, esse auctoritatem Sancti Leonis, quam Auctoris Vitæ Sancti Hilarii, quia *Leo* tam sanctus fuit, ut mentiri nollet; tam antiquus, ut nemo propinquior haberi possit testis hujus rei, cui interfuit, quam quæ ipse, ut judex gessit. „ Præterquamquod Auctori Vitæ Sancti Hilarii injuria non magna „ fieret si diceretur in iis, quæ Romæ gesta „ erant anno CDXLV. ex auditu & relatu Arelatensis Cleri post annos viginti aut triginta narrandis, scripsisse minus vera: magna „ autem fieret *Sancto Leoni*, si vera scripsisse „ dubitaretur in Epist. vulgo LXXXIX. ad „ Episcopos Viennensis Provinciæ. Cum enim „ istum possit excusare bona fides, audita referentis, Leo non posset non damnari impu„ dentissimæ calumniæ, falsa scribens; quis ob„ secro intelligens quam sanctus vir *Leo* fuerit, „ huic dubitabit dare fidem; illi, quamvis „ sancto contraria scribenti, derogare? Hæc „ Papebrocius, qui postea pluribus agit de „ culpis Sancto Hilario a Sancto Leone impa„ctis, & quatenus excusari possint.

XV. *S. Honorati Massilienses Epist. narratio in causa Leonis nutat.*

Profecto qui animum attenderit, ad ea, quæ pluribus sanctis Viris contigere in his referendis, quibus ipsimet præsentes non fuere, *Sanctum Honoratum* de iis, quæ Romæ in causa Celidonii, coram Sancto Leone gesta fuerant, male edoctum fuisse, non dubitabit. Sæculi sequentis initio magni tumultus Constantinopoli excitati, quod Sanctus *Macedonius* Patriarcha Constantinopolitanus pati nollet in hymno Trisagio has voces adiici: *Qui crucifixus es pro nobis*. Tunc enim, ut narrat Evagrius lib. 3. cap. 44. gravissima seditio exorta est, *perinde quasi Christiana religio funditus everteretur*: adeoque crevit, ut Imperator Anastasius, præcones ad populum miserit, qui proclamarent, se libentissime Imperio cedere. De his tamen omnibus innocens fuit *Macedonius*, cui Imperator insidias struxerat, ut illum e Patriarchatu expelleret: hoc enim scientes Schismatici *die Dominico* in magna Ecclesia Trisagium canentes ei addidere *qui crucifixus es pro nobis*, ut scilicet ostenderent, ipsummet Deum in passione Christi passum esse, eaque clausula hæresim Eutychianam magis corroborarent. Et nihilominus sanctus *Avitus* Viennensis Episc. de his quæ tunc Constantinopoli accidere, ad *Gundabodum* Burgundiæ Regem scribens, horum tumultuum auctorem facit *Macedonium*, quem negligentiæ insciliæque insimulat: aitque juste *antiquæ Sede* propulsum esse, cum docuerit, *crucifixo pro nobis, ut misereatur, minime supplicandam, & quicquid putabatur ab Eutychianis hæreticis concipi*, patuerit *totum hoc ab Episcopo prædicari*. Et tamen non alia ratione eam clausulam *Macedonius*, cæterique Orthodoxi non ferebant Trisagio adiici, nisi quia Eutychiani per eam Deum crucifixum insinuare volebant. Qua de re plurimus egimus anno DXII. quo ea Epistola data. Porro Avitus ad Principem suum non alia scripsit, quam quæ ab aliquo Episcopo, aut Viro illustri, aut sanctitate claro ex Oriente acceperat, neque enim verosimile est, Episcopo Natalibus, pietate, & scientia conspicuo cum aliis, quam cum hujusmodi viris fuisse literarum commercium. *Honorato* itaque Massiliensi Episcopo idem, quod *Avito* Viennensi Metropolitæ, accidit; & quemadmodum hic de Macedonii causa, sic & ille de causa Leonis relationem parum sinceram habuit. Cæterum *Sanctum Honoratum* Auctorem esse vitæ Sancti Hilarii, quod negavit Papebrocius, infra videbimus.

Mar-



tamen omnino conquievit, neque contrariis editis Apologiis suam causam defendit; cum alioqui id præstandi, & vis eloquentiæ ipsi suppeteret, & jura a prædecessoribus prætensa suffragarentur.

XIX. Quod vero ad ejusdem Hilarii lucubrationes pertinet, nulla præterea nobis ingenii ejus monumenta supersunt, nisi data ad S. Augustinum epistola adversus Pelagianos: ejus enim fuisse discipulum, superius dictum est. Vitam quoque S. Honorati primi cultoris Insulæ Lerinensis, ac deinde Episcopi Arelatensis, sui ipsius prædecessoris, conscripsit: quod testatur Gennadius, (*a*) & alii post eum: est enim funebris oratio, qua res ab eo gestas est prosecutus: sed eam quidem carie situque obductam, latentem diu, haud pridem in lucem Parisiis edidit vir doctissimus Genebrardus: cui bene precamur, quod ex ea refellantur fabulæ, seu potius sunt dicenda deliria incerti auctoris operis tribus libris distincti de Vita Sancti Honorati, quo in primis fingitur idem S. Honoratus Nicomediæ Regis filius, & alia id genus, quæ non sine nausea legi possunt, nisi ab eo, cujus sit stomachus ferreus, & ignorantiæ undique obductus rubigine.

(*a*) *Gennad. c. 69. Vita S. Honorati ab Hilario scripta.*

XX. Honorati vitæ breve compendium.

Cæterum quod ad S. Honorati genus atque patriam pertinet; ex Senatoria illustri familia, eademque Consulatus dignitate aucta ortum, idem tradit Hilarius: fuisseque patria Arelatensem, idem non obscure significat, dum ait ipsum, duce S. Caprasio sene, conversum in monachum, germanumque nactum comitem Venantium nomine, vitandæ gratia humanæ laudis, iter arripuisse Orientem versus, navigioque perveniisse in Achajam: ubi defuncto eodem ipso fratre Venantio, ipsum Hilarium cum suis haud leviter ægrotantem, iniisse consilium patriam repetendi: & licet quænam patria fuerit,

PAGIUS XVI. *Synodus Arelatensis II.*

Marca lib. 6. de concordia cap. 17. num. IX. & Baluzius in Supplemento libri 5. de Concordia cap. 32. num. I. existimant, ex laudatis Leonis verbis num. IV. posse constitui epocham Concilii Arelatensis II. hactenus inexploratam. Nam cum constet, *Hilarium* qui magnas Synodos propria auctoritate congregabat intra Gallias, a Sancto *Leone* hoc anno repressum esse, locus non videtur dubitandi, quin Synodus illa habita fuerit ab *Hilario*, adversus quem *Leo* excanduit, ob hanc ipsam causam, ideoque quin collocanda sit immediate post Concilium *Vasense* anno CDXLII. celebratum, & ante currentem annum, quo scripta est Leonis ad Gallicanos Episcopos adversus Hilarium Epistola. Sirmondus enim recte observavit, hoc Concilium Arelatense II. ex Canonibus Arauficani & Vasensis pro parte contextum esse, perperamque hactenus ab aliis Constantini Magni, ab aliis Constantii ejus filii temporibus adscriptum fuisse, & de numero ejus Canonum in antiquis exemplaribus magnam discrepantiam esse; cum tamen in eis nulla sit, Legendæ Sirmondi Notæ posthumæ in Appendice ad Tomum IV. Concil. in qua dicitur hæc Synodus celebrata sub *Ravennio* Hilarii successore, anno circiter CCCCLII. quod ex mox dictis ruit,

XVII. *Epistola S. Leonis adversus S. Hilarium scripta.*

Epistola IX. Divi Leonis ad Episcopos Gallicanos Provinciæ Viennensis, qua queritur, *Hilarium* Arelatensem Episcopum Roma, non expectato Sedis Romanæ judicio discessisse, monetque Gallicanos Episcopos, se Arelatensis Sedis privilegium ad Viennensem transtulisse, suppositionis characteres aliquot præfert, inquit, Quesnellus in Notis ad eandem Epistolam, quæ ex Bibliotheca Floriacensi prodiit. Nam *Archiepiscopi* nomen Latinis tunc in usu non erat. Præterea Epistola dicitur *data VIII. Idus Januarii Valentiniano Aug. IV. & Avieno Coss.* Valentinianus autem anno CDXXXV. quartum Consulatum gessit, Avienus anno CDL. Consul processit. Verum fatetur postea Quesnellus hanc Epistolam videri necessariam; cum altera, quæ sincera ab omnibus agnoscitur, mense Junio scripta videatur, & hyemis tempore Roma profectum Hilarium narret ejus *Vitæ Auctor*; unde & Januario mense hanc scribere potuit Sanctus Leo Epistolam ad Gallicanos Episcopos, & postea prolixiorem alteram de eodem negotio. Vox *Archiepiscopi* pro Episcopi nomine a Librariis ævi sui usum ob oculos habentibus, non raro suppositæ, ibique scriptum *Valentiniano Aug. IV.* loco *Valentiniano Aug. VI.* & *Avieno* pro *Nomo*. Nihil itaque certi de hac Epistola statui potest.

XVIII. *S. Hilarius Semipelagianis adhæsit.*

Ad num. XIX. & seq. Epistola Hilarii ad Sanctum Augustinum adversus Pelagianos seu Semipelagianos, non a Sancto *Hilario* Arelatensi Episcopo, ut credidit Baronius, sed ab alio *Hilario* scripta, ut suo loco ostendimus. Fuit porro Sanctus *Hilarius* Arelatensis Episcopus unus ex illis, qui a Sancto Augustino, in quæstione de Prædestinatione, discedentes Semipelagianis adhærebant. Nam Sanctus Prosper data ad Sanctum Augustinum Epistola, qua omnium, quæ contra illius de Prædestinatione sententiam, in Gallia disseminabantur, certiorem fecit, rogavitque, ut libris editis adversarios comprimeret: *Speramus* inquit, *non solum tenuitatem nostram disputationum tuarum præsidio roborandam; sed etiam ipsos, quos meritis atque honoribus claros, caligo illius opinionis obscurat, defæcatissimum lumen gratiæ recepturos. Nam unum eorum præcipuæ auctoritatis & spiritualium studiorum virum Sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum sciat Beatitudo tua admiratorem, sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ, & de hoc quod in querelam trahit, jampridem apud Sanctitatem tuam sensum suum per literas velle conferre. Sed quia utrum hoc facturus, aut quo fine sit facturus, incertum est; adde eruditionem humilibus, adde increpationem superbis*. Quare Hilarius Arelatensis Episcopus erat *unus eorum*, qui gratuitam Prædestinationem ad initium fidei ab Augustino assertam in quæstionem trahebant. Illi vero tunc hæretici minime censebantur.

XIX. *Ab eis postea discessit.*

Alter *Hilarius* qui literas de eorumdem Semipelagianorum opinionibus una cum Prospero ad Augustinum perferendas dedit, Prospero conformia narrat: *Plane*, inquit, *illud tacere non debeo, quod se dicant tuam Sanctitatem, hoc excepto, in factis ac dictis admirari*. Ubi

vi-

rit, expresse non nominet; tamen Arelatum significat, dum auctor ipse Hilarius pro concione alloquens suos Arelatenses, illis plane verbis insinuat, ubi ait: *Hinc jam vobis Honoratum vestrum Christus reduxit, & occulta manus salubritatem regressus sui temperat, &c.* quem ergo ad suos Arelatenses reductum atque regressum tradit, sane inde recessisse significat. Redeuntem vero, primum omnium, consilio Leontii Forojulienſis proximè degentis Episcopi incoluisse insulam Lerinensem a serpentibus obsessam; illicque, cedentibus illis, Ecclesiam & monasterium erexisse, excepisseque a sæculo profugos ad vitam monasticam excolendam, docet: sed & Arelatum cum rediisset, se conversum a vita sæculari ab eodem Honorato, idem qui ea scribit, affirmat Hilarius: nam ait: *Tunc primum illam patriam, quam fugiendam dudum crediderat, agnovit: educit me secum, suam prædam, gaudet, triumphat, exultat, &c.* recenset ejus in Episcopum Arelatensem assumptionem, ac tandem ægritudinem, obitum, atque funus. Ad postremum vero ejusmodi precibus, more majorum, eumdem in cœlo regnantem

Preces S. Hilarii ad S. Honoratum.

Honoratum interpellat; quod certo sciret, Dei amicos, defunctos licet, humana curare; aitque: *Memento itaque, amice Dei, memento jugiter nostri. Deo incoinquinatus assistis, canens illud canticum novum & sequens agnum quocumque vadit: tu illi pedissequus, tu pro nobis patronus, orationum nostrarum interpres acceptabilis, & fortis assertor, profusas ad sepulcrum tuum alumni gregis preces perfer: impetra, ut conspiratione communi omnes simul, sacerdos & populus, quæ jussisti, quæ docuisti, obtinere mereamur.* Hæc Hilarius: qui sicut in Episcopatu successor illius fuit, ita in præfectura cœnobii Lerinensis post eumdem S. Honoratum Maximus Abbas fuit electus, ut S. Eucherius in libello de laudibus Eremi declarat. At vero ipsum Hilarium sub Imperatoribus Valentiniano, & Marciano diem clausisse extremum, Gennadius auctor est: Quem tamen corrigas ex his, quæ dicentur, inferius anno quadringentesimo quadragesimo nono, ad quem annum S. Hilarius pervenisse demonstratur, decessisseque sub Consulatu Asterii, & Protogenis, sub Theodosio, & Valentiniano Impp. Hu-

PAGIUS

vides utrumque eisdem fere verbis de eadem re agere. Sanctum tamen Hilarium doctrinam illam postea abdicasse, ostendunt postrema ejus verba, quibus moriens adstantem suam Clericorum congregationem cohortatus est, atque adversus Pelagianum virus visus est præmunire, ut colligit Quesnellus ex ejus Vita in Notis ad Opera Sancti Leonis Tomo II. pag. 913. Sic enim ejus Vitæ Scriptor Hilarium loquentem inducit: *Cum istius mundi Principibus cum quibus Apostolus describit bellum juge esse, confligimus, quod nulli deerit quicumque ad beatitudinem Cælesti Gratia Præcedente, & Industria Subsequente, voluerit pervenire.* Quæ profecto verba longe clariora sunt, quam quæ afferuntur, ut probetur eum novam adversus S. Augustinum doctrinam initio secutum esse.

XX. *S. Honorati Episc. Arelatensis Patria.*

Scripsit S. Hilarius sermonem *de Vita Sancti Honorati Episcopi Arelatensis* decessoris sui, quæ extat apud Bollandum ad diem XVI. Januarii. Quo ex sermone occasionem sumsit Baronius existimandi Hilarium scripsisse Vitam S. Honorati Episcopi Arelatensis; & Sanctum *Honoratum Arelatensem* fuisse. Alii, ut Petrus Saxius in Pontificio Arelatensi, *Honoratum* genere Burgundum extitisse volunt. Verum in laudata Vita Sancti Hilarii cap. 2. legitur, Sanctum Honoratum adhuc Lerinensem Abbatem, congregationem a se institutam paululum deseruisse, & ut *Hilarium* in novæ vitæ immortalitatem regeneraret, ad patriam profectum esse: quod ipsemet Hilarius in sermone laudato confirmat: *Mei gratia, patriam, quam fastidierat, non dedignatur accedere.* Quare eadem erat utriusque patria; imo uterque cognationis vinculo conjunctus, ut liquet ex his Hilarii de Honorato loquentis verbis: *Quærens in me fidei, sicut sanguinis sui venam.* Præterea ibidem Hilarius scribit, Honoratum Arelatensibus ignotum fuisse: *Sed unde illud, quæso quod jam e longinquo tam ignotus expetitur?* Compellat Hilarius Arelatenses, quibus Honoratus incognitus non fuisset, si Arelatis natus esset, & quidem ex nobilissima familia *usque ad Consulatus nobilitatem provecta*, & quem *pene summum habet mundus honorem*, ut ait Hilarius citatus cap. 1. Neque Honoratus Burgundus fuit; cum in Vita Sancti Lupi legatur, Lupum ortum esse *in Leucorum oppido, nobili autem imprimis familia* duxisse in uxorem *Pimeniolam, Sancti Hilarii Arelatensis sororem, illustris memoriæ*. Unde ejusdem patriæ ac provinciæ Hilarius, Lupus, Honoratus, imo & Vincentius Lerinensis, Lupi germanus frater, extiterunt. Quæ ratio esse potuit, cur in una eademque insula Lerinensi simul morari voluerint. Fuere porro *Leuci* populi Galliæ Belgicæ, ubi nunc Tullensis Diœcesis in Lotharingia, cujus Urbs Primaria *Tullum*.

XXI. *Hilarius Arelatensis & Eucherius Lugdunensis Episcopi an.* CCCC. XLIX. *demortui.*

Baronius ex literis Sancti Leonis ad Episcopos Provinciæ Lugdunensis, qui unanimi consensu Ravennio Episcopatum Arelatensem detulerant, datis *Asturio & Protogene Coss. II. Kalend. Septemb.* anno nempe CDXLIX. colligit, Sanctum Hilarium usque ad illum Christi annum in vivis fuisse. Et quidem recte; Prosper enim in Chronico Imperiali ad annum Theodosii Jun. post Honorium patruum regnantis XXVI. ait: *Eucherius Lugdunensis Episcopus, & Hilarius Arelatensis egregiam vitam morte consumant*; ideoque anno Christi quadringentesimo quadragesimo nono, qui vicesimus sextus erat a morte Honorii Imp. Quare erravit Gennadius in lib. de Illust. Script. cap. 69. ubi scribit, *Hilarium* vixisse usque ad Marciani Imperium. Sanctus Honoratus Episcopus Massilienſis in Sancti Hilarii Vita diem ejus mortis non memorat, qui ideo incertus est. In quibusdam quidem antiquis Martyrologiis, & hodierno Romano colitur die quinta mensis Maii, indeque Henschenius eo die eumdem mortum tradidit; cum tamen illud inde non sequatur præfer-



XXI. Hucusque, in præsentem videlicet annum, S. Prosperi Chronicon pervenit, quod habetur: ut intelligas ipsum principio, & fine carere, decurtatumque esse: liquidem Cassiodorus de ipso ait (*a*): *Sanctus quoque Prosper Chronica ab Adam ad Genserici tempora, & Urbis deprædationem usque perduxit*: mutilata quidem esse omnia, quæ præcesserant usque ad finem S. Hieronymi Chronicon, & alia deesse in fine, lector intelligit.

(*a*) *Cassiod. Instit. div. lect. l. 1. c. 7.*

PAGIUS

sertim cum ipsemet observet, in veteribus MSS. Martyrologiis Attrebatensi Ecclesiæ Cathedralis, Tornacensi Monasterii sancti Martini, & Lætiensi Sancti Lamberti memoria depositioni Sancti Hilarii Episcopi Arelatensis celebretur die VII. mensis Maii.

XXII. *S. Prosper Chronicon suum usque ad an.* CCCC. LV. *perduxit.*

Ad num. XXI. Baronii tempore Chronicon *Prosperi* cum hujus anni Consulibus desinebat, sed Andreas Duchesnius Tom. I. Historicorum Franciæ addidit illi Chronico decem annorum periocham, quæ in quibusdam MSS. legebatur; ita ut Prosper Chronicon suum perduxerit usque ad annum CDLV. & captam a Genserico Vandalorum Rege Urbem Romanam. Aliquot post annos Labbeus Tom. I. Novæ Biblioth. MSS. librorum *integrum Prosperi Chronicon ab Adami, mundique ortu ad annum CDLV.* publicavit. Denique Petrus Pithœus aliud Prosperi Tyronis Chronicon, quod Pythœanum, & Imperatorium dici solet, edidit, ab aliis postea recusum. Garnerius in Dissert. III. ad Opera Marii Mercatoris, duos Prosperos statuit, & Chronographum a Discipulo Augustini secernit. At *Prosperum Aquitanum* Chronicon scripsisse, testantur Victorius, & ipse Aquitanus, in Canonis Paschalis præfatione ad Hilarum Urbis Romæ Archidiaconum, postea Papam, Gennadius lib. de Script. Ecclesiast. cap. 84. Cassiodorus lib. de Institut. Divin. liter. cap. 17. Isidorus Hispalensis lib. 6. Origin. cap. 17. Victor Tununensis in Chronico, & Joannes Abbas Biclariensis, qui illud continuavit. Neque verum est quod affirmat Garnerius, Chronici istius Scriptorem, Collatoris & Massilien-

XXIII. *Chronicon Imperiale seu Pithœanum perperam Prospero adscriptum.*

sium adversario, tum in Opere contra eumdem Collatorem, tum in aliis quandoque aperte reluctari. Nam ut ostendit Antelmius in Dissert. VIII. de Operibus Sanctorum Leonis & Prosperi Aquitani, Chronographia Prosperi cum aliis ejus dictis, & assertionibus ubique cohæret.

Alterum *Chronicon*, non per Consules, ut prius, sed per Imperatorum annos digestum, idem Antelmius arbitratur ab aliquo decerptum fuisse ex Chronico Prosperi ad privatum fuum usum, ab eoque interpolatum. Etenim utrumque a Valentis obitu ducit initium, secundo uterque Auctor iisdem verbis & elocutionibus Opus suum inchoat. Tertio, Auctor Chronici Imperialis multa contrahit, quæ Prosper fusius narrat; mox aliqua miscet, quæ Prosper omittit, in eisque suo duce destitutus, in Chronologiam multimode peccat. Quarto identidem per summa capita ad Prosperum reversus ejus tandem vestigia premit, circa Concilii Chalcedonensis tempora; & quidem adeo tenaciter ut ipsum exscribat. Quantum ex quibusdam factis Chronico illi Prosperiano insertis colligere licet, aut ille in Gallo-Provincia natus, aut in ea ætatis plurimum exegit. Nam de variis quæ in hac Provincia hoc anno contigere fusius edisserit, dum alia quædam illustriora, quæ alibi contigere prætermittit. Varia hujus Chronici MSS. asservantur in Bibliotheca Colbertina, in quibus, sicuti & in impressis, anni Imperatorum loco suo quandoque moti sunt incuria Librariorum.

In Dis-

PAGIUS XXIV. *Inscriptio Narbonensis solvendis aliquibus dubiis inserviens.*

In Dissert. Hypatica part. 3. cap. 2. num. VII. attuli inscriptionem, quæ Minerbiæ in Occitania inventa est marmori incisa, quæque hodie extat Narbonæ in Palatio Episcopali, quam produxerunt & explicarunt Baluzius in Notis ad Capitularia Reg. Franc. pag. 1256. & Quesnellus in Notis ad Epistolam II. scriptam a Sancto Leone ad Rusticum Narbonensem Episcopum, quamque hic magis declarare juvat.

### *Explicatio Inscriptionis Narbonensis.*

„ id est; Deo & Christo miserante, limen hoc „ collocatum est anno quarto: Consule Valen„ tiniano Aug. VI. III. Kalendas Decembris, „ XIX. anno Episcopatus Rustici . . . . Rusticus „ Episcopus Episcopi Bonosi filius, Episcopi A„ratoris de sorore nepos Episcopi Venerii so„cius in Monasterio Compresbyter Ecclesiæ „ Massiliensis anno XV. Episcopatus sui die an„ni V. III. Idus Octobris, cum Urso Pre„sbytero, Hermete Diacono, & eorum sequen„tibus, cœpit deponere parietem Ecclesiæ du„dum exustæ. Trigesima septima die quadra„tum in fundamento poni cœpit. Anno II. „ VI. Idus Octobris absidem poni fecit Mon„tanus Subdiaconus. Marcellus Galliarum Præ„fectus, Dei cultor, prece exegit Episcopum „ hoc onus suscipere, impendia necessaria re„promittens, quæ per biennium administratio„nis suæ præbuit artificibus mercedem solido„rum sexcentorum ad operas, &c. solidos mil„le quingentos . . . . . Hinc oblationes san„cti Episcopi Venerii solidos C. . . . Episco„pi Dynami L. . . . Oresi . . . . CC. . . .

„ Agroeci I. . . . & Deconiæ. . . saluti . . . .

XXV. *Varia ejus beneficio e tenebris eruta.*

Ex his discimus primo, veteris Ecclesiæ ruinas eversas esse anno Christi CDXLI. die decima tertia mensis Octobris, quæ feria secunda erat, ac quinta dies anni XV. Episcopatus Rustici, & die XVIII. mensis Novembris dedicationi Basilicarum Petri & Pauli sacra, (quæ ab eversis ruinis tricesima septima erat) novæ Basilicæ fundamenta jacta esse: annoque secundo cœptæ ædificationis, anno nempe Christi CDXLII. absidem positam, die scil. nona mensis Octob. Quare *Rusticus* Narbonensis Episcopus ordinatus fuit anno CDXXVII. die nona Octobris, in quam Dominica cadebat; quibus diebus Episcopi consecrati soliti erant. Discimus secundo, *Hilarium* Episcopum, cujus meminit Prosper in Epistola ad Divum Augustinum anno CDXXIX. data; non posse esse *Hilarium Narbonensem*, ideoque hunc male suppositum ab aliquibus fuisse in locum Hilarii Arelatensis; cum Hilarius *Rusticum* in Sede Narbonensi exceperit. Discimus tertio, *Hilarium*, qui præfuit Concilio Regiensi anno CDXXXIX. habito, fuisse *Hilarium* Arelatensem non vero Hilarium Narbonensem ut perperam existimavit Baronius; cum eo anno non *Hilarius* sed *Rusticus* Ecclesiam Narbonensem administraret. Discimus quarto, *Vicennalia* Imperii Cæsarei Valentiniani anno CDXLI. edita fuisse; cum soliti fuerint Christiani, annis hujusmodi festivitatibus addictis, Ecclesias ædificare, ac insequenti quinquennio, vel decennio easdem dedicare. Discimus quinto, *Marcellum*, Virum pietate insignem, hoc tempore Galliarum Præfectum fuisse, qui tamen omissus fuit in Catalogo Præfectorum Prætorii Galliæ. Discimus denique Valentiniani Augustei Imperii *Vicennalia* hoc anno fuisse exhibita; erat enim hic quartus annus a jactis fundamentis,

✠ DŌ. ET XPŌ. MISERANTE. LIM. HOC. C.L.K.T.E. ANNO III. CS. VALENTINIANO. AVG. VI. IIKL. DE. XVIIII. ANNO. EPTVS. RVSTI.....

RVSTICVS. EPS. EPI. BONOSI FILIVS.

EPI. ARATORIS. DE SORORE NEPVS

EPI VENERISOCI. IN MONASTERIO

CONPRB. ECCLE. MASSILIENS.

ANNO. XV. EPTVS. SVI. D. ANN. V. III. ID. OCTE. EXEGIT. E PM. HOC. ONS.

CI. VRSO PBO. HERMETE. DIACO. ET EOR. SEQ. TIB NECESSAE. REPROMITEN

COEP. DEPON. PARIET. ECCL.

XXXVII. D. QVAD. INFUNDAM. PONI. CGEPI.

ANNO. II. VII. ID. OCTE. ABSI

MARCELLVS. GALL. PREE. DI.

BIENN. ADMINIST.

SVAE PREVV. ARTIFI. E.

SOL. & C ORESI. CC.....

ADOPER. E CETER. SOL. I. & AGROECI. I.....

ET DECONIAE.....

HINC. OBLAT. SCI

EPI. VENERI SOL. C

EPI. DYNAMI L....

SALUTI.....

isque



PAGIUS isque absolutus; Episcopatus Rustici decimus nonus a die nona Octobris inchoatus, & Basilica perfecta fuit die XXIX. mensis Novembris, quod manifeste significant verba hæc in fronte inscriptionis posita: *Limen hoc collocatum est anno quarto: Consule Valentiniano Aug. VI.* &c.

XXVI. *Ecclesia intra Quinquennium de more absolvebantur.*

Nam ut observavit Quesnellus citatus, quartus ille annus, non a sexto Valentiniani Consulatu, sed a jactis Basilicæ fundamentis deducitur; familiare quippe Antiquis fuit, ut quo tempore construi ædificium publicum cœptum esset, quove absolutum, hujusmodi monumentis publicis notum posteris facerent. Hoc ergo voluit *Rusticus* Narbonensis Episcopus significare, per quatuor annos ædificatam esse Narbonensem Basilicam, annoque illo quarto a quadro posito, id est, a jactis fundamentis exacto limen collocatum esse, seu finem operi impositum. Verum quidem est a die XVIII. Novembris anni CDXLI. ad diem XXVIII. ejusdem mensis anni CDXLV. fluxisse annos quatuor, ac dies undecim, *sed Rusticus* dies illos undecim annos quatuor excedentes, ut plerumque fit, neglexit, qui tamen religiosior fuit in annis sui Episcopatus numerandis; cum dicat, die quinto anni decimi quinti Episcopatus sui parietem Ecclesiæ dudum exustæ se se destruere cœpisse. Hæc explicatio confirmatur ex eo quod, postquam in inscriptionis capite linea oblonga contento, generatim significavit, quatuor annos in construenda Basilica esse consumptos, consequenter in reliquis, quid quolibet anno quove progressu præstitum sit, sigillatim explicat. Primo sc. & Basilicam veterem depositam, & novæ jacta fundamenta, secundo absidem positam, illudque omne biennii inchoati opus *Marcelli* Galliarum Præfecti impensis perfectum esse. Reliquo deinde tempore residuum operis ex oblationibus Sanctorum Episcoporum, aliorumque absolutum. Refert etiam hanc inscriptionem Gruterus pag. 1058.

XXVII. Hoc anno celebratum Concilium *Antiochenum* in causa Athanasii Parrhensis Episcopi furti accusati, quod integrum recitatur in Act. XIV. Concilii Chalcedonensis. *Athanasius* enim loquens de Domno Patriarcha Antiocheno ait: *cum cognovisset mortem beati Cyrilli, resilivit & ad judicium evocavit.* Quare cum Cyrillus anno superiori ad Deum migrarit, eo vel currenti anno ea Synodus habita, Athanasius Parrhæ Antiochiæ vicinæ, duabus tantum mansionibus ab ea diffitæ Episcopus erat in Eufratesia Provincia, eumque Ecclesiæ seu Clerici apud *Domnum* Patriarcham Antiochenum accusarunt de argenteorum columnarum furto, & de quibusdam aliis criminibus. *Domnus* causam delegavit. *Panolbio* Hierapolitano Episcopo, ejus Metropolitæ atque amico, qui Alexandro successerat. *Panolbius* ter Athanasium ad suam Synodum vocavit, qui se nolle comparere professus tertio Episcopatum renunciavit, Panolbiumque rogavit, ut alium pro se ordinaret. Sed cum hic statim alium non ordinasset, *Athanasius* propria auctoritate Episcopatum resumsit. Ejus Clerici apud Joannem *Panolbii* successorem intercessere, isque eum, ut coram se compareret, vocavit. Sed *Athanasius* causam suam sacra Principis jussione, aliis Judicibus delegari supplicavit, ea ratione quod *Joannes* Metropolita ejus inimicus foret; cumque *Cyrillus* Cpoli esset, celebrat ibidem Synodus a *Proclo* Regiæ civitatis Episcopo, & Cyrilli ac Procli commendatione *Athanasius* obtinuit sacram ab Imperatore, qua *Domno Antiochiæ* Patriarchæ causa ejus commissa fuit, idque antequam *Cyrillus* vitam cum morte commutaret. Athanasius sacra divali & literis Cyrilli ac Procli se restitutum existimabat, ideoque a *Domno* tantum petebat, ut eas executioni mandaret. Verum *Domnus* postulationem hanc merito rejecit, tandemque Synodum *Antiochenam*, cui Episcopi XXVIII. interfuere, coegit; ad quam ter vocatus *Athanasius* venire noluit? dicens eos sibi inimicos esse. Quare Domnus & tota ejus Synodus Joanni ejus Metropolitæ, hujusque Episcopis præcepere, *alium pro eo Parrhenorum Sanctæ Dei Ecclesiæ Episcopum ordinare*, indeque in Athanasii locum, Sabinianus Episcopus subrogatus est. Inter Athanasium & Sabinianum lis postea de Episcopatu Parrhensi exorta, de qua in Actione XIV. Concilii Chalcedonensis agemus.

*Synodus Antiochena in qua Athanasius Parrhensis Episc. depositus.*

I. Britannia invaditur a Pictis, & Scotis.

QUadringentesimus quadragesimusextus Domini annus tertio Aetii Consulatu cum Symmacho aperitur, novis cladibus Romano Imperio ærumnosus: etenim Africa, Hispaniis, atque Galliis a diversis barbarorum gentibus occupatis, quæ supererat Britannia, a Scotis, & Pictis invasa, dira strage vastatur. Sed primum, quod ad tempus spectat; ne in errorem labendi detur occasio, emendandus est Bedæ textus in libro de Sex ætatibus, dum tertium Aetii Consulatum ponit sub anno vigesimotertio Theodosii, quem constat in ejus Imperii trigesimum nonum incidisse. Prosecutus est hujusmodi tragœdiam luctuosam Gilda Britannus, cognomento Sapiens, stylo lugubri. Meminit autem de epistola tunc a Britannis ad ipsum Aetium Magistrum militiæ, jam tertio Consulem hoc anno missa, qua Britannorum strages nunciabatur, rogabaturque Aetius præsto esse cum exercitu: ait enim (*a*): *Igitur rursum miseri mittentes epistolas reliquas ad Aetium Romanæ potestatis virum hoc modo loquentes:*

(*a*) *Gilda de exci. Brita. apud Bibl. sanct.*

II. *Aetio ter Consuli gemitus Britannorum: & post pauca, querentes inquiunt: Repellunt nos barbari ad mare, repellit mare ad barbaros. Inter hæc oriuntur duo genera funerum; aut jugulamur, aut mergimur, nec pro eis quicquam adjutorii habentes.* Hucusque ex epistola illa Gilda recitat: sed pergit ipse: *Interea fames dira ac famosissima vagis ac nutabundis hæret, quæ multos eorum cruentis compulit prædonibus sine dilatione victas dare manus, ut pauxillum ad focillandam animam cibi caperent: Alios vero nusquam: quin potius de ipsis montibus, speluncis, ac saltibus, dum conferti continuo rebellabant, & tum primum inimicis per multos annos prædas agentibus strages dabant, non fidentes in homine, sed in Deo, secundam illud Philonis: Necesse est adesse divinum, ubi humanum cesset auxilium.* Hæc ipse. Subdit vero multis narrare, quæ apud Paulum Diaconum (*b*) post mentionem habitam de epistola a Britannis ad Aetium missa his adduntur: *Dum Aetius minime annuisset, eo quod contra vicinos hostes occupatus existeret: quidam Britannorum strenue resistentes hos abigunt, quidam vero coacte hostibus subiiciuntur. Denique subactam Picti extremam ejus insulæ partem, eam sibi habitationem fecere, nec inde ultra hactenus valuerunt expelli: At vero resídui* Britanni interpellant Aetium contra invasores.

(*b*) *Paul. Diac. lib. 14. prope fin.*

---

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5939.

SÆC. V. Anno Eræ Hisp. CCCC-LXXXIV. A. C. 446.

⊙ 7. F. ☽ 10. P. 31. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 446.

LEONIS PAPÆ 7.

THEODOSII JUN. 45. & 39.

VALENTINIANI III. 22.

I. [1] COSS. *Fl. Aetius III. & Q. Aurelius Symmachus*, ut hic vocatur in Novella hoc anno a Valentiniano data, *de Testamentis* lib. 2. Novell. Tit. 4. uterque in Occidente creatus, ut Onuphrius in Fastis demonstrat. Porro quatuor *Symmachi* nomine Consules ordinarii in Occidente fuere. De priori anno CCCXCI. quo Consulatum gessit, egimus. De illo & Symmacho hoc anno Consule, & reliquiis duobus sermonem habet Sirmondus in Notis ad Ennodii lib. VII. Epist. XXV. *De Symmacho* anno CDLXXXV. alteroque *Symmacho* anno DXXII. Consulibus videnda quæ suis locis diximus. *Quinta Quinquennalia* Imperii Cæsarei Valentiniani in hunc annum incidunt. *Quinta Quinquennalia Valentiniani.*

A num. I. ad V. Baronius dicit emendandum esse Bedæ textum in libro de Sex ætatibus, dum tertium *Aetii* Consulatum ponit sub anno XXIII. Theodosii, quem constat, inquit, in ejus Imperii trigesimum nonum incidisse. At non advertit Cardinalis Doctissimus, Bedam, quemadmodum & Pseudo-Prosperum in Chronico Imperia- II. *Britanni auxilium Romanorum implorant.*

---

NOTÆ [1] *Coss. Fl. Aetius* III. *& Q. Aurelius Symmachus.* Vetus inscriptio in ædibus Capitolinis.

KAL. DECEM.
AETIO. III. ET SYM....

Sponius in Miscellan. pag. 133.

Q. VALERIO. SYMMACHO
COS. ORDINARIO

Victor Tunuensis: *Aetio* III. *& Symmacho.* Marcellinus: *Symmacho & Aetio* III. Sirmondus, ut apud Tunuensem. Fasti Idatii: *Aetio* III. omisso *Symmacho*. Prosper vulgatus, & Vaticanus MS. *Aetio* III. *& Symmacho.*



*fidui Britanorum, dum continuo Scotorum impetus formidarent, ultro jam de Romanorum præsidio diffidentes, Anglorum gentem cum suo Rege Vertigerno ad defensionem suæ patriæ invitavere: quos cum amicabili societate exceptos, versa in contrarium vice pro adjutoribus impugnatores esse sensere. Saxones* hos nominat Gilda, alii utroque juncto nomine, *Anglo Saxones.* Quando autem ea Angli potiti sint insula, suo loco dicturi sumus.

III. Sed unde tot mala? non aliunde quidem, quam ex erumpente scaturigine peccatorum: quod pluribus ac vehementius idem Gilda deplorans, ista subinfert de Britannis non tantum omni genere sordium inquinatis, sed odio & ira (quod desperatorum est) adversus optimos exardescentibus: *Si quis* (inquit *a*) *eorum mitior, & veritati, aliquatenus propior videretur; in hunc, quasi Britanniæ subversorem, omnium odia telaque sine respectu contorquebantur; & omnia quæ displicuerint, Deoque placuerint, æquali saltem lance pendebantur:* Ac paulo post: *Et non solum hæc sæculares viri, sed & ipse grex Domini, ejusque pastores, qui exemplo esse omni plebi debuerint, ebrietate quamplurimi qua vino madidi torpebant resoluti, & animositatum tumore, jurgiorum contentione, invidiæ rapacibus unguibus, indiscreto boni malique judicio carpebantur, &c.* pluribus prosequitur eorumdem scelera: nec sibi satis eo commentario miscere cum luctu querelas, sed privatam conscripsit adversus clericos invectivam, quam ejusmodi notavit titulo: *In Ecclesiasticum ordinem acris correctio*, cujus hic saltem reddemus exordium, ex quo cætera mediteris:

(*a*) *Gild. de exci. Brita.* Britannorum peccatis Dei ira in ultionem excitata.

IV. Sacerdotum scelera. *Britannia habet sacerdotes, sed nonnullos insipientes: quamplurimos ministros, sed multos impudentes: clericos, sed quosdam raptores & subdulos: pastores (ut dicuntur) sed occisioni animarum lupos paratos: quippe non commoda plebi providentes, sed proprii plenitudinem ventris quærentes: Ecclesiæ domos habentes, sed turpis lucri gratia eas adeuntes: populos docentes: sed præbendo interdum pessima exempla, vitia, malosque more: raro sacrificantes, ac raro puro corde inter altaria stantes: plebem ob peccata non corripientes, nimirum eadem agentes, præcepta Christi spernentes, & suas libidines votis omnibus implere curantes: sedem Petri Apostoli immundis pedibus aliquos usurpantes, sed merito cupiditatis in Judæ traditoris pestilentem cathedram desidentes: sæpius detrahentes, raro vera dicentes, veritatem pro inimico odientes, ac mendaciis ac si carissimis fratribus faventes: justos, inopes, inanes, quasi angues torvis vultibus conspicantes, & sceleratos divites absque ullo verecundiæ respectu sicut cælestes Angelos venerantes: egenis eleemosynam esse dandam summis labiis prædicantes, sed ipse vel obolum non dantes: nefanda populi scelera tacentes, & suas injurias quasi Christo irrogatas amplificantes: religiosam forte matrem, seu sorores domo pellentes, & externas veluti secretiori ministerio familiares indecenter accipientes, &c.* Addit de inexplebili eorum appetitu gloriæ, & ambitione, de avaritia, simoniis, præposteriisque ordinationibus. Sed omittamus vertere sententiam putredinum, & cloacam turpitudinum penetrare: ut plane manibus sit contrectare justum libratumque æqua lance Dei judicium, cur incolæ sclerati dati sint gladio, & punientes eos barbari pro mercede sint vocati ad fidem: ut ita illam contigerit impleri sententiam: (*b*) *Non plebs mea vos: & vocabo non dilectam, dilectam; non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.* Hæc de Brittannis pro temporis ratione modo satis.

(*b*) *Ose. 2. Rom. 9.*

V. Terræmotus ingens in orbe. *Sub hujus quoque anni Consulibus* (inquit Marcellinus) *ingenti terræmotu per loca varia imminente, plurimæ urbes, Augustæ* (nempe regiæ Civitatis Constantinopolis) *muri recenti adhuc ædificatio-*



---

PAGIUS

riali, initium Imperii Theodosiani deducere ab anno Christi CCCCXXIII. quo Honorius Aug. obiit; eoque pacto tertium Aetii Consulatum in annum Theodosii post Honorium Imperantis XXIII. convenire; quo anno, præsenti scilicet, Britanni a Pictis Scotisque vexati auxilium Aetii ter Consulis & Magistri militiæ in Galliis implorarunt, ut liquet ex eorum Epistola a Baronio recitata, quæ extat apud Bedam in Hist. lib. 1. cap. 13. ubi & ait, Theodosium Juniorem post Honorium regnum suscepisse *anno Dominicæ Incarnationis CCCCXXIII.* Addit Beda: *Neque hæc tamen agentes quicquam ab illo* (scilicet Aetio) *auxilii impetrare quiverunt, utpote qui gravissimis eo tempore bellis cum Bledla, & Attila Regibus Hunnorum erat occupatus. Et quamvis anno ante hunc proximo Bletla Attilæ fratris sui sit interemptus insidiis, Attila tamen ipse adeo intolerabilis Reipublicæ remansit hostis, ut totam pene Europam, excisis invasisque civitatibus atque castellis conroderet. Quin & iisdem temporibus fames Constantinopolim invasit: nec mora, pestis secuta est; sed & plurimi ejusdem Urbis muri cum quinquaginta turribus corruerunt; multis quoque civitatibus conlapsis, fames & aerum pestifer odor plurimæ hominum millia, jumentorumque delevit.* Quia vero Baronius, indicato Saxonum Anglorumque a Britannis in auxilium vocatorum adventu in Insulam, de illis postea sermonem non habet ante annum CDLXXVII. nos singula suis annis reddentes, quæ ille omisit, supplebimus.

A num. V. ad XIV. Marcellinus in Chronico scribit, sub hujus anni Coss. magnam famem Constantinopolim invasisse, pestemque illico subsecutam, ac templum igne crematum esse. Marcellini verba anno superiori, quo ea recitat Baronius, retulimus, qui & hoc anno ex Marcel- III. *Constantinopolis terræmotu concussa.*

*ne constructi cum quinquaginta septem turribus corruerunt: saxa quoque ingentia in Foro Tauri, dudum super sese in ædificio posita, sine ullius læsione collapsa sunt: pluribus nihilominus Civitatibus collapsis, fames & aeris pestifer odor multa millia hominum, jumentorumque delevit.* Hæc Marcellinus. Hic ille plane est pavendus, & horribilis terræmotus, in quo, sursum turbine sublato puero, auditum est ab eo cani Trisagium: quamvis apud Paulum Diaconum, atque Cedrenum perperam ponatur anno trigesimo Theodosii Imperatoris, apud alios vero ante biennium. Sed cum nulla sit memoria annis superioribus, dum sedit Proclus, sub quo omnes id contigisse ferunt, terræmotum aliquem factum esse, nisi hoc anno, quo a Marcellino ponitur; eidem assentimur, ut antiquiori omnium chronographo; meritoque in eam imus sententiam, ut hoc anno id acciderit.

VI. Hujus quidem tanti prodigii cum plures auctores meminerint, Nicephorus e veteribus illud exacte describit his verbis (a) *Adhuc Theodotius imperabat, & terræmotus magnus, & admirandus extitit, qui priores omnes magnitudine, celeritate, & temporis diuturnitate facile superavit. Nam ad menses sex maxime duravit, & non ex intervallo, sed motu continuo omnia concussit, idque per Orbem fere universum: adeo ut non solum in urbe imperante* (nempe Constantinopoli) *turres in præceps ruerint, & murus variis in locis ruptus sit, verum etiam Chersonesum ædificium illud quod Macrontichos, hoc est, longum murum vocant, simul omne conciderit, & innumerabilia ubique locorum magnorum operum, templorumque ædificia pessumjerint.*

(a) Nicep. li. 14. c. 46.

VII. Miserandi casus ex Terræmotu.

*Terremotus iste Alexandriam quoque attigit; Antiochiæ autem impetu vehementiore imminens, præcipua quæque spectacula maxime comminuit. Et innumerabiles accidere casus non terra tantum, verum etiam mari. Alicubi enim terra dehiscens vicos frequentes absorbuit: alicubi fontes non exigui subito exaruere: quibusdam in locis ubertim aqua profluxit, quæ ibi antea esse solita non fuerit: arbores multæ una cum truncis suis radicitus evulsæ: aggeres plurimi derepente existentes in montes ingentes conformati: mare terminos suos transgressum, pisces ingentis magnitudinis mortuos velut funda ejecit: insulæ plures una cum incolis suis submersæ, hodie quoque non apparent: naves, undis confertim decedentibus, in arida, velut medio mari, immobiles consistere visæ. Cladem ex eo terræmotu plurimum sensere Bithynia, Hellespontus, utraque Phrygia, & Orientis pars maxima, sicuti dictum est. Invasit quoque Occidentis regiones plures: & cum longo duraret tempore, non ea qua cæperat vehementia grassari perseveravit, verum sensim de impetu aliquid remisit, donec prorsus conquievit. Clades ea talis fuit.*

VIII. Quæ passa Constantinopolis ex terræmotu.

*Byzantii autem in maximum conjecti metum, a ruinis ædificiorum sibi timentes, muros reliquerunt, & extra urbem in Campo, qui dicitur, morati sunt una cum Imperatore Theodosio, & Patriarcha Proclo continuis precibus incumbentes, Deumque ut propitius eis esset, & ab imminenti calamitate Orbem liberaret, obtestantes. Et cum aliquando motu eo grassante, terra veluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipsis extirpatum iri vererentur, & omnes litaniis, & supplicationibus dediti collacrymarent, & ex profundo intimoque animo misericordiam divinam implorarent; tum miraculum præter opinionem omnium, quod sensum, & mentem omnem excedat, subsecutum est.*

IX. Prodigium de puero.

*Subito namque e medio, spectantibus omnibus, divina quadam vi puer in aerem sublimis ad cælestem usque tractum, ita ut jam non appareret, sublatus, divinam vocem, qua Angelis Deum laudibus ferre mos est, audivit: eaque voce percepta, rursum priore puer per aerem via reversus descendit, & Episcopo Proclo, ipsique Imperatori, & multitudini omni supplicationibus operam danti, Deumque hymnis celebranti, ab Angelis canentibus se verba hæc audisse, renunciavit: SANCTUS DEUS, SANCTUS FORTIS, SANCTUS ET IMMORTALIS, MISERERE NOSTRI. Quæ ubi Proclus intellexit, statim ad eum modum populum psallere jussit: & terræmotus statim etiam constitit, omninoque quievit. Imperator vero Theodosius, & in feminis admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo perculsi, constitutione Imperiali confe-*



cellino terræ motum, quo Constantinopolis concussa, refert, quamvis is tam juxta editionem Onuphrii, quam juxta editionem Sirmondi terræ motum illum memoret *Ardaburre & Callepio Coss.* anno sc. sequenti. Quare, ut sæpius monuimus, depravato Codice Marcellini usus est Cardinalis eruditissimus. Sed non tantum Marcellinus, verum etiam Auctor Chronici Alex. hunc terræ motum in annum sequentem confert. Hæc ejus verba: *Eodem anno ingentes terræ tremores fuere, ut mania procumberent (quæ alioqui vetustate fatiscebant), & nemo quisquam auderet domi suæ manere, sed omnes deserta Urbe foris dies & noctes precibus & litaniis vacarent. Omnes enim ingens terror occupaverat, qualis a condita Urbe non fuerat. Nonnulli ignes quoque cælestes a se spectatos affirmabant. Unde & anniversaria memoria etiam hodie peragitur Litaniarum in Trichonco VIII. Idus Novemb. pro clementi Dei in genus humanum patientia, cum in tantis minis cælestibus neminem tamen morti dedit.* Erat porro Trichonchoncus ædificium Palatii, quod Constantinopolitani *Magnum* vocabant, sic appellatum, quod tribus conchis constaret.



*festim, ut per Orbem omnem hymnus divinus iste concineretur, decreverunt. Et ex eo tempore Ecclesia Christi eum acceptum, non quolibet tantum die usurpat, sed etiam (ut simpliciter dicam) cujuslibet carminis & laudis Dei initio ante omnia pleno ore præmittit. Puer verborum eorum mysterium executus, statim vita defunctus est, & in magna ecclesia, quæ Pacis nomen obtinet, conditus. Locus autem, in quo ille in sublime actus est, postea ὑψωμαθεῖον, id est, Divina exaltatio, vocatus est, Notum ventum pro urbe Constantinopolitana spectans, &c.*

X. Publica testificatio miraculi.

Meruit res tanta ad posterorum perpetuum monumentum anniversaria consecrari memoria, tabulisque adscribi Ecclesiasticis, diesque signari, quo tale prodigium hactenus inauditum evenit: conservant eam reverenter Græci, qui ex antiquo ipsorum Menologio eadem annuatim in Ecclesia publice legunt, quæ sic se habent: *Die vigesimaquarta Septembris, imperante Theodosio, terræmotus factus est magnus, & talis, qualis numquam antea factus fuisse commemoratur. Quo factum est, ut totus Populus una cum Imperatore & Patriarcha exierit extra urbem in locum, qui dicitur, Campus, propterea quod sine cessatione aliqua erat illa terrarum commotio. Cum igitur Imperator ipse Theodosius, & Proclus Patriarcha, & totus Populus litaniis & supplicationibus divinam opem implorarent: repente puerulus quidam de media turba in aerem raptus est. Omnibus autem præ timore clamantibus Kirie eleison, descendit puer, & voce magna populum compellans, petit, ut Trisagion in hunc modum decantaret: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis, miserere nobis, quæ cum dixisset, animam Deo reddidit. & terræmotus quievit.* Hactenus in Menologio, cujus publicæ memoriæ testificatione rem tantam testatam voluimus reliquisse.

XI. Sed rem adeo ingentem, omneque humanum captum penitus superantem, spectatissimis adhuc roboremus testibus, nempe sanctissimis Episcopis Orthodoxis temporis hujus scriptoribus rem gestam uti se habuit, recensentibus, dum invehuntur in Petrum Episcopum Antiochenum hæreticum, ut inter alios Asclepiades Trallianus Episcopus, qui ubi ejusmodi narravit historiam, hæc adiicit: *Hoc clare non uni, vel duobus, sed universo mundo notum fuit.* Id ipsum Acacius Episcopus Constantinopolitanus de eadem re Constantinopoli ob oculos facta testatur. His adde Latinos, nempe Justinianum in Sicilia Episcopum hæc eadem ex Synodo publice scribentem; jungeque Quintianum Episcopum Auseulanum eodem tempore eadem testantem: adiice & ad postremum sanctum Felicem Romanum Pontificem ad eumdem Antiochenum Petrum scribentem, & eamdem historiam enarrantem. Extant horum omnium epistolæ integræ, nullaque ex parte labefactatæ, quas consulere pro tuæ voluntatis arbitrio poteris: habentur intextæ una cum ejusdem Felicis Papæ decretis tomo secundo Conciliorum recentioris editionis.

XII. Porro divinitus hoc hominibus tum allatum canticum nobili scriptione explicavit pluribus S. Joannes Damascenus, edito de Trisagio commentario, narratamque historiam recenset ac probat: qui & in libro de Fide Orthodoxa (a) rursum ejus meminit, eamdemque historiam repetit; additque de eodem Trisagio cognito, atque in Chalcedonensi Concilio comprobato; post enim rei gestæ præmissam narrationem: *Quia* (inquit) *in sancto & magno ac universali quarto illo Concilio, quod Chalcedone coactum est, ita cantatus fuisse hic hymnus traditur: sic enim inter hujusce sancti Concilii Acta refertur. Quamobrem ridiculum sane fuerit, illum ab Angelis proditum, & incumbentium malorum depulsione confirmatum, ac prius etiam a Seraphim decantatum ter sanctum hymnum, utpote quo tres Deitatis personæ declarentur, Cnaphæi stulta & nulla ratione nixa opinione, tamquam scilicet ille Seraphim antecellat, obteri, ac (si superis placet) emendari. O insignem arrogantiam, nec dicam amentiam!*

(a) Jo. Damasc. de fide Orth. l. 3. c. 10. Recepta a patritus Historia

Nos



IV. An duo terræ motus sint distinguendi.

Idem Auctor Chronici Alex. sub Consulatu Valentiniani Aug. VII. & Avieni, ibidem perperam *Albini* vocati, anno nempe Christi CDL. alium terræ motum his verbis recitat: *Hoc anno Constantinopolis magnam labem accepit, & terræ motu, mense Januario, sexto & vicesimo die, nocte a Troadesitis porticibus usque ad aream Tetraphylum, sat diu durante, ita ut nemo auderet domi suæ manere, sed omnes fugerent in campum, dieisque & noctes continuarent preces. Ipse Imperator cum Senatu & populo plevoque nudus pedes, multis diebus Deum votis propitiabat. Ingens enim terror, qualis nunquam fuerat, omnes perculerat. Quidam affirmabant se ignes in cælo vidisse, unde anniversaria memoria precum celebratur etiam hodie in campo, ad Dei clementiam in genus humanum laudandam.* Porticus Troadenses sic appellatæ a marmore a Troade, ex Asia advecto, quo extructæ erant. Fuerunt vero binæ, positæque in XII. regione in antiqua Urbis Descriptione. *Tetraphylum* æreum erat versus forum Tauri, quod extitit in septima regione Urbis, ut liquet ex Cedreno pag. 348. Existimo Auctorem Chronici Alex. eundem terræ motum in duos perperam divisisse, licet Goarus in Notis ad Theophanem pag. 571. distinguendos contendat. Nam Evagrius lib. 1. cap. 17. Theo-

*Nos vero (disrumpantur licet etiam dæmones) ita dicemus: SANCTUS DEUS, SANCTUS FORTIS, SANCTUS ET IMMORTALIS MISERERE NOBIS.* Hactenus Damascenus. Porro decantatum reperitur Trisagion in fine primæ Actionis Chalcedonensis Concilii, ubi Dioscorus damnatus est, ejusdemque impietatis consortes hæretici æque rejecti.

XIII. Cur hoc tempore Trisagium propalatum.

Cur autem id, hoc potissimum tempore, fuerit Angelico ministerio per puerum hominibus patefactum, causa quidem in promptu est. Magna sane divina providentia factum esse videtur, ut cum Eutyches in secreto cubiculo & penetralibus monasterii, adversus Divinitatem pugnaturus, super incudem obduratæ perfidiæ, blasphemiæ fulmina fabricaret, quibus labefactanda foret, si licuisset, ipsa Divinitas, dum sic in Christo unam naturam sicuti unam personam prædicans, Divinitatem esse passam sicuti Humanitatem, in necessariam assumptionem deduceret; adversus novum hunc Hagiomachorum ducem Dei benignitas non fulgor intorserit, sed canticum præpararit, quo Divinitatis immortalitas ubique gentium caneretur, & per ipsum offensi numinis conciliatio imploraretur. Sic plane divinæ providentiæ est, humano consulere generi; ante parare arma; quam instet prælium; medicamenta conficere, antequam venenum irrepat in præcordia; atque ante venturam famem horrea frumento replere. Quando autem primum detectus sit Eutyches, qui diu tegmine sanctitatis obtectus delituit, suo loco inferius dicturi sumus.

XIV. Sed quid de instauratione mœnium collapsorum dicat una cum aliis Nicephorus, accipe; post enim recensitam totam illam de terræmotu tetram historiam, & canticum cælitus missum, ad institutam narrationem hæc adjecit (*a*): *Imperator ubi terræmotus timore liberatus est, illico Constantinopolitanæ urbis muros reficere aggressus est: & majorem mœnium partem, quæ in sicco loco sunt, per dies sexaginta in eam quæ nunc cernitur formam Anthemius restauravit, ingenti urbi amplitudine pomœriis prolatis adjecta. Cyrus autem Præfectus Urbi reliquum qui conciderat, & vi temporis labefactatus fuerat, murum renovavit, atque in sublimem altitudinem, urbe veluti in novam redacta formam, constituxit. Et cum aliquando Imperator in Hippodromo equestre exhibens certamen staret, Byzantii structura Cyrii delectati, magnificam illam emisere vocem: Constantinus condidit, Cyrus restauravit. Qua ex causa ira percitus Princeps, Præfecti dignitatem, illo sub prætextu, quod Græcæ superstitionis cultur esset, homini ademit, & substantiam ejus omnem publicavit.*

(*a*) *Nicep. l. 14. c. 46.*

Mœnia Urbis Constantinop. instauran-tur.

XV. De Cyri Præfecti casu.

Hæc quidem passus est Cyrus, etsi invidia (ut videbatur) Principis, justo tamen judicio: sed bono suo cessit. Qui enim inter tot signa atque prodigia adhuc deorum cultor perseveraret, violento aliquo remedio ab eo mentis delirio curandus erat, & sanæ menti reddendus: dum namque hisce necessitatis vinculis alligatus in ordinem redigitur, pro salute ad Deum Christianorum, in Ecclesiam confugiendo, licet invitus, adire cogitur. Subdit enim de eodem Cyro Nicephorus: *Ille autem animum despondens, ad Ecclesiam confugit, & in sacrum Sacerdotum ordinem allectus, Smyrnæorum præfuit urbi. Smyrnæi ubi illum audivere Græcorum sacra coluisse, communionem ejus sunt aversati. Cyrus autem ad eos in Ecclesia talia verba fecit: Viri amici, Nativitatem Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi silentio colamus, quoniam auditu etiam solo in Virgine sancta conceptum est Dei Verbum. Ei gloria sit in sæcula, Amen. Ac deinde gratus civibus fuit, & Ecclesiam pie gubernavit.* Hæc de Cyri in sedem Smyrnensem promotione: alii autem Cotyæi eum dicunt fuisse creatum Epi-

PAGIUS 17. Theophanes ad annum Theodosii XXX. Cedrenus ad annum Theodosii XXVIII. & Nicephorus lib. 14. cap. 47. de unico terræ motu loquuntur, quem Theophanes ait, *quatuor mensium spatio* factum esse Constantinopoli, & tam Theophanes, quam Cedrenus, ac Nicephorus narrant, adolescentulum in aera divina virtute sublevatum *Proclo* Episcopo Constantinopolitano renunciasse se hæc verba audiisse: *Sanctus Deus Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nostri*: Proclum vero populum, ut ita caneret, adhortatum esse, & confestim terræ quievisse motum. Verum est, hunc terræ motum, & hanc *Trisagii* institutionem a *Proclo* factam memorari in Menologio die XXV. Septembris, ab Auctore vero Chronici Alex. tradi eam anniversariam memoriam sua ætate die VI. Novembris factam. Sed existimo, Festum illud a mense Novembri, ad Septembrem temporis progressu, quod in aliis Festis non raro occidit, ob rationes nobis ignotas translatum esse. Sed quidquid hac de re sit, liquet ex hac apparitione *Proclum* anno sequenti, quo ea contigit, adhuc in vivis fuisse, ut magis mox ostendam.

V. *Cyrus Panoplites in offensionem Theodosii Imp. incurrit.*

A num. XIV. ad XX. *Cyri Panoplitis* ad fidem Christianam conversio, ejusque Clericatus pertinent ad annum quadringentesimum quadragesimum octavum. Nam terræ motus, quo mox diximus Constantinopolim quassatam contigit die XXV. Septemb. sequentis Christi anni, quo Theodosius Imp. ut narrat Nicephorus lib. 14. cap. 45. terræ motus timore liberatus Urbis muros refici, eamque ex parte reparare jussit quod a Cyro intra dies LX. præstitum. Postea enim cum, audiente Imperatore, populus exclamasset, *Constantinus condidit, Cyrus restauravit*, idem Imperator Præfecti Urbani dignitatem, obtentu quod gentilis esset, ei ademit, & cum Cyrus ad Ecclesiam se recipiens factus esset Clericus, eum Episcopum Smyrnæ, quæ Asiæ



Episcopum; sed ex una in aliam sedem translatum existimamus. De templo insuper ab ipso in memoriam Dei Genitricis erecto idem auctor hæc subdit:

XVI. Templum Dei Genitrici a Cyro erectum.

*Hujus quoque est opus templum Dei Genitrici dicatum, quod Cyri dicitur: in quo fama est Romanum illum cantorem eximium, propter carmina decantata honorem & præmium virtutis a Dei Genitrice recepisse. Templum autem id hujusmodi occasione istic est erectum. Cupressus in eo loco ingens & procera fuit, in qua superioribus temporibus, nescio quo modo, imaginem Dei Genitricis quidam occultavit. Cum autem multum præteriisse temporis, & imago lateret, ipsa se ipsam indicavit. Cupressus enim immenso coruscans lumine, perinde atque fax una ardere visa est, & ingens etiam miraculorum vis ab obscura & latenti efficacia manavit. Ubi autem quidam curiositate laudata arborem conscendit, imago ea, unde miraculorum vis profluxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ei honorem habens, pulcherrimum & maximum Dei Genitrici construxit templum.* Hucusque Nicephorus.

XVII. De miraculo ex imagine Salvatoris.

Sed quod in his versetur oratio, rem publicis monumentis æque testatam, & in Ecclesia publice legi solitam his addamus, quæ ex scripto antiquo codice *S. Mariæ ad Martyres* eodem argumento edita recitari in Ecclesia consuevit, his verbis: *In ecclesia S. Sophiæ Constantinopoli extat puteus, qui sanctus dicitur, tectus coopertorio deaurato, argentoque exornato, de quo ista scribuntur. Christianus homo in janua domus suæ erexerat imaginem Salvatoris, quam Judæus odio Christianæ religionis nocte furto abstulit, cultroque ejus vultum punxit; ex quo inflicto vulnere magna copia sanguinis effluxit, Judæique vestes aspersit: qui magno timore affectus, eamdem acceptam imaginem in propinquum puteum conjecit, & reversus est in domum suam: quem cum sanguine aspersum ejus uxor videret, in suspicionem adducta est, patratum ab eo fuisse homicidium: quod ille negavit: sed majorem augebat suspicionem, dum eum timere & tremere cerneret.*

XVIII.

*Mane autem facto venerunt ex more, qui ex publico puteo haurirent aquam: sed cum pro aqua sanguinem se hausisse conspicerent, magno sunt horrore exterrefacti: reque statim per urbem vulgata, advenit illuc tandem Præfectus urbis, quod existimaret illuc cadavera occisorum esse projecta. Qua de causa totum puteum jussit exhauriri aquis, in cujus fundo non hominis alicujus corpus occisum invenerunt, sed sacrosanctam imaginem Salvatoris vulnere perforatam, & e vulnere recentem adhuc sanguinis guttam fluere, ut unde sanguis emanasset, certo indicio doceret. Eam Præfectus acceptam ad Imperatorem attulit. Cujus jusso, voce præconis inqui-*

PAGIUS Asiæ urbs est fieri jussit, ut narrant etiam Theophanes ad annum Theodosii Imp. XXXVII. & Zonaras in Historia. Hæc accidisse anno CDXLVIII. eruo ex Suida, qui tam in Lexico, quam in Historia de Cyro loquens, scribit; *Fuit sub juniore Theodosio Imp. a quo etiam designatus est Prætorii Præfectus, & Urbis Prætor* (legendum, *Urbis Præfectus*. Interpres enim hæc Suidæ verba, *καὶ ἔπαρχος πόλεως* male in Latinum vertit). *Fuit autem Consularis, & Patricius. Nam Eudociæ, Theodosii uxor, Imperatrix, versuum amans, Cyrum supra modum admiratu est. Sed cum ea Palatio recessisset, & in Orientem profecta, degeret Hierosolymis, Cyrus insidiis appetitus, creatus est Episcopus & Inspector Sacrorum, quæ erant in Phrygiæ urbe Cotyaio & vitam produxit usque ad Leonem Imp.* Eudocia anno tantum CCCCXLVIII. die Ephiphaniæ Sacro pomum decantatissimum Paulino misit, isque ad Imperatorem; & ab eo tantum tempore ea e gratia Imperatoris excidit, & postea *Cyrus* ab Imperatore Clericus, ac dein Episcopus dictus.

VI. *Smyrnensis Episcopus non fuit.*

Verum cum Suidas eum Episcopum *Cotyaii*, renunciatum asserat; Theophanes vero, Zonaras, Auctor Chronici Alexandrini, & Nicephorus Episcopum *Smyrnensem* factum esse scribant orta inde inter recentes Historicos controversia aliis a Suida, aliis a Theophane stantibus, & Baronio num XV. *Cyrum* ex una Sede in aliam translatum esse existimante. Hanc litem certo argumento ex monumentis Ecclesiasticis & initio Episcopatus Cyri deducto, dirimam. Cum enim ante annum CCCCXLVIII. *Cyrus* in Theodosii Aug. odium non incurrerit & ab eo Chri-

VII. *Falsa illius traditionis origo.*

sti anno ad annum D. & ultra *Aethericus* Smyrnensis Episcopus fuerit, alium Episcopatum, quam Cotyaii *Cyrus* non gessit. *Aethericus* enim Episcopus Smyrnensis dicitur in Concilio Constantinopolitano an. CDXLVIII. in Pseudo-Ephesino anno CDXLIX. & in Chalcedonensi anno CDLI. celebratis. Ad eum etiam scripsit Leo Imp. an. CDLVIII. ut videre est in Codice Encyclio apud Baluzium *in nova collect. Concil.* pag. 1213. Et denique Aethericus subscriptus legitur in Concilio Romano V. sub Symmacho, juxta Labbeum in edit. Concil. Tom. IV. pag. 230. Quare citatos Historicos Byzantinos, & qui eos secuti sunt, *Cyrum* Episcopum Smyrnensem perperam feciße manifestum est. Obiter hic corrigendus alius error, qui irrepsit in omnes editiones Evagrii, neminique observatus fuit. Is lib. 2. cap. 18. pag. 327. juxta editionem Valesii, inter Episcopos, qui Concilio Chalcedonensi adfuere, numerat *Proterium* Smyrnæ Episcopum, loco *Aetherici*, qui error librariis forte attribuendus.

Commentitii hujus Episcopatus Smyrnensis Cyri, originem eruo ex ejus sepulturæ loco. Auctor Vitæ sancti Danielis Stylitæ, cujus verba Baronius num. XIX. recitat, ait: *Cuidam Cyro, qui prius quidem fuit Præses* (non vidi textum Græcum hujus Auctoris, sed non dubito, quin in eo loco *Præsidis* habeatur *Præfectus*,) *postea autem ad Sedem Episcopalem civitatis in Phrygia, cui nomen erat Cotyeum, evectus est, & ab illa postea discesserat propter quandam motam adversus eum calumniam.* Existimandum enim *Cyrum*, cum Cotyeo fugit, Smyrnam fecessisse; cum Auctor Chronici Alexan-

*quiri jubetur, qui adeo sacrilegum faci-nus perpetrasset; promittens indulgentiam criminis ei qui sponte sese reum prode-ret, pœnam capitis secus facienti commi-natus. Quæ cum Judæi uxor audisset, de viro suo suspicionem concepit, secretoque eum detulit Magistratui: a quo missis ap-paritoribus capi jussus est, & ad Imperá-torem perductus, rem ipsam absque tor-mentis, ut se habebat, palam fecit, con-testatus se fore Christianum. Qui una cum uxore baptizatus est. Ipsa vero Sal-vatoris veneranda imago super puteum col-locata est, puteus autem ambitu murorum intra sanctam ecclesiam comprehensus. Cu-jus rei gratia Kalendis Novembris in fa-cti memoriam ea historia recitari consue-vit.* Hæc ibi: sed quo potissimum tem-pore id acciderit, nusquam mentio: non tamen puto ante Nicænam posteriorem Sy-nodum, quod de re tam grandi nulla ibi mentio habetur.

XIX. Sed redeamus ad Cyrum: & quid de eo in rebus gestis S. Danielis Stylitæ o-mni fide conscriptis memoria dignum ha-beatur, hic describamus: qui enim illa col-

(a) *Apud Metaphr. die 11. Decemb. Sur. t. 6. ead. die.* legit Acta, ista habet (a): *Cuidam Cy-ro, qui prius quidem fuit Præses, postea autem ad sedem Episcopalem civitatis in Phrygia, cui nomen erat Cotyæum, eve-ctus est, & ab illa postea discesserat pro-pter quamdam motam adversus eum calum-niam, erat filia nomine Alexandra, & eodem modo erat affecta, quo ille quem prius diximus, & graviter vexabatur a dæmone. Ejus ergo pater, cum Sanctus ei venisset in mentem, ad ipsum ducit fi-liam, naturali benevolentiæ alium commi-scens ardorem, nempe fidei. Simulatque ergo Sancti manus ejus capiti fuerunt im-positæ, fugatus est spiritus; & quæ labo-rabat, statim conspecta est sana. Porro autem huic quoque miraculo fuit alterum conjunctum. Jam vero Cyrus Sancto val-de confidens, ejus utebatur gratia. Un-de etiam uxorem ejus, cui suorum agro-rum fuerat mandata cura, quæ ipsa quo-que erat dæmoniaca, duxit ad ipsum. Nec*

Cyri con-suetudo cum Da-niele Sty lita.

*eum sua fefellit fiducia, sed ea quoque cum filia mundata fuit a rabie dæmonis.* Hæc quidem (ut reor) idcirco Cyrus meruit a dæmonibus adversa pati, quod diutius ipse in idolis extitisset eorumdem dæmo-num venerator: ut hoc pacto magis ma-gisque in Christiana stabiliretur fide, dum quanta esset dæmonum imbecillitas, & hominis Christiani adversus eos potentia, facile intelligeret. Quid autem postea Danieli de acceptis memor beneficiis Cyrus præstiterit, ab eodem auctore accipe: *Pro his* (inquit) *magnas ei habens & agens gratias* (*erat enim doctus & hu-manis litteris eruditus*) *in posita illic columna, super quam vitam agebat San-ctus, epigramma postea insculpsit, quod sic habet:*

*Hic stat vir, qui ventos, quibus un-dique impetitur, non timet:*
*Ambrosia autem utitur alimento, & sitis est expers humana:*
*Altis vero radicibus fundavit ædifi-cium, columna duplici.*
*Est enim radix Simeon, Filium prædi-cans matris corruptionis expertis.*

Epigram-ma Cyri inscri-ptum co-lumnæ Danielis.

ita Cyrus Simeonis Stylitæ memoriam ha-bens, quod tam sublime & inacceſſum vivendi genus ipse primus aggressus esset, cujus exemplum Daniel imitatus fuerat. Porro ista de Cyro & Daniele longe post hæc tempora contigere, ut ex his quæ de eodem Daniele & Simeone inferius sumus dicturi, patebit. Lucubrationum vero nobilissimi Cyri ingenii extat car-men, cujus est titulus, *Veritas exulans*: quod tempore suarum angustiarum elabo-rasse visus est. At de Cyro viro clarissi-mo satis, quem vexatio impietate exuit, & reddidit Dei beneficio, religiosissi-mum Christianum.

Hoc eodem anno vigesimaquarta men-sis Octobris S. Proclus Constantinopoli-tanus Episcopus ex hac vita migravit: cujus quidem rei testes sunt Græcorum tabulæ Ecclesiasticæ, in quibus hæc scri-

XX. Obitus Procli Epis. Con-stantinop.

pta

PAGIUS xandrini ad annum CDL. diserte habeat: *Man-sit ibi* (scilicet Smyrnæ) *usque ad mortem*. Nam pronum est credere Episcopos, præsertim sanctitate vitæ & præstanti doctrina conspicuos, ibi mortuos esse, ubi eorum sepulcra visun-tur; hinc sine dubio factum, ut Theophanes, Auctor Chronici Alexandrini, aliique *Cyrum* magni nominis & virtutis Præsulem, Eccle-siam Smyrnensem administrasse, literis manda-rint.

VIII. *S. Proclus Epise. Con-stantino-politanus anno se-quenti de-mortuus.*

A num. XX. ad XXVII. In Menologio Græ-corum ad diem XXIV. Octob. dicitur, Sanctum *Proclum* Patriarcham Constantinopolitanum *cum annos XII. & menses III. Episcopatum bene re-xisset*, migrasse ad Dominum die XXIV. Octob. Verum cum certum sit Proclum ad eam Sedem evectum mense Aprili anni CDXXXIV. anno tantum sequenti mortuus est, postquam sedisset annos tredecim & menses aliquot. Quare er-rarunt etiam Nicephorus in Hist. lib. 14. cap. 47. ubi ei annos undecim tribuit, alter Nicephorus in suo Chronico, qui ei assignat annos XII. & menses tres, Theophanes, aliique passim, qui tradunt eum annos duodecim Ecclesiam Constan-tinopolitanam rexisse. Præterea in Menæis ad diem XVI. Februarii, quo Græci Sancti *Fla-viani* Procli successoris memoriam celebrant, dicitur Flavianus sedisse *annum unum, menses decem*, quod & Nicephorus in suo Chronico habet, quibus suffragatur Zonaras in Theodo-sio Juniore, qui testatur Flavianum *novæ Ro-mæ thronum per biennium* ornasse. Quare cum Baronio teste, *Flavianus* mense Augusto anni quadringentesimi quadragesimi noni in exilium mis-



(a) *Meno-log. die 24. Oct.* pta leguntur (a): *Commemoratio sancti Patris nostri Procli Patriarchæ Constan-tinopolitani, qui sacrarum litterarum pe-ritia, & probitate morum insignis, cum annos duodecim & menses tres Episcopa-tum bene rexisset, in pace migravit ad Dominum hac die vigesima quarta Octo-bris.* Ita ibi. Nicephorus in Chronico de tempore sedis ejus idipsum habet: ex quibus emendandus est Nicephorus alter, Callistus dictus, qui sedi Procli

(b) *Nicep. l. 14. c. 47.* annos tantum undecim tribuit (b). De Procli scriptis nihil præterea quam ho-milias legi, & de traditione divinæ Mis-sæ perbreve scriptum, quo asserit Mis-sam prolixiorem olim fuisse, sed a S. Ba-silio primum, & inde a S. Joanne Chry-sostomo ob socordiam & tædium ster-tentium potius, quam astantium Christia-norum esse redditam breviorem.

XXI. Defuncto igitur Proclo, in ejus locum subrogatus est Flavianus. *Erat hic* (in-quit Nicephorus c) *sacrorum donariorum*

(c) *Nicep. l. 14. c. 47.* *magnæ Ecclesiæ custos, dignitate presby-ter, vita autem cælesti præclarus. Crea-to itaque Flaviano Episcopo Constantino-politano, Chrysaphius eunuchus, qui plu-rimum apud Theodosium Imperatorem va-luit, cum minus gratam haberet ejus or-dinationem, suggessit Imperatori, ut Pa-triarchæ significaret, & electionis, seu conferationis gratia aliquod sibi benedi-ctionis loco mitteret munus. Cui S. Fla-vianus panes puros misit. Chrysaphius contra, aurum loco benedictionis esse mit-tendum, contendit. Ille respondit, non sibi esse talium rerum copiam, nisi forte ad hoc sacris uteretur templi donariis; fatisque scire Chrysaphium, Ecclesiæ va-sa Deo & pauperibus esse debita. His verbis offensus Chrysaphius est, & san-ctum Flavianum infenso habuit animo.*

Creatio Flaviani Episcopi Constanti-nopol.

XXII. *Porro Pulcheria Augusta nihil horum conscia erat. Chrysaphius interim nullum*

Chrysa-phius mi-scet di-scordias.

*non movit lapidem, ut Flavianum e sede turbaret. Cum vero id omnino, dum Pul-cheria summam rerum administraret, fieri non posse videret. Eudociam Augustam, quæ nondum in Palæstinam reversa erat, solicitavit; eamque paulatim adversus Pul-cheriam concitans, persuadet, ut Præpo-situm domus Pulcheriæ, qui summam re-rum administrabat, sibi adsciscereť. Eu-docia persuasa Imperatoris tentavit ani-mum, ut Præpositum illum a Pulcheria abduceret. Renuit ille hoc facere, ne ger-manæ Augustæ aliquam videretur inferre injuriam, cujus ope & consilio tam diu Im-perium administrarat. Postquam vero Chry-saphius spe sua frustratus est, idque ei ex sententia non successit; aliam aggres-sus est viam, Eudocieque persuadet, ut apud Theodosium agat, quo ille Flavia-num secreto inducat, ut Pulcheriam in-diaconissam adsciscereť: sicut enim Con-sules quidam vi ad Episcopatum assumi, ita etiam & per illustres atque per insig-nes feminas ad illud ministerium deligi, erat in usu. Quod cum Eudocia ageret frequenti suggestione, id tandem Theodo-sio persuasit: qui consilium cum Flavia-no de ea re agenda communicavit. Ille vero re accepta, se quod opus esset, fa-cturum promisit: Interim autem Pulche-riam, secretis ea de re datis litteris, de omnibus reddidit certiorem: monuitque ne ad se veniret, ne quod sibi displiceret, facere cogeretur.*

XXIII. Pulcheria adminis-tratio-nem re-linquit Imperii.

*Pulcheria his acceptis, tradito Præ-posito domus Eudociæ, recedens ab urbe, divertit ad Septimum, illic private tran-quillam vitam acturа. Cumque his per Pulcheriam gestis, facile Theodosius & Eu-docia intelligerent, Pulcheriam de secre-tis initis inter se consiliis redditam certiorem; in Flavianum convertunt odium. Pulcheria autem cum in hunc modum se abdicasset ab administratione Imperii, de-*



PAGIUS missus fuerit, *Proclo* anno tantum sequenti suc-cesserat, præsertim si Proclus die XXIV. Octo-bris decesserit; alioquin non per biennium in-choatum, sed per triennium fere integrum *Fla-vianus* Ecclesiam Constantinopolitanam admi-nistrasset.

IX. *Refellitur opinio con-traria.* Henschenius in Notis ad Vitam Sancti *Fla-viani* Constantinopolitani Episcopi ad diem XVIII. Februarii Baronii opinionem tuetur, aitque, Theophanem consignare mortem *Procli* anno triceſimo nono Theodosii Imp. Kalendis Maiis præsentis Christi anni inchoato, & *Pro-clum* die XXIV. Octob. ejusdem anni XXXIX. Theodosii e vivis excessisse. Verum levissimi mo-menti Theophanis hac in re auctoritas, qui eo Theodosii anno scribit, Sanctum *Cyrillum*, & Sanctum *Proclum* e vivis excessisse, cum tamen *Cyrillum* anno CDXLIV. demortuum esse cer-tissimum sit. Ait præterea Henschenius, lite-rarum communicationem inter Episcopum Ro-manum, & Episcopos Constantinopolitanum, Alexandrinum, & Antiochenum tam procul dis-

X. *Scriptæ Procli.* sitos, ostendere *Flavianum* necessario ante XXIV. Octob. anni Christi CDXLVII. diu E-piscopum fuisse; adeoque *Proclum* hoc anno ob-iisse. Verum ea communicatio fieri potuit duo-bus posterioribus mensibus anni CDXLVII. & prioribus anni CDXLVIII. usque ad mensem Novembrem, quo *Flavianus* in Pseudo-Synodo Ephesina depositus. Aliam rationem deducit Henschenius ex depositione *Basiani* ab Episco-patu Ephesino in Actione XI. Concilii Chalce-donensis, sed eam ibidem refellemus.

Baronii ætate, sancti *Procli* discipuli & ana-gnosti Sancti Joannis Chrysostomi pauca exta-bant scripta; sed ab aliquot annis omnia ejus Analecta Græce & Latine publicavit Vincentius Richardus. Edita & a Geveharto Elmenhorstio alia quædam hujus Sancti Præsulis Opuscula, ut videre est apud Labbeum in Dissert. de Script. Ecclesiast.

XI. Sanctus itaque *Flavianus* anno duntaxat se-quenti Proclo successit. Sed *Chrysaphius* Eunu-chus supremam in Palatio, & penes Imperato-

rem

*lata est ad Eudociam summa rerum*. Hæc Nicephorus: reliqua vero de Flaviano suis locis inferius. Vide quo progrediantur privata studia aulicorum; cum omnia miscere, labefactare, atque evertere non curent, ut male conceptas semel aliquando in perniciem innocentium evomant iras.

XXIV. Quod autem ad ipsam Pulcheriam spectat, interceserat nonnihil offensionis Theodosii & Eudociæ cum ipsa, dum arguere ipsa voluisset Theodosii imprudentiam hujuscemodi facto. Jam negligentia quadam usuvenerat, ut Theodosius oblatis sibi libellis, vel aliis ad regimen Imperii spectantibus, a ministris scriptis, absque eorum inspectione subscriberet: quod cum periculose admodum peragi Pulcheria intelligeret, hujuscemodi ludo eum corrigendum, in animum induxit. Libellum scribit, in quo significaretur emptam a se esse Eudociam conjugem Augustam, si ipse præberet assensum: oblataque eadem charta Theodosio, ipse ex more ei absque alia inspectione subscripsit: recepit ita subscriptam chartam Pulcheria; quæ accedentem ad se Eudociam aliquandiu retinuit, vocatamque ab Imperatore reddere recusavit; a se emptam affirmans, ostendens de rata habita emptione Imperatoris chirographum: sicque falso quidem ejusmodi joco Augusti obscitantiam voluit condiisse, ac correxisse simul. Sed quod veritas odium pariat, & Principes non facile sibi patiantur illudi: haud æquo id animo ab Eudocia potissimum acceptum fuit: quæ & in Pulcheriam invidia movebatur, quod videret virum suum Imperatorem erga sororem Augustam esse propensiorem, cum illa consulere de rebus agendis, & refundere in eam quæ essent majoris momenti negotia, se vero despici, & limis oculis ab eo conspici: cujus insensi animi adversus conjugem Theodosio ejusmodi causa præcesserat.

Pulcheria urbane arguit Theodosii imprudentiam.

XXV. Oblatum fuit aliquando Theodosio miræ magnitudinis pomum: quod ipse admiratus, dono dedit uxori. Illa autem acceptum donavit Paulino, quo ob consuetudinem rei litterariæ familiarissime utebatur, non sine aliqua suspicione. Ille vero rerum ignarus, ut conciliaret sibi Imperatoris animum, illud ipsum ei donavit: qui eo accepto, de dato pomo uxorem rogat: quæ illud se comedisse mentita est: cum illud proferens Theodosius, mendacem arguit & infidam: cujus rei causa animus Theodosii nonnihil ab ea alienus diu perseveravit, justo interim occidi Paulino: Hæc ex Nicephoro, Zonara, & aliis. Porro domestica, ista dissidia sunt tandem abdicatione Pulcheriæ consopita.

XXVI. Hujusmodi autem domesticum bellum in perniciem est conversum Ecclesiarum. Conceptumque semel odium adversum sanctissimum Flavianum haud abdicatione Pulcheriæ extingui potuit, sed in dies magis magisque studio Chrysaphii eunuchi incenso occasio quærebatur ejus in ordinem redigendi: destituto namque illo protectione Pulcheriæ, quæ rebus Imperii vale dicto, privatæ vitæ otium fuerat amplexata, haud ei difficile visum est, quovis occasionis prætextu Pontificem aggredi.

XXVII. Sed quem vindictam avide sitienti propinaverit hostis humani generis blasphemiæ calicem, suo loco dicturi sumus abunde. Hic plane apparuit evidens, quonam pacto puræ religionis cultu bene administretur Imperium, & quam felicissime cuncta succedant, ubi in eo sancta religio primum sibi locum vendicat. Jam enim ad quadraginta fere annorum spatia, Theodosii licet imbellis & consilii inopis inter tot barbarorum insultus, est Imperium feliciter propagatum, una sancta virgine pietate pollente habenas regiminis moderante: adeo ut etsi imprudenter aliquando peccare Theodosium ipsum contigerit, & Dei indignationem in se commoverit; tamen misericordiam promeruerit; sorori monitis acquiescens. Ubi vero se ipsa Pulcheria ab Imperio abdicavit, perinde atque destituta gubernaculo navis, ventorum impulsu in diversa fertur continuo peritura; ita plane Theodosii Imperium pro arbitrio aulicorum, non pro ratione consilii ministratum interiit: tantaque moles corruit, cum ejus fundamentum, nempe religio pure servata convellitur. Accidit istud quidem, ubi non amplius usus est Theodosius sanctæ Pulcheriæ consiliis, sed Chrysaphii eunuchi Præfecti cubiculi inflammatis odio & æmulatione affectibus se suaque regenda commisit. In quæ vero malorum abrupta, peccatorumque voraginem tali duce Theodosius miser inciderit, suis locis inferius apparebit. Quomodo autem hoc eodem anno Imperium Orientis rursus ab Attila Hunnorum Rege afflictatum est, Marcellinus sub anni hujus Consulibus ita summatim perstringit: nimirum ipsum potentissimum atque ferociissimum barbarorum Principem ab Oriente progressum usque ad Termophilas * pervenisse victorem, occiso, qui se illi obje-

Theodosius tributum pendit Attilæ.

* Termopolim, Hermopolim.

cerat, Magistro militiæ Theodosii Imperatoris; eoque miserrimi status Theodosium esse depressum, ut ejusdem Regis sponte se tributarium constitueret: ete-





nim despondens animum, cum resistere ferro non auderet, auro pacem redimere curavit, missaque legatione, annua pacta pecunia, impetum continuit barbarorum. Cœptam tamen ab Hunnis illatam cladem Orientalis Imperii, ad duos etiam sequentes annos propagatam esse, idem Marcellinus docet: cum tandem (ut dictum est) Theodosius Imperator vitans totius funus Imperii, ignominiose admodum cum ævo tyranno eo modo transegit, illumque in Occidentem convertit. Est quidem elegans atque perbrevis Theodoreti ad Sallustianum epistola de ejusmodi barbarorum eruptione, quam non alia de causa quam ob peccata obvenisse testatur his verbis (*a*):

(*a*) *Theod. epist.* 41.

XXVIII. Theodoretus quid de cladibus hujus temporis.

*Sacer dies nobis quidem consueta spiritalia attulit dona: tamen amari peccati fructus illis frui cum lætitia non permiserunt: hæc enim illorum germina & ab initio tribulos, spinas, & sudores, & labores, & dolores germinarunt: nunc vero etiam terram ipsam adversus nos concutit per terræmotus, & barbarorum turbas undique adversus concitat. Nos vero lugemus, quoniam dum Deus bona largiri nobis cupit, contraria facere illum cogimus, & pœnas infligere. Consolamur nihilominus, dum ejus misericordiæ abyssum in memoriam revocamus, & credimus quoniam non abiiciet Dominus populum suum, & hæreditatem suam non derelinquet. Tuam vero magnificentiam ego saluto: & oro, ut de bona valetudine tua, quæ mihi optatissima est, me doceas.* Hæc ad Sallustianum Theodoretus; quæ ipsum hoc anno scripsisse existimamus, quo (ut dictum est superius) una cum Attilæ grassatione terræmotus Orientem concussit, cujus Theodoretus hac eadem epistola meminisse videtur. Hoc item anno famem & pestem Constantinopolim invasisse, templumque regiæ civitatis igne crematum esse, Marcellinus affirmat. Quorum ipse meminerat anno superiori, sed per anticipationem, ut alias feciisse noscitur: nos vero ut singula quæque singulis reddamus annis, hic eadem collocamus.

PAGIUS

*Pulcheria a rerum administratione removetur.*

rem assecutus potestatem cum a Flaviano obtinere non posset, ut aliquod munus ad Imperatorem mitteret, & *Pulcheria* rerum summam administrante, nulla ipse valeret auctoritate, fit *Eudociæ* Theodosi uxori auctor, ut Pulcheriam a Patriarcha Diaconissam ordinandam, Imperatore jubente, impetret. *Flavianus* mala indenascitura præsentiens literis *Pulcheriæ* significat injunctum sibi mandatum, & ne in suum conspectum veniat, monet. Illa in *Hebdomum* secessit, ubi privatam vitam egit, & Eudociæ negotiorum admministrationem accepit. Ita rem refert Theophanes ad annum Incarnat. secundum Alex. CDXL. Kalendis Septemb. sequentis Christi anni inchoatum. Ex quo & liquet, eo tantum anno *Flavianum* ordinatum; cum *Chrysaphius* munus illud ab eo peteret, in ordinationis & dignitatis vicem, ut ibidem Theophanes. Eandem rem narrat Baronius ex Nicephoro lib. 14. cap. 47.

XII. *Discordia inter Imperatorem & ejus conjugem enata.*

*Cæterum* inquit Theophanes, postquam superiora narravit, *Pulcheria ad privatam compulsa vitam, & Eudocia negotiorum curam gerente, tale quidpiam accidit. Erat Paulinus quidam vir literis omnibus & formæ venustate conspicuus, Eudociæ apprime charus, cum quo familiarius agere, & seorsim colloqui illa solebat. At cum sancto Theophaniorum die malum elegans omnino & stupenda magnitudinis nonnullus Imperatori obtulisset, ille fructum admiratus Eudociæ misit, hæc Paulino dedit; Paulinus duos post dies illud Imperatori obtulit. Imperator malum agnitum celavit, & ad Augustam profectus, per salutem inquit, meam obtestor, quid de malo quod tibi dedi, actum est? Ita salvus sis, inquit illa comedi. Imperator in iram versus malum proferri jubet, & Paulinum in Cappadociam exulem abactum trucidari.* Nicephorus lib. 14. cap. 23. idem recitat, & Imperatori *Festo Luminum die*, ideſt, Epiphaniæ pomum illud oblatum refert, & postea cap. 47. asserit id accidisse, Eudocia rerum potiente. Quare contigere hæc anno CDXLVIII. eum *Eudocia* anno tantum sequenti, ut mox ostendi, rerum administrationem susceperit. Hanc nostram sententiam confirmat annus, quo *Cyrus* in offensionem Theodosii Imp. incidit, qui alius esse non potest, quam annus CDXLVIII. uti supra num. V. demonstravi. Cum enim id contigerit, postquam Eudocia Hierosolymam seceſſit, liquet eam ante annum illum peregrinationem illam non suscepisse. Baroniumque deceptum, qui eam post Theodosii mortem differt; quæ opinio magis infra confutabitur. Errarunt etiam Marcellinus in Chronico, qui Valentiniano V. & Anatolio Coss. anno sc. Christi CDXL. scribit: *Paulinus Magister Officiorum in Cæsarea Cappadocia, jubente Theodosio Principe interemtus est*, & Auctor Chronici Alex. qui ad annum CDXLIV. & cædem Paulini, & profectionem Hierosolymitanam Eudociæ Augustæ; hujusque mortem uno tenore recitat. Illæ tamen recte notat, die Epiphaniorum, malum illud Imperatori a quodam paupere donatum fuisse, huicque centum quinquaginta aureos ab eo datos.

XIII. *Attilæ de Romanis victoria.*

Ad num. XXVII. & seq. Marcellinus in Chronico ad Ardaburii & Alypii Consulatum anno sequenti gestum, scribit: *Attila Rex usque ad Thermopolim infestus advenit; Arnegiscus Magister militiæ in Ripense Dacia, juxta Utum amnem ab Attila Rege viriliter pugnans plurimis hostium interemtis occisus est.* Idem habet Auctor Chronici Alex. ad eumdem Consulatum. Quare Codex Marcellini, quo Baronius usus, mendosus erat.

XIV. *Ejus meminit Theodoretus.*

Epistola XLI. Theodoreti, in qua is ait: *In præsens & terram contra nos concutit, & Barbaras undique nationes in nos immisit*, sc. Deus; inscripta est in codicibus MSS. & in editione Sirmondi *Claudiano*, non vero *Sallustiano*, ut habuit Codex quem nactus est Baronius, eaque data anno sequenti, quo tam terræ motus, quam irruptio Attilæ in Daciam contigere.

I. ANnus agitur Redemptoris noſtri quadringenteſimus quadrageſimus ſeptimus, Conſulatu Alypii, ſive Callypii, & Ardaburii ſignatus: quo S. Leo Romanus Pontifex pervigili ſolicitudine curæ incumbens univerſalis Eccleſiæ, in Hiſpanias convertens oculos & figens obtutus; laborantes eas adhuc pleriſque in locis nefandorum Priſcillianiſtarum erroribus, liberare penitus feſtinavit: & qui jam ſemel ad ſuccidendos infelices Manichæorum palmites falcem acceperat; ad præcidendas etiam infauſtas radices Priſcillianiſtarum erroris Manichæis affinis Apoſtolicam ſecurim admovit. Cum enim, ingruentibus barbaris Wandalis primum, Gothis, atque Suevis florentiſſima illa Hiſpaniarum Eccleſia ſanctiſſimorum Antiſtitum ſolita cultura careret, pulchra mutata facie, reddita eſt veluti ager incultus vepribus undique oppletus ac ſpinis, in quibus ſua quærerent feræ latibula.

II. Nam ſanctus Turibius Aſturicenſis Epiſcopus vehementi Catholicæ veritatis ardore ſuccenſus luſtrans Hiſpanias, luſtra ejuſmodi inveniens beſtiarum, ad eas pellendas, earumque latebras deſtruendas, Apoſtolicæ ſedis, a qua ſincerum acceperant Hiſpaniæ Evangelium, ſubſidium imploravit: miſſoque ad hoc opus ſuo diacono Romam, de omnibus reddidit Leonem Pontificem certiorem. Qui abſque mora de cunctis quæ agenda eſſent redditis litteris, Turibium monuit. Extat ejuſmodi S. Leonis epiſtola (*a*), cujus eſt exordium: *Quam laudabiliter pro Catholicæ fidei veritate moneatis, &c.* Sed antequam ea quæ S. Leonis auctoritate geſta ſunt proſequamur, de Turibio primum dicendum erit. Hic quidem ſanctitate & doctrina pollens, zeloque exæſtuans domus Domini, ex animi arbitrio ſpontaneam peregrinationem ſuſcipiens (ut dictum eſt) luſtravit Hiſpanias, ut qui eſſet Eccleſiarum ſtatus agnoſceret, eiſdemque pro virium facultate conſuleret. Abſoluta autem itineris ſuſcepti periodo, de his quæ comperiſſet, iſta ſcripſit ad Idacium & Ceponium primarios Hiſpaniarum Antiſtites:

(*a*) *Leo epiſt.* 97. Turibius peregrinatur.

*Sanctis ac beatiſſimis & omni veneratione colendis Idacio & Ceponio Epiſcopis, Turibius.*

III. *Moleſta ſemper eſt & injucunda peregrinatio, quam efficiunt * duri labores & lacrymabiles neceſſitatum curæ: habet ta-*

*afficiunt.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5940.

SÆC. V. An. V. C. 1200. Anno Eræ Hiſpan. CCCC-LXXXV. A. C. 447. ☉ 8. E. ☽ 11. P. 20. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 447.

LEONIS PAPÆ 8.

THEODOSII JUN. 46. & 40.

VALENTINIANI III. 23.

I. *Octava Quinquennalia Theodoſii.*

[1] COSS. *Alypius* & *Ardaburius*. Prior vocatur *Alypius* tam in Faſtis Græcis Heraclii, quam in Faſtis Chronici Alexandrini; in Faſtis vero Caſſiodori, Proſperi, & Marcellini *Callepius* appellatur. Eum Onuphrius Conſulem Occidentalem facit, ſed ſine teſte.

*Ardaburius* vero, ſeu, ut a quibuſdam dicitur *Ardabures*, Orientalis fuit, cujus in Hiſtoriis Byzantinis frequens occurrit mentio. Priſcus Rhetor loquens de iis, quæ Marciano imperante contigerunt, ait *Ardaburium* filium Aſparis Saracenos ad Damaſcum debellaſſe. Quare *Ardaburius* filius fuit *Aſparis* anno CDXXXIV. Conſulis, & pater Aſparis & Patricioli, de quibus infra; familiare enim fuit Romanis nepotibus nomina avorum dare. De *Ardaburio* hoc anno Conſule infra ſermo recurret. *Octava Quinquennalia* Theodoſii poſt patrem regnantis in hunc annum incidunt.

II. *Priſcillianiſtæ in Hiſpaniis exagitati.*

A num. I. ad XXV. *Priſcillianiſtis* errores ſuos in Hiſpaniis renovantibus *Turribius* Aſturicenſis Epiſcopus ea de re cum Epiſcopis ſuæ Provinciæ egit, literaſque in quibus nefandæ Sectæ capita continebantur ac refutabantur, ad Sanctum *Leonem* miſit. Reſcripſit is, deditque Epiſtolam ordine XV. alias XCIII. in qua ſin-

NOTÆ [1] *Coſſ. Alypius, & Artaburius*. Apud Relandum: *Callypius & Ardaburius*. Apud aliquos recentiores: *Faltonius Probus Alypius Falconius, & Calipius, Occiden. Fl. Ardaburius, Orient.* Inſcriptiones Baſilicæ S. Pauli via Oſtienſi num. 201.

DEP. V. KAL. OCTOB. X.....
CALLEPIO. V. C. CON.

In Novellis Valentiniani legitur *Callypio*. Victor Tunuenſis: *Calippio & Ardabure*. Marcellinus: *Ardabure & Callepio*. Faſti Idatii: *Collepio & Ardabure*. Proſper editus: *Callepio & Artabure*. Proſper Vaticanus MS. *Calepio & Ardabore*. S. Leonis Papæ epiſt. XIII. ex Codice monaſterii S. Crucis in Hieruſalem, Romæ. *III. Kal. Jan. Alypio, & Ardabute*. Si litteratis lapidibus fidem, *Callepii* nomen retinendum.



*adjumenti. *tamen aliquid inſtrumenti *, cum adeundo incognita, vel ignorata diſcendo, quodam profectu mentis augemur; plerumque ea quæ apud nos optima videbantur, prava eſſe atque deterrima, reddita nobis meliorum ratione, noſcentes. Quod mihi uſuvenit, qui diverſas provincias adeundo, in omnibus Eccleſiis, quæ in unitatis communione conſiſtunt, condemnatis omnibus errorum ſectis, reperi unum atque eumdem Catholicæ fidei ſenſum teneri ex puriſſimo veritatis fonte venientem, qui in nulla divortia multifidis rivulis ſciſſus camporum plana in cœnoſas voragines ſolvat, quæ rectum fidei iter impediant: eos vero, quos pravorum dogmatum virus infecerit, aut correctos piæ parentis gremio reformari compellit, aut pertinaciter contumaces, veluti abortivos partus, ac non legitimam ſobolem, ex conſortio ſanctæ hæreditatis expellit. Quapropter mihi poſt longas annorum metas ad patriam reverſo, ſatis durum videtur, quod ex illis traditionibus, quas olim Catholica damnavit Eccleſia, quaſque jamdudum abolitas eſſe credebam, nihil penitus imminutum eſſe reperio: immo etiam pro uniuſcujuſque ſtudio & voluntate prava dogmata velut quibuſdam hydrinis capitibus pullulare cognoſco; cum alii veteri errori blaſphemiarum ſuarum augmenta contulerint; alii integrum eum uſque adhuc retineant *, alii vero, quos ex parte aliqua ad reſpectum ſui contemplatio veritatis adduxit, ex illius ſenſibus retinendo nonnulla, reliquis vinculentur: quod quidem per mala temporis noſtri, Synodorum conventibus decretiſque ceſſantibus, liberius crevit; & impiiſſime (quod eſt cunctis deterius) ad unum altare diverſis fidei ſenſibus convenitur.*

*retententur.

IV. *Hæc ego ut (loqui audeam) piæ potius erga patriam charitatis, quam temerariæ præſumptionis eſſe confiteor. Nam alias plenus omnium peccatorum, & magnorum criminum reus, quo auſu hæc ad vos ſcriberem, memor Dominicæ (a) vocis, quæ dicit: In alieno oculo feſtucam vides, in tuo trabem non reſpicis? Deinde conſcius ejus ſententiæ, quæ admonuit dicens (b): Peccatori autem dixit Deus, quare prædicas juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum per os tuum? Sed iterum illud aſpicio, quod infra ſcriptum eſt (c): Furem videbas, & concurrebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Neque enim illa ſola ſunt furta, quæ alienorum direptione committuntur, vel illa adulteria, quæ violatis maritalis tori affectibus perpetramus; ſed & ſubtractis quæ vera ſunt, furtum Catholicæ fidei perverſi dogmatis facit aſſertio, & adverſus veritatem verbi Dei, malarum doctrinarum adulterio, zizaniæ ſemina jaciuntur.* Admiranda profecto viri ſanctiſſimi ſumma de miſſio animi, qui Chriſti exemplo, ut peccantes erigat, ſeſe cum peccatoribus collocat, & cum infirmantibus infirmatur, ut eoſdem languentes curet, factus inſtar Apoſtoli, omnia omnibus, ut omnes lucretur Domino. Admirandum, inquam, haud tamen imitandum: cum de hæreticis agens, ſe omnibus deterius deliquiſſe teſtetur, vir alioqui omni ex parte ſanctiſſimus, atque ab omni erroris labe puriſſimus, ut ex litteris S. Leonis Papæ ad eum datis facile intelligi poteſt. Quanam enim fidei Catholicæ ſinceritate enituiſſe ipſum oportuit, cui ſpatia ſuæ diœceſis anguſta fuere, ſed ad univerſas Hiſpaniarum provincias ab omni erroris labe verrendas, ſcopam Catholicæ veritatis admovit? At proſequamur reliqua ab eo in eadem epiſtola ſcripta.

(a) *Matt.* 17. *Luc.* 6.

(b) *Pſal.* 49.

(c) *Pſal.* 49.

Turibii ſumma humilitas.

V. *Loquarne ergo* (inquit) *an taceam, neſcio: quia utrumque formido. Sed ne forte ſanctitas Veſtra, quæ mala, quantæque blaſphemiæ apocryphis libris, quos hi noſtri vernaculi hæretici ad vicem ſanctorum Evangeliorum legunt, continentur, ignoret; maximi facinoris reum me eſſe credo ſi taceam. Itaque hæc non adhor-*

PAGIUS ſingula hujus ſectæ capita ſeorſim conterit, ac *Turribium* Epiſcopoſque Galleciæ & Luſitaniæ ad Concilium vocat, ut ſimul videant quid adverſus gliſcentem hæreſim agendum ſit. Idacius in Chronico anno Abrahami 2463. Kalend. Octobris ſuperioris Chriſti anni inchoato, de Leonis Epiſtola his verbis loquitur: *Hujus* (ſc. Leonis) *Scriptæ per Epiſcopi Turibii Diaconem Pervincum contra Priſcillianiſtas ad Hiſpanienſes Epiſcopos deferuntur. Inter quæ ad Epiſcopum Turibium de obſervatione Catholicæ fidei & de hæreſum blaſphemiis diſputatio plena dirigitur, quæ ab aliquibus Gallæcis ſubdolo probatur arbitrio.* Tum anno Abrahami 2464. *Paſcentium quendam Urbis Romæ qui de Aſturica diffugerat Manichæum, Antoninus Epiſcopus Emeritæ comprehendit, auditumque, etiam de Provincia Luſitania facit expelli.* Priſcillianiſtæ itaque & Manichæi hoc anno in Hiſpania exagitati.

III. *Duo diſtinguendi Turibii.*

Locus porro eſt in Concilio Bracarenſi primo, cujus occaſione quæſtionem movet Baronius. Hæc enim verba Lucretius Epiſcopus in illa Synodo proloquitur: *Credo veſtræ Beatitudinis fraternitatem noſſe, quia eo tempore quo in his regionibus nefandiſſimæ Priſcilliani ſectæ venena ſerpebant, beatiſſimus Papa Urbis Romæ Leo, qui XL. ferme Apoſtoli Petri ſucceſſor extitit, per Turibium Notarium Sedis ſuæ ad Synodum Gallicia contra impiam Priſcilliani hæreſis Sectam Scripta ſua direxit. Cujus etiam præcepto Tarraconenſes & Carthaginenſes Epiſcopi, Luſitaniæ quoque & Baticæ facto inter ſe Concilio Regulam fidei contra Priſcillianam hæreſim cum aliquibus capitulis conſcribentes, ad Balconium tunc hujus Bracarenſis Eccleſiæ Præſulem direxerunt.* Concilium Bracarenſe I. ſæculo ſequenti, poſtquam *Theodemirus* Suevorum Rex hæreſim abdicavit, celebratum. Vult autem Baronius, unicum eſſe *Turibium*, qui

*udhortatio auctoritatis alicujus est, sed potius suggestionis instructio. Primum ergo est, ut illa patefaciam, quæ in plurimorum fide, vel magis perfidia esse cognovi: quæ cum multis publico pene magisterio doceantur, si Catholicorum aliquis paulo constantius destructionis causa assertioni insistat; continuo inficias euntes, & perfidiam perfidia occultant. Quod ne ultra jam faciant, ex apocryphis scripturis, quas canonicis libris veluti secretas & arcanas præferunt, & quas maxima veneratione suscipiunt, & ex his quas legunt traditionibus dictisque auctorum suorum, ea quæ in ipsis arguuntur, vera esse docentes: aliqua autem ex his quæ in istorum doctrina sunt, in illis, quos legere potui, apocryphis codicibus non tenentur. Quare unde prolata sint, nescio: nisi forte ubi scriptum est per cavillationes illas, per quas loqui sanctos Apostolos mentiuntur, aliquid interius indicatur, quod dispungendum * sit potius, quam legendum: Aut si forsitan sint libri alii, qui occultius secretiusque servantur, solis (ut ipsi ajunt) perfectis patentes.*

* dispu-tandum.

VI. De libris quibus Priscillianistæ utebantur.

*Illud autem specialiter in illis Actibus, qui S. Thomæ dicuntur, præ cæteris notandum atque execrandum est, quod dicit eum non baptizare per aquam, sicut habet Dominica prædicatio, atque traditio, sed per oleum solum: quod quidem isti nostri non recipiunt, sed Manichæi sequuntur: quæ hæresis eisdem libris utitur, & eadem dogmata & his deteriora sectatur. Ita execrabilis universis per omnes terras ad primam professionis suæ confessionem, nec discussa damnetur oportet, per cujus auctores, vel per maximum principem Manem ac discipulos ejus, libros omnes apocryphos vel compositos, vel infectos esse manifestum est, specialiter autem Actus illos qui vocantur S. Andreæ, vel illos qui appellantur S. Joannis, quos sacrilego Leucius ore conscripsit, vel illos, qui dicuntur S. Thomæ, & his similia, ex quibus Manichæi & Priscillianistæ, vel quæcumque illis est secta germana, omnem hæresim suam confirmare nituntur; & maxime ex blasphemissimo illo libro, qui vocatur Memoria Apostolorum, in quo ad magnam perversitatis suæ auctoritatem doctrinam Domini mentiuntur, qui totam destruit legem veteris Testamenti, & omnia quæ S. Moysi de diversis creaturæ factorisque divinitus revelata sunt, præter reliquas ejusdem libri blasphemias, quæ referre pertæsum est. Ut autem mirabilia illa, atque virtutes, quæ in apocryphis scripta sunt, sanctorum Apostolorum vel esse, vel potuisse esse non dubium est; ita disputationes, assertioneque illas sensuum malignorum ab hæreticis constat insertas: ex quibus scripturis diversa testimonia blasphemiis omnibus plena sub titulis suis adscripta digessi: quibus etiam (ut potui) pro sensus mei qualitate respondi. Quod ideo necesse habui paulo latius vestris auribus intimare; ut vel posthac nemo quasi inscius rerum dicat se simpliciter hujusmodi libros vel habere, vel legere.*

VII.

*Vestræ autem existimationis atque censuræ merito fuerit, universa perpendere; & ea quæ sine ambiguitate veritatis ac fidei contraria videbitis, cum aliis fratribus vestris, quoscumque vobis zelus Catholicæ religionis vel pium studium sociaverit, citra ullam * excusationem spirituali gladio resecare, & ignita divini verbi virtute compescere.* Hactenus S. Turibii epistola, quam ex Regia bibliotheca monasterii S. Laurentii edidit Ambrosius (*a*) Morales: desiderantur autem quæ his jungebantur digesta titulis impia Priscillianistarum dogmata, & illis appositæ ab eodem auctore elaboratæ confutationes.

* illam.

(*a*) *Ambr. Moral. hist. Hispan. li. 11. c. 26.*

VIII. De cavendis Libris a Catholica Eccl. non receptis.

Intelligis, puto, lector, frustra laborare in extirpandis hæresibus sanctos Episcopos, nisi unde semel scaturit fæculenta errorum colluvies, fons penitus obstruatur. De hujuscemodi Priscillianistis Hispanias labefactantibus libris apocryphis est vetus illa suo loco superius recitata querela S. Hieronymi, cum de his ipse agens in commentariis in Isaiam (*b*) hæc addit: *Et per hanc occasionem, multaque hujuscemodi, Hispaniarum & Lusitaniæ deceptæ sunt mulierculæ oneratæ peccatis (c), quæ ducuntur desideriis variis, &c.* Ex his plane consideremus, qui præsunt hodie Hispaniarum Ecclesiis sacri Antistites, Catholicæ fidei decus & ornamentum, quanto periculo vulgari sinatur, quod offensam inferat Catholicæ disciplinæ, illud inquam opus nuper cusum, quod atra statim Romæ inustum nota flammæ ultrices expectant, ela-

(*b*) *Hiero. in Isai. li. 18. c. 64.*

(*c*) *2. Tim. 3.*

PAGIUS qui & Asturicensis Episcopus fuerit, & eodem tempore Notarius Romanæ Sedis, reiicitque Ambrosii Moralez sententiam, qui lib. 2. Hist. Hispan. cap. 26. duos Turibios distinxit, alterum, ad quem Leo scribit hoc anno, eumque Asturicæ Episcopum, alterum per quem scripsit ad Hispaniæ Episcopos, qui Roma missus est a Leone in Hispanias, ut ejus literas deferret.

Duplex argumentum profert Baronius pro sua sententia, quibus satisfecit Quesnellus in Notis ad Epistolam Leonis ad Turibium. *Si literas*, inquit Baronius, *tum ad Turibium Episcopum tum ad Synodum celebrandam Notario suo, Turibio, item dicto dedisset, utique in literis ad Episcopum scriptis ejus mentionem fecisset. Hoc enim solenne erat*, &c. At, ut Nuncius ad Synodum totius Provinciæ missus in Epistola ad Turibium scripta nominaretur, nulla necessitas fuit

IV. *Refellitur opinio contraria.*



elaboratum a Joanne de Roa, ejusmodi titulo, *Apologia de Juribus principalibus defendendis & moderandis juste*: quod Novatoribus parare viam, qui acutiorem odoratum habent, probe norunt. Videant quo tendat adulatio ista cum nova doctrina, quam haud quidem auctor didicisse potuit a doctissimis viris Societatis JESU, inter quos aliquando socius versatus est; non apud S. Augustini professores, ad quos, ab illis abire jussus, se contulit; nec denique apud clerum Hispaniarum Catholicæ & Apostolicæ antiquæ disciplinæ tenacissimum conservatorem atque custodem, apud quem demum stipendia meruit. Verum speratur de eo, utpote adhuc inter Catholicos profitente, palinodiam fore propediem recantaturum. Sed ad Turibium.

De Turibio Episc. Asturicensi.

IX. Haud enim satis sibi visum de his quæ viderat, manuque contrectando tetigerat, admonuisse Hispaniarum Antistites: verum ad Davidis turrim confugit, inde quæsturus arma contra grassantem impietatem extollentem se adversus scientiam Dei. Legavit enim diaconum suum, cui de omnibus litteras dedit ad S. Leonem Romanum Pontificem, addidit eis & commonitorium, insuper & libellum: litteris quidem, quis esset Ecclesiarum Hispaniarum status, eum reddidit certiorem: commonitorio sexdecim capita Priscillianistarum hæresis complexus est; libello vero supplici rogabat, ut afflictatis Ecclesiis subveniret. At licet hæc Turibii scripta non extent, tamen ex redditis ad eum a S. Leone Papa litteris perspecta habentur.

X. Sed antequam de his agamus, cum omnes codices tam scripti, quam typis excusi, æque habeant hunc Turibium fuisse Asturicensem Episcopum: quomodo accidit, ut hic ipse in primo Bracarensi Concilio, in relatione Lucretii Episcopi, Notarius sedis Apostolicæ nominetur? Haud enim placet, quod res Hispanicas prosecutus ait (*a*), duos fuisse Turibios, alterum ad quem S. Leo scribit, Episcopum Asturicensem; alterum vero Notarium S. Leonis, cui ad Synodum litteras dedit: nam abhorrent hæc procul a veritate. Si enim scribens S. Leo ad Turibium Episcopum, litteras cum ad ipsum, tum ad Synodum celebrandam Notario suo (ut vult) Turibio item dicto dedisset, utique in litteris ad Episcopum scriptis ejus mentionem fecisset: solemne enim erat, ut cum legatus a Pontifice mitteretur, vel nuncius, ejus mentionem faceret in litteris, quæ eidem ea ex causa dari solebant. Porro non alicui certe homini, nisi Turibii Episcopi diacono, quem ipse Turibius ad S. Leonem Pontificem miserat, ipsum S. Leonem ad Turibium Episcopum eas dedisse litteras, satis ex eisdem intelligi potest. Præterea non per aliquem alium a se missum, sed per ipsum Turibium Episcopum cuncta quæ in ea causa peragenda essent, eumdem S. Leonem impleri voluisse, eadem ad Turibium Episcopum litteræ datæ significant.

(*a*) *Ambr. Moral. Chronic. Hisp. l. 11.*

XI. Neque placet, quod ab alio viro diserto tradi nuper vidimus, nempe unum eumdemque fuisse Turibium, qui Notarius dicitur S. Leonis, & Asturicensis Episcopus; ipsumque Notarium primo ejusmodi curasse negotium, inde vero eumdem esse Asturicensem Episcopum. Etenim ad quem scribit S. Leo Turibium, ipsum quidem tunc temporis fuisse Episcopum, ipsa ad eum epistola data significat, dum eum bene præsidere officio pastorali commendat: cumque etiam dicat, ab eo missum fuisse diaconum suum Romam, auctoritatem æquæ demonstrat Episcopale: siquidem nequaquam patitur ordo hierarchicus, ut Ecclesiæ Notarii Diaconis præsint, sed e contra ut sub potestate Diaconorum subsint Notarii; unde habes apud Paulinum tunc Notarium S. Ambrosii, de se ipso testantem (*d*), fuisse sub cura Casti Diaconi. His adde, haud moris fuisse Apostolicæ sedis Pontificum, ministros suos Notarios fratres nominare, quo nomine dignasse videtur S. Leo Turibium, ut alios solet Episcopos.

(*b*) *Paul. in Vit. S. Ambros.*

XII. At cur Notarius eidem in dicto Concilio Bracarensi nominatur? Num fortasse idem sit dictus Notarius, quod utroque simul munere fungeretur, utpote idem Notarius esset Apostolicæ sedis, qui & Episcopus Asturicensis, ut sanctus Prosper Regiensis Episcopus idem dictus Notarius ejusdem S. Leonis Papæ? Sed non in-

PAGIUS fuit. Ad istum enim rescripsit per eundem Diaconum, a quo ejus literas acceperat, & ejusdem in suo rescripto mentionem habet: ad Synodum vero seu Provinciam illam Episcoporum Hispanorum, a quibus nullas habuerat literas, nullumque nuncium per *Turibium* & latere suo directum literas misit. Hoc quippe solenne erat, ut cum Romani Pontifices ad Synodum, vel ad Episcopos aliquos pro alicujus momenti negotio scribebant, per aliquem & suis adhoc imprimis destinatum, id facerent, non vero per alienum Clericum.

Secunda Baronii ratio est: *Non per aliquem alium a se missum sed per ipsum Turibium Episcopum cuncta, quæ in ea causa peragenda essent, eundem S. Leonem impleri voluisse, eadem ad Turibium Episcopum litera data significant.* Sed respondet idem Quesnellus, discrimen esse inter Episcopum rebus Ecclesiæ Sacerdotali solicitudine incumbentem, & Diaconum vel Notarium, Episcopi mandata ex præscripto exequentem, & huc illucque literas bajuli instar deferentem. Quare Baronii argumentum deductum ex eo quod omnia, quæ in eo negotio tractanda erant, *Turibii* Episcopi curæ commissa

V. *Iterum refellitur.*

invenimus id expressum. An potius quis dixerit, Notarii vocem interdum non nomen significare ejus officii, quod est dictum a notis, sed magis a notum faciendo, sicque ibi Turibius dicatur Apostolicæ sedis Notarius, quod curæ illi esset, quæ in Hispaniarum Ecclesiis gererentur, Romano Pontifici nota facere: etenim & Notariorum Apostolicæ sedis munus erat, quæque Ecclesiæ monumenta colligere, & conservare: nam habes de Julio Papa: *Constituit, ut Notitia, quæ omnibus fidem facit, per Notarios colligeretur, & ut omnium monimentorum in Ecclesia confectio per Primicerium Notariorum celebraretur &c.* Hac quidem ex parte dictum esse Turibium Episcopum Notarium S. Leonis, nihil vetat: siquidem Notarii munus explevit, dum quæ ex mandato S. Leonis gesta essent, visus est collegisse, & ad eumdem S. Leonem Romam misisse, ibi perpetuo conservanda. Referre etiam ad Pontificem quod gestum esset, Notariorum partium fuisse, cum ex multis aliis, tum ex Romano Ordine habes in officio Missæ, ubi dicitur: *Die autem resurrectionis Dominicæ, procedente Pontifice ad S. Mariam, Notarius Regionarius stat in loco, qui dicitur, Merulanas, & salutato Pontifice, dicit: In nomine Domini nostri Jesu Christi baptizati sunt hesterna nocte in S. Dei Genitrice Maria infantes, masculi tot numero, feminæ tot, &c.* Sic igitur & Turibius, quod notas fecerit S. Leoni res gestas in Concilio Toletano, eadem ex causa Notarius dici potuit S. Leonis. Sicut enim, vocem istam, notaria, idem quod scriptis facta relatio Judici, significasse, & apud majores usu receptam diximus superius secundo Annalium tomo; ita & Notarium dici potuisse, qui refert quæ sunt acta Romano Pontifici (quod sint cognata vocabula) quis negabit? Certe quidem hoc ipso munere functum esse S. Turibium Asturicensem Episcopum apud S. Leonem Romanum Pontificem, ejusdem Leonis ad eum redditæ litteræ satis docent. Sed jam rerum gestarum ordinem prosequamur.

XIII. Acceptis (ut dictum est) S. Turibii litteris per ejus diaconum missis, S. Leo, ubi cuncta exacte examinavit, respondens ad singula, epistola ad eum data, rescripsit: Laudans in primis ejus vigilantem in Episcopatu pastoralem sollicitudinem: nonnulla in detestationem nefandæ hæresis prælocutus, factum commendat maximi Imperatoris, qui ad hujusmodi conficienda monstra sæcularis gladium exeruerit potestatis; licet optabilius fuisset, eos Ecclesiastica emendatos fuisse censura. Deploratis igitur summis malis, quibus & Episcopi aliquot etiam fuissent infecti, ad singula hæresum capita respondens, peculiaria singulis accommodata paravit antidota: quæ consulat lector, si vult: nos autem brevitatis causa persequi prætermittimus. Demum improbata lectione librorum Priscillianistarum, de Dictinii libris mentionem habet: de quo lector meminisse debet, hunc fuisse Asturicensem Episcopum, in cujus locum Turibius successerat, & ex Priscillianista hæretico redditum Catholicum recantasse palinodiam, suaque damnasse scripta in Toletano primo Concilio; quamobrem hæc de ipsius scriptis ingerit S. Leo (*a*): *Postremo autem capitulo hoc prodidit justa querimonia, quod Dictinii tractatus, quos secundum Priscilliani dogma conscripsit, a multis cum veneratione legerentur: cum, si aliquid memoriæ Dictinii tribuendum putant, reparationem ejus magis debeant amare, quam lapsum. Non ergo Dictinium, sed Priscillianum legunt, & illud probant quod errans docuit, non quod correctus elegit. Sed nemo hæc Catholicus præsumat, &c.* Demum vero de colligendo in Hispania generale Concilium mandans, ista perorat (*b*): *Habeatur ergo inter vos Episcopale Concilium, & ad eum locum qui omnibus opportunus sit, vicinarum provinciarum conveniant Sacerdotes, ut secundum ea, quæ ad tua consulta respondimus, plenissimo disquiratur examine; an sint aliqui inter Episcopos, qui hujus hæreseos contagio polluantur, a communione sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum pravitates damnare noluerint. Nulla enim ratione tolerandum est, ut qui prædicandæ fidei suscepit officium, is contra Evangelium Christi, contra Apostolicam doctrinam, contra universalis Ecclesiæ symbolum audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, ubi tales docebunt magistri?* Et post nonnulla: *Dedimus itaque litteras ad fratres & Coepiscopos nostros, Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicianos, eisque Concilium Synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit, ut nostræ ordinationis auctoritas ad prædictarum provinciarum Episcopos deferatur.* Ex his vides non alium missum esse Turibium, cum litteris ad Episcopos provinciarum, quas Turibio Episcopo mandat ut reddat, Sed subdit: *Si autem aliquid (quod absit) obstiterit, quo minus possit celebrari generale Concilium, Gallicæ saltem in unum conveniant Sacerdotes: quibus congregatis, fratres nostri Hydatius & Ceponius imminebunt, conjuncta cum eis instantia tua, quo citius vel provinciali conventu remedium tantis vulneribus adferatur. Dat. undecimo Kalendas Augusti, Callypio & Ardabure viris clarissimis Consulibus.* Hactenus Leo, generalem in universa Hispania, more majorum, indicens Synodum; quod munus erat Apostolicæ sedis Antistitis.

Quæ S. Leo ad Turibium scripsit.

(*a*) *Leo epist. 93. c. 17.*

(*b*) *Ead. epist. c. 17.*

XIV. Leo Papa indicit Generale Concil. in Hispania.

XV. His perlatis litteris in Hispaniam, placuit ex sententia sancti Leonis Papæ a diversorum provinciarum Episcopis generale celebrari Concilium. Testantur id quidem in primis Acta Synodi Bracarensis, in quibus primum ista leguntur (*a*) a Lucretio Episcopo prælocuta: *Credo autem Vestræ beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore quo in his regionibus nefandissimæ Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus Papa urbis Romæ Leo, qui quadragesimus * fere Apostoli Petri successor extitit, per Turibium Notarium sedis suæ ad Synodum Galliciæ contra impiam Priscillianæ hæresis sectam scripta sua direxit: cujus etiam præcepto Tarraconenses & Carthaginenses Episcopi, Lusitani quoque & Bætici, facto inter se Concilio, regulam fidei contra Priscillianam hæresim cum aliquibus Capitulis describentes, ad Balconium tunc hujus Bracarensis Ecclesiæ Præsulem direxerunt, &c.*

(*a*) *Conc. Bracar. I. in præfat.*

* quad. septimus.

Duo Concilia in Hispania celebrata.

XVI. Sed observa, lector, dum generale Concilium celebratum ait ab Episcopis etiam provinciarum Cathaginensis, Lusitaniæ, & Bæticæ, nec ullam penitus mentionem facit provinciæ Galliciæ, ubi (ut ait) jussu S. Leonis debuerat Synodus congregari; magnam esse conjecturam, hos seorsum ab illis convenisse, sed communicasse postea cum iis quæ ab ipsis statuta essent. Si enim in Gallicæ provincia tantum Synodus collecta esset, ubi & convenissent omnes dictarum provinciarum Episcopi; quid opus fuit ab illis scribi (ut præfatur Lucretius) litteras de rebus gestis in Synodo ad Balconium ejus provinciæ Primatem Bracarensem Episcopum, quem necessario præsentem oportuit fuisse Synodo? Ubinam, quandove celebrata est provincialis Synodus absque præsentia Metropolitani Antistitis? Sic igitur haud obscure penitus significare videtur idem qui supra Lucretius, seorsum conveniisse dictarum provinciarum Episcopos, seorsum vero cum Balconio Bracarensi Episcopos provinciæ Galliciæ, illos vero de rebus penes se gestis dedisse litteras ad eumdem Balconium. Sed ubi locorum convenerint, ignoratur: conjectura tamen aliqua dici posse videtur, conveniisse Toleti, sub cujus Concilio primo, quæ postea jussu S. Leonis Papæ contra Priscillianistas statuta sunt, fuerint collocata. Quod vero in Gallicia sub Balconio collectum est Concilium, illud esse celebratum in municipio Celenensi apud Lucensem urbem, vetera produnt monumenta, & quibus & recentiores Hispani consentiunt.

XVII. Concilium Toletanum & Celenense.

Ut autem non in unum eumdemque locum ad Concilium celebrandum convenerint omnes Hispaniarum Episcopi, sed Galleci seorsum ab aliis; illam potissimam causam existimamus, quod Galleci erant sub Suevorum Rege Rechila tunc regnante, reliquæ autem Hispaniarum provinciæ Gothis parebant, Theodorico, & ejus filio Torismundo. Ex hoc igitur factum apparet, ut discriminatione ditionis diversorum Principum, diversis in locis, seorsum ab invicem Catholici Episcopi Hispaniarum convenerint, duoque eodem tempore celebrata Concilia in unum postea conflata fuerint, quod una extiterit causa conveniendi, & eadem concilia una convocarit auctoritas, quæ & in unam eamdemque convenere sententiam. At non duo hæc tantum in unum, sed tria simul reperiuntur esse conjuncta, nempe duo hæc novissima cum Toletano primo, cujus esse noscuntur Episcopi, qui eidem interfuisse leguntur, & canones illi viginti, ut superius suo loco dictum est. Unde intelligas, quæ in fine habentur verba illa: *Ipsi etiam & suprascripta viginti canonum capitula statuerant in Concilio Toletano*: esse referenda ad Episcopos superius nominatos; perperam autem (ut puto) ab aliquo addita, vel non suo loco reposita; ut accidere solet, cum quid miscetur, ordine confuso locari.

XVIII. Sed observatione quidem dignissimum est, tanti ponderis æstimatam fuisse apud barbaros etiam Reges & Arianos auctoritatem Romani Pontificis, ut licet ab eodem essent ob hæresim, Catholica communicatione divisi; nihilominus simulac audiere Romani Pontificis urgere mandatum, ut omnes Hispaniarum Episcopi ad Synodum convenirent; iidem Principes, singuli in suis provinciis, id faciendi

PAGIUS fa sunt, ad rem non facit. Denique *Notarii* vox nunquam in Ecclesiasticis monumentis in eo significatu usurpatur, quem ei attribuit Baronius num. XI. & seq. ut sc. eum *Notarium* dicas qui quod agitur in Provinciis, ad Romanam Sedem referre ac notum facere satagit. Habitas fuisse eodem fere tempore Synodos duas unam Galliciæ, alteram alibi a quatuor Provinciis, & Baronius insinuat, & laudata Lucretii interlocutio manifeste declarat. Post Baronii mortem in lucem prodiit Sancti *Turibii* Asturicensis Episcopi Epistola ad Idacium & Ceponium Episcopos, *de non recipiendis in auctoritatem fidei apocryphis scripturis, & de Secta Priscillianistarum*, quæ extat inter Leoninas in editione Quesnelli. Legenda quæ anno CDV. num. XII. & seqq. de priori Concilio Toletano diximus, cui varia perperam attributa fuere, quæ huc referenda. Colitur Sanctus *Turibius* Asturicensis Episcopus die XVI. mensis Aprilis, ut in Actis SS. Bollandianis ad eum diem videre est, ubi tamen perperam ab Henschenio appellatur *Notarius Sedis Apostolicæ*. Est Asturica, vulgo *Astorga*, civitas nunc sub Compostellano, alias sub Bracarensi Archiepiscopo.

di liberam tribuerint facultatem, sinentes, ubi vellent (nulla quod appareat, petita licentia) in sua ditione Episcopos convenire. Tantum sibi auctoritatis etiam apud Arianos Principes sedes Apostolica vendicabat. Unde & fortasse accidit, ut Deus eisdem Regibus dederit & stabilire regnum, & ad multa sæcula propagare. Nullus enim umquam absque amplissima remuneratione persolutum inveniet, quicquid aliquando impensum est honoris & reverentiæ Apostolicæ sedi: quod utinam omnes Catholici Principes observarent. Sed de his alias sæpe.

XIX. De Symboli additamento.

Quod autem spectat ad fidei assertionem ex præscripto sancti Leonis Papæ in hac Synodo constitutam, sub qua probarentur qui vere Catholici essent Episcopi, & omni labe carerent Priscillianistarum erroris, utpote qua omnes articuli eorumdem hæresis damnarentur; magna quidem observatione dignum est, quod reperitur illud ab eis primum superadditum fidei Symbolo de Spiritu sancto, A PATRE FILIOQUE PROCEDIT: at minime quidem sua id fecere auctoritate, sed ex verbis acceptis ab epistola ad eos scripta a sancto Leone Romano Pontifice, in qua cum damnantur Priscillianistarum errores, hæc capite primo ponuntur (a): *Primo itaque capitulo demonstratur, quam impie sentiant de Trinitate divina, qui & Patris & Filii & Spiritus sancti unam atque eamdem asserunt esse personam, tamquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur: nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de utroque processit, &c.* Videsne quanti ponderis fuerint æstimata verba Romani Pontificis, ut quæ ille dixerit ad fidem spectantia, mox ut sacrum divinitus allatum oraculum a generali Episcoporum Concilio illata in Symbolum fuerint?

(a) Leo ep. 93. c. 1.

XX.

Cum hæc igitur verba semel auctoritate Leonis Papæ ab Hispanis Episcopis addita fuerint Symbolo ad confutandos hæreticos Priscillianistas: eidem semper inhæserunt, atque pertransierunt ad Wisigothos fidem Catholicam profitentes: qui & Judæos ad Christianam fidem venientes, sub ejusdem Symboli confessione esse recipiendos, suis legibus sanciverunt: nam ibi (b): CREDO ET IN SPIRITUM SANCTUM DOMINUM ET VIVIFICANTEM, EX PATRE ET FILIO PROCEDENTEM: itidem in aliis Toletanis Conciliis sub Gothorum Regibus celebratis, nempe quarto, octavo, undecimo, duodecimo, & decimotertio: quæ etiam verba in Symbolum apud Francos sunt accepta, tenaciusque retenta, ut apparet ex Symbolo fidei sub Carolo Magno in Arelatensi Synodo recitato.

(b) Legum Visigoth. li. 12. c. 11. pag. 136. apud Isidor.

XXI.

Quam felicissime quidem verba illa in Symbolum non absque Dei nutu illata fuerunt: siquidem sub ejusdem Symboli ita aucti confessione facta est magna ad Christianam religionem accessio: etenim & Gothi & Wisigothi, aliæque barbaræ nationes, quæ Hispanias occuparunt, atque longo tempore possederunt, ex Arianis sub ejus Symboli confessione Catholici facti sunt; & Franci sibi Gallias vendicantes, sub ejusdem Symboli confessione redditi sunt Christiani: Contra vero omnium gentium infelicissimi Orientales schismatici, ex quo ejusdem Symboli additamentum penitus respuerunt, sub Turcico jugo acerbissima servitute premuntur: atque Ecclesiis, bonis, ac liberis spoliati, assidue incassum gemunt. Porro non Leonis id fuit novum inventum, sed præcessorum traditio: nam Damasus hæc ait (c): *Spiritus sanctus non est Patris tantummodo, aut Filii tantummodo Spiritus: scriptum est enim (d): Si quis dilexerit mundum, non est Spiritus Patris in illo. Item scriptum est (e): Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Nominato itaque Patre, & Filio, intelligitur Spiritus sanctus, de quo Filius in Evangelio dicit (f): Quia Spiritus sanctus a Patre procedit, & de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Hæc Damasus.

(c) Damas. in Concil. Rom. apud Cresco. Collect. (d) 1. Jo. 2. (e) Rom. 8. (f) Joan. 15.

XXII. Romani Pontifices antiquitatis tenacissimi.

Sed illud in his considerandum etiam, quod etsi in Hispanos, Gothos, & Francos ejusmodi ad Symbolum additamentum ex primario fonte, ab ipsa nimirum Apostolica sede, id prædicante (ut vidimus) Magno Leone, suis ad Turibium datis litteris, fuerit derivatum, & in barbaras etiam nationes feliciter propagatum; tamen ipsa Romana Ecclesia antiquitatis tenacissima, etsi idem cum ipsis credidit atque docuit, quod antea illis jam prædicarat, diutissime tamen cunctata est in Symbolum fidei verba illa inferre. Et quid mirum? cum, etsi ipso Nicæno Symbolo per Catholicum Orbem ubique vulgato, atque in omnibus Ecclesiis decantato, & usu recepto, solâ tamen Romana Ecclesia in baptismi, & aliorum sacrorum ritibus, ubi fidei confessio adhiberi soleret, non aliud Symbolum, quam antiquum illud Apostolicum adhibere consueverit: quod Ruffinus testatur in expositione Symboli, nosque superius suo loco pluribus diximus.

XXIII. Apostolico cur semper usa Symbolo Romana Ecclesia.

Hac itaque ratione, licet importune atque solicite agente Carolo Magno Imperatore apud Leonem Tertium Romanum Pontificem, ut ea verba Symbolo adderentur, idem id facere penitus recusavit; immo ad perpetuam antiquitatis memoriam, ne quibuslibet liberum esset sacrosancto Symbolo aliquid addere, illud ipsum absque eo additamento in argen-



gentea tabula exaratum voluit in altari post corpus S. Pauli (a) perpetuo custodiri, ut suo loco de his pluribus dicturi sumus. Accidit vero postea, ut ad evitandum schisma, ne ea quæ a Romana Ecclesia accepta Hispani, Franci, & alii omnes Boreales populi prædicarent, ipsa Romana Ecclesia respuere videretur, perinde ac si ante prædicatæ doctrinæ, & aliis traditæ esset prævaricatrix, & confiteri publica confessione renueret, quæ aliis ad convincendas hæreses, & detegendos ac confutandos hæreticos, atque probandos Catholicos tantus Antistes tot ante sæcula Hispaniarum Episcopis tradidisset; tandem placuerit Benedicto Septimo hujus nominis Romano Pontifici idem Symbolum eum eo additamento Romæ in Ecclesia cani, id exposcente Henrico Imperatore, de quo ista Berno Abbas Augiensis (b):

(a) Magist. senten. 1. dist. 2.

(b) Bern. Abb. Augiensis de reb. ad Miss. spectantibus.

XXIV. Quando cœptum Symbolum in Ecclesia Romana cani.

*Cum Romanorum presbyteri ab Henrico Imperatore interrogarentur, cur non post Evangelium (ut in aliis Ecclesiis fiebat) Symbolum canerent? Me (ait ipse) assistente audivi eos ejusmodi responsum reddere, videlicet, quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando ulla hæreseos fæce infecta, sed secundum S. Petri doctrinam in soliditate Catholicæ fidei permaneret inconcussa: & ideo magis his necessarium esse illud Symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari. At Imperator domno Benedicto persuasit, ut ad publicam Miss-*



PAGIUS VI. S. Leo ad Januarium Aquilejensem & ad Septimium Altinensem scribis.

Ad num. XXV. *Septimius* Episcopus Altini cum videret in provincia *Veneta*, plurimos Clericos in speciem tantum damnatis erroribus Pelagianis, in Catholicorum consortium receptos, hæresim clanculum restaurare, Sanctum Leonem hac de re per literas certiorem fecit, isque Antistiti Aquileiensi totius Provinciæ Metropolitæ per literas injunxit: *Ut congregata Synodo Provincialium Sacerdotum, omnes sive Presbyteri, sive Diaconi, sive cujuscumque Clerici ordinis, qui de Pelagianorum Cælestianorumque consortio in communionem Catholicam ea imprudentia sunt recepti, ut non prius ad damnationem sui coarctarentur erroris, nunc saltem posteaquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quæ & ipsis prodesse, & nullis possit nocere, cogantur, &c.* Hæc Epistola alias erat ordine LXXXVI. nunc VI. & per errorem inscripta erat *Nicetæ*, ac in variis MSS. *Aquilejensi Episcopo*, ejus nomine non designato. Scripsit eodem tempore Sanctus Leo ad *Septimium* Episcopum Altini Epistolam VII. alias LXXXV. quæ ad intelligentiam dicendorum integra referenda: *Lectis fraternitatis tuæ literis vigorem fidei tuæ, quem olim noveramus; agnovimus: congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi Pastoralem curam vigilanter exequeris: ne lupi qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitiæ simplices quosque dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione proficiant; sed etiam ea, quæ sunt sana corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, ad Metropolitanum Episcopum Provinciæ Venetiæ scripta direximus: quibus ad statum sui periculum cognoscere pertinere, si quisquam de Pelagianorum & Cælestianorum consortio veniens, in communione Catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim est, & spiritualis medicinæ utilitate plenissimum, ut sive Presbyteri, sive Diaconi, sive alia cujuslibet ordinis Clerici qui se correctos videri volunt, errorem suum, & ipsos erroris auctores damnari a se sine ambiguitate fateantur: ut sensibus pravis & dudum peremptis, nulla spirandi superfit occasio, nec ullum membrum Ecclesiæ talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obviare: circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, ne ab his Ecclesiis ad quas proprie pertinent, sinantur abscedere, & pro suo arbitrio ad loca sibi non deputata transire. Quod cum recte non permittitur inculpatis, multo minus debeat licere suspectis. Proinde Dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris & cum supra dicto Metropolitano det operam, ut circumspecte ac velociter impleantur ea, quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem, & laudabiliter sunt suggesta, & salubriter ordinata.*

VII. S. Leonis Scripta adversus Pelagianos.

Utraque adversus *Pelagianos* Epistola sine ullo temporis charactere data, & utraque a Photio Cod. LIV. his verbis memorata; *Cum temporis deinde progressu secta hujus homines* (nempe Pelagiani) *per hæresis suæ abjurationem Ecclesiæ restituti essent; iterum malum ab ipsis principium sumsit; ut Septimio Episcopo renascens eadem lues, antequam longius serperet, fuerit repri-*

mi) *non fuerint maculati*. Hæc ſub hujus anni Conſulibus Leo. Ad Siciliæ Epiſcopos iiſdem quoque Coſſ. epiſtolam dedit, quæ hæc habet in exordio (*a*): *Divinis præceptis, & Apoſtolicis monitis incitamur, ut pro omnium Eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus affectu, ac quid uſquam reprehenſioni inveniatur obnoxium, celeri ſolicitudine aut ab ignorantiæ imperitia, aut a præſumptionis uſurpatione revocemus &c.* habet nonnulla ad Eccleſiaſticorum rituum diſciplinam ſpectantia: ut de baptiſmi ſolemni tempore, nempe Paſchatis, & Pentecoſtes, non autem in Domini Epiphania, ut illi ſibi faciendum ſuſceperant, ex Africanæ Eccleſiæ uſu, apud quam ſolemne fuiſſe baptiſmum tempore Epiphaniæ, ſatis indicat Victor (*b*). Præcipit demum Leo, ut terni ſemel in anno ex Sicilia Epiſcopi Romam ſe conferrent ad Synodum: nam ad finem epiſtolæ hæc habet (*c*): *Quare illud primitus pro cuſtodia concordiſſimæ unitatis exegimus, ut quia ſaluberrime a ſanctis Patribus conſtitutum eſt, binos in annis ſingulis Epiſcoporum debere eſſe conventus, terni ſemper ex vobis ad diem tertium Kalendarum Octobrium Romam, fraterna Concilio ſociandi, indiſſimulanter concurrant, &c.* Vides viridem antiquam in Romana Eccleſia obſervantiam, ut ex Epiſcopis Italiæ bis in anno Concilium cogeretur, in quod tamen non omnes ſemper, & ex omnibus locis convenirent Epiſcopi, ſed ex remotioribus provinciis ſemel tantum terni adeſſent; cui quidem inſtituto voluit S. Leo Siculos etiam Epiſcopos ſubjacere.

(*a*) *Leo ep. 4.* De ſolemni Baptiſmi tempore.

(*b*) *Vict. de perſ. Vandal. lib. 2.*

(*c*) *Leo ep. 4. c. 7.*

Bis in anno Romæ congregari Concilium.

Hoc item anno, qui quartus numeratur ante Chalcedonenſe Concilium, idem S. Leo Papa e ſede depoſuit Primatem totius Aſiæ Baſſianum Epiſcopum Epheſinum, eo quod vacantem illam ſedem invaſiſſet, atque ſe ipſum in eam intruſiſſet. Teſtatur id quidem Stephanus ejus adverſarius in Actione undecima Concilii Chalcedonenſis, ubi ait: *Hodie quatuor anni ſunt, & Romanus Epiſcopus eum depoſuit*. Scelera vero a Baſſiano perpetrata ibi narrantur. Citatur in ea Synodo epiſtola ejuſdem S. Leonis Papæ ea de cauſa conſcripta, quæ penitus excidit. Hæc autem ad inſinuandum priſtinum uſum Eccleſiæ Romanæ Pontificum in deponendis Metropolitanis atque Primatibus in leges Eccleſiaſticas delinquentibus, recoluiſſe voluimus. XXVI.

Hoc eodem anno vetus innovatur querela Gentilium adverſus antiquorum effoſſores ſepulcrorum, quos aliis Imperatorum reſcriptis vetitos, ſuperius dictum eſt: Chriſtiani enim, & inter eos potiſſimum clerici nonnulli, omnis idololatriæ veſtigia antiquare atque penitus abolere cupientes, diis manibus dicatas defunctorum memorias evertere, ubicumque eas re- XXVII.

PAGIUS *reprimenda, datis ad Leonem Romæ tunc Sedem Apoſtolicam tenentem literis, qui Leo ferventi zelo contra impietatem illam depugnavit*. Loquitur & Photius Cōd. LIII. de iiſdem Leonis Epiſtolis, quando ait: *Scripſit & Leo Romanus Epiſcopus de Pelagianis converſis quomodo debeant recipi, quando convertuntur, ſcriptis ſuam opinionem damnantes*. Baronius anno CDXLIV. num. VIII. hæc ultima Photii verba refert, atque hæc Sancti Leonis ſcripta adverſus Pelagianos deſiderari. At, ut jam obſervarunt Em. Card. Noriſius lib. 2. Hiſt. Pelag. cap. 12. & Uſſerius in Antiquit. Eccleſ. Britan. cap. 12. ea aliud non ſunt, quam citatæ Epiſtolæ Divi Leonis ad Aquileiæ Altinique Epiſcopos datæ, ut ex eorum contextu liquet. Præter duas iſtas Leonis hac de re Epiſtolas extat & alia a Baronio hoc anno memorata, inſcripta ad *Januarium* Epiſcopum Aquileienſem, dataque *III. Kalend. Januarii, Alypio, & Ardabure VV. CC. Coſſ.* præſenti ſc. anno quæ his verbis inchoatur: *Lectis fraternitatis tuæ literis*, &c. hæcque iiſdem fere verbis, quibus Epiſtola ad Septimium conſtat. Hinc Queſnellus Epiſtolam Leonis VII. quæ eſt ad Septimium, ſuppoſitiam credidit, Antelmius vero in Diſſert. IV. de Operibus SS. Leonis & Proſperi, eam confert cum Epiſtola ad Januarium, pluribuſque oſtendit, hanc poſtremam ſpuriam eſſe, & omnes Queſnelli conjecturas adverſus Epiſtolam ad Septimium allatas evertit. Porro alterutram falſam eſſe, indubitatum videtur.

VIII. Inter Epiſtolas autem, inquit Antelmius, quarum altera alteri cohærentiſſime reſpondet, & de rebus propoſitis ac perſonis ambæ invicem conveniunt, illæ potius ſuſtinendæ & vindicandæ, quæ ſic ſibi mutuo auctoritatem præſtant, quam aliæ quævis, quæ omnem a ſemetipſis ſolitarie mutuantur fidem. Unde cum de Pelagianorum molitionibus pro certo & explorato queſtus ſit *Septimius* & ad eas ſolas reprimendas duabus literis ſolicitudinem ſuam impendat Leo, ille ſibi ex omni parte congruentes longe magis ultro ſuſcipi debent, aut minus ſaltem in diſcrimen adduci, quam eæ quæ aliud prorſus argumentum tractant, & *Donatiſtas*, ſeu alios hæreticos, vel ſchiſmaticos reſpiciunt. Quare quia ex laudato Photii teſtimonio jam habemus, *Pelagianos* per Altinenſem Epiſcopum *Septimium*, penes Leonem poſt ejurationem criminis poſtulatos, non autem Donatiſtas vel alios perduelles iterata tinctione maculatos, datæ pro comperto negotio literæ, genuinæ germanæque cenſendæ ſunt, aliæque ex adverſo, quæ contra expreſſum Photii teſtimonium mentiuntur, *Septimium* iſtiuſmodi malignantes homines, in quærelam alias etiam ignotam Scriptoribus traxiſſe, vel ex eo ſuppoſitiæ pronunciari debent. Præterea extat in Bibliotheca Patrum Jeſuitarum Pariſienſium vetus Codex characterе Saxonico exaratus, in quo leguntur variæ Pontificum Romanorum literæ, & inter eas quædam a Sancto Leone datæ, præſertimque duæ illæ, de quibus agitur, ſed Epiſtola, quæ *ad Januarium* dicitur ſcripta ibidem non habetur. Denique in Bibliotheca Colbertina num. DCCLXXXIV. reperitur alius Codex characterе Saxonico etiam deſcriptus, in quo ſunt aliquæ Innocentii I. Zoſimi, Bonifacii, Cæleſtini, & Sancti Leonis Epiſtolæ, & inter iſtas li-

*Epiſtola S. Leoni ad Septimium Epiſc. genuina eſt.*



reperirent, conabantur. Quoniam vero ipſe titulus criminis invidioſus nimis, & odio dignus apparebat, ut quis fidelium argueretur ſepulcrorum effoſſor, Chriſtiani Imperatores, ejuſmodi ſancitis legibus, pœnis appoſitis eos coercere conati ſunt; quod inter alios efficacius præſtitit Valentinianus Auguſtus, adverſus ſepulcrorum effoſſores ad Albinum Præfectum Prætorio reſcribens (*a*) octavo Idus Aprilis ſub hujus anni Conſulibus. Qui igitur in Gentilium ſepulcra, ad convellenda quæque ſuperſtitionis ſigna, audaciter inſurgebant Chriſtiani, vix credi poteſt quo ferrentur impetu in ipſa deorum ſimulacra; ut eadem cum reperire liceret, non illis ut doctæ manus operi parcerent, ſed brachiis & cruribus fra-

(*a*) *Novel. Valentin. de ſepul. tit. 5.*

PAGIUS litteræ ad Epiſcopum Aquileienſem & *Septimium* Altinenſem, ideoque non dubitandum, quin duæ iſtæ Epiſtolæ ſinceræ & genuinæ ſint, & quæ *Januarii* nomine circumfertur, ab aliquo impoſtore confictа.

IX. *Angli & Saxones in Britanniam vocantur.* Hoc anno *Angli & Saxones* a Britannis contra *Pictos & Scotos* auxilio vocati ſunt, eamque ob rem miſſi ab illis in Germaniam Legati. Hujus Legationis meminere Malmesburienſis lib. 1. de Reg. & Witichindus antiquus Auctor, natione Saxo lib. 1. de Reb. Saxonicis. Sed præſtat audire Bedam utroque antiquiorem, lib. 1. Hiſt. cap. 14. Is poſtquam narravit, *Britannos* nullum auxilium adverſus Scotos & Pictos a Romanis impetrare potuiſſe, ait; *Initum eſt conſilium, quid agendum, ubi quærendum eſſet præſidium ad evitandas vel repellendas tam feras, tamque creberrimas gentium Aquilonariarum irruptiones; placuitque omnibus cum ſuo Rege Vortigerno, ut Saxonum gentem de tranſmarinis partibus in auxilium vocarent: quod Domini nutu diſpoſitum eſſe conſtat, ut veniret contra improbos malum, ſicut evidentius rerum exitus probavit*. Jam dudum Saxones Britanniæ inhiaverant, & ejus littora infeſtarant; quare eos in inſulam vocare magnæ dementiæ fuit: *O altiſſimam ſenſus caliginem! O deſperabilem crudamque mentis hebetudinem! quos propenſius more cum abeſſent, tremebant, ſponte, ut ita dicam, ſub unius tecti culmen invitabant ſtulti Principes Tanos, dantes Pharaoni conſilium inſpiens*, inquit Gildas in libello de Excidio Britanniæ, ubi in Regis Conſiliarios omnem culpam refert.

X. *Epocha adventus Anglorum in Britanniam ab hac Legatione deducta.* Beda, Malbesburienſis, Huntindonius, Ethelverdus, & reliqui, qui res Britannicas accurate tractarunt, ab adventu, vel ingreſſu Saxonum in Inſulam ſolent tempora, rerumque geſtarum ſeriem ſupputare: ideoque hæc epocha firmiter ſtabilienda, evertenduſque vulgaris error in quem, tam veteres, quam recentes Angliæ Hiſtorici lapſi ſunt. Exiſtimarunt enim *Bedam* aliam adventus hujus anni numerandi rationem ab aliis uſurpaſſe; neque animadverterunt, eum quidem in temporum intervallis metiendis adventum eorum a currenti anno, quo Angli & Saxones in Britanniam vocati, de more deducere, ſed pro certo habuiſſe eos illuc non perveniſſe niſi anno quadringenteſimo quadrageſimo nono. Unde tam veteres, quam recentes Hiſtorici, immo & Critici annum ſuſceptæ ab Anglis & Saxonibus in Britanniam expeditionis, ab anno, quo illuc invitati ſunt, non diſtinguentes, & a Beda diſtinctum fuiſſe non obſervantes, hærent, ubi omnia plana ſunt, & modo ſcribunt Bedam hac in re variaſſe, modo eum credidiſſe *Anglos & Saxones* præſenti anno in Britanniam veniſſe, & poſtea non ſibi conſtantem illorum adventum cum anno CDLIX. copulaſſe; cum tamen certum indubitatumque ſit, *Bedam* hac in re nunquam, nec a ſe ipſo, nec ab aliis rerum Anglicarum antiquis Auctoribus diſcrepare, niſi tantum in modo loquendi, annum ſcilicet quo Angli in Britanniam vocati, annum eorum in eamdem inſulam adventus de more appellando.

XI. *Id exemplis demonſtratur.* *Bedam* vero annum adventus Anglorum in Britanniam, ab anno quo in eam invitati ſunt, repetere, duplici ejus Hiſtoriæ loco demonſtro. Is lib. 1. cap. 23. poſtquam ſcripſit, Mauricium anno ab Incarnatione Domini DLXXXII. Imperium ſuſcepiſſe, ſubdit: *Cujus anno regni decimo quarto, adventus vero Anglorum in Britanniam anno circiter centeſimo quinquageſimo miſit ſervum Dei Auguſtinum, & alios plures cum eo Monachos, timentes Dominum prædicare verbum Dei genti Anglorum*. Quod ſi annus Chriſti DXCVI. quo Auguſtinus in Britanniam miſſus, cum anno CL. adventus Anglorum in Britanniam concurrit, profecto prior hujus ſummæ a currenti Chriſti anno proficiſcitur. Præterea Beda lib. 5. cap. 24. annum adventus Anglorum in Britanniam *circiter ducenteſimum octogeſimum quintum*, cum anno Incarnationis ſeptingenteſimo triceſimo primo alligat, ideoque & a præſenti anno eam epocham exorditur. Adhibet autem hanc vocem de more *circiter*, quia annos illos adventus Anglorum in Britanniam, licet incompletos pro integris numerat. Pari eademque ratione Beda lib. 2. cap. 5. ſcribit, *Ethelbertum*, Cantuariorum Regem anno DCXVII. ad Deum migraſſe *poſt viginti & unum annos acceptæ fidei*, poſtquam paulo antea dixit, eam mortem contigiſſe anno XXI. *ex quo Auguſtinus cum ſociis ad prædicandum miſſus eſt*. Et tamen ubi de hac miſſione ex profeſſo agit, refert Auguſtinum cum ſociis anno DXCVI. Roma in Angliam adventaſſe, ſed ex Gallia in Brittanniam non trajeciſſe, neque ibi fidem Chriſti annunciaſſe ante annum DXCVII. Sicut itaque annum acceptæ fidei in Anglia cum anno Legationis Auguſtini in illam inſulam confundit, & pro uno eodemque ſumit; ſic annum adventus Anglorum & Saxonum in Britanniam non diſtinguit ab anno, quo in eam per Britannorum Legatos vocati ſunt. Willibaldus & Othlonus uterque in Vita ſancti Bonifacii, ut anno DCCXIX. videre eſt, exordium miſſionis Apoſtolicæ Sancti Bonifacii in Germania non deſumunt ab anno, quo literis Gregorii II. Legatus per Germaniam inſtitutus eſt, ſed ab eo quo Evangelium Germanis annunciandi poteſtatem ab eo viva voce accepit. Quem computandi modum cum viri docti non obſervarint, non mirum, ſi perſuaſum habuerint annum adventus Anglorum & Saxonum in Britanniam denſis tenebris circumfuſum eſſe. Erravit tamen Beda in exordio Marciani Imp. conſignando, ut infra viſuri ſumus.

XII. *Moritur Clodio Francorum Rex.* Hoc etiam anno *Clodio* ſecundus Francorum Rex e vivis exceſſit. Proſper enim in Chronico Imperiali ad annum Theodoſii XXV. poſt Honorium Imperantis ſcribit; *Merovæus regnat in Francia*. Præterea Auctor Vitæ Sigeberti Regis Francorum hujus nominis III. tradit Galliarum excidium factum eſſe *anno poſt mortem San-*

fractis, eorum capita, ne uſquam reperiri valerent, in imum alicujus conjicerent parietis fundamentum, vel in alicujus propinquæ altæ foveæ profundum demergerent. Hæc quidem experimento didicerunt rerum antiquarum effoſſores in Urbe, frequenti uſu admoniti, mira ſagacitate indagare quæque ſimulacri fracta membra diſperſa. Ut perſeveraſſe intelligas in animis Chriſtianorum, majorique auctum incremento, quod S. Hieronymus ait (a): *Ubi alibi tanto ſtudio & frequentia*, quam Romæ, *vacua idolorum templa quatiuntur?* Sed de his ſatis. (a) *Hieron. præfat. l. 2. in ep. ad Galat.*

Qua-

PAGIUS *Sancti Martini LIV. Merovechi anno quinto*, ubi Scriptor ille annos a tranſitu Sancti Martini ab anno Chriſti CCCXCVII. deſumit, loquiturque de pugna contra Attilam anno CDLI. habita. Denique Sigebertus in Chron. Clodionis mortem hoc anno conſignat. Ei ſucceſſit *Merovæus*, quem ejus filium fuiſſe jam diximus, & extra omne dubium eſſe debet.

XIII. *Eclipſis Solaris.* Idacius in Chronico anno Abrahami 2463. qui Kal. Octobris præcedentis Chriſti anni inchoatur, ait: *Solis facta defectio die IX. Kal. Januarias, qui fuit tertia feria* id eſt die XXIV. Decembris, quæ ſuperiori Chriſti anno littera Dominicalis F. notato cum feria tertia concurrit. Calviſius in Opere Chronologico obſervat, eam Eclipſim præſenti anno accidiſſe, factamque eſſe Salamanticæ die XXIII. Decembris, feria tertia; hoc enim anno littera E Dominicalis fuit. Aſſerit poſtea Calviſius, *Idacium* numerare annos Theodoſii ab obitu Honorii, menſe Auguſto anni CDXXIII. demortui, & currentem annum XXIV. Theodoſii eſſe. At licet verum ſit, *Idacium* numerare annos Theodoſii tam ab Honorii morte, quam ab ortu Abrahami, quia tamen Euſebium & Hieronymum in Chronicis imitatus, annos Imperatorum a Kalendis Octobris mortem eorum conſequentibus, cum anno civili auſpicatur Kalendis Octobris hujus Chriſti anni incipit numerare annum XXIV. Theodoſii; cum tamen in ejus Chronico hæc Eclipſis cum anno XXIII. hujus Imperatoris copuletur. Quare *Idacius* anno uno citius hanc eclipſim conſignavit, cujus errorem Calviſius non animadvertens, in alium incidit, perperamque exiſtimavit, Chronographum iſtum Solis defectum cum anno Theodoſii XXIV. conjunxiſſe. Porro quia ratio illa Theodoſii annos numerandi, ab *Idacio* uſurpata, Lectores in errorem facile inducere poteſt, in ejus Chronico, legendo ad annos Abrahami ſemper attendendum, neglectis Imperatorum annis.

XIV. *Moritur S. Proclus.* Sanctus *Proclus* Epiſcopus Conſtantinopolitanus hoc anno mortuus eſt, & *Eudocia* Auguſta rerum adminiſtrationem ſuſcepit, ut anno ſuperiori oſtendi. Conſtantinopolis terræ motu concuſſa, ut eodem anno num. III. viſum eſt. Ad hunc annum revocanda ſecunda Legatio *Sancti Germani* Autiſiodorenſis Epiſcopi in Britanniam adverſus Pelagianos, de qua egimus anno CDXXXV.



I. QUadringenteſimus quadrageſimuſoctavus Domini annus Conſulibus Poſthumiano atque Zenone ſignatur: quorum alter Conſtantinopoli, nempe Zeno, creatus eſt: alter vero, Poſthumianus ſcilicet, Romæ electus, dictus iſte Rufius Prætextatus Poſthumianus, cujus ejuſmodi legitur Romæ vetus inſcriptio (a): (a) *Habet Smetius pag. 78. n. 2. lib. Antiq. inſcrip.*

RVFIVS. PRÆTEXTATVS
POSTHVMIANVS. C. V. FILIVS
MAGNIFICI. VIRI. MARINIANI
PRÆFECTI. PRÆTORIO
ET CONSVLIS. ORDINARII
QVÆSTOR. CANDIDATVS
PRÆTOR. VRBANVS. TRIBVNVS
ET. NOTARIVS. PRÆTORIANVS
PRÆFECTVS. VRBI. SECVNDO
CONSVL. ORDINARIVS. QVOS
TANTOS. AC. TALES. HONORES
PRIMO. ÆTATIS. SVÆ. FLORE
PROMERVIT

Porro eraſus fuit primus verſus in baſi, ita tamen ut adhuc legi poſſet, RVFIVS PRÆTEXTATVS. Quod vero non & Poſthumiani nomen abolitum ſit, inde conjectura ducimur, in odium illius Prætextati Gentilitiæ ſuperſtitionis Antiſtitis, de quo ſuperius actum eſt pluribus, id factum fuiſſe. Sed de Conſulibus hactenus.

II. Theodoſius offenſum numen placat. Hoc anno Theodoſius Imperator, cum diverſis cladibus illatis a barbaris, atque fame, peſte, terræmotibus, & penuria exagitari jamdiu videret Imperium; offenſi numinis cauſas rimatus tum Gentilitiæ impietatis homines, *tum* Neſtorii ſectatores (*ut gratiſſimum Deo ſacrificium*) legibus coercendos putavit, vetuitque libros Porphyrii, & contra Cyrilli ſcripta editos commentarios: inſuper & illos qui ſuſpecti eſſent Neſtorianæ hæreſis, quod Neſtorio ante faviſſent, exagitavit, & inter alios Irenæum illum, qui congregatis Patribus in Concilio Epheſino, pro Neſtorio cauſam agens, maximas moleſtias intulit; hunc enim ex Comite ordinatum Tyri Epiſcopum deponi juſſit. Porro quod Theodoſius Imperator dedit hoc

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5941.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CCCC-LXXXVI. A. C. 448. ☉ 9. C. ☽ 12. P. 11. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 448.

LEONIS PAPÆ 9.

THEODOSII JUN. 47. & 41.

VALENTNIANI III. 24.

I. *Decima Quinquennalia Theodoſii.* [1] COSS. *Fl. Zeno*, ut vocatur infra num. VII. & *Rufius Pratextatus Poſtumianus*, uti appellatur in inſcriptione a Baronio num. I. recitata. Prior Orientalis, ad quem extant duæ Theodoreti Epiſtolæ, ſc. LXV. & LXXI. quibus conſtat illum tunc ſacro Baptiſmate non fuiſſe initiatum. Imo Damaſcius in Iſidori Vita apud Photium in Bibliotheca ſcribit, hunc *Zenonem* idolorum cultum reſtituere, & Chriſtianam religionem abolere voluiſſe, ſed violenta morte fuiſſe prævertum. Poſterior in Occidente creatus; Novella enim *de indulgentiis reliquorum*, lib. 2. Novell. tit. 7. data a Valentiniano anno CDL. dicitur *recitata in Senatu per virum illuſtrem Poſtumianum, pridie Id. Mart. Decimæ Quinquennalia* Theodoſii cum patre imperantis, quorum indicium Novella illa extat, ſicuti & Edictum Theodoſii Imp. adverſus *hæreticos*.

A num. II. ad XIX. Theodoſius Imp. vetuit libros *Porphyrii* & contra *Cyrilli* ſcripta editos, decrevitque etiam, ut quicumque nefariam *Neſtorii* doctrinam quovis modo ſectarentur, ex Eccleſiis expellerentur. Ac denique ſta- II.

NOTÆ [1] *Coſſ. Fl. Zeno, & Ruffius Pratextatus Poſtumianus.* Relandus *Flavii* prænomen, ac *Zenonis* nomen prætermittit. Gruterus pag. CCCCLXIV. 8.

RVFIVS PRAETEXTATVS
POSTVMIANVS. C. V. FILIVS
MAGNIFICI. VIRI. MARINIANI
CONSVLIS. ORDINARII.....
CONSVL. ORDINARIVS.

Victor. *Poſtumiano & Zenone.* Marcellinus: *Zenone & Poſtumiano.* Proſper editus: *Poſthumiano & Zenone.* Proſper Vaticanus MS. *Poſtumiano & Zenone.* Scribendum apud Pagium *Rufius*.

hoc anno adversus hæc omnia edictum sic se habet (a):

III. (a) *Apud Acta Conc. Ephes. edit. Pelt. to. 5. cap. 20.* Porphyrii libri vetiti.

*Regiam nostram majestatem decere arbitramur, ut subditorum nostrorum pietati (quoad ejus fieri potest) consulamus: Hac enim ratione futurum speramus, ut majorem quoque Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi favorem, & benevolentiam nobis conciliemus. Cum igitur huic ipsi per omnia placere desideremus, nostrosque subjectos Imperio ad hoc ipsum subinde incitemus; decrevimus, ut quæcumque Porphyrius propria impulsus insania contra piam religionem Christianam conscripsit, apud quemcumque tandem ea comperta fuerint, quamprimum concrementur. Si quidem omnia illa scripta, quæ divinam in nos iram provocant, piosque animos offendunt, ea ne addiri quidem volumus.*

IV. Nestoriani exagitantur.

*Decernimus etiam, quicumque Nestorii impiam fidem æmulantur, nefariamque ejusdem doctrinam quovis modo sectantur: si quidem Episcopi aut clerici fuerint, ex sanctis Ecclesiis confestim expellantur; si vero laici, anathematis vinculo* (ab Episcopis scilicet suis) *constringantur, prout jam quoque a nostra majestate cautum est. Omnibus præterea Orthodoxis volentibus, piamque hanc nostram sanctionem sectantibus, potestatem facimus, ut hujusmodi homines libere citra ullam cujuscumque detrimenti formidinem deferant, publiceque redarguant.*

V. Scripta contra Cyrillum damnata.

*Quoniam vero accepimus, doctrinas quasdam nescio quomodo dubias, Orthodoxæque fidei a sanctis Patribus Nicææ, & Ephesi congregatis editæ nequaquam consentientes, & piæ memoriæ Cyrilli Alexandrinorum quondam Episcopi expositioni repugnantes conscripsisse, & evulgasse; mandamus, ut hujusmodi scripta, vel libri, qui certissimam habenti vel legenti perniciem afferunt, apud quemcumque latuerint, incendantur: neque volumus ut quisquam in posterum aliquid circa fidem apud Nicæam, & Ephesum Civitates expositam aut dissert, aut exponat. Qui vero hoc sacrosanctum nostrum decretum violaverint, non dubitent eamdem sese pœnam incursuros, quam contra impiam Nestorii fidem dudum decrevimus.*

VI.

*Ut autem omnibus, & singulis certo constet, quantopere majestas nostra impiæ Nestorii fidei æmulos detestetur, statuimus, ut Irenæus qui hac de causa nostram indignationem nuper incurrit, & postea nescio quomodo post secundas nuptias (sicuti accepimus) contra Apostolorum canonem Tyriorum Episcopus est creatus, a sancta Tyriorum Ecclesia statim expellatur, ornatuque & nomine sacerdotii penitus exutus, privatus in patrio tantum solo vivere permittatur. Magnificentia tua nostræ pietatis scopum assecuta, curet hæc observari, & primo quoque tempore peracta reddi.* Hactenus Theodosii rescriptum hoc anno datum, ut signis certissimis apparet, nempe ex his, quæ habentur in mandato Præsidum provinciarum post acceptum rescriptum publice proposito, quod sic se habet (b):

Irenæus Tyri Episcopus deponitur.

(b) *Apud Conc. Eph. edit. Pelt. to. 5. c. 20.*

VII. Præsidum mandatum.

*Piissimus Imperator noster, non ignarus, legum, justæque politiæ firmamentum Orthodoxam religionem esse, peculiari edicto omnem impietatis occasionem præscidit: eos quidem qui ea laborant, moderata castigatione sanans, cæteris vero omnem honestæ vitæ rationem ostendens. Qualia ergo adversus libros Porphyrii, quos ille contra sanctam Christianam religionem conscripserat; necnon contra illos, qui nefariam Nestorii doctrinam scriptis propagant, decreverit: & quo rursum pacto nullum fidei dogma vim ullam obtinere voluerit, nisi illud unum quod a sanctissimis piissimisque Episcopis, qui quondam in Civitate Nicæa, & postea in Ephesina una cum venerandæ memoriæ Cyrillo convenerunt, editum & receptum est: & qua tandem ratione Irenæum, qui Tyriorum Civitatis Episcopus extitit, exauctoratum velit: id ex prædicta sanctione Græco sermone posita clare diserteque cognoscetis, ne quis ignorationem in posterum prætexat. Decet proinde omni diligentia isthæc observare, comminationemque ac indignationem regiis litteris insertam usque ob oculos habere. Lecta sunt hæc in Ecclesia Solitariorum, vigesimatertia Pharmuti, hoc est Aprilis, Indictione quarta *, anno Diocletiani centesimo sexagesimoquarto.* Hactenus ibi Præsidum mandatum, quod ex Diocletiani annorum numero esse datum hoc anno, satis liquet, quod & ex epistola Theodoreti manifestius fiet.

* secunda.

VIII.

Antequam vero ista promulgarentur, quæ acceperat ex amicorum litteris Dom-

PAGIUS *Edictum Theodosii adversus fautores hæresis Nestorianæ.*

statuit, ut *Irenæus*, qui Nestorio faverat, & contra canones Tyriorum Episcopus ordinatus fuerat, Sacerdotio penitus exueretur. Legitur Edictum illud Tom. III. Concil. pag. 1216. ubi hanc habet subnotationem: *Lecta sunt hæc in Ecclesia Monachorum in desertis degentium die vigesimæ tertia Pharmuti, Indictione prima, anno Diocletiani centesimo sexagesimo quarto*, id est, anno Christi CDXLVIII. die XVIII. mensis A-

prilis. Legitur etiam apud Baronium, qui tamen in mendosum codicem inciderat, in quo loco, *Indict. I.* erat exaratum *Indictione IV.* ipseque *secundam* reposuit. Verum hoc anno mense Aprili primam Indictionem in cursu fuisse certum. Irenæus, qui præfato Edicto deponitur, successorem habuit *Photium*, de quo mox: & quia Imperatoris jussu, non Synodali sententia dejectus est Irenæus, idcirco anno sequenti



nus Episcopus Antiochenus, Theodoretum Cyri Episcopum reddidit certiorem. Quid autem, cum hæc de Irenæo, Domni litteris præsensisset Theodoretus, qui una cum aliis eumdem ordinaverat Irenæum, ad ipsum Domnum rescripserit, ipsæ declarant, quæ tunc ab eo ad ipsum sunt redditæ litteræ, istis verbis (a):

(a) *Theod. epist.* 110.

IX. Epistola Theodoreti ad Domnum de causa Irenæi.

*Cum tuas legissem litteras, beatissimæ illius Susannæ sum recordatus, quæ nefarios illos homines cum vidisset, & omnium Deum adesse crederet, mirabilem illam edidit vocem: Undique mihi sunt angustiæ. Elegit tamen potius incidere in calumniatorum insidias, quam justum Judicem contemnere. Et nunc, domine, duo nobis proponuntur (hoc autem sæpius diximus) vel Deum offendere & conscientiam lædere; vel incidere in injusta hominum decreta. Ego autem puto hæc omnia ignorare piissimum Imperatorem. Quid enim prohibuisset illum scribere, & ordinationem fieri præcipere, si re vera hoc illi placuisset? Cur vero extra minantur quidem, verentur tamen; vel terrefaciunt, litteras vero aperte id præcipientes non mittunt? Duorum enim alterum necessario sequitur; vel non adducitur, ut scribat piissimus Imperator; vel procurant ut nos in aliquo delinquamus, & deinde delicti a nobis pœnas accipere possint. Proponitur enim nobis exemplum beati Principii *: ibi enim cum litteris præcepissent, pœnas tamen postulabant ab eo qui illis paruerat: quæ vero ego legi eo die quo lecticarius advenit his contraria sunt. Sanctus enim quidam monachus illustris ad quemdam scripsit, quod litteras accepit a magnificentissimo Spathario, & a glorioissimo Exmagistro, quibus significabatur, quod res Deo dilectissimi domini Episcopi Irenæi bene se habituræ essent: & pro hac diligentia, & labore mercedem, & retributionem petebant, ut Deo pro se preces effunderent.*

* Principis.

X.

*Ego igitur puto oportere scribere ad eos qui scripserunt, clericos regiæ urbis, quod ego calculo, & sententia piissimorum Episcoporum adductus, piissimum Irenæum Episcoporum ordinavi, cum ejus zelum, & magnanimitatem, & alias ejus virtutes recte scirem, & præter hæc, dogmatum rectitudinem. Numquam enim scimus renuisse aliquando sanctam Virginem*

Bigami sæpe ordinati Episcopi.

*Deiparam appellare, vel aliud aliquid contrarium sentire Evangelicis dogmatibus. Quod vero ad bigamiam pertinet, nostros majores secutus sum: Beatæ enim & piæ memoriæ Alexander* (ante Theodotum hic fuit Antiochenus Episcopus) *qui Apostolicam hanc sedem rexit, cum beatissimo Acacio Berœnsi Episcopo, beatæ memoriæ Diogenem ordinavit bigamum existentem, similiter etiam B. Prailius* (hic fuit Hierosolymorum post Joannem Episcopus) *Dominum Cæsareæ Episcopum bigamum. Consuetudinem itaque secuti sumus, & homines insignes, tum doctrina, tum vita celebres. Multa etiam alia hujusmodi beatæ memoriæ Proclus Constantinopolitanus Episcopus edoctus, & ipse ordinationem fuscepit, & laudavit, & litteras eas approbavit. Ita etiam Ponticæ provinciæ qui præsunt Primates, & præstantiores sunt piissimi Episcopi, & omnes Palæstini: nec ulla dubitatio aut controversia de hoc orta est: Et impium ducimus, hominem condemnare, qui multis & variis rebus optime gestis est exornatus. Hæc & his similia, mea quidem sententia, scribere oportet. Si vero aliud quippiam tua sanctitas expedire putaverit, illud fiat. Ego enim cum unam (ut putant) pœnam & condemnationem acceperim, & subierim, præsto sum divina ope aliam etiam subire: & si velint, tertiam, & quartam, divina votis opem ferente gratia, omnes æquo animo feremus, Dominum laudantes. Si vero tuæ probatur pietati, videamus quid nobis a Palæstina rescribatur; & cum quid agendum sit, diligenter perpenderimus, ita Constantinopolim scribemus.* Hæc Theodoretus ad Domnum Episcopum Antiochenum.

XI.

Summam quidem interceſſiſſe inter Theodoretum, & Irenæum amicitiæ neceſſitudinem, duæ (b) quæ extant ad ipſum datæ ejus epiſtolæ docent; quarum posteriorem ordine positam, scriptam priorem esse constat, cum ambo Nestorio faverent, & Theodori Mopsuesteni essent mirifici laudatores, atque scriptorum ipsius defensores. Cæterum quod ad præsentem causam spectat, ordinati scilicet ab eo Irenæi bigami: profuisse videtur ejusmodi ab ipso parata excusatio: nulla enim posthac fuit de his querela, sed tantum quod suspectus magis

(b) *Theod. ep.* 42. & 16. Theodoreti præsentis temporis status.



PAGIUS

ti secunda Synodus Ephesina, eum canonice deposuit. Ordinatus fuerat a *Theodoreto* Cyrensi Episcopo, sed contra ejus Episcopatum tria vitia ab adversariis objecta; quod hæreticus Nestorianus esset, quod bigamus; quod ab alienæ Provinciæ Episcopo consecratus. Ejus sanctitatem, humanitatem, pecuniæ contemptum, eleemosinas, aliasque virtutes, Theodoretus prædicat, etiam in Epistola XXXV. qua ei commendavit *Cælestiacum* ejectum & spoliatum a Vandalis, de qua suo loco egimus. Verum in Concilio Ephesino & post eius celebrationem semper Nestorianis favit, ut ex dictis liquet.

III. *Theodoretus Cyri se continere justus.*

Sancto *Cyrillo* vivo & mortuo *Theodoretus* adversatus est, sed longe magis *Irenæus*, cujus audacia plurimis persuasit eum esse ex integro Nestorianum. Quam opinionem magis confirmavit liber ejus, cui titulus erat: *Tragœdia*, de

quo

magisque redditus esset ob scripta ipsius adversus Cyrillum, & consuetudinem cum Irenæo, & aliis hujusmodi, quæ adhuc ipsum perseverare fautorem Nestoriani erroris arguebant, cum jam accusatus esset, quod & pro ipso firmando frequens in Synodis fuisset: quam ob causam, & Antiochia recedere jussus esset; mandatum quoque Imperatoris accepisset, ne e suæ Civitatis finibus penitus recederet, sed ibi relegatus absque aliorum collegarum consortio vitam ageret. Cum iste esset Theodoreti in præsentiarum status, pluribus ipse epistolis ad diversos Constantinopolim datis conquestus est, & inter alias illa hoc ipso anno, qui numeratur vigesimusquintus ejus Episcopatus, scripta ad Nomum Consulem, sed potius Consularem seu Exconsulem, quem gessisse Consulatum vidimus anno Christi quadringentesimo quadragesimoquinto. Prætermissis igitur aliis, hanc unam tibi reddemus, qua ipse totam vitam suam, & res ab se in Episcopatu gestas brevi compendio narrat: est autem hujusmodi (*a*):

(*a*) *Theod. epist.* 81.

XII. Theodoreti epistola ad Nomum Consularem de rebus suis.

*Brevi quidem dici spatio tua potitus sum magnificentia, cum me necessitas vi, te exoptato privaverit: speravi tamen parvam illam consuetudinem incitamentum & favillam futuram benevolentiæ, & vehementioris amoris: A spe tamen sum frustratus: cum enim semel, & iterum scripserim, litteras nondum accepi, & Imperatoris decreto Cyrensium regionis terminos præterire prohibeor. Nulla vero alia causa hujus damnationis videtur, præter quam quod Synodos Episcoporum congrego: & licet neque accusatio ostenderetur, neque actor appareret, neque reus convictus; decretum tamen editum fuit. Novi quidem quæ leguntur* (*b*) *de Festo: hic autem Præses erat Romanorum, cui Judæorum administratio commissa fuerat: a quo Judæi cum petiissent divini Pauli damnationem, aperte ipse respondit: Non est Romanis consuetudo, damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei objiciuntur. Et hæc quidem dicebat homo qui Christo non credebat, sed idolorum errori serviebat. Ego vero neque interrogatus, an Synodos congregem, nec ne; & quorum causa congregem; & quid mali afferam vel rebus Ecclesiæ, vel publicis; ac si in maximis deliquissem, ab aliis arceor Civitatibus. Quinimmo aliis quidem omnibus omnis aperta est Civitas, non solum Arii & Eunomii sectatoribus, sed & Manichæis & Marcionistis, & illis qui Valentini, & Montani morbo laborant, necnon & Ethnicis & Judæis: Ego vero qui pro dogmatibus Evangelicis pugno, ab omni excludor Civitate.*

(*b*) *Act.* 25.

XIII. Theodoretus confutat adversariorum calumnias.

*Sed inquient aliqui, contraria nos sentire, & a vera fide aliena. Fiat igitur Concilium; adsint piissimi Episcopi, qui judicare norunt; adsint & magistratus, & qui in dignitate sunt constituti, qui res divinas sunt edocti. Dicamus aperte quæ sentimus: dicant & Judices quænam Apostolorum doctrinæ sunt consona. Sed age hæc scripsi, non quia maximam Civitatem videre cupio, neque ad aliam migrare exopto: gaudeo enim re vera magis quiete illorum qui in monastico habitu vitam ducunt, quam illis invideo qui Ecclesias gubernare volunt. Noverit enim tua celsitudo, quod neque tempore beatissimæ, & sanctæ memoriæ Theodoti, neque beatæ memoriæ Joannis, neque tempore sanctissimi Episcopi Domni libenter Antiochiam accedebam; sed quinquies & sexies vocatus, vix obtemperabam; obediebam vero, ut Ecclesiastico canoni parerem, qui periclitari præcepit eum, qui dum vocatur ad Synodum, accedere minime voluerit, Quando vero accessimus, quidnam fecimus eorum quæ Deo displicent? Quod talem & talem, qui ausi sunt iniquitates silentio dignas patrare, a sacro cœtu segregavimus? Quod eos qui laudantur, & vita celebri sunt, sacerdotii ordinatione decoravimus? Quod populis Evangelicam doctrinam obtulimus? Si hæc sunt accusatione, & damnatione digna, etiam majores pro his pœnas libenter suscipiemus.*

XIV. Vitæ Theodoreti compendium.

*Illud quidem adiiciam (quandoquidem calumniatores hæc dicere me cogunt) quod ante conceptionem genitores me offerre Deo polliciti sunt, & ab incunabulis juxta suas promissiones me Deo dicarunt, & tali cibo me educaverunt. In monasterio vero, quousque Episcopus factus sum, commoratus cum essem, invitus Episcopus sum ordinatus. Vigintiquinque jam egi annos, nec a quoquam accusatus, nec alium accusavi; nec eorum aliquis qui mihi subbitiuntur religiosissimi clerici, tot annis, ne obolum quidem in tribunali mihi oblatum conquestus est; neque vestem a quoquam accepi; panem unum vel ovum nullus meorum domesticorum accepit aliquando. Præter laceras has vestes, quibus vestior, nihil possidere volui. Publicos porticus in vestibulis Ecclesiarum ædificavi: Pontes duos magnos extruxi: Balneorum publicorum gessi curam: cum Civitatem reperissem quæ minime a defluente flumine aquabatur, aquæductus paravi, & Civitatem aqua carentem, aquis replevi: Vicos octo Marcionis hæresi laborantes una cum vicinis locis ad veritatis agnitionem libenti animo duxi: alium præterea Vicum Eunomianorum plenum, & alium Arianorum, ad lucem veritatis accedere procuravi: & divina ope, ne unum quidem apud nos extat hæreticorum vizianum, aut germen. Nec ista sine periculis feci, sed sanguinem sæpe effudi meum; sæpe etiam ab ipsis lapidatus fui; & sæpe ad inferorum etiam portas mortis perveni.*

XV. Opera digna S. Episcopo.

*Sed jam insipiens factus sum, dum glorior: hæc autem ex necessitate, non ex animo a me dicta sunt: Hoc etiam beatissimus Paulus* (*a*) *facere coactus est aliquando, ut accusatorum, & calumniatorum obstrueret ora. Et gaudeo dedecore apparente, quinimmo summum honorem illud habeo. Audio enim Apostolicam vocem dicentem* (*b*)*: Omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutiones patiuntur. Vestram autem magnificentiam oro, ut rerum Ecclesiasticarum curam gerat, & insurgentem tempestatem placet. Re vera enim neque in ipso dissensionis initio tanta confusio Ecclesiam occupavit. Nullus vos docet de periculorum magnitudine: nullus Christianorum querelas vobis significat, & sanctissimorum monachorum qui apud nos sunt lamentationes. Qua de causa longiore usus sum oratione, ut cum cognoveris Vestra magnificentia Ecclesiarum tempestatem, illam quiescere faciat, & magnum lucrum inde consequetur.* Hactenus Theodoretus ad Nomum Exconsulem. Quod autem ad Cyrum Civitatem a Theodoreto nobilitatem spectat: eamdem iterum a barbaris excisam, a Justiniano Imperatore restitutam constat. Sed non prætereat,

(*a*) 2. Cor. xi. 12.

(*b*) 2. Tim. 3.

Theodoretus optat bene consuli Ecclesiæ.



PAGIUS quo supra locuti sumus. Theodoretus defensor pertinacissimus fuit *Theodori ac Diodori*, præsertimque Nestorii, indeque creditus est non solum personas, sed etiam errores defendere. Quare virtute Edicti hoc anno die XVIII. mensis Aprilis a Theodosio Imp. emissi, jussus est vacare ab omni Ecclesiastico ministerio, & relicta Antiochia *Cyrum* secedere, tanquam in domesticum exilium; ideoque perperam illud Baronius anno CDXLIII. Garnerius anno CDXLV. consignarunt, ut ex dictis anno CDXLIII. manifestissime patet. Inde habemus omnes *Theodoreti* Epistolas in quibus exilii sui meminit, post diem XXIII. mensis Aprilis currentis anni scriptas esse. Neque enim *Theodoretus* alio anno Nestorianismi primum suspectus fuit; quam eo quo ab Imperatore lex data adversus eos, qui *Nestorio* favissent.

IV. *Varia ejus Epistolæ.*

Epistola itaque Theodoreti LXXXI. ad *Nomum* Consularem, Epistola deprecatoria ad *Flavia-*



quod ad Ecclesiasticarum rerum antiquarum cognitionem de eadem Civitate æque pertinere certum est; ista nimirum de ejus origine a Procopio (*c*) scribi, cum de ejus restitutiones a Justiniano Imperatore facta meminit: *Erat* (inquit) *in Syria oppidulum vehementer neglectum, Cyrus nomine, a Judæis olim extructum. Nam Judæi ex Palæstina a Medorum exercitu in Assyriam captivi abducti, & longo post tempore a Cyro dimissi, ut qualemcumque gratiam benefactori referrent, locum illum, Cyrum appellarunt. Justinianus Rex partim Reipublicæ commodis prospiciens, partim colens S. Cosmum & Damianum, quorum corpora prope usque ad mea tempora requiescunt, Cyrum urbem felicem reddidit muri securitate, præsidiorum multitudine, & magnitudine publicorum ædificiorum.* At de Cyri Regis nobili monumento, quem oracula (*d*) divina commendant, hæc satis. Sed ad Theodoretum redeamus. Scripsit & ad *diversos alios* magistratus Constantinopoli & alibi agentes eodem argumento litteras, quas (ut dictum est) ex codice Vaticano Latinitati donandas impense curavimus. Porro hic annus, vigesimusquintus ejus Episcopatus, cujus in dicta epistola meminit, numeratur, ut intelligas ipsam hoc anno datam.

(*c*) *Procop. de ædific. Justin. Imp. orat.* 2. *in fin.*

(*d*) *Isai.* 45.

XVI. Inter alias autem scripsit per Legatos a Domno Episcopo Antiocheno Constantinopolim missos epistolam (*e*) ad Flavianum Constantinopolitanum Antistitem, qua etiam rectam fidei confessionem profitetur: aliam insuper ad eumdem Flavianum (*f*) dedit, qua conqueritur de Dioscoro Episcopo Alexandrino jam inimico ipsi detecto, atque injuste sibi jus super Ecclesiam Antiochenam vendicante: cujus occasione (quod notatu dignum est) mentionem habet canonis Concilii Constantinopolitani œcumenici, verbis istis: *Tuam præterea sanctitatem rogamus, ut fidem, in quam bellum motum est, protegat, & sacros canones conculcatos tueatur. In illa enim regia urbe cum convenissent beatissimi Patres, consona iis quæ in Nicæa statuta sunt a sanctis Patribus ibi congregatis, statuerunt, & diœceses distinxerunt, & unicuique diœcesi, quæ ipsi conveniebant, tribuerunt, ne aliam diœcesim quis invaderet, sed Alexan-*

(*e*) *Theod. epist.* 140.

(*f*) *Theod. epist.* 86. Dioscorus usurpare conatur jura Ecclesiæ Antiochenæ.



PAGIUS *vianum* Constantinopolitanum Episcopum ordine LXXXVI. & altera Theodoreti Epistola ad eundem *Flavianum* ordine CIV. hoc anno a Baronio recte recitatæ; cum datæ sint post ejus exilium. His adde Epistolam LXXXVI. cum præcesserit Synodum a Flaviano adversus *Eutychen* habitam mense Novembri hujus anni. In ista primum mentio fit conversi ad rectam fidem, aut saltem a pristina obstinatione evigilantis Theodoreti. Præterea ex ea discimus, sub *Proclo* contigisse, ut Antiocheni consentirent in Constantinopolitani *Antistitis* præsidentiam a secundo Concilio generali statutam, & unde natum sit *Dioscori* Patriarchæ Alexandrini in Theodoretum odium. Credidit enim hunc Antiochenis auctorem fuisse novæ Præsuli Primatum cedendi. Alia sunt in ea Epistola observatu digna, ut videre est apud Garnerium, qui tamen perperam eandem anno superiori datam putavit. Ad hunc etiam annum revocanda Epistola XC. Theodoreti ad *Lupicinum Magistrum*, quam ad eumdem annum male refert Garne-

*xandriæ Episcopus ea quæ ad Ægyptum pertinent tantum gubernaret, & unaquæque diœcesis res proprias, & quæ ad ipsum spectant. Hic vero istis definitionibus, & decretis stare minime vult, sed B. Marci sedem sursum ac deorsum agitat; præsertim cum aperte noverit, quod Antiochensium magna Civitas magni illius Petri thronum obtinet, qui B. Marci magister fuit, & Apostolorum chori primus ac princeps.*

XVII. Sedis Antiochenæ amplitudo.

Hæc habet Theodoretus in Dioscorum super Episcopos Syriæ jus sibi usurpantem: quæ voluimus recensuisse ad confirmationem eorum quæ a nobis superius dicta sunt de canone Constantinopolitani Concilii diœcesum limites præscribente. Cæterum haud leve esse poterat Theodoreti illud argumentum de juribus Ecclesiæ Antiochenæ: cum ea ex parte non subiicienda tantum, sed præferenda videretur Ecclesiæ Alexandrinæ: nam & Innocentius Papa scribens ad Alexandrum Antiochenum Episcopum, de ejusdem sedis prærogativis hæc habet: *Antiochiæ nomen accepit religio Christiana, atque conventum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit; quæque urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumque gaudet.* Hæc Innocentius: ex quibus vides amplitudinem sedis Antiochenæ, nulla alia quidem ratione subdendæ sedi Alexandrinæ, nisi quod ita primum Petro per Marcum eam erigenti visum fuerit. Sed intuere Dioscori primos hujusmodi mentis elatæ motus, observa hominis fastum, dum sibi subiicere sedem Antiochenam aggreditur. Porro (ut est in Psalmo *a*) superbia ejus ascendit semper.

(*a*) Ps. 73.

XVIII. Qua occasione oborta nova hæresis Eutychetis.

Sed quid inter hæc funestum accidit? Dum in desolationem Nestorianæ hæresis Catholici impelluntur; plane contigit, ut unus ex illis rapido cursui terminum imponere, & sibi citra terminum prolabenti habenas iniicere nescius, improvide ferreretur in hostes: dumque pugnat adversus Ecclesiæ perduelles, ipse infeliciter novus veritatis Catholicæ impugnator insurgeret. Evenit id quidem deploratissimo Eutycheti monachorum Constantinopoli agentium Patri, illorum inquam, qui tempore Ephesini Concilii adversus Nestorianos cæteris præstantius dimicarant. Cum igitur summo odio in Nestorii hæresim iste ferretur, eo profiliit, ut non duas tantum esse in Christo personas omnino ex Catholicæ fidei præscripto negaret, sed etiam nec duas in Christo naturas vellet asserere; eosque Nestoriano laborare morbo putaret, qui duas confiterentur in Christo distinctas, & inconfuse conjunctas esse naturas. Est quidem de Eutychetis laboribus adversus Nestorium ejusque sectatores indefesso studio exantlatis magna laus in Actione quarta Synodi Constantinopoli ante Chalcedonense Concilium celebratæ: quod ipsum de eo item prædicat S. Leo Romanus Pontifex in brevi hac epistola sub hujus anni Consulibus ad ipsum data (*b*), post acceptas ab eo litteras de invalescente Nestorianorum hæresi: cum primum interpellavit Ecclesiam, remedium quærens adversus fidem Catholicam perturbantes:

(*b*) *Leo ep. 6.*

*Dilectissimo filio Eutycheti presbytero Leo Episcopus.*

XIX. S. Leonis epistola ad Eutychetem.

*Ad notitiam nostram tuæ dilectionis epistola retulisti, quod Nestoriana hæresis quorumdam rursus studiis pullularet. Solicitudinem tuam hac ex parte nobis placuisse scripsimus; quoniam index animi tui est sermo, quem sumpsimus: unde non ambigimus auctorem Catholicæ fidei Dominum tibi in omnibus affuturum. Nos autem cum plenius, quorum hoc improbitate fiat, potuerimus agnoscere; necesse est, auxiliante Domino, providere, quatenus nefandum virus, dudumque damnatum radicitus possit extingui. Dat. Kal. Junii, Posthumiano & Zenone viris clarissimis Conss.* Porro quos Nestorianæ hæresis Eutyches sugillavit, Catholicos fuisse, qui in Christo duas prædicabant naturas inter se distinctas & indivise absque confusione conjunctas, exitus demonstravit. Cæterum cum inter hæc quidam susurri hujus Eutychianæ impietatis per Orientis Ecclesias spargerentur, licet auctor hæresis nesciretur; Theodoretus hæc accipiens per Basilium Seleuciæ Episcopum, qui hoc anno vocatus a Flaviano ad Sinodum convenerat Constantinopolim, ad eumdem ista rescripsit (*a*):

(*a*) *Theod. epist.* 85.

XX. Theodoret. ad Basilium de nova hæresi. (*b*) 1. Cor. 13.

*Omnium bonorum summam, & apicem charitatem divinus appellavit Paulus (b), & hac nutriri fidei alumnos præcepit. Hac ditata tua pietas, quæ oportebat narravit, & intuenda significavit: quid enim jucundius his qui Dominum timent, rectorum dogmatum sanitate, & concordantia atque convenientia? Certo igitur scito, Deo dilectissime, quod valde lætati sumus, cum ea didicerimus de communi amico: Et quanto antea dolore offensi sumus, cum audiremus, quod unam esse carnis, & Deitatis naturam assereret, & quod apertis verbis & perfricta fronte impassibili Divinitati Dominicam passionem adscribit; ita lætati sumus sanctitatis tuæ litteris, cum acceperimus, quod integras custodit naturarum proprietates, & neque Deum Verbum in carnem conversum, ait, neque carnem in Divinitatis naturam mutatam: sed in uno Filio Domino nostro Jesu Christo, qui homo factus est Deus Verbum, inconfusas remansisse dicit utriusque naturarum proprietates: Et universorum Deum laudavimus pro convenientia sanctæ fidei: & ad utramque Ciliciam scripsimus, licet aperte non sciremus si qui sunt qui contraria sentiunt veritati: & hortati sumus Deo dilectissimos Episcopos, vestigare, & videre, si quidem aliqui sint, qui in duos dividant unum Dominum Jesum Christum, vel admonendo eos corrigere, & emendare, vel e fratrum consortio illos segregare. Re vera enim similiter illos aversamur, qui unam naturam carnis & Deitatis dicere audent, & eos qui in duos Filios dividunt unum Dominum nostrum Jesum Christum, & Apostolorum fines transgredi aggrediuntur.*

XXI. (*c*) Psal. 119.

*Quod vero ad pacem facile convertimur, tua beatitudo confidenter id sibi persuadeat. Si enim Propheta dicit (c): Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: multo magis nos eam quæ secundum Deum est, apertis ulnis pacem amplectimur. Quoniam vero nonnulli & Alexandriam occurrerunt eorum qui in mendaciis sunt enutriti & educati, & calumnias adversus nos construxerunt, & hujusmodi verbis seductus Deo dilectissimus ejus Civitatis Episcopus quamvis illi nostris literis satisfacere conati fumus, quemdam piissimorum Episcoporum ad regiam misit urbem: dignetur pietas tua, quæ tua sit humanitas (ut soles) res gestas nobis indicare, & contra mendacium accurate veritatem statuere & confirmare, & veritati contra mendacium opem ferre.* Hactenus ad Basilium Seleuciæ magni nominis Antistitem Theodoretus. Hæc autem (ut dictum est) transacta sunt, antequam auctor hæresis ipse Eutyches detegeretur hæreticus: ex quibus plene satis expressum habes, Theodoretum quam rectissimo pede in Evangelium post damnatam Nestorii hæresim esse progressum.

De Dioscoro queritur Theodoret.

XXII. (*d*) *Liberat. Diac. c. 11. to. 2. Conc.* Eutyches detegitur hæreticus.

Quomodo autem hoc anno mense Novembris detecta est hæresis Eutychetis, jam aggredimur enarrare. Liberatus Diaconus (*d*) hæc de primordiis ejusdem emergentis hæresis: *Eutyches presbyter, & Archimandrita, præsidens Constantinopoli celeberrimo monasterio, urgente satana, prædicabat Dominum nostrum Jesum Christum consubstantialem nobis non esse secundum carnem, sed de cælo corpus habuisse. Rursum varians dicebat, ante adunationem duas in Christo fuisse naturas, post adunationem unam factam esse:* Secundum vero priorem sententiam hæc Theodoretus (*e*) de Eutychete: *Quæ jam exaruerat, Valentini hæresim rursum fecit pullulare. Arius solum animam, Apollinaris solum corpus assumptum confitebatur: hic autem corpus assumptum esse negabat. Dicebat enim, Deum Verbum nihil humanum ex Virgine sumpsisse, sed ipsum immutabiliter conversum, & carnem fa-*

(*e*) *Theod. hær. fabul. li. 4. in fin.*



PAGIUS nerius. Et, ut uno verbo dicam, Epistola LXXIX. ad *Anatolium Patricium*, & XXXII. sequentes usque ad Epistolam CXII. ad *Domnum Antiochiæ Episcopum*, ad hunc annum pertinent; cum in illis omnibus aliqua mentio sit exilii Theodoreti.

V. *Initium hæresis Eutychianæ.*

A num. XIX. ad LVII. *Gelasius* Pontifex Romanus in Epistola XVI. qua Dardaniæ Episcopis suam electionem significat, quæque anno CDXCII. data est affirmat, *Eutychetem* suam hæresim *ante annos fere quadraginta quinque* inchoasse. Quod Baronium movit, ut hæresis Eutychianæ initium ab hoc anno deduceret. Verum hujus, quemadmodum quarundam aliarum hæreseon, diversa distingui possunt initia; indeque anno CDXLI. Eutychianam exortam esse Anastasius Sinaita scribit asseritque, *annos circiter post Ephesinum Concilium decem* Entychetem dixisse totum Christum esse naturam unicam. Porro Gelasius hujus pestis exordium ab hoc anno repetit, quod Eutyches hoc anno in judicium vocatus sit apud *Flavianum* Episcopum Constantinopolitanum accusante Eusebio Dorylæi in Phrygia Salutari Episcopo, cujus rei meminit Breviculus Eutychianistarum: *Cum Eutychen Eusebius Dorylitanus Episcopus suadere talia reperisset, Zelo fidei, quem etiam, cum Agens in rebus esset ostendit, (ipse enim Nestorium quoque in tempore reprehendit in Ecclesia res sacrilegas prædicantem) detulit ad Flavianum Episcopum.* Et infra: *Eusebius ante, dum adhuc esset Laicus, Nestorii fuerat accusator.* Prosper in Chronico hujus Sectæ exordium ab anno sequenti quo magis innotescere cœpit, repetendum censuit.

VI. *Eutyches queritur quod dicatur hæreticus.*

Accusatio summopere Eutychetem offendit. Quare Sancto Leoni Pontifici Romano questus est, *quod Nestoriana hæresis quorumdam rursum studiis pullularet.* Eutychetis Epistola alias VI. nunc XIX. data est *Kalendis Junii Posthumiano & Zenone VV. CC.* Coss. Leo ejus zelum laudavit, ac benigne rescripsit anno sequenti. Ejus enim Epistola data *XII. Kal. Mart. Asterio & Protogene VV. CC. Coss.* Hinc Acta Quinti Concilii recte ajunt: *Leo sanctæ memoriæ Papa antiquioris Romæ, & susceptit Eutychetem, & rescripsit, comprobans eum, & tamen postea condemnavit, & anathematizavit eum, ut hæreticum.* Priusquam vero Eutyches ad Episcopale judicium deferretur ab Eusebio Dorylæi Episcopo jam ad Theodosium Imp. delata fuerat a Domno accusatio de revivisente Apollinaris hæresi, Eutychetis industria, & artibus, ut docet Facundus lib. 8. cap. 5. ubi Epistolam Domni Episcopi Antiocheni Synodicam ad Theodosium Aug. contra Eutychetem recitat. Ex ea discimus, quinam illi fuerint, quos Eutyches apud Sanctum Leonem tacite infamabat tanquam Nestorii sequaces & patronos: clarum est enim eum de *Domno Theodoreto* & aliis hujusmodi loqui, qui de anathematizatis per Eutychen Dioscoro & Theodoro apud Theodosium conquesti fuerant.

VII. *Synodus Constantinopolitana adversus Eutychen.*

Coacta est interim Constantinopoli a *Flaviano* Synodus quæ consignatur, *Coss. Flavio Zenone & Posthumiano UU. CC. sub die VI. Idus Novembris* &c. Non fuit illa ordinaria, sed ut habent Acta, ἐνδημοῦσα ex iis nempe Episcopis, qui reperti sunt in comitatu. Occasionem cogendæ dedit orta quæstio inter *Florentium* Sardium

*factum (ridiculis enim ejus utor verbis) solum per Virginem trajecisse.* Subdit vero Liberatus Diaconus a quonam ejus impietas sit detecta:

XXIII. Eusebius Episc. Dorilæi agit contra Eutychetem.

*Audiens talia docentem, & prædicantem Eusebius Episcopus Dorilæi Civitatis provinciæ Phrygiæ Salutariæ, cum esset Orthodoxus & purus & amicus, prohibuit eum talia sapere & docere. Sed pertinaciter Eutychete audire nolente, retulit Eusebius causam ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum, qui & ingressus est ejus Concilium, quod collectum fuerat pro Florentio Sardæorum Metropolita adversus Episcopos sub eo constitutos Joannem, & Cossenium: & data forma de aliquibus causis, eorum libellos obtulit Eusebius Flaviano, & omni Concilio, conjurans omnes advenire, & Eutychetem presbyterum, & sub eorum præsentia convinceretur ab eo, hæretica dogmata sapere & docere.* Hæc Liberatus: sed cum extent ipsa Synodalia Acta, quibus rei gestæ ordo contexitur, nihil est ut eam per diversa fragmenta historiam compingamus. Quomodo igitur ad Episcopale judicium Eutychetis causa hoc anno perducta sit, ex eisdem Actis accipe, quæ sic se habent:

XXIV. (a) *Apud Conc. Chal. Act. 1. to. 1. Concil.* Acta Concilii Constantinopol.

*Consulibus (a) Flaviis Zenone, & Postumiano viris clarissimis, sub die sexto Id. Novemb. in Christianissima, & regia urbe Constantinopoli Nova Roma, congregata sancta & magna Synodo reperta in prædicta magnificentissima urbe in Secretario Episcopii, præsente sanctissimo, & beatissimo Archiepiscopo Flaviano. Et recitantibus relationem directam a Florentio Episcopo Sardis Metropolis provinciæ Lydorum adversus sub se constitutos reverendissimos Episcopos Joannem & Cossenium, præsentibus etiam clericis his qui easdem relationes detulerunt, & data forma de aliquibus quæ lecta sunt: Exurgens Eusebius reverendissimus Episcopus Dorilæi, unus constitutus de considentibus, libellos obtulit sancto Concilio, conjurans eos relegi & inferri in monimenta Actorum. Instante vero eo, sanctissimus Episcopus Flavianus dixit: Susceptus libellus legatur ad cognoscendam causam, quæ in eo continetur.*

*Sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo Flaviano, & præsenti magno, & sancto Concilio in hac urbe regia gloriosissimorum Episcoporum, ab Eusebio Episcopo Dorilæi.*

XXV. Libellus Eusebiad. versus Eutychetem.

*Optaveram quidem non sic præfocatum sensu, & ebrium cogitatione & excessu mentis rapi Eutychetem presbyterum, & Archimandritam, ut oblitus quidem timoris Dei, spernens etiam terribile tribunal Christi Salvatoris omnium nostrum, & justum ejus judicium & retributionem, qui venturus est judicare Orbem terræ in æquitate, & reddere unicuique secundum opera sua: nec ut ita auderet adversus Salvatorem omnium nostrum Christum blasphemam linguam movere; & Patres, qui inter sanctos connumerantur, hæreticos nominare, & nos qui eorum sumus fidei sectatores. Quoniam vero non cessat, inobseratum habens os & infrenem linguam, negans piissimam sanctæ religionis doctrinam, derogans autem & sanctissimis Patri-*



*tribus, & me hæresis accusans, qui numquam hæreticus suspicatus sum, sed e contrario magis semper hæreticis repugnans, & Orthodoxam fidem secundum meas vires defendens, permaneus in fide sanctorum Patrum trecentorum decem & octo in Nicæno Concilio congregatorum, & omnibus qui in Ephesia Metropoli a sancta & magna Synodo acta sunt, & his quæ sapuit & exposuit beatissimus Cyrillus Alexandrinæ magnæ civitatis quondam Episcopus, & Magnus Athanasius & Gregorius, & Atticus, & Proclus sancti Episcopi: Suppliço, & peto Vestram sanctitatem minime despicere hanc meam supplicationem, sed jubere Eutychetem presbyterum & Archimandritam occurrere in sanctum vestrum Concilium, & respondere iis, quæ a me ingeruntur: Paratus sum enim eum convincere, & falso habere Catholicum nomen, & alienum omnino a recta fide: Et conjuro vos per sanctam consubstantialem Trinitatem, quæ salvat Christianissimos nostros Imperatores, & per salutem & perseverantiam piissimorum nostrorum Imperatorum Theodosii & Valentiniani perpetuorum Augustorum, prædictum Eutychetem jubere occurrere in vestram sanctam Synodum, & satisfacere iis a me ei objectis: Quatenus ita convicto a me, & qui ab eo subversi sunt, erigantur, & Catholica fides vincens & nunc appareat omnes mundi terminos circumplexa. Quo proveniente, gratias semper vestræ consitear sanctitati.* Subscriptio. *Eusebius Episcopus Dorilæi sanctæ Dei Ecclesiæ offerens hos libellos meos, subscripsi manu mea.*

XXVI. Detestatio erroris Eutychetis.

*Sanctissimus Flavianus Archiepiscopus dixit: Stupefecerunt quidem nos quæ lecta sunt, eo quod talis ingeritur reprehensio reverendo presbytero & Archimandritæ Eutycheti: tamen dignetur reverentia tua convenire ad eum, & disputare cum eo de recta fide: & si invenietur pro vero non recta sapere, tunc vocabitur in sanctum Concilium, & aderit sibi. Eusebius reverendus Episcopus Dorilæi dixi: Ego quidem amicus illius eram prius: Non semel autem, nec secundo, sed sæpius conveni ad eum pro hac causa, ex qua læsus est, & locutus sum cum eo, & inveni eum non recta sapere, & monui & docui: Sed instabat dicens ea quæ aliena sunt a nostra fide recta. Et hoc possum ostendere per multos testes; qui præsentes fuerunt, & audierunt. Conjuro igitur vos & iterum per Dominum nostrum Jesum Christum, quatenus destinetis ad eum, ut veniat, & respondeat, & post-*

XXVII. Eusebius renuit convenire Eutychetem.

*quam victu a me fuerit, cesset a perversa doctrina; quia multi ab eo læsi sunt.*

*Sanctissimus Episcopus Flavianus dixit:* Citari jubetur Eutyches. *Patiatur nos tua reverentia, & mox fatigationem sustineat usque ad monasterium; & quæ condecent, loquatur ei, & quæ ad pacem pertinent, ut non commotio, cursus, & conturbatio creetur sanctis Ecclesiis Christi. Eusebius Episcopus Dorilæi dixit: Impossibile est jam me, postquam perrexi frequenter, & non persuasi, iterum ad eum accedere, & blasphemia verba audire: Sed dignetur vestra sanctitas dirigere ad ipsum, ut occurrat: nec enim permitto inexaminatum tantum negotium relinqui. Sancta Synodus dixit: Oportuerat quidem tuam reverentiam acquiescere suasionibus sanctissimi & beatissimi Archiepiscopi nostri: sed quia perstantem te vidimus, fiat quod postulasti. Nunc ergo primitus e datis libellis fides teneat monimentum ac diligentem agendorum examinationem: Joannes autem religiosissimus presbyter & Defensor simul cum religioso diacono Andrea pergentes ad religiosissimum presbyterum & Archimandritam Eutychetem, porrectum adversus eum libellum ei relegant, & commoneant occurrere ad sanctum Concilium, & sibi adesse: non enim in levi accusatur causa.* Hæc quidem eo die: sequenti vero quæ contigerint, in iisdem Actis describuntur: nos eadem compendiosiori interdum sermone, ne fastidium lectori pariant, perstringentes, quæ pertinent ad historiam tantum, in medium afferemus: ut patens fiat, quomodo semel detectus serpens, foraminis captans latebras, publicum congressum vitavit; quod est mendacio natura insitum, cum tamen ipsa veritas gaudeat luce, & reddi omnibus manifesta. Sed quæ sunt subsecuta, narremus.

Sub iisdem Consulibus, pridie Idus Novembris præsto fuit Synodus Eusebius, & quam semper coluit rectam fidem palam exponit, ex scriptisque Cyrilli ipsam promens, eademque se sapuisse ac sapere profitetur, simulque ostendit, sanctos & Orthodoxos Patres semper in Christo duas confessos esse naturas in una eademque conjunctas persona. Quæ quidem, ut sancte pieque dicta, ab omnibus qui præsentes erant, Patribus recepta sunt atque probata, singulis (ut dici solet) candidum calculum porrigentibus. Hæc quidem ea die sunt acta, servato Ecclesiastici judicii ordine, quo jubetur, ut accusans aliquem criminis hæ- XXVIII.

PAGIUS dium Antistitem & duos Provinciæ suæ Episcopos, qua finita, actum est de *Eutyche* Archimandrita celeberrimi cujusdam in Urbe Regia monasterii, qui olim Nestorianæ hæresi profligandæ non mediocrem cum sancto *Dalmatio* Monacho navarat operam. *Eutyches* sæpius ab Eusebio Dorylæi Episcopo amice admonitus de abiiciendo errore, in eo obstinate perstiterat. Damnatus est a *Flaviani* Synodo, nequicquam obnitente *Chrysapio* Eunucho Imperii administro, quem minus Eutychetis amor quam *Flaviani* odium urgebat. Subterfugit judicium hæreticus, qui tamen ex scriptis suis convictus est. Synodis Actionibus VII. completa, eique subscripsere Episcopi omnes numero XXXII. & Archimandritæ numero XXIII.

VIII. *Eutyches damnatus confugit ad Leonem.*

*Eutyches* cum auctoritate Chrysaphii & tutela Theodosii Aug. Doctrinam suam tectam, sartamque non cerneret, ad Romanum Pontificem confugit, quod absentem circumvenire in promptu esset; Baronius num. LIV. arbitratus est, literas Eutychetis, postquam damnatus fuit, non extare. Hodie tamen leguntur in Synodico adversus Tragœdiam Irenæi a Christiano Lupo post mortem ejus publicato. Earum hoc est exordium: *De mea in Dominum & Deum omnium Christum spe* confidens &c. cap. 222. legenda. In fine ait Eutyches, se *in Continentia & omni castitate septuaginta annos* vitam peregisse, additque: *Subjunxi autem his literis meis utrumque libellum, & cum qui ab accusa-*

PAGIUS *tore meo oblatus est Synodo, & qui a me quidem gestus est, non tamen susceptus.* Sed in ea Epistola nulla mentio de Eutychetis appellatione. Tum caput 223. ejusdem Synodici continet libellum contestatorium ab Eutychete propositum in Constantinopolitana urbe, ut docent verba Leonis in Epistola VIII. ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum. Duo etiam sequentia ejusdem Synodici capita sunt de hæresi Eutychiana. Baronius num. LI. & seqq. refert Epistolam Flaviani ad S. Leonem, cujus initium: *Nulla res diaboli venena compescit*, &c Verum ea anno tantum sequenti data. Præterea Baronius num. LV. credit literas *Flaviani*, aut interceptas, aut retardatas ab Eutychete. Sed nihil scriptum esse hoc anno a Flaviano, colligit Quesnellus in Dissert. de Vita Sancti Leonis Magni, ex ipsa Flaviani Epistola anno sequenti a Baronio recitata, cujus initium est; *Pietate & recta prædicatione*, &c. *Accusatum*, inquit Flavianus, *cum* (sc. Eutychen) *a Reverendissimo Eusebio, & occurrentem in sanctum Concilium & voce sua sectam propriam retegentem, alienumque existentem a recta fide damnavimus, sicut docebunt vestram Sanctitatem omnia quæ super eo sunt gesta, quaque direximus cum nostris his literis.* Vides, ut nihil literarum vel gestorum Synodi ante hanc Epistolam anno sequenti datam, acceperat, Leo a Flaviano, & paulo post: *Sed his ita gestis literæ nobis datæ sunt vestræ Sanctitatis per Comitem Pan-*

*sophium, per quas sumus edocti quia idem Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallacia atque calliditate.* Ex quibus pariter liquet non ante *Flavianum* de literis ad Leonem ea de re scribendis cogitasse, quam cum *didicit*, Pontificem improbis Eutychis artibus deceptum falsam de judicio Constantinopolitano cœpisse opinionem.

resis, ipse se Catholicum esse, publice doceat. Rursum iisdem Consulibus, feria secunda, die decimoquinto mensis Novembris, idem Eusebius Episcopus Dorilæi prosequens causam contra Eutychetem, his verbis sanctam Synodum interpellat: *Quartus hodie excessit dies, ex quo Vestram interpellavi sanctitatem, postulans Eutychetem presbyterum & Archimandritam in sanctam vestram Synodum occurrere, arguendum a me pro eo quod Orthodoxa dogmata corrupit, & aliter sapit quam credit Ecclesia Catholica: Et peto tunc directos a sanctitate vestra interrogatos dicere, qualia ab eo acceperunt responsa. Flavianus sanctissimus Episcopus dixit: Dicant Notarii, qui sunt dudum directi. Notarii dixerunt: Ante hoc Vestra jusserat sanctitas religiosissimum presbyterum & Defensorem Joannem, & reverendissimum diaconum Andream pergere ad reverendissimum presbyterum & Archimandritam Eutychetem, & utrique præsto sunt, &c.* Quæ autem transacta sint inter missos a sancta Synodo & Eutychetem, Joannes ita narravit. Audi insignem viri procaciam.

Eusebius Dorilæi urget Synodum adversus Eutychetem.

XXIX. Relatio de Eutyche-te.

*Cum* (inquit) *pervenissemus ad eum in monasterium, libellos legimus, & exemplaria ei dedimus, & accusatorem etiam manifestavimus, & vocationem ei denunciavimus, & satisfactionem apud Vestram sanctitatem. Ipse autem occurrere quidem & satisfacere penitus abnegavit, dicens, hoc ipsum apud se esse decretum, & definitione quadam ab initio teneri, ut nusquam alibi egrediatur a sua fraternitate: quodammodo enim tamquam in sepulcro, degere in monasterio. Innotescere autem vestræ sanctitati per nos postulavit, eo quod reverendissimus Episcopus Eusebius inimicus ei admodum existens, detractionis & injuriæ causa hanc accusationem adversus eum confecerit: Paratum enim se esse asserebat, expositioni sanctorum Patrum, qui in Nicæa & in Epheso congregati sunt, consentire, & subscribere interpretationibus eorum confitebatur. Si vero aliquid contigit eos in aliquibus dictis aut falli aut erravisse, hoc neque reprehendere, neque subscribere; solas enim Scripturas scrutari, tamquam firmiores sanctorum Patrum expositionibus.*

XXX. Observa diligenter, quibus se primo spiris veternosus serpens, caput obtegens, ne offendatur, involvat, dum desciscens a sanctis Patribus, honesto prætextu ad divinas Scripturas provocat; quod est peculiare omnium hæreticorum, se divinæ Scripturæ vindices profiteri, eo pulcro velamento impietatem velantes; duplo impii, dum & errant, & ad struendam quam profitentur falsitatem, divinam Scripturam pro animi voluntate detorquent. Sed quam nefanda Eutyches istis subjecerit, audi Joannem: *Post incarnationem vero (ajebat ille) Dei Verbi, hoc est, nativitatem Domini nostri Jesu Christi unam naturam adorare, & hanc Dei incarnati & inhumanati hominis facti: Et librum aliquem hujusmodi proferens, perlegebat. Adiiciebat vero derogationes adversus se ab aliquibus dictas, quasi quod dixerit, se innoxium ab hujusmodi derogatione esse, ex duabus naturis unitis secundum subsistentiam factum esse Dominum nostrum Jesum Christum, neque didicisse in expositionibus sanctorum Patrum neque suscipere, si contigerit ei ab aliquo tale aliquid legi: quia Divinæ Scripturæ (ut dicebat) meliores sunt Patrum doctrinis. Et hoc dicens confitebatur perfectum Deum esse & perfectum hominem, qui natus est de Maria Virgine; non habentem consubstantialem nobis carnem. Hæc autem mecum colloquens dixit.* Hæc Joannes. Eadem etiam locutus est Andreas diaconus, & Basilius Episcopus Seleuciæ, qui præsens fuit, necnon Athanasius. Quibus peractis, & instante eodem Eusebio Episcopo Dorilæi secundo jussus est Eutyches citari ad Synodum per Mamantem & Theophilum presbyteros: libellus autem citationis fuit hujusmodi:

XXXI. Libellus citationis secundæ.

*Sancta & magna Synodus secundum Dei gratiam degens in Christianissima & regia Constantinopoli Nova Roma, reverendo presbytero & Archimandritæ Eutycheti. Et nunc secunda te ista vocatione vocamus per Mamantem & Theophilum reverendos presbyteros, ut occuras absque dilatione ad satisfaciendum sancto Concilio, accusatus a Deo amantissimo Episcopo Eusebio, sicut qui aliena a fide sapuisti & sapis, & ad aliquod ex eis locutus es. Veni ergo ad Conventum, nihil differens: ne ut subterfugiens in faciem convinci, subjaceas divinarum regularum severitati: Nec enim rationabilis est satisfactio, dicente te, decrevisse non recedere de monasterio, qui de talibus accusatus es.*

XXXII. Relatio secunda de Eutyche-te.

*Adhuc sedente sancta Synodo, & expectante Mamantem & Theophilum reverendissimos presbyteros, qui missi fuerant vocare Eutychetem reverendissimum presbyterum & Archimandritam, dum legerentur ejus expositiones de fide sanctorum Patrum, exurgens in medio Eusebius Deo amantissimus Episcopus dixit. Nihil intemeratum * relinquitur adeo impie agenti, & aliena a recta fide sapienti: audacter pergit omnia facere: Comperi enim, quia Eutyches presbyter & Archimandrita volumen direxit per monasteria, & ad seditionem excitat monachos: Et quia hoc ipsum ad tutelam Ecclesiasticam sanctæ Synodo pertinet inquirere & cognoscere qualia conficit & machinatur, tumultum faciens, postulo hic præsentem presby-*

* intentatum.



*terum Martyrii* (templi scilicet S. Joannis Baptistæ) *qui est in Septimo, dicere, si destinavit volumen, & fecit fieri subscriptiones.* Hæc locutus Eusebius.

XXXIII. De libris ab Eutychete sparsis.

*Jussus est post hæc a Flaviano presbyter testis accedere: qui roganti Flaviano quis esset, dixit: Presbyter sum in Septimo sub tua sanctitate. Cui Flavianus Episcopus dixit: Audisti quæ exposuit reverendissimus Episcopus Eusebius? Abrahamus dixit: Etiam per vestigia tua.* Observa hic pristinum morem obtestandi Episcopos verbis illis: *Per vestigia tua:* quibus profiterentur, sacrum quiddam esse, etiam ipsa Episcoporum vestigia. His autem Abraham presbyter subdit: *Emmanuel presbyter & Archimandrita direxit me ad Asterium presbyterum, hæc ei denunciare, quod Eutyches presbyter & Archimandrita direxit ei tomum de fide, & suadebat ei in eo subscribere: & hæc mandavit, ut prædictus presbyter Asterius hæc vestræ suggereret sanctitati.* Addit his Eusebius id ipsum esse factum per alia monasteria, ad quæ tomum miserat Eutyches, ut ei subscriberetur. Ifthæc cum audisset Flavianus, misit eo ex Synodo Petrum presbyterum & Patricium diaconum, & rursum ad alia monasteria Rhetorium presbyterum & Eutropium diaconum, Chalcedonem vero Paulum & Joannem presbyteros ad inquirendum de misso ad eos fidei tomo ab Eutychete.

XXXIV. Eutychetis subterfugia.

Inter hæc autem qui missi fuerant secundo citare Eutychetem, reversi sunt ad Synodum: & quæ gesta essent, nota fecerunt, Mamante ita præloquente: *Pervententes ad monasterium Eutychetis presbyteri & Archimandritæ, reperimus ante januas monachos stantes; & ingressi cum eis monasterium, diximus: Nunciate: Loqui enim debemus Archimandritæ, directi a sanctissimo Archiepiscopo & præsente Synodo. Et dicebant nobis: Quia dominus Archimandrita ægrotat, & videre eum vos non potestis: quid ergo vobis placet, & pro qua re estis directi, dicite nobis. Nos autem non acquievimus, dicentes eis: Quia nos ad illum ipsum sumus directi, & scriptam jussionem habemus & præ manibus tenemus, quæ ad eum scripta est a Synodo. Qui ingressi iterum regressi sunt, & adduxerunt secum Eleusium quemdam monachum, dicentes: Quoniam Archimandrita noster ægrotat, hunc loco sui direxit, ut huic quæ sunt mandata dicatis. Nec sic acquievimus dicere ei, sed diximus: Si suscipit nos missos a sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo, & a sancta magna Synodo, dicite nobis. Deinde vidimus eos turbatos, & ad alterutrum susurrantes & dicentes aliqua. Et cum non recipere-mus responsum, conturbatis eis, eo quod in scriptis esset mandatum, diximus eis: Quid conturbamini? Nihil est durum: quæ scripta sunt, non sunt, occulta: Sed diximus & nos quid scriptura contineat: Commonuit eum ecce nunc secundo sancta Synodus, quatenus occurrat, & in his in quibus accusatus est a Deo amantissimo Eusebio Episcopo satisfaciat. Tunc ingressi nunciaverunt, & suscepit nos prædictus reverendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches.*

XXXV. Quid cum Eutychete actum.

*Ingressi porreximus ei missam chartulam, & fecit eam nobis præsentibus legi: & postquam lecta est, dixit: Ego apud me definitum habeo, citra mortis necessitatem non egredi monasterium: pervidet autem & sancta Synodus & Deo amantissimus Archiepiscopus, quoniam & senex sum effectus. Diximus nos: Dignare venire, & in his quibus accusaris satisfacere apud sanctam Synodum. Qui respondit: Ego non egredior de monasterio meo; quia sic habeo definitum. Si autem voluerit beatissimus Archiepiscopus & sancta Synodus aliquid agere; quod eis placet, agant. Hoc unum peto, nullum hac altera vice fatigari: Definitum enim mihi est, non egredi monasterium. Nec ergo & iterum dirigant: quod volunt, ante tertiam meam vocationem faciant: mihi, ac si vocassent, fat sunt. Petiis autem nos dicere sanctitati vestræ hæc.*

XXXVI. Interpellat Eutychetem Auctor.

Sed tu qui ad divinas Scripturas provocas, o Eutyches (liceat paucis te alloqui) ubi repereris, dicas, quæso, te magis obligatum teneri propositi mentis tuæ vinculis, quam tui Episcopi jussione, immo & plurium Antistitum in Synodo confidentium, teque ad judicium vocantium voluntate,, legitimo præsertim id exigente judicio? *Magister tu in Israel es, & hæc ignoras?* qui & alios doces, & munere præfecturæ monasterio præses, hæc te prætereunt, quibus te oportuit imbuisse tyrones? Sed finamus delirare senem. Pergit ille: *Compellebat autem nos, & chartulam aliquam scriptam deportare: sed non acquievimus suscipere, dicentes: Si quid volueris, perveniens, doce. Ista nobis talia ad eum dicentibus, delata est charta, & voluit eam nobis legere: sed nec sic acquievimus audire, sed accipiens eam subscripsit: & nos vale facientes egressi sumus, dicente eo: Quia dirigo sanctæ Synodo hanc chartulam cum subscriptione mea.* Hactenus Mamantis relatio, eademque collega Theophilus. Attende, lector, quod insitum est hæreticis omnibus, quod male agant, aversari lucem, congressum fugere, latebras quærere, diligere subterfugia, amare diverticula, & captare recessus.

XXXVII. Tertio citatur Eutyches.

At rursus accusator Eusebius urget, rursus vehementius instat, ut vel invitus Eutyches trahatur ad Synodum. Tum vero secundum judicii formam a sancta Sy-

Synodo decretum est, ut ille tertio citaretur per Memnonem custodem sacrorum vasorum, Epiphaniumque presbyteros, & Germanum diaconum, quibus scriptus citationis libellus traditus est, quo significabatur, ut post diem sequentem, feria quarta, ad septimamdecimam mensis Novembris ipse Eutyches judicio præsto esset.

XXXVII. Interea vero sequenti die, nempe decimasexta Novemb. venit ad Synodum ab Eutychete missus Abrahamius Archimandrita excusans Eutychetem ob ingravescentem morbum venire non posse. Accepta vero est a Synodo de morbo excusatio, quod non adeo inhumani essent, sed misericordes: cæterum ejus propositum de non egrediendo e monasterio minime comprobatum fuit; testante Flaviano præsertim, ipsum Eutychetem olim, cum in Synodo causa Nestorii tractaretur, adversus eum acturum in Synodum ingressum fuisse. Adhortatus est autem idem Flavianus per eumdem Abrahamium Eutychetem, ut venire ad Synodum ne detrectaret, & se purgare apud eam, si calumniam pateretur: sed & si errare compertus esset, ea quæ temere dixisset, corrigeret, atque damnaret, pollicens veniam: addiditque hæc de accusatore causam infatigabili studio prosequente: *Cognoscitis* (inquit) *zelum accusatoris, quoniam & ipse ignis frigidus illi videtur propter pietatis zelum, &c.*

XXXIX. Sequenti vero die, nempe decima septima ejusdem mensis, auditi sunt a Synodo, qui missi fuerant tertio citare Eutychetem, Memnon, Epiphanius, atque Germanus: retuleruntque in manus Eutychetis se dedisse libellum citationis: ipsum autem se excusasse, quod mississet satisfacere Synodo Abrahamium Archimandritam, cui significaret se sanctorum Patrum dictis & Nicænæ Synodo acquiescere; rogare vero, si his non contenta sit sancta Synodus, septimanæ unius daret inducias. His relatis, auditus est etiam Eusebius accusator instans, & causam afferens, cur de his quæ ab eo antea sæpius dicta essent, Eutyches cogeretur reddere rationem. Auditi quoque sunt qui missi a sancta Synodo fuerant ad monasteria inquisituri de voluminibus ab Eutychete ad ea missis: retuleruntque accepisse Archimandritas missum ab Eutychete volumen fidei, sed ipsos subscribere noluisse: inter quos Martinum Archimandritam dignam illa emisisse sententiam: *Non est meum subscribere, Episcoporum tantum est*: alios vero se minime accepisse, testatos esse. Instante igitur Eusebio, damnandum ex scriptis suis esse Eutychetem, idemque attestante Flaviano, tamen ne præcox adhuc videretur esse judicium, septem dierum petitas ab eo inducias concesserunt, qui erant in Synodo Patres, ita Flaviano suadente.

XL. Datæ inducæ septem dierum Eutycheti.

Inter hæc autem dum expectaretur septimanæ dierum tempus Eutycheti præfixum, instante accusatore Eusebio Episcopo, iterum intromissi sunt Mamas cum collegis, qui missi fuerant citare Eutychetem; ut quæ ab ipso accepissent, & minime integre retulissent, palam facerent. Vigesima itaque secunda mensis Novembris, confidentibus Patribus Theophilus, qui cum Mamante missus fuerat, sub divini numinis contestatione hæc est locutus: *Cœpit velle Eutyches disputare nobiscum. Reverendo autem presbytero Mamante dicente: Non quidem ad hoc venimus, ut cum tua reverentia disputemus, sed evocare te ad occurrendum Synodo; cœpit ille, præsente Narsete presbytero, & Maximo Archimandrita, & aliis monachis, dicere: in qua Scriptura jacent duæ naturæ. Deinde: Quis sanctorum Patrum exposuit, Deum Verbum duas habere naturas? Ad hæc nobis respondentibus: Et tu ostende nobis, ubi continetur Homousion? aut quæ Scriptura hæc dicit? Respondit reverendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches: Non continetur in Scripturis, in expositionibus vero Patrum jacet, Ad hæc reverendissimus Mamas presbyter, respondens, ait: Eo modo sicut Homousion in sanctis Scripturis non jacet, sed in expositione Patrum ita se habet; ita & de duabus naturis iidem sancti Patres exposuerunt. Dixi ad hæc & ego: Perfectus est Deus Verbum, an non? Dixit idem presbyter Eutyches: Perfectus. Dixi ego: Perfectus est Homo incarnatus, an non? Dixit: Perfectus. Si ergo duo perfecti Deus perfectus & homo perfectus, duo perfecta unum faciunt Filium. Ad hæc reverendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches: Absit a me dicere ex duabus naturis esse Christum, aut de natura loqui seu disputare Dei mei. Si ergo volunt deponere me, aut si desiderant facere aliquid adversum me, secundum permissum Dei faciant: Ego enim in fide, quam accepi, in ipsa steti, & confirmari desidero. Hæc sunt quæ ab eo audivi.* Hæc in Actis de Eutychete.

Eutyches suas prodit blasphemias

XLI. Procaciores Eutychete Novatores.

Cum tu consideras, lector, horrendam Eutychetis blasphemiam; non eo tamen procaciæ perveniisse vides, ut dum provocat ad divinam Scripturam, simul etiam quæ in ea a sanctis Patribus fuissent exposita, esse pariter retinenda neget: Ex quibus intelligis, supergressos esse nostri temporis Novatores impudentiam Eutychetis: quippe qui, cum convincatur a sanctissimis Patribus, sic provocent ad divinam Scripturam, ut nisi tot syllabis & elementis illud ipsum quod Catholica pro-



fitetur Ecclesia, in ea expressum inveniant, minime sibi retinendum esse, pertinacissime reluctentur, nullam vel traditionum, vel sanctorum Patrum interpretationum rationem prorsus habentes. Sed reliqua de judicio Eutychetis prosequamur.

XLII. Opem quærit a præfectis Eutyches,

At quid inter hæc inveteratus dierum malorum hypocrita? Qui sæpius fuerat contestatus, se minime posse egredi e monasterio, licet jussione Flaviani Archiepiscopi & totius Synodi urgeretur, quod eam sibi inviolabilem legem antea præfixisset; tamen cum septem dierum accepisset inducias, statim egreditur e monasterio, sed non ad Flavianum quidem progreditur: at quonam gentium? Audi Liberatum Diaconum (a): *Dum hæc agerentur, refugiens Eutyches ad Theodosium Imperatorem, impetravit ab eo (ut fertur) per Chrysaphium eunuchum, quem ipse Eutyches fusceperat in sacro baptismate, ut cum Patricio Florentio & magno Consiliario Concilium illud Flaviani ingrederetur. Timere enim se dicebat Flaviani calumnias.* Mos hic etiam est hæreticorum (ut de Arianis & aliis sæpe antea vidimus) ingredi Synodos ambitioso Comitum comitatu, talium fretos potentia, qui diffiderent justæ causæ: cujus quidem rei recens est exemplum Nestorii in Concilio Ephesino.

(a) Liberat. Diacon. c. 11. tom. 2. Concil.

XLIII. At mira sane versutia Eutyches Chrysaphium potentissimum eunuchum adscivit sibi in præsidium ac patrocinium, quem sciebat infensissimum Flaviano ob res superius enarratas: ex quibus omnium malorum fluxit origo. Etenim sceleratissimus hominum, ut conceptas iras in Flavianum evomeret, suscipiens patrocinium Eutychetis, in summum totius fidei Catholicæ detrimentum ei favens, in ejus defensionem tum complures alios potentes Aulicos, tum etiam Episcopos magni nominis inclinavit: effecitque ut cum hujus Synodi definitione causa finienda esset, ad œcumenicum oportet eam deferre Conventum, unde tot mala velut e portis inferi magno profluvio scaturirent. Eunuchus hæc præstitit.

XLIV. Adveniente jam præscripto a sancta Synodo septem dierum termino, inchoato a die decimasexta Novembris: vigesimasecunda ejusdem, rursum sancta Synodus congregata est; & ex more præpositis sacrosanctis Evangeliis, jussus est ingredi accusator Eusebius; jussus pariter requiri Eutyches, qui pollicitus erat dicta die se præsto fore sacro Conventui suam causam acturum: sed a quærentibus non inventus. Retulitque hæc Synodo Joannes presbyter: *Occurrit reverendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches cum magna multitudine militum, & monachorum, & Præfecturarum apparitorum magnificentissimi & glorioissimi Præfecti Prætorio; & non aliter volunt eum dimittere ut ingrediatur in vestrum sanctum Concilium, nisi ei promiserimus, restituturos ipsius personam. Est vero pariter & magnus & maxime admirandus Silentiarius, & ipse una cum eo præ foribus, cupiens ingredi, utpote directus a piissimo & Christum amante Imperatore nostro.* Hæc ille. His auditis, intromissus est Silentiarius, qui obtenta licentia, ejusmodi legit Theodosii Imperatoris mandatum ad Synodum missum:

Eutychetis qualis adventus in Synodum.

XLV. Imperatoris mandatum.

*Quoniam nos de pace cogitamus, & de sanctis Dei Ecclesiis, & pro Catholica fide, & custodiri volumus rectam, Deo inspirante, prædicatam fidem a sanctis Patribus, qui in Nicæa congregati sunt, trecentis decem & octo, & ab his qui Epheso interfuerunt damnationi Nestorii: Hoc ergo volumus, ne scandalum in prædictam Catholicam fidem immittatur. Et quoniam scimus magnificentissimum Patricium Florentium esse fidelem, & testimoniis probatum in recta fide: volumus ipsum interesse audientiæ Synodali, quoniam firmo de fide est.*

XLVI. Periculose immiscent se Principes sacris.

Secutæ sunt hæc acclamationes Synodi de fide & religione Theodosii Imperatoris. Sed si prænovissent futura, utique immensis lacrymarum imbribus fuissent eadem prosecuti. Quanto enim detrimento immiscent se interdum Principes rebus sacris, quæ ab Episcopis tractandæ sunt, recentia exempla (ut prætermittamus vetera) docuerunt. Etenim fomes peccati Nestorius litteris Cælestini damnatus jam, nisi infra decem dierum spatium resipiscceret, conspirante in eamdem sententiam Synodo Alexandrina, perpetuo silentio jam sepultus fuisset: cum vero se in his male (ut vidimus) immiscuit Theodosius, quanta inde mala provenerint in Ecclesiam, adhuc quæ videntur in Orientali Ecclesia ulcera putrefacta testantur. Eutyches pariter delirus senex & impudens hæresiarcha in hac Constantinopolitana Synodo jam cum sua hæresi condemnandus, atque penitus oblivione delendus; fultus auxilio Præfectorum, & munitus edictis Imperatoris, sic invaluit, ut per plurima sæcula ejus hæresis universam Orientalem Ecclesiam vehementis instar incendii exusserit, atque numquam hactenus restingui valuerit. Mentiar, nisi & lapides ista clament, & viæ Sion lugeant. Etenim ex his non Catholica tantum fides insanabilem plagam accepit, sed & Orientale Imperium penitus collapsum atque funditus dirutum est. Sed cœptam semel lugubrem prosequamur historiam.

XLVII. Eutyches causam dicit.

Post hæc, assentiente Synodo, Florentius ingredi jussus est, præsentibus Eutychete reo & Eusebio accusatore: tunc

quæ pluribus sessionibus superius facta essent, coram omnibus publice sunt recitata. Inter legendum autem, de Eutychete conquestus Eusebius, hæc interlocutus: *Metuo ipsius circumventionem: ego pauper sum, nihil possidens: minatur mihi exilium: pecunias habes: præpingit mihi Oniasam* *, *id est, petram exilit.* Hæc ipsæ: ex quibus plane vides, qualis fuerit patientia, mansuetudo, & paupertas monachi Archimandritæ. Rursum vero cum inter legendum ventum esset ad S. Cyrilli rectam fidei confessionem, qua duæ ab eo naturæ prædicarentur in Christo; ad hæc Eusebius: *Consentit ne ibis Eutyches, quæ moda lecta sunt beatæ memoriæ Cyrilli; & confitentur ne duarum naturarum unitionem factam in una persona & in una subsistentia, an non? Flavianus sanctissimus Episcopus dixit: Audisti presbyter Eutyches, quid accusator tuus dixit? Edicito nunc, si ex duabus naturis unitionem confiteris. Eutyches presbyter dixit: Etiam ex duabus naturis: Eusebius Episcopus dixit: Confiteris duas naturas, domine Archimandrita, post incarnationem, & consubstantialem nobis esse Christum secundum carnem, an non? Eutyches presbyter dixit: Ego non veni disputare, sed veni satisfacere sanctitati vestræ, quomodo sapiam: Scriptum est autem in hac chartula, quomodo sentio, & jubete eam legi, &c.*

* Oasim & Petram.

Eutyches frustra subterfugia captat.

XLVIII. Vides colubrum spiris involui, & ne detegatur, suis involucris occuli, & quærere subterfugia, ne capiatur? Cumque mille technis undique fugam captaret; cogitur tandem, prodere quid sentiret, cum dixit: *Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post vero adunationem unam naturam confiteor.* Hac igitur prolata immensa blasphemia, cum eam damnare juberetur, renuit penitus ille. Sed cum rursum urgeret etiam Florentius Patricius dicens: *Confiteris duas naturas post adunationem? dic: si non dixeris, damnaberis.* Cumque se haud sponte id professurum significaret, cum vero rursum Florentius Patricius interpellaret; ad postremum illud edixit: *Qui non dicit ex duabus naturis, & duas naturas, non credit recte. Exurgens universa sancta Synodus exclamavit: Quæ ex necessitate est, fides non est.* Et subsecutæ sunt acclamationes in laudem Imperatoris. Claudensque ejus diei Actionem, ita peroravit Flavianus:

XLIX. *Per omnia apparet Eutyches quondam presbyter & Archimandrita, & ex iis quæ ante acta sunt, & ex propriis ejus confessionibus, Valentini & Apollinaris perversitate ægrotare, & eorum blasphemias immobiliter sequens; qui nec nostram reveverens persuasionem atque doctrinam, rectis voluit consentire dogmatibus. Unde lacrymantes & lugentes perfectam ejus perditionem, decrevimus per Dominum nostrum Jesum Christum ab eo blasphematum, extraneum eum esse ab omni officio sacerdotali, & a nostra communione, & primatu monasterii. Scientibus hoc omnibus qui postea colloquentur ei, & ad eum convenerint, quoniam rei erunt & ipsi pœnæ excommunicationis, sicut non recedentes ab ejus collocutione.* His dictis, atque Actis penitus absolutis, consecuta est omnium Episcoporum subscriptio, qui fuerunt omnes numero triginta duo; subscripserunt & Archimandritæ qui aderant viginti tres. Repetitus est autem anno sequenti itidem Constantinopoli eorumdem Patrum Conventus, de quo suo loco dicturi sumus. Porro præsens Synodus Actionibus septem completa est.

Eutyches damnatur.

His in Concilio gestis, Flavianus de re tanta, more majorum, certiorem reddere voluit sanctum Leonem Romanum Pontificem, has ad ipsum litteras scribens (*a*):

L. (*a*) *Apud S. Leonem post ep. 8.*

*Domino beatissimo & Deo amabili Patri Leoni, Flavianus in Domino æternam salutem.*

Flavianus scribit ad Leonem Rom. Pontif.

*Nulla res diaboli venena compescit, nec continet mortiferas ejus sagittas: sursum enim atque deorsum pervolans, quærit quos possit occidere, quos possit superare, quos possit devorare. Propter quam rem vigilandum est, & orationibus a Deo obtinendum, ut fatuas inquisitiones evitare possimus. Decet enim sequi Patres nostros, nec commutare definitionem eorum perpetuam, quorum regulam secundum sacras Scripturas esse didicimus. Depositis ergo fletibus & lacrymis, quas incessanter fundo, quia sub me clerus degens invasus est a fero dæmone, & non potui eum liberare, nec auferre a tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram ponere, quomodo raptus sit, quomodo resiliit a proposito divino, & ad illum cucurrit qui perdere consuevit, præcepta Patrum dedignans, & constituta eorum despiciens, jam incipio enarrare.*

LI. *Sunt enim quidam veste sua oves significantes, interius lupi rapaces* (*b*), *quos ex fructibus eorum debemus agnoscere. Isti prima fronte videntur esse de numero nostro* (*c*), *sed non sunt de numero nostro: si enim de numero nostro essent, nobiscum mansissent. Illud quod prius occultabatur, in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. Inveniuntur autem infirmæ fidei homines, & qui divinas lectiones nesciunt, & secum eos in perditionem præcipitant, dissipantes & vituperantes Patrum disciplinas, & reliquas sanctas Scripturas ad suam perditionem. Quos quidem debemus prævidere, & a quibus multum oportet cavere, ne in malitia sua aliqui occupati concidant de sua*

(*b*) *Matt. 7.*

(*c*) *1. Joa. 2.*



*fua firmitate. Exacuerunt enim linguas suas quasi serpentes, & venenum in labiis habent quasi aspides: de his enim hæc Propheta* (*a*) *clamavit: Talis inter nos Eutyches emersit, quondam presbyter & Archimandrita: qui quasi nostræ religionis sectam sapiebat, & hanc præferebat* *, *Nestorii quidem impietati resistens in pugna, quæ contra Nestorium parabatur; trecentorum autem decem & octo sanctorum Patrum de fide expositionem factam, & sanctæ memoriæ Cyrilli epistolam scriptam ad Nestorium, vel ad similes ejus, quibus omnes assenserunt, tentavit evellere, antiquam impii Valentini & Apollinaris reparans sectam: & non timuit præceptum Regis veri Dei dicentis* (*b*): *Quicumque scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei, ut mola asinaria alligetur collo ejus, & demergatur in profundum maris. Verecundiam autem omnem ejus perfidia abjecit, & quam gerebat infidelitatis pellem excutiens, in S. Synodo asserebat instanter dicens, Dominum nostrum Jesum Christum non oportere confiteri de duabus naturis post humanam susceptionem, cum a nobis unius* * *substantiæ & unius personæ cognoscatur; neque carnem Dominis consubstantialem nobis subsistere, tamquam ex nobis susceptam, & coadunatam Dei Verbo secundum substantiam: sed dicebat, virginem quidem, quæ eum genuit, secundum carnem consubstantialem nobis esse, ipsum vero Dominum non suscepisse ex ea carnem consubstantialem nobis: & corpus Domini non esse quidem corpus hominis: humanum vero corpus esse, quod est ex Virgine: omnium Patrum expositionibus contraria sentiens.*

(*a*) *Psal. 139.*

* proferebat.

(*b*) *Matt. 18.*

* duplicis.

LII. *Sed ne multa dicens, longam faciam epistolam: olim quicquid egerimus, misimus ad beatitudinem vestram litteras, quibus scriptis docuimus, & presbyterio illum esse nudatum, qui sic captus est; & jussimus eum cum monasteriis nullam habere rationem; & exclusimus eum a communione nostra: ut sanctitas vestra hoc cognoscens, quod circa illum actum est, omnibus Episcopis sub beatitudine vestra degentibus manifestare dignetur illius impietatem; ne nescientes aliqui quid ille senserit, quasi ad Orthodoxum vel per litteras, vel per aliquam conjunctionem loquantur.* Hactenus Flavianus ad Leonem Romanum Pontificem, cupiens ab eo haberi rata, quæ ipse una cum aliis Episcopis contra Eutychetem statuisset; probe sciens, primæ sedis esse de recens emergentibus hæresibus cognoscere, & adversus earum promulgatores hæresiarchas sententiam ferre.

LIII. Sed & Eutyches non ignarus quanti ponderis esset Romani Episcopi, cujus judicium solerent in ambiguis Synodi expectare, communicationem consequi, atque captare gratiam: & ipse festinavit ad eumdem Romanum Pontificem dare litteras: haud dubius, in eam partem universam Catholicam Ecclesiam inclinaturam, in quam ipse Summus Pontifex videretur esse propensior. Sed quas litteras misit? refertas plane dolis, & mendaciis consarcinatas: at licet non extent illæ quidem; verum ex iis quæ ad Flavianum S. Leo rescripsit, eas, quales essent, probe possumus intelligere. Mentitus est enim inter alia, se, cum a Synodo Constantinopolitana damnationis sententiam accepisset, appellasse Romanum Pontificem, sed appellationi minime delatum: blandis item verbis pollicitus est eisdem litteris, se paratum fore corrigere, quicquid reprehensione dignum dixisset: testatur id quidem S. Leo (*c*) in epistola reddita ad Flavianum, alia insuper ab ipso ad Synodum Ephesinam conscripta, necnon in epistola ad Theodosium, in quibus habetur, ab ipso Eutyche esse missum ea de re libellum ad Romanum Pontificem.

Conatus Eutychetis post damnationem.

(*c*) *Leo ep. 22.*

LIV. Sed quid his amplius versutus homo molitus est? illud nimirum, ut studio Regiorum ministrorum suæ litteræ ad Romanum Pontificem citius Romam pervenirent, detinerentur vero litteræ Flaviani. Addit his etiam, ut inter hæc Theodosio libellum offerret, quo Synodalia Acta esse falsata conquerebatur. Quod insuper senex impudens fronte perfricta novum commentus est facinus? illud nempe, ut per urbem Constantinopolitanam publica proponeret scripta, quibus se esse passum injuriam, populum contestaretur. Hæc autem omnia ex Liberato Diacono, atque aliis: Illud etiam curavit per Chrysaphium eunuchum, ut in odium Flaviani hoc item anno darentur a Theodosio Imperatore litteræ pro eodem Eutychete ad Leonem Romanum Pontificem: non extant ipsæ quidem, sed mentio de illis habetur in litteris, quas idem Leo sequenti anno Kalendis Martii ad eumdem Augustum reddidit. Quid præterea molitus nequissimus Eutyches? litteras quoque dedit ad celebriores Italiæ Episcopos, quo eos in suam pertraheret sententiam: scripsit & inter alios ad Petrum Chrysologum Ravennatem Episcopum, ut ejusdem Petri ad eum redditæ litteræ docent: quæ omnes quoniam datæ reperiuntur anno sequenti, cum naviganti tempus illuxit, agemus de his pariter eodem ipso qui sequitur anno.

Eutychetis dolus in præveniendis litteris Flaviani.

LV. Vidisti, lector, & admiratus es, quomodo apparatu regio & apparitura potentium stipata, compta mendaciis, delinita fucis, induta dolis atque fallaciis nova ista cornuta bestia, horrendum monstrum progrediatur in exitium fidei Orthodoxæ; quæ licet publico, hoc anno, da-

Hæresis Eutychianæ ingressus & progressus.

damnata fuerit anathemate, regiis tamen & regiorum ministrorum fulta præsidiis, surrexit validior post occasum, & vehementiori impetu insiliit in Catholicos. Faverunt quidem Chrysaphius & Theodosius Eutycheti, non tamen odio Catholicæ pietatis, sed quod uterque Pulcheriæ Augustæ causa (ut suo loco superius dictum est) sanctum Flavianum immenso odio prosequeretur. Siccine privatorum affectuum causa Christiana pietas a Christianis Principibus lancinatur? sed in suam ipsorum perniciem atque jacturam, ut exitus declaravit: haud enim passus est Deus Theodosium diutius imperare, postquam Chrysaphio in re tanta credidit habenas Imperii: Sed & subdolum eunuchum meritas pœnas dare voluit. Verum de his, suis locis dicendum pluribus.

LVI. Duo Concilia in causa Ibæ Episcopi Edessæ.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus, duo habita Concilia leguntur, seu potius Episcopalia dicenda judicia, in causa Ibæ Episcopi Edessæ in Syria, alterum Tyri mense Februarii, Berythi vero alterum mense Septembris; quæ *recitata* habentur in Concilio Chalcedonensi nona & decima Actionibus. Sunt hæc quidem solertissimo studio pervestiganda, atque exactissime recensenda, utpote quorum causa diu multumque fuerit in Ecclesia laboratum, ut cuncta dilucide pernoscantur. De quibus in primis admonendus est lector, perperam ibi poni in cusis in hanc diem codicibus, depravato nimirum textu, *Post Consulatum Flavii Zenonis & Posthumiani;* restituendusque est, ut dicat, Sub Consulatu eorumdem. Manifestus enim irrepsisse error invenitur primum ex numero Indictionum, dum quæ celebrata est Tyri Synodus vigesimaquinta mensis Februarii, Indictione prima notata habetur; qui autem Berythi Conventus eodem anno habitus legitur, mense Septembris secundæ Indictionis inscribitur, cum videlicet prima absoluta, exordio mensis septembris secunda incipit: *Consulatu enim Zenonis & Posthumiani, non post Consulatum* eorumdem, prima signatur Indictio etiam a Marcellino in Chronico. Præterea quod judicium Berythi factum mense Septembris, Theodosio Imperatore & Flaviano Episcopo Constantinopolitano jubentibus habitum esse dicatur: plane liquet hoc anno id contigisse, non autem sequenti, quo tempore jam Anatolius fuerat in pseudosynodo Ephesina subrogatus in locum Flaviani, mense Augusti in eodem conciliabulo e gradu depositi, ubi & Ibas (ut dicemus, pariter damnatus fuit, qui antea hoc (ut dictum est) anno in dictis judiciis fuerat absolutus. Acta igitur quæ habentur Latine edita Concilii Chalcedonensis, tum in Actione nona, tum decima, restituenda sunt, ut dum habent, *Post Consulatum Zenonis & Posthumiani*, dicatur, *Sub Consulatu Zenonis & Posthumiani.*

Depravati textus restituuntur.

LVII.

Contra vero ubi habetur in prima ejusdem Concilii Actione, cum recitari incipiunt Acta pseudoconcilii Ephesini, illud cœptum esse mense Augusti *sub Consulatu Zenonis & Posthumiani Indictione tertia*, restituendum est, ut dicat, *post Consulatum eorumdem Indictione secunda*: nam non hoc anno, sed sequenti Ephesi ex scelere famosam esse habitam Synodum illam, certum est. Et quis nesciat, ante conciliabulum Ephesinum præcessisse judicia Tyrii Conventus, atque Berythi, in quibus Ibas est absolutus, deinde vero subsecutum Ephesinum esse in quo Ibas est condemnatus, testantibus id ipsis Synodalibus Actis? At hoc anno, mense Novembris celebratam esse Synodum Constantinopolitanam contra Eutychetem, habent ejus Acta signata sub anni hujus Consulatu, nempe Zenonis & Posthumiani, quæ recitata extant in Actione prima ejusdem Concilii Chalcedonensis. Sub Consulatu vero Protogenis consignata habentur Acta secundæ Synodi Constantinopoli sequenti anno, mense Aprilis celebratæ in causa ejusdem Eutychetis: post quam, eodem anno, mense Augusti, liquet habitam esse dictam Synodum Ephesinam. His igitur de temporis ratione elucidatis, vitiatisque locis Chalcedonensis Synodi restitutis, jam de Iba historiam prosequamur.

LVIII. Causa Ibæ Episcopi Edessæ.

Meminisse debet lector, ex his quæ superiori tomo dicta sunt, hunc una cum aliis Orientalibus Syriæ Episcopis stetisse

PAGIUS

A num. LVII. ad LXXXIV. Licet tam Baronius, quam *Conciliorum* Collectores Synodum *Berytensem* & *Tyriam* hoc anno collocent, utramque tamen ad sequentem pertinere, certum & indubitatum. Em. Card. Norisius in Dissert. IV. de anno & epochis Syro-Macedonum, utramque egregie exposuit, suoque anno reddidit, cujus ideo hic verbis summarie utar. Cum quidam Clerici Edesseni *Ibam* Episcopum apud *Domnum* Patriarcham Antiochiæ accusassent, Domno Ibæ amico accusatoribus non obscure in festo iidem in Regiam Urbem profecti, Theodosio Imp. ac S. Flaviano Episc. Constantinopolitano rem integram detulerunt. *Theodosius* die XXVI. Octob. currentis anni Damascio Tribuno ac Notario mandatum dedit, ut in Phœniciam statim profectus a delegatis Judicibus *Ibæ* causam discutiendam curaret. Damascio a S. Flaviano collega additus fuit *Eulogius* Diaconus: Judices vero designati sunt, *Photius* Tyri Metropolita, *Eustathius* Beryti in Phœnice maritima Episcopus, ac *Uranius* Antistes Himerorum, quæ Urbs erat in Provincia Osrhoene, cujus *Ibas* erat Metropolita. *Photius* collegas Judices, *Ibam*, & ejus accusatores Tyrum advocavit. Clerici accusantes statim ac venere, tota passim urbe publicarunt, Ibam dixisse: *Non invideo Christo facto Deo, in quantum*

IX. *Judicium Tyrium & Berytense anno sequenti habita.*



se pro Nestorio cum Joanne Episcopo Antiocheno contra S. Cyrillum Episcopum Alexandrinum, usque ad tempus, cum per Paulum Emesenum res inter eosdem Joannem atque Cyrillum compositæ sunt, quando, sicut alii qui inimici erant, ipse communicare cum S. Cyrillo & Ecclesia Catholica cœpit. Accidit autem post hæc, ut quatuor presbyteri Ecclesiæ Edessenæ, Samuel, Cyrus, Maras, & Eulogius, sententia excommunicationis affecti, provocaverint contra suum ipsorum Episcopum Ibam ad Antiochenum Episcopum Domnum, venientesque Antiochiam, libellum accusationis eidem adversus Ibam darent: quo ille accepto, ad Ibam scripsit, ut post Pascha proximum Antiochiam se conferret causam dicturus, interim vero excommunicatos absolveret, ut Paschali tempore participes fieri possent sacramentorum. Paruit Ibas, cœptumque judicium est. Accepit interea Domnus Episcopus ab eisdem accusatoribus juramentum, ne discederent Antiochia. Visum est autem duobus ex illis, nempe Samueli, & Cyro, quo vitarent *judicium Domni Episcopi* Antiocheni erga Ibam (ut ipsis videbatur) propensioris, proficisci Constantinopolim ad Imperatorem; cui libellum obtulerunt, petentes alios sibi dari Judices, qui accusationes adversus Ibam cognoscerent. Interea a Domno celebratur Synodus Antiochiæ, ubi & cognita est Ibæ causa, præsentibus duobus tantum accusatoribus: in qua duo illi, qui licet jurati recesserant accusatores damnati sunt; deque his Domnus litteras scripsit ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum.

LIX. Judicium Tyrium in causa Ibæ.

Imperator vero Judicem cognitorem misit Damascium Tribunum & Notarium, eidem mandans, ut judicio præsens assisteret, & quæ Photius Tyri, & Eustathius Berythi, & Uranius Himeriæ Episcopi delecti a se in ea causa Judices definirent, executioni mandaret. Missus est etiam tunc a Flaviano Episcopo Constantinopolitano Eulogius diaconus una cum Damascio Judice cognitore. Actum est autem hoc anno ejusmodi causæ judicium Tyri, die vigesimaquinta Februarii primæ Indictionis. Sed quid ibi? tres illi delecti Judices ad hujusmodi tollenda dissidia, pacis accessere sequestres; primumque omnium illud quam diligentissime præstitere, ut Ibas, cujus accusatus erroris potissimum erat, hæresim Nestorii & omnes ad eam spectantes execraretur, fidemque Catholicam pure, sincere, & integre profiteretur: his vero ab eo præstitis, iidem Episcopi Judices conciliaverunt eosdem clericos accusatores cum Iba suo ipsorum Episcopo, sicque transacta res est, ut concordes inter se recederent. Continet hæc omnia prolixius enarrata Actio nona Concilii Chalcedonensis, qua etiam habetur, subscripsisse ejusmodi initæ concordiæ Judices Episcopos Tyri atque Berythi, Uranium autem Himerorum Episcopum minime subscripsisse: quem sibi infensissimum fuisse, & accusatorum instigatorem, Ibas conquestus est in ejusdem Actionis exordio.

LX.

At quæ ita Tyri *Ibæ* causa terminata est *concordia* ambarum partium, dicta die vigesima Februarii; hoc eodem anno sub Consulatu (ut *dictum* est) Zenonis & Posthumiani, Kalendis Septembris iterum perducitur ad *judicium*. Ut autem rursus eadem Ibæ causa ad judicium deferretur, iterumque instauraretur judicium, ex eo evenit, quod novi additi sunt accusatores, a quibus non Ibas solum, sed & duo alii Episcopi cum Iba sunt accusati, nempe Daniel Carrhorum in Mesopotamia civitatis Episcopus, & Joannes Batenorum Episcopus. Clerici enim Edessæ, qui adversantes erant Ibæ, haud steterunt initæ concordiæ; sed præter quatuor nominatos presbyteros Samuelem, Cyrum, Malam, & Eulogium, miserunt etiam Ablabium, Joannem, Anatolium, Cajumam, & Abibum clericos Edessenos: qui simul Constantinopolim profecti, adiverunt Flavianum Episcopum, dederuntque eidem libellum accusationis adversus tres modo nominatos Antistites. Placuit autem Flaviano, ut iidem, qui antea Judices electi essent, & causam composuissent

Judicium Berythense in causa Ibæ.

PAGIUS

*tum enim ipso factus est, & ego factus sum*; quæ blasphema verba cum Photius Tyriis scandalo esse intelligeret, *jussimus*, inquit Act. X. Synodi Chalced. pag. 639. *eos egredi a Tyro; Scandalizabatur enim Civitas, quæ nunquam tale aliquid cogitaverat, vel audierat*. Ita judicium Berytum ejusdem Provinciæ urbem Tyro M. P. LIV. distantem translatum fuit.

X. *Judicium Berytense ante festum Paschatis habitum.*

Ibas, quo objectam sibi hæreticæ propositionis calumniam repelleret, suum quendam Diaconum Beryto *Edessam* submisit, ut a Clero Edesseno literas obtineret, quibus testarentur, nunquam ea hæretica verba ab *Iba* prolata audivisse, Clerus Epistolam *Ibæ* favorabilem scripsit, quam recitat Baronius num. LXIII. & seq. Quæ cum Chalcedone coram Synodo generali legeretur, *Theophilus* novus Ibæ accusator reposuit. Diaconum Epistolæ latorem, quod Ibæ erat amicus verbum in eadem mutasse, *misit enim*, inquit *eum a Beryto*, ut legitur in hac Act. X. Synodi Chalced. pag. 673. Et sane Baronius fatetur, hanc Epistolam a Clero Edesseno missam, cum causa Ibæ Beryti discuteretur. Verum animum non advertit ad verba sequentia ejusdem Epistolæ. Nam postquam Clerus testatus fuisset, verba illa hæretica nunquam *Iba* excidisse, rogant Photium ac Eustathium Judices, curent Ibam *velociter ad suum gregem reverti: & maxime salutari festo sanctis Paschatis appropinquante*; cum id temporis addunt, *& propter Catechismos, & propter eos qui digni sunt sancto Baptismate, opus*

ſent, iterum ſederent Judices, Photius, Euſtathius, & Uranius, ipſaque cauſa Berythi tractaretur, cui Eccleſiæ præſidebat Epiſcopus unus ex Judicibus Euſtathius; legavitque idem Flavianus Eulogium ſuum diaconum, qui & ſuperiori judicio interfuerat: præſens etiam fuit ex Theodoſii Imperatoris mandato Damaſcius Tribunus, & Notarius tenens locum Judicis cognitoris. In primis autem in eodem judicio, facta ex parte repetitione Actorum Synodi Antiochenæ, lectus eſt etiam libellus accuſationum adverſus Ibam, Danielem, & Joannem Epiſcopos, quibus non hæreſis tantum, ſed nefandorum criminum Ibam ac collegas Epiſcopos accuſabant.

LXI. Quid contra Ibam objectum.

Porro capitibus cæteris accuſationum prætermiſſis, illud primo inquirendum proponitur, quo dicebant accuſatores, horrendam ejuſmodi blaſphemiam ab Iba prolatam: *Non invideo Chriſto facto Deo: in quantum factus eſt, & ipſe factus ſum*: Vel: *Si voluero, & ipſe ut ille fieri poſſum*. Negans vero Ibas, & execratus qui vel talia aliquando cogitaſſet: teſtificationem totius cleri Edeſſenæ Eccleſiæ ad Epiſcopos Judices miſſam recitari petiit, qua ab illata per accuſatores calumnia idem Ibas redderetur prorſus immunis. Ipſe vero libellus ſic ſe habet, eidem Actioni decimæ Concilii Chalcedonenſis intextus:

LXII. *Inſtructio, & deprecatio Deo amantiſſimis atque ſanctiſſimis Epiſcopis Photio, & Euſtathio ab omni clero Edeſſenæ Civitatis.*

Teſtificatio Clericorum Edeſſæ pro Iba.

*A multis atque diverſis e Phœnice advenientibus ad nos, cognovimus ea quæ ab his, qui inſurrexerant in Deo amantiſſimum & ſanctiſſimum Epiſcopum noſtrum Ibam, geſta ſunt: perterriti in eo quod dictum eſt (tranſcendunt enim & illos qui ſine Deo ſunt, & infideles & hæreticos, & Judæos & Paganos, ea quæ dicta nobis ſunt) quia nobis præſentibus dixiſſet idem Deo amantiſſimus Epiſcopus: Non invideo Chriſto facto Deo: quoniam & ego ipſe, ſi volo poſſum fieri ſecundum illum. Et omnes nos, quos dicunt audiſſe ea quæ dicunt, manifeſtum facimus veſtræ Deo amabilitati coram Dei clementia, quia neque ab eo, neque ab alio ullo tale dictum aliquando audivimus, neque in aures noſtras ingreſſum eſt tale aliquid aliquando: Anathematizantes noſmetipſos, & terribili gehennæ noſmetipſos obnoxios facientes, ſi novimus aliquid tale dictum ab eo, aut aliud aliquid contrarium Catholicæ fidei. Si enim alicui tali dicto acquieſceremus, aut communicare ei qui dixit, aut comminiſtrare ei in ſacrificio; ultimo ſupplicio fuiſſemus obnoxii, tamquam communicantes tali execrationi.*

LXIII. *Rogamus autem, & deprecamur veſtram ſapientiam, ut eidem Deo amantiſſimo ſuadeatis Epiſcopo, quatenus velociter ad ſuum gregem reverti feſtinet: periclitatur ab hoſtibus lacerari, cum nullus ſit qui ei adeſſe prævaleat, & maxime feſtivitate ſalutifera ſancti diei Paſchalis imminente, in qua & propter catechumenos, & propter eos qui digni ſunt ſancto baptiſmate, opus eſt ejus præſentia. Et petimus, hanc inſtructionem noſtram coram veſtra ſapientia Geſtis innecti, ut nullum hæc lateant.* Hactenus Edeſſenæ Eccleſiæ cleri libellus, cui ſingulorum ſubſcriptiones ſubiiciuntur.

LXIV. Hac ergo primum diluta calumnia, in eo adverſariis urgentibus, Epiſcopi Judices inſtiterunt: Num verum eſſet, quod obiiceretur, vocatum ab ipſo Iba S. Cyrillum hæreticum? Tunc Ibas confeſſus eſt, id quidem dixiſſe eo tempore, quo ab invicem diſſentirent Joannes Epiſcopus Antiochenus atque Cyrillus, mutuoque inter ſe certarent, cum & a Joannis parte ipſe Ibas perſiſteret: quo tempore erat Orientalium omnium Joanni comunicantium una vox atque ſententia, Cyrillum eſſe Apollinariſtam hæreticum: poſtquam vero declarando ſua capitula Cyrillus iſta purgavit, & ob eam cauſam inita inter eos

PAGIUS *pus ſit ejus præſentia*. Ex his intelligimus, judicium apud *Berytum* contigiſſe paulo ante tempus Paſchale, non vero menſe Septembri, ut Baronius num. LVII. opinatus eſt. Paſcha autem anno ſequenti die XXVII. Martii celebratum eſt; & Catechiſmi tempus in Palæſtina Phœniciæ finitima quadraginta ante Paſcha dierum tempore definit S. Cyrillus Hieroſolymitanus in priori catecheſi, ac batizandos quadraginta diebus ante ſolemnia Paſchalia nomen coram Epiſcopo profiteri jubet *Siricius* Papa in Epiſt. ad Himerium Tarraconenſem. Hinc propter tempus proximi catechiſmi Clerus rogavit, ut judicio abſoluto, *Ibas* Edeſſam reverteretur.

XI. Cæterum cum *Ibas* & Cleri Edeſſeni teſtimonio & propria aſſeveratione immunis ab hæreſeos crimine appareret, & alia eidem objecta crimina partim diluiſſet, partim Judicum decreto correcta fuiſſent, Epiſcopi Judices ſedulam operam navarunt, in clericis accuſatoribus cum ſuo Epiſcopo conciliandis; quod ubi ſe aſſecutos cognoverunt, *Tyrum* iterum reverſi ſunt, ut eidem Urbi, cui paulo ante ea Eccleſiaſticorum litigia ſcandalo fuerant, mutuam inter eoſdem redintegrandam concordiam oſtenderent. Ita quibuſdam conventionibus *Ibam* inter & accuſatores pax inita fuit, quam *Ibas* dato Sacramento, alii ſubſcriptione firmarunt apud *Tyrum*. Pacis formula cum ſubſcriptionibus legitur Act. IX. Synodi Chalced. pag. 629. Viri eruditi cum in ea Actione IX. legerent Acta apud *Tyrum* ac dein Actione ſequenti X. geſta in eadem cauſa apud *Berytum*, & illa quidem die XXV. Februarii, hæc vero Kalendis Septembris, putarunt ſex integros menſes inter utrumque judicium interceſſiſſe, ita ut die XXV. Februarii apud Tyrum inita fuerit inter eoſdem concordia, a qua eodem anno Clerici reſilientes, accuſationem iterum apud Berytum contra Ibam menſe Septembri reſtaurarint. Sed hæc dubio procul falſa eſſe, ipſius Photii verba oſtendunt. Nam hic apud Chalcedonem in Synodo interrogatus, num *Ibas* ab accuſatoribus in judiciis in Phœnicia habitis convictus fuiſſet, reſpondit Act. X. pag. 636. *Venerunt tres quidem cohabitatores ipſis Clericis injurantibus & litigantibus, contra eum dicere teſtimonium. Nos diximus, quia non poſſunt cohabitantes inimici ſuſceptibiles ad teſtimonium comprobari. Fecimus ergo eos amicos, & ſanctæ munera rurſus in Epiſcopio communicaverunt invicem Preshyteri & ipſe.*

*Ibas abſolvitur, & cum ſuis Clericis reconciliatur.*



eos eſt concordia, vinculoque fidei Catholicæ partes inter ſe diſſidentes junctæ ſimul fuerunt, & colligatæ, nihil hujuſmodi adverſus Cyrillum ſe eſſe locutum, ſed communicaſſe cum eo amice commercio litterarum. Nec negavit, & poſtea ſe dixiſſe, S. Cyrillum donec interpretatus eſt ſua capitula, ſicut a Concilio Orientalium habitus eſſet hæreticus, ita & a ſe putatum hæreticum. Contradicentibus vero adverſariis, aſſeverantibuſque vocatum Cyrillum ab Iba hæreticum, poſtquam reconciliatio facta eſt; editum eſt fragmentum ejus epiſtolæ ad Marim Perſam ſcriptæ, quæ intexta habetur Actis Synodi Calcedonenſis. Recitandum illud hic neceſſario eſt, cum hujus epiſtolæ occaſione maxima excitata ſit poſt Chalcedonenſe Concilium controverſia (*a*): ſane quidem ſcripta illa eſſe videtur, poſtquam communione Catholicæ fidei tranſactum eſt inter Cyrillum atque Joannem: Eſt enim ejus argumenti, ut quæcumque in ea cauſa geſta eſſent uſque ad eam reconciliationem, hiſtorice narret. Reddamus hic ipſam, quæ brevitatis cauſa, exordio decurtata, ſic ſe habet, hoc titulo prænotata:

(*a*) *Concil. Chalc. Act. 10. tom. 1. Concil.*

*Fragmentum epiſtolæ Ibæ Epiſcopi Edeſſeni ad Marim Perſam contra Cyrillum Alexandrinum.*

LXV. Ibæ Epiſc. Edeſſæ epiſtola ad Marim Perſam.

*In brevi autem claræ tuæ prudentiæ, quæ in paucis multa cognoſcit, indicare, quæ pridem, & nunc hic acta ſunt, feſtinavimus: ſcientes, quia quæ veſtræ ſanctitati a nobis ſcripta ſunt, veſtro ſtudio illic omnibus innoteſcent. Et quia nullam permutationem Scripturæ a Deo traditæ ſuſceperunt, facio hujus argumenti principium ex ſermonibus, quos & ipſe edoctus es. Contentio facta eſt, ex quo hic tua religioſitas fuit, his duobus hominibus Neſtorio, & Cyrillo, & conſcripſerunt adverſum ſe nocivos & pernicioſos libros, qui audientibus fuerunt ſcandalum. Neſtorius enim dixit in ſuis libris (ſicut religioſitas tua novit) quia beata Maria Dei genitrix non eſt; ita ut multi putarent, ex hæreſi Pauli Samoſateni hunc eſſe, qui dixit hominem purum eſſe Chriſtum. Cyrillus autem libros Neſtorii volens deſtruere, lapſus eſt, & inventus eſt in Apollinari dogma incidens. Conſcripſit enim & iſte illi ſimiliter, quia ipſe Deus Verbum homo factus eſt, ut non eſſet differentia inter templum, & habitantem in eo. Conſcripſit enim duodecim capitula, quæ puto & tuam cognoviſſe religioſitatem, quia una natura eſt divinitatis, & humanitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & quia (ſicut dicit) non oportet dividere voces dictas, quas vel ipſe Dominus de ſemetipſo dixit, vel Evangeliſtæ de eo. Hæc omni impietate plena ſunt. Et antequam nos dicamus (ſicut ſanctitas tua novit) quomodo accipi poteſt hoc, quod eſt in principio Verbum, de templo, quod factum eſt ex Maria? aut illud, Minuiſti (*b*) eam paulo minus ab Angelis, de Divinitate Unigeniti dictum? Eccleſia enim ſic dicit, ſicut & tua religioſitas novit, & a principio eſt edocta, atque firmata divina doctrina ex libris beatiſſimorum Patrum, duæ naturæ, una virtus, una perſona, quod eſt unus Filius Dominus noſter Jeſus Chriſtus.*

(*b*) Pſ. 8.

LXVI. Acta Epheſi narrat.

*Ob hanc contentionem victores triumphatores Imperatores juſſerunt, Epiſcoporum primores in Epheſina congregari Civitate, & coram omnibus libros Neſtorii,*



PAGIUS

XII. *Ibas Edeſſenam Eccleſiam repetit.*

At illi tres teſtes contra *Ibam* a Clericis producti leguntur in geſtis apud Berytum pag. 653. ubi Samuel Princeps accuſatorum *Iba* juſſus teſtes nominare: *Sunt quidem multi: coram omni Clero dixit, ex his autem ſunt hic tres, & tres a Canonibus & legibus admittuntur.* Cum vero Samuel nominaſſet, Ibas unum eorum Maram præcipue excepit, quod palam cum accuſatoribus Antiochiæ ac Conſtantinopoli in eodem hoſpitio degiſſet. Tum Epiſcopi Judices alios teſtes accuſatoribus nominandos dixerunt, cum tres appellati, fidem in judicio non facerent: *Quoniam illos*, inquiunt, *Reverendiſſimus Ibas tanquam accuſatores vobiſcum hic aſſerit exiſtentes.* Quæ iterum repetunt: *Non ſuſcipimus trium teſtium, qui a vobis adducti ſunt, voces & maxime cum ſuſpecti ſint eidem religioſiſſimo Epiſcopo Iba.* Hinc cum tres appellati Clerici teſtes, exceptionem paterentur, *quia eſſent cohabitantes inimicis Iba*, ac proinde in Berytenſi judicio non fuiſſent ſuſcepti, *Photius* ac collegæ Clericos inter ac *Ibam* pacem certis conditionibus componerent, quæ paulo poſt apud Tyrum contigit, *die decima menſis Peritii anno Tyriorum DLXXIV.* juxta Romanos die XXV. Februarii, anno Chriſti CDXLIX. Quare *Ibas* pleno menſe ante Paſchalia feſta abſolutus, Edeſſenam ſuam Metropolim repetens conſuetæ Eccleſiæ inſtituta circa Catechumenos exercere potuit, priuſquam illos Sabbato Sancto ſalutaribus undis ablueret, quod enixe Clerus Edeſſæ ab Epiſcopis Judicibus poſtulaverat. Quid vero poſtea contigerit, anno ſequenti referemus.

Per-

*& Cyrilli judicari. Prius autem quam omnes Episcopi, qui jussi fuerant congregari venissent in Ephesum; præcedens idem Cyrillus, aures omnium quodam medicamine, quod solet sapientium oculos obcæcare, præoccupavit. Invenit autem causam ex odio, quod habuit circa Nestorium. Et antequam in Synodum adveniret sanctissimus, & Deo amantissimus Archiepiscopus Joannes, Nestorium ex Episcopatu deposuerunt, judicio & inquisitione non facta. Post duos autem dies damnationis hujus venimus in Ephesum: Et cognoscentibus nobis, quia in damnationem Nestorii, quæ ab eis facta est, duodecim capitula, quæ a Cyrillo conscripta sunt (cum essent contraria veræ fidei) posuerunt & firmaverunt, & consenserunt eis, tamquam veræ fidei consonis; omnes Orientales Episcopi eumdem Cyrillum damnaverunt, & excommunicationem adversus alios Episcopos, qui consenserunt ejus capitulis, protulerunt. Et post hanc perturbationem unusquisque in suam Civitatem reversus est. Nestorius autem, quia in suæ erat odio Civitatis, & virorum, qui in ea sunt, maximorum, in eam reverti non potuit. Et remansit Orientale Concilium, non communicans Episcopis, qui communicaverunt Cyrillo: Et ob hoc multa tristitia inter eos facta est, & in contentione erant Episcopi adversus Episcopos, & populi adversus populos. Et completum est opere, quod scriptum est:* (a) *Quia erunt inimici hominis domestici ejus. Et ex hoc detractiones multæ adversus nos factæ sunt Paganorum & Hæreticorum: Non enim audebat aliquis de Civitate ad Civitatem, aut ad provinciam de provincia proficisci: sed tamquam inimicum suum, unusquisque proximum suum persequebatur.*

Mala quæ provenerunt ex discordia Episcoporum.

(a) Matt. 10.

LXVII. *Multi autem ante oculos non habentes Dei timorem, occasione Ecclesiastici zeli, adversitatem, quam occultam in cordibus suis habuerant, ad effectum perducere festinabant. Ex quibus unus extitit nostræ tyrannus Civitatis* (nempe Rabula Episcopus Edessenus prædecessor) *quem & ipse non nescis, qui occasione fidei non solum conviventes punit, sed & hos etiam, qui olim ad Dominum migraverunt. Quorum unus est beatus Theodorus veritatis prædicator, & doctor Ecclesiæ, qui non solum in vita sua colaphis cecidit hæreticos pro veritate suæ fidei, sed & post mortem spiritualia arma in opusculis suis Ecclesiæ filiis dereliquit; sicut & tua sanctitas, ad eum conveniens, agnovit, & ex his, quæ ipse conscripsit, credidit. Hunc ausus est, qui omnia in Ecclesiis præsumit, clare anathematizare, qui propter zelum Dei, non solum propriam Civitatem ab errore ad veritatem convertit, sed & longe existentes Ecclesias sua doctrina perdocuit: & de libris quidem ejus multa ubique perscrutatio facta est, non quia a vera fide existerent alieni; vidi enim eum (adhuc illo vivo) frequenter eum laudantem, & in libris ejus legebat; sed & propter adversitatem latentem, quam adversus eum habuit, quoniam manifeste eum convicit in Synodo.*

Rabula Epis. Edessæ damnat scripta Theodori Mopsuest.

LXVIII. *His ergo malis inter eos gestis, & unoquoque sicut volebat (sicut scriptum est)* (b) *ambulante: adorandus Deus noster, qui semper suæ clementiæ curam pro suis gerit Ecclesiis, erexit cor fidelissimi atque victoris Principis, ut dirigeret virum magnum, & in suo Palatio notum, qui cogeret reverendum atque sanctissimum Archiepiscopum Orientis dominum Joannem, ut reconciliaretur Cyrillo: ab eo enim fuerat de Episcopatu depositus. Et postquam litteras Imperatoris accepit, sanctissimum & religiosissimum Paulum Emesenum Episcopum, direxit, per eum veram fidem scribens, & denuncians ei, quia si huic fidei Cyrillus consentiret, & anathematizaret eos, qui dicunt, quia una natura est Divinitatis, & humanitatis; ut ei communicaret. Voluit autem Dominus, qui semper suæ curam gerit Ecclesiæ, quam sanguine suo proprio redemit, ut & cor Ægyptii subigeret, & sine fatigatione fidei consentiret, eamque susciperet; & omnes, qui absque hac crederent, anathematizaret. Et communicantibus invicem, contentio de medio est ablata, & pax in Ecclesia facta est, & non est in ea jam schis-*

(b) Iud. 17. De pace Ecclesiis restituta.



*schisma, sed pax, sicut pridem est.*

LXIX. Scripta epistola statim post pacem.

*Quæ autem verba sunt, quæ a sanctissimo, & Deo amantissimo Archiepiscopo Joanne scripta sunt, & quæ a Cyrillo rescripta suscepit: ipsas epistolas huic, quam ad tuam direxi religiositatem, conjunxi: ut relegens tua sanctitas, agnoscat, & omnibus amantibus pacem denunciet, quia contentio jam quievit, & medius inimicitiæ paries est ablatus; & qui seditiose adversus vivos & mortuos irruerant, in confusione sunt, satisfacientes pro suis excessibus, & contraria docentes suæ priori doctrinæ. Non enim quisquam audet dicere, quia una est natura Divinitatis & Humanitatis, sed confitentur in templum, & in eum qui in hoc habitat, qui est unus Filius Jesus Christus. Hæc autem scripsi tuæ religiositati ex magno affectu, quem circa te habeo; sciens quia tua sanctitas nocte, & die in doctrina Dei semetipsum exercet, ut multis sit utilis.*

LXX. Quomodo ex ea epistola Ibas probetur Orthodoxus.

Hactenus fragmentum Ibæ recitatæ epistolæ ad Marim Persam: quam quidem vere esse Ibæ fuisse cognitam, nec ipsum negasse suam, eadem Actio decima Chalcedonensis Concilii docet: sententiaque legatorum Apostolicæ sedis, necnon Maximi Episcopi Antiocheni, & aliorum, Ibæ esse, ibi firmatum est; ex ipsaque eumdem Ibam fuisse probatum etiam Orthodoxum, æque una fuit sententia omnium Episcoporum, qui Acta Conventus Berythi recitata ibi in eadem Actione decima Concilii Chalcedonensis audierunt, ejusdemque tunc decretam absolutionem probaverunt. Sed quomodo (inquies) eamdem epistolam Orthodoxam esse dixerunt? quomodo excusantur quæ in sanctum Cyrillum ibi relata leguntur? & quæ in eadem sunt de laudibus Theodori, quanam ratione purgantur? Accipe. Epistola ipsa quidem (ut vides) historiam continet rerum gestarum inter Joannem & Cyrillum, & quæ inter eos transacta essent refert; ut hac ex parte nihil adversus Cyrillum in præsentiarum oblocutus videatur, si cujus erat tunc ille æstimationis apud Joannem & ejus sectatores edocet: cum præsertim idem Ibas in Actis Synodalibus non neget, sed aperte testetur, usque ad reconciliationem, hostem una cum Joanne se perseveraſſe Cyrilli, eumdemque hæreticum appellasse: postea vero declaratis ab eo capitulis scriptis, secuta reconciliatione, communicasse cum eo tamquam vero Catholico. Ex recitatis igitur Synodalibus scriptis una cum Ibæ epistola, ipsum se patefeciſſe vere Catholicum, non immerito Synodus judicavit.

LXXI. Quomodo excusari possit Ibas de Theodoro laudato.

Eadem dicere possumus de laudibus, quas epistolæ intexuit Theodori Mopsuesteni, cum narrat a Rabula Edesseno Episcopo injuste damnatum. De quibus in memoriam revocare debes quæ superius dicta sunt anno Domini quadringentesimo trigesimoquinto, cum de Joanne Antiocheno Episcopo jam inter Catholicos post reconciliationem professente enarratum est, pro Theodoro, deque ejus laudibus tres scripsisse epistolas, ad Theodosium primam, secundam ad sanctum Cyrillum, tertiam vero ad Proclum Constantinopolitanum; quibus inter alia excusaret, non esse Theodori, quæ Theodori nomine ferrentur blasphemiæ. Is plane fuit status scriptorum Theodori usque ad hæc tempora, cum quæ in eum illata essent ab accusatoribus, & quæ ex damnatione facta per Rabulam Edessæ Episcopum Ibæ prædecessorem, & ab Armenis contra ipsius Theodori scripta essent superaddita, eadem omnia per tres illas epistolas sive libros Joannis Antiocheni videri potuissent esse diluta: nulloque posthac Synodali decreto de damnatione Theodori & librorum ejusdem in Ecclesia promulgato; plane sicut nec Joannes ob eam causam factus est reus, ita nec Ibas fuerat ob laudatum Theodorum a Patribus accusandus: quod ex eo plenius cognosces, cum nec ab ipsis ejus adversariis illud criminis loco Ibæ datum fuerit inter tot in eum accusationes prolatas; sicut objecerunt, quod Cyrillum appellasset hæreticum.

LXXII. Inde quoque accidit, ut etiam Theodoretus in dialogis, quos adversus Eutychetis hæreses scripsit his ferme temporibus, aperto ore eumdem laudaverit Theodorum, ejusque redarguerit impugnantes:



PAGIUS XIII. *Epocha Judicii Berytensis, & Tyrii magis confirmata.*

Porro tam judicium *Berytense*, quam *Tyrium* anno sequenti habitum fuisse, demonstrant verba, quæ in Act. IX. Synodi Chalced. leguntur: *Post Consulatum Fl. Zenonis & Postumiani VV. CC. die V. Kalendarum Martiarum, in colonia Tyro clarissima Metropoli Consulari, anno quingentesimo septuagesimo quarto, mensis Peritii die decima, secundum Romanos autem Februarii quinta & vicesima, Indictione Prima, Photius Reverendissimus Episcopus Tyri Metropolis*, &c. Tomo superiori anno CCLXXVII. insinuavi, Eram Tyriam cœpisse per autumnum anno Periodi Græco-Romanæ 5368. Quare annus *Tyriorum* DLXXIV. die X. Peritii, sive Februarii XXV. concurrit cum sequenti anno Christi. Prætera Zeno & Postumianus hoc anno Consulatum gessere; ideoque hæc formula *post Consulatum Fl. Zenonis & Postumiani*, annum sequentem certo designat, ut ex iis quæ tam in Dissert. Hypatica quam passim in hoc Opere observavi, extra omnem controversiam esse debet. Baronius tamen num. LV. & seq. contendit, hoc ipso anno judicium in causa *Ibæ* apud *Tyrum* habitum esse, additque, perperam ibi poni in cusis in hunc diem Codicibus, depravato nimirum textu: *Post Consulatum Fl. Zenonis & Postumiani, restituendusque*, inquit, *est, ut dicat*: Sub Consulatu eorumdem. Verum

PAGIUS rum annus Tyrius, non in Consulatum, sed in Indictionem, mendum irrepsisse demonstrat. Quare loco *Indictione prima*, legendum, *Indictione secunda*, quæ mense Peritio, seu Februario sequentis Christi anni in cursu erat. Vel, ut probabilius putat Em. Card. Norisius, Indictio aliena ac posteriori manu, & quidem erronea, inserta fuit. Nam judicium de Iba habitum apud Berytum, his verbis inchoatur: *Post Consulatum Fl. Zenonis & Postumiani VV. CC. Kalendis Septemb. Indictione secunda in colonia Christi amica Beryto, considentibus Photio & Eustathio & Uranio religiosissimis Episcopis, in novo Episcopio Beryti sanctissimæ novæ Ecclesiæ*. Et tamen omnes illæ Chronologicæ notæ aliena manu assutæ fuerunt; cum Acta legitima ab illis verbis inciperent: *In colonia Christi amica Beryto*, &c. Nam annus, quo hæc formula, *post Consulatum Zenonis & Postumiani*, usurpata fuit, annus sc. Christi CDXLIX. Kalendis Septembris Indictio tertia inchoabatur.

XIV. *Judicium illud hoc anno Beryti non potuit.*

Præterea nec illud judicium haberi potuit, apud *Berytum* eo Christi anno Kalend. Septemb. Photius enim & duo alii Episcopi, qui judices delegati causam Ibæ apud Berytum discusserunt, eo anno die VIII. Augusti, sederunt apud Ephesum in Synodo latrocinali contra sanctum *Flavianum* sententiam pronuntiantes, nec una die

Quo tempore Theodorus laudatus impune.

nam in Eranistes primo dialogo, cujus est titulus, *Immutabilis*, hæc de ipso Theodoro Mopsuesteno, & Diodoro, Tarsensi nimirum, loquitur Ortodoxus adversus Eutychianos: *Diodori & Theodori interpretationes, nisi vos in eos viros infenso animo esse viderem; & Apollinaris in eos odio & malevolentiæ successisse: Vidisses enim eos aliis convenientia scripsisse, & ex divino fonte fluenta hausisse, istosque etiam sancti Spiritus rivos extitisse.* Hæc ibi Theodoretus; qui & ad Irenæum Episcopum, ipsum redarguentem, quod non æque Theodori atque Diodori, ad astruendas duas naturas in Christo una persona conjunctas, testimonia posuerit, sicut & sanctorum plurimorum Patrum, hanc affert rationem his verbis (*a*):

(*a*) *Theod. epist.* 16.

LXXIII. *Quoniam vero me arguitis, quod sanctos & beatos Patres reliquerim atque rejecerim, Diodorum videlicet, & Theodorum e catalogo Doctorum: necessarium etiam duxi, de hoc nonnulla dicere. Primum enim, o carum caput, multos alios insignes & illustres viros me omisisse, scito: Deinde illud etiam animadverte, quod ille qui accusatur, testes afferre debet, de quibus nulla est controversia, & quod nec ipsi accusatores arguere possint. Si vero reus eorum testimonia afferret, qui ab accusatoribus etiam accusantur, & arguuntur: nec ipse Judex facile eos admittere vellet. Si enim Patrum encomia & laudes conscribendo, hosce sanctos omisissem, fateor me deliquisse, & erga eos Doctores ingratus essem: sin autem dum accusor, excusationem meam attuli, & eorum usus sum testimonio, de quibus nulla est dubitatio: cur frustra illi qui hæc nolunt, nos accusant? Quanto vero honore prosequor viros illos, testatur liber ipse, quem nos pro illis conscripsimus; in quo ea quæ illis obiiciebantur confutavimus, nihil veriti accusatorum potentiam, nec insidias contra nos structas.* Hæc Theodoretus: quibus intelligas, eo statu hoc tempore in Ecclesia fuisse scripta Theodori Mopsuesteni, ut tamen non essent omnino vetita, sed ab aliis impugnata, ab aliis vero defensa, patentes vero errores esse negatos illius esse.

LXXIV. Verum facto de illis diligentiori exa-

(*b*) *Quint. Synod. coll.* 8. mine, longe post tempora Chalcedonensis Concilii; in Quinta Synodo (*b*) fuere omnino, ut hæretica, condemnata, simulque eius laudationes eadem percussæ sententia, ut suo loco dicetur: unde etiam accidit, ut & dicta epistola Ibæ æque fuerit ob hanc etiam causam damnata, atque alia quæ pro eodem Theodoro Theodoretus, vel alii conscripsissent: ea nimirum ratione, quod eadem epistola Nestoriani abuterentur, falsoque afferent a Patribus in Concilio Chalcedonensi esse receptam; ac proinde ab eisdem, quæcumque ea epistola continerentur, esse probata: quod quidem falsum omnino fuit: Longe enim diversum inter se est dicere, epistolam probari Catholicam, & quæ in ea scripta sunt, vera esse; vel dicere, ex ea Ibam probatum esse Catholicum. Etenim eadem epistola non ab Iba, sed ab adversariis contra Ibam prolata, nihil aliud inde acceperunt Patres, nisi Ibam licet aliquando delirantem (quod nec ipse negavit) tunc temporis fuisse Catholicum; utpote quod ex eadem epistola demonstraretur ipse, qui aliquando cum aliis Nestorianis erasset, & egisset contra Cyrillum, post initam vero pacem cum illo communicasse, Nestoriumque damnasse afferentem Mariam non dicendam esse Deiparam, execratusque esse unam naturam in Christo confitentes, confessus vero esse naturas duas unum efficere Dominum nostrum Jesum Christum: Quibus insuper additis, iis quæ esse dicta ab Iba pro veræ fidei confessione, Acta Synodalia docent, recitata in eadem decima Actione Concilii Chalcedonensis; non potuit Ibas non probari Catholicus & absolvi.

Probatus ex epistola Ibas Catholicus, non Episc. Catholica.

LXXV. Sic igitur tam in Actis Berythensibus, quam etiam Chalcedonensibus, in quibus illa recitata atque cognita fuere, non epistola Ibæ recepta est, sed ex ea epistola ab adversariis calumniose prolata, cognitus fuit Ibas eo tempore, quo ea gerebantur, fuisse Catholicus, calumnioseque accusatus hæreticus: Quam quidem temporum & rerum gestarum historiam complures non attendentes, alii ex his calumniati sunt Chalcedonense Concilium, quod blasphemam Ibæ epistolam suscepisset, & comprobasset; alii vero scientes Ibam ab eadem sacrosancta Synodo absolutum, & blasphemias ejusdem legentes epistolæ, eamdem Ibæ minime fuisse dixerunt, sed assertam Ibæ; quod Epi-

Contra eos qui Ibam hæreticum ex ea epistola affirmarunt.

PAGIUS die Pseudo-Synodus Ephesina peracta fuit; cum in eadem *Dommus* Patriarcha Antiochenus, *Ibas* Metropolita Edessæ, *Theodoretus* Cyri aliique insignes Episcopis Sedibus suis expulsi fuerint. Evagrius autem lib. 1. cap. 3. scribit, Ephesum distare ab urbe Antiochena itinere dierum XXX. & in Itinerario Antonini legitur, *Berytum* fuisse ultra Antiochiam M. P. CCLIII. Quare si *Photius*, & alii duo Judices anno sequenti die VIII. Augusti fuerunt Ephesi in Synodo latrocinali, non potuere post dies XXIII. convenire apud *Berytum* in Phœnice ad causam Ibæ cognoscendam; quod & aliis argumentis demonstrat Card. Norisius, qui epocham Tyriam, ejusque menses ibidem doctissime explicat.



Epiphanius disputans contra Gregorium tradit in Actione sexta Septimæ Synodi, quæ Nicæna secunda dicitur: & ante eum S. Gregorius (*a*) scribens ad Secundinum; quem in depravata Synodi exemplaria incidisse liquet, dum ait, Ibam negasse dictam epistolam esse suam; secundum quam assertionem & ipse eamdem epistolam non esse Ibæ nisus est demonstrare.

(*a*) *Greg. l.* 7. *ep.* 53.

LXXVI. Cæterum Acta germana habent, Ibam confessum eam esse suam, ut de his nulla tunc fuerit controversia: nam hoc ipsum Acta Berythensia docent, cum idem Ibas ea lecta, nequaquam suam esse negavit, sicut alia quæ calumniose obiiciebantur; immo ad ejus lectionem Judices provocavit. Sed & Acta decimæ Actionis Concilii Chalcedonensis, eamdem epistolam ut Ibæ cognitam esse a Patribus, docent: id enim in primis Apostolicæ sedis legati, & post eos reliqui Episcopi sua ipsorum subscriptione firmarunt. Vides igitur quantum necesse sit in Actis Synodalibus intelligendis (ne quis in deformes labatur errores) rerum gestarum veram certamque habere cognitionem, eamdemque ratione temporis consignatam: quam ignorantes hæretici, non adversus tantum Berythense judicium, sed etiam contra Chalcedonense Concilium exclamarunt; cum si cunctas res gestas satis exploratas habuissent, vel mutire quidem erubuissent. At de Ibæ causa hoc anno (ut dictum est) primum Tyri, Berythi deinde tractata, hactenus. Scito tamen, quod qui hoc anno Episcoporum sententia absolutus est Ibas, sequenti anno in Conventu sceleratorum damnatus est Ephesi, receptus vero Chalcedone.

LXXVII. Accidit autem post hæc, ut iidem qui Ibam calumniati sunt, cum posteriores in eo judicio retulissent, æque ac in Judices, in Theodoretum Cyri Episcopum relegatum Theodosii edicto, ne a sua civitate discederet, spicula maledictorum converterint, quasi Ibæ favisset: de quibus est epistola ejusdem ad Anatolium scripta, qua magnopere quæritur se injuste calumniis appetitum: est autem hujusmodi (*b*):

(*b*) *Theod. epist.* III.

LXXVIII. Theodoretus calumniam passus queritur.

*Tua celsitudo eorum quæ in nos contulit beneficiorum, retributionem a Deo omnium Domino assequetur: quodcumque enim ejus causa fit mercedem habet consequentem. Ego quidem calumniatorum numerum rideo: quæ enim corpora vehementius plectuntur, dolorem minus sentiunt: nam caro dum plectitur, mortua quodammodo & sensus expers efficitur. Doleo tamen & lugeo ora & linguas illas, quæ effrænate mendacia proferunt. Quæ enim injuria affecti illi, qui religiosissimum Ibam accusant, & has adversus nos injurias inveneruni? Primum enim neque ego aliquis e numero Judicum fui: mandato enim Principis Cyri manebam. Præterea (ut a multis accepi) ægre ferebant nostram sententiam: ego enim in sancto Paschate mysticam communionem illis impertiendam curavi; & cum sæpe apud nos agere voluissent, hilari fronte eos accepi, ac quæ oportuerat narravi.*

*Ut vero pro religiosissimo Episcopo Domno aliquid dicam: quid oportebat eum facere, qui aperte opprimebatur? ac alias decreto Synodali damnatos, dum intueretur, in aliam diœcesim mitti? & præter Ecclesiasticos ordines sacerdotium assumere, & res sacras & divinas ab ipsis veritatis hostibus irrideri? Hac de causa, ut primum recognovit, quid sentiret de aliis etiam significavit, nec solum religiosissimo Ibæ, verum etiam sanctissimo Episcopo domino Simeoni Amidensi, ut duarum provinciarum argumenta & causas Metropolitæ eorsum audirent. Quomodo autem justum alicui videri potest, eosdem humanitatis & inhumanitatis crimine accusari? Si enim illos eiicimus, periclitamur: sin minus, nec propterea a periculis erimus immunes. Et soli opprimimur in universo Orbe. Et aliæ quidem diœceses quiete vivunt, nos vero soli calumniatoribus præda sumus, & ego præcipue, quamvis in judicio nullo pacto interfuerim, & omnino a quavis culpa sim alienus & immunis.* LXXIX.

*Hæc scribere coactus sum, tuæ celsitudinis litteras cum viderim, & ex eis didicerim, quod hac de causa maximus contra nos ortus est tumultus, dum relegati sumus, & quiete vivimus, & neque cum religiosissimis provinciæ Episcopis convenire solemus; cum non semel, neque iterum in nostra provincia ordinatio habita sit* (nempe judiciorum) *neutri illarum interfui. Et nisi Principis edicto detinerer, proficiscerer equidem in aliquam extremam Orbis partem, ac ibi quod mihi superest vitæ agere: non enim possumus calumniis resistere, quæ contra nos consinguntur. Hos siquidem ipsos Edessenos non opinor sane & a se ipsis adversum nos calumniam composuisse, sed eos ab iis, qui ibi manent viris veritatis studiosis hæc adversum nos struere & machinari edoctos esse: Deoque omnium Salvatori gratiam habeo, quod cum ipse indignus sim iis, quæ in Evangeliis habentur, beatitudinibus, nos dignos reddidit: & relegationem libenter accipio: & quodcumque dicere voluerint hilari fronte suscipio propter eam spem, quæ nobis reposita est. At pro tua magnificentia sine intermissione precor, & sanctos omnes ut suarum precum me compotem faciant rogo.* Hactenus ad Anatolium Patricium Theodoretus. LXXX. Theodoretus undique appetitus calumniis.

De

LXXXI. De his itidem scribit ad Apameæ Episcopum, ubi post alia de iisdem hæc habet (*a*): *Oret tamen tua beatitudo, & sanctis Ecclesiis tranquillitatem postulet (pro ipsarum enim tempestate etiam nos gemimus, & lugemus, & lamentamur:) hanc enim, ut audivimus, Osroeni clerici ejecerunt, & sexcenta mala contra nos effuderunt, licet ego neque cum aliis Judex extiterim, neque decreti contra eos lati particeps fuerim; sed potius (ut novit beatitudo tua) communionem illis concedendam in Pascha te, oraverim. Sed facile est calumniatoribus, quæcumque velint, dicere: nos vero illam, quam Dominus pollicetur beatitudinem, consolatur: Beati enim estis (inquit) (b) cum maledixerint vobis homines, &c.*

(*a*) *Theod. epist. 87.*

(*b*) *Matt. 5.*

LXXXII. Quæ in Theodoretum sparsa calumnia.

Certe quidem dum has considero, quas adversus Theodoretum Edesseni isti calumnias multiplices subdole concinnarunt a quo nonnisi beneficia accepissent: nonnisi fuisse calumnias, quas multiplicibus accusationum capitibus adversus suum ipsorum Episcopum Ibam, a quo se læsos dolerent, iidem artificiose composuerunt, existimare licet. At quamvis quænam fuerint ejusmodi calumniæ, quarum causa alto sæpius ingemuit corde, non dicat: ex aliis tamen pluribus ejusdem Theodoreti epistolis assequi possumus, dum ad diversos scribens anxie queritur frequentioribus se calumniis appeti; quod dicerent duos ipsum prædicare Dei Filios, nempe quod Nestorianus esset, quasi duas in Christo una cum illo assereret esse personas. Porro intolerabilia hæc ipsi visa sunt: siquidem, ut habet Ecclesiastes (*c*): *Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius:* quamobrem in singulis ferme a se conscriptis epistolis suam struit cum fidei confessione defensionem, qua profitetur se damnare Nestorium, & non duas in Christo personas, sed duas naturas sub una confiteri persona. At de his modo hactenus.

(*c*) *Eccl. 7.*

Sub hujus anni Consulibus data extat S. Leonis Papæ epistola (*d*) ad Dorum Beneventanum Episcopum, qua eum vehementer redarguit, quod adversus regulas Patrum ausus esset recens ordinatos super alios antea adscitos presbyteros collocare: laudatque Paulum presbyterum, quod non passus sit ab Episcopo loco moveri, sed gradus sui prærogativæ tuendæ gratia apud ipsum Leonem Romanum Pontificem laudabiliter (ut ait) conquestus esset. Ut plane appareat, nihil adversum Christianam mansuetudinem & humilitatem tentari, neque adversus niti sancti Evangelii (*e*) instituta, quibus Christianus cedere suadetur, & abripienti pallium dare & tunicam, & & cogenti ad mille passus prodire, duo mille superaddere; dum quis arrogantem atque procacem legum contemptorem legitima disciplina coercendum curat, nequaquam permotus propriæ excellentiæ appetitu.

LXXXIII. (*d*) *Leo ep. 50.* Leo redarguit Episcop. Beneventanum.

(*e*) *Matt. 5.*

LXXXIV. Hoc præterea anno Suevis in Hispania regnantibus, ipsorum Rege Recciarium redditum Christianum Catholicum, qui res Hispaniarum prosecuti sunt tradiderunt (*f*): postea vero a fide Catholica deficientes, inhæsisse Arianis, atque demum iterum Catholicam religionem professos esse, cum Theodemirus eorum regno potitus est, Isidorus (*g*) testatur.

(*f*) *Vasc. Chronic. Hispan. Maria. rer. Hisp. lib. 5.*

(*g*) *Isidor. hist. Suev.*

Mu-

PAGIUS XV. *Moritur Rechila Suevorum Rex.*

*Ad num.* LXXXIV. Idacius in Chronico anno Abrahami 2464. qui Kalend. Octobris superioris Christi anni exorditur scribit: *Rechila Rex Suevorum Emeritæ gentilis moritur mense Augusto: cui mox filius suus Catholicus Rechiarius succedit in regnum, nonnullis quidem de gente suæ amulis, sed latenter: obtento tamen regno, sine morâ ulteriores regiones invadit ad prædam.* Rechila itaque, seu Rectila, ut Isidorus Hispalensis in Historia Suevorum eum appellat, hoc anno mortuus est, postquam regnasset *annis octo*, ut habet ibidem Isidorus, & primus ex Regibus Suevorum Christianam fidem amplexus est. Uxorem acceperat filiam *Theodorici* Gothorum Regis, ut tam Isidorus, quam Idacius testantur.

XVI. Theodosius *Kalendis Octob.* leges Novellas dictas confirmavit, ut videre est lib. 1. Novell. tit. 2. & Romam ad Valentinianum Imp. misit, ut in Occiduis partibus observari incipe-

*Leges Novellæ dictæ a Theodosio Jun. confirmantur.*

rent. Valentinianus vero Novella 1. lib. 2. tit. 13. jussit, eas in notitiam omnium perferri, *ut sicut uterque Orbis individuis ordinationibus regitur, iisdem quoque legibus temperatur*, inquit in sua Constitutione sub anni sequentis Consulibus data; Codex Theodosianus, ubi per Occidentem publicatus, receptus fuit, licet nulla expressa hac de re *Valentiniani* Constitutio occurrat, ut fuse ostendit Gothofredus in Prolegomen. Codicis Theodosiani cap. 3. Novellarum confirmatio X. Quinquennalium hoc anno exhibitorum manifestum indicium est.

Discordia inter Theodosium & Eudociam Augustam hoc anno exorta, & Paulinus Magister Officiorum occisus, ut anno CDXLVI. ostendimus. Conversio Cyri Panoplitis de qua etiam anno CDXLVI.



# Mutata vel adiecta a BARONIO hoc Tomo his signis ⇘ ⇙ notantur; rejecta hic vides.

ANn. *Chr.* 423. *in principio, ubi nunc legitur*, menses septem minus diebus duobus, *legebatur*, menses quinque & dies undeviginti.

*Ann. Chr.* 430. §. Theodosii igitur, *ubi nunc legitur*, successit hic Genedio, *usque ad ea verba*, Considera, *legebatur*, successit hic Quodvultdeo, qui Aurelio fuerat subrogatus.

*Ann. Chr.* 431. §. Illi tamen, *ubi nunc legitur*, a tempore quo Cyrillus & alii Episcopi ad Synodum convenerunt circa principium mensis Junii, *legebatur*, a tempore nimirum adventus Joannis.

*Ann. Chr.* 441. §. At quod non prætermittendum est, *pro his verbis*, Cum tamen etsi duo Eucherii, *usque ad ea verba*, hoc sæculo, *legebatur*, cum tamen nonnisi unum Eucherium, eumdemque Episcopum Lugdunensem antiquitas noverit: etenim nec Claudianus cum ejus meminit, nec Marcellinus in Chronico sub Consulatu Joannis atque Vararis, alium aliquem præter Episcopum Eucherium cognoverunt. Scimus tamen alium.

*Ann. Chr.* 442. §. Sub eodem Dioscori Consulatu, *pro his verbis*, non autem Vasatensis dicenda est a Vasatis, *usque ad ea verba*, Sed monemus, *legebatur*, sed cur non potius pro Vasense, Vasatensem dixerimus, a Vasatis civitate in Gallia Narbonensi? de qua Paulinus ad Ausonium:

*Quique superba tuæ contemnis mœnia Romæ,*
*Consul arenosas non dedignare Vasatas.*

Et Paulinus Junior in carmine Eucharistico:

*Exacto laribus patriis, tectisque crematis,*
*Obsidio hostilis vicina excepit in urbe*
*Vasatis patria majorum ipsa meorum, &c.*

Porro creditur hæc illa esse civitas, quæ modo vulgo dicitur Basas: fuisse quidem illam sedem Episcopalem Sidonius (*a*) in epistola ad Basilium his verbis declarat, dum illius Provinciæ deplorat calamitatem: *Burdegala, Petrogorii, Ruteni, Lemovices, Gabilitani, Helusani, Vasates, Convenæ, Auscenses, multoque major numerus civitatum, summis sacerdotibus ipsarum morte truncatis, nec ullis deinceps Episcopis in defunctorum officia suffectis.* Hæc ipse. Nos quidem libentius Vasatis ejusmodi Synodum celebratam dixerimus. Qui igitur ejus provinciæ anno superiori in Synodo Arausicana condixerant se hoc anno rursus ibidem conventuros, mutata sententia, eodem ferme tempore Vasatis ejusdem provinciæ civitate conventum egere.

(*a*) *Sidon. lib. 7. ep. 6.*

*Ann. Chr.* 444. §. Nullum quidem verius, *ubi nunc legitur*, ante annos quatuor, *legebatur*, ante annos septem. *Et paulo post, ubi legitur*, ante quatuor quidem annos, *legebatur*, ante septem quidem annos. *Et inferius, pro his verbis*, jam quartum annum, *legebatur*, jam septimum annum.

INDEX

# INDEX
## IN TOMUM SEPTIMUM
## ANNALIUM ECCLESIASTICORUM
# BARONII.

*Nota numeralis communis* Annum Christi: *Romana vero* Numerum Marginalem *significat*.

## A


Aberius cum Leontio legatus ex Concilio Armeniæ ad Proclum, 435. V.
Abibus filius Gamalielis, 414. IX.
Abibas Edeſſenus Clericus, 448. LXI.
Ablabius Clericus Edeſſenus, *ib.*
Abrahamius Eutychetem excuſat, 448. XXXIX.
Abuſus quamplures in Africanam Eccleſiam irrepentes S. Auguſtinus abſtulit, 418. XXXII. *& ſeqq.*
Acacius Epiſcopus Amidæ charitate debellat Perſas, 420. XXX. Ornamenta Eccleſiæ diſtrahit pro redimendis hoſtibus, *ibidem*
Acacius Beroenſis Epiſcopus accipit litteras a Theodoſio de pace Eccleſiæ, 432. XLVII. Admonetur a Cyrillo de Neſtorio, 430. XXIX. Favit Neſtorio, 430. XXX. Ejus ſimulata ſtudia, *ibid.* XXXI. Laborat pro Schiſmaticis & Neſtorianis, 431. CXXVI. Ætas ipſius, 431. CXXVII. Abſens ſuas vices delegavit Paulo Emeſeno in Synodo Epheſina, 431. CXXVI. Scribit contra Cyrillum & Memnonem ad Theodoſium Imperatorem, *ibidem.*
Acacius Epiſcopus Melitenus orans in Synodo vaticinatur de futura pace, 431. CXLV. Calumniam patitur hæreſis Theopaſchitarum, 431. CLXIII. Accipit literas a Cyrillo, 433. V. Exclamat contra libros Theodoſii Mopſueſteni, 435. II. Eſt clarus in Concilio Epheſino, 431. XXXVII.
Acclamationes populi Hipponenſis in electione Coradii, cum eum ſucceſſorem ſunt ſortiti, 426. XII.
Acclamationes erga Cyrillum tempore pacis, 432. LXXVII.
Acephalorum hæreticorum origo, 433. XXI.
Achemenidæ Perſarum nobiliſſimi, 420. XX.
Achilleus Epiſcopus Spoletinus mittitur Romam ab Honorio Imp. tempore ſchiſmatis, 419. XVI. Datum de ipſo reſcriptum ab eodem Imperatore, 419. XV.
Acta publica Collationis ut publice exponerentur, petit Auguſtinus a Marcellino Judice, 412. V.
Acta publica controverſiæ Paulini cum Cæleſtio habitæ, 412. XXII. XXIV.
Acta Romani Concilii de cauſa Sixti Papæ accuſati a Baſſo, 433. XXXI. Quæ veriora probentur, 433. XXXVII.
Acta de condemnatione Polychronii omnino ſpuria, 433. XXXVIII.
Acta Concilii Conſtantinopolitani, 448. XXV.
Actio Concilii Epheſini prima, 431. LII. *& ſeqq.* Secunda, 431. LIX. *& ſeq.* Tertia, 431. LXXIII. Quarta in adventu legatorum, 431. LXXX. Quinta, 431. LXXXII. Sexta, 431. LXXXVII. Septima, 431. XC. Octava, 431. XCI. Nona, in qua actum de damnatione hæreſis Pelagianæ, 431. XCVIII.
Actiones reliquæ Synodi Epheſinæ incertæ, 431. CI.
Actiones factæ cum Eutychete in Synodo Conſtantinopolitana, 448. XXXVI.
Acta Collationis recitanda annis ſingulis ante Paſcha, 412. VIII.
Acta Concilii Dioſpolitani quæſita ab Auguſtino, 415. LIII.
Acta Concilii Carthaginenſis contra Pelagium, 416. VI. VIII.
Acta electionis Eradii in coadiutorem & ſucceſſorem Auguſtini, 426. VI. *& ſeqq.*
Adamantius ex Judæo Chriſtianus, 415. XLIII.
Additamentum Symboli de proceſſione Spiritus Sancti conſtituit ut caneretur in Eccleſia Romana Benedictus Papa Septimus, 447. XXII.
Additamentum Symboli quando appoſitum fuerit, 447. XIX.
Additamentum Symboli plures populi recepere runt, 447. XX.
Adminiſtratio Imperii relinquitur a Pulcheria, 446. XXIII.
Adoratio Solis tollitur tanquam ſuperſtitioſa, 443. V.
Adrumetini monachi diſſenſionibus agitati ob queſtiones de libero arbitrio, 418. XXX.
Adventus Domini ad *judicandum proximus* exiſtimatus, 419. CVI.
Adventus Eutychetis in Synodum qualis, 448. XLV.
Aduri in Africa Memoria S. Stephani erecta, 416. XVIII. XXIV.
Ægyptiorum menſium ratio, 432. LXXV.
Aemilianus Epiſcopus interfuit Concilio Telepteni, 418. XXI.
Aetii proditio detecta in Bonifacium, 428. XIV. Idem vincit Francos, 428. XV. Eſt barbarorum ductor contra Occidentale Imperium, 425. IV. Compoſuit res cum Imperatore, *ibidem.* Occidit Felicem magiſtrum militum, 426. XXVII. Calumniis urget Bonifacium Comitem. 427. I. *& ſeq.* In ordinem redactus ad Hunnos confugit, 432. XC. Superat Burgundiones & Armoricos, 435. XV.
Afflictio dira Conſtantinopolitanæ Civitatis, 445. VI.

Africa quando primum audiit Pelagii hæresim, 412. XX. Eam depascuntur Wandali, 428. XII. Eam invadunt Wandali, 427. VIII. Vastant undique 428. I. Cur dedi Wandalis meruit, 428. II. IX. Plures in ea erectæ Ecclesiæ in honorem S. Stephani protomartyris, in quibus ejus reliquiæ collocatæ, 416. XVII. Ejus provinciæ divisæ a Genserico, 439. XXX. Ejus cladem deplorat Augustinus obsessus Hippone, 430. LXXVII. *& seq.* Universa a Wandalis occupata, 440. III.

Africana Ecclesia, variæ ejus Ecclesiæ acceperunt reliquias protomartyris Stephani ab Orosio, 416. XVI. *& seq.* Eadem Ecclesia laborat in Pelagianis destruendis, 419. LVII. Concussa est persecutione Genserici Regis, 437. I. *& seq.* Legit passiones martyrum, 419. XCVI. Quæ passa capta Carthagine, 439. XXX. *& seq.*

Africani Episcopi præcavent ne Pelagius absolutus in Concilio Palæstino reciperetur ab Innocentio Papa, 416. VII. Excitati ab Orosio contra Pelagium, 416. V. *& seq.* Quam mansuete egerint cum Donatistis seipsos interimentibus, 414. VII. Scribunt ex Conciliis Carthaginensi, & Milevitano ad Innocentium Papam contra Pelagium, 416. X. *& seq.* Delegant S. Augustino opus, ut scribat contra Pelagianos errores, 416. XV. Non negarunt appellandi jus ad Apostolicam Sedem, 419. LXXIV. LXXXII. Convicti ex suis ipsorum scriptis, 419. XCI. Receperunt canones citatos a Romano Pontifice, 419. XCV. Confirmationem petunt a Bonifacio canonis editi ab ipsis de Scripturis canonicis, *ibidem* Legationem mittunt in Orientem, 419. XCVI. *& seq.* Scribunt ad Zosimum querentes de admissis Pelagio & Cælestio ad audientiam, 418. III. *& seq.* Eosdem Honorius vocat ad Synodum, 419. XX. XXIII. Revocat sedatis jam rebus, 419. XXXVI. Iidem quomodo tumultuati occasione appellationis ad Rom. Pontificem, 419. LXVIII. Consulunt Augustinum, an fugiendum tempore Wandalicæ persecutionis, 418. X. *& seq.* Frequenter appellare consueverunt ad Sedem Apostolicam, 419 LXXVI. Idem navibus impositi expulsi ad Campanum littus deducti, 439. XXXI.

Africanorum libidinum cloacæ per Wandalos expurgatæ, 428. LX.

Africanorum immania peccata, 428. IV. *& seq.*

Agricola Præfectus Prætorio quid contra Pelagianos, 420. IV.

Agricola Pelagianus Episcopus Britanniam hæresi Pelagiana infecit, 429. I.

Alani spondent Honorio pacem, 415. LXII. Commixti Wandalis depascuntur Africam, 430. LXXVI.

Albinus pro Albina, 419. CIII.

Aleæ rerum mundanarum sæpe invertuntur, 441. I.

Alemanni permissi ab Aetio grassari in Gallias, 435. XV. Eorum Rex a S. Germano repressus, 435. XVIII. His occurrit S. Germanus legatus, *ibidem.*

Alexander Apameæ Episcopus cum Alexandro Hierapolis præmissus a Ioanne Antiocheno Ephesum, 431. XL. *& seq.* Idem Nestorianus, 431. LXX.

Alexander Hierapolis præmissus a Joanne Antiocheno Ephesum, 431. XXXVIII. Idem Nestorianus, 431. LXX.

Alexander Episcopus Antiochenus quid Constantinopoli pro restituendo Joannis nomine conatus sit, 412. XLVIII.

Alexandrina Synodus sub Cyrillo adversus Nestorium, 430. L.

Alexandrinorum acclamationes tempore pacis initæ cum Orientalibus, 432. LXXVI.

Alexandrini Christiani quid passi a Judæis, 415. XLI. *& seq.*

Alexandrini Episcopi totius Orientis sibi præsulatum vendicant, 439. IV.

Alexandrinorum & Antiochenorum Episcoporum vetus altercatio diœceseos causa, 431. LXX.

Alypius Episcopus Tagastensis per Innocentium legatum scripsit ad S. Hieronymum, 419. XCVIII. Romam veniens excipitur a Bonifacio Papa, 419. XLVI. Ejus legatio ad Honorium Imperatorem, 419. XLVI. LIV.

Alypius Consul quando, 447. I.

Alypius Constantinopolitanus clericus legat Candidianum diaconum ad Episcopos Synodi Ephesinæ, 431. CXLII. Ejus labores & constantia pro fide Catholica, 431. CXLIV.

Alleluja vocis symbolo victi sunt hostes, 429. XIX.

Altaris velamina quo honore sint habenda, 412. XLII.

Amissio religionis facit ut omnia corruant, 446. XXVII.

Amandus Burdegalensis Episcopus conservator scriptorum S. Paulini, 431. CXCVIII.

Ammonius monachus caput percutit Orestis Ægypti Præfecti, 415. XLIII. Dat ipse pœnas sceleris, *ibidem.* Ejus corpus reconditum, 415. XLV.

Amplitudo Ecclesiæ Antiochenæ, 448. XVIII.

Ampulla Sanguinis S. Stephani cum fragmine ossium per Gaudiosum Episcopum translata Neapolim, 416. XX.

Anabaptistas Theodosius severe punit, 413. XXVIII.

Anastasius presbyter promulgator hæresis Nestorianæ Constantinopoli, 428. XXXVII. *& seq.*

Anastasius Syrus propugnator, Nestorii 431. XCVII.

Anathematismi Cyrilli ex Concilio Alexandrino, 430. LVI. *& seqq.*

Anatolius Præfectus Orientis tempore belli Persici, 420. XXXII.

Anatolius Edessenus Clericus, 448. LXI.

Ancilla Africana nobilis captiva redimitur, 440. XIV.

Anconæ lapis quo lapidatus est S. Stephanus, asservatus, 416. XVI.

Andreas Episcopus Samosatenus jussus a Nestorio scribere contra Cyrillum, 430. LXI. Quando scripsit contra S. Cyrillum, 431. CLXXXIII. Pro mercede accepit Episcopatum Samosatensem, *ibid.* Defensor librorum Theodori Mopsuesteni, accusator Rabulæ Episcopi Edessæ, 435. IV.

Andreas diaconus & Notarius Concilii Constantinopolitani, 448. XXVIII.

Angelus in habitu pastoris Asparem ducit, 425. II. *& seq.*

Anianus pro Valeriano Pelagiano homine, 417. XVI.

Animæ Sanctorum egrediuntur interdum ut columbæ, 440. XVII.

Animarum origo unde, antiqua in Ecclesia quæstio, 414. XV. 415. XXXV. XXXIX.

Animi demissio utilis considerando propriam personam, 440. II.

Animi celsitudo utilis considerando dignitatem, in qua quis sit positus, *ibid.*

Anthropomorphitarum hæresis in Africa pullulat, 420. X. *& seq.*

Antiochia accessione aucta pomeriorum, 439. VIII. *& seq.*

Antiochena Synodus sub Joanne Episcopo, 432. LIV. *& seq.* In qua damnatur Nestorius, *ibidem.*

Antiochenam Ecclesiam a Nestorio liberare satagit Cælestinus Papa, 432. XIII.

Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus Joannes, inde Dominus, 436. XII.

Antiochenæ Ecclesiæ amplitudo, 448. XVIII. Ejus





Ejus jura Dioscorus usurpare nititur, 418. XVII.

Antiochenorum & Alexandrinorum vetus contentio diœceseos causa, 431. LXIX.

Antiocheni Eudoxiam statua honorarunt, 439. VI.

Antiochenum Concilium de libris Theodori, 433. X.

Antiochenus Episcopus subiici nolebat Alexandrino, 439. XLIII.

Antiochus eunuchus Consul, & illius casus, 431. I. Ejus occasione lex est lata contra eunuchos, 431. II. Qui laboravit in Codice Theodosiano, *ibid.*

Antiquo Symbolo Apostolico cur semper usa Romana Ecclesia, 447. XXIII.

Antonini Episcopi Constantinop. ad Arcadium exhortatoria epistola ad martyrium, 437. III. *& seq.*

Antonius de Aquino bene meritus de Ecclesiastica antiquitate, 431. XV.

Antonii Episcopi Fussalensis ordinatio facta a S. Augustino extemporanea, 424. IV. Ejus crimina, 424. VI. *& seq.* Privatur Episcopatu, *ibid.* Ejus petulantia, *ibid.* Ejus causa, 419. LXXVIII. *& seqq.* Quid de eo statuit Bonifacius Papa, *ibid.*

Antonius Episcopus Germæ occisus a Macedonianis, 418. XXVIII. *& seq.*

Aphrodisius Tribunus Notarius missus ab Honorio Imp. Romam ob schisma obortum, 419. I.

Aphtonius mittitur Romam ab Honorio Imperatore, 419. XI.

Apiarii Africani presbyteri causa, 419. L. LXX. Ejus confessio spontanea, 419. LXXII.

Apinianus pro Piniano, 419. CIII.

Apollinaris hæresis adversaria Nestorianæ, 428. XLI.

Apollinaristæ nominati Orthodoxi omnes a Nestorianis, 435. IX.

Apologia de juribus Principalibus defendendis damnatur, 447. VIII.

Apostolica Sedes cum dicitur, per excellentiam intelligitur Romana Ecclesia, 416. XI.

Apostolica Sedes. *Vide*, Papa.

Apparitura militaris quando adhiberi solita ab Ecclesia Romana in executione sententiarum, 419. LXXXI.

Apparitio Cometæ, 444. XXXIV.

Apparitio magni prodigii, 446. IX.

Appellationes frequentes ad Apostolicam Sedem tempore Augustini, 419. LXXV. XCI.

Appellationum ad Romanos Pontifices occasione quomodo tumultuati sunt Episcopi Africani, 419. LXVIII. *& seq.*

Appellationis ad Apostolicam Sedem juri Episcopi Africani non sunt refragati, 419. LXXIV.

Appellationes frequentes ad Romanum Pontificem, 432. LXXXVII.

Appellandi vetus usus ad Sedem Apostolicam ab Augustino probatus, 419. LXXV.

Appellat Cælestius hæreticus condemnatus Carthagine ad Romanum Pontificem, 412. XXV.

Apringius Episcopus in Syria una cum aliis monet Nestorium se corrigere, 430. XLII.

Apum instar crescit populus Dei, 442. II.

Aqua ad baptismi ministerium sponte scaturit, 417. LIV. Idipsum in Lucania & aliis in locis, *ibid.*

Aquila volans visa super caput Marciani postea Imperatoris, 431. CXXXIX.

Aquis Tibilitanis Memoria S. Stephani erecta, 416. XVIII. XXIV.

Aquitaniæ clades illata a barbaris, & causa, 412. XIII.

Aquitanorum corruptissimi mores, 412. XXXIV.

Aquitani Episcopi qui hoc tempore sanctitate floruerunt, *ibid.*

Arausicanum Concilium in Gallia celebratum, 441. III.

Arcadia filia Eudoxiæ Imperatricis virginitatem Deo dicavit, 416. XXXVI.

Arcadii Imperatoris filiæ omnes virginitatem Deo dicarunt, 416. LXIII.

Arcadius Episcopus cum collegis legatus ab Apostolica sede ad Concilium Ephesinum, 431. XIV. Profectus Constantinopolim, 431. CXLVII.

Arcadius cum sociis martyr in Africa sub Genserico, 437. I. *& seqq.*

Archelaus Episcopus in Syria una cum aliis monent Nestorium se corrigere, 430. XLIII.

Archimandritæ exurgunt pro fide Catholica & pro Patribus Ephesi detentis contra schismaticos & hæreticos Nestorianos, 431. CXIII. Procedunt ad regiam una cum Monachis, 431. CXIV.

Ardaburius dux a Theodosio in Joannem tyrannum missus captus, 424. XIII.

Arelatensis Ecclesia turbata a Constantio magistro militum, 412. XL. Eadem in Galliis antiquissima, a S. Trophimo S. Petri discipulo erecta, 417. XL. Ejus Ecclesiæ, Episcopi, Vicarii Romani Pontificis dicti, *ibid.* De ejusdem Ecclesiæ privilegiis conservandis Zosimi Papæ epistolæ ad diversos, 417. XL. XLIX. *& seq.*

Arelatensis & Viennensis Episcopi de primatu rixabantur, 445. XI.

Arelatensis Civitas dicta Romæ Gallula, 445. XII.

Ariani a Nestorio exagitati suæ ipsorum Ecclesiæ ignem iniiciunt, 428. XXIII. A Theodosio lege præstricti, 423. IV.

Aristolaus Tribunus Notarius mittitur a Theodosio Antiochiam pro pace inter Episcopos concilianda, 432. XL.

Arma foris relinquit Imperator Theodosius, antequam ingrediatur in Ecclesiam, 431. III. *& seq.*

Arma a Divina providentia ante parantur, quam instet prælium, 446. XIII.

Arma spiritualia sunt doctorum opuscula, 448. LXVIII.

Arma miscere rebus Ecclesiasticis non licet, 445. X.

Armati vetiti ingredi in Ecclesiam, *ibid.*

Armenium Concilium contra Nestorianos edentes libros Theodori Mopsuesteni, 435. IV.

Armentius adversarius S. Britii a Deo corripitur, 432. LXXXIX.

Armorici cum Burgundionibus ab Ætio victi, 435. XV. Eorum causa S. Germanus ad Imperatorem Ravennam proficiscitur, 435. XVIII. Iterum rebellant contra Imperatorem, 435. XXI.

Arreptitia virgo absque cibo humano vivebat 434. XV. *& seq.* Dei ope curata, *ibid.*

Arthemisia Judæa filia Lettori Præfecti provinciæ Hispaniarum ad fidem conversa, 418. LXVIII. *& seq.*

Arundine clausæ missæ litteræ per tabellarium mendicum præseferentem a Concilio Ephesino Constantinopolim, 431. CVIII. Quid illis lectis factum sit, 431. CXIII.

Asclepas Episcopus Chersonensis ab Imperatore veniam deprecatus pro reis, 419. CX.

Asclepiades Notarius in Concilio Constantinopolitano, 449. XIV.

Ascodrogitæ hæretici lege Theodosii repressi, 428. XXV.

Asellus presbyter Romanus legatus a Zosimo Papa cum collegis Carthaginem, 418. LXXVII. & 419. LIX.

Aspar dux exercitus Ravennam ducitur ab Angelo, 425. II. In Africa vincitur, 431. XIII.

Aspebetus dux Saracenorum quomodo conversus ad fidem, 420. XXXI. Is baptizatus, Petrus nominatur, & fit Episcopus Saracenorum, 420. XXXVI. *& seq.*

Aſperitas & immanitas Hunnorum, 444. XXXVI.
Aſſertiones Catholicæ adverſus errores Pelagii, 415. XXIII.
Athanaſii exemplum propoſitum imitandum, 430. XXVII.
Ataulphus Rex Gothorum, 412. II. Cum illis tranſit in Gallias, ſed inimicus evaſit, 412. XXXVII. Ei ſuccedit Wallia Rex Gothorum 415. LX. Occiſus a ſuis Gothis, 414. I. Atque una ſex ejus filii, quod epitaphium ipſius Barcinone ſepulti teſtatur, *ibid.*
Attalus Imperatorem adhuc agens in Galliis a Gothis ſuis pulſus, 412. XXXVII. Tyrannidem iterum ſumit in Galliis, 414. VII. Captus manu truncatur, 415. LIX. Concedit ei vitam Honorius, *ibid.* Gentilium ſocius Labarum reiicit, *ibid.* Ejus numiſma, *ibid.* Ante currum Honorii iterum triumphantis ducitur, 417. LX.
Atticus presbyter Conſtantinopolitanus admonitus Theophili caſu nomen Chryſoſtomi in Diptycha reſtituendum curavit, 412. XLVI. Egit litteris cum Cyrillo, ut nomen Joannis referretur in ſacras tabulas, *ibid.* Ejus epiſtola ad Cyrillum, *ibid.* Alia ejuſdem ad Petrum, & Ædeſium eodem argumento, *ibid.* Cogitur reſtituere in ſacras tabulas *nomen Joannis Chryſoſtomi*, 412. XLIX. Scripſit ad Reginas filias Arcadii Imperatoris librum de *Fide & Virginitate*, 416. XXXVI. Auctor Theodoſio ut dilaret jura Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, 421. III. Laudatus a Cæleſtino Papa, 432. XIII. Ejus epiſtola ad Calliopum de eroganda eleemoſyna, 425. XXI. Moritur, 425. XIX. Laudatus a poſteris ob res bene geſtas contra Pelagianos, *ibid.* Vetuit coli Sabbatium, *ibid.* Ejus munificentia erga pauperes prædicata, 425. XXI. Qui etiam hæreticis eleemoſynam faciendam præcepit, *ibid.*
Attila Rex Hunnorum depopulatur civitates & caſtella, 442. I. Occidit Bledam conſortem regni, 444. XXIV. Fuit Ethnicus ſuperſtitioſus, 444. XLI.
Auctoritas Papæ etiam æſtimata apud Arianos 447. XVIII.
Auctoris invectiva adverſus Hagiomachos, 416. XXVII. Ejus gratiarum actio pro muneribus a Deo impertitis, *pag.* 533.
Audax Epiſcopus incenſor templi idoli, 440. XVIII. Reſtituere illud negat & martyrium ſubit, *ibid.*
Audiani hæretici lege Theodoſii damnati, 428. XXV.
Audientia denegata a Sixto Papa Juliano Pelagiano pœnitentiam præferenti, 439. XLV.
Auguſtinus qua occaſione confecit Breviculum, 412. VIII. Agit apud Marcellinum Judicem ut Acta collationis publice exponerentur, 412. V. Intercedit pro Donatiſtis ſacrilegis & homicidis apud Marcellinum Judicem, 412. IV. Profecturus ad Cirtenſe Concilium in via confert cum Fortunio Donatiſtarum Epiſcopo, 412. IX. Ejus lucubrationes poſt Collationem, 412. XV. Agit de converſione Voluſiani, 412. XVI. XVIII. Ejus ſcripta ad Voluſianum quam diſerta, 412. XX. Auctor Demetriadi ſacræ virgini, ut magis proficeret ſæculum abdicando, 413. XIV. Ejus epiſtola de conſecratione Demetriadis, 413. XV. Propinat antidotum veneno hauſto ex epiſtola Pelagii ad Demetriadem, 413. XVIII. & *ſeq.* S. Julianæ ne labatur in errorem Pelagii præſto eſt, *ibid.* Qua occaſione ſcripſit de Gratia Chriſti, *ibid.* Ejus ſcripta ad Julianam & Probam, 413. XXI. Dulcitium Tribunum admonet, quomodo ſe gerere debeat in cauſa Donatiſtarum, 414. IX. Interpellatur ab Oroſio adverſus hæreſes, Priſcilliani, Victorini, & Origenis labefactantes Hiſpanias, 414. X. & *ſeq.* Scribit adverſus Priſcilliani & Origenis errores, 414. XII. In S. Hieronymum reiicit quæſtionem de origine animarum, 414. XV. Alios detexit errores Pelagianæ hæreſis, 415. XXIV. Ejus conſortio in dimicando contra Pelagianos gloriatur S. Hieronymus, 415. XXXI. Admonet Joannem Epiſcopum Hieroſolymitanum, 415. XXXIV. Petit Acta Diſpolitana, *ibid.* Quid per Oroſium cum S. Hieronymo, 415. XXXV. & *ſeq.* Magna obſervantia coluit S. Hieronymum, *ibid.* Ei detulit S. Hieronymus, 415. XXXVI. Idem & Aurelius duces in bello contra Pelagium, 416. IX. Ejus & collegarum litteræ privatæ & ſecretæ ad Innocentium de non recipiendis Pelagianis, 416. XI. Ei delegatur ab Epiſcopis Africanis, ut ſcribat contra Pelagianos, 416. XV. Naviter agit adverſus Pelagianorum errores ſcribens, *ibid.* Accepit ab Oroſio reliquias Sancti Stephani protomartyris, 416. XVI. & *ſeq.* Dividit reliquias S. Stephani in alias Eccleſias, 416. XIX. Quando ſcripſit ad S. Paulinum adverſus Pelagii errores, 417. XII. XIV. Excuſat atque defendit Zoſimum Papam, 418. VII. Calumniam paſſus a Juliano Pelagiano, 418. XXVIII. Exagitat Pelagianos annis decem, *ibid.* Conciliare ſtudet monachos Adrumetinos, 418. XXX. Ejus legatio a Zoſimo Papa cum Collegis in Cæſaream Mauritaniæ, 418. XXXII. Contulit cum Emerito Epiſcopo Donatiſta, *ibid.* Quando ſcripſit de correctione Donatiſtarum, 418. XXXV. Abſtulit pravum morem a Cæſarienſibus inter ſe ipſos joco dire pugnantibus, *ibid.* Abſtulit balationes, & ſaltationes, atque alias ſuperſtitiones ab Eccleſia Africana, 418. XXXVI. Redarguit negligenter audientes Miſſas, 418. XXXVIII. Ejus ſcripta anno ſuæ Legationis, *ibid.* Mittit libros a ſe ſcriptos ad Bonifacium Papam, 419. XLVII. Suos libros recognoſcit, & eorum errores retractat, 419. LII. Qua occaſione ſcribere cœpit contra Julianum Pelagianum, 419. XLVI. & *ſeq.* Per Innocentium ſcripſit ad S. Hieronymum, 419. XCVIII. Exagitatus a Fuſſalenſibus ob datum ipſis ab eo Antonium Epiſcopum hominem nequiſſimum, 419. LXXIX. Quando & qua occaſione ſcripſit ad Heſychium de noviſſima die, 419. CVI. Agit contra Vincentium Victorem, 420. VIII. Et tandem convertit eum, 420. X. Cum quibus hæreticis lenitate agendum putavit, *ibid.* Quomodo agendum putavit, cum Epiſcopo Antropomorphita, 420. XI. Ejus literæ ad Bonifacium Comitem quales, 422. IV. De raptore ſacræ virginis iterum ſcribit ad Bonifacium, 422. V. Eſt exemplum ſacerdotalis manſuetudinis, 422. VII. Publice contulit cum Paſcentio Comite Ariano, 422. VIII. Redarguit Bonifacium abſtrahi jubentem qui confugerat ad Eccleſiam, 422. XIII. Ejus ad ipſum data epiſtola, *ibid.* Ejus epiſtola ad Bonifacium Comitem de Caſtino recepto, 424. III. Extemporanee ordinat Antonium Fuſſalenſem Epiſcopum, 424. IV. Ad Cæleſtinum Papam pro Fuſſalenſibus contra Antonium agit, *ibid.* Timet executionem Apoſtolicæ Sedis cum apparitura, *ibid.* Ejus epiſtola ad Bonifacium Comitem de conatu tyranni, 424. XI. Deligit ſibi Eradium coadiutorem & ſucceſſorem, 426. VII. Cur otium optet, *ibid.* Recognoſcit omnia ſua ſcripta, & retractat quid ſibi videtur, 426. XIV. Quæ autem prætermiſerit, 426. XVII. Ab inſtituto revocatur libris Juliani, 426. XVI. Quando abſolvit libros de Civitate Dei, 426. XVIII. Ejus ſcripta carpuntur in Galliis, *ibid.* & 431.





CLXXXIV. Ejus ſcriptorum defenſores Proſper & Hilarius, 431. CLXXXVII. Ejus ſumma animi demiſſio, 426. XXI. & *ſeq.* Qua arguitur ipſum eſſe afflatum Divino Spiritu, *ibid.* Exagitatus calumniis adverſariorum, 426. XXIV. Eſt celeberrimus ubique, *ibid.* Hortatur Bonifacium, & ſpe bona erigit, 427. V. Ejus epiſtolæ duæ ad Bonifacium Comitem vallatum hoſtibus, *ibid.* Cur Laconicum interdum ſcribendi genus affectat, 427. VII. Admonet Bonifacium Comitem, 427. VI. Eum pœnituit revocaſſe Bonifacium Comitem a propoſito ſæculi deſerendi 427. XI. & *ſeq.* Ejus luctus de capta a Wandalis Africa, 428. VIII. Ignoratus mortuus vocatur ad Concilium Epheſinum ab Imperatore Theodoſio, 430. LXXIV. Ejus obitus tempus, 430. LXXV. Deplorat cladem Africanam, 430. LXXVII. & *ſeq.* Ejus ſermo tempore obſidionis, 430. LXXIX. Moriturus ægrotans, ægrotum ſanat, 430. LXXXV. Ejus præparatio ad obitum, *ibid.* Moritur, *ibid.* Ejus ſcripta Dei ope ſervata, 430. LXXXVII. & *ſeq.* Poſſidii in ea re vigilavit induſtria, *ibidem*. Laudatur a Cæleſtino Papa, 431. CLXXXV.
Avitianus impius miraculis ex S. Stephani reliquiis confunditur, 416. XXII. & *ſeq.*
Aviti duo peregrinantes hæreſes Origenis & Victorini vehunt in Hiſpaniam, 414. X.
Avitus promulgator hæreſis Origenis tentat S. Hieronymum, 414. XI. & *ſeq.*
Avitus Hiſpanus presbyter tranſtulit in Latinum Luciani ſcriptum de inventione reliquiarum S. Stephani, 415. II. Ejus epiſtola ad Balchonium Epiſcopum Bracharenſem, 415. III.
Aulici aliqui omnia miſcent ut in inimicos evomant iras, 446. XXIII.
Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis & Auguſtinus duces in bello contra Pelagium, 416. IX. Accipit litteras a Zoſimo Pontifice Romano, 418. XXV. Vocatur ab Honorio Imperatore ad Synodum Spoletinam, 419. XXII. Ejus epiſtola contra Pelagianos, 419. LVIII. & *ſeq.*
Auris integra alteri eſt ſervanda, 444. XXI.
Auſonii Galli poſteritas, 412. XXXVIII. & *ſeq.*
Auſonius Gallus atavus Paulini Conſularis, 412. XXXIX.
Auxilium divinum primo implorandum, 440. I.
Auxilium implorat Theodoretus pro Populo a Pulcheria Auguſta, 444. XLIV.
Auxilium ab Imperatore dabatur Romano Pontifici, 445. XV.
Auxilium divinum adeſt, ubi ceſſat humanum, 446. II.
Auxilium Principum ſemper imploratur ab Hæreticis, 448. XLII.

# B

Balationes & ſaltationes auferre niſus eſt Sanctus Auguſtinus ab Eccleſia Africana, 418. XXXVI.
Balchonius Epiſcopus Bracharenſis, 415. VIII.
Baptiſmus Judæi iteratus, 419. CVIII.
Baptiſmus Arianorum reſpuitur, 419. CIX. Item Macedonianorum, *ibid.*
Baptiſmalis aqua ſponte ſcaturiens excreſcens tempore ſolemnis baptiſmi, 418. LIV. & *ſeq.*
Baptiſterium Conſtantini a Sixto Papa ornatum, 440. V.
Baranes Rex Perſarum perſecutionem excitat in Chriſtianos, 420. XVI.
Barbari vaſtant Imperium Occidentale, 440. III.
Barbari Chriſtiani effecti manſuefcunt, 444. XL.
Barbaris cur dedi meruit Romanum Imperium, 412. XXXII. Prævalent ubi hæreſes vigent, 412. XXXIX. Reconciliati Honorio Imperatori inter ſe mutuo conflictati. 415. LXVIII. Vocati a Joanne tyranno per Actium, 425. IV. Ejus opifices navium conficiendarum mittentes pœna digni, 410. CX In Imperium Romanum conſpirantes icti fulmine, 425. XI. Facile debellantur, ſi hæretici pellantur, 428. XXI.
Barbarica clades in Africa, 427. XIV.
Baſilica S. Petri ad Vincula Romæ ab Eudoxia Auguſta erecta, 439. *VII.*
Baſilica Romæ Sanctorum Gervaſii & Protaſii martyrum ab Innocentio Papa dedicata, 417. *VI.*
Baſilius Theſſaliæ Epiſcopus Neſtorianus, 431. LXIX.
Baſilius Diaconus defert Cyrillo Epiſcopo Alexandrino Procli ſcripta Armenorum, 435. VI. & *ſeq.*
Baſilii Epiſcopi Epiſtolæ ad Innocentium alium atque diverſum a Romano Pontifice, 417. VII. & *ſeq.*
Baſilius hæreticus Græcus cum duobus Avitis vehit hæreſes Origenis in Hiſpanias, 414. X.
Baſſianus Epiſcopus Epheſinus deponitur, 447. XXVI.
Baſſula diaconus legatus ab Epiſcopo Carthaginenſi ad Concilium Epheſinum, 431. XXIII.
Baſſus exconſul accuſator Sixti Papæ, 433. XXXI. Damnatur, 433. XXXIII. Ejus ſepultura, 433. XXXVII.
Bellum inter Chriſtianos & Judæos in inſula Minoricenſi, 418. XLVII. Cum Joanne tyranno geſtum, 424. XIII. Perſicum ſub Theodoſio Imperatore, 420. XXV. & *ſeq.* Britannorum cum *Pictis*, 429. XVIII. Theodoſii adverſus Genſericum in Africam, 431. CXL. & *ſeq.*
Bellum movetur a Theodoſio Imperatore contra Wandalos, 441. XVIII.
Benedictus Papa VII. conſtituit, ut caneretur Symbolum in Miſſa, 447. XXIII.
Beneventanus Epiſcopus a Leone redarguitur, 448. LXXXIV.
Beniamin diaconus martyr in Perſide dira paſſus, 420. XXII.
Berythenſe judicium in cauſa Ibæ, 448. LXI.
Bethlehemiticum monaſterium a Pelagianis invaſum, 416. III.
Bibliotheca Theodoſii Imperatoris, 415. LIII.
Bigami aliquando ordinati Epiſcopi, 448. X.
Bigami qui fuerint facti Antiſtites, *ibid.* In eos decretalis S. Leonis, 443. *VII.*
Blaſphemiæ Neſtorii ante Synodum Epheſinam, 431. XXXIX.
Blaſphemiæ Eutychetis deteguntur, 448. XLI.
Bleba ſuper Hunnos principatur, 442. I.
Bleſilla Paulæ filia Primogenita, 419. CI.
Boa inſula in quam Jovinianus relegatus eſt, 412. XXVI.
Bona Eccleſiaſtica noluit ſubjacere publicis exactionibus Honorius Imperator, 412. XXVIII.
Bona multa operatur tribulatio, 440. IX.
Bona ſubditorum corporalia curentur poſt ſpiritualia ab Epiſcopis, 444. XLVI.
Bonifacius Comes ſocer Sebaſtiani Comitis confeſſoris, 422. III. Confert ſe in Africam, & S. Auguſtino familariſſime uſus, 422. II. Sæpe conſulit Auguſtinum, 422. III. & *ſeq.* Ejus ad Auguſtinum datæ litteræ plures, *ibid.* Ejus epiſtola ad Auguſtinum de raptore virginis, *ibid.* Confugientem ad Eccleſiam abſtrahit, 422. XL. & *ſeq.* Pœnitentia mox facinus expiat, *ibid.* Ejus veniam petentis ad Auguſtinum epiſtola, 422. XIII. Excipit Caſtinum Conſulem ſibi olim adverſarium, 424. I. & *ſeq.* Ejus litteræ de fuga Caſtini, 424. II. Ejus epiſtola ad Auguſtinum de conatu tyranni. 424. XII. Arte Aetii calumniis exagitatus, 427. I. Ei evenerunt mala omnia, quia non paruit Au-

Auguſtino, 427. XVII. Ejus fœdus cum Wandalis cauſam malorum omnium, *ibid.* Recedit a Wandalis, 428. XIV. *& ſeq.* Vincitur a Wandalis, *ibid.* Confugit Hipponem, *ibid.* Abdicat ſe a militia, 422. II. Patitur Caſtinum Magiſtrum militum infenſum, *ibid.* Ejus proſectio in Hiſpaniam, & affinitas cum barbaris inita in ſuſpicionem eum adducunt, 427. VIII. Vallatus hoſtibus auxilium quærit a Deo per Auguſtinum, 427. III. *& ſeq.* Quæ ad eum tunc datæ epiſtolæ, *ibid.* Quando iniit ſocietatem cum Wandalis, 427. VIII. Appetitus a Sigiſvulto cum exercitu, *ibid.* Quomodo in immania prolapſus crimina, 427. IX. Ejus olim ſanctum mentis inſtitutum, 427. XI. *& ſeq.* Ei quid ſuadeat Auguſtinus, 427. XV. Olim domitor barbarorum, jam factus imbellis, 427. XIV. In Africa iterum a Wandalis vincitur, 431. XIII. Ejus obitus, 432. XC.

Bonifacius Papa creatur, 418. I. Contra eum Eulalius ſchiſmaticus ſedem arripit, *ibid.* Ordinatur in Eccleſia S. Marcelli, 418. LXXX. Deprimitur a Symmacho, 419. I. Secedit in baſilicam S. Pauli, 419. IV. Ejus partis presbyteri libellum mittunt ad Honorium Imperatorem, 419. VIII. Ejus cauſa juſtiſſima, 419. XIII. E cœmeterio S. Agnetis revocatus in Urbem reſcripto Honorii, 419. XXXIII. Conſulturus futuris malis ſcribit ad Honorium Imperatorem, 419. XXXVIII. Commendat inſtanter Eccleſiam Honorio Imperatori, 419. XXXIX. Alypium Epiſcopum Tagaſtenſem amice excipit, 419. XLVI. Laborat adverſus Pelagianos, *ibid.* Quid decrevit de Antonio Epiſcopo Fuſſalenſi, 419. LXXIX. Confirmat canonem Africani Concilii de libris Canonicis, 423. XCV. Interpellatur contra Manichæos, 423. CVII. Coercet temeritatem Patrocli Epiſcopi Arelatenſis, 422. I. *& ſeq.* Ejus obitus, tempus Sedis, res geſtæ, 423. VIII. Sedes vacans, *ibid.* S. Felicitatis oratorium erexit, *ibid.* Ejus Epitaphium, *ibid.*

Bonifacii Papæ ſecundi nomine conficta epiſtola, 423. XCII. *& ſeq.*

Bonifacius presbyter Hipponenſis judicio poſtulatus mittitur Nolam ad S. Felicem, ut ſe juramento purgaret, 412. XXIX.

Borboriani hæretici lege Theodoſii damnati, 428. XV.

Breviculum qua occaſione ab Auguſtino confectum, 412. VII.

Britannia liberatur ab hæreſi Pelagiana per Cæleſtinum, 429. I. Iterum liberata per S. Germanum a Pelagianis, 435. XVII. Invaditur a Pictis & Scotis, 446. I.

Britanni audiunt S. Germanum Epiſcopum, & ab Errore Pelagiano liberantur, 429. XIV.

Britanni interpellant Aetium contra invaſores, 446. II. Eorum peccatis ira Dei ad ultionem excitata, 446. III. Eorum ſacerdotum ſcelera, 446. IV.

Britius Epiſcopus Turonenſis appellat Sedem Apoſtolicam, 432. LXXXVII. Oppreſſus ab adverſariis Dei nutu liberatur & reſtituitur, 432. LXXXVIII. XCVIII.

Burgundiones obtinent partem Galliæ, 413. XXVI. Unde Burgundi, & de eorum converſione, *ibid.* Se Romanorum ſobolem eſſe jactantes, *ibid.* Ab Hunnis laceſſiti ad Deum Chriſtianorum confugiunt, 413. XXVII. Effecti Chriſtiani, 413. XXVIII. Bellicoſiſſimi, *ibid.* Ab Actio victi, 435. XV. Ab Hunnis contriti, 444. XXXV.

# C

Cæciliani Judæi converſio & ſociorum, 418. LXIV.

Cæleſtianus Carthaginenſis commendatur, 440. VIII. Ejus laudes, 440. IX.

Cæleſtium hæreticum Carthagine oppugnavit Paulinus diaconus, 412. XXIV. *& ſeq.* Damnatur ab Eccleſia Africana Carthagine, 412. XXIII. Profitetur ſe ſequi Ruffinum Aquilejenſem, *ibid.* Quando Carthaginem venit, 412. XX. Damnatus Carthagine appellat ad Romanum Pontificem, 412. XXV. Ejus ſubdolæ artes in diſſeminandis hæreſibus, *ibid.* Cum Pelagio excommunicatus in Concilio Carthaginenſi, 416. VI. Romam venit cauſam acturus apud Innocentium Papam, 417. I. Romæ in baſilica S. Clementis viſus eſt recantare palinodiam, 417. XX. Ejus libelli oblati Zoſimo Papæ fragmentum, 418. VIII. Juſſus damnare objectiones Paulini recuſavit, 418. IX. *& ſeq.* Ejus tergiverſationes in examine Zoſimi ex libello Paulini, 418. XIII. Damnatus a Zoſimo Papa, *ibid.* Fallere conatus Zoſimum Papam, 417. XVII. Auditus, ſed non abſolutus a Zoſimo, 417. XVIII. Accuſat Lazarum & Herotem Epiſcopos, 417. XXI. Haud potuit omnino a Zoſimo ſperni, 417. XXXIX. Ejus atque Pelagii ſectatores legibus Honorii exagitati, 418. XX. *& ſeq.*

Cæleſtinus Papa creatur, 423. XIX. Ejus tempore agitata eſt cauſa de appellatione ad Apoſtolicam Sedem, 419. LXXIII. Quid in cauſa Antonii Epiſcopi Fuſſalenſis, 419. LXXIX. Interpellatur a S. Auguſtino in cauſa Antonii Epiſcopi Fuſſalenſis, 424. IV. Annuit petitionibus Auguſtini, 424. IX. Gallorum corripit perperam facta, 428. XVII. Certior redditur de electione Neſtorii quam probavit, 428. XXIII. S. Germanum mittit in Britanniam, 429. I. IX. *& ſeq.* Liberat, Britanniam ab hæreſi Pelagiana, 429. VI. *& ſeqq.* Mittit Palladium diaconum in Britanniam *ibid.* Per Palladium diaconum convertit Scotos, 429. II. *& ſeq.* Eumdemque Palladium creat Scotorum Epiſcopum, *ibid.* Ejus epiſtola ad Epiſcopos Apuliæ & Calabriæ, 429. XXI. Componit collapſam diſciplinam Eccleſiaſticam, *ibid.* Accipit libros Neſtorii per Antiochum, 430. XLII. Cyrillum inquirere jubet de Neſtorii ſcriptis, 429. XXVII. Ad Cyrillum ſcribit, 429. XXVIII. Eodem tempore accipit litteras a Neſtorio, & a S. Cyrillo, 430. I. Romæ congregat Concilium contra Neſtorium, 430. XII. Ejus epiſtola ex Synodo Romana contra Neſtorium ſcripta qualis, *ibid.* Subdole tentatur a Neſtorio, 430. VIII. Deplorat Neſtorii amentiam, 430. XV. Probat ſcripta a S. Cyrillo Alexandrino, 430. XXII. Præfigit Neſtorio terminum peremptorium, 430. XXIII. Comminatur anathema in Neſtorium, niſi reſipiſcat, 430. XVIII. Scribit ad Cyrillum, ut agat contra Neſtorium, 430. XXV. Suum Vicarium conſtituit Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum, 430. XXIII. Ut præcipuum caput in Eccleſia Catholica agit in omnibus, 430. XXIV. Mittit Phrygium ad Cyrillum Alexandrinum, 430. XXVI. Ad diverſos Orientales Epiſcopos de Neſtorio ſcribit, 430. XXVII. Ejus auctoritate collectum Concilium Epheſinum, 430. LXII. Legatos mittit ad Concilium Epheſinum eoſdemque executores ſententiæ ante ſe latæ contra Neſtorium, 431. VII. Ejus epiſtola per legatos miſſa ad Concilium Epheſinum, 431. IX. Ejus exhortatio ad Epiſcopos, ut agant pro fide Catholica, 431. XII. Ejus



Ejus epiſtola ad Theodoſium Imp. tempore Concilii Epheſini, 431. XVII. Ejus epiſtola ad Cyrillum eodem tempore, 431. XIX. Ejus ſtudium in curando Neſtorium, 431. XX. Ejus litteræ ad Synodum datæ lectæ cum damnatione Neſtorii, 431. XXIV. Pro Proclo reſcripſit, 431. LXXIV. Ejus epiſtola ſuffragatur electioni Procli Epiſcopi Conſtantinopolitani, 434. II. Ei Papæ debetur damnatio Neſtorii, 431. CLXXVIII. Inſurgit contra presbyteros Gallos impugnantes S. Auguſtinum, 432. CLXXIII. Laudat mirifice ſanctum Auguſtinum, 431. CLXXXV. Pelagianos urget, *ibid.* Ejus epiſtola laudata a S. Proſpero, *ibid.* Et a Græcis, 431. CLXXXIX. Ad Hibernos in fide inſtituendos S. Patritium promovet, 431. CXCI. Ejus Epiſtola ad Concilium Epheſinum quando data, 432. IV. Ante obitum reddidit litteras gratulatorias ad Orientales, *ibid.* Ante obitum feliciorem Eccleſiæ ſtatum videre meruit, 432. II. Litteris agit de liberanda Antiochena Eccleſia a Neſtorio, 432. XII. XIV. Quæ decernit de lapſis Epiſcopis reciniendis, 432. X. Ejus epiſtola ad Theodoſium Imp. 432. XII. Ejus epiſtola ad Maximianum Epiſcopum Conſtantinop. 432. XVII. Ejus epiſtola ad Clerum & populum Conſtantinop. 432. XX. Digne laudatur, 432. XXXIV. Ejus obitus, 432. XXXV. *& ſeq.* Ejus res geſtæ & conſtitutiones, *ibid.* Eum Neſtorii errore infectum fuiſſe imprudenter aſſerit Valla, cujus error refutatur, 432. XXXVI. Ipſo Pontifice erigitur in Aventino Eccleſia S. Sabinæ martyris, 432. XXXVII.

Cæſarienſes Mauritaniæ dira inter ſeipſos joco pugnantes redarguit & correxit S. Auguſtinus, 418. XXXV.

Cajus Cejonius Ruſius Voluſianus vir Gentilis longe a fide Chriſtiana, 412. XVII. *& ſeq.*

Calamæ in Africa memoria S. Stephani protomartyris, 416. XIX.

Calamitas Carthaginenſium extorrium, 440. VII.

Calimero oſtenſa divinitus oſſa Zachariæ Prophetæ, 415. LVII.

Callimorem poſitum pro Callinico, 431. CX.

Callinicum pro Callimoro reſtituendum in epiſtola ad Theodoſium, 431. CXI.

Calliopius Nicænus presbyter, ad quem Atticus, 425. XXI.

Calumniæ a Neſtorianis illatæ contra Orthodoxos qui Epheſi convenerunt, 431. CIX.

Calumniæ ab eiſdem in Cyrillum illatæ ſuperatæ, 429. XLI. 433. XVI.

Calumniæ aliæ ſparſæ contra Cyrillum poſt pacem, 433. II. *& ſeq.*

Calumnia illata in Sixtum Romanum Pontificem, 433. XXXIII.

Calumnia conturbat Sapientem, 448. LXXXIII.

Calumniæ contra Theodoretum, 443. XI.

Calumniæ libenter tolerandæ, 444. XXI.

Calumnias perfert Theodoretus, 444. XXII.

Calumniis ſe purgare debent Servi Dei, 444. XXVI.

Calumniis nec viri ſancti effugere poſſunt, 448. LXXXI.

Calumnias adverſariorum confutat Theodoretus, 448. XIII.

Cancellarii Magiſtratus, 419. XXIX.

Candidianus Comes Neſtorianus cuſtodiri jubet itinera, ne litteræ Synodi perferrentur ad Imperatorem, 431. LXXVII. Miſſus a Theodoſio curare quæ Synodi eſſent, 431. XLIII. Diaconus legatus ad Epiſcopos Epheſi detentos, 431. CXLII.

Canones octo Concilii Milevitani contra Pelagium, 416. X. Concilii Epheſini, 431. CI.

Canon Concilii Orientalis contra Maſſilianos, 427. II.

Canones Concilii Epheſini permixti cum decretis ſchiſmaticorum, 431. LXXIX. *& ſeq.*

Canon Nicæni Concilii nomine Sardicenſis quomodo citatus, 419. LXXIX.

Canones citati nomine Nicæni Concilii recepti ab Africanis Epiſcopis, 419. XCV.

Canonis Sardicenſis citati nomine Concilii Nicæni conſtata controverſia, 419. LXXXVII.

Canones citati de appellatione ad Romanum Pontificem, 419. LXXXIII.

Canonem divinæ ſcripturæ librorum confirmat Romanus Pontifex, 419. XCV.

Canopus in Ægypto liberatur a Dœmonum invaſione per ſanctorum martyrum reliquias, 414. XX.

Canus fugillans ſanctum Gregorium ipſe corrigitur, 439. XX.

Capitolium Conſtantinopoli, ubi ſcholæ erant artium liberalium, 425. XXIII.

Capraſius monachus Lerinenſis, 441. XVI.

Capreolus Epiſcopus Carthaginenſis poſt Aurelium, 430. LXXIV. Legationem mittit ad Concilium Epheſinum, 431. XXIII. Epiſtolæ ejuſdem ad Synodum, 431. XXIV. Alia ejuſdem epiſtola de Verbi Incarnatione, 431. XXVII.

Captiva ancilla Carthaginenſis redempta, 440. XIV.

Carcerati liberantur a S. Germano Ravennæ, 435. XX.

Cardinales interdum prælati Epiſcopis, 431. LXXXIII.

Carthago capta a Genſerico, 439. XVIII. Cur dedi Wandalis Deus permiſit, *ibid.* Ejus reliquias idololatræ Wandali demoliuntur, 439. XXXIV.

Carthaginenſe Concilium aliud in quo damnatus Cæleſtius, 412. XXIII. *& ſeq.* Aliud contra Pelagianos, 416. I. *& ſeq.* Tempus ejus, *ibid.* Ejus Concilii gerendi occaſio, 416. IV. Litteræ ex eo ad Innocentium Papam 416. VI. Aliud in cauſa Pelagii & Cæleſtii ſub Zoſimo Papa celebratum, in quo interfuerunt ducenti quatuordecim Epiſcopi, 418. I. Sequitur Innocentii Papæ decretum, 418. III. Inde ſcriptæ querelæ ad Zoſimum de admiſſo Cæleſtio ad audientiam, 418. V. Miſſa ab eo Synodica per Marcellinum ſubdiaconum, 418. VI. Paulini libellus inde miſſus ex quo Cæleſtius eſſet interrogandus, 418. VII. Aliud tempore Bonifacii Papæ, 419. LVIII.

Carthaginenſes nobiles trans mare eiiciuntur, 440. IV

Carthaginenſes nobiles multi ſervi effecti Wandalorum, *ibid.*

Carthaginenſis Epiſcopi legatio ad Synodum, 431. XXIII. Epiſtola ejuſdem, 431. XXVII.

Carthaginenſium amplitudo juncta cum luxu & injuſtitia, 439. XXVI. Eorum pravi mores, 439. XXVII. Magna ex parte adhuc idololatræ, *ibid.* Incorrigibiles, *ibid.* Subſannatores ſanctorum virorum, *ibid.*

Carthaginenſium extorrium calamitates, 440. VII.

Carthaginenſium innumera mala, 440. V.

Caſſianus ſcribit contra Neſtorium, 430. XC. Invectiva ejus in eundem Neſtorium, 430. XCI. Quid ad Conſtantinopolitanos, 430. XCIII. In Atticum infenſus, 430. XCIV.

Caſſiodorus expurgator Caſſiani, 433. XXIX.

Caſſiodorus Siciliam defendit, 440. V.

Caſtella & Civitates depopulatus eſt Attila, 422. I.

Caſtinus Magiſter militum in Bonifacium Ducem parum æquus, 422. II. Perſecutor Bonifacii Conſul creatus, fugere cogitur ad ipſum Bonifacium, 424. II.

Caſus miſerandi ex terræmotu orti, 446. VII.

Catenæ duæ Petri Apoſtoli donatæ Eudociæ a Juvenale Epiſcopo Hieroſolymitano, 431. XLIX.

Catena altera qua Petrus vinctus est Romæ sub Nerone, 439. VII.
Catenæ Petri anniversaria memoria agitur Constantinopoli, 439. V. & *seqq.* Eorum altera missa Romam ad Eudoxiam, & basilica illustrata atque miraculis, 439. VII. Una effecta ex duabus, *ibid.* Earum limatura reliquiarum loco impertiri solita, *ibid.*
Caterva dictus ludus bellicus Cæsarienſium, 418. XXXV.
Catholicæ assertiones adversus errores Pelagii, 415. XXIII.
Catholica fides, eadem Romana, 432. XLVIII. Ejusdem cognoscendæ symbolum, 431. XXXV.
Catholici in agendo contra hæreticos mansuetudinem cum humilitate servant, 429. XLI. & *seq.* A Nestorianis appellati Apollinaristæ, 439. IX. Eorum Symbolum, in scribendo tempore hæresis Pelagianæ, 418. XLIV.
Causa Antonii Episcopi Fussalensis, 419. LXXIX.
Causam ob levem non ferenda excommunicatio, 445. XIV.
Causæ Ecclesiasticæ magna maturitate tractandæ, 417. XXVIII.
Causæ majoris momenti solitæ deferri ad Romanum Pontificem, 416. X.
Celedensis pro Cenetensi perperam positum, 417. XVI.
Celenense Concilium quando celebratum, 447. XVII.
Celsitudo animi utilis considerando dignitatem in qua aliquis est constitutus, 440. II.
Census Principum essent relevandi, 444. XLV.
Cenetensis pro Celedensi restituendum apud S. Hieronymum, *ibid.*
Centuriatorum deliramenta, 419. XLII.
Censurius Episcopus Antissiodori, ad quem scripsit Vitam S. Germani Constantius, 429. IX.
Cereorum oblatio a populo fieri solita Episcopis, 438. XII. Eorum usus in processionibus 431. CXV.
Chalcedonense Concilium passum calumniam de receptis ab eo laudibus Theodori Mopsuestemi, 435. IX. XII.
Charitas est summa omnium virtutum, 448. XXI.
Christus virtus exercitus, 420. XXIX. Apparuit super montem Oliveti, 419. CVI. Ejus nomen nolentes licet & adversantes cogunt Judæi proferre, 418. LXX. LXXII. Ejus persona in Synodo per Evangelium in medio positum designata, 431. L. Ejus adventus ad udicandum adveniſſe tempus creditum, 419. CVI. Ejus fasciæ donatæ a Juvenale Episcopo Hierosolymitano Eudociæ Augustæ, 439. IV. Ei vane oblata Circensia, 439. XV.
Christus dat mansuetudinem Barbaris Christianis factis, 444. XL.
Christiana mansuetudo cum Donatistis adhibita, 414. VI.
Christiana religio propagata in Saracenos, 420. XXXI. & *seq.*
Christiana religio barbaros mansuetos reddit, 444. XL.
Christiani vincunt hostes charitate potius, quam armis, 420. XXXI. Ritu Gentilicio personati reprehenduntur, 439. XIV. Adversus Judæos insurgunt in insula Minoricensi, 418. XLVIII. In Persida persecutionem patiuntur, 420. XIX. & *seq.*
Christiani Alexandrini quid passi a Judæis, 415. XL. & *seq.* Catholici salvi ex naufragio, demersis Judæis & schismaticis, 413. XXVIII. Carthaginenses afflicti a Genserico, 439. XXX. & *seq.* Gazensium mores ubique corrupti, 412. XXXII.
Christiani veri semper permanent in fide, 440. VI.
Christotocon Mariam, quando impie dictum, 430. IV.
Chrysantius Novatianus Episcopus moritur, 419. CVIII.
Chrysaphius eunuchus insequitur Flavianum Constantinopol. Episcopum, 446. XXII. Iterum in Flavianum insurgit, 446. XXV. Favet Eutycheti, & illinc in numera mala, 448. XLIII.
Cypri insulæ Ecclesiarum privilegia illibata servari jussa a Concilio Ephesino, 431. CXLV.
Cyprianus martyr suis apparens consolatus est eos, 439. XXXII. Ejus Ecclesias Wandali occupant, 439. XXXI.
Cyprianus Episcopus Carthaginensis commendatur, 440. XIII.
Circenses a Christianis frequentati, & sub religionis velamine excusati, 436. XV.
Circumcellionum dux Macrobius Episcopus ubique grassatur, 412. VI.
Cirta in Numidia adhuc integra servata, 430. LXXVII.
Cirtense Concilium celebratur, 412. IX. XIV. Falso notatum Consulatu, *ibid.*
Cyri in Syria civitatis diœcesis quanta, 424. XV.
Cyrus dux in Africa Gentilis, 419. XVIII.
Cyrus Episcopus Aphrodosiæ Cariæ clarus sanctitate enituit in Concilio Ephesino, 431. XXXVII.
Cyri & Joannis reliquiæ effugant dæmones, 414. XX. *ibid.*
Cyrus Consul in Oriente creatus, 441. I. Homo Gentilis summos honores est consecutus, *ibid.* Unicum invenit in Christiana pietate confugium, *ibid.* Justo Dei judicio prodigia passus, 446. XV. Factus Episcopus Smyrnenensis, *ibid.* Et Cotyæi, *ibid.* MARIÆ virgini templum dicat, *ibid.* Ejus Filia & Uxor a dæmone liberantur a Daniele Stylita, 441. XIX. Ejus consuetudo cum Daniele Stylita, *ibid.* Epigramma inscribit columnæ Danielis, *ibid.*
Cyrus Presbyter Eccl-siæ Edessenæ sententia excommunicationis affectus, 448. LIX.
Cyrus civitas a Barbaris excisa, a Justiniano Imp. restituta, 448. XVI.
Cyrus oppidulum neglectum a Deo extructum, *ibid.*
Cyrillus creatur Episcopus Alexandrinus, 412. XLV. Habuit competitorem Timotheum, 412. XLVIII. Novatianos statim expulit ab Ecclesiis, 412. XLV. Commonetur Attici litteris, ut nomen Chrysostomi sacris tabulis redderetur, 412. XLVII. & *seq.* Ejus litteræ ad Aticum eodem argumento datæ, 412. LI. Obnititur ne restituatur Joannis nomen in sacras tabulas, 412. LII. & *seq.* Quid de Chrysostomi scriptis, 412. LXXIII. Nimis exacerbatus in omnes Episcopos ob Joannis nomen, pepercit tamen Romano Pontifici, 412. LXX. Eum Isidorus Peluſiota monuit, 412. LXXII. Divinitus admonitus redditus melioribus sensibus, 412. LXXI. Carpitur a Socrate Novatiano, 415. XL. Restituit nomen Joannis in sacras tabulas, 412. LXXIII. Minatur Judæis tumultuantibus in Christianos, 415. XLI. Expellit Judæos Alexandria, & eorum synagogas succendit, 415. XLII. Ejus modestia in agendo contra Nestorium, 429. XXV. Impugnans errorem abstinet a nomine Nestorii, *ibid.* Occurrit aulicis, ne hæresi Nestorii inficerentur, *ibid.* Ad Nestorium scribit jussu Cælestini Papæ, 429. XXVIII. Cupidissimus salutis Nestorii, 429. XXX. Secundo ad Nestorium scribit, 429. XXXI. & *seq.* Ejus mansuetudinis aliud dignum exemplum in agendo contra Nestorium, 429. XXXIX. & *seq.* Suppressit libellum dandum Theodosio adversus Nestorium, *ibid.* Scribit ad Cælestinum



num Papam de Nestorio, 430. I. Constitutus a Cælestino Vicarius, 430. XXIV. Quæ insignia Pontificatus accepit a Cælestino, 430. XXVI. A Nestorio & Nestorianis calumniis oneratus, 430. XXX. & *seq.* Ejus scripta Cælestinus probat, 430. XXII. Monet litteris Joannem Antiochenum Episcopum de rebus Nestorii, & de Cælestini Papæ conatu, 430. XXXII. Quam patienter agat adversus Nestorium, 430. X. Insurgit adversus Nestorium, succurrens Ægypti monachis eo veneno potatis, 429. XXIV. Scribit ad Acacium Beroensem de Nestorio in deterius prolabente, 430. XXX. Ad Juvenalem & alios Episcopos scribit de Nestorio, 430. XXXIII. & *seq.* Ejus anathematismi ex Concilio Alexandrino, 430. LVII. & *seq.* Perstringitur a Theodosio Imp. 430. LXX. Primum locum tenuit inter Episcopos, qui Ephesi convenerunt, 431. XXXVII. In itinere Rhodo insula scripsit ad suos, 431. XXXVIII. Ejus adventus Ephesum, *ibid.* Constantinopolim privatas dedit litteras de Damnatione Nestorii, 431. LXXV. In secunda Actione Synodi Ephesinæ habuit homiliam coram Patribus, 431. LXIV. Ejus epistola ad suos de damnatione Nestorii, 431. LXII. Ephesi damnatur a schismaticis, 431. LXXIV. Libellus contra ipsum datus, 431. LXXVI. Accusatus hæresis a Schismaticis, 431. LXXIV. LXXXVI. Eum arguit Isidorus Peluſiota, 431. LXXXV. Publicatus a Joanne Antiocheno hæreticus Apollinarista calumniose, 431. LXXXIX. Sermone invehitur in Joannem Antiochenum acerrimo, calumniam passus a Joanne de hæresi Sabelliana, 431. XCVI. In odium adversariorum pro concione Pelagianam hæresim infectatus, *ibid.* Concionatur ad Patres laboribus & ærumnis confectos, 431. CXII. & *seq.* Ejus lucubrationes cum detineretur Ephesi, 431. CLIII. In Concilio Ephesino restitit Juvenali arripienti sibi jura totius provinciæ Palæstinæ, 431. CIII. Laborat infamia Apollinarismi apud Imp. ex calumnia adversariorum, 431. CXXVII. Ephesi detruditur in carcerem a Joanne Comite, 431. CXXVIII. Ejus justa querela quod non sit vocatus Constantinopolim, 431. CLII. Quæ ex carcere rescripsit ad Theodosium Imperatorem, 431. CXXX. Per Theodoretum accusatur apud Italiæ Episcopos hæresis Apollinaris, 431. CLXXXII. Contrariis scriptis refellit adversariorum scripta, 431. CLXXXIII. Reddidit litteras legatis de electione Maximiani, 431. CLXXV. Laudatur a Cælestino Papa, 432. XXIV. Convenitur legatione Joannis Antiocheni Episcopi pro pace, 432. LVIII. & *seq.* Scribit ad Dynatum res inter se & Joannem transactas, 432. LXIV. & *seq.* Ejus res gestæ cum Paulo Emeseno Episcopo, 432. LXVI. Cum Joanne pacem iniit absque damnatione suorum capitulorum, 432. LXVIII. Ejus capitula integra servata, licet impugnata plurimum, 432. LXIX. Ejus adversarii jactarunt damnata a Cyrillo sua capitula, *ibid.* Post Paulum Emesenum conciona tur in Ecclesia, 432. LXII. Ejus mansuetudo erga adversarios servata mirifice commendatur, 432. LXXXIII. Monitores & cognitores suorum scriptorum delegit adversarios, 432. LXXXIV. Ejus ad Joannem epistola post pacem, 432. LXXVIII. A nonnullis Orthodoxis Episcopis cur exagitatus, 433. II. Levitatis calumniam passus, 433. III. Redarguitur ab Isidoro Peluſiota, 433. IV. Datis litteris ad diversos se a calumniis purgat, 433. V. Ejus epistola ad Acacium Melitenum data, *ibid.* Ejus epistola ad Succensum data, 433. VII. Ejus epistola ad Valerianum, 433. VIII. Admonet Episcopos, ut caveant impostores Nestorianorum, *ibid.* Scribit ad Dynatum, 433. IX. Rursum calumniam passus de Apollinarismo, 433. X. Accipit litteras a Sixto Papa, 433. XII. Impulsore Evoptio Episcopo scribit interpretationem suorum capitulorum, 433. XXI. Ejus capitula damnata in pluribus Conciliis adversantium, *ibid.* Scribit contra Theodorum Mopsuestenum & Diodorum Tarsensem, 435. VI. Calumniose ponitur probasse scripta Theodori, 435. XI. De pace concilianda a Theodosio Imperatore litteris admonetur, 437. XLV. Ejus vinculorum gloria, 431. CXLIII. Ejus in patiendo alacritas, 431. CXXIX. Cum aliis Episcopis quæ passus Ephesi, 431. CXXXIV. Ei quæ occasio scribendi contra Julianum Apostatam, 439. XI. Illius obitus quando, 444. IX. Quanto tempore in Episcopatu sederit, 444. XI. Ejus multa scripta desiderantur, 444. X. Ejus scripta perspæpe in lucem dantur, *ibid.* Quomodo deceptum Anachoretam convenit, 444. XI. Nequaquam fuit monachus Carmelita, 444. XVII. Ejus nepotes a Dioscoro & Nomo afflictati, 445. I. Item ejus nepos exauctoratur, 445. IV. Anastasius similiter ejus nepos, affligitur, *ibid.*
Citationes plures a Concilio factæ contra Eutychetem, 448. XLVIII.
Civitates & castella depopulatus est Attila, 441. VIII.
Clades Africanæ Ecclesiæ, 440. XL.
Claudius seu Claudianus Episcopus Viennensis, 441. III.
Clerici Constantinopolitani quid passi a Nestorio, 429. XXXVIII. Libellum scripserunt contra Nestorium & miserunt Cyrillo, 429. XXXIX.
Clerici Romani aliqui rebellant contra Zosimum, 418. XIX. Calumniam passi a Juliano Pelagiano, 418. XXV. & *seq.*
Clerici ne apud alium judicem quam apud Episcopum causam dicerent, jussit Honorius Imperator, 412. XXVIII. Cum apparitura militari quando mitti solebant ab Apostolica Sede, 419. LXXXI. Eos cum feminis habitare prohibet etiam Honorius Imperator, 420. LI. Eorum habitus ab hæreticis immutatus, 428. XVII.
Clerici ne sint fœneratores, 443. VII. Eis interdictum est mederi ad evitanda pericula, 444. XLVII.
Codex Gregorianus, 435. XXVIII. Hermogenianus, *ibidem.*
Codices antiqui diversas sæpe continent auctores, & ex hoc frequens nominum error, 444. XVII.
Codices hæreticorum cavendi, 447. VIII.
Codicis Theodosiani editio, 435. XXIII.
Codices Romanæ Ecclesiæ præstantioris fidei, 419. LXXXIX.
Cælestis Idolum Carthaginensium famosissimum, 440. VIII.
Cælestianus commendatur in pluribus epistolis, Theodoreti, 440. XI.
Cœmeterium Sanctæ Felicitatis martyris, 423. VIII.
Cœnobium Lerinense laudatur, 441. XV.
Collationis publicæ Acta inter Catholicos & Donatistas recitanda singulis annis ante Pascha, 412. VIII. Ejus Acta publice exponi rogat Augustinus Marcellinum, 412. V.
Collatio S. Augustini cum Fortunio Donatista, 412. X. Impedita tumultu, 412. XI. Ejusdem cum Emerito Donatista, 418. XXXII. Cum Pascentio Comite, 422. VIII. Cum Maximino Ariano, 422. X.
Collatio legatorum Orthodoxorum cum schismaticis, 431. CLVII.
Collatio ordinum quo tempore facienda, 444. XXXII.

Colubri instar suis spiris involvitur hæreticus, 448. XLIX.
Columbæ interdum videntur animæ Sanctorum, cum e corpore egrediuntur, 440. XVII.
Columba ex ore S. Juliæ exivit, *ibidem*.
in Columna Danielis inscribitur Epigramma a Cyro, 446. XIX.
Cometa tempore Vandalorum ardere visa, 444. XXXIV.
Comites qui venerunt Ephesum, astiteruntque pro Nestorio, 431. XLIII.
Commendatio Cælestiani Carthaginensis, 440. VIII.
Commendatio Cælestiani a Theodoreto facta, 440. XI.
Commendatitiarum literarum usus, 440. XII.
Commonitorium Legatis Apostolicæ Sedis a Zosimo Papa datum, 419. LX. Honorii ad Episcopos convocatos ad Synodum datum, 419. XIII. *&* *seq.* Datum a schismaticis Nestorianis legatis suis, 431. CL. Datum legatis a Synodo missis Constantinopolim, 431. CXLVII.
Communicatio mutua quomodo solita impertiri, 436. XI.
Compendium breve vitæ S. Honorati, 442. XX.
Compendium vitæ Theodoreti, 448. XIV.
Comprobatio Trisagii a Concilio Chalcedonensi, 446. XII.
Conatus Eutychetis contra damnationem, 448. LIV.
Concilium Alexandrinum contra Nestorium sub Cyrillo, 430. LI. Ejus epistola Synodalis, *ibidem*. Alia Synodi acta, 430. LVII.
Concilium Antiochenum de libris Theodori, 435. IX. Antiochenum sub Joanne, 432. LIV. In eo damnatur Nestorius, *ibidem*. Armenum contra Nestorianos & Theodori Mopsuesteni scripta, 435. IV.
Concilium Chalcedonense passum calumniam de receptis ab eo laudibus Theodori Mopsuesteni, 435. X. XII.
Concilium Cirtense quando celebratum, 412. IX. XII.
Concilium Carthaginense aliud, in quo Cælestius erroris damnatus, 412. XXII. *&* *seq.* Aliud adversus Pelagianos, 416. I. Aliud sub Zosimo Papa in causa Pelagii & Cælestii, 418. I. Aliud sub Bonifacio Papa, 419. LIX.
Concilium aliud Constantinopolitanum sub Proclo, 439. XLII.
Concilium Diospolitanum, sive Liddense, in quo absolutus est Pelagius, 415. XIV. XIX. Damnat errores Pelagii, 415. XX.
Concilium Ephesinum Oecumenicum, *Vide*. Ephesinum Concilium.
Concilium in Gallia, ex quo S. Germanus missus in Britanniam, 429. X. *&* *seq.*
Concilium in Macedonia sub Innocentio Papa, 414. XIX.
Concilium Milevitanum contra Pelagium, 416. I. III. Numerus Episcoporum qui ad illud convenere, 416. X. Litteræ ex eo ad Innocentium Papam, 416. XI. Gesta in eo, 416. XII. *&* *seq.*
Concilia plurima Orientalium damnantia duodecim Cyrilli capitula, 433. XXI.
Concilium contra Massalianos in Oriente, 427. XXIII.
Concilium Oecumenicum petunt Pelagiani, 419. XLVIII.
Concilium Oecumenicum in causa Nestorii curatur per Theodosium Imperatorem apud Cælestinum Papam, 430. LXI.
Concilii Oecumenici Acta Romanus Pontifex irritat, 431. CIII.
Concilium Ravennæ in causa schismatis Bonifacii & Eulalii, 419. XIII. *&* *seqq.*
Concilium Regiense in Gallia 439. XLIV.
Concilium aliud Romanum in causa Sixti Papæ, 433. XXXI. Aliud contra Nestorium, 430. XII. Aliud Romæ habitum in die natali Sixti Papæ, 433. XIII.
Concilii Sardicensis controversia obiter oborta in Africa, 412. XII. *&* *seq.*
Concilium Spoletinum indictum, 419. XXI. Cur desiit celebrari, 419. XXV.
Concilium Telenense, sive Teleptense, 418. XXXI.
Concilium Arausicanum in Gallia celebratum, 442. III. In eo undetriginta Canones sancti, *ibidem*.
Concilium bis in anno Romæ congregabatur, 447. XXV.
Concilium Celenense & Toletanum, 447. XVII.
Concilii Constantinopolitani Acta, 448. XXV.
Concilia duo in causa Ibæ Episcopi Edessæ, 448. LVII.
Concilia duo in Hispania celebrata, 447. XV.
Concilium generale indicitur in Hispania, 447. CXIV.
Concilium Romanum sub Leone, 444. I.
Concilium Vasense in Gallia Narbonensi, 442. III.
Conciliabulum schismaticorum Ephesi, 431. LXXIII. Quid in eo adversus Cyrillum, Memnonem, & alios, 431. LXXIV. Redditum irritum, 431. LXXXVII.
Conciliabulum Donatistarum, 414. V.
Concordia & unanimitas servanda inter Episcopos, 445. XI.
Condemnatio Hilarii Episcopi Arelatensis, 445. XIV.
Confessio ubi reliquiæ conditæ sunt cum fenestella, seu foramine, 416. XVII.
Confessio S. Petri ornata a Valentiniano Imperatore, 440. III.
De Confessione fidei epistola Theodoreti, 448. XVII.
Confugientem ad Ecclesiam abstrahi jubentem Augustinus redarguit Bonifacium, 422. XII.
Consecrationes virginum solemnes ritus, 413. XIII.
Consistorium habitum in basilica S. Clementis in causa Cælestii hæresiarchæ, 417. XX.
Consortes regni se invicem occidunt. 444. XXXIV.
Constantia vera invenitur in Christianis, 440. VI.
Constantes reddit homines fides Catholica, *ibid.*
Constantius Magister militum quid in Herotem Episcopum Arelatensem, 412. XL. Intrudit Patroclum in sedem Arelatensem, *ibid.* Pellit Gothos e Gallis, 414. I. Ex Galla Placidia generat Valentinianum, 419. LXXXIII. Creatur Augustus, 420. I. Reliquias idololatriæ prosterni jussit, 420. V. De temeritate Eulalii certior redditur, 419. XXVI. Quid decernat, in eum, 419. XXIX. Ejus lex contra Pelagianos, 420. II.
Constantii scriptoris rerum S. Germani fides certa, 429. IX. 435. XXIII.
Constantius Vicarius gravia passus a Pelagianis, 418. XXVIII.
Constantiniana basilica ornata a Sixto Papa, 440. III.
Constantinopoli cædes facta est in Ecclesia, 431. II. Triduanum incendium passa Dei vindicta, 433. XXIII.
Constantinopolis dire afflictata, 445. VI. Illic terræmotus ingens, 446. V. Multa mala ex terræmotu passa, 446. VIII. Ejus mœnia per Cyrum instaurantur, 446. XIV. Dicta nova Roma, 448. XXV.
Constantinopolitani clerici quid passi a Nestorio, 429. XXXVIII.
Constantinopolitanum aliud Concilium sub Proclo, 430. XLII.
Constantinopolitanæ Ecclesiæ jura dilatat Theodosius, 421. III.

Con-



Constantinopolitanus in locum Nestorii jubetur eligi Episcopus Maximianus, 431. CLXXIII.
Constantinopolitani monachi quid passi a Nestorio, 429. XXXVI. Eorum commendata modestia, *ibid.*
Constantinopolitanus Populus separat se a Nestorio, 429. XXX. Quid idem in Theodosium clamarit ob Nestorium, *ibid.* Veneratur vincula S. Petri, 439. V. Urget restitutionem corporis S. Joannis Chrisostomi, 437. I. *&* *seq.*
Constantinus Episcopus Vapingensis, 441. XV.
Constitutio S. Leonis de non ordinandis Servis, 443. VII.
Constitutio Valentiniani contra Manichæos, 445. VIII.
Constitutio Benedicti Pontificis de additamento in Symbolo, 447. XXIII. Alia illius de canendo Symbolo in Missa, 447. XXIV.
Constitutio Valentiniani contra Sepulcrorum effossores, 447. XXVII.
Constitutum de Ecclesia quid significet, 417. V.
Consuetudo Cyri cum Daniele Stylita, 446. XIX.
Consulatus error in Cirtensi Concilio, 412. XIV. Corrigitur, 415. XLVII.

CONSULES

Valentinianus Augustus & Anatolius, 440. I.
Cyrus tantum Consul in Oriente, 441. I.
Dioscorus & Eudoxius, 442. I.
Maximus & Paternus, 443. I.
Theodosius & Albinus, 444. I.
Valentinianus Augustus & Nomus, 445. I.
Aetius & Symmachus, 446. I.
Alypius sive Calypius, & Ardaburius, 447. I.
Posthumianus & Zeno, 448. I.
Contentio de Primatu inter Viennensem, & Arelatensem Episcopos, 445. XI.
Conversi æstimandi sunt qui sint, non qui fuerint, 448. LXXV.
Conversio Judæorum insulæ Minoricensis, 418. LXXII. *&* *seq.*
Conversionis hæreticorum veræ indicium, 430. XXII.
Cornelius Episcopus Forocorneliensis sanctitate celebris, 433. XXIV.
Correctio erga Dei servos sit cum dexteritate, atque prudentia, 444. XI.
Creatio Flaviani Episcopi Constantinopolitani, 446. XXI.
Crescens Metropolitanus Asuritanæ civitatis relegatur, 442. II.
Cresconius Episcopus interfuit Concilio Teleptensi, 418. XXXI.
Cresconius a Genserico relegatur, 442. II.
Cretenses Judæi seducti ab impostore respiscunt, 432. LXXXV.
Cruce signantur qui convertuntur ad fidem, 418. LIX.
Crucis potentia omne genus perdomuit Barbarorum, piosque & mansuetos reddidit, 444. XL.
Crux Christi ne pingatur humi, 427. XXI.
Cruce signatus nummus datus S. Genovefæ a S. Germano, 429. XI.
Crux gemmata mittitur a Theodosio Hierosolymam, 439. I.
Cruciamenta a Persis illata Christianis diritissima, 420. XVIII. *&* *seq.*
Crudelitas maxime apparet in Tyrannis, 440. IV.
Cugas Dux barbarorum una cum suis fulmine ictus, 425. XI. *&* *seq.*
Cultus sacrarum martyrum reliquiarum in Africa tempore Augustini celeberrimus, 416. XVII.
Cultus Solis superstitiosus tollitur, 443. V.
in Cupresso ardet imago B. MARIÆ Virginis ut fax, 446. XVI.
Cura Episcoporum qualis esse debeat, 444. XLVII.



# D

Dæmon pugnat pro Marcionitis, 424. XV. Adversatur S. Melaniæ Constantinopoli, 434. XI. Quomodo sacræ virgini illusit, 434. XV. *&* *seq.*
Dæmones pulsi per reliquias sanctorum martyrum, 414. XX. Prænuntii adventus S. Germano in Britanniam, 435. XVII.
Dalmatius Archimandrita strenue agit pro Patribus Ephesi tyrannice detentis, 431. CXIV.
Dalmatius ordinatus Episcopus Cyzicenus, 426. IV.
Damascius Tribunus ab Imper. judex constitutus in causa Ibæ, 448. LX.
Damnatio Eutychetisa Flaviano, *ibid.*
Damnatorum ad inferos pœnas temporarias dixerunt Origenistæ, 414. XVI.
Danielis Orientalis Episcopi ordinatio perperam facta, 428. XVIII.
Daniel legatus ex Concilio Alexandrino Constantinopolim, 430. LIX.
Decretalis a S. Leone scripta, 447. III.
Decretum S. Leonis de non ordinandis servis, *ibidem*.
Defensio Siciliæ per Cassiodorum, 440. V.
Defensio Theodoreti, quod ipse non communicaverit cum Nestorianis, 444. XVI.
Defensorem se exhibet Catholicæ fidei Theodoretus, 443. XIII.
Deipara. *Vide*, MARIA.
Demissio animi perutilis in consideratione propriæ personæ, 440. II.
Demetrias virgo quo anno accepit a S. Hieronymo litteras, 413. XVII. Ejus egregium facinus in abdicatione sæculi, *ibid.* Monasticum habitum induit, 413. IX. Ejus exemplo mire auctus virginum sacrarum numerus, *ibid* Ejus ingens dos collata pauperibus, 413. XII. Profecit ex S. Augustini scriptis, 413. XIV. Eam celebrat S. Prosper, data ad eam epistola, 413. XVI. Eam etiam Pelagius hæresiarcha laudare aggressus est, propinans cum epistola hæresim, 413. XVII. XXI.
Demochares edidit tabulas Episcoporum Lugdunensium, 441. XIII.
Depositio Bassiani Episcopi Ephesini, 447. XXVI.
Depositio Primatum ad Papam spectat, *ibid.*
Depositio Irenæi Tyrii Episcopi, 448. VI.
Desolatio inducitur ab hæresi, 445. VI.
Detectio Eutychetis hæretici, 448. XXV.
Detestatio Eutychetis hæretici, 448. XXVII.
Deus pugnat mirando modo pro Theodosio religionis observantissimo, 425. XIV. XVII. Ejus consilium in revelatione reliquiarum S. Stephani, 415. XVII. Custodit tribulatos, 443. XI. Præparat arma, antequam instet prælium 446. XIII. Offensus placandus est a nobis, 448. II. Ejus mira providentia in curanda hominum salute, 440. X. Ejus ira excitatur in ultionem contra peccata, 446. III. Ab eo implorandum primo auxilium, *pag.* 535.
Deorum templa, quæ reliqua essent, prosterni jussa, Constantio Augusto imperante, 420. V. Eorum cultus rursus pullulat, & invalescit, sed lege Theodosii exciditur, 439. IX. Eorum cultores lege Theodosii coerciti, 423. VI. *&* *seq.*
Diadema foris deponit Imperator antequam ingrediatur Ecclesiam, 431. VI.
Dictinius Asturicensis Episcopus, 447. XIII.
Dici Judicii tempus advenisse a nonnullis creditum, 419. CVI.
Diœceſi omnium Orientalium præsse Episcopus Alexandrinus volebat, 439. XLII.

Diœcesis unaquæque intra proprios limites contineatur, 448. XVII.
Diodorus Tarsensis magister Nestorii, 418. XXXV. Ejus hæreses, *ibid.* Idem pro Theodoro aliquando usurpatus, 428. XXXVI. Qualis fuerit, ex ejus scriptis post obitum cognitus est, *ibid.* Ejus libri produntur in lucem, 435. III. Confutantur a S. Cyrillo Alexandrino, 435. VI.
Dioscori consulatus, 442. I.
Dioscorus diaconus Apocrisarius Constantinopoli sub Proclo, 439. XLII. In Theodoretum incensus, 439. XLIII.
Dioscorus creatur Episcopus Alexandrinus, 444. XVIII. Ejus prædicantur virtutes a Theodoreto, 444. XIX. Ejus legatio ad S. Leonem Romanum Pontificem, 444. XXX. Ejus hypocrisis diu latens, 444. XXXIII. Facinorosissimus fuit. *ibid.* Nepotes Cyrilli persequitur, 445. I. Exauctoravit Cyrilli Nepotem, 445. IV. Usurpare nititur Antiochenæ Ecclesiæ jura, 448. XVI.
Diospolitanum Concilium in Palæstina, in quo Pelagius est absolutus, 415. XIV. Damnat errores Pelagii, 415. XX. *& seq.*
Discordia multa mala parit, 448. LXVII.
Divinitas & humanitas JESU CHRISTI duæ naturæ in una persona, 444. XXV.
*Divinum auxilium primo loco implorandum*, *pag.* 535.
Divinum auxilium adest, ubi cessat humanum, 446. II.
Dynatus Nicopolis Episcopus accipit litteras a Cyrillo, 433. IX.
Dyptycha quæ sint, 430. XLIX.
Disputatio Augustini cum Pascentio Comite, 419. LI. Cum Maximo Ariano, 419. LV. Cum Emerito, 418. XXXII.
Disputatio S. Germani cum Pelagianis in Britannia, 429. XIV. *& seq.*
Docti hæretici difficillime corriguntur, 445. XIV.
Doctrina Patrum secutus est Theodoretus, 444. XXVII.
Doctorum opuscula arma sunt spiritualia, quibus & post mortem hæreticos cædunt, 448. LXVIII.
Dolus Eutychetis in præveniendis litteris Flaviani, 448. LV.
Dominicus Pinellus Cardinalis Archipresbyter S. Mariæ Majoris, 440. II.
Domnus & Domna, harum vocum pristinus usus, 416. XXI.
Domnus nepos Joannis Episcopi Antiocheni recedit ab eremo, S. Euthymio invito, 422. LIII. Creatus Episcopus Antiochenus, 436. XII. Convenit Simeonem Stylitam, *ibid.*
Donatianus Episcopus præfuit Concilio Teleptensi, 418. XXXI.
Donatus diaconus Donatista grassatur cum Circumcellionibus, 412. VI.
Donatus Episcopus Donatistarum in puteum se conjecit, 414. VI.
Donatista refractarios post Collationem Honorius legibus exagitat, 412. I. Idem Ecclesiis, bonisque mulctati, & exilio, *ibid.* Calumniose arguunt Catholicos avaritiæ, 412. III. Occidunt Restitutum & Innocentium, 412. IV. Contumaces acrius sæviunt, 412. IV. VI. Pro eis instanter agit apud Marcellinum Judicem Augustinus, 412. IV. *& seq.* Eorum calumniantium occasione Cirtense Concilium indicitur, 412. IX. Eorum calumniantium proditione Marcellinus occiditur a Marino, 413. V. *& seq.* Rursum exagitati ab Honorio Imperatore, 414. II. Eorum Episcopi se se in ignem iniecere, 414. VI. Eorum Episcopi bonis privantur, & in insula relegari jubentur, 414. III. Laici qua pœna ab Honorio affecti, 414. IV. Legibus Honorii perstricti conventum agunt, & de inferenda sibi nece deliberant. 414. V. *& seq.* Eorum Episcopi se ipsos diverso modo necant, *ibid.* Eorum quamplurimi post leges postremas Honorii reversi ad Ecclesiam Catholicam, 414 IX. Eorum duritas provocavit Wandalos, 428. VII. Lege Theodosii damnati, 428. XXXV. Ad Wandalos deficiunt, 439. XXXV.
Dorotheus Episcopus Marcianopolis Nestorianus, 431. LXIX. Promulgator hæresis Nestorianæ Constantinopoli, 428. XXXVII. Ejus blasphemia publice dicta, *ibid.*
Dorus Beneventanus Episcopus redarguitur, 448. LXXXIV.
Dulcitius Tribunus Notarius missus in Africam loco Marcellini, 414. VIII. Consulit Augustinum, quid agendum cum Donatistis, 414. IX. Obiurgatur ab Augustino, quod Donatistam Episcopum honorificis titulis nominasset, *ibid.*
Ducis superstitione & superbia Romanus exercitus perditur, 439. XVII.

# E

Ebagnius missus a Theodosio Imperatore in Africam vocare Episcopos ad Concilium Ephesinum, 430. LXXIV.
Ebionæi hæretici auctores Nestorianæ blasphemiæ, 428. XXX.
Ecclesia Catholica haud facile recipere debet pœnitentes hæreticos, sed eos diu ante probandos, 417. XXXVIII. Rejicit pœnitentes hæreticos, in quibus est de simulatione suspicio, 439. XLVI. Exaltatur, non expugnatur tribulationibus, 420. XXIII. XXXVIII. Orando pro diversis statibus peccantium destruit Pelagianam hæresim, 421. CLXXXVI. Ejus mos orare pro catechumenis, 419. LV. Ejus privilegia ablata a Joanne tyranno, 423. III. Eadem ei Valentinianus restituit, 425. VII.
Ecclesia tempore S. Leonis maxime perturbata, 440. III.
Ecclesiæ uni duo Episcopi præesse nequeunt, 441. XIII.
in Ecclesia S. Sophiæ puteus est, 446. XVIII.
Ecclesiarum gubernationi vita monastica non invidet, 448. XIII.
*Ecclesia Solitariorum*, 448. VII.
Ecclesiæ status miser, 440. III.
Ecclesiæ Africanæ clades, 440. IV.
Ecclesiæ Antiochenæ amplitudo, 448. XVII.
Ecclesia Constantinopolitana cruentata sanguine, 431. II. Ejus fides laudata, 432. XXIII.
Ecclesia Orientalis novis post pacem agitata turbinibus, 433. I.
Ecclesia Romana. *Vide*, Romana Ecclesia.
Ecclesiæ immunitatem violatam acriter redarguit Augustinus, 422. XII. Eam profanans dire punitur, 417. LVII. *Ejus profanatio portendens aliquid mali*, 431. III. Eam ne ingrediantur armati, 431. IV. Ejus ornamenta distraxit Acacius Episcopus ut hostes captivos redimeret, 420. XXX.
Ecclesia S. Sabinæ martyris in Aventino erecta, 432. XXXVII. A Galla Placidia Ravennæ erecta, voti solvendi causa, 435. XXVI. S. Stephani erecta Hierosolymis ab Eudocia Augusta, 438. XXI. S. Stephani Uzali in Africa ab Evodio erecta, & quæ miranda ibi, 416. XIX.
Ecclesiasticum judicium magna deliberatione tractandum, 417. XXVIII.
Effossores sepulcrorum puniendi, 447. XXVII.
Elaphius Britannus occurrit venienti S. Germano, 435. XVII. Ejus filius curatus a Sancto, *ibid.*





Eleemosynæ quando faciendæ hæreticis, 425. XXII.
Eleutherius Episcopus Sebastiæ interfuit Concilio Diospolitano, 415. XIX.
Elias Episcopus in Syria una cum aliis monet Nestorium resipiscere, 430. XLIII.
Emeritus Donatistarum Cæsareæ Mauritaniæ Episcopus *contulit cum Augustino*, 418. XXXII.
Enthusiastæ a Theodosio Imperatore damnati, 428. XXV. Damnati ab Ephesina Synodo, 431. CI.
Ephesinum Concilium Oecumenicum curatur per Theodosium apud Cælestinum, 430. LXXII. Quando indictum, 430. LXXIII. Congregatum in Ecclesia S. Mariæ, 431. XLI. Episcopi sanctitate *illustres qui enituere in eodem Concilio Ephesino*, 431. XXXVII. Episcoporum qui convenere numerus, 431. XLII. Gravia patiuntur expectando Joannem Antiochenum incommoda, 431. XLVIII. Ipsum Concilium quando cœptum, 431. XLIX. Missi quatuor Episcopi citare Nestorium ad Synodum, *ibid.* Sedium dispositio, 431. L. Evangelium in medio positum, *ibid.* Patroni Synodi qui fuerint, 431. LI. Actio prima, *ibid.* Tertio citatur Nestorius, 431. LV. Lectæ sunt litteræ Imperatoris, 431. LVI. Et alia scripta simul cognita, & inter alia Nestorii scripta ad Cyrillum Alexandrinum, 431. LVII. Cælestini Papæ litteræ lectæ, quibus damnavit Nestorium, 431. LVIII. Relatæ blasphemiæ Nestorii, & *confutatæ ex divina Scriptura*, *ibid.* Prolata sententia in Nestorium, 431. LIX. Ad Nestorium damnatum data epistola, 431. LX. Fidei decretum stabilitum, 431. LXI. Actio secunda Ephesini Concilii, 431. LXIV. Ex qua ad Theodosium scripta est epistola, *ibid.* Aliæ ad Clerum Constantinop. 431. LXV. Quæ sunt subsecuta damnationem Nestorii funesta, 431. LXVI. Synodi litteræ omnes interceptæ, 431. LXVII. Actio tertia ejusdem, 431. LXXII. Actio quarta in adventu legatorum Apostolicæ Sedis, 431. LXXX. Nestorii iterata damnatio, 431. LXXXI. Actio quinta ejusdem ex qua missæ aliæ epistolæ ad Theodosium & alios, 431. LXXXII. Actio sexta ejusdem Concilii, 431. LXXXVII. Ubi acta a schismaticis nulla esse declarantur, *ibid.* Citatur Joannes Antiochenus ad Synodum, 431. XCII. Cum aliis schismaticis excommunicatur, *ibid.* Epistola ad Theodosium Imp. scripta, *ibid.* Alia tunc data epistola Circularis ad omnes Christi fideles 431. XCIII. Actio Synodi octava de fraudibus Nestorianorum sub velamento Nicæni Concilii simplices decipientium, 431. XCVII. Actio decima de damnatione hæresis Pelagianæ, 431. XCVIII. Canones ipsius Synodi, 431. CI. Damnatæ aliæ hæreses, *ibid.* Causa privatorum in Synodo tractatæ, 431. CII. Synodi multiplices, aliæ Actiones & incertæ, *ibid.* *Quid* Juvenalis tunc tentavit arripere, 431. CIII. Synodi aliæ litteræ ad Imperatorem, quibus missionem petit, 431. CV. Renuit dare fidei professionem Joanni subdole petenti, 431. CXXXIII. Septem legat Episcopos Constantinopolim, 431. CXLVII. Legationem misit ad Cælestinum Papam, 431. CXLIX. Ejusdem querela apud Theodosium Imp. de carcere Cyrilli & Memnonis, 431. CXXIX.
Ephesii quo triumpho exceperunt Patres, damnato Nestorio 431. LXII. Eorum erga Deiparam studium, *ibid.*
Ephesinorum Actorum facta postea confusione, Pelagianæ hæresis probatio perperam tributa oecumenicæ Synodo, 431. LXXVII.
Ephesinum Conciliabulum schismaticorum quale, 431. LXXIII. Damnat Cyrillum atque Memnonem, 431. LXXV. Stabilit hæresim Pelagianam, 431. LXXVII. Idem redditum postea irritum a Patribus Catholicis, 431. LXXXVII.
Epigramma inscriptum a Cyro in columna Danielis, 446. XIX.
Epiphanius Eutychetem citat, 448. XL.
Episcopi Africani agunt apud Honorium adversus Pelagianos, 419. LVI. Vocati ab Honorio ad Synodum Spoletinam, 419. XIX. Revocantur rebus compositis, *ibid.* Christiana mansuetudine & benignitate præditi, 412. VII. *Quam mansuete egerint cum Donatistis*, qui se ipsos interimebant, 414. VII. Consulunt Augustinum, an fugere debeant tempore Wandalicæ cladis, 418. X. *& seq.* Expulsi ad Campanum littus deducti, 439. XXXI.
Episcopi Aquitani qui hoc tempore floruerunt sanctitate, 412. VII.
Episcopi Arelatensis Ecclesiæ, Vicarii Rom. Pont. dicti, 417. XL.
Episcopi Concilii Diospolitani, 415. XIX.
Episcopi Donatistæ spoliati bonis jussi relegari in insulam, 414. III.
Episcopi Ephesini Concilii tenentur a Candidiano Comite obsessi, 431. LXVII. Eorum numerus, 431. XLII. Expectantes gravia passi, 431. *XLVIII. Ex eis quatuor, qui primo citarunt* Nestorium ad Synodum, *ibid.* Iterum quatuor qui secundi missi sunt citare Nestorium, 431. LII. Qui missi sunt tertio citare Nestorium, 431. LIV. *& seq.* Ex eis missi in occursum Joannis Episcopi Antiocheni verberari jussi ab ipso Joanne, 431. LXII. Post damnationem Nestorii egressi quo triumpho a populo excepti *fuerint*, 431. LXI. *& seq.* Ex eis missi citare Joannem Antiochenum, 431. LXXXVIII. Alii eadem causa missi, *ibid.* Tabellarium mittunt in habitu mendici, qui venit Constantinopolim cum litteris arundine clausis, 431. CVIII. Quid illis lectis factum sit, 431. CXIII. Eorum detentorum ærumnæ, 431. CXXXIV. Septem missi a Synodo Constantinopolim ad Theodosium, 431. CXLVI. Iidem dum barbarice cruciantur, exercitus Romanus in Africa a barbaris vincitur, 431. CXXXVII. Iterum ad Imp. Theodosium scribunt querelas de Cyrillo & Memnone detentis in carcere, 431. CXXIX. Eorum cautela de non communicando cum Joanne, 431. CXXXIII. Eorum status, 431. CXXXIV. Electo *Maximiano* Episcopo in locum Nestorii omnes dimissi, 431. CLXXIV. Eos alii Episcopi Constantinopoli agentes consolantur, scribentes ad S. Cyrillum, 431. CXLII. Prædicantes gloriam vinculorum ejus, *ibid.*
Episcopi Ephesini Concilii schismatici inhærentes Nestorio, quæ scribunt ad Synodum Oecumenicum, 431. XCVIII. Septem Epheso missi a schismaticis legati ad Imp. Constantinopolim, 431. CL. Iidem dimissi, *ibid.*
Episcoporum Orthodoxorum nonnulli de Cyrillo conquesti ob falsos sparsos rumores, 433. II.
Episcoporum numerus Concilii Milevitani, 416. X.
Episcopi Nestoriani qui convenerunt Ephesi eorsum quales, 431. LXXIII. *Vide*, Nestoriani.
Episcoporum Nestorio faventium nomina, 431. LXIX.
Episcopi Orientales laborant adversus Idololatras, 439. XI.
Pelagiani confugiunt ad Nestorium, 430. III.
Placentini sub Mediolanensi Archiepiscopo, 432. XCVI.
Ravennates schismatici quæ confixere privilegia, 332. XCV.
Regienses sub Mediolanensi, 432. XCVI.

Syriæ monent Neſtorium recantare debere palinodiam, 430. XLII.
Epiſcopi duo præeſſe nequeunt uni Eccleſiæ, 441. XIII.
in Epiſcopo duo requiruntur, humilitas perſonæ, & celſitudo dignitatis, 440. II.
Epiſcopi curent primum ſpiritualia, deinde etiam quæ ſpectant ad bona ſubditorum, 444. XLII.
ad Epiſcopos ſpectat ſubſcribere, & non ad monachos, 448. XL.
*Epiſcoporum vigilantia ſtant in ſuo robore* leges Eccleſiaſticæ, 441. III.
Epiſcoporum omnium Primas Papa, 440. II.
Epiſcopus Bigamus deponitur, 448. VI.
Epiſcopi ſi munera non acceperint, commendantur, 448. XIV.
Epiſcopos magnopere coluerunt Præfecti Provinciarum, 422. XIII. Ut judicare debeant magiſtratus delinquentes Honorius ſtatuit, 412. XXIX. Præſident ſæcularibus Præſidibus injuſte agentibus, 412. IV. Eis ſontium ſupplicia deprecantibus num parendum a Præſidibus, 412. VII. Lapſi in hæreſim, quomodo recipiendi ex decreto Cæleſtini Papæ, 432. X.
Epiſcopale judicium ſuper ſæculares Judices 412. XXVIII.
*Epiſtola Alexandrini Concilii* ad Neſtorium, 430. L.
Epiſtola Antonini Epiſcopi Conſtantinop. ad Arcadium *martyrii candidatum*, 437. III. *& ſeqq.*
Epiſtola Attici ad Calliopium de eroganda eleemoſyna, 425. XXI. Ejuſdem ad Cyrillum de reddendo ſacris tabulis nomen Chryſoſtomi, 412. XLVIII.
Epiſtola Auguſtini ad Bonifacium Comitem de raptore, 422. V. Ejuſdem ad eundem violare jubentem Eccleſiæ immunitatem, 422. XII. Ad eumdem de conatu tyranni, 424. XI. Ad eumdem de recepto Caſtino, 424. III. *& ſeq.* Ejuſdem & collegarum ſecreta ad Innocentium Papam de non recipiendis Pelagianis, 416. XI. Ejuſdem de conſecratione Demetriadis virginis, 413. XV.
Epiſtola Aviti presbyteri ad Balchonium Bracharenſem Epiſcopum, 415. III.
Epiſtola Aurelii Carthaginenſis de erroribus Pelagii damnatis in Concilio Diopolitano, 415. XXII. Ejuſdem contra Pelagianos, 419. LXIII. *& ſeq.*
Epiſtolæ S. Baſilii ad Innocentium, alium a Romano Pontifice, 417. VIII.
Epiſtola Bonifacii Comitis de Caſtini Conſulis fuga, 424. II. Ejuſdem ad Auguſtinum de conatu Joannis tyranni, 424. II. Ejuſdem ad Auguſtinum pœnitentiam agentis de facinore perpetrato, 428. XIII. Ejuſdem ad Auguſtinum de raptore pœnam daturo, 422. V. Ejuſdem ad Auguſtinum, cum premeretur ab hoſtibus, 427. III.
Epiſtola Bonifacii Papæ ad Honorium Imperatorem de cavendis futuris malis, 419. XXXIX. Conficta Bonifacii Papæ nomine, 419. XCII.
Epiſtolæ Catholicorum quibus munitæ verbis adverſus Pelagianam hæreſim, 418. XLIV.
Epiſtola Cæleſtini Papæ ad Epiſcopos Galliarum 428. XVIII. Ejuſdem ad Epiſcopos Apuliæ, 429. XXI.
Ad Neſtorium, 430. XIV.
Ad Theodoſium Imperatorem tempore Concilii Epheſini, 431. XVI.
Ad Cyrillum Alexandrinum tempore Concilii Epheſini, 431. XIX.
Ad Concilium Epheſinum, 431. IX.
Ad Clerum & populum Conſtantinopolitanum, 432. XX.
Epiſtolæ Capreoli Epiſcopi Carthaginenſis ad Concilium Epheſinum, 431. XXIV. Ejuſdem ad Vitalem & Tonantium de Verbi incarnatione, 431. XXVIII.
Epiſtola alia Chartaginenſis Concilii ad Romanum Pontificem, 416. V. XIV.
Epiſtolæ Cyrilli Epiſcopi Alexandrini ad Acacium, 433. III.
Ad Atticum de non reſtituendo Joannis nomine in ſacras tabulas, 412. LII.
Ad ſuos Alexandrinos de damnato Neſtorio, & populi gaudio, 431. LXII.
Ad Dynatum de rebus tranſactis inter ipſum atque Joannem, 432. LXIV. *& ſeq.*
Ad Joannem poſt pacem, 432. LXXVIII.
Ad ſuos legatos poſt electionem Maximiani, 431. CLXXVI.
Ad Neſtorium prima, 429. XXVIII.
Ad Neſtorium ſecunda, 429. XXXII.
Ad Succeſſum, 433. VII.
Ad Valerianum, 433. VIII.
Epiſtola Epheſinæ Synodi ad Neſtorium damnatum, 431. LX.
Ad Clerum Conſtantinopolitanum, 431. LXV.
Ad Imperatorem & alios, 431. LXXXIII.
Alia ad Imperatorem, 431. XCII.
Ad legatos proficiſcentes Conſtantinopolim, 431. CXLVII.
Alia legatorum Apoſtolicæ Sedis ad Theodoſium Epheſo data, 431. LXVII.
Ultima ejuſdem Concilii, cum abſoluta Synodo miſſionem petunt patres, 431. CIV. *& ſeq.*
Epiſtolæ Concilii Epheſini interceptæ a Candidiano, 431. CVI. Eas arundine Patres includunt, & per nuntium mendici habitum præferentem, mittunt Conſtantinopolim, 431. CVIII. Quid illis lectis factum ſit, 431. CXIII.
Epiſtola Euſebii Cremonenſis ad Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum contra Valerianum Pelagianum, 417. XV.
Epiſtola Eutychetis ad Romanum Pontificem doloſa, 448. LIV. Flaviani ad Leonem Romanum Pont. 448. LI.
Epiſtola Honorii Imperatoris ad Achilleum Epiſcopum Spoletinum, 419. XVII.
Ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, qua vocat eum ad Synodum, 419. XXII.
Ad Paulinum Nolanum Epiſcopum, 419. XIX.
Tertia Honorii Imp. de Achilleo miſſo, 419. XV.
Ad Epiſcopos Africanos, qua eos vocat ad Synodum, 419. XXI.
Ad Bonifacium Papam de ſua cura erga Romanam Eccleſiam, 419. XLI.
Pro Eulalio contra Bonifacium, 419. II.
Ad populum Romanum de Achilleo Epiſcopo, 419. XVIII.
Ad Largum Proconſulem, qua mandatum revocat de mittendis Epiſcopis, 419. XXXVII.
Ad Symmachum, 419. XI.
Epiſtola Innocentii Papæ ad Julianam, qua eam admonet tacite cavere Pelagianum errorem, 413. XXIII.
Ad Epiſcopos Africanos, 416. XIV.
Ad Joannem Epiſcopum Hieroſolymitanum de injuriis illatis in Euſtochium, & Paulam virgines, 416. XXXI.
Ad S. Hieronymum, conſolans eum de damnis acceptis, 416. XXXIII.
Ad Aurelianum Carthaginenſem de S. Hieronymo, 416. XXXIV.
Joannis Antiocheni Epiſcopi ad Cyrillum, 432. LIX.
Ejuſdem alia ad Cyrillum, 431. XLI.
Alia ad Sixtum Papam de damnatione Neſtorii, 432. LV.
Ad Neſtorium de pace, 430. XXXV.
Irenæi Comitis de rebus geſtis Conſtantinopoli, 415. CXXI.
Ibæ a Neſtorianis edita contra Cyrillum mendaciis referta, 432. LXXI. Ibæ



Ibæ ad Marim Perſam, 448. LXVI.
Iſidori Peluſiotæ ad Palladium Epiſcopum, 415. XXVIII.
Ad Imp. Theodoſium pro Patribus Epheſi tyrannice oppreſſis, 431. CXVIII.
Ad Cyrillum poſt pacem, 433. LXXXV.
Alia ad Cyrillum, 412. LXII.
Ad Cyrillum, qua eum redarguit, 431. LXXXV.
Largi Proconſulis ad Aurelium, 419. XXXVII.
Epiſtola S. Leonis Papæ ad Turibium contra Manichæos, 444. IV.
Ad Italiæ Epiſcopos de damnatis Manichæis, & ut perquirantur qui fugerant, 444. LVI.
Ad Turibium Aſturicenſem Epiſcopum de negotiis Hiſpaniæ, 444. IV.
Ad eumdem contra Hæreticos, 447. XIII.
Ad Aquilejenſem Epiſcopum, quomodo recipiendi hæretici, 444. XXV.
Ad Epiſcopos Siciliæ quando convenire debeant ad Concilium Romæ, *ibid.*
Ad Beneventanum Epiſcopum ipſum redarguendo, 448. LXXXIV.
Epiſtola Leporii Pelagiani, 420. XIV.
*Circularis* Luciani de inventione reliquiarum S. Stephani, 415. IV.
Maximiani Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Cyrillum, 431. CLXXVI.
Milevitani Concilii ad Romanum Pontificem, 417. IX.
Neſtorii ad Cæleſtinum, 430. III.
Poſterior Neſtorii ad Cæleſtinum, *ibid.*
Ejuſdem ad Theodoſium Imperatorem plena mendaciis, 431. LXVIII.
Neſtoriani cujuſdam de obitu S. Cyrillli, 444. XIII.
Neſtorianorum nomine Philippi legati Apoſtolici ſcripta, 433. IV.
Presbyterorum Romanorum in cauſa Bonifacii ad Honorium Imperatorem, 419. VIII.
Pelagii ad Demetriadem perperam poſita ſub Ambroſii nomine, 413. XX.
Procli ad Armenos, & ad Joannem Epiſcopum Antiochenum, 435. VI.
Romanorum Pontificum magno honore habitæ, 418. XXXI. *Vide*, Rom. Pont.
Schiſmaticorum de Cyrilli & Memnonis damnatione, 431. LXXVI. Schiſmaticorum ad Imperatorem contra Orthodoxos mendaciis referta, 431. CIX.
Schiſmaticorum ad ſuos Conſtantinopolim proficiſcentes, 431. CLI. Schiſmaticorum ad S. Synodum, 431. XCI.
Circulares Severi Epiſcopi Minoricenſis de Judæorum converſione omni fide probata, 418. XLIII.
Symmachi Præfecti Urbis ad Honorium Imp. de ſchiſmate oborto in Rom. Eccleſia, 418. LXXX.
Secunda Symmachi Præfecti ad Honorium Imp. de Bonifacio & Eulalio, 419. V.
Tertia Symmachi ad Honorium Imp. in cauſa Bonifacii & Eulalii, 419. XII.
Ad Conſtantium de temeritate Eulalii, 419. XXVI.
Alia ad eumdem, 410. XXXII.
De reſtitutione Bonifacii, 419. XXXIV.
Synodalis Concilii Alexandrini, 430. LI.
Synodalis ex Concilio Carthaginenſi ad Romanum Pontificem, 418. VI.
Synodalis ex Concilio Epheſino ad Clerum Conſtantinopolitanum, 431. LXV.
Synodales Epheſini Concilii interceptæ a Candidiano, 431. CVI.
Synodalis ad Legatos miſſos Conſtantinop. 431. CXLVII.
Synodalis ad Neſtorium condemnatum, 431. LX.
Siricii Papæ recitata in Concilio Teleptenſi, 418. XXXII.
Sixti Papæ ad Joannem Epiſcopum Antiochenum, 432. XLI.
Ad Cyrillum Alexandrinum, 433. XII.
Ad Joannem Antiochenum, 433. XVII.
Theodoreti ad Irenæum qualis ipſe fuerit, oſtendit, 430. XLV.
De rebus geſtis per legatos Conſtantinopoli, 431. CLXVI.
Plures Theodoreti, quibus ſe averſatum jam Neſtorium docet, 436. XI.
De Carthaginenſium malis ad Apellionem, 440. VIII.
Ad Domnum Epiſcopum Antiochenum, 440. IX.
Ad Ibam pro Cypriano Epiſcopo, 440. XIII.
Ad Euſebium, 443. X.
Ad Dioſcorum de ejus virtutibus, 444. XIX.
Ad eumdem pro ſui defenſione, 444. XXI.
Ad Pulcheriam Auguſtam pro relevatione tributorum, 444. XLIV.
Ad Apellam de cura Epiſcoporum, 444. XLVII.
Ad Nomum Conſulem tres, 445. V.
Ad Domnum de cauſa Irenæi, 448. IX.
Ad Nomum Conſularem de rebus ſuis, 448. XII.
Ad Flavianum de fidei confeſſione, 448. XVII.
Ad eumdem, qua conqueritur de Dioſcoro, *ibid.*
Ad Baſilium de nova *hæreſis Eutychiana*, 448. XXI.
Ad Apameæ Epiſcopum de pace Eccleſiæ, 448. LXXXII.
Theodoſii Imp. ad Acacium, 432. XL.
Ad Concilium Epheſinum, 431. XLIV.
Ad Cyrillum, 430. XCIV.
Ad Cyrillum privata, 430. LXVIII.
Ad Joannem Epiſcopum Antiochenum de pace concilianda, 432. XLII.
Ad S. Joannem Chryſoſtomum defunctum, 438. IX.
Ad Simeonem Stylitam, 432. XLIX.
Epiſtola Turibii ad Idacium & Ceponium Epiſcopos, 447. III.
Zoſimi Papæ ad Epiſcopos Africanos, 417. XXV. *& ſeq.*
Ejuſdem Epiſtolæ ad diverſos de privilegiis Eccleſiæ Arelatenſis, 417. XLVIII.
*Adverſus Proculum Epiſcopum Maſſilienſem*, 418. XL.
Ad Heſichium Epiſcopum Salonitanum, 418. XXXIX.
Ad Africanos Epiſcopos, qui interfuerunt Concilio Carthaginenſi, 418. V. *& ſeq.*
Ad Epiſcopos Occidentales, 418. XXXIX.
Epitaphium Athaulphi Regis a Gothis ſuis occiſi, 414. I. Bonifacii Papæ, 423. VIII.
Damnatæ hæreſis Pelagianæ, 431. XCIX.
Eradius a S. Auguſtino deligitur ſucceſſor & coadjutor, 426. VII. *& ſeq.*
Eremi dignæ laudes, 441. XVI. & 445. XVI.
Error diſtinguitur a malitia, 432. XXII.
Errores Pelagii damnati in Concilio Diopolitano, 415. XXII. A S. Auguſtino detecti, 415. XXIV. *Vide*, Hæreſes.
Evangelium toto orbe prædicandum ante noviſſimum diem, 419. CVI. In medio Synodi collocatum, 431. L.
Evagrii Epiſcopi ſucceſſoris Paulini Antiocheni nomen in ſacras tabulas poſt obitum relatum, 412. XLIX.
Euchaitæ hæretici damnati Epheſi a S. Synodo, 431. CI. Lege Theodoſii proſcripti, 428. XXV.
Eucharich Rex Alemannorum a S. Germano repreſſus, 435. XVIII. *& ſeq.*
Euchariſtia liberat puerum Judæum ab incendio, 423. VIII. Ea-

Ea curatur arrepta a dæmone virgo sacra, 434. XVI. *& seq.*
De eadem sincera Doctrina Cyrilli, 430. LIII.
Eucherius expurgator Cassiani, 433. XXIX.
Eucherius Episcopus Lugdunensis, 441. V. Ejus homiliæ falso inscriptæ Eusebio Emisseno, *ibid.*
Eucherius maxime nobilis, *ibid.* Ex monacho Lerinensi Episcopus Lugdunensis, 441. XII.
Eucherius vir clarissimus, ad quem scripsit Sidonius, 441. X.
Eudocia uxor datur Theodosio, 421. II. Consuetudine Melaniæ reddita melior, 434. XIII. Dilatavit civitatem Antiochenam murorum ambitu, 439. VIII. Peregrinatur Hierosolymam, 438. XVI. Quæ ibi, 438. XVII. *& seq.* Ejus posterior profectio Hierosolymam, 438. XXI. Pede luxato curatur a Melania, 438. XVII. Ædificat templum S. Stephano protomartyri Hierosolymis, 438. XXI. Ædificat monasteria in Palæstina, 438. XX. Quas reliquias acceperit a Juvenali Episcopo Hierosolymitano, 439. IV. Statua donata ab Antiochenis, 439. VII. *& seq.* Fuit studiosa Cyri, 441. XI.
Eudoxia Augusta filia Theodosii nupta Valentiniano, 437. XIV. Erigit Romæ basilicam in memoriam vinculorum S. Petri, 439. VII.
Eudoxius hæreticus sepultus apud Constantinolim, 412. XLIX.
Eudoxius creatur Consul, 442. I.
Eugenius procurator domus Regiæ quid cum Honoria filia Gallæ Placidiæ, 435. XXV.
Eulalius Episcopus Alexandrinus, & Eulalius Carthaginenses conficti 419. XCII. *& seq.*
Eulalius creatur in schismate contra Bonifacium Papam, 418. LXXVIII. Occupat Ecclesiam Lateranensem, 418. LXXX. Ei favit Symmachus Præfectus Urbis, 418. LXXXI. & 419. I. Ejus ingens temeritas & tyrannis, 419. IX. Sua temeritate convincitur & damnatur, 419. XVI. *& seq.* Rescripto Honorii jubetur ab Urbe expelli, 419. XXX. Antii expectat obitum Bonifacii, 419. XLI. Nepesinæ urbis dicitur, creatus Episcopus, *ibid.*
Eulogius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ post Gelasium, 415. XIX.
Eulogius presbyter Edessenus excommunicatur, 448. LIX.
Eunomius Episcopus vindex blasphemiæ, 410. XXVI.
Eunomiani hæretici exagitati legibus Theodosii, 413. XXVIII.
Evodius Episcopus Uzalensis accepit ab Orosio reliquias S. Stephani, 416. XVII. Testis de fide Epistolæ Severi Minoricensis Episcopi, 418. XLIII.
Eoptius Episcopus factus Ptolemaïdis movet Cyrillum ad scribendam expositionem suorum capitulorum, 433. XXI.
Euprepii monasterium apud Antiochiam, 428. XX. Domicilium Nestorii, 433. XXII.
Eusebius Cremonensis exclamat ad Cyrillum Alexandrinum contra Valerianum Pelagianum, 417. XV. Ejus epistola ad Cyrillum contra Valerianum Pelagianum, *ibid.*
Eusebius Emissenus non scripsit humilias de martyribus Lugdunensibus, sed Eucherius, 441. V.
Eusebius Episcopus Dorilæi agit contra Eutychetem, 448. XXV. Ejus libellus adversus Eutychetem, 448. XXVI. Renuit convenire Eutychetem, *ibid.* Urget iterum adversus Eutychetem, 448. XXIX.
Eustochius Metropolitanus Pamphyliæ vacationem petit ab Episcopatu, retento nomine & honore, 431. CI.
Eustathius Episcopus judex constitututus, 448. LX.
Eustochii memoria & Paulæ junioris, 415. XXXVIII. Quæ passa Hierosolymis ab adversariis, 416. XXXI. *& seq.* Ejus obitus, 419. XCIX. Prænuntiatus a S. Hieronymo ejus ad Deum transitus, 419. C. Ejus ætas, *ibid.*
Eutherius Tyanensis Episcopus Nestorianus, 431. LXIX.
Eutyches hæresiarcha dux Hagiomachorum, 446. XIII. Ejus hæresis qua occasione obortа, 448. XIX. Ad eum S. Leonis Epistola, 448. XX. Detegitur hæreticus, 448. XXIV. In ejus causa Concilium Constantinopolitanum, 448. XXV. Ejus detestatio, 448. XXVII. Citatur a Synodo Constantinopolitana, 448. XXVIII. Secunda de ipso relatio, *ibid.* Libros spargebat ad excitandam seditionem, 448. XXXIV. Ejus subterfugia, 448. XXXV. Cum eo quid actum a Synodo, 448. XXXVI. Interpellatur ab Auctore, *ibid.* Tertio citatur, 448. XXXVIII. Ei dantur induciæ septem dierum, 448. XLVI. Suas prodit blasphemias, *ibid.* A Præfectis opem quærit, *ibid.* Ejus adventus in Synodum, *ibid.* Causam dicit, 448. XLVIII. Frustra subterfugia captat, *ibid.* A Flaviano damnatur, 448. L. Ejus conatus post damnationem, 448. LIV. Ejus dolus in præveniendis literis Flaviani, 448. LV. Ejus hæresis ingressus & progressus, 448. LVI.
Euthymius abbas in Palæstina curat Theredonem Saracenum incurabili morbo ægrotantem, 420. XXXV. Convertit & baptizat Saracenos, 420. XXXVI. Ejus prædictio de Episcopatu Domni Episcopi Antiocheni, 436. XII.
Eutychius martyr cum sociis in Africa sub Genserico, 437. I.
Excommunicationem Cælestinus Papa in Nestorium comminatur, 430. XVIII.
Excommunicationis sententia injuste licet lata, non contemnenda, 412. XXVIII.
Excommunicationem, licet nullam prorsus timuit Theodosius, a qua absolvi voluit, 425. XVI.
Excommunicati non admittebantur ad communionem ante relationem populo factam, 432. LXXIV.
Excommunicatio ex parte illata, 419. LXXVII.
Excommunicatio non ferenda ob levem causam, 445. XIV.
Excommunicatio contra Cyrum, Samuelem, & Eulogium Edessenos presbyteros, 448. XIX.
Excommunicatum nec per literas alloqui licet, 448. LV.
Excusatio Abrahami de Eutychete, 448. XXXIX.
Executionem Apostolicarum sententiarum cum Apparitura Augustinus timet, 424. VIII.
Executionis modus sententiarum Apostolicæ Sedis conflavit invidiam in Romanos Pontifices, 419. LXXXI. LXXXVI.
Executores violenter agentes reprehenduntur, *ibidem.*
Exercitus Romanus perditur, dum Episcopi Catholici affliguntur, 431. CXXXVII.
Exercitus Romanus ob idololatriæ facinus vincitur, 439. XVI.
Extorres Africani Catholici quanta mala passi, 440. VI.
Exuperantius Episcopus in Lucania perneccssarius S. Paulini, 431. CXCVI.

# F

Fabius Episcopus Pelagianus profugiens Constantinopolim ad Nestorium, 430. III.
Fames dira in Britannia, 446. I.
Fames & pestifer odor homines & jumenta delet, *ibid.*





Fasciæ Christi donatæ a Juvenale Episcopo Hierosolymitano Eudociæ, 439. IV.
Faustinus Episcopus Potentinus in Piceno legatus a Zosimo Carthaginem, 418. LXXVII. Nimiæ asperitatis homo, 418. LXXXVI. Ejus causa perturbata Ecclesia Africana, *ibid.*
Federicus Metius transtulit Theodoreti epistolas, 430. XLVIII.
S. Felicis reliquiæ vindices periurorum, 412. XXX.
Felix Magister militum auctor necis Patrocli Episcopi & Titi diaconi, 426. XXVI. Dat pœnas sceleris, 426. XXVII.
Felix Episcopus Adrumetinus relegatur, 442. II.
Felicitatis & Perpetuæ corpora in basilica restituta Carthagine posita, 439. XXXI.
Felicitatis martyris oratorium a Bonifacio Papa erectum, 423. VIII.
Femina prohibetur pallam tangere, 423. VIII.
Feminæ mixtæ inter Pelagianos, 415. XLVI. Psallebant cum illis in Ecclesia, *ibid.*
Fenestella fieri consueta in loco ubi reconditæ sunt reliquiæ martyrum, 416. XXI. Ad sepulcra martyrum fieri solita, *ibid.*
Festi dies sanctificandi lege Theodosii, 425. VI.
Festa dies catenæ S. Petri annua Constantinopoli, 439. IV. *& seq.*
Fides Catholica Gentiles optimis moribus imbuit, 428. XVI. Ejus ab hæresi dignoscendæ Symbolum, 431. XXXV. Eadem propagata ad Saracenos, 429. XXXI.
Fidei confessio Pelagii, 417. XLI.
Fides reddidit Homines constantes, 440. VI.
Fiscales titulos affigi Theodosius lege vetuit, 439. XXXVI.
Flavianus Episcopus Philippensium accipit literas a Cælestino Papa contra Nestorium, 430. XXVII.
Flavianus creatur Episcopus Constantinopolitanus, 446. XXI. Ejus inimicus Chrysaphius, unde orta omnia mala in causa Eutychetis, *ibid.* Ad eum Eusebius scribit contra Eutychetem, 448. XXVI. Damnat Eutychetem, *ibid.* Scribit ad S. Leonem contra Eutychetem, 448. LII.
Florentius Præfectus Prætorio sustulit vectigal lenonum sua impensa, 439. XXXVII. Ejus dignæ laudes, *ibid.* Patronus fidei Catholicæ, *ibid.*
Florentius ab Imperatore missus ad Concilium, 448. XLVIII.
Florini Judæi conversio, 418. LXIV.
Florus Episcopus Pelagianus profugus Constantinopolim, 429. III.
Fœneratores ne sint Clerici, 443. VI.
Fœneratorum molestia, 445. III.
Fontes subito exarsere, 446. VII.
Foramen solitum fieri in loco ubi reconduntur reliquiæ martyrum, 416. XXI.
Foramina olim fieri solita ad sepulcra martyrum, 438. XIV.
Fortunatus legatus cum Vincentio in Concilio Teleptensi, 418. XXXI.
Fortunius Episcopus Donatista consutatur differens cum S. Augustino, 412. IX.
Franci ab Aetio victi, 428. XV. Per Christianitatem antiquas abolevere maculas, 428. XVI. Eorum vetus infidelitas, *ibid.*
ad Franchos Reges epistola S. Gregorii, 441. XIV.
Fritillus Episcopus Heracleæ Thraciæ Nestorianus, 431. LXIX.
Frumentariam copiam perpetuo permansuram curat Theodosius Imperator, 434. XIV.
Fugere an liceat Episcopis barbaricæ cladis tempore, 428. XIII. *& seq.*
Fulmina a Deo immissa in barbaros hostes Romani Imperii, 425. XI. *& seqq.*



Funera defunctorum Christianorum quam involabiliter custodita, 439. XXXIII.
Fussalensium querela in Antonium ipsorum Episcopum, 424. V. VII.

# G

Galbio cum Mavortio adversus Bonifacium mittitur, 427. I.
Galilæi Judæi conversio, 418. LIII.
Galla Placidia a Gothis reddita Honorio Imperatori, 415. LX. Ex Constantio genuit Valentinianum, 418. LXXXIII. Cum filio regnat, 425. IV. Ejus numisma, *ibid.* Honorifice habuit S. Germanum, cum venit Ravennam, 435. XIX. Voti causa erexit Ecclesiam Ravennæ, 435. XXVI. Reliquiarum capsulam S. Germani accepit, 435. XXII.
Gallias invadunt Gothi sub Athaulpho, 412. XXXII. Earum presbyteri impugnantes scripta S. Augustini, 430. LXXXIX. Earum presbyteri insurgentes contra S. Augustini scripta turbant Occidentalem Ecclesiam, 431. CLXXXIV.
in Gallia Narbonensi Concilium Vasense, 442. III.
Gallorum nobiles plures fugiunt barboras, & migrant in Africam & in Palæstinam, 431. VII. Eorum peccata, quibus iram Dei contra se concitarunt, 412. XXXIV.
Gallicanum Concilium sub Cælestino Papa, 429. II.
Gamaliel apparet in visu Luciano, 415. VIII. Princeps Judæorum, in ordinem redactus, 415. XXX.
Gaudentius Episcopus Donatista paratus se cum suis incedere, 414. VIII.
Gaudiosus Episcopus transfert Neapolim ampullam sanguinis S. Stephani protomartyris, 416. XX.
Genethlius Episcopus Catholicus in Africa miræ mansuetudinis, 412. VII. Retinuit edictum contra Donatistas datum, *ibid.*
Gennadius Massiliensis minus æquus in Prosperum, 433. XXXIX.
Genscricus Rex Wandalorum ex Catholico factus Arianus, Romanos vincit, 431. CXXXVII. An Guntharium fratrem habuerit prædecessorem, vel collegam, 431. CXCV. Carthaginem capit, 439. XIX. Potitus Africa partitur provincias, 439. XXX. Persecutionem movet in Africanam Ecclesiam, 437. I. *& seq.* Frustra Siciliam tentat, 440. V. Persequitur Christianos Catholicos, 442. II.
Genovefæ sanctitas a S. Germano percognita, & Deo oblata, 429. XI.
Gentilium scandalum de malis illatis in Romanum Imperium tempore Christianorum, 412. XIX. Expugnantur reliquiis Sanctorum martyrum, 415. XVIII. A militia atque omni magistratu Impp. lege excluſi, 439. IX. Theodosii lege coerciti, 423. VII. *& seq.* Eos fides Catholica optimis semper morbus imbuit, 428. XVI. Rursum in Christianam Religionem insurgunt 428. XIII. Eis collati ampliſſimi magistratus, 428. XVIII. Eorum superstitio rursum invalescit, sed sanctione Theodosii exciditur, 439. X. Eorum superstitio in superinducendis sibi deorum diversorum formis 439. XIV.
Germanus Episcopus Antissiodori oleo benedicto sedat maris tempestatem, 429. XIII. Liberat Britannos ab errore Pelagiano, 429. XIV. *& seq.* Contulit cum Pelagianis, *ibid.* Superat eos miraculo, *ibid.* Ferre solitus captulam reliquiarum sanctorum, 429. XV. Pulverem pro reliquiis colligit ex sepulcro S. Albani, 429. XVI. Pedis luxationem patitur, 429. XVII. Extinguit incen-

dium, *ibid.* Pugnat pro Britannis, 429. XVIII. Revertitur Antissiodorum, 429. XIX. Quid Parisiis cum S. Genovefa, 429. XI. Legatio in Britanniam, 429. VI. IX. Ejus posterior legatio in Britanniam contra Pelagianos, 435. XVI. Liberat Britannos a Pelagianis, *ibid.* Revertitur in Gallias, 435. XXII. Iterum legatus missus ad reprimendos barbaros, 435. XVIII. Ejus legatio ad Valentinianum Imperatorem Ravennam, 435. XIX. Ravennæ liberat carceratos, 435. XX. Prævidet suum obitum, 435. XXI. Ejus obitus, & translatio corporis, 435. XXII. Ejus reliquiæ susceptæ & magno honore habitæ, *ibid.*
Germanus Eutychetem citat, 448. XXXVIII.
Gervasii & Protasii basilica Romæ ab Innocentio dedicatur, 417. VI.
Gilda Britannus prosequitur historiam Britannorum, 446. I.
Gladius S. Petri reconditur magno honore Constantinopoli, & miracula ex eo, 439. VI.
Gothi recedentes ab Italia invadunt Gallias, 412. XXXII. Accepti ut amici in Gallia, 412. XXXVII. Pulsi e Galliis proficiscuntur in Hispanias, 414. I. Duplici afflicti post captam Urbem naufragio, 415. LXI. Tempestate maris repulsi a Sicilia, *ibid.* Navigaturi in Africam repulsi tempestate, 415. LX. Romanum exercitum vincunt ob ducis Gentilicium superstitionem, 439. XVI. Urbem ingressi abstinuerunt ab ornamentis basilicarum Petri & Pauli Apostolorum, a cæteris non ita, 440. IV. Reveriti sanctos Apostolos Petrum & Paulum, *ibid.*
ad Gradum honoris non sunt extollendi hæretici, 447. XXIV.
Gradus sui prærogativam laudabiliter tueri licet, 448. LXXXIII.
Græci ex Judæis potius, quam Judæi ex Græcis, 438. XVIII. *& seqq.*
Grando ut manna ceciderit in conversione Judæorum, 418. LXVI.
Gregorius Papa Sozomenum, & non Theodoretum exagitat, & vindicatur a calumnia Cani, 427. XIX. Ejus sententia reiicientis historiam Sozomeni quomodo accipienda, 430. XL. Detexit errorem de confusione canonum schismaticorum, cum Orthodoxis Concilii Ephesini, 431. LXXIX.
S. Gregorii epistola ad Franchorum Reges, 441. XIV.
Gregorianus codex, 435. XXV.
Guntharius & Genfericus Reges Wandalorum in Hispania, 427. VIII.
Guntharius Rex Wandalorum frater Genserici quando decessit, 428. XIV. An regnarit in Africa cum Genserico, 431. CXCIV.

## H

HAbet deum Episcopum Genfericus relegat, 442. II.
Habitus clericorum ab hæreticis immutatus, 428. XVII.
Hæreses Diodori Tarsensis, 428. XXXV.
Hæreses illatæ in Hispaniam per duos Avitos, 414. X.
Hæresis Nestorianæ exordium, 428. XXIX. *& seq.*
Hæreses Pelagianas damnavit Zosimus Papa, 418. XVII. Eas disseminat occulte Cælestius per quæstiones, 412. XXVI. Quo anno innotuit Africæ, 412. XX. Damnatæ in Concilio Diospolitano, 415. XX. Alia ex eodem Pelagio dimanantes detectæ a S. Augustino, 415. XXIV.
Hæresis de pœnis inferni temporariis, 414. XVII.
Hæresis nova Vincentii Victoris, 420. VIII.
Hæresis Vitalis oboritur, 419. LIV.
Hæresis optimos quosque mores corrumpit, 418. XVIII.
Hæreses sequitur devastatio, 412. XX.
Hæreses omnes ex tumore mentis, ex neglectu sanctorum Patrum obortæ, & contemptu veterum traditionum, 428. XXX.
Hæresis inducit desolationem, 445. VI.
Hæretici Ariani Scythæ a Theodosio exagitati, 423. IV. *& seq.*
Hæretici Enthusiastæ damnati Ephesi in Concilio, 431. CI. Item Euchaitæ, *ibid.*
Hæretici Eunomiani lege Theodosii exagitati, 423. IV.
Hæretici in Gallia novum inducunt habitum clericorum, 428. XVII.
Hæretici Macedoniani a Theodosii legibus vexati, 439. LXXXI.
Hæretici Manichæi a Theodosio lege vexati, 423. IV. *& seq.*
Hæretici Marcionitæ conversi ad fidem per Theodoretum, 424. XIV. *& seqq.*
Hæretici Massaliani damnati Ephesi a S. Synodo, 431. CI. Ne amplius reciperentur in Ecclesiam statutum, 428. II.
Hæretici Montanistæ lege Theodosii cohibiti, 423. IV. *& seq.*
Hæretici Novatiani a Theodosio exagitati, 423. IV. *& seq.*
Hæretici Pelagiani rescripto Honorii exagitati, 419. LVII.
Hæretici Sabbatiani a Theodosio exagitati, 423. IV. *& seq.*
Hæreticus novus Victorinus, 414. XI.
Hæreticorum conversionis veræ indicium, 430. XXII.
Hæreticum se simulare, ut quis hæreticos detegere & inquirere possit, non licere, 414. XIII. Diutius examinandi antequam in Ecclesiam recipiantur, 417. XXXVIII. Eis etiam eleemosynam faciendam præcepit Atticus, 425. XXI. *& seq.* Diversimode tractandi, leniter aliquando, aliquando severe, 420. X. *& seqq.* Coercendi ergastulo, ut curentur, 420. XI. Diversis pœnis a Theodosio Imperatore, impulsore Nestorio, exagitati, 428. XXV. In quo etiam dignoscantur a Catholicis, 429. XLII. Quibus soleant armis decertare, 433. X. *& seq.* Iis quo ordine facienda eleemosyna ex S. Gregorii doctrina, 425. XXII. Obstinati haud mitius tractandi sunt, 433. XXII. Eis parcendo Deus in iram concitatur, *ibid.* Eorum ea improbantur, quæ ad hæresim spectant, 430. III. Iis pœnitentibus de simulatione suspectis audientia denegatur, 439. XLV. *& seq.*
Hæreticos detegere pium est, 443. IV.
Hæreticus inter Catholicos est aper lutulentus, *ibidem.*
Hæreticum est dictum, quod non sit manibus laborandum, sed semper orandum, 444. X.
Hæretici sanctitatem simulant, 443. VI.
Hæretici præsertim eruditi difficillime corrigun. tur, 443. XV.
Hæretici persæpe inveniuntur impudici, 444. II.
Hæretici judicantur a Romano Pontifice, *ibid.*
Hæretici inquirendi, & deferendi, 444. III.
Hæretici fugiendi magis quam pestis, 445. VIII.
Hæretici omnino exterminandi, *ibid.*
Hæretici hydrinis capitibus persæpe pullulant, 447. III.
Hæretici zizaniæ semina jaciunt, 447. IV.
Hæretici omnia immiscent, 447. V.
Hæretici cavendi, maxime eorum libri, 447. VIII.
Hæretici conversi sint sine spe provectionis ad superiorem gradum, 447. XXV.
in Hæreticos epistola S. Leonis ad Turibium, 447. XIII.
Hæretici persæpe citantur, 448. XXXIII.





Hæretici honesto prætextu ad Scripturas provocant, 448. XXX.
Hæretici semper luci adversantur, 448. XXXVII.
Hæretici ad Præfectos, & sæculares confugiunt, 447. XLIII.
Hæretici semper subterfugia captant, 448. XLVIII.
Hæretici a SS. Patribus deficiunt, & divinæ Scripturæ se vindices profitentur, 448. XXXI.
Hæretici interdum coguntur admittere expositiones Patrum, 448. XLI.
Hæretici Novatores impudentissimi reiiciunt interpretationes Patrum, 448. XLII.
Hæretici ingrediuntur Synodos ambitioso freti comitatu, 448. XLIII.
Hæreticus involvitur suis spiris instar colubri, 448. XLIX.
Hagiomachi perstringuntur ab auctore, 416. XXVII.
Heleniana basilica, 433. XXXIV.
Helion Patricius coronam a Theodosio defert Valentiniano, 425. I.
Helladius Episcopus Tarsi Nestorianus, 431. LXIX.
Henricus Gravius professor Lovaniensis, 418. XIX.
Heraclianus tyrannis quando cœpta, 412. XXVII. Ejus consulatus & tyrannis, 412. II. Ejus apparatus, *ibid.* Fugatur & occiditur, *ibid.* Honorii Imp. in eum datum rescriptum, *ibid.*
Hermogenianus codex, 435. XXVIII.
Heros Episcopus Arelatensis pellitur, 412. XL. Cum Lazaro accusator Pelagii, 416. IV. Accusatur a Cælestino, 417. XXI. Ejus crimina, 417. XXVII.
Hesychius Episcopus Salonitanus tempore Zosimi Papæ, 418. XLIII.
Hibernis Palladius Sedis Apostolicæ legatus prædicavit, 429. VIII.
Hieronymus ad Demetriadem quo anno scripsit, & qua occasione, 413. VIII. Ejus consilium in scribendo dialogum contra Pelagianos, 415. XXV. In dimicando contra Pelagianos gloriatur Augustino commilitone, 415. XXXI. Ejus rerum status tempore Concilii Palæstini, 415. XXXVIII. Ejus modestia, dum reclamans ad Innocentium de damnis illatis ab hostibus fidei, nomina reorum retieet, 416. XXXII. Ejus obitus & ætas, 420. XXXIX. Ejus laudes, 420. XLI. Ejus scripta quæ non extant, 420. XLII. Ejus vita incerti auctoris mendaciis consarcinata, 420. XLIII. Irrita & cassa redduntur, quæ Cyrilli, Eusebii, & Augustini nomine de eo scripta feruntur, 420. XLIV. *& seq.* Ei falso tribuuntur, quæ Gerasimi esse probantur, 414. XLIX. Ejus Vitam scripsit Sebastianus monachus Cassinensis, *ibid.* Ejus Vita magis probatur quæ scripta est a Mariano Victorio Episcopo Reatino, 420. L.
Hieronymus Rubeus historicus illustratur rerum Ecclesiæ Ravennatis, 433. XXIV.
Hierosolymorum Episcoporum successio, post Joannem Praylium, post Praylium Juvenalis, 429. XLIII.
Hilarius Episcopus Narbonensis sub Bonifacio Papa, 417. LI.
Hilarius & Prosper pro S. Augustino insurgunt, 426. XXIX. Ejus soror Pimeniola, 426. XXII. Ejus cognatus Lupus, *ibid.* Is & Prosper defendunt scripta S. Augustini, 430. LXXXIX. Quando se Romam contulerunt, ad Cælestinum adversus impugnatores scriptorum S. Augustini, 431. CXXXV.
Hilarius Episcopus Narbonensis, 439. XLIV. Litteras accipit a Zosimo Pontifice Romano, 417. L.
Hilarius Arelatensis Episcopus, 441. IV. Primus subscriptus in Arausicano Concilio, *ibid.* Ejus jus superbia comprimitur, 445. IX. Romam venit acturus causam suam, 445. XIII. De quibus redargutus condemnetur, 445. XIV. In eum Imperator interpellator, 445. XV. Virtutibus & sanctitate maxime clarus, 445. XVII. Vitam S. Honorati scripsit, 445. XX. Nequaquam ad monasticam vitam rediit, 445. XIV. Ejus funebris oratio de S. Honorato, 445. XIX. Ejus preces ad S. Honoratum, 445. XX. Ejus Epitaphium, 445. XVII.
Himerius Episcopus Nicomediæ Nestorianus, 431. LXIX.
Hypatia virgo Alexandrina philosophorum omnium celeberrima, 415. XLVI. Necatur ab aliis qui favebant Cyrillo, 415. XLVII. Laudata a Synesio, 415. XLVIII.
Hippona obsessa quatuordecim mensibus a Wandalis, 430. LXXVI. Confugium extorrium Catholicorum, *ibid.*
Hipponenses fatigati peste tempore obsidionis, *ibid.*
Hispaniæ hæresibus Origenistarum inficiuntur, 414. X. Eas invadunt Gothi pulsi e Gallis, 414. I.
Hispana virgo Martyrium subit sub Wandalis, 427. XIX.
de Hispaniæ negotiis epistola S. Leonis ad Turibium Episcopum, 444. IV.
in Hispania indicitur Concilium generale, 447. XIV.
in Hispania Concilia duo celebrantur, 447. XV.
Historia Christiana a Philippo conscripta qualis, 426. III.
Historiam Britannorum prosequitur Gilda Britannus, 446. I.
Homiliæ Eusebio Emisseno inscriptæ, inscribendæ essent S. Eucherio, 441. V.
Homines sæpe tribulationibus curantur, 440. X.
Hominem status curatur mira Dei providentia, *ibid.*
Homines delirare interdum cogit cupido nobilitatis, 444. XVII.
S. Honoratus abbas Lerinensis cœnobii, 441. XVI. Ejus vita ab Hilario scripta, 445. XIX. Ejus breve compendium, 445. XX. Ex illustri familia natus, 445. XVIII. Ad eum preces S. Hilarii, 445. XX.
in Honorem Solis & Lunæ jejunabant Manichæi, 443. IV.
Honorius obstinatos Donatistas post Collationem legibus urget, 412. II. Noluit bona Ecclesiastica subjacere publicis exactionibus, 412. XXVIII. Jussit ne Clerici convenirentur apud aliud Tribunal, quam Ecclesiasticum, *ibid.* Jussit Episcopale judicium illibatum servari, *ibid.* Ejus rescriptum adversus Heraclianum, 413. III. Aliud de abolendo Heracliani nomine, 413. IV. Consecutus victoriam adversus Heraclianum tyrannum, 413. III. *& seq.* Rursum exagitat Donatistas, quam severissime per Dulcitium, 414. II. Ejus benignitas erga Attalum tyrannum, 415. LIX. Nactus sibi barbaros obsequentes, 415. LXII. Rescribit contra Gentiles, *ibid.* Romæ triumphat, Attalo præeunte ante currum, 417. LX. Ejus numisma victoriam de tyrannis designans, *ibid.* Judæos legibus exagitat, ut sic ad fidem inducat, 418. LXIII. Subdola relatione Symmachi Præfecti deceptus, 418. LXXXI. Rescribit ad Symmachum in causa Bonifacii & Eulalii, 419. I. Litteris Romanorum presbyterorum admonetur de causa Bonifacii & Eulalii, 419. VIII. Ad se advocat utramque partem Bonifacii, & Eulalii 419. X. Ejus ad Symmachum secunda epistola, 419. XI. Res Ecclesiasticas nonnisi per Episcopos tractari voluit, 419. XIII. Convocat Ravennam Episcopos, qui agant de le-

gitima electione Romani Pontificis, *ibid.* Rescripsit contra Pelagium, 418. XX. Ejus commonitorium ad Episcopos vocatos ad Synodum in causa schismatis, 419. I. Scribit ad Præfectum Urbis de Achilleo Episcopo Spoletino 419. XV. Ejus epistola ad Achilleum 419. X. Scribit ad Populum Romanum de Achilleo Episcopo misso, 419. XVIII. Alios vocat ad Synodum Episcopos Ravennam in causa schismatis, 419. XXI. Ejus epistola ad Paulinum, *ibid.* Ejus epistola ad Africanos Episcopos, qua eos vocat ad Synodum, 419. XXIII. Ejus epistola ad Aurelium Episcopum Carthaginensem, qua vocat eum ad Synodum, 419. XXII. Scribit contra Eulalium, ut pellatur Urbe, 419. XXX. Ejus epistola ad Symmachum de restitutione Bonifacii, 419. XXXIII. Rescribit ad Largum Proconsulem ne Episcopi vocati fatigarentur venire ad Synodum, 419. XXXVI. Ei commendat Ecclesiam Romanam Bonifacius Papa, 419. XXXIX. Scribit ad Bonifacium Papam de cura sua erga Romanæ Ecclesiæ statum, 419. XLI. Rescribit ad Aurelium contra Pelagianos, 419. LVII. Exagitat clericos cum feminis habitantes, 420. LI. Ejus obitus ætas, 423. I. Laudatissimus Imperator vindicatur a calumniis, 423. II. Potens religione potius quam armis, *ibid.* Ejus numisma de supplantato tyranno, *ibid.*

Honoria filia Gallæ Placidiæ relegatur ob stuprum Constantinopolim, 435. XXVI.

Honoratus Episcopus Arelatensis post Patroclum 426. XXVI.

Honorati Episcopi epistola ad Arcadium de exhortatione ad martyrium, 437. XII.

Hormisdæ nobilis Persæ martyrium, 420. XX.

Hospites hilari fronte sunt recipiendi, 440. VII.

Humanitas & divinitas Jesu Christi declaratur in una persona, 444. XXV.

Humilitas & mansuetudo commendatur, 444. XIX.

Humilitas in Episcopis maximus splendor, 440. II.

Humilitas summa S. Turibii Asturicensis Episcopi, 447. IV.

Hunni lacessentes Burgundiones occasio illis fuerunt fidem Christianam capessendi, 413. XXVII. Victi a Burgundionibus Christi auxilio, *ibid.* Agunt pro Aetio, 432. XC.

Hunnorum irruptiones in Romanum Imperium 444. XXXIV. Quinam ex his Christianam religionem susceperint, 444. XXXV. Eorum ubi fuerit sedes, & qui mores, *ibid.* Eorum victus & vestitus, 444. XXXVII. Quales in præliis, *ibid.* Semper vagi, *ibid.* Ludo addictissimi, 444. XL. Eorum plures egressus, *ibid.* Thraciam vastarunt, 444. XXXIV. Burgundiones contriverunt, 444. XXXV. Maxime asperi, & immanes, *ibid.*

Hypocrisis diu latet, sed tempore detegitur, 444. XXXIII.

Hypocrita sub specie Sanctitatis multos decipit, 443. VIII.

Hypocrita nihil magis Ecclesiæ Dei obest, *ibid.*

## I

Jacobus Comes in custodiam recipit Cyrillum & Memnonem, 431. CXXVIII.

Jacobus in Syria magnus anachoreta, ejus res gestæ, 424. XIV.

Jacobi Persæ Christiani dirum martyrium, 426. XXIV.

Jacobus & Timasius ex discipulis Pelagii reditti Catholici, 414. XVIII.

Jammona oppidum in insula Minorica, 418. XLV. In qua numquam Judæi habitare potuerunt, *ibid.*

Januarius Episcopus & Martyr Neapolitanam illustrat Ecclesiam, 431. CXCV.

Ibæ epistola conferta calumniis, 432. LXXI.

Ibæ Episcopi Edessæni causa in duobus Conciliis tractata, 448. LVII. In ejus causa judicium Tyrium, 448. LX. Item judicium Berythense, 448. LXI. Quid contra ipsum objectum, 448. LXII. Pro eo testificatio Clericorum Edessæ, 448. LXIII. Ejus epistola ad Marim Persam, 448. LXVI. Probatur Orthodoxus, 448. LXXI. Quomodo excusari possit de Theodoro laudato, 448. LXXII. Probatur Catholicus, non epistola Catholica, 448. LXXV.

Idolorum cultus iterum invalescit, sed Theodosii sanctione exciditur, 439. IX. Patres iterum in eumdem insurgunt, 439. XI.

Idoli falsum vaticinium de restitutione Idololatriæ, 420. VI.

Idololatriam restituendam falsis jactabatur oraculis, 420. V. Ejus reliquiæ demolitæ per Ursum Tribunum, Constantio Imperatore jubente, 420. VI.

Idololatria tribulatione maxima dissipatur, 440. X.

Idololatræ Theodosii lege coerciti, 423. VI. Eos Theodosius insectatur, 426. V.

Jejunii Sabbati causam reddidit Innocentius Papa, 417. XVI.

Jejunium præcedat ordinationes, 444. XXXI.

Jejunium Manichæorum in honorem Solis & Lunæ, 443. IV.

Jesu Christi declaratur divinitas & humanitas in una persona, 444. XXV.

Ignatii Episcopi Antiocheni martyris secunda translatio, 438. XIII.

Igni traduntur libri Manichæorum detecti a S. Leone, 443. II.

Illyricus vastatur ab Attila, 442. I.

Imaginem S. Joannis Chrisostomi moriturus Theophilus veneratus est, 412. XIV.

Imagines Imperatorum coronari solitæ in spectaculis, 425. VI.

Imaginibus sacris ornavit cœmeterium Cælestinus Papa, 432. XXXV.

Imaginibus sacris Valentinianus ornavit basilicas Apostolorum Petri & Pauli, 440. III.

Imaginibus sacris Sixtus Papa Ecclesiam S. Mariæ ornavit, 440. II.

Imago B. M. Virginis ardet in cupresso ut fax, 446. XVI.

Immanitas & asperitas Hunnorum, 444. XXXV.

Imperium religio regit, 415. LV.

Imperium Romanum cur barbaris dari meruit devastandum, 412. XXXII.

Imperium bene servatur & custoditur, si consulatur Ecclesiasticæ immunitati, 423. III.

Imperium quomodo reddi possit perpetuum, 432. XIII.

Imperium bene administratur puræ religionis cultu, 446. XXVII.

Imperium Occidentale vastatur a Barbaris, 440. III.

in Imperium Romanum irruptiones Hunnorum, 444. XXXIV.

Imperii administratio relinquitur a Pulcheria 446. XXIII.

Imperator auxiliabatur Romano Pontifici, 445. XV.

Imperatoris jura tempore schismatis, 418. LXXXI.

Imperatorum imagines coronari solitæ in spectaculis, 425. VI.

Imperatores periculose se immiscent se rebus sacris, 430. LXXIII.

Imperator ipse non ingreditur armatus in Ecclesiam, 431. IV.

Imperatores non portant diadema in Ecclesia, 431. VI.



Imperatores quomodo perpetuo regnare possint, 432. XIII.

Imperatorum non esse pallium dare Episcopis, 432. XCII.

Imperatorum Imagines in Ecclesia a Galla Placidia erecta Ravennæ, 435. XXVI.

Imperatores leges frustra sanciunt, nisi fontes malorum obstruant, 439. XVIII.

Imperatorum hujus temporis religio commendata, 433. XX.

ab Impostura defenditur Theodoretus, quod ipse non communicaverit cum Nestorianis, 444. XVI.

Imprudentia Thodosii urbane reprehenditur a Pulcheria, 446. XXIV.

Impudici inveniuntur hæretici, 444. II.

Incendium Arianorum, 428. XXIII.

Incendium civitatis Constantinopolitanæ, 433. XXIII.

Induciæ septem dierum dantur Eutycheti hæretico ad resipiscendum, 448. XLI.

Infernales pœnas temporarias ex errore Origenis dixere novi hæretici, 414. XVI.

Ingressus & progressus hæresis Eutychetis, 448. LVI.

Inimici ad invicem sunt aulici, 446. XXIV.

Inimicitia Chrisaphii cum S. Flaviano fuit causa omnium malorum, quæ orta sunt in Oriente, 446. XXI.

Initia rerum sunt semper maxime consideranda, 447. VIII.

Innocentii Papæ fides laudata a S. Hieronymo, 413. XII. Scribit ad Julianam, 413. XXIII. Confutat in ea hæresim Pelagianam, *ibid.* Monetur a Concilio Carthaginensi, ne recipiat Pelagium absolutum in Concilio Palæstino, 416. VII. Accipit litteras ex Concilio Carthaginensi & Milevitano per Julium, 416. VI. *& seq.* Eædem omnes contra Pelagium, ne recipiatur ab ipso, 416. XIII. Secreto admonetur ab Augustino & collegis de fautoribus Pelagianorum Romæ agentibus, 416. XII. Calumniose in crimen adducitur tolerantiæ Pelagianorum fautorum, *ibid.* Se jure ipse excusat, *ibid.* Non acquiescit judicio Palæstino de purgatione Pelagii, 416. XIII. Sed suspendit sententiam suam de eo, 416. XIV. Ejus litteræ redditæ ad Concilium Carthaginense & Milevitanum per Julium legatum, *ibid.* Acerrimus impugnator Pelagii, *ibid.* Damnavit Pelagium, *ibid.* Admonet Aurelium Carthaginensem Episcopum de ordinationibus perperam factis in Africa, 416. XXX. Admonet Joannem Episcopum Hierosolymorum de injuriis illatis in sanctas virgines Eustochium & Paulam, 416. XXXI. Scribit ad S. Hieronymum de damnis illatis consolans eum, 416. XXXIII. Ejus epistola ad Aurelium Carthaginensem de S. Hieronymo, 416. XXXIV. Eum fallere nititur Pelagius professione Catholica a quo sciebat suam absolutionem non esse acceptam, sed fuisse ab ipso damnatam, 417. I. Ejus obitus, res gestæ anni sedes, scripta, 417. IV. Ejus decretum sancitum adversus Pelagianos a Zosimo promulgatum, 417. V. Dedicavit basilicam sanctorum Gervasii & Protasii martyrum Romæ, 417. VI.

Innocentius ad quem scribit S. Basilius, quis fuerit, 417. VII. *& seq.*

Innocentius Judæus cum Meletio fugam arripiunt, ne Christiani efficerentur, 418. LX. Conversi ad fidem ambo cum suis, *ibid.* Ejus conjugis conversio, 418. LXX. Ejus affinis conversio, 418. LXXI.

Innocentius legatus ab Africanis Episcopis in Orientem pro canonibus Nicænis, 419. XCVII.

Innocentius & Restitutus a Donatistis occisi, 412. IV.

Inscriptio posita in baptisterio Constantini, 440. V.

Inscriptio soluti voti a Galla Placidia, 435. XXVI.

Insulæ plurimæ una cum incolis ex terræmotu subversæ, 446. VII.

Intrusus sede deponitur, 447. XXVI.

Inventio reliquiarum S. Stephani protomartyris in Judæa, 415. II.

Inventio corporis Zachariæ, 415. LVII.

Joannes creatus Episcopus Antiochenus, 427. XXVI. Ejus litteræ ad Cyrillum, *ibid.* 431. XLI. Præmittit Alexandrum Hierapolis, & Alexandrum Apameæ Episcopos Ephesum, *ibid.* Accipit literas a Cælestino contra Nestorium, 430. XXVII. Admonetur a Cyrillo de Nestorii erroribus, & Cælestini Papæ conatu adversus eum, 430. XXXII. Scribit ad Nestorium suadens pacem, 430. XXXIV. Ejus adventus Ephesum, 431. LXXI. Conflat schisma, *ibid.* Concilium contra Concilium congregit, 431. LXXII. Potens auxilio Irenæi Comitis jussit verberari Episcopos qui ei obviam processerant, 431. LXXII. Remoratur suum adventum, 431. XL. Favens Nestorio in gratiam ejus differt adventum ad Synodum, 431. XLI. Ejus temeritas in invasione jurium Ecclesiarum Cypri repressa a S. Synodo, 431. CXLV. Cur jussus redire in suam Ecclesiam, 431. CLXXII. Tertio citatus a Patribus Concilii Ephesini venire renuit, 431. LXXIX. Publicis scriptis declarat Cyrillum hæreticum Apollinaristam, 431. LXXXIX. Cum aliis schismaticis excommunicatus a Concilio Oecumenico Ephesino, 431. XCII. Pro concione acerrime a Cyrillo exagitatus, 431. XCIV. Movit Andream Episcopum Samosatensem & Theodoretum, ut scriberet contra Cyrillum, 431. CLXXXII. Quomodo recipiendus in Ecclesiam Cælestinus Papa decernit, 432. XI. Literis urgetur a Theodosio pro pace concilianda, 432. XLVI. Jubetur anathematizare Nestorium, 432. XLIV. Labe aspersus defensione Nestorii Euthymii ore improbatur, 432. LIII. Synodum habet Antiochiæ, 432. LIII. Damnat Nestorium in Synodo, *ibid.* Item per Epistolam ad Cyrillum, 432. LXI. Scribit ad Sixtum Romanum Pontificem de damnato a se & suis in Synodo Nestorio, 432. LV. Mittit Paulum Episcopum Emesenum ad Cyrillum pro pace, 432. LVIII. Ejus epistola ad Cyrillum, 432. LIX. Ejusdem fidei professio ad eum missa, 432. LXI. Scribit ad Sixtum Papam, mittens ad eum fidei professionem, *ibid.* Cum Cyrillo pacem iniit, 432. LXVIII. A suorum nonnullis exagitatus, ob indignas pacis conditiones, 433. II. Excusatur a Sixto Papa, 433. XIV. Accipit litteras a Cyrillo, 433. XVII. Scripsit ad Sixtum Romanum Pontificem, 433. XVIII. Ejus epistolæ de laudibus Theodori, 433. XIII. Convincitur calumnia, *ibid.* Excusavit non esse Theodori quæ sub ejus nomine blasphemiæ ferebantur, 433. XIV. Ejus obitus, 436. XII.

Joannes Cassianus favit Pelagianis, 430. XC. In Atticum infensus, 430. XCIV. Hortatu S. Leonis scribit contra Nestorium, 430. XC. Invectiva in eum, 430. XCII. Apostrophe ad Constantinopolitanos, 430. XCIII. Quando scripsit Collationes, 433. XXV. Ejus scripta sæpe purgata, 433. XXVIII. Ejus expurgatores, 433. XXIX. Eum excusat & laudat Gennadius Massalienfis æque suspectus, 433. XXX.

Joannes Comes sacrarum largitionum mittitur Ephesum ad conciliandos Episcopos, 431. CXXVIII. Ejus tyrannice res gestæ Ephesi, 431. CXXIX. Detrudit in carcerem S. Cyrillum & Memnonem Ephesi, *ibid.* Favens Nestorianis turpiter mentitus universam Synodum consensisse damnationi Cyrilli, 431. CXXXI. *& seq.* Dolose agit cum Orthodoxis,

xis, 431. CXXXIII. Reversus Constantinopolim trophæa victoriæ vanæ ostentat, 431. CXXXIV.
Joannes Chrysostomus per visum apparuit Cyrillo, 412. LXIII. Ejus nomen redditum a Cyrillo sacris tabulis, *ibid.* Ejus imaginem veneratus Theophilus defuncturus, 412. XLI. Ejus nomen referendum in Dypticha curat Atticus Episcopus Constantinopolitanus apud Cyrillum, 412. XLVIII. Ejus corpus translatum Constantinopolim, 438. I. *& seqq.* Baptizator Theodosii Imperatoris, 438. VII. Ejus memoria annis singulis in Ecclesia agi cœpta, 438. II.
Joannis Baptistæ natalis dies apud Ægyptios, 424. XVII.
Joannis Baptistæ reliquiæ, & ejus apparitio, *ibid.*
Joannis & Cyri reliquiæ effugant dæmones, 414. XX.
Joannes Episcopus Hierosolymitanus interfuit Concilio Diospolitano, 415. XIX. Consentiens Pelagio male audire cœpit apud Occidentales, 415. XXXIII. Monetur ab Augustino, 415. XXXIV. Acriter admonitus ab Innocentio Papa, 416. XXXI. Ejus obitus, 416. XXXV. In suspicionem adductus grassationis Bethleem, 416. XXXII.
Joannes medicus Syncellus Cyrilli, 431. CXXIV.
Joannes presbyter legatus ad Cælestinum Papam ex Synodo Ephesina, 431. CLXXIX.
Joannes Episcopus Ravennæ moritur, 433. XXIV. Data sub ipso a Valentiniano privilegia Ecclesiæ Ravennati imposituræ arguuntur, 432. XCII. *& seq.*
Joannes tyrannidem arripit post Honorium Imperatorem, 423. II. *& seq.* Abstulit Ecclesiæ privilegia, 423. III. Tentat Africam, 424. X. Capit Ardaburium ducem exercitus, 423. XIII. Divinitus extinctus, 425. II.
Joannes Wandalus in Thracia occisus, 444. XXXIV.
Joannes de Roa librum edidit periculosum, 447. VIII.
Joannes presbyter & Notarius Concilii Constantinopolitani, 448. CXXXVII.
Jocundus Episcopus qui interfuit Concilio Teleptensi, 418. XXXI.
Jovinianus hæresiarcha quo anno relegatus in insulam, 412. XXVI. *Voluptuosus moritur inter epulas, ibid.*
Jovinus Episcopus Ascalonis, 415. XIX.
Ira Dei excitatur in ultionem contra peccata, 440. IV.
Irenæus Comes venit cum Nestorio Ephesum ad Concilium, 431. XXXVIII. Amicitiæ tantum causa cum Nestorio Ephesum venit, 431. XLVII. Ejus legatio a Nestorianis ad Theodosium Imperatorem, 431. CXX. Ejus litteræ de rebus gestis Constantinopoli, 431. CXXI. Mendacissimus rerum gestarum assertor, 431. CXXIV. A Nestorianis creatus Episcopus Tyri, 431. CLXXXI. Ab Imperatore exauctoratus, *ibid.*
Irenæus Tyri Episcopus deponitur, 448. VI.
Irruptiones Hunnorum in Imperium Romanum, 444. XXXIV.
Isdegerdes Rex Persarum persequitur Christianos, 420. IV.
Isidori Peluſiotæ epistola ad Palladium Episcopum, 415. XXVIII. Falsa relatione schismaticorum commotus in Cyrillum, 431. LXXV. Naviter agere contra Nestorium pro fide hortatur, 431. LXXXVI. Scribit ad Theodosium Imp. de Patribus Ephesi tyrannice oppressis, 431. CXVIII. Ejus epistola ad Cyrillum, 433. IV. Redarguit imprudenter Cyrillum levitatis, *ibid.*
Ismaelitarum Regina precibus Simeonis obtinet filium, 420. XXVIII.
Italia liberata a tyranno, & ab ingruentibus barbaris, 415. III. *& seq.*
Judæi naufragio pereunt, salvis Christianis Catholicis, 413. XXVIII. In speluncis soliti sepelire mortuos, 425. IX. Quid in Christianos Alexandrinos, 425. XLI. Eorum tessera in occidendis Christianis, 425. XLII. Eos expellit a civitate Cyrillus, & eorum synagogas incendit, 425. XLIV. Crucifigunt puerum Christianum, 425. XLIX. Theodosio rescripto exagitati, *ibid.* Adversus Christianos insurgunt in insula Minoricensi, 418. XLVII. Eorum conversio per visiones demonstrata, 418. L. *& seq.* Eorum in insula Minorica summus sacerdos Theodorus, 418. LI. Eorum feminæ jaciunt lapides in Christianos, 418. LIII. Eorum synagoga a Christianis incensa, 418. LIV. Eorum primus Ruben conversus, 418. LV. Eorum prodigiosa dispersio, *ibid.* Eorum Antistes Theodorus convertitur, 415. LVII. Credentes cruce signantur, 418. LIX. Eorum refractarii Innocentius & Meletius coguntur nomine Christum invocare, 418. LX. Conversi ad fidem ambo cum suis, *ibid. & seq.* Eis ad fidem conversis lumen ostensum, & manna pluit, 418. LXV. Secuti Theodorum ad conversionem, 418. LXVII. Eorum feminæ obstinatimæ mira conversio, 418. LXVIII. Matronæ, fuga & conversio, 418. LXXI. Minoricensium conversorum numerus, 418. LXXII. Eos afflixit Honorius Imperator, ut ad fidem cogeret, 418. LXXIII. Theodosii lege perstricti, 423. VI. Ex eis puer, Eucharistia sumpta, in ignem injectus illæsus, 423. VIII. In Creta insula seducti ab impostore resipiscunt, 432. LXXXV. Ex eis quidam sæpius baptizatus, 419. CVIII. Ii non ex Græcis, sed Græci ex Judæis, 438. XIX.
Judæus Salvatoris imaginem cultro percussit, & multus sanguis emanavit, 446. XVIII. Inde cum uxore Christianus effectus, *ibid.*
Judæi in Syria Cyrum oppidum extruxerunt, 448. XVI.
Judices laici constituti a Silvano occasione avaritiæ clericorum, 434. IV.
Judicibus Imperant Episcopi, 412. IV. & XXIX.
Judices sæculares iniqui agentes Episcopi judicant, 412. XXVIII.
Judicium Ecclesiasticum magna maturitate tractandum, 417. XXVIII.
Judicium clericis sustulit Silvanus Episcopus Troadis, 434. VI.
Judicii universalis diei tempus advenisse creditum, 419. CVI.
Judicium Zosimi Papæ in causa Cælestii & adversariorum, 417. XXII. *& seq.*
Judicium a Zosimo Papa habitum in causa Cælestii, 418. XIII.
Judicium Papæ est magni ponderis, 448. LIV.
Judicium Tyrium in causa Ibæ, 448. LX.
S. Juliæ Carthaginensis martyrium, 440. XVI. Ex ejus ore columba exivit, 440. XVII. Ejus translato, *ibid.*
Juliana filia S. Probæ in consecratione filiæ Demetriadis mittit ad Augustinum munus, 413. XV. *In suspicionem adducta hæresis Pelagianæ*, 413. XIX. Ab Augustino monetur, 413. XX. Consternata filiæ mutatione, 413. IX. Ejus fides Catholica sincera probata, 413. XXI. Scripta Augustini ad ipsam, 413. XXII. Laudata Innocentii Papæ litteris, 413. XXIII. Et tacite admonita ut caveat errorem Pelagianum, *ibidem.*
Juliani Episcopi Pelagiani scriptis urgetur S. Augustinus, 426. XVI. Ejus calumniæ adversus Zosimum Papam, 418. XXV. Quid in Romanum clerum, & in S. Augustinum, 418. XXVI. Plura scribit pro suis Pelagianis adversus Romanum Pontificem, clerum & Augustinum, 418. XXV, *& seq.* Insultat Catholicis ob schisma Romanæ Ecclesiæ, 419. XLIII. Calumniis, lacessit Ecclesiam Catholicam, 419. XLIV. Diffamavit Catholicam Ecclesiam apud Orientales 419. XLV. Ejus scripta accipit Alypius, & mittit ad Augustinum ut respondeat, 419. XLVI.
Juvenis audax, ejus genus & studia, 419. L. Institutio, *ibid.* Audacia immensa, *ibid.* Ejus scripta, 419. LI. Quantum vixerit, 419. LIII. Profugus Constantinopolim, 430. III. Spe recuperandæ sedis simulat pœnitentiam, sed reiicitur a Sixto Pontifice, 439. XLV.
Julianus Pelagianus olim Capuanus Episcopus, 444. VIII.
*Julius legatus ex Conciliis Carthaginensi & Milevitano ad Innocentium Papam, 416. VI.*
Junius Præfectus Prætorio quid contra Pelagianos, 420. IV.
Jura Antiochenæ Ecclesiæ usurpare nititur Dioscorus 443. XXVII.
Juramentum deferri solitum apud reliquias Sanctorum, 412. XXIX.
Jure consultorum veterum classes & prærogativa, 435. XXIV.
Jureconsultorum a Theodosio recepta responsa, *ibidem.*
Justinianus factus Imperator restituit Cyrum civitatem a Barbaris excisam, 448. XVI.
Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus creatur post Praylium, 429. XLIII. Ordinat Petrum Episcopum Saracenorum, 420. XXXVIII. Accipit litteras Cælestini contra Nestorium, 430. XXVII. Admonetur a S. Cyrillo de Nestorio, 430. XXXIII. Agit patronum Synodi in Concilio Ephesino, 431. LI. In Concilio Ephesino primatum quærivit totius provinciæ Palæstinæ, sed rejectus a Cyrillo Vicario Apostolicæ Sedis, 431. CII. Quas reliquias donavit Eudociæ Augustæ, 439. IV.



## L

Lacedæmones orti ex Judæis 458. XIX.
Laconice cur interdum scribat Augustinus ad Bonifacium, 417. VII.
Laici, qui convenerunt Ephesum Synodi causa, jussi abire, 431. XLV.
Lampades & suffitus in Lætitiæ signum ab Ephesiis adhibiti post damnatum Nestorium, 431. LXII.
Lapis, quo lapidatus est S. Stephanus Anconæ asservatus, 416. XVI.
Lapis Lydius est temporum ratio, 444. LVI.
Largus Proconsul in Africa, sub Honorio, 419. XXXVI.
Latibula erant ad Sacrificia Ethnicorum loca apta, 440. XVI.
Laudes Cælestiani Carthaginensis, 440. IX.
Laudes Cœnobii Lerinensis, 441. XV.
Laudes dignæ Eremi, *ibid.*
Laudes Mariæ nobilissimæ Carthaginensis, 440. XIV.
Laudes Procli Episcopi Constantinopolitani, 446. XIX.
Laurentius Episcopus in Mauritania administratione privatus, 419. LXXVII.
Laurentii martyris ecclesia Constantinopoli, ubi & S. Stephani reliquiæ collocatæ, 439. II.
Laurentii Vallæ grammatici gravissimus de Cælestino Pontifice error refutatus, 432. XXXVI.
Lazarus Episcopus Gallicanus adversatur Pelagio, 416. IV. Accusatur a Cælestio, 417. XXI. Damnatus a Proculo Episcopo Massilienſi, 417. XXVI. Postea ab eodem sacerdos illicite creatus, 417. XLV.
Legatio ab Africanis Episcopis in Orientem, 419. XCVII.
Legatio ex Concilio Alexandrino Constantinopolim ad Nestorium, 430. LIX.
Legatio Alypii Episcopi Tagastensis ad Honorium Imperatorem, 419. XLVI.
Legatio ab Alypio missa ad Episcopos Synodi Ephesinæ, 431. CXLII.
Legatio Aristolai ab Imperatore ad Joannem Antiochenum pro pace concilianda, 432. XLII. *& seq.*
Legatio ex Concilio Armeniæ ad Proclum Episcopum Constantinopolitanum, 435. V.
Legatio Augustini & collegarum missa a Zosimo Papa Cæsaream Mauritaniæ, 418. XXXII.
Legatio missa a Cælestino Papa ad Concilium Ephesinum, 431. LXXVIII. *& seq.*
Legatio ex Concilio Carthaginensi ad Innocentium Papam per Julium, 416. VI.
Legatio missa ab Episcopo Carthaginensi ad Concilium Ephesinum, 431. XXIII.
Legatio a Cyrillo Alexandrino ad Cælestinum Papam in causa Nestorii per Possidonium, 430. X.
Legationes diversæ ad Concilium Ephesinum missæ, 431. VII.
Legatio ex Synodo Ephesina septem Episcoporum Orthodoxorum ad Theodosium Constantinopolim, 431. CXLVII.
Legatio ex Concilio Ephesino ad Cælestinum Papam, 431. CLXXVIII.
Legatio S. Germani Episcopi Antissiodori in Britanniam contra Pelagianos, 429. VI. IX.
Legatio S. Germani Episcopi Antissiodori ad reprimendos barbaros, 435. XV.
Legatio posterior S. Germani in Britanniam contra Pelagianos, 435. XVI. *& seq.*
Legatio S. Germani ad Valentinianum Imperatorem Ravennam, 435. XIX, XXI.
Legatio Irenæi Comitis ad Imperatorem Theodosium a Nestorianis, 431. CXX.
Legatio ex Concilio Episcoporum Macedoniæ ad Innocentium Papam, 414. XIX.
Legatio ex Concilio Milevitano ad Innocentium Papam per Julium, 416. XI.
Legatio Palladii diaconi a Cælestino Papa in Britanniam contra Pelagianos, 420. VI.
Legatio Pauli Episcopi Emeseni ex Synodo Antiochena ad Cyrillum pro pace, 432. LVIII.
Legatio Petronii Episcopi Bononiensis pro Concilio Ephesino celebrando, 430. LXI, *& seq.*
Legatio ab Orientalibus ad Cælestinum, 432. I. Quando Romam pervenit, 432. XV.
Legatio Theodosii Imperatoris ad Concilium Ephesinum per Candidianum Comitem, 431. XLIII. *& seq.*
Legatio Vincentii & Fortunati in Concilio Teleptensi, 418. XXXI.
Legatio Volusiani Præfecti Urbis Constantinopolim, 434. VIII.
Legatio a Zosimo Papa missa Carthaginem per Faustinum *Asellum & Philippum*, 418. LXXVII.
Legatio Dioscori ad S. Leonem Papam, 444. XXX.
Legati Apostolicæ Sedis ad Concilium Ephesinum qui missi, 431. XIV. XXI.
Legatorum Apostolicæ Sedis adventus Ephesum, 431. LXXX.
Legatorum Apostolicæ Sedis locus in Concilio Ephesino, 431. LI.
Legati Orthodoxorum post creationem Maximiani Episcopi Constantinopolitani scribunt, ad Cyrillum, 431. CLXXVI.
Legatus Theodosii ad Synodum Candidianus Comes domesticorum, 431. XLIV.
Legati Imperatoris munus in Concilio Oecumenico, 431. XLV.
Legati schismaticorum septem quinam fuerint, 431. CL. Mandata quæ acceperunt, *ibid.* Jussi consistere Chalcedone, 431. CLV. Tandem auditi, 431. CLXIII. Quantum auditi a Theodosio, 431. CXIX.

Leges Ecclesiasticæ stant in suo robore Episcoporum vigilantia, 441. III.
Lenones lege Theodosii prohibiti, 439. XXXVII.
Eorum vectigal sublatum opera Florentii Præfecti Prætorio, *ibid.*
Leo Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus cur impulit Cassianum ad scribendum contra Nestorium, 430. XC. Dimovet Sixtum Papam, ne audiat Julianum pœnitentiam simulantem, 439. XLV.
Leo eligitur Pontifex Romanus, 440. I. Fuit natione Tuscus, *ibid.* Profitebatur animi demissionem in confideratione suæ personæ, & animi celsitudinem considerando cujus erat successor, 440. II. Dignum exemplar perfecti Sacerdotis, *ibid.* Detegit Manichæorum errores, 443. I. Eorum codices incendit, *ibid.* Hortatur Romanos ut Manichæos persequantur, 443. IV. Superstitionem tollit de Solis cultu, 443. V. Decretalem scripsit adversus ordinantes Servos, contra bigamos & Clericos fœneratores, 443. VI. Hortatur omnes ad inquirendos, & deferendos hæreticos, 444. III. Persequitur Pelagianos, 444. VIII. Scribit ad Turibium contra hæreticos, 447. XIII. Indicit generale Concilium in Hispania, 447. XIV. Ejus epistola ad Aquilejensem Episcopum de recipiendis hæreticis sine spe provectionis ad superiorem gradum, 447. XXIV. Ad Siciliæ Episcopos scribit quando convenire debeant ad Concilium Romanum, *ibid.* Bassianum Episcopum Ephesinum deposuit, 447. XXVI. Ad eum litteræ Eutychetis dolosæ, 448. LIV. Redarguit Episcopum Beneventanum, 448. LXXX.
Leontius cum Aberio legatus ex Concilio Armeniæ ad Proclum, 435. V.
Leontius Episcopus Forojulii laudatur, 445. XIV.
Leopardus presbyter Romanus sub Innocentio Papa, 417. VI.
Leporius Pelagianus recantat Palinodiam, 426. XIII. Auctor hæresis Nestorianæ, 420. XII. Ejus libellus pœnitentiæ, 420. XIV.
Leporii *duo*, *ibid.*
Lerina insula, ubi degit S. Eucherius, 441. XII.
Lerinense Cœnobium laudatur, 441. XV.
Leronis insula Lerinæ propinqua, 441. XII.
Lettorius Comes in Hispania Judæus 418. LXVIII. Ejus filia Arthemisia ad fidem conversa, *ibid.*
Levis causa non sit in ferenda excommunicatione, 445. XIV.
Lex Constantii contra Pelagianos, 420. II.
Lex Honorii contra Donatistas, 412. I. 414. III. Contra hæreticos, 419. LVII.
Lex Honorii, ne clerici causam dicerent apud aliud tribunal, quam apud Episcopos, 412. XXVIII.
Lex Honorii contra Pelagium, 418. XIX. XX.
Lex Honorii de bonis Ecclesiasticis absque tributorum exactione servandis, 412. XXVIII.
Lex Honorii de Episcopali judicio ut judicent Episcopi magistratus delinquentes, *ibid.*
Leges Honorii adversus Heraclianum tyrannum, 413. III.
Lex Theodosii de privilegiis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, 421. III.
Lex Theodosii de sanctificatione dierum festorum, 425. VI.
Lex Theodosii adversus omnes hæreticos impulsore Nestorio lata, 428. XXV.
Lex Theodosii de privilegiis professorum bonarum litterarum, 425. XXIII.
Lex Theodosii de immunitate Ecclesiarum, 431. IV.
Lex Theodosii de parabolanis, 416. XXXVIII.
Lex Theodosii adversus Judæos Samaritas, atque Gentiles, 439. IX.
Lex Theodosii contra lenones, 439. IX.
Lex Impp. qua Gentiles exclusi a militia & Magistratibus, 416. XXXVIII.
Leges frustra sanciuntur, nisi malorum fontes obstruantur, 439. XVIII.
Lex de signo Crucis, ne humi signetur, 417. XXII.
Libellus Cleri Constantinopolitani contra Nestorium rejectus a Cyrillo, 429. XXXIX.
Libellus damnationis a schismaticis scriptus, 431. LXXVI.
Libellus pœnitentiæ Leporii, 420. XIV.
Libellus mandatorum a schismaticis datus legatis suis, 431. CLI.
Libellus Pelagii oblatus Zosimo Papæ, quo voluit videri Catholicus, 417. XXXI.
Libellus Paulini ex Carthaginensi Concilio missus ad Zosimum, ex quo Cælestius esset interrogandus, 418. XXI. Quæ contineret, *ibid.*
Libellus Romanorum presbyterorum in causa Bonifacii ad Honorium Imp. 419. VIII.
Libellus Synodi ad legatos missos Constantinopolim, 431. CXLVII.
Libellus Eusebii Episcopi missus contra Eutychetem, 448. XXVI.
Libellus citationis missus ad Eutychetem a Synodo, 448. XXVIII.
Liberatus diaconus Breviarii auctor caute legendus, 435. XI.
Liberatus diaconus quid de hæresi Entychiana, 448. XXIV.
Libri de civitate Dei quando absoluti, 426. XVIII.
Libros suos recognoscit Augustinus & retractat quæ sibi sunt visa, 426. XIV. *& seq.*
Libri S. Augustini divina providentia servati, 430. VIII.
Libri Diodori Tarsensis produntur in lucem, 435. III.
Libri Nestorii quales ex visione divinitus demonstrati, 429. XXIII. Eos comburendos petit S. Synodus Ephesina a Theodosio Imp. 431. LXIV. Damnantur lege Theodosii, 435. II.
Libri Theodori Mopsuesteni produntur in lucem, 435. III.
Libri Manichæorum deteguntur a S. Leone, & igni traduntur, 443. I.
Libri tres de vita S. Honorati reselluntur, 445. XIX.
Libri hæreticorum cavendi, 447. VI. VIII.
Libri mittebantur ab Eutychete ad excitandam seditionem, 448. XXXIII.
Libri Porphyrii vetiti ab Imperatore, 448. III. Ut hæretici damnantur, *ibid.*
Librorum Canonicorum canonem agnoscit & confirmat Romanus Pontifex, 419. XCV.
Lybianus diaconus Romanus sub Innocentio, 417. VI.
Limatura catenarum Petri Apostoli loco reliquiarum impertiri solita, 439. VII.
Lindanus Episcopus Gandavensis, 440. VII.
Litterarum professoribus Theodosius dat privilegia, 425. XXIII.
Litterarum commendatitiarum usus, 440. XI. per Litteras nec alloqui licet excommunicatum, 448. LIV.
Littorius idololatra dispendium patitur Romani exercitus, 439. XVI. Ejus superbia datur victoria barbaris, 430. XVII. Superbissimus ludibrio expositus barbarorum, 439. XVIII.
Locus aptus ad Sacrificia Ethnicorum erant latibula, 440. XVI.
Luci adversantur Hæretici, 448. XXXVII.
Luciano ostensa visio de reliquiis S. Stephani, 415. VII. Curat inventionem reliquiarum, 415. XIII. Divinitus admonitus convenit Joannem Hierosolymitanum Episcopum, 415. XII. Ejus scriptio de inventione reliquiarum S. Stephani probata, 415. II. Ejusdem epistola circularis, 415. VI.

Lu-



Lucillus Ecclesiam S. Stephano protomartyri erexit, 416. XVIII.
Luna defectum patiente superstitiose clamantes Africanos S. Augustinus redarguit, 418. XXXVII.
Lupus vir Pimeniolæ sororis S. Hilarii Episcopi Arelatensis, 426. XXII.
Lupus Episcopus Trecensis legatus cum Germano in Britanniam, 429. X. *& seq.* Ejus laudes, 426. XXII.
Lupus monachus Lerinensis, 441. XVI.
Lusores erant Hunni, 444. LX.

# M

MAcarius Episcopus Sardicensis cum aliis monet Nestorium ut respiscat, 430. XLIII.
Macedonii Præfecti in Africa consultatio ad Augustinum, num parendum Episcopis fontium supplicia deprecantibus, 412. VII.
Macedoniani hæretici legibus Theodosii exagitati, 423. V. Eis ablatæ Ecclesiæ, 428. XXVIII. Eos Nestorius exagitat, 428. XXV. Occidunt Antonium Episcopum Germæ, 428. XXVIII.
Macedoniana Synodus sub Innocentio Papa, 414. XIX.
Macrobius Episcopus Donatista dux Circumcellionum grassatur, 412. VI.
Magistratus collati Gentilibus, 439. XVIII.
Magona oppidum in insula Minorica, 418. XLV. Judæorum domicilium, *ibid.*
Majores regiones, sic dicti Magistratus, 418. LXXIX.
Mala multa parit discordia, 448. LXVII.
Malitia ab errore distinguitur, 432. XXII.
Mamantis relatio de Eutychete, 448. XXVII.
Mandata Synodi Ephesinæ data legatis proficiscentibus Constantinopolim, 431. CXLVI. *& seq.*
Mandata a schismaticis data suis legatis, 431. CL. *& seq.*
Manes hæresiarcha, 447. VI.
Manibus non laborandum, sed semper orandum dictum est ab Hæreticis, 444. XI.
Manichæi hæretici legibus Theodosii perstricti, 428. XXV. A Valentiniano legibus exagitati, 425. IX.
Manichæorum hæresis in Gallia, 419. CVII. Eorum turpitudines ab Urso tribuno patefactæ, 410. VI.
Manichæi a S. Leone deteguntur, & eorum libri igni traduntur, 443. I. Eorum errores qui, 443. II. Eos infectantur Romani, *ibid.* Quibus cognoscantur signis, 443. IV. Solem adorabant, 443. V. Sub specie sanctitatis multos decipiebant, *ibid.* In eos quæ acta, 444. II. Impudicitiam sectabantur, *ibid.* In eos epistola S. Leonis, 444. V. Quomodo damnati a S. Leone, *ibid.* Qui fugerant requirendi *ibid.* Eos insequitur Valentinianus, 445. VII.
Manna in conversione Judæorum in terram lapsum, 418. LXVI.
Mansuetudo Christianorum Orthodoxorum erga Donatistas, 414. VII.
Mansuetudo & humilitas commendatur, 444. XIX.
Mansuetudo datur a Deo Barbaris factis Christianis, 444. XLI.
Maras presbyter excommunicatur, 448. LIX.
Mare ingentes pisces mortuos velut funda ejecit, 446. VII. Terminos transgressum, *ibid.*
Marcellinus laborat pro conversione Volusiani, 412. XVI. Cæsus cum Heraclianæ conjurationis satellitibus, innocens relatus inter martyres, 413. V.
Marcelliani lege Theodosii proscripti, 428. XXV.



Marcianus capitur a Wandalis & ostenso aquilæ prodigio liberatur, 431. CXXXIX.
Marcionitæ in Syria frequentes, 423. IX. Lege Theodosii damnati, 423. XXV.
Margarita Manichæa prodidit turpitudinem Manichæorum, 420. VII.
MARIA VIRGO DEIPARA ab antiquis Patribus semper dicta, 428. XXX. & 430. XL. DEIPARAM Nestorius dicendam negat, 430. IV. Christotocon nominandam impie tradidit, *ibidem*. Mater Dei ubique & ab omnibus prædicatur, 431. CLXXIX. Ei erectæ ecclesiæ tamquam fornices triumphales de prostrata impietate Nestorii, 419. XXIII. Execrata libros Nestorii, 429. XXIII. Ei erectum a S. Pulcheria Augusta templum in Blachernis 431. CLXXX. Ejus gloria aucta occasione Nestorii, 431. CLXXIX.
a Maria Virgine implorat auxilium auctor, *pag.* 535.
Maria navis institoris de longe portans panem suum, *ibid.*
Mariæ Virgini a Cyro dicatur templum, 446. XVI.
Mariæ Virgini a Cypro dicatur templum, 446. XVI.
Mariæ imago ardet in cupresso ut fax, *ibid.*
Maria nobilissima Carthaginensis laudatur, 440. XIV. Ejus miseria, 440. XIII. A servitute liberata, 440. V.
Marianus Victorius Episcopus Reatinus auctor Vitæ S. Hieronymi, 427. I.
Marina filia Arcadii Imperatoris virginitatem Deo dicavit, 404. CXX.
Mrinianus accusator Sixti Papæ, 433. XXXIII. Damnatur, 433. XXXVII.
Marinus dux exercitus contra Heraclianum tyrannum, 413. II. Trajicens in Africam cum satellitibus Heracliani innocentem occidit Marcellinum, 433. V. *& seq.* Sed ob scelus in ordinem redactus vitam privatam inglorie jussus est agere, *ibid.*
Maris tempestas oleo benedicto sedata, 429. XIII.
Martialis Gentilis, obstinatus licet, ex reliquiis S. Stephani protomartyris fidem professus, 416. XXVI.
Martinus Episcopus Turonensis tempore obitus visus est a S. Paulino, 431. CXCV.
Martinus Episcopus Mediolanensis confictus ab hæreticis, 431. CLXX.
Martiniani & Processi martyrum reliquiæ vindices perjurantium, 412. XXXI.
*Martyrium S. Juliæ Carthaginensis*. 448. XVI.
Martyrum reliquiarum conditoria cum fenestella, seu foramine, 416. XXI.
Martyrum reliquiæ liberant Canopum ab infestatione dæmonum, 414. XX.
Martyrum reliquiæ vindices veritatis, 412. XXX.
Martyrum reliquiæ expugnantur Gentiles, 415. XVIII.
Martyrum reliquiarum cultus in Africa Augustini tempore frequens & celebris, 416. XVII. *& seq.*
Martyrum sanguis non expiandus sanguine noxiorum, 416. XXI. XXIII.
Martyres passi in Persida, 420. XVIII.
Martyres in Africa sub Genserico, 437. I.
Martyrium Hispanæ virginis a Wandalis illatum, 427. XIX.
Martyrum passiones legendæ in Ecclesia, 419. XCVI.
Massaliani hæretici sæpe damnati, sæpe recepti ne amplius recipiantur statutum in Synodo, 427. XXIII. Lege Theodosii damnati, 428. XXV. Damnati Ephesi a S. Synodo, 432. CI.
Massiliensis Episcopus accusatus apud Cælestinum Papam, 428. XVIII.
Maturum sit judicium Sacerdotum, 449. VII.
Mavortius cum Galbione adversus Bonifacium mittitur, 427. II.

Maximus Episcopus Anazarbi Nestorianus, 431. LXIX.
Maximus Manichæus in Gallia, 419. CVII.
Maximus Tolosanus Episcopus in Gallia, 441. XV.
Maximus Monachus Lerinensis, 441. XVI.
Maximus quando Consul, 443. I.
Maximus Taurinensis Episcopus, 441. XIV.
Maximianus eligitur Episcopus Constantinopolitanus, 431. CLXXIII. Scribit ad Cyrillum 431. CLXXVI. Commendatus a Cælestino Papa, 432. XIV. Eum Cælestinus litteris est cohortatus agere contra Pelagianos, 432. XIX. Moritur, 434. I.
Maximinus Episcopus Arianus in Africa S. Augustinum provocat ad disputandum, 422. VIII.
Medici interdum erant etiam presbyteri, 444. XLVII.
Medicæ artis exercitium clericis & monachis interdictum, 444. XLVII.
Megetia clarissima femina curata ex reliquiis S. Stephani, 416. XXII.
Melania junior quando venit Hierosolymam, 419. CIII. Ejus & Piniani viri ipsius vitæ institutum, 419. CV. Ejus avunculus Volusianus, 420. IV. Litteris Volusiani patrui accersita Constantinopolim, 434. VII. Ejus adventus Constantinopolim, 434. IX. Quid Chalcedone, 434. VIII. Ejus hospes Constantinopolis Lausus, 434. IX. Curat pedem luxatum Eudociæ Augustæ, 438. XVII. Convertit Volusianum ad fidem, 434. XII. Ejus consuetudine Theodosius Imperator & Eudocia Augusta redditi meliores, 434. XII. Ejus historia de rebus gestis cum Volusiano Constantinopoli cognita & probata, 434. VII. Ei dæmon adversatur, 434. XI. Constantinopoli urget Nestorianos, *ibid.* Redit Hierosolymam, 434. XII. Suasit peregrinationem Hierosolymam Eudociæ Augustæ, 438. XVI. Obviam procedit Eudociæ venienti Hierosolymam, *ibid.*
Meletius Judæus cum Innocentio fugam arripit, ne efficeretur Christianus, 418. LX. Ejus uxoris conversio mirifica, 418. LXVIII.
Melitina locus miraculi de aqua sponte scaturiente, 417. LIV.
Memnon Episcopus accusatur a schismaticis, 431. LXXIX. Detruditur in carcerem a Joanne Comite, 431. CXXVIII. Damnatur a schismaticis, 431. LXXIV. *& seq.* Libellus contra *ipsum* atque Cyrillum a schismaticis datus, 431. LXXVI.
Memnon Eutychetem citat, 448. XL.
Memoriæ S. Stephani Protomartyris plures in Africa erectæ, 416. XVIII.
Memoria Uzalensis ab Evodio Episcopo erecta, & quæ ibi acta, 416. XIX. *& seq.*
Memorius Juliani Pelagiani pater, 410. XLIX.
Mendacia & doli Eutychetis deteguntur, 449. IX.
Mendacia & doli hæreticorum deteguntur, 449. VIII.
Meritum fidei integræ servatæ, 443. XIII.
Metropolitanus unus duobus præerat Episcopis, 431. CI.
Meletius Episcopus in Syria monet cum aliis Nestorium ut se corrigat, 430. XLIII.
Milevitanum Concilium contra Pelagianos, 416. I. Tempus ejus, 416. II.
Milevitana Concilia duo simul confusa, 416. LV. In posteriori Episcoporum numerus qui convenere, 416. X. Res in eo gestæ, 416. XI. Canones, 416. XII. Litteræ ad Innocentium Papam, *ibid.*
Milites adhibiti ad executionem Apostolicæ Sedis, 419. LXXXI.
Minorica insula illustrata reliquiis S. Stephani Protomartyris, 418. XLIII. Ejus insulæ descriptio, 418. XLV.
Minoricensi Ecclesiæ Præfectus Severus Episcopus, 418. XLIII.
Miraculum de aqua ob baptismum spontaneum exhibente obsequium, 417. LIV.
Miraculum de catenis duabus una conjunctis, 439. VII.
Miraculis S. Germanus iterum vincit Pelagianos, 435. XVI. *& seq.*
Miracula S. Germani, Ravennæ cum esset, 435. XX.
Miraculum S. Germani, quo Pelagianos confutavit, 429. XV.
Miraculum aliud in Lucania de aqua spontaneum obsequium præbente tempore baptismi 417. LV.
Miraculum aliud id genus in Lusitania, 417. LVI. & LVIII. Alia his similia in Oriente, 417. LIX.
Miraculum de Judæo sæpius baptizato, 419. CVIII.
Miracula falso attributa Novatianis, *ibid.*
Miracula plura quæ contingere in conversione Judæorum insulæ Minoricensis, 418. LII. *& segg.*
Miracula e gladio Petri, 439. VI.
Miraculum Melaniæ, 438. XVII.
Miracula edita ex reliquiis S. Stephani Protomartyris Uzali duobus libris conscripta, 416. XX.
Miraculum Silvani Episcopi Troadis, 434. VI.
Miraculum in translatione S. Joannis Chrysostomi, 438. XI.
Miracula e vinculis Petri, 439. V.
Miseria Mariæ nobilissimæ Carthaginensis, 440. XV.
Miser status Ecclesiæ, 440. III.
Miserandi casus ex terræmotu orti, 446. VII.
Misericordia Dei imploranda, 446. IX.
Missarum prolixitatem otiosi & delicioſi pertæsi, 418. XXXVIII. Eorum contractio unde manavit, *ibid.* Easdem negligenter audientes vel recedentes antequam absolverentur, S. Augustinus redarguit, *ibid.* Cantari olim solitæ festivis diebus, *ibid.*
in Missa canitur symbolum ex constitutione Benedicti Papæ, 447. XXIII.
Modegisclus Rex Wandalorum mortuus in Hispania, 427. VIII.
Mœnia Constantinopolitana per Cyrum instaurantur, 446. XIV.
Monacha prohibetur pallam tangere, 423. VIII.
Monachi Ægyptii insurgunt pro Cyrillo contra Orestem Præfectum, 415. LIV.
Dissidio laborant ob libros Nestorii, 429. XXIV.
Monachi Adrumetini ob Pelagianas propositiones dissidiis laborant, 418. XX.
Monachi ludibrio habiti, a Carthaginensibus, 429. XXVII.
Monachi Constantinopolitani quid passi a Nestorio, 429. XXXVI. Eorum commendata modestia, 429. XXVII.
Monachi abire jussi Epheso, ne tumultuarentur, 431. XLV.
Monachus impudens excommunicat Theodosium Imperatorem, 425. XVI. Eum convenit secreto Theodosius Imperator, 425. XVIII.
Monachus quidam vagus & impostor mira quædam videbatur operari, 434. XVIII.
Monasterium Bethlemiticum invasionem passum Pelagianorum, 416. XXXII.
Monasteria ab Eudocia ædificantur in Palæstina 438. XX.
Monastica vita Ecclesiarum gubernationi non invidet, 444. XXV.
Monatius Præfectus Prætorio quid contra Pelagianos, 420. IV.





Montanistæ hæretici Theodosii legibus exagitati, 415. LXI.
Mores Hunnorum quales, 444. XXXVI.
Mors S. Cyrilli quando, 444. XIII.
Mors Joannis Wandali in Thracia, 444. XXXIV.
Mors S. Procli Episcopi Constantinopolitani, 446. XX.
Mors Sixti Papæ, 440. I.
Mortui sex revocati ad vitam ex reliquiis S. Stephani in Africa, 416. XXV.
Mulierum congressus sacerdotibus in primis vitandi, 415. XXVIII. Minus honorant, a quibus maxime honorantur, 415. XXIX. Earum assidua nimis consuetudo facile quemvis pervertit, 415. XXX.
Mundanarum rerum aleæ sæpe invertuntur, 441. II.
Munera si non acceperint Episcopi commendantur, 448. XIV.
Mutatio datur persæpe in rebus hujus Mundi, 444. I.

# N

NAtalis Domini immutatus apud Ægyptios, 432. LXXV.
Natura assiduitate vincitur, 415. XXX.
Navium opifices qui mittunt ad Barbaros pœna digni, 410. CX.
Naufragio distincti Catholici ad hæreticis & Judæis, 413. XXVIII.
Nectarius Episcopus Viennensis, 441. XIII.
Nepotes Cyrilli exauctorantur a Dioscoro, 445. IV.
Nestorius creatur Episcopus Constantinopolitanus, 428. XIX. Nepos Pauli Samosateni, cujus opinionis patronus factus est, 428. XX. In monasterio S. Euprepii educatus, *ibid.* Ipso orationis exordio ventosus homo judicatus a Novatianis, 428. XXII. Ipso ingressus bellum indicit Arianis, 428. XXIII. Quid differat a Paulo Samosateno, 428. XXXII. Ejus primordia læta, 428. XXIV. Auctor Theodosio legum contra hæreticos ferendarum, 428. XXV. Detegitur fautor Pelagianorum, 428. XXVII. Cœpit hæresim propalare, 428. XXVII. Ejus magister Theodorus Mopsuestenus, 428. XXXIII. Discipulus etiam Diodori Tarsensis, 428. XXXV. Ejus præcursores, seu præcones Anastasius & Dorotheus, 428. XXXVII. *& seq.* Ejus vitæ progressus in hæresim, 428. XXXIX. Ejus hypocrisis quando detecta, 428. XL. Grave scandalum Ecclesiæ intulit, 428. XLI. Ex adverso repugnant Apollinari, *ibid.* Ad decipiendum Nicænæ fidei scuto utitur, 429. XXII. Tentat Ægypti monachos, libris ad eos datis, *ibid.* Ad Cælestinum Papam libros mittit per Antiochum, *ibid.* Libri quales ex visione patefacti, 428. XXIII. Eum qui primo fuerint aversati, 428. XXXIII. Cur a Theodosio non repressus ipso initio fuerit, 428. XXXIV. Favore Theodosii incalescit, 428. XXXV. Debacchatur in monachos Constantinopolitanos, 428. XXXVI. In Cyrillum armatur, 428. XXXVIII. Qualis in pugnando adversus Cyrillum, 428. XLII. Scribit ad Cælestinum Papam, 430. I. Ejus epistola ad Cælestinum Papam, 430. III. Agit pro Pelagianis apud Cælestinum Papam, *ibid.* Ejus epistola posterior ad Cælestinum, 430. VII. Ejus consilium scribendi ad Cælestinum, 430. VIII. Damno suo Cælestinum tentat, 430. IX. Eum sua epistola Cælestinus exagitat, 430. XIV. Præfigit ad respiscendum terminum peremptorium Cælestinus, 430. XXIII. Pelagianus, 430. XXI. Favit Pelagianis, 430. XXIV. Admonetur a Joanne Episcopo Antiocheno, 430. XXXIV. Ejus hæresim quomodo omnes sint execrati, 430. XXXVIII. Despexit legationem ex Concilio Alexandrino, 430. LIX. Contumax litteris Cælestini confugit ad Imperatorem, 430. LX. Excitat Theodosium contra Cyrillum, 430. LXI. Armat suos contra Cyrillum Episcopos, *ibid.* Mandat Andreæ & Theodoreto, ut scribant contra Cyrilli anathematismos, *ibid.* Eum exagitat in Occidente Joannes Cassianus, 430. XC. Ejus adventus Ephesum, 431. XXXVIII. Antevertit Cyrillum, ut fidem Episcoporum pertentaret, *ibid.* Ephesi ante Synodum horrendas jactat blasphemias, *ibid.* Citatus ad Synodum quid responderit, 431. XLIX. Secundo citatus, *ibid.* Mandatum ad ipsum scripto directum, *ibid.* Ejus superbia & contumacia, 431. LIV. Tertio citatus a S. Synodo Ephesina, 431. LV. Ejus mentis tumor & contemptus, 431. LVI. Ejus antigrapha in Cyrillum ut hæretica exposita cum anathemate ipsorum & auctoris, 431. LVII. Ejus damnatio lecta ex epistola Cælestini Papæ, 431. LVIII. Ejus blasphemiæ relatæ in Synodo, *ibid.* Ejus hæresis ex sacris divinæ Scripturæ oraculis Ephesi condemnata, *ibidem*. Sententiam damnationis accepit, 431. LIX. Novus Juda a S. Synodo in epistola ad eum data nominatus, 431. LX. Ejus damnationem quo triumpho acceperunt Ephesii, 431. LXI. *& seq.* Ejus damnatio publice Ephesi per præcones proclamata, 431. LXII. Ejus libros esse comburendos petit Synodus ab Imperatore Theodosio, 431. LXIV. Draco Apocalypsis iterum surgit bellum agere, 431. LXVI. Ei sicuti bestiæ Apocalypsis suffragati sunt Principes, *ibid.* Ejus Epistola ad Theodosium Imperatorem mendaciis referta, 431. LXVIII. Provocat ad novam Synodum, 431. LXIX. Ei faventes Episcopi qui fuerint, *ibidem*. Ei faventes collecti in unum quid obiiciunt contra Orthodoxos, 431. XXXVII. Clanculo remagunt, 431. LXXVII. Iterum damnatus post adventum legatorum Apostolicæ Sedis, 431. LXXXI. Ejus fautores dedere litteras in Ægyptum contra Cyrillum, 431. LXXXIV. Ejus sectatores quas calumnias in Victorem monachum spargunt, 431. LXXXVI. Ejus sectatores sese protegunt tegmine Nicænæ fidei, 431. XCVII. Ejus sectatores scribunt calumnias ad Imperatorem contra Synodum Oecumenicam, 431. CIX. Ejus sectatores nituntur auxilio & æstimatione Acacii Beroensis Episcopi apud Theodosium, 431. CXXVI. Custodiendus traditur Candidiano, 431. CXXVIII. Ut restituatur laborant schismatici, 431. CXXXI. Ejus sectatores dolose legati septem missi Constantinopolim ad Imperatorem, 431. CL. Privatus sede jussus abire Epheso, 431. CLVI. Ejus sectatores schismatici, *ibid.* Ejus sectatores livore tabescunt, cum viderent Theodosium, erga Orthodoxos propensiorem, 431. CLVII. Eum defendit Theodoretus, 431. CLXVI. Ejus sectatores pergunt Chalcedonem ut audiant Theodoretum concionantem, 431. CLXVIII. Ejus damnatio Cælestino Papæ debetur, 431. CLXVIII. Ejus hæresis occasione aucta est gloria Dei Genitricis Mariæ, 431. CLXIX. Exauctoratus scriptis exagitat fidem Catholicam, 431. CLXXXII. Ejus cum Juda comparatio a Cælestino Papa facta, 432. XXII. Eum exagitat Cælestinus, 432. XXV. *& seq.* De ipso curando diligenter actum, 432. XXVI. Rursus in eumdem, 432. XXVII. Eum curare satagit Sixtus Papa, 432. XXXIX. Damnatur in Concilio Antiocheno a Joanne & aliis Syriæ Episcopis, 432. LV. *& seq.* Et in epistola ad Cyrillum, 432. LXIII. Ei favet Theodoretus adhuc post pacem publice initam cum Cyrillo, 432. LXXX. Comparatus Lucifero, 433. XVII. Minus quam par erat

habitus eſt, 433. XIX. Permiſſus libere agere in monaſterio S. Euprepii, *ibid.* Honorifice illic habitus, muneribus frequentatus, 436. IV. Ejus libri damnati ſanctione Theodoſii, 435. I. Ejus ſectatores Simonianos appellari debere Theodoſius ſanxit, 435. II. Juſſu Theodoſii deportatur in Oaſim, 436. II. *& ſeq.* Ejus ſcripta in exilio, quæque paſſus a barbaris, 436. V. *& ſeqq.* Ejus prodigioſus interitus, 436. IX. *& ſeq.*
Neſtoriani calumniis agunt contra Cyrillum, 429. XLI. Graviſſimas in Pulcheriam Auguſtam & Theodoſium calumnias jactant, 431. CLXII. Poſt initam pacem falſa ſpargunt de Cyrillo, 433. II. Calumniantur, damnata a Cyrillo ſua capitula, 432. LXIX. Calumniati ſunt Sixtum Romanum Pontificem ægre tuliſſe damnationem Neſtorii, 433. X. *& ſeq.* Appellandi Simoniani, 435. II. Redditi Quartadecimani, 431. XCVII. Confingunt epiſtolam tamquam a Philippo Apoſtolicæ Sedis legato miſſam, 433. IV. Eorum mos appellare omnes Orthodoxos Apollinariſtas, 435. IX. Eorum ſtrophe ex epiſtola Ibæ Edeſſeni Epiſcopi, 432. LXXI. Eorum impoſturas Cyrillus detegit, 433. III. Eos Melania Junior urget Conſtantinopoli, 434. XI. Multa mala attulerunt contra Cyrillum defunctum, 444. XIII. A Theodoſio Imperatore exagitantur, 448. IX.
Neſtoriana hæreſis unde progreſſa, 428. XXIX. Contraria Apollinaris errori, 428. XLI. Pelagiani ejus auctores, 420. XII. A Leporio auctore damnantur, 412. XLI.
Nicæni Concilii nomine canon Sardicenus quomodo citatus, 419. LXX. LXXXVIII.
Nicænam fidem pro ſcuto ſumunt Neſtoriani, 431. XCVII.
Nicephori error de tranſlatione S. Ignatii, 438. XIII.
Nicætæ Epiſcopi commentitia hiſtoria reiicitur & confutatur, 439. III.
Nicætius Epiſcopus Viennenſis, 441. XIII.
Nicodemi corpus inventum, 415. IX.
Nygetio oſtenſa viſio de reliquiis S. Stephani, 415. XIII.
Nobiles Carhtaginenſes trans mare eiiciuntur, 440. IV. Multi eorum ſervi effecti Wandalorum, 440. VIII.
Nobilitas maxima Eucherii, 441. V.
Nobilitatis cupido interdum homines delirare cogit, 444. XVII.
Nolæ Pelagiani plures degebant, 417. XIII.
Nomus quando factus ſit Conſul, 445. I.
Notarii qui eſſent, & unde dicti, 447. X.
Notarii interdum dicuntur qui notas res faciunt, 447. XII.
Novatiani hæretici a Cyrillo Alexandrino ſtatim expulſi, 412. XLV. Pulſi undique, & Dei judicio reprobati, 413. XXVIII. Eos exagitat legibus Theodoſius, *ibid.* Eorum naufragium, *ibid.* Anabaptiſtæ, *ibid.* Cohibiti a cultu Sabbatii, 425. XIX. *& ſeq.* Eis falſo attributa miracula, 419. CVIII. Eis Neſtorius in primis diſplicuit, 428. XXII. Eos exagitat Neſtorius, 428. XXIII.
Novatores refugientes Concilium longe deteriores Pelagianis, 419. XLVII. Eorum inſulſa commenta, 419. XLVIII. Eorum in Zoſimum Papam calumniæ, 419. LXVI.
Novatores hæretici impudentiſſime reiiciunt Patrum interpretationem, 448. XLII. Procaciores Eutychete, *ibid.*
Numen divinum primo implorandum, *pag.* 535.
Numen offenſum placatur a Theodoſio, 448. II.
Numiſma Attali, 415. LIX.
Numiſma Honorii de ſupplantato tyranno, 423. I.
Numiſma Honorii Imperatoris, quo ejus de tyranno triumphus deſignatur, 417. LX.
Numiſma Theodoſii Imperatoris de victoria contra Perſas, 420. XXIX.
Numiſma Valentiniani, 425. IV.
Nummum cruce ſignatum dedit Genovefæ S. Germanus, 429. XII.

## O

OAſena relegatione punitur Neſtorius, 436. III.
Oblatio cereorum a populo fieri ſolita Epiſcopis, 438. XII.
Occaſio, unde orta hæreſis Eutychetis, 448. XIX.
Occidentale Imperium a Barbaris vaſtatur, 440. III.
Occidentalis Eccleſia ab Orientali quomodo diſtinguatur, 431. XXXVI.
Occiſio Joannis Wandali in Thracia, 444. XXXIV.
Odor peſtifer, & fames homines & jumenta delet, 446. V.
Oleo benedicto maris tempeſtas a S. Germano ſedata, 429. XIII.
Opuſcula Doctorum ſunt arma ſpiritualia, 448. LIX. Ut oraculum accepta verba Papæ a Concilio, 447. XVI.
Oracula falſa deorum de reſtitutione idololatriæ, 420. VI.
Orandum ſemper, & non laborandum manibus, dictum eſt ab hæreticis, 444. X.
Oratio funebris Hilarii Epiſcopi edita a Genebrardo, 445. XX.
Ordines non ſunt conferendi ſervis ex decreto S. Leonis, 443. V.
Ordinationes præcedat *jejunium*, 444. XXXII.
Ordines quo tempore conferendi, *ibid.*
Ordo in Eccleſia neceſſarius, 448. LXXXIV.
Oreſtes Præfectus Alexandriæ quid in gratiam Judæorum contra Chriſtianos, 415. XLI. Cyrillo infenſus, 415. XLIII. Percuſſus ab Ammonio monacho, 415. XLIV.
Orientalis Eccleſia ab Occidentali quomodo diſtinguatur, 431. XXXVI.
Orientalis Eccleſia novis poſt pacem agitata turbinibus, 433. I.
Orientalibus omnibus Eccleſiis præſidere ſe dicebant Epiſcopi Alexandrini, 439. XLIII.
Origenis hæreſis rami pullulantes, 414. XVI. Ejus errores vehuntur in Hiſpaniam ab Avito & Baſilio, 414. XI. Quæſtio ejus de animis a Theologis diu agitata, 414. XV.
Oroſius presbyter Hiſpanus laborat apud S. Auguſtinum adverſus hæreſes Hiſpanias labefactantes, 414. X. *& ſeq.* Quanto tempore commoratus apud S. Auguſtinum in Africa, 414. XIV. Ei ſcribendi hiſtoriam auctor fuit Auguſtinus, *ibid.* Pergit Hieroſolymam, *ibid.* Rediens divertens in Africam judicium Palæſtinum de Pelagio reddidit manifeſtum, 416. IV. Impertit Africanas complures Eccleſias reliquiis Protomartyris S. Stephani, 416. XVI. Detulit reliquias S. Stephani in Minoricam inſulam, 418. XLVI. Detulit in Hiſpaniam reliquias S. Stephani 418. IV.
Orthodoxi Epiſcopi Conſtantinopoli agentes conſolatoriam Epiſtolam ſcribunt ad Patres Epheſum, 431. CXLVII. Quid ipſi ad eos reſcripſerint, 431. CXLVIII.

## P

PAgani Theodoſii lege coerciti, 423. IV. *& ſeq.*
Pagani. *Vide*, Gentiles,
Palæſtina Synodus, eadem Dioſpolitana, 415. XX.
Palladius Epiſcopus Helenopolis a S. Hieronymo impudicitiæ notatus, 415. XXVI. Inſignis ad eum Iſidori Peluſiotæ epiſtola, 415. XXVIII. Pro Pelagio Romam veniſſe creditus, *ibid.*
Palladius Magiſtrianus miſſus Epheſum ab Imp. cum litteris, 431. CVII. Favit & ipſe Neſtorio, *ibid.* Noluit accipere litteras a Catholicis, ſed tantum a ſchiſmaticis, 431. CVIII.
Palladii *diaconi* legatio in Britanniam a Cæleſtino Papa, 429. I. Ejus genus, 429. VII. Res geſtæ, 429. VIII.
Palladii plures eodem vixere tempore, 429. VII.
Palladius ex diacono ordinatus Epiſcopus miſſus ad Scotos, 431. CXCI. Moritur, *ibid.*
Pallium dare Epiſcopis, non eſſe Imperatorum, 432. XCIII.
Pancratii martyris reliquiæ Romæ vindices perjurantium, 412. III.
Panis ad fidem perapta ſimilitudo, 440. VI.
Papa Epiſcoporum omnium Primas, 440. II. In eo duo ſunt perfecta, humilitas perſonæ, & celſitudo dignitatis, *ibid.* Cognoſcit & judicat hæreticos, 444. II. Principatum accepit a Domino, 444. XXXI. Omnibus præeſt Epiſcopis, 445. X. Ejus auctoritas etiam æſtimata apud Arianos, 447. XVI. Ejus verba ut oraculum a Concilio accepta, 447. XIX. Antiquitatis ſemper tenaciſſimus, 447. XXII. Deponit Primates, 447. XXVI. Ei ſubjecti ſunt omnes Epiſcopi, 448. LII. Ejus magni ponderis judicium eſt, 448. LIV.
Papæ nomen olim commune omnibus, 430. XXVI.
Papinianus eminet inter omnes veteres Jureconſultos, 435. XXIV.
Parabolani qui dicti fuerint, 416. XXXIX. Imperatoris Theodoſii de iis reſcriptum, *ibid.*
Paſcentii Comitis Ariani procacia in provocando & diſſerendo cum S. Auguſtino, 422. VIII. *& ſeq.*
Paſchaſius Epiſcopus Viennenſis, 441. XIII.
Paſchatis diei dubium & controverſia quando agitata in Romana Eccleſia, 417. LIII. Ea de cauſa conſultus Paſchaſinus a S. Leone Papa, 417. LIV.
Paſchalis cerei benedicendi licentia a Zoſimo Papa conceſſa parochiis, 418. LXXVI. Ejuſdem cerei uſus in Eccleſia antiquiſſimus, *ibid.*
Paſchales epiſtolæ Theophili annis ſingulis ſcribi ſolitæ, 412. XLIII.
Paſchaſinus quid ad S. Leonem de vero die Paſchatis miraculo conſignato, 417. LIII.
Paſchaſius cum ſociis martyr in Africa ſub Genſerico, 437. I. *& ſeq.*
Paſſiones martyrum legendæ in Eccleſia, 419. XCVI.
S. Patiens Epiſcopus Lugdunenſis quando vixit, 429. IX.
Patres Orientales iterum laborant adverſus idololatriam, 439. X.
Patricius Apoſtolatum ad Hibernos accepit a Cæleſtino Papa, 431. CXCI. Ejus primordia & ordinatio, *ibid.*
Patrimonium Romanæ Eccleſiæ in Oriente, 432. XVI.
Patroclus intruditur a Conſtantio in Epiſcopatum Arelatenſem, 412. XL. Accipit litteras a Zoſimo Romano Pontifice, 417. LII. A Bonifacio Papa coercetur, 422. I. Occiditur, eique ſubrogatus Honoratus, 426. XXVI.
Patroni Synodi in Concilio Epheſino, 431. LI.
Patrum doctrinam ſecutus eſt Theodoretus, 444. XXVII.
Patrum expoſitiones interdum hæretici admittere coguntur, 448. XLI.
Patrum interpretationes Novatores hæretici impudentiſſime reiiciunt, 448. XLII.
Paternus quando Conſul, 443. I.
Paulæ Romanæ filiæ, 419. CI.
Paulæ *junioris* & Euſtochii memoria apud S. Hieronymum, 415. XXXIX.
Paula neptis Paulæ ſenioris, 419. CI.
Paulina Paulæ filia ſecundo loco nata, *ibid.*
Paulinus Epiſcopus Nolanus Catholicæ veritatis firmus aſſertor, 417. XIV. Cur admonetur a S. Auguſtino de Pelagianis erroribus, 417. XII. Amicus Pelagii, cum videretur Catholicus, 417. XIII. Vocatur ad Synodum ab Honorio, 419. XIX. Ejus laudes ab Honorio Imperatore, 419. XX. Ejus ſervitus in Africa ſub Rege barbaro quando contigit, 431. CXCIII. Ejus obitus, 431. CXCV. Quæ contigerint ante obitum, 431. CXCVI. Ei morituro S. Januarius & Martinus apparuere, 431. CXCV. Ejus ſcripta ſervata a S. Amando Epiſcopo Burdegalenſi, *ibid.*
Paulinus auctor carminis Euchariſtici, 412. XXXVIII. Auſonii Conſulis pronepos ejus genus, *ibid.* Idem hæreſi pollutus redit ad Eccleſiam, 412. XXXIX. Deceptus olim a Priſcillianiſtis, *ibid.*
Paulinus diaconus oppugnat Cæleſtium Carthagine, 412. XXIII. *& ſeq.* Ejus libellus miſſus ab Africano Concilio ad Zoſimum in cauſa Cæleſtii, 412. XII. Quid contineret ipſe libellus, *ibid.*
Paulini Epiſcopi Antiocheni nomen in ſacras tabulas relatum, 412. XLIX.
Paulinus presbyter Romanus ſub Innocentio, 417. V.
Pauliniani hæretici damnati lege Theodoſii, 428. XXI.
Pauli Epiſcopi Emeſeni legatio ad Cyrillum pro pace, 432. LVIII. Ejus res geſtæ Alexandriæ cum Cyrillo, 432. LIX. Concionatur Alexandriæ, 432. LXXII.
Paulus Epiſcopus Novatianus in locum Chryſantii ſuffectus, 419. CVIII. Miraculum falſo ei tribuit Socrates, 419. CIX.
Paulus Samoſatenus auctor Neſtorianæ blaſphemiæ, 428. XXX. Quid differat a Neſtorio, 428. XXXI.
Paulus nepos Cyrilli in afflictionibus mortuus, 445. II. *& ſeq.*
Pauperum poſt Deum ſunt vaſa Eccleſiæ, 446. XXI.
Pax conciliata inter Joannem & Cyrillum, & utriuſque partis Epiſcopos, 432. LXVIII.
Pax Orientalis Eccleſiæ tractatur per Theodoſium Imperatorem, 432. XXXV. *& ſeqq.*
Pax in Eccleſia quam utilis, 448. LXIX.
Pacem ineunt Wandali cum Valentiniano Imperatore, 442. I.
Peccatum originale negavit Ruffinus, & poſt eum Pelagius & Cæleſtius, 412. XXIV. *& ſeq.*
Peccata excitant iram Dei in ultionem, 446. IV.
Peccata parturiunt mala, 446. II.
Pelagius monachus ſcribens ad Demetriadem, eam ſeducere conatus eſt, 413. XVI. *& ſeq.* Quo anno ſe penitus hæreticum prodiderit, 413. XXV. A Catholicis ſanctis viris exceptus, antequam detegeretur hæreticus, 413. XIX. Ejus epiſtola ad Demetriadem ſub nomine Ambroſii aliquando latuit, 413. XX. Mira arte blanditur viduis nobilibus, ut deciperet eas, 413. XXV. Propterea obiurgatur a S. Hieronymo, *ibid.* Ejus hæreſes occulta patefactæ per ejus diſcipulos Timaſium & Jacobum, 414. XVIII. Damnat ſuas hæreſes in Concilio Dioſpolitano, 415. XIX. Abſolvitur a Concilio Dioſpolitano, 415. XX. Ejus errores damnati in Synodo Dioſpolitana, eadem dicta & Palæſtina, 415. XIX. Captioſe agens decepit Synodum Dioſpolitanam, 415. XXV. Damnatas hæreſes rurſum occulte prædicat, *ibid.* Eum male abſolutum in Palæſtina, reclamant Epiſcopi Africani, 416. IV. *& ſeq.* Is & Cæleſtius excommunicati in Concilio Carthaginenſi, 416. VI. Abſolutus in Concilio Palæ-

lætino ne recipiatur ab Innocentio Papa, obſtiunt Epiſcopi Africani, 416. VII. *& ſeq.* Ne recipiatur ab Innocentio Papa, agunt Epiſcopi Africani litteris ex duobus Concilii, Carthaginenſi & Milevitano, 416. XI. Eum abſolutum in *Concilio Palæſtino* non *acquieſcit omnino* Innocentius Papa, 416. XIII. Damnatus ab Innocentio Papa, 416. XIV. Fallere nititur *Innocentium Papam* profeſſione Catholica, a quo ſciebat poſt abſolutionem ſe eſſe damnatum, 417. I. Se excuſat apud eum, 417. II. *& ſeq.* Cur Hieroſolymis habitare delegerit, 417. II. Cum ſuis ab Innocentio publico decreto damnatus, 417. V. Ejus amicus Paulinus, cum videretur Catholicus, 417. III. Ejus cauſam cognoſcit Zoſimus Papa Romæ, 417. XXV. Ejus libellus confeſſionis oblatus Zoſimo, 417. XXXI. *& ſeq.* Apparuit foris Catholicus, 417. XXXI. Ejus fidei confeſſio, 417. XXXII. Damnat Origenis & Joviniani hæreſes, 417. XXXV. *& ſeq.* Non potuit convinci hæreticus, 417. XXXVII. Ejus doloſæ artes, 417. XXXIII. Damnatus a Zoſimo, 418. XVI. Eum graviter perſtrinxit Sixtus presbyter, 418. XVIII. Exagitatus Honorii reſcripto, 418. XIX. Itemque Pelagiani, 418. XXI. Exprobrat Catholicis, quod *confugiſſent ad auxilium Imperatoris*, 418. XXIII. Primum Romæ, inde Carthagine damnatus, 418. XXIV.

Pelagiana hæreſis quando Africæ innotuit, 412. XXII. Primum damnata Romæ, 412. XXVI. Damnata Romæ Pelagius abiit in Siciliam, inde in Palæſtinam, *ibidem*. Eædem hæreſes damnatæ in Concilio Dioſpolitano, 415. XX. Ejuſdem hæreſis capita damnata Dioſpoli, 415. XXI. *& ſeq.* Alia detecta per S. Auguſtinum, 415. XXIV. Alia ex S. Hieronymo, 415. XXVI. Ejuſdem hæreſes damnavit Zoſimus Papa, 418. XVIII. Eiuſdem hæreſi addictus Neſtorius, 430. XXI. Stabilitur a ſchiſmaticis Epheſi, 431. LXXVIII. Eam Cyrillus pro concione exagitat, 431. XCVI. Ejuſdem damnatæ epitaphium S. Proſperi, 431. XCIV. Damnata in Concilio Epheſino, *ibid.* Ei rurſum pullulanti Proſper occurrit, 433. XXV. Serpit ſub Catholico nomine, *ibid.*

Pelagianorum mores & ritus a S. Hieronymo exprobati, 415. XXVII. Eorum turpes adulationes, *ibid.* Eorum ſententia de veſtitu, 415. XXXI. Eorum inſidias detegit S. Proſper, 433. XXVI. Admixti feminis, 415. XXVI. Eorum fautores Romæ plures fuiſſe dolent Epiſcopi Africani, 416. XII. Eos acerrime infectatus eſt S. Auguſtinus, 416. XV. Eorum invaſionem paſſum monaſterium Bethlemiticum, 416. XXXII. Eorum nonnulli Nolæ degebant, 417. XIII. Inſiliunt in Conſtantium Vicarium, 418. XXVIII. Exagitati a S. Auguſtino annis decem, 418. XXIX. Inſultant Catholicis ob ſchiſma in Eccleſia Romana obortum, 419. XLIII. Fruſtra petunt Concilium Oecumenicum, 419. XLVII. Eos Bonifacius Papa, exagitat, 419. XLVIII. Eos novo reſcripto exagitat Honorius Imperator, 419. LVII. Eos urget Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis vigore edicti Imp. 419. LVIII. Eos Præfecti Prætorio edictis exagitant, 420. IV. Eos Conſtantius Auguſtus exagitat, 420. II.

Pelagiana hæreſis origo Neſtorianæ, 420. XII. Ab Attico Epiſcopo Conſtantinopolitano exagitati, 425. XX. Eorum fautor Neſtorius detegitur, 428. XXIV. Profugi in Britanniam, 429. X. In Britannia convicti per S. Germanum, & ejecti, *ibid.* Superati miraculo per S. Germanum, 428. XV. Expulſi ab Occidente migrarunt Conſtantinopolim, & a Neſtorio excepti, 430. VI. Neſtorius pro illis agit apud Cæleſtinum Papam, *ibid.* Neſtorianorum parentes, 417. XXXI. Convenerunt Epheſi cum Joan. & Neſtorio, 431. LXXIII. Exagitat eos Cæleſtinus Papa, 431. CLXXXV. Deſtruuntur traditionibus Apoſtolicis, 431. CLXXXVI. Eos pellendos admonet Cæleſtinus Papa Maximianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, 432. XIX. E Britannia iterum fugati per S. Germanum, 435. XVI. Eorum Epiſcopis damnatis reverti volentibus ad Eccleſiam ſpes recuperandæ ſedis adempta, 439. XLV. Cum ignominia Epheſo expulſi, 440. VI. Eorum editi libri nomine Sixti Papæ, 440. VII. *& ſeq.* Eos perſequitur S. Leo, 444. VIII. Eorum hæreſis prorſus deleta a S. Proſpero, *ibidem*.

Pelagianiſmi nomine Sixti Papæ editi, 440. VIII. *& ſeq.*

Peregrinatio prior Eudociæ Aug. Hieroſolymam, 438. XVI. Poſterior peregrinatio, 438. XXI.

Peregrinationis moleſtia & commodum, 447. III.

Peregrini ſunt recipiendi hilari, fronte, 440. VIII.

Periculoſe ſe miſcent Sacris Principes ſæculares, 448. XLVII.

Perſæ dire perſequuntur Chriſtianos, 420. XV. Diriſſime cruciant Chriſtianos, 420. XIX. Divina ope victi a Romanis, 420. XXV. *& ſeqq.* Ex iis blaſphemus a Deo punitur, 420. XXVI. Victi precibus Simeonis Stylitæ, 420. XXVIII. Victi charitate Acacii Epiſcopi Amidæ, 420. XXX. Capti a Romanis paſti & redempti ab Acacio Epiſcopo, *ibid.*

Perſecutio Chriſtianorum in Perſide, 420. XV. *& ſeqq.*

Perſecutionis Perſicæ cauſa, 420. XVII.

Perſecutio in Eccleſia Africana per Genſericum, 437. I. *& ſeqq.*

Perſecutio Genſerici contra Catholicos, 442. II.

Perſecutio Romanorum contra Manichæos, 443. I.

Perſonas ſuperinduentes Chriſtiani reprehenduntur, 439. XIV.

in Perſona una declaratur divinitas & humanitas Jeſu Chriſti, 444. XXV.

Perturbatio maxima Eccleſiæ tempore S. Leonis, 440. I.

Petri Apoſtoli baſilicæ Confeſſio ornata a Valentiniano Imperatore, 440. IV.

Petri Apoſtoli catenæ donatæ Eudociæ a Juvenale Epiſcopo Hieroſolymitano, 439. IV.

Petri catena, qua Romæ vinctus eſt ſub Nerone Imperatore, 430. VII.

Petri catenæ anniverſaria memoria Conſtantinopoli, 439. IV. *& ſeqq.*

Petri catenarum altera miſſa Romam ad Eudoxiam Auguſtam, 439. VII. Templa illuſtrata ab eadem, *ibidem*.

Petri gladius Conſtantinopoli in Eccleſia reconditus, & miraculis fulget, 439. VI.

Petrus diaconus Eccleſiæ Forocornelienſis venit ad Sixtum Papam, 433. XXIV.

Petrus Chryſologus ordinatur Epiſcopus Eccleſiæ Ravennatis, *ibid.* Cucullam & Cilicium S. Germani accepit, 435. XXII.

Petrus lector Alexandrinus auctor necis Hipatiæ, 415. XLVII.

Petrus Morinus Theologus Pariſienſis, 431. CXII.

Petrus presbyter Hiſpanus deceptus a Vincentio Victore hæretico, 420. IX. *& ſeq.*

Petrus Epiſcopus Saracenorum, 429. XLIV. Quando ordinatus, *ibid.* Enituit in Concilio Epheſino, 431. XXXVII.

Petrus presbyter Romanus Eccleſiam S. Sabinæ martyris in Aventino erexit, 432. XXXVII.

Petronius Bononienſis Antiſtes, 426. XXIII. Ejus legatio pro Concilio celebrando, 430. LXI.

Philippus Apoſtolicæ Sedis legatus quid prælocutus in Synodo, 431. LXXXI. Et primo loco ſubſcripſit, 431. LXXXIII. Ejus nomine conficta epiſtola, 433. VI.







Philippus competitor Siſinnii in Epiſcopatu Conſtantinopolitano, 426. I. Competitor Neſtorii in Epiſcopatu Conſtantinopolitano, 420. XIX. Competitor rurſum in Epiſcopatu Conſtantinopolitano, 431. CLXXIII. Parum felix in hiſtoria Chriſtiana conſcribenda, 426. II. *& ſeq.*

Philippus presbyter Romanus legatus Apoſtolicæ Sedis cum collegis a Zoſimo Papa Carthaginem, 418. LXXVII. Legatus *cum* collegis ad Concilium Epheſinum, 431. XIV. Profectus Conſtantinopolim ad Imperatorem, 431. CXLVII.

Phrygæ hæretici lege Theodoſii damnati, 428. XXI.

*Phrygium* a Cæleſtino Papa *miſſum* ad Cyrillum Alexandrinum, 430. XXVI.

Photius Neſtorii propugnator acerrimus, 431. XCVII.

Photinus creditus auctor Neſtorianæ hæreſis, 428. XXX.

Photiniani hæretici lege Theodoſii proſcripti, 428. XXV.

Picti populi victi a Britannis per S. Germanum, 429. XVIII.

Pimeniola ſoror S. Hilarii, 426. XXII.

Piniani & uxoris ejus Melaniæ vitæ inſtitutum, 419. CV.

Pyrea templa dicata idolo Perſarum, 420. XVIII.

Placidia ſoror Honorii Imperatoris. *Vide*, Galla Placidia.

Placilla ſive Placilla filia Arcadii Imperatoris & Eudoxiæ Auguſtæ virginitatem Deo dicavit, 416. LXIII.

Pœna exilii adverſus Donatiſtas, 412. II.

Pœnæ ab Honorio Imperatore ſtatutæ adverſus Pelagianos, 418. XXI.

Pœnæ adverſus idololatras a Theodoſio iterum ſanctæ, 439. X.

Pœnæ peccatorum interdum delentur per tribulationem, 443. XI.

Pœnas inferni temporarias ex Origenis errore dixere hæretici Origeniſtæ, 414. XVI.

Pœnitentia nemini neganda in extremis poſito, 428. XVII.

Polychronius Epiſcopus Hieroſolymitanus non repertus in rerum natura 433. XXXVIII.

Polychronius Epiſcopus Apameæ, 427. XXVII.

Pontifex Summus. *Vide*, Papa.

Pontificis Romani fides tenenda inter diſſenſiones hæreticorum, 413. XII.

Populus Dei creſcit inſtar Apum, 442. II.

Porphyrius interfuit *Concilio* Dioſpolitano, 415. XIX.

Porphyrii libri vetiti ab Imperatore, 448. II.

Poſſeſſiones in Aſia relictæ a Proba Eccleſiæ Romanæ, 432. XVI.

Poſſidius Epiſcopus Calamenſis accepit ab Oroſio reliquias S. Stephani protomartyris, 416. XVII. Ejus de libris S. Auguſtini indiculus, 430. LXXXVIII. Ejus induſtria in ſervandis S. Auguſtini libris, & numerandis, *ibid.*

Poſſidonius diaconus tabellarius S. Cyrilli ad Cæleſtinum Papam, 430. II.

Poſthumiani Conſulatus & inſcriptio, 448. I.

Praylius ſucceſſor Joannis in ſede Jeroſolymitana, 417. I. Scribit ad Innocentium Papam pro Pelagio, quod fuerit abſolutus in Concilio Palæſtino, *ibid.* Moritur, 429. XLIII.

Præfecti provinciarum quam coluerint Epiſcopos, 422. XIII.

ad Præfectos & ſæculares confugiunt hæretici, 448. XLIII.

Prælatus omnium Epiſcoporum eſt Papa, 444. XXXII. 445. X.

in Prælüis quales fuerint Hunni, 444. XXXVIII.

Prærogativa Romanæ Eccleſiæ, 444. XXXII.

Præſidibus Provinciarum imperant Epiſcopi, 422. IV.

Præſidium Theodoſii contra hæreticos, 448. VII.

Presbyteri Galli ſcribentes contra S. Auguſtinum turbant Eccleſiam, 431. CLXXXIV.

*Presbyteri etiam* ex charitate medebantur, 444. XLVII. Iis modo interdictum eſt mederi ad evitanda nonnulla pericula, *ibid.*

Primates deponuntur a Papa, 447. XXVI.

Primas omnium Epiſcoporum eſt Papa, 440. III.

de Primatu decertabant Viennenſis & Arelatenſis Epiſcopi, 445. XI.

Principatum a Deo accepit Papa, 444. XXXI.

Principes periculoſe immiſcent ſe rebus ſacris, 430. LXXIII.

Principes fruſtra leges ſanciunt, niſi malorum fontes obſtruant, 439. XVIII.

Principes prudenter regant, 446. XX. Non facile ſibi illudi patiuntur, 446. XXVII.

Principia rerum ſemper maxime conſideranda, 447. VIII.

Principiis adhibendum remedium, 446. XXIV.

Priſcillianiſtæ hæretici corruptores Gallorum, 421. XXXIV. Eos impugnat S. Auguſtinus, 414. XII. A Priſcilla ſic dicti damnati lege Theodoſii, 428. XXV. Sentiunt contra SS. Trinitatem, 447. XIX.

Priſcus Epiſcopus Cæſareæ Mauritaniæ privatus adminiſtratione, 419. LXXVII.

Privilegia Eccleſiæ ablata a Joanne tyranno, 423. III.

Privilegia ablata Eccleſiæ a tyranno reſtituit Valentinianus, 425. VII.

Privilegia Ravennati Eccleſiæ a Romana Sede ſunt conceſſa, 432. XCIV.

Privilegia conceſſa Ravennati Eccleſiæ a Valentiniano Imperatore, impoſturæ arguuntur, 432. XCII. *& ſeq.*

Proba Faltonia avia Demetriadis favet votis virginis, 413. I. *& ſeq.* Munus ad S. Auguſtinum miſit de conſecratione neptis, 413. XV. Reliquit Eccleſiæ Romanæ poſſeſſiones in Aſia, 432. XVI.

Probus martyr in Africa ſub Genſerico, 437. I.

Proclus competitor Siſinii & Philippi in Epiſcopatu Conſtantinopolitano, 426. I. Ordinatus Epiſcopus Cyzicenus non recipitur, 426. IV. Competitor Neſtorii in Epiſcopatu Conſtantinopolitano, 428. XIX. Epiſcopus Conſtantinopolitanus eligitur, 434. I. Ejus primordia, 434. III. Ejus epiſtola ad Armenos haud ſuſcepta ab illis ob ſilentium Theodori nominis, 435. IX. Ejus ſilentium de nomine Theodori unde provenerit, 435. XIV. Ejus oratio panegyrica in laudem S. Joannis Chryſoſtomi, 438. II. Petit corpus Joannis Chryſoſtomi a Theodoſio, 438. III. *& ſeqq.* Accepit ab Armenis legationem & ſcripta Theodori Mopſueſteni, 435. V. Scripſit epiſtolam ad Armenos: eamdem miſit ad Joannem Epiſcopum Antiochenum, 435. VI. Ejus *conſilium in* ſcribendo ad Armenos, & argumentum, 435. VII. Numquam probavit ſcripta Theodori, 435. XI.

S. *Proclus* Epiſcopus Conſtantinopolitanus moritur, 446. XX.

Proculus Maſſilienſis Epiſcopus Lazarum calumniæ damnat, 417. XXVI. Quem poſtea illicito ſacerdotio cohoneſtat, 417. XLV. Ob illicite præſumptas ordinationes a Zoſimo Papa damnatus, 417. LII.

Proceſſio Archimandritarum & monachorum ad Theodoſium Imperatorem pro Concilio Epheſino, 431. CXIV. *& ſeq.*

Proceſſio cum Pſalmodia, 418. LIII.

Proceſſi & Martiniani reliquiæ Romæ vindices perjurii, 412. XXI.

Profanatio Ecclesiæ malum portendens, 431. II.
Prodigium de aquila super Marcianum, 431. CXXXIX.
Prodigium magnum apparuit, 446. IX.
Professio fidei Theodoreti, 444. XVI.
Projectus Ecclesiam S. Stephani erexit, 416. XVIII.
Projectus Episcopus legatus ab Apostolica Sede ad Concilium Ephesinum, 431. XIV. XXI.
Prosper Demetriadem epistola ad eam data celebravit, 413. XVI. Exagitat S. Augustini adversarios, 426. XXIV. Detegit insidias Pelagianorum, 433. XXVI. Excitat Sixtum Papam in Cassianum, 433. XXVII. Occurrit hæresi Pelagianæ rursum pullulanti, 433. XXV. Is & Hilarius pro S. Augustino insurgunt, 416. XIX. Is & Hilarius pugnant pro S. Augustino, 430. LXXXIX. Se Romam postea contulerunt, *ibid.* Romam venit ad Cælestinum, acturus contra impugnatores S. Augustini, 431. CLXXXV. Defendit Augustini scripta, 431. CLXXXVII.
S. Prosper Episcopus Regiensis prorsus delevit Pelagianam hæresim, 444. VIII.
Providentia Dei mira in curanda hominum salute, 440. XIII.
Providentiæ divinæ est parare arma antequam instet prælium, 446. XIV.
Provinciæ Africanæ captæ dividuntur a Genserico Rege Wandalorum, 440. IV.
Prudentia in Principe est necessaria ut bene regat, 446. XXIV.
Psalterium ante missam canendum, 432. XXXV.
Pseudo-Moyses decipit Judæos Cretenses, 432. LXXXV.
Publicatio Trisagii quo tempore fuerit, 446. XII.
Pugnatores Catholici ab hæreticis quoliter discernantur, 429. XLII.
S. Pulcheria Augusta, ad quam Theodoretus scribit de relevatione tributorum, 444. XLIV. Administrationem relinquit Imperii, 446. XXIII. Urbane arguit Theodosii imprudentiam, 446. XXIV.
Purgatio judicialis per juramentum ad reliquias Sanctorum fieri solita, 412. XXIX.
Pulcheria filia Arcadii & Eudoxiæ Augusta creatur, 415. LII. Ejus ætas, 415. LI. Vovit Deo virginitatem, *ibid.* Qualiter Theodosium instituit, 415. LII. Gubernat Imperium, & sorores in Virginitate aluit, 415. LI. Augusta laborat pro Orthodoxis, 431. CLIX. Calumniis nefandis exagitata a Nestorianis, 431. CLXII. Theodosio causa bonorum omnium, 431. CLXI. Ejus laudes ob defensam fidem Catholicam contra Nestorianos, 431. CLX. Erexit templum Dei genitrici in Blachernis, 431. CLXXX. Mittit munera Hierosolymam, 439. I.
Pulverem ex sepulcro S. Albani collegit S. Germanus, & reliquiarum loco habuit, 429. XVI.

## Q

Quæstionum omnium difficillimam de animarum origine S. Augustinus reiicit in S. Hieronymum, 414. XV. 415. XXXV.
Quæstio de origine animarum nondum tempore Gregorii Papæ definita, 415. XXXIX.
Quæstio inter Africanos Episcopos & Romanum Pontificem non de appellatione, sed de modo exequendi sententias, 419. LXXXII.
Quæstiones Cælestii, quibus hæreses spargit occulte, 412. XXV.
Quadraginta martyrum reliquiæ inventæ, 438. XIV.
Quartus Præfectus Prætorio quid contra Pelagianos, 420. II.
Quartadecimani quomodo effecti Nestoriani, 435. VIII.
Quaternitatem inducebat Theodorus Mopsuestenus, 435. VIII.
Quintianus Episcopus accepit reliquias S. Stephani ab Augustino, 416. XXIX.
Quodvultdeus Diaconus Ecclesiæ Carthaginensis ad quem S. Augustinus de hæresibus scripsit, 426. XVI. *& seq.* Postea Episcopus Carthaginensis, expulsus a Genserico, 439. XXX.

## R

Rabula Edessæ Episcopus exclamat contra libros Theodori Mopsuesteni, 435. IV. Accusatur ab Andrea Episcopo Nestoriano, *ibid.* Scripta Theodori Mopsuesteni damnat, 448. LXVIII.
Ravennæ Concilium in causa schismatis, 419. XIII. *& seq.*
Ravennati Ecclesiæ concessa privilegia impostura arguuntur, 432. XCV. *& seq.* Ab Apostolica Sede ea est confecuta, 432. XCIV.
Ravennates petunt a Sixto Papa Episcopum, 433. XXIV.
Reciarius Suevorum Rex in Hispania factus Christianus, 448. LXXXV.
Redemptio ancillæ Carthaginensis captivæ, 440. XV.
Reditus coactus Theodoreti Cyrum, 443. VIII.
Rex Alemannorum a S. Germano repressus, 435. XVIII.
Regina Ismaelitarum precibus Simeonis Stylitæ obtinet filium, 420. XXVIII.
Reginæ dictæ Arcadii filiæ omnes virginitatem professæ, 415. LI.
Reges periculose immiscent se rebus sacris, 430. LXXIII. *& seq.*
Reges æstimare debent Summum Pontificem, 447. XVIII.
Regni defensio & munimentum est bene custodita immunitas Ecclesiastica, 423. IV.
Regni consortes se invicem occidunt, 444. XXXIII.
Regnum stabilitur & propagatur observantia in Sedem Apostolicam, 447. XX.
Regiense Concilium in Gallia, 439. XLIV.
Regium Galliarum in Gallia Narbonensi, *ibid.*
Reginus Episcopus in Cypro quid in Joannem Antiochenum objicit in Synodo, 431. CXLV.
Relatio prima Symmachi Præfecti Urbis ad Honorium Imperatorem de Schismate Romanæ Ecclesiæ, 418. LXXX.
Secunda ejusdem, 419. V.
Tertia, 419. XII.
Quarta ad Constantium de temeritate Eulalii, 419. XXVI. *& seq.*
Quinta ad Constantium, 419. XXIX.
Sexta ejusdem de restitutione Bonifacii, 419. XXXIV.
Relatio Mamantis de Eutychete, 448. VII.
Relatio Theophili, de Eutychete, *ibid.*
Relegatio Habetdei Episcopi a Genserico, 482. II.
Relegatur Felix Episcopus, *ibid.*
Relegatur Urbanus Girbensis a Genserico, *ibid.*
Religio Christiana propagata in Saracenos, 420. XV. *& seq.*
Religionis Christianæ velamine excusata Circensia, 439. XV.
Religio exacte custodita tuetur Imperium, 425. XV. *& seq.*
Religio regit Imperium, 415. LV.
Religio si proditur, omnia corruunt, 446. XXVII.
Reliquiæ S. Agnetis Constantinopoli honore habitæ, 439. I.
Reliquiarum S. Joannis Chrysostomi translatio Constantinopolim, 438. I. *& seqq.*
Reliquiæ S. Germani Episcopi Antisiod. magno pre-



tio habitæ, 435. XXII. Earum translatio, *ibid.*
Reliquiæ S. Joannis Baptistæ, 424. XVII.
Reliquiæ donatæ a Juvenale Episcopo Hierosolymitano Eudociæ Augustæ, 439. IV.
Reliquiæ quadraginta martyrum inventæ, 438. XIV.
Reliquiarum S. Stephani inventio & translatio, 415. I. *& seqq.* Delatæ in Hispaniam, 415. IV. Eorum cultus in Africa tempore Augustini, 416. XVIII. Iis mortui sex revocati ad vitam, 416. XXV. Eos divisit Augustinus in alias Ecclesias, 416. XXIX. Delatæ in insulam Minoricam, quarum virtute Judæi conversi sunt, 418. XLV. *& seq.* Earum translatio Constantinopolim, 439. I.
Reliquiæ sanctorum martyrum pellunt infestationes dæmonum, 414. XX.
Reliquiis martyrum expugnantur Gentiles deorum cultores, 415. XVII. *& seq.*
Reliquiarum contemptores perstringuntur, 416. XXVII.
Reliquiarum conditoria cum fenestella, sive foramine, 416. XXI.
Reliquiæ sanctorum vindices veritatis, 412. XX.
Reliquias S. Episcopi veneratur Theodosius, 415. LV.
Reliquiarum cultus in S. Germano eluxit, 429. XV. *& seq.*
Reliquiæ sanctorum proficuæ contra dæmones, 424. XVII.
Remedium adhibendum principiis, 446. XXIV.
Remissio tributorum civitatis Cyri quæritur a Theodoro, 444. XLIII.
Restitutam nomine majorem Ecclesiam Carthaginensem Wandali occupant, 439. XXXI.
Restitutus cum Innocentio a Donatistis occisus, 412. IV.
Retractat sua scripta in multis S. Augustinus, 426. XIV. *& seq.*
Retractat Augustinus errores, quos in suis libris invenisset, 419. XXV.
Reus est audiendus antequam damnetur, 443. XIII.
Revelatio reliquiarum S. Stephani & sociorum, 415. IX.
Rhoilas alias Cughas, dux barbarorum, cum suis fulmine ictus, 425. XIV.
Ritus sacri consecrationis virginum, 413. XIII.
Rixa inter Arelatensem & Viennensem Episcopos de primatu, 445. XI.
Roma concutitur terribili terræmotu, 442. I.
Roma nova Constantinopolis, 448. XXV.
Romæ invasores semper male periere, 415. LXI.
Romana Ecclesia super omnes Ecclesias principatum tenet, 412. XIII. Damnat emergentes hæreses, 412. XXVI. Ejus summa auctoritas, 418. V. Schismate disciissa ab Eulalio, 418. LXXVIII. Commendatur Imperatori, 419. XXXIX. Hæreses profligat, non recipit, 430. IX. Ejus primatus cognitus & acclamatus in Concilio Ephesino, 431. LXXVIII. Ejus possessiones in Asia, 432. XVI. Contulit privilegia Ecclesiæ Ravennati, 432. XCIV. Ejus fides tuta & certa, 433. XIX. Reiicit hæreticos pœnitentes, de quibus est simulationis suspicio, 439. XLV. *& seq.* Ejus prerogativa, 444. XLIV. Quando cæperit Symbolum in Missa cantare, 447. XXIV.
Romana fides, sive religio, dicta Catholica per excellentiam, 432. XLVIII.
Romani Pontificis reverentia etiam apud adversarios, 412. LX. Ejus fides tenenda inter altercationes hæreticorum, 413. XII. Ei deferunt Episcopi causas majoris momenti, 416. X. Ejus epistolæ decretales magna observantia habitæ, 418. XXXI. Ejus summa potestas, 433. XXXIV. Ejus sententiæ executores constituunt



invidiam in ipsum, 419. LXXX. *& seq.* Cognoscit & confirmat canonem librorum Canonicorum, *ibid.* Ejus tantum hæreses recens obortas damnare, 430. XI. Agit ut Judex totius Ecclesiæ, 435. XXV. Caput totius Ecclesiæ cognitus in Concilio Ephesino, 431. LXXXI. *& seq.* Eorum legitima successio cognita & probata in eodem, 431. LXXXII. Est supra Concilium Oecumenicum, 431. CIII. Irritat Acta Synodi, *ibid.* Ejus est super omnes totius Orbis Ecclesiam invigilare, 432. XII. Judicem supra se non habet, 433. XXXIV. Ejus verba ut oraculum a generali Concilio æstimata, 447. XVIII.
Romanus Pontifex quanti æstimatus apud Reges, & apud Arianos, 447. XXVIII. Cognoscit & judicat hæreticos, 444. III. Omnibus præest Episcopis, 445. X.
Romani Pontifices antiquitatis tenacissimi, 447. XXII.
Romani Pontifices deponunt Primates, 447. XXVI.
Romana Sedes principem locum obtinet, 444. XXXI.
Romanorum est persequi Manichæos, 443. II.
Romanum Concilium contra Nestorium, 430. XII.
Romanum Concilium a Sixto Papa habitum in die natalis sui, 433. XV.
Romanum Concilium *in* causa Sixti Papæ, 433. XXXI.
Romanus exercitus a barbaris vincitur ob crimen idololatriæ, 439. XIX.
Romanum Imperium cur dedi barbaris meruit devastandum, 412. XXXII.
Romanum Imperium invaditur ab Hunnis, 444. XXXIV.
Romani vincuntur a barbaris, dum Episcopi Orthodoxi Ephesi affliguntur, 431. CXXXVII. *& seq.*
Romani clerici, qui rabellarunt contra Zosimum Papam, 418. XIX.
Romanus populus insurgit contra Symmachum Præfectum pro Bonifacio legitimo electo, 419. IV.
Ruben Judæus ad fidem Christi conversus, 418. LV.
Ruffina Paulæ filia quarto loco nata, 419. CI.
Ruffiniana villa apud Chalcedonem, 431. CLVI.
Ruffinus Aquilejensis post mortem detectus auctor Pelagianæ hæresis, 412. XXIII. *& seq.*
Rufius Episcopus Thessalonicensis accepit litteras a Cælestino contra Nestorium, 412. XVII.

## S

Sabbati jejunii Innocentius causam reddit, 417. VI.
Sabbatius schismaticus a Sabbatianis ut sanctus cultus, 425. XIX.
Sabbati hæretici a Theodosio lege vexati, 423. IV.
Sabinus gener Heracliani & socius in tyrannide, 413. II. Fugit Constantinopolim, 413. III.
Sacerdotibus fugiendi mulierum congressus, 415. XVIII.
Sacerdotes cæteris hominibus sanctiores ac puriores esse oportet, *ibid.*
Sacerdotes mali causa ruinarum, 446. IV.
Sacerdotum dignum exemplar S. Leo, 440. II.
Sacrificia Ethnicorum fiebant in latibulis, 440. XVI.
Sacris periculose se miscent Principes, 448. XLVII.
ad Sæculares & Præfectos confugiunt hæretici 448. XLII.

Salonius Episcopus Viennensis, 428. XI.
Salonius filius S. Eucherii, 441. XI. An Episcopus Viennensis, 441. XIII.
Saltationes & balationes ab Ecclesia Africana Sanctus Augustinus auferre conatus, 418. XXXVI. *& seq.*
Salvatio damnatorum ex Origene ex ejus sectatoribus, 414. XVII.
Salvianus Episcopus Massilliensis luget Africanorum scelera, 428. I. *& seqq.* Laudatissimus Episcopus, 428. XI.
Salvianus eminebat eloquentia & sapientia, 441. XI.
Salus Sebastiani Comitis in dubio, 440. VI.
Salus hominum curatur mira Dei providentia, 440. XIII.
Samuel presbyter excommunicatur, 448. LIX.
Sanctorum reliquiæ profuere contra dæmones, 424. XVII. Earum contemptores perstringuntur, 416. XXVII.
Sancti viri calumnias effugere non possunt, 448. VIII.
Sanctarum animæ egrediuntur interdum ex corporibus ut columbæ, 440. XVII.
Sanguis ab imagine Salvatoris abundans fluxit, 446. XI.
Sapientia & eloquentia eminens Vincentii, 441. XI.
Sapientes *calumnia* conturbantur, 448. LXXXIII.
Sardicensis Concilii Canon pro Nicæno citatus, 419. LXIX.
Sardicense *Concilium*, *num Catholicum fuerit*, controversia obiter oborta in Africa, 412. XI. *& seq.*
Sarracenorum Episcopus ordinatus Aspebetus, 420. XXXVII. Conversi ad fidem tempore belli Persici, 420. XXXI. *& seq.* Baptizantur a S. Euthymio, 420. XXXVI. Divinitus superati, 420. XXVIII.
Satyra dicenda est non epistola, quæ in Cyrilli obitu scripta est, 444. XII.
Scelera Sacerdotum Britannorum, 446. IV.
Schisma Ephesi conflatur per Joannem Episcopum Antiochenum, 431. LXXI.
Schisma in Ecclesia Romana per Eulalium contra Bonifacium conflatum, 418. LXXVIII.
Schismaticorum Ephesi accusationes adversus Catholicos, 431. LXXIII. Eorum libellus contra Cyrillum & Memnonem, 431. LXXVI. Clanculo omnia agunt, 431. LXXVII. Stabiliunt hæresim Pelagianam, 431. LXXVIII. Dedere litteras contra *Cyrillum in Ægyptum*, 431. LXXXIV. *& seq.* Quæ postea ad S. Synodum *scripserint*, 431. XCI. Excommunicati a Synodo Ephesina 431. XCII. Scribunt mendacia & calumnias ad Imperatorem contra Orthodoxos, 431. CX. Nituntur auxilio Acacii Beroeusis, 431. CXXVI. Dolose professi fidem Catholicam, 431. CXXXI. Idem Nestoriani, 431. CLVI. Angustiantur, cum vident Theodosium erga Orthodoxos propensiorem, 431. CLVII. Turpiter mentiti Episcopum Mediolanensem secum convenire, 431. CLXX. Contra Cyrillum sparsere calumniam, damnata ab ipso sua capitula, 432. LXIX.
Scotis conversis ad fidem datur Episcopus a Cælestino Romano Pontifice, 429. I. *& seqq.* Quando primum ad fidem conversi, 429. II. Ante christianam religionem acceptam gens inhumanissima, *ibid.*
Scripta Theodoreti numerantur, 445. XII.
Scripturæ Canonicæ quæ sint cognoscuntur & probantur a Romano Pontifice, 419. XCV.
Scripturæ exempla magnum afferunt solatium, 444. XXI.
Sebastianus monachus Cassinensis auctor Vitæ S. Hieronymi, 420. XLIX.
Sebastianus Comes ab Hispania ad Africam pertransit, 445. V. Fuit illustris, *ibid.* Ejus certamen, & confessio fidei, 445. VI. Quid de ejus salute, 440. VI.
Sedes Apostolica dum dicitur intelligitur per excellentiam semper Romana Ecclesia, 416. XI.
Sedes Hunnorum ubi fuerit, 444. XXXV.
Sedes Apostolica. *Vide*, Papa.
Seditiones excitantur ab hæreticis, 448. XXXIII.
Sedium dispositio in Concilio Ephesino, 431. L.
Sedulius poeta Christianus, 429. IV.
Segerichus Rex Gothorum post Athaulphum, 415. LX.
Semina zizaniæ jaciunt hæretici, 447. IV.
Sententiarum Apostolicæ Sedis executores nimis libere agentes, 419. LXX. Conflarunt invidiam in ipsos Romanos Pontifices, 419. LXXX. *& seq.*
Sententia lata contra Nestorium Ephesi, 431. LIX.
Sententia schismaticorum contra Cyrillum & Memnonem, 431. LXXIV.
Sepulcrorum effossores sunt puniendi, 447. XXVII.
Servi Wandalorum effecti nobiles Carthaginenses, 440. VII.
Servi non sunt ordinandi S. Leonis decreto, 443. VI.
Servi Dei dexteritate atque prudentia corrigendi, 444. XII.
Servi Dei se purgare debent a calumniis, 444. XXIV.
Severus Episcopus Minoricæ insulæ accipit reliquias S. Stephani protomartyris, quibus Judæos convertit, 418. XLIII. *& seq.* Ejus epistola circularis integra fides, *ibid.* Urget Judæos, 418. LII.
Severus Episcopus Treverensis collega S. Germani in certamine contra Pelagianos, 435. XVI.
Sicilia defenditur a Cassiodoro Seniore, 440. V.
ad Siciliæ Episcopos epistola S. Leonis, 447. XXV.
Silentiarius missus ab Imperatore ad Concilium, 448. XLV.
Silvanus Episcopus Philippopolis translatus in Episcopatum Troadis, 434. IV. Ejus mores & miracula, 434. V. *& seq.* Sustulit judicium a clericis 434. VI. Laicos constituit ad judicandum, 434. VII.
Silvanus Primas Numidiæ præfuit Concilio Cirtensi, 412. IX.
Symbolum Catholicorum inscribendo tempore hæresis Pelagianæ, 418. XLIII. *& seqq.*
Symbolum dignoscendæ fidei Catholicæ ab hæresi, 431. XXXV.
Symeon Stylita accepit litteras a Theodosio Imperatore pro pace Ecclesiæ, 432. XLII. Proficuus Ecclesiæ, 432. LI. Omnibus populis innotescit, 432. LII. Precibus vincit Persas, 420. XXVIII. Communicavit cum Domno Episcopo Antiocheno, 436. XII.
Simoniani dicti Nestoriani, 435. II.
Symmachi Præfecti Urbis relatio ad Honorium Imperatorem de schismate Romanæ Ecclesiæ, 418. LXXX. Favet Eulalio, 418. LXXXI. Ejus minister a populo verberatus, 419. IV. Ejus secunda relatio ad Honorium Imperatorem, 419. V. Ejus tertia relatio ad eumdem, 419. II. Ejus quarta relatio de temeritate Eulalii, 419. XXVI. *& seq.* Ejus quinta relatio, 419. XXXII. Ejus sexta relatio de restitutione Bonifacii, 419. XXXIV.
*Simplicius* Episcopus *Bituricensis* sanctitate celebris, 431. CXCIX.
Synesius laudator Hipatiæ 415. XLVIII. *& seq.*
Syriæ Episcopi monent Nestorium, ut se emendet, 430. XLIII. Iidem præsto sunt Nestorio contra Cyrillum, 430. LXI.
Siricii Papæ epistola recitata in Concilio Telepteusi, 418. XXXI.





Sisinnius Episcopus Constantinopolitanus subrogatus in locum Attici, 425. XIX. Laudatus Episcopus, 426. II. Ejus obitus, 429. XXI. Laudatus a Cælestino, 430 XIV.
Sixtus Romanus presbyter anathema in Pelagium inclamavit, 418. XVIII. Factus Papa scripsit ad Joannem Episcopum Antiochenum, 432. XLI. Ejus nomine fictæ litteræ, 432. XL. Succedit Cælestino, 432. XXXVIII. Quærit curare Nestorium, 432. XXXIX. Ejus epistola ad Joannem Antiochenum, laudata a Vincentio Lerinensi, 432. XXXV. Calumniam passus a Nestorianis, quasi indigne tulisset depositionem Nestorii, 433. XI. Ejus epistola ad Cyrillum, 433. XII. Excusat Joannem Antiochenum, 433. XIV. Ejus tolerantia in adversis, 433. XV. Divinitus admonitus de eligendo Episcopo Ravennate, 433. XXIII. *& seq.* Ordinat Petrum Chrysologum *Episcopum Ravennatem*, *ibidem*. Ejus epistola ad Joannem Antiochenum, 433. XIV. Accusatus a Basso exconsule, 433. XXXI. XXXVII. Ei datum judicare causam suam, 433. XXX. Ejus accusationis & liberationis legitima historia quæ sit, 433. XXXVII. Ejus acta in causa Polychronii Episcopi Hierosolymitani spuria, 433. XXXVIII. Negat audientiam Juliano Pelagiano, 439. XLV. Ejus obitus 440. I. Picturis ornavit basilicam S. Mariæ ad Præsepe dictam, 440. II. Dona munifica ab eo illi oblata, *ibid.* Ornavit baptisterium Constantini, 439. V. Alia Sixti opera, *ibid.* Ejus nomine supposita opera Pelagianorum, 440. VII. *& seq.*
Sixtus tertius quo tempore mortuus sit, 440. III.
Socrates historicus Novatianus infensus Cyrillo Novatianorum insectatori, 415. XL. Multa in *Cyrillum* exordio protulit, *ibid.* Miracula falso tribuit Novatianis, 419. CVIII. *& seq.* Cur infensus Nestorio, 428. XXIII. Reprehenditur de perperam facta reprehensione, *ibid.* Reprehenditur de origine hæresis Nestorii, 428. XXXX. Ejus historiæ finis, 439. XXXIX.
Solanus imprudens Sixti Papæ nomine edidit fœtus Pelagianos, 440. VII.
Solatium maximum ex Scripturæ exemplis, 444. XX.
Solem adorabant Manichæi, 443. V.
Solis cultus superstitiosus sublatus, *ibid.*
Sorices depascuntur Christianos martyres, 420. XIX.
Sozomeni historiæ terminus, 415. LVIII. Ejus historiæ finis, 439. XXXIX. Sententia S. Gregorii de eo quomodo accipienda, 439. XL. Ejus historia majoris auctoritatis, quam Socratis, 439. XLI.
Spoletinum Concilium indictum, 419. XXI. Cur desiit celebrari, 419. XX. *& seq.*
Stephani *Protomartyris inventio* & translatio reliquiarum, 415. I. *& seqq.* Ejus reliquiæ delatæ in Africam per Orosium, 416. XVI. Ei plures erectæ ecclesiæ in Africa, 416. XVII. Ejus reliquiis sex mortui revocati ad vitam, 416. XXV. Ejus reliquiæ in Lusitania, 417. LVIII. Ejus reliquiæ delatæ in Minoricam insulam, 418. XLIII. Ejus virtute Judæi conversi, 418. XLVI. *& seq.* Iterum ex imminenti suggestu prædicat Evangelium sequentibus signis, 416. XXVII. *& seq.* Ejus reliquias acceptas ab Orosio Augustinus divisit in Ecclesias Africanas, 416. XXIX. Ejus templum erectum Hierosolymis ab Eudocia Augusta, 438. XXI. Ejus reliquiæ translatæ Constantinopolim & in Ecclesia S. Laurentii positæ, 439. I. *& seq.*
Studium litterarium in meliorem formam Theodosius restituit, 425. XXIII.
Subditorum bona curet Episcopus, 444. XLIII.
Subscriptio in Conciliis non ad presbyteros, sed ad Episcopos spectat, 448. XL.
Subscriptio prima Hilarii in Concilio Arausicano, 441. IV.
Subterfugia Eutychetis hæretici, 448. XLIII.
Successores deligere aliquando permissum Episcopis, postea id abrogatum, 426. IV.
Successus Episcopus Diocæsareæ accipit litteras a Cyrillo, 433. VII.
Suenes *martyr in Perside* dira passus, 420. XXI.
Suevorum Reges Honorio obsequente se præbent, 415. LXII.
Summa virtutum omnium est charitas, 448. XXI.
Superbia ducis Romanum perdit exercitum, 439. XVII.
Superbia Hilarii Episcopi Arelatensis comprimitur, 445. IX.
Superstitiones nonnullas Gentilitias ab Ecclesia Africana S. Augustinus auferre conatus, 418. XXXII. *& seq.*
Superstitiones sequebatur Attila, 444. XLI.
Superstitiones ab Ecclesia tollendæ, 447. XXVII.
Superstitio Manichæorum de Solis cultu, 443. IV.
de Symboli additamento, & quando, 447. XIX.
Symboli additamentum plures populi receperunt, 447. XX.
Symboli additamentum *constituit* ut caneretur *in Ecclesia Romana Benedictus* Papa VII. 447. XXIII.
Symboli maxima utilitas 447. XXI.
Symbolo Apostolico antiquo cur semper usa sit Romana Ecclesia, 447. XXIII.
Synodus provincialis non sine Metropolitano celebratur, 447. XVI.
Synodos ingrediuntur hæretici ambitioso freti comitatu, 448. XLIII.
Synodus, *Vide*, Concilium


## T


TAbellarius in habitu mendici missus a Synodo Ephesina Constantinopolim, 431. CVIII.
Telense sive Teleptense Concilium in Africa, 418. XXXI.
Templum pulchrum Mariæ Virgini a Cyro dicatur, 446. XVI.
Tempus quo ordines sint conferendi, 444. XXXII.
Tempus quo fuit propalatum Trisagium, 446. XLIII.
Tereben *filius ducis Saracenorum* a dæmone percussus ægrotans insanabili morbo curatur a S. Euthymio, 420. XXXII. *& seqq.*
Terra delitescens concussit Romam, 442. I.
Terræmotus in obitu S. Paulini, 431. CXCVII.
Terræmotus terribilis concussit Romam, 442. I.
Terræmotu corruunt quinquaginta septem turres Constantinopoli, 446. V.
Terræmotus ingens in Orbe, 446. VI.
ex Terræmotu miserandi casus exorti, 446. VII.
Testificatio Clericorum Edessæ pro Iba, 448. LXIII.
Thalassius Præfectus Prætorio *Illyrici* ad Episcopatum Cæsariensem assumptus, 439. XXXVIII.
Theodemirus Rex Hispaniarum Catholicus, 448. LXXXIII.
Theodoretus creatus Episcopus Cyri, 423. X. Retinetur Antiochiæ causa verbi Dei, 424. XIX. Pugnat contra *Marcionitas*, 424. XIV. Ejus labores adversus alios hæreticos, 424. XIX. Claudit historiam laudibus Theodori Mopsusteni, & Diodori Tarsensis, 427. XXVII. Consulto noluit historia attingere Nestorii tempora, 427. XXVIII. Quando historiam scripsit, *ibid.* Ejus diversa editio, & totius ejus vitæ status, 427. XXIX. Cum aliis Episcopis Syriæ monet Nestorium se corrigere

430. XLIII. Favit pœna Neſtorio, 430. XLIV. Ejus epiſtola ad Iræneum, qualis ipſe fuerit arguit, 430. XLV. Subdole agit, 430. XLVI. Quam fuerit Theodori Mopſueſteni obſervantiſſimus, 430. XLVII. Ejus epiſtolæ Græcæ ſcriptæ in Vaticano habentur, 430. XLVIII. Latinæ redditæ a Federico Metio, *ibid.* Juſſus a Neſtorio ſcribere contra Cyrillum, 430. LXI. Ejus litteræ de rebus geſtis Conſtantinopoli, 431. CLXV. Defendit Neſtorium, 431. CLXVI. Concionatur Chalcedone Neſtorianis, 431. CLXVIII. Palam profitetur ſe Neſtorii defenſorem, 431. CLXIX. Contra Cyrillum ſcribit, 431. CLXXXII. Litteris ſtudet concitare Epiſcopos Italiæ contra Cyrillum, *ibid.* Ejus vera reſipiſcentia multis declarata, 436. X. *& ſeq.* Ejus plurimæ epiſtolæ, quibus ſe penitus averſatum Neſtorium demonſtrat, *ibid.* Ejus Antiteſes in Cyrilli capita abolitæ, 432. LXXVI. Poſt pacem adhuc adverſatur Cyrillo, 432. LXXX. *& ſeq.* Poſt initam concordiam, adhuc ſtudet Neſtorio, 432. LXX. Ejus epiſtola ad Neſtorium, 432. LXXXIV. Quid ſcribat ad Joannem poſt concordiam initam, 432. LXXXI. Ei quæ occaſio data ſcribendi contra idololatras, 439. XIII. Defendit jura Eccleſiæ Antiochenæ contra Alexandrinum Epiſcopum, 439. XLIII. Redditur infenſus Dioſcoro Alexandrino, *ibid.* Scribit Epiſtolam de Carthaginenſium malis, 440. VIII. Ejus epiſtola ad Domnum, *ibid.* Ejus epiſtolæ plures ad diverſos pro Cæleſtiano, 440. XI. Cyprianum Epiſcopum commendat, 440. XIII. Ejus epiſtola ad Euſtathium pro Maria nobiliſſima Carthaginenſi, 440. XIV. Cogitur redire Cyrum, 443. VIII. Ejus epiſtola ad Euſebium Ancyræ, 443. IX. In eum calumniæ, 443. XI. Sua ſcripta numerat, 443. XII. Defenſorem ſe exhibet Catholicæ fidei, 443. XIII. Ejus epiſtolæ ad diverſos, 443. XIV. Defenditur ab impoſtura epiſtolæ Neſtoriani de obitu S. Cyrilli, 444. XIII. Calumnias ſibi illatas æquo animo ſuffert, 443. XXIII. Catechiſta Antiochenus, *ibid.* Ejus Catholicæ fidei profeſſio, 444. XXV. Secutus eſt doctrinam Patrum, 444. XXVII. Curat Cyri civitatis tributorum remiſſionem, 444. XLIII. Maxime ſtudioſus erga ſuos, 444. XLI. Magnam curam gerebat Petri Presbyteri medici, 444. XLVII. Ejus epiſtola ad Pulcheriam Auguſt. de relevandis tributis, 444. XLIV. Ejus Epiſtola ad *Apellam* de cura Epiſcopi erga ſubditos, 444. XLVI. *Ejus* ad Nomum Conſulem *tres Epiſtolæ*, 445. V. Scribit ad Salluſtianum *de cladibus ſui temporis*, 446. XXVII. Ejus epiſtola ad Domnum de cauſa Irenæi, 448. II. Ejus ſtatus qui, 448. XI. Ejus epiſtola ad Nomum Conſularem, 448. XII. Confutat adverſariorum calumnias, 446. XIII. Ejus vitæ compendium, 448. XIV. Exoptat ut bene conſulatur Eccleſiæ, 448. XV. Ejus duæ epiſtolæ ad Flavianum, prima de fidei confeſſione, ſecunda, qua conqueritur de Dioſcoro ſibi inimico, 448. XVII. Ejus epiſtola ad Baſilium de nova hæreſi Eutychiana, 448. XXI. Queritur de Dioſcoro, *ibid.* Calumniam patens quæritur, 448. LXXIX. Undique appetitus calumniis, 448. LXXXI.

Theodorus quo tempore laudatus impune, 448. LXXII.

Theodotus Epiſcopus Antiochenus retinet Theodoretum cauſa verbi Dei, 423. X.

Theodorus Epiſcopus Ancyræ agit patronum Synodi in Concilio Epheſino, 431. LI. Ejus lucubrationes, cum moraretur Epheſi, *ibid.*

Theodorus Judæorum ſummus ſacerdos in inſula Minorica, 418. LI. Ejus viſio de Chriſti victoria, *ibid.* Ejus converſio, 418. LVII.

Theodorus Mopſueſtenus apoſtata a monachiſmo, turpiſſimus vita, 428. XXXIV. Magiſter Neſtorii, *ibid.* Ut impius condemnatus, 430. XLIX. Ejus libri produntur in lucem, 435. III. Damnatur in Armenia primo, 435. VI. Confutatur a S. Cyrillo Epiſcopo Alexandrino, *ibid.* Quaternitatem inducebat, 435. VIII. Ejus ſcripta an explanata & laudata in Concilio Antiocheno, 435. IX. Ejus ſcripta an recepta a Cyrillo & Proclo, 435. XI. Ejus laudes an receperit Synodus Chalcedonenſis, 435. XII.

Theodorus Tarſenſis aliquando pro Diodoro errore poſitus, diverſa utriuſque conditio, 428. XXXVI.

Theodoſii junioris Imperatoris leges contra Gentiles, 423. VI. Exagitat Anabaptiſtas, Eunomianos, & Novatianos, 413. XXVIII. Reſcribit contra Judæos, 415. XLIX. LI. Abrogat præfecturam Gamalielis Judæi, 415. L. Creat Pulcheriam ſororem Auguſtam, 415. LI. Probæ inſtitutus a Pulcheria, 415. LII. Ejus crebra jejunia, 415. LIII. Ejus Regia ſimilis monaſterio, *ibid.* Bibliothecam colligit, *ibid.* Ejus egregiæ virtutes, 415. LIV. Cultor reliquiarum ſanctorum, 415. LV. Precibus ſedat tempeſtatem, *ibid.* Religione regit Imperium, *ibid.* Ejus Imperium feliciſſimum, dum in eo religio viguit, 415. LVI. Reſcribit contra Gentiles, & a Militia atque omni Magiſtratu arcet, 439. IX. Ejus de Parabolanis reſcriptum, 416. XXXIX. Intercedente Aſclepiade Epiſcopo Cherſonenſi indulget de *Jinquentibus*, 419. CX. Divina ope vincit Perſas, 419. XXV. Ejus numiſma de victoria contra Perſas, 419. XXIX. Accepit conjugem Eudociam, 421. II. Dilatat jura Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, *ibid.* Defendit Imperium tuendo Eccleſiaſticam immunitatem & religionem, 421. III. *& ſeq.* Ejus ex religione apparatus contra tyrannos, 421. IV. Reſtituit in Imperium Valentinianum, 425. I. Solvit Circenſe ſpectaculum, ut Deo gratias agat, 425. III. Ejus ſanctio de feſtis diebus, 425. VI. Ejus hoſtes barbaros ultus eſt Deus fulminibus, 425. XI. *& ſeq.* Ejus laus cujus religione hoſtes debellati abſque gladio, 425. XIV. Licet indebite excommunicatus a monacho, non neglexit, ſed curari voluit, 425. XVI. Convenit Anachoretam, & cum eo verſatus, 425. XVIII. Gymnaſium litterarium Conſtantinopoli in meliorem formam reſtituit, 425. XXIII. Dat privilegia profeſſoribus, *ibid.* Quid adverſus idololatras, 425. V. Impulſore Neſtorio omnes præter Pelagianas infectatur hæreticos, 428. XXV. Cur non repreſſit, ut par erat ipſum Neſtorium hæreſim propalantem, 429. XXXIV. Proſcinditur clamoribus populi propter Neſtorium, 429. XXXIV. *& ſeq.* Agit apud Cæleſtinum de congregando Oecumenico Concilio in cauſa Neſtorii, 430. LXI. *& ſeq.* Ejus epiſtola ad Cyrillum de Concilio celebrando, 430. LXIII. *& ſeq.* Succenſus in Cyrillum, 430. LXX. Ex religioſiſſimo cauſa Neſtorii immutatur ipſi favens, 430. LXXIII. Excuſatur ab auctore, 430. LXXIV. Vocandum curat S. Auguſtinum ad Concilium Epheſinum *ibid.* Ejus ſanctio de Eccleſiarum immunitate, 431. III. Relictis foris armis, & depoſito diademate intrat in Eccleſiam, *ibid.* Candidianum Comitem miſit curare quæ ſunt Concilii Epheſini, 431. XLIV. *& ſeq.* Ejus epiſtola ad Synodum Epheſinam, 431. XLV. *Monachos* & alios ſummovit a Concilio Epheſino, ne tumultuarentur, 431. XLV. Ignorans quæ acta eſſent ab Orthodoxis in Concilio Epheſino, ſcribit pro Neſtorio, 431. CVI. Mittit Epheſum Palladium Magiſtrianum cum litteris, 431. CVII. Propagavit religionem Chriſtianam in Perſide, 431. CXI. Accepit litteras ab *Archimandritis de rebus* Epheſi geſtis, 431. CXV. Vera noſcens Neſtorio reſtitit, & favit Patribus Orthodoxis, 431. CXVII. Admonetur litteris Iſidori Peluſiotæ, 431. CXVIII. Acquievit damnationi Neſtorii in Synodo factæ, 431. CXIX. Vocat utriuſque partis legatos Conſtantinopolim, 431. CXX. *& ſeq.* Rurſum ex Irenæi Comitis relatione fluctuat, 431. CXXV. Dimovetur a recta ſententia per Acacium Beroenſem, 431. CXXVI. Sequeſtrem pacis mittit Joannem Comitem ſacrarum largitionum Epheſum, 431. CXXVII. Dum affligit Epiſcopos amittit exercitum, 432. CXXXVII. Poſt cladem exercitus redditur ſero ſapiens, 431. CXLVI. Vocat ex utraque parte ſeptem Epiſcopos Conſtantinopolim, 431. CXLVI. Erga Orthodoxos propenſior demonſtratur, 431. CLVIII. Per Pulcheriam ſororem proficit, 431. CLXI. Graviſſimis calumnis exagitatus a Neſtorianis, 431. CLXII. Tandem audit legatos ſchiſmaticos, 431. CLXIII. Exauctoravit Irenæum Comitem Neſtorianum, 431. CLXXXI. Per litteras admonetur a Cæleſtino Papa, 432. XII, Laborat pro pace Orientalis Eccleſiæ, 432. XLV. Mittit Ariſtolaum Antiochiam pro pace concilianda, 432. XLVI. Scribit ad Joannem Epiſcopum Antiochenum de pace, *ibid.* Scribit ad Acacium Beroenſem de pace, 432. XLVII. Scribit ad Symeonem Stylitam de pace Eccleſiæ, 432. XLIX. Egit cum Cyrillo de pace Eccleſiæ reſtituenda, 432. XLV. Ejus laudata religio, 433. XX. Conſuetudine S. Melaniæ redditus melior, 434. XIII. Curat perpetuo duraturam rem frumentariam, 434. XIV. Sanctione edita damnat libros Neſtorii, 435. II. An ſcripſerit perſuaſione Concilii Antiocheni pro Theodori libris, 435. XI. *& ſeq.* Mandat edita ſanctione deportari Neſtorium in Oaſim, 436. II. *& ſeq.* Mittit legatos qui reſtituant corpus Joannis Chryſoſtomi Conſtantinopolim, 438. VII. *& ſeqq.* Rogat litteris Joannem Chryſoſtomum, ut patiatur corpus ſuum tranſferri, 438. IX. Orat pro parentibus, 438. XII. Munera mittit Hieroſolymam Crucem gemmatam & pecuniam, 439. I. Legem ſancivit adverſus Judæos, & Samaritas, & Gentiles, 439. IX. Suſtulit vectigal lenonum, 439. XXXVII. Ejus lex de Parabolanis, 416. XXXIX.

Theodoſius Imper. bellum movet contra Wandalos, 441. XVII. Tributum pendit Attilæ, 446. XXVII. Offenſum numen placat, 448. VI. Præſidium mandat contra hæreticos, 448. VI.

Theodoſiani codicis editio, 435. XXIII.

Theodotus Epiſcopus Antiochenus quid de Joannis Chryſoſtomi nomine recepto in ſacras tabulas, 412. XLVIII. Ejus obitus & ſedis tempus, 427. XXX.

Theopentus Epiſcopus legatus ex Concilio Alexandrino Conſtantinopolim, 430. LIX.

Theophili Epiſcopi Alexandrini obitus, 412. XLI. Adoravit moriturus Joannis Chryſoſtomi imaginem, *ibid.* Quid de Arſenio dixit inter moriendum, *ibid.* Ejus ſcripta, 412. XLII. Is quid de ſacris ſuppellectilibus, *ibid.* Ejus Paſchales annis ſingulis ſolitæ ſcribi, 412. XLIII. Ejus nomen celebre in Eccleſia poſteris remanſit, 412. XLIV.

Theophili relatio de Eutychete, 442. I.

Thyrſus martyr revelat reliquias quadraginta martyrum, 438. XIV.

Theotocon Mariam negat dicendam Neſtorius, 430. IV.

Thracia vaſtatur ab Attila, 442. I.

Thronus Evangelii in medio Synodi Epheſinæ collocatus, 431. L.

Timaſius & Jacobus ex *diſcipulis* Pelagii redditi Catholici, 414. VIII.

Timotheus Alexandrinus competitor Cyrilli, 412. XLV.

Typhus pro arrogantia uſurpatur, 419. LXXXVI.

Tyrannorum extinctor Honorius, 423. I.

Tyrannis Heracliana quando cœpta, 412. I. XXVI.

Tyrannorum eſt auferre Eccleſiæ privilegia, 423. III. *& ſeq.*

Tyrannus novus poſt obitum Honorii Joannes inſurgit, 423. II. *& ſeq.*

Tyranni ſemper crudeles, 440. IV.

Tyrium judicium in cauſa Ibæ, 448. LX.

Titulis honorificis non nominandi hæretici atque ſchiſmatici, 414. XVI.

Titulos fiſcales Theodoſius lege vetuit affigi, 439. XXXVII. *& ſeq.*

Titus diaconus occiſus Felicis Magiſtri militiæ, juſſu, 426. XXV.

Toletanum Concilium quando celebratum, 447. XVII.

Tormenta crudeliſſima illata Chriſtianis a Perſis, 420. XIX.

Toxotius Paulæ filius ultimo loco natus, 419. CI.

Tranſitus Sebaſtiani Comitis ab Hiſpania in Africam, 440. V.

Tranſlatio Corporis *Joannis Chryſoſtomi Conſtantinopolim divinitus* primus impedita, 438. VIII. Ejus deinde tranſlationis Conſtantinopolim pompa, 430. XI.

Tranſlatio corporis S. Germani in Gallias, 435. XXII.

Tranſlatio reliquiarum S. Stephani Conſtantinopolim, 439. I.

Tranſlatio S. Juliæ, 440. XVIII.

Tranſlationes Epiſcoporum haud penitus improbatæ, 431. CLXXIII. 434. II.

Traſamundus Rex Wandalorum, 427. XII.

Tribulatio multa bona operatur, 440. IX.

Tribulatio ſæpe homines curat, 440. X.

Tribulatio idololatriam diſſipat, 440. I.

Tribulati ſub Dei tutela, 443. XI.

Tribulationes a Sanctis perferendæ, 448. LXXVIII.

Tributa gravia multum damni inferunt civitatibus, 444. XLV.

Tributorum remiſſionem quærunt ſancti a Principibus, 444. XLIII.

de Tributis relevandis pertractat Theodoretus cum Pulcheria Auguſta, 444. XLV.

Tributum penditur a Theodoſio Attilæ, 446. XXVII.

in Trinitatem SS. inſurgunt Priſcillianiſtæ, 446. XXVII.

Triſagium cognitum, & a Concilio Chalcedonenſe comprobatum, 446. XII. Et cur hoc tempore propalatum, 446. XIII.

Triumphus Honorii Imper. de Attalo ſuperato, aliiſque tyrannis, 417. LX.

Triumphus quo excepti ſunt Patres Epheſi poſt damnatum Neſtorium, 431. LXI.

Trophimus S. Petri diſcipulus, primus Galliarum Apoſtolus & Eccleſiæ Arelatenſis fundator, 417. XLIII. XLIX.

S. Turibius Aſturicenſis Epiſcopus, 447. II. Hiſpanias luſtravit *ibid.* Ejus epiſtola ad Idacium & Ceponium Epiſcopos, 447. III. Ejus ſumma humilitas, 447. IV. Quomodo Notarius Summi Pontificis, 447. V.

Turres terræmotu corruant, 446. V.

## V

VAgi erant Hunni, 444. XXXIX.

Valentina Eccleſia in Gallia a Manichæis infeſtata, 419. CVII. Va-

Valentinianus tertius Imperator ex Galla Placidia & Conſtantio natus, 418. LXXXIII. Imperat, 425. I. Pacem ſancit cum Actio, 425. IV. Ejus numiſma, *ibid.* Rependit Deo gratias pro acceptis beneficiis, reſtituens ablata Eccleſiæ privilegia a tyranno, 425. VII. *& ſeq.* Ejus leges contra hæreticos, 425. IX. Ejus leges contra Gentiles, 425. X. Manichæos exagitat, 425. IX. Ei tributa ſanctio de privilegiis Eccleſiæ Ravennatis arguitur impoſturæ, 432. XCII. *& ſeq.* Quid in cauſa Sixti Rom. Pont. 433. XXXIV. Proficiſcitur Conſtantinopolim conjugem accepturus, 437. XIV. Eudoxiam filiam Theodoſii conjugem accepit, *ibid.* Impellente Sixto Papa, fecit aureas ſacras ſtatuas Chriſti & Apoſtolorum, 440. V. Ejus laudata religio, 433. XX.

Valentiniani Auguſti Conſulatus, 440. I. Idem cum Wandalis conciliatur, 442. I. Ejus conſtitutio contra Manichæos, 445. VIII. Item contra ſepulcrorum effoſſores, 447. XXVII.

Valerianus Epiſcopus Iconii accipit litteras a Cyrillo, 433. VIII.

Valerianus Pelagianus migrat Alexandriam, contra quem exclamat Euſebius, 417. XV.

Valerius Epiſcopus Hipponenſis neſciens peccavit *in Nicænum Concilium*, 426. X.

Vaſa Eccleſiæ *vendidit* Acacius Amidæ Epiſcopus, ut hoſtes redimeret, 420. XXX.

Vaſa Eccleſiæ Deo & pauperibus debita, 446. XXI.

Vaſenſe ſeu Vaſatenſe Concilium in Gallia Narbonenſi, 442. III.

Vectigal Lenonum Florentius Præfectus Prætorio ſua impenſa ſuſtulit, 439. XXXVII.

Vectigalia gravia damnum afferunt Civitatibus, 444. XLV.

Vela regia *in titulum* privata auctoritate ſuſpendere vetitum lege Theodoſii, 439. XXXVI.

Velamina ſacra, quæ ſuperponuntur altari, quo ſint honore habenda, 412. XLII.

Verba aliter interpretantur interdum, quam proferantur, 442. II.

Veſtinæ titulus ſub Innocentio, 417. VI.

Veſtitus clericorum ab hæreticis immutatus, 428. XVII.

Veſtitus Hunnorum qualis, 444. XXXVII.

Victor monachus calumniam paſſus a Neſtorianis Epheſum venit, 431. LXXXVI.

Victor Uticenſis in hiſtoria de perſecutione Wandalica multa prætermiſiſſe cognoſcitur, 437. XIII.

Victor Martyritanus Afer expurgator Caſſiani, 433. XXIX.

Victoria Britannorum adverſus Pictos per S. Germanum adepta, 420. XVIII.

Victoria Marini ducis Honorii adverſus Heraclianum tyrannum, 413. III.

Victorinus novus hæreſiarcha, 414. X. *& ſeq.*

Viennenſis & Arelatenſis Epiſcopi *de primatu* decertabant, 445. XI.

Vigilantia Epiſcoporum facit, ut leges Eccleſiaſticæ ſtent in ſuo robore, 441. III.

Vincentius Victor novæ hæreſis inventor in Africa, 420. VIII. Ex Donatiſta Catholicus, & ex Catholico factus hæreticus, *ibid.* Erexit ſe adverſus S. Auguſtinum, 420. IX. Illuſus a dæmone falſis viſionibus, *ibid.* Decepit Petrum presbyterum Hiſpanum, *ibid.* Recantat palinodiam, 420. X.

Vincentius Lirinenſis quis fuerit, & quando ſcripſerit adverſus hæreticos, 434. XIX. Impugnator Pelagianæ hæreſis, 431. CLXXXVIII. Sapientia & eloquentia eminebat, 441. XII. Vir doctiſſimus, 441. XV.

Vincentius alius Gallus promulgator Pelagianæ hæreſis, *ibid.*

Vincentius cum Fortunato legatus in Concilio Teleptenſi, 418. XXXI.

Vincula Cyrilli quam glorioſa, 431. CXLII.

Vincula Petri donata Eudoxiæ a Iuvenale Epiſcopo Hieroſolymitano, 430. IV. Eorum annua memoria Conſtantinopoli, 439. IV. *& ſeqq.* Romam ad Eudoxiam miſſa, & miraculis clara, 439. VII. Auctaque baſilica, *ibid.* Alia, quibus vinctus eſt Romæ ſub Nerone, *ibid.* Utraque divino miraculo ſibi juncta *ibid.*

Virgo arreptitia abſque humano vivebat cibo, quomodo curata, 434. XV.

Virgo Maria. *Vide*, Maria.

Virginis Hiſpaniæ nobile martyrium, 427. XIX.

Virginum *conſecrationis ſolemnes ritus*, 413. XIII.

Virtutes Hilarii Epiſcopi claræ, 445. XVII.

Virtutes omnes ſunt charitate inferiores, 448. XXI.

Viſio oſtenſa Thereboni Saraceno ægrotanti, 420. XXXIV.

Viſio oſtenſa de converſione Marcionitarum, 426. XVI.

Viſio oſtenſa Sixto Papæ de eligendo Epiſcopo Ravennate, 415. XI.

Viſio facta S. Paulino *proxime morituro*, 431. CXCV.

Viſio mirifica ſuper montem Oliveti, 419. CVI.

Viſiones de converſione Judæorum inſulæ Minoricenſis, 418. L. *& ſeq.*

Viſio oſtenſa in converſione Judæorum, 418. LXV.

Viſio oſtenſa de libris Neſtorii, 429. XXIII.

Viſiones oſtenſæ Luciano de reliquiis S. Stephani, 415. VII. *& ſeqq.*

Viſio oſtenſa de iiſdem Nigetio, 415. XIII.

Viſio oſtenſa Calimero de corpore Zachariæ Prophetæ, 415. LVII.

Viſio S. Germani de ſuo inſtante obitu, 435. XXI.

Viſio oſtenſa Cyrillo de Joanne Chryſoſtomo, 412. LXVIII.

Viſio S. Cypriani ſuis Afris apparentis, 439. XXXI. *& ſeq.*

Vitalis hæreſiarcha, 419. LII.

Vita monaſtica Eccleſiarum gubernationi præfertur, & quomodo, 448. XIII.

Vitulus Cancellarius dirigitur Romam a Conſtantio in cauſa Eulalii, 419. XXVIII. *& ſeq.*

Voluſiani hominis Gentilis genus, 412. XVI. Acerrimos ingenio, reſiſtens Chriſtianæ religioni, 412. XVII. Ejus mater femina religioſiſſima laborat *pro ſalute filii*, 412. XVIII. Apollonii Tyanæi ſtudioſus, itemque Apulei vacans magiæ, 412. XIX. Ejus cum eſſet Præfectus Prætorius edictum contra Pelagianos, 420. III. Avunculus S. Melaniæ, 420. IV. Accerſit S. Melaniam Juniorem neptem ſuam, 434. VII. Legatus Conſtantinopolim, 434. VIII. Redditur Chriſtianus, 434. XII.

Uranius Himeriæ Epiſcopus judex conſtitutus in cauſa Ibæ, 448. LX.

Urbanus Girbenſis a Genſerico relegatur, 442. II.

Urbis Romæ invaſores ſemper male periere, 415. LXI.

Urſicinus presbyter Romanus ſub Innocentio, 417. VI.

Urſus Tribunus reliquias idololatriæ diſiecit imperante Conſtantio Auguſto, 420. V. *& ſeq.* Explorator in Africa rerum Manichæorum, 420. XXVII.

Wallia Gothorum Rex ſuccedit Segerico, 415. LX. *& ſeq.*

Wandali ſpondent Honorio pacem, 415. LXII. Eorum Reges Modeciſclus, Guntharius, & Genſericus, 427. VIII. Traſamundus ponitur a Gregorio, 427. XVIII. Tranſeunt in Africam, 427. VIII. & 428. I. Arianorum omnium perditiſſimi, 427. XVIII. Rebaptizant, 427. XIX. Vaſtant Africam, 428. II. Eis decidi



di Africa cur meruit, *ibid.* Eorum numerus qui tranſierunt in Africam, 428. XII. Eorum immanis graſſatio in regiones Afrorum, *ibid.* Hipponem obſident, 430. LXXXII. In Africa Romanos vincunt, 431. CXXXVII. Charthaginem capiunt, 439. XIX. Occupant majorem Eccleſiam Carthaginenſem, 439. III. Reſtitutam dictam, *ibid.* Idololatriæ reliquias Carthagine peſſumdant, 439. XXX.

Wandali oppugnantur a Teodoſio, 441. XVIII. Africam univerſam occupabant, 440. III. Eorum tempore ardens cometa apparuit, 444. XXXIV. Eorum ſervi effecti multi ex nobilibus Carthaginenſibus, 440. IV. Cum Valentiniano pacem ineunt, 442. I. Eorum Rex conjurationem ſuorum detegit, *ibid.*

Uzali memoria S. Stephani ab Evodio erecta, 416. XVII. Magna ibi Deus operatus, 446. XIX. *& ſeq.*

## X

Xystus Papa. *Vide*, Sixtus.

## Z

Zachariæ Prophetæ corpus inventum ſub Theodoſio juniore, 415. LVI. *& ſeq.*

Zebenus Epiſcopus Eleutheropolis interfuit Concilio Dioſpolitano, 415. XIX.

Zenonis Conſulatus, 448. I.

Zoſimi Papæ creatio, 417. XVII. Eum fallere conatus Cæleſtius captioſo confeſſionis libello, 417. XLIV. Explorat fidem Cæleſtii, an vere vel ficte agat, 417. XVIII. Cupidus ſalutis Cæleſtii cum eo mitius agit, *ibid.* Conſulit Africanos Epiſcopos de ejus cauſa, *ibid.* Numquam abſolvit Cæleſtium licet ad audientiam admiſerit, *ibidem.* Ejus epiſtola ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, & alios Africanos Epiſcopos, 417. XIX. Habuit conſiſtorium in S. Clementis baſilica, ubi Cæleſtius viſus eſt recantaſſe palinodiam, 417. XX. Inſtaurat judicium inter Cæleſtium & Lazarum & Herotem Epiſcopos Galliarum, 418. XXII. Cognoſcit cauſam Pelagii, 418. XXIV. In cauſa Pelagii ſcribit ad Epiſcopos Africanos, 418. XXV. In cauſa Cæleſtii atque Pelagii *nihil vult agi perfunctorie*, 418. XXVIII. Ei oblatus libellus a Pelagio, quo voluit videri Catholicus, 418. XXXI. Idem de Cæleſtio, *ibid.* Ejus epiſtola ad diverſos de privilegiis Eccleſiæ Arelatenſis, 417. XLVIII. Proculum Epiſcopum Maſſilienſem ob illicite præſumptas ordinationes damnavit, 417. LII. Litteras adverſus eum, 418. XL. Scribit ad Patroclum Epiſcopum Arelatenſem, 417. LII. Item ad Clerum & populum Maſſilienſem, 417. XLII. *& ſeqq.* Ejus judicium a poſteris Pontificibus neglectum in cauſa Eccleſiæ Arelatenſis 418. XLII. Eum urgent querelis Epiſcopi Concilii Carthaginenſis de admiſſo Cæleſtio ad audientiam, 418. IV. Ejus litteræ redditæ ad Epiſcopos Carthaginenſis Concilii de admiſſo ad audientiam Cæleſtio querelis ſatisfaciens, 418. V. Ejus ſtudium in convertendo Cæleſtio, 418. VII. Ejus judicium in cauſa Cæleſtii, 418. XIII. Defenditur & excuſatur a S. Auguſtino, 418. VII. Pelagium damnat atque Cæleſtium, 418. XVI. Damnavit hæreſes Pelagianas, 418. XVII. Eum *inſectantur* aliqui ex clero Romano Pelagii ſtudioſi, 418. XVIII. *Scribit* ad Clerum Ravennatem contra ſchiſmaticos clericos *ibid.* Perſtringitur calumniis a Juliano Pelagiano, 418. XXV. Legat Auguſtinum & alios collegas *in* Cæſaream Mauritaniæ, 418. XXXII. Ejus epiſtola decretalis ad Epiſcopos Occidentalis Eccleſiæ, 418. XXXIX. Ejus epiſtola ad Heſychium Epiſcopum Salonitanum, *ibid.* Conceſſit parochiis licentiam benedicendi Paſchalem cereum, 418. LXXVII. Ejus obitus, anni Sedis, res geſtæ, *ibid.* Anno quo obiit, tres legatos Carthaginem miſit, 418. LXXV. Ejus mandata legatis Apoſtolicæ Sedis, 419. LX. Ejuſdem Commonitorium, 419. LXII. Impoſturæ arguitur a Novatoribus, ſed calumnioſe, 419. LXV

# INDEX CRITICÆ HISTORICO-CHRONOLOGICÆ P. ANTONII PAGII QUÆ HOC TOMO CONTINETUR.

## A


Acacius Episcopus Beroensis respondens S. Cyrillo in Nestorium propendet, 430. IX. *& seq.*
Acephali dicuntur hæretici qui neque S. Cyrillum, neque Joannem Antiochenum sequebantur, 433. IX.
Achajæ Metropolis Corinthus, 418. LXXVI.
Adrumetum Metropolis civilis Byzatii, 418. LXIV. & 427. XXII.
Adrumetini Monachi inter se dissident de epistola S. Augustini ad Sixtum papam 418. LXIII. & 427. XXI. *& seq.*
Aetius Hunnos in auxilium Joannis tyranni ascivit, 425. VI. Adigit Bonifacium Comitem ad Africam Vandalis prodendam, 427. III. *& seq.* Francos vicit, 428. VIII. Juthungos & Noricos debellat, 430. XXX. & 431. LXI. Consul procedit in Occidente, 432. I. Egratia Valentiniani Imp. excidit, & in eam redit, *ibid.* XVIII. & XX. Burgundiones debellat, 435. XXXV. Consul iterum procedit, 437. I. Cum Suevis Visigothi bellum gerit, 438. VIII. Fit Consul tertium, 446. I.
Africa a Romanis amissa, 427. IV. In eam Wandali irrumpunt, 428. II. *& seqq.* Inter Valentinianum & Gensericum Vandalorum Regem dividitur, 442. II.
Alanorum Regum in Galliis successio, 440. IV. *& seq*
Alemanni Aremoricis vicini, 435. XXXIX.
Alexander Episcopus Antiochenus moritur, 420. XXII.
Alexander Episcopus Hieropolitanus a pace inter S. Cyrillum & Joannem Antiochenum facta abhorrens non vult B. Virginem Deiparam appellari, 433. V. *& seqq.* Cum sua provincia ad Sixtum Papam appellat contra pacem & Acta Concilii Ephesini, *ibid.* XIII. Non obstante Imperatoris jussione animum obfirmat, 434. VIII. *& seqq.* Frustra tentatur a Theodoreto ad pacem amplectendam, 435. IX. *& seq.* In exilium mittitur, *ibid.* XI.
Alexandrina Synodus contra Nestorium, 430. XI.
Alypius Tagastensis Episcopus moritur, 430. XXVII.
S. Amator Episcopus Autisiodorensis moritur, 418. LXXIV.
S. Ambrosius contrarius non est Capitulis Sancti Cyrilli, 431. XXXVI.
Anazarbica Synodus in qua Episcopi ad obedientiam redeunt, 435. VII.
Andreas Monachus postea Episcopus Samosatenus scribit contra anathematismos S. Cyrilli pro Nestorio, 430. XVII. Diversus est ab Andrea Monacho Constantinopolitano, *ibid.* & 431. XXXV. Theodori Mopsuesteni defensionem suscipit, 435. XVIII. Scribit contra Capitula S. Cyrilli *ibid.* XIX. Jerosolymam pergit, 438. V.
Anglorum adventus in Britanniam epocha, 447. IX. *& seqq.*
Annianus famosus Pelagianus scribit adversus Epistolam S. Hieronymi ad Ctesiphontem, 417. X. *& seq.* Homilias Chrysostomi e Græco in Latinum vertit, *ibid.* Armiger Pelagii dictus, *ibid.*
Antiochena Synodus contra Pelagianos, 424. VIII.
Antiochena altera Synodus a Joanne Antiocheno habita pro pace Ecclesiæ, 432. IX. Beroæ absoluta, *ibid.* X.
Antiochena Synodus adversus Rabulam, 435. XXI. Alia contra Athanasium Parrhensem Episcopum, 445. XXVII.
Appellationes Orientalium ad Romanum Pontificem antiquissimæ, 433. XII.
Arausicanum Concilium, 441. II. Non fuit generale, *ibid.* III. Ei interfuit Sanctus Maximus Episcopus Regiensis, *ibid.* XI.
Ardaburius cum Aspare filio & exercitu a Theodosio Imp. contra Joannem Tyrannum in Italiam mittitur, 424. IV. Ejus gesta, 425. II. Consul procedit, 427. I.
Arelas a Gothis obsidetur, 425. VII.
Arelatense Concilium secundum, 445. XVI.
Armeni alii Persis alii Romanis subditi, 420. XVII.
Aspar contra Joannem Tyrannum in Italiam a Theodosio Imp. mittitur, 424. IV. Consulatum in Occidente suscipit, 434. I. Pater fuit Ardaburii anno 447. Consulis, 447. I.
Attalus Imperium resumit, 414. XVI. In exilium mittitur ab Honorio Imp. 417. XXIII.
Ataulfus seu Adaulphus Gallias devastat, 412. XXI. Initium dat Regno Gothorum in Galliis, *ibid.* XX. Placidiam uxorem ducit, 414. II. Narbona pellitur a Constantio, *ibid.* III. Occiditur, 415. XXIII.
Athenais. *Vide*, Eudocia.
Atticus Episcopus Constantinopolitanus S. Joannem Chrysostomum in dyptica refert & quo anno, 412. XXIV. Cælestium Constantinopolim elicit, 417. XIII. Ad Episcopos Asiæ, Thessalonicæ & Carthaginis contra Cælestium scribit, *ibid.* & XIV. ac XV. Moritur, 425. XII. Pelagianos Constantinopoli expulit, *ibid.* XIII.
Attilæ Regni *initium*, 435. XLII. & 426. X. Invitatur in Italiam ab Honoria Valentiniani III. sorore, 435. XLII. Bellum cum Romanis gerit, & pacem facit, 442. II. *& seq.* Imperio Romano insidiatur, 443. XI. Bledam fratrem perimit, 444. XIII. Romanos vincit, 446. XIII. *& seq.*
S. Augustinus libros de Civitate Dei exorditur, 412. IV. Quo anno ad Hilarium Siracusanum nondum Episcopum adversus Cælestium scripsit, 414. VI. Quo anno scripsit ad Marcellinum, & ad Honoratum adversus Pelagianos, 412. VII. Ejus epistola ad Donatum Proconsulem quo anno data, 412. III. Scribit librum de spiritu & littera, *ibid.* XVI. Epistolæ ejus ad Julianam Demetriadis matrem epocha, 413. X. Scribit Pelagio, *ibid.* XI. Epistolæ ejus ad Dulcitium contra Donatistas quo anno datæ, 414. V. Scribit contra Gaudentium & quo anno, *ibid.* Scribit adversus Pelagianos, *ibid.* VII. Inchoat expositionem in Psalmos, *ibid.* Item librum de perfectione justitiæ, *ibid.* IX. Item librum contra Priscillianistas & Origenistas, *ibid.* X. Item librum de Natura & Gratia, *ibid.* XI. Ejus ad Joannem Hierosolymitanum Episcopum epistola quo anno data, 415. XIX. Scribit librum de Gestis Pelagii, 417. III. Ejus Epistola ad Paulinum de vitandis Pelagianorum erroribus Epocha, *ibid.* VII. *& seq.* Scribit libros de gratia & peccato originali 418. LV. Cæsaream Mauritaniæ mittitur, *ibidem.* LXVII. De creatione animæ dubius est, *ibid.* LXVIII. Scribit libros duos de Nuptiis & concupiscentia adversus Julianum, 419. XII. & XIV. Quo anno liber secundus editus, *ibidem*, XV. Scribit libros IV. contra duas Epistolas Pelagianorum, *ibid.* & 420. VIII. Scribit libros VI. adversus Julianum, 419. XVI. & 421. XI. Ejus Epistolæ ad Vitalem Carthaginensem epocha, 419. XX. Ejus Epistola ad Hesychium quo anno data, *ibid.* XXXV. S. Augustinus confutat libros Vincentii Victoris de Origine animæ 420. VII. Breviores Epistolæ sub nomine S. Augustini & Bonifacii suppositiæ, 422. III. Ejus Collationis cum Pascentio Acta confecta, *ibid.* IV. Ejus Collatio cum Maximino, & libri duo adversus eum quo anno scripti, *ibid.* V. Scribit librum de Octo Quæstionibus Dulcitii & quo anno, *ibid.* VI. Epistolæ ejus ad Cælestinum Papam de Antonio Episcopo Fussalensi epocha, 424. III. De abdicando Episcopatu cogitat, *ibid.* Eradium sibi eligit Coadiutorem, 426. V. Scribit libros Retractationum, *ibidem* VI. Libri Retractationum ante libros de Civitate Dei anno CCCCXXVIII. completi, *ibid.* VII. *& seq.* Edit librum de hæresibus *ibid.* IX. Scribit libros de prædestinatione sanctorum & de dono perseverantiæ Hilario jam Episcopo Arelatensi, *ibidem.* XI. *& seqq.* Scribit ad Bonifacium Comitem, 427. V. Componit libros de Gratia & libero arbitrio, ac libros de correptione & gratia, *ibid.* XXIII. *& seq.* Epistolæ ejus ad Honoratum de fuga in persecutione epocha, 428. VII. Scribit ad Vitalem Semipelagianorum præcursorem, *ibid.* XXVII. *& seq.* Libros XXII. de Civitate Dei, duos Retractationum, duos adversus Maximinum, libros de prædestinatione & de dono perseverantiæ, & libros quinque contra Julianum edit, 428. XXIX. & 429. XXX. A Theodosio Imp. vocatur ad Synodum Ephesinam, 430. XXVI. Ad Deum migrat, 430. XXVIII.
Aurelius moritur, 430. XXVI.






## B


Bagaudarum in Galliis grassationes unde originem trahant, 437. V. *& seq.*
Basilius Diaconus & Archimandrita petit a Theodosio Jun. convocari Synodum contra Nestorium, 429. XXIV.
Belli Romanos inter & Persas causa, 420. XV.
Bellum hoc Arcadio perperam adscriptum, *ibid.* XVI. *& seqq.*
Bellum continuatur, 421. XIII. Finitur, 422. XI. *& seq.*
Berytense Judicium circa Ibam Episcopum Edessenum, in quo is absolutus quo anno habitum, 448. IX. *& seqq.*
Bonifacius fit Pontifex Romanus, 418. LXXII. & 419. II. Episcopos *Illyricianos* in officio continere frustra tentat, 421. VIII. *& seq.* Illyrici Episcopos increpat, 422. VII. Non vult retractari causam Perigenis Episcopi Corinthi, *ibidem.* VIII. *& seqq.* Moritur, 423. VI.
Bonifacius Comes in Africam secedit, 422. III. S. Augustino familiaris fuit, *ibid.* Breviores Epistolæ sub nomine S. Augustini & Bonifacii suppositiæ, *ibid.* In eum bellum movetur, 427. II. Vandalos in Africam invitat, *ibid.* III. S. Augustini literas recipit, *ibid.* V. Fit Magister militum sub Valentiniano tertio, 432. XX.
S. Briccius a Turonensi Episcopatu depositus restituitur, 432. XVII. Moritur, 443. X.
Britannia hæresi Pelagiana purgata, 429. II. *& seqq.* A Saxonibus infestata, *ibid.* VIII. *& seqq.*
Britanni legationem ad Honorium Imp. mittunt, 421. XIV. Secundam legationem mittunt, 422. XIII. Romanorum auxilium implorant, 446. II.
Burgundionum Regni *in Galliis initium*, 413. XII. In prima Germania sedes fixerunt, *ibid.* Fiunt christiani, *ibid.* XIII. Antea non erant Ariani, sed Gentiles, *ibid.* XIV. A quo baptismum acceperint incertum, *ibid.* Diversi a Burgundionibus qui Attilam in Galliam venientem secuti sunt, *ibid.* Cur eorum non meminit Salvianus in libro de Gubernatione Dei, *ibid.* XV. Ab Aetio debellantur, 435. XXXV. Non sunt conversi ad fidem a S. Severo Episcopo Trevirensi, *ibid.* XL. Ab Hunnis proteruntur, 436 X.
Burrichales seu Burrichi sunt equi breviores & viles, 415. XXIII.


## C


S. Cælestinus fit Pontifex Romanus, 423. VII. Pelagianos Italia pellit, *ibid.* XI. S. Germanum in Britanniam mittit, 429. II. Cyrillum Episcopum Alexandrinum de turbis a Nestorio excitatis consulit, *ibid.* XXI. Ex Synodo Romana acres ad Nestorium literas scribit, 430. IV. *& seq.* Pallium S. Cyrillo non misit, *ibid.* VIII. Ejus consilio non est indicta Synodus Ephesina, *ibid.* XXV. Synodum Romæ contra Nestorium celebrat, 431. IV. Commonitorium dat Legatis ad Ephesinum Concilium euntibus, *ibid.* Semipelagianos comprimit, *ibid.* XLVI. Non est auctor capitulorum de gratia, *ibid.* XLVII. *& seq.* Respondet ad Synodicas Maximiani Episcopi Constantinopolitani, 432. II. Non confirmavit quoad omnes partes decretum Synodi Constantinopolitanæ, *ibid.* Restringit decretum Synodi Ephesinæ adversus Episcopos Nestorianos datum, *ibid.* III. Moritur, *ibid.* V. Cælestius damnatur in Concilio Carthaginensi

ob ſeptem dogmata, 412. VIII. *& ſeq.* Ad Sedem Apoſtolicam appellat, *ibid.* X. Epheſi hæreſim ſuam docet, *ibid.* Jeroſolymis moratus non eſt, *ibid.* XI. Ejus dogmata in Dioſpolitano Concilio damnata, 415. XII. *& ſeq.* Romam venit ſub Zoſimo Papa, 417. XIII. Interrogatus ab eo & innocens creditur, *ibid.* XVI. De duabus litteris ad Africanos Epiſcopos ab Innocentio Papa datis interrogatur, *ibid.* XVII. Quo anno libellum fidei Zoſimo Papæ obtulerit, 418. III. Ad audientiam a Zoſimo vocatur, *ibid.* XXVII. Damnatur, *ibid.* Roma pellitur, *ibid.* XXVIII. *& ſeq.* & 420. V.

Candidianus Comes conteſtatur contra inchoationem Concilii Epheſini contra adventum Joannis Antiocheni, 431. XXXI.

Canonum Africanorum prima & ſecunda collectio, 419. XXX. *& ſeq.*

Capreolus fit Epiſcopus Carthaginenſis, 430. XXVI. Veſſulam Diaconum ad Concilium Epheſinum mittit, *ibid.* & 431. XIII.

Carthaginenſe Concilium contra Cæleſtium, 412. VIII. *& ſeq.* Ejus Concilii judicium privata in Cæleſtium cenſura fuit, *ibid.* XIV.

Carthaginenſe Concilium in quo Pelagius accuſatur, 416. II. Pelagium damnandum cenſet, *ibid.* III. Patres Concilii temperamentum adhibent, *ibid.* IV. *& ſeq.* Cauſam ad Sedem Apoſtolicam deferunt, *ibid.* VI. Concilium hæreſim damnat, ſed ſententiam non promulgat, *ibid.* XIII.

Carthaginenſia Concilia duo ſedente Zoſimo contra Pelagianos habita, 418. VII. *& ſeq.* Primum a S. Auguſtino dicitur Africanum, *ibid.* X. Secundum dicitur plenarium, *ibid.* Utrumque plenarium dici poteſt, & quo ſenſu, *ibid.* XI. Utrumque anno CCCCXVIII. celebratum, *ibid.* XII.

Concilium Africanum circa medium menſis Februarii finitum, *ibid.* XIII. Ex eo obteſtatio ad Zoſimum Papam miſſa, XIV. Patres hujus Concilii adverſus Zoſimum expoſtulant, XV. Omnia geſta in cauſa Pelagii ad eum mittunt, *ibid.* XVI. Mittunt & Relationem geſtorum, XVII. Conſtitutiones de gratia in ea Relatione contentæ, *ibid.* XIX. *& ſeq.* Canones de gratia quomodo in ea expreſſi XXI. Relatio diſtincta non fuit ab Epiſtola Synodica, *ibid.* XXII. *& ſeq.* Africani Concilii poſteriores literæ ad Zoſimum quid continerent, *ibid.* XXIV. Cum iis miſſa geſta aliorum Conciliorum contra Pelagium, *ibid.* XXV.

Concilii Plenarii dicti tempus, numerus Patrum, Canones & duratio, 418. XLVII. *& ſeqq.* Ex eo Epiſcopi Africani literas gratulatorias Zoſimo ſcribunt, *ibid.* XLVI. In eo Tractoria Zoſimi recepta & per Africam publicata, *ibid.* L. *& ſeqq.* In eo appellationes Tranſmarinæ vetitæ, 419. XXV.

Carthaginenſe Concilium ſextum vulgo dictum quo anno habitum, & ejus Canones, 419. XXIII. *& ſeq.* Ex eo mittuntur Legati ad Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum, *ibidem.* In eo appellationes Tranſmarinæ admiſſæ, *ibid.* XXIX.

Carthaginenſe Concilium ſeptimum vulgo dictum, quo anno habitum & ejus Canones, 419. XXIII. *& ſeq.*

Caſſianus ſcribit libros XII. de Inſtitutis Cœnobiorum ex Caſtori Epiſcopo Aptenſi dicat, 419. XXXVIII. Semipelagianis favet, *ibid.* XXXIX. Decem priores Collationes S. Leontio Epiſcopo Forojulienſi dedicat, *ibid.* XL. Hæ Collationes ante annum CCCCXXVI. ſcriptæ, *ibid.* Quatuordecim poſtremas Collationes ſcribit, 426. XV. In iis ſemipelagianorum errores amplectitur, *ibid.* XVI. A Proſpero confutatur, 433. XVII. Ejus ſanctitas, *ibid.* XVIII.

Caſtinus Conſul Occidentalis in exilium mittitur, 424. I. *& ſeq.*

Cælidonius Metropolitanus Veſontionenſis quo anno a S. Hilario depoſitus, 445. VIII. *& ſeq.*

Chriſti natalis & Epiphaniorum dies Conſtantinopoli diſtincti, 425. VIII.

Chriſtianorum in Perſide perſecutio, 414. XV. 420. XIV. & 440. IX.

Chriſtianorum perſecutio in Africa, 437. II. & 441. XII.

Cirtenſe Concilium, 412. V.

Clodio regnat in Francia, 418. X. Vincitur a Romanis, *ibid.* IX. Francorum Reges primæ ſtirpis ab eo originem ducunt, *ibid.* X. Fuit pater Merovei, *ibid.* Moritur, 447. XII.

Collationis S. Auguſtini cum Paſcentio Acta confecta, 421. IV.

Collatio S. Auguſtini cum Maximino, *ibid.* V.

Comes ſacrarum largitionum diverſus erat ab Eleemoſynario, 431. XXXV.

Commonitorium Marii Mercatoris Theodoſio Imp. oblatum, 429. XXIII.

Commonitorium a Cæleſtino Papa legatis ſuis ad Concilium Epheſinum euntibus datum, 431. IV.

Conſtans Magiſter militum ſit Conſul Orient. 414. I. Filius non fuit Conſtantii poſtea Imperatoris, *ibid.*

Conſtantinus Epiſcopus qui interfuit Concilio Arauſicano primo non erat Vapincenſis Epiſcopus, 441. XI.

Conſtantius Conſul. Occident. 414. I. Placidiam Honorii Imp. ſororem uxorem ducit, 415. XXVI. Secundum Conſul procedit, 417. I. Tertium init Conſulatum, 420. I. Auguſtus renunciatur & quo anno, *ibid.* II. & 421. II. Moritur, 429. III. Naiſſi in Illyrico natus erat, *ibid.* IV. Gentiles & Manichæos in Africa compreſſit, *ibid.* VI.

Conſtantius laicus Romæ ſeſe Pelagianis opponit, 418. LXII.

Conſtantinopolis magna ex parte incendio conflagrat, 433. XVI. Fame laborat, 434. XIII. Variis modis affligitur, 445. VI. Terræmotu concutitur, 446. III. *& ſeq.*

Conſtantinopolitana Synodus contra Neſtorianos, 431. XLII. *& ſeq.*

Conſtantinopolitana Synodus contra S. Cyrilli molitiones fictitia, 439. XIII. *& ſeqq.*

Conſtantinopolitana Synodus contra Eutychetem, 448. VII.

Conſtantinopolitani ex blaſphemia Neſtorii in Deiparam valde commoti, 430. XXIII. Audita Neſtorii palinodia Conſtantinopoli perturbatio ceſſat, *ibid.* XXII.

CONSULES.

Honorius Aug. IX. & Theodoſius Aug. V. 412.
Lucius & Heraclianus, 413.
Fl. Conſtantius & Conſtans, 414.
Honorius Aug. X. & Theodoſius Aug. VI. 415.
Theodoſius Aug. VII. & Junius Quartus Palladius, 416.
Honorius Aug. XI. & Fl. Conſtantius II. 417.
Honorius Aug. XII. & Theodoſius Aug. VIII. 418.
Monaxius & Plinta, 419.
Theodoſius Aug. IX. & Fl. Conſtantius III. 420.
Agricola & Euſtathius, 421.
Honorius Aug. XIII. & Theodoſius Aug. X. 422.
Aſclepiodorus & Marinianus, 423.
Caſtinus & Victor, 424.
Theodoſius Aug. XI. & Valentinianus Cæſar, 425.
Theodoſius Aug. XII. & Valentinianus Aug. II. 426.
Hierius & Ardaburius, 427.
Felix & Taurus, 428.
Florentius & Dionyſius, 429.
Theodoſius Aug. XIII. & Valentinianus Aug. III. 430.
Anicius Baſſus & Fl. Antiochus, 431.
Fl. Aetius & Valerius, 432.
Theodoſius Aug. XIV. & Fl. Anicius Petronius Maximus, 433.
Areobindus & Aſpar, 434.
Theodoſius Aug. XV. & Valentinianus Aug. IV. 435.
Fl. Anthemius Iſidorus & Senator, 436.
Fl. Actius II. & Sigiſvultus, 437.
Theodoſius Aug. XVI. & Anicius Acilius Glabrio Fauſtus, 438.
Theodoſius Aug. XVII. & Feſtus, 439.
Valentinianus Aug. V. & Anatolius, 440.
Cyrus abſque Collega, 441.
Endoxius & Dioſcorus, 442.
Fl. Anicius Petronius Maximus II. & Paterius, 443.
Theodoſius Aug. XVIII. & Cæcina Decius Albinus, 444.
Valentinianus Aug. VI. & Nomus, 445.
Fl. Aetius III. & Q. Aurelius Symmachus, 446.
Alypius & Ardaburius, 447.
Fl. Zeno & Ruffinus Prætextatus Poſthumianus, 448.



Corinthus Metropolitana civitas Achajæ, 418. LXXVI.
Cretæ Metropolis Gortyna, 418. LXXVI.
Crux in nummis Imperatorum ſæpe repræſentata, 439. II.
S. Cyri Martyris Reliquiæ transferuntur, 414. XIII.
Cyrus Panoplites in offenſionem Theodoſii incurrit, 446. V. Smyrnæ Epiſcopus non fuit, ſed Cotyai, *ibid.* VI. *& ſeq.*
S. Cyrillus ordinatur Epiſcopus Alexandrinus, 412. XXIII. Divina viſione admonitus Chryſoſtomum in diptycha refert, *ibid.* XXIV. De Paſchate anni CCCCXX. ad Africanos ſcribit, 419. XXVI. Duæ ejus de Paſchate Epiſtolæ diſtinguendæ *ibid.* XXVII. Secunda ejus Epiſtola ad Monachos de Paſchate, anni quadringenteſimi quadrageſimi quarti, *ibid.* XXVIII. Primum Neſtorii ſermonem refellit & Epiſtolam Paſchalem XVII. ſcribit, 429. XIII. *& ſeq.* Scribit ad Ægypti monachos ut Neſtorio ſe opponant, *ibid.* XX. Conſulitur a Cæleſtino Papa, *ibid.* XXI. Scribit primam Epiſtolam ad Neſtorium, *ibid.* XXV. Scribit ad Cæleſtinum Papam, ad Theodoſium Imp. & ad Pulcheriam, *ibid.* XXVI. Epiſtolam Paſchalem XVIII. ſcribit, 430. II. Per Poſſidonium Cyrillo literas mittit, *ibid.* Non recepit pallium a Cæleſtino Papa, *ibid.* VIII. Scribit Acacio Beroenſi Epiſcopo de Neſtorio, *ibid.* IX. Contra Neſtorium Alexandriæ Synodum celebrat, *ibid.* XI. Synodicas Romanæ & Alexandrinæ Synodorum ad Neſtorium mittit, eumque citat ut Vicarius Cæleſtini Papæ, 431. VII. *& ſeqq.* Epheſum accedit, *ibid.* XVII. In cuſtodiam traditur, *ibid.* XXXIV. Quo tempore ſcripſit Apologiam ſuam ad Imperatorem, *ibid.* XXXV. Ejus homilia in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ quo anno habita, 432. VII. Scribit ad Joannem Antiochenum & litteris ſuis inſerit confeſſionem fidei, *ibid.* XIII. Pacem factam eſſe Papæ & Imperatori ſignificat, 433. II. Calumniis impetitur, *ibid.* XV. Theodorum Mopſueſtenum excuſat, 435. XXIII. *& ſeqq.* Ejus Capitula reiicit, *ibid.* XXVII. Contra eum ſcribit, legem petit & obtinet, *ibid.* XXX. *& ſeqq.* Scribit adverſus Gentiles, 439. III. Contra eum nullum coactum eſt Concilium Conſtantinopoli, *ibid.* XIII. *& ſeqq.* Moritur, 444. VI.



# D

Daciæ Mediterraneæ Metropolis Serdica, 418. LXXVI.
Daciæ Ripenſis Metropolis Rhetiaria, 418. LXXVI.
Damaſci Metropolita, dictus Protothronus, 436. VI.
Dardaniæ Metropolis Scupi, 418. LXXVI.
Demetrias virgo vitam monaſticam profitetur, 413. VII. Hieronymi ad eam Epiſtola, *ibid.* Ad eam ſcribit Pelagius Epiſtolam de inſtitutione Virginis *ibid.* VIII.
Diodorus Tarſenſis Epiſcopus Theodori Mopſueſteni parens, & Neſtorii avus dictus, 428. XIX.
Dioſcorus S. Cyrillo in Patriarchatum Alexandrinum ſuccedit, 444. VI.
Dioſpolitanum Concilium adverſus Pelagium, 415. VII. In eo Heros Arelatenſis & Lazarus Aquenſis Epiſcopi Pelagium accuſant, *ibid.* Ab Hieronymo miſerabilis Synodus vocatur, ab Auguſtino vero laudatur *ibid.* Pelagius in eo abſolvitur, *ibid.*
Domnus ſuccedit Joanni in Epiſcopatum Antiochenum, 440. VIII. Theodorum Mopſueſtenum defendit, 442. VII.
Donatianus Epiſcopus Teleptenſis Concilio Zellenſi præſidet, 418. LXIV.
Donatiſtas ad Catholicam fidem traducere ſtudet Honorius, 412. II.
Donatiſtæ poſt Collationem ferocius ſæviunt, *ibid.* III. Honorii legibus reprimuntur, 414. IV.
Dorotheus Marcionopolis Metropolita paci inter S. Cyrillum & Joannem Antiochenum initæ ſubſcribere recuſat, 434 IV.
Dyrrachium Metropolis Epiri novæ, 418. LXXVI.

# E

Elanum civitas Epiſcopalis Quintodecimum poſtea dicta, 419. IX. Ejus ſitus, *ibid.*
Eccleſia ab Attico Epiſcopo Conſtantinopolitano dedicata, 415. XXVIII. *& ſeq.*
Eccleſiis Privilegium a Theodoſio Jun. conceſſum, 434. XIV.
Epheſinum Concilium generale Cæleſtini Papæ conſilio indictum non eſt, 430. XXV.
Concilii Præſes, 431. VII.
Concilii mandatum a Libratiis corruptum, *ibid.* X.
Concilii locus, *ibid.* XI.
Concilii tempus, *ibid.* XII.
Concilii Patrum numerus, *ibid.* XIV.
Concilii Acta perturbata, *ibid.* XVI.
Concilium inchoatur ante Joannis Antiocheni adventum, *ibid.* XVIII. Plures Epiſcopi conteſtantur expectandum eſſe Joannem Antiochenum, *ibid.* XIX.
Prima Actio Concilii a Comite Candidiano conteſtata, *ibid.* XX. *& ſeq.* Reſcinditur a Theodoſio Imp. *ibid.* XXIV.
Canon Pelagii hæreſim continens non eſt Conciliabuli Joannis Antiocheni, ſed Actis Concilii inſertus, *ibid.* XXV. *& ſeqq.*
Cæteræ Concilii Actiones, *ibid.* XXXII. *& ſeqq.*
Epiphaniæ & Natalis Chriſti dies Conſtantinopoli diſtincti, 425. VIII.
Epiri novæ Metropolis Dyrrachium, 418. LXXVI.
Epiri veteris Metropolis Nicopolis, *ibid.*
Epiſcopi Orientales Pelagianiſmi incuſant Occidentales & vice verſa, 431. XXVIII. *& ſeq.*
Epiſcopi tredecim Neſtoriani in exilium miſſi, 435. XIII.
Epiſcoporum quinque Africanorum Epiſtola ad Innocentium Papam in cauſa Pelagii, non eſt Synodica, ſed familiaris, 416. X. *& ſeq.*

Episcopis an liceat fugere in persecutione, 428. VII.
Eradius a S. Augustino coadiutor Hipponensis eligitur, 426. V.
Eudocia Athenais antea dicta Heracliti Philosophi filia Theodosio Aug. uxor destinatur, 420. XXV. & seq. Vocatur Eudocia, 421. III. Nubit Theodosio, ibid. Fit Augusta, & Eudoxiam parit, 423. XX. Discordiæ ejus cum Theodosio marito origo, 446. XII.
Eudoxia Theodosii Imp. filia Valentiniano tertio nubit, 437. III.
S. Eucherius Monachus Lerinensis scribit Librum de laude Eremi, 428. XXV. Quo in loco vitam monasticam duxit, 441. IV. In duos male divisus, ibid. V. & seq. S. Paulino Nolano amicitia conjunctus, ibid. Quo anno mortuus, 445. XXI.
S. Eugendi Jurensis vita quo tempore scripta, 444. XVIII.
Eulalius Archidiaconus fit Antipapa, 419. II. Symmachus Præfectus Urbis ei adhæret, ibid. Roma pellitur, ibid.
S. Eusebius Cremonensis Valerianum Pelagianum Alexandria pellendum curat, 417. IX. S. Hieronymi comes individuus fuit, ibid. X.
Eusebius laicus Nestorio contradicit, 429. XV. & seq.
Sanctæ Eustochii mors quo tempore contigerit, 419. XXXII.
Eutherius Metropolita Thyanensis adversus Acta Concilii Ephesini & pacem ad Sixtum Papam appellat, & quo fundamento, 433. X. & seq.
Eutyches labitur in errorem Apollinaris, 442. VII. Hæresi suæ initium dat, ibid. VIII. & 448. V. Quæritur, quod dicatur Hæreticus, 448. VI. Synodus Cpoli contra eum cogitur, ibid. VII. Damnatus confugit ad Leonem Papam, ibid. VIII.

## F

Fastidius non fuit Episcopus nec auctor libri de Vita Christiana, 420. XXIX.
Faustus fit abbas Lerinensis, 433. XXI.
S. Flavianus fit Episcopus Constantinopolitanus, 446. XI.
Fontes baptismales in Paschate aqua divinitus impleti, 417. XXII.
Franciæ veteris situs, 418. LXXXII.
Franciæ Monarchiæ initium, 418. LXXXI.
Francorum Reges primæ stirpis a Clodione originem ducunt, 428. X.
Franci a Romanis in pace suscipiuntur, 432. XVIII.
Ex Francis alii Romanorum, alii Attilæ partibus adhærent, ibid. XIX. & seq.

## G

Gajanus de Sede Alexandrina cum Theodosio altercatur, 435. XI.
Gallæci cum Suevis pacem ineunt, 430. XXIX. A Suevis male habentur, 431. LXI. Pacem cum iis iterum ineunt, 432. XIX. & 433. XXIV.
Gallia a tyrannis affligitur, 413. II. Ab Ataulfo vastatur, 412. XXI.
Gennadius a Baronio male reprehensus, 419. XIX.
S. Genovesa S. Germani Autisiodorensis Episcopi pedibus provolvitur, 429. III.
Gensericus Vandalorum Rex, quo anno in Africam irruptionem fecerit, 428. II. & seqq.
Gensericus cum Romanis pacem facit, 435. XLIII. In Orthodoxos persecutionem movet, 437. II. & 441. XII.
Gentiles in Africa comprimuntur, 420. VI.
S. Germanus Autisiodorensis Episcopus a S. Cælestino Papa legatur in Britanniam, 429. II. Verolamii Synodum celebrat, ibid. IV. Legationis ejus epocha, ibid. II. VI. & seq. Mortis ejus annus, 435. XXXVI. & seq. Legationes ejus Brittanica, Aremorica, & Italica, ibid. XXXVIII.
Gorthyna Cretæ Metropolis, 418. LXXVI.
Gothorum Regni in Galliis initium, 412. XX.
Gothi Narbona ab Honorii ducibus pelluntur, 414. III. Pacem cum Honorio Imp. ineunt, 415. XXV. Pacem cum Romanis rumpunt & Arelatem obsident, 425. VII. Pacem cum Romanis iterum faciunt, 427. XX.
S. Gregorius Magnus Papa testatur Orientales non fuisse Pelagianos, 432. XXX.
Gunderici Regis Wandalorum interitus, 428. II.

## H

Hæreses extra Synodos sæpissime damnatæ, 416. XIX.
Heliadius Tarsensis Metropolita adversus Acta Concilii Ephesini, & adversus pacem ad Sixtum Papam appellat, & quo fundamento, 433. X. & seq.
Heraclianus Consul Occidentalis tyrannidem in Africa arripit & occiditur, 413. I. & seq.
Hermericus Suevorum Rex moritur, 441. XIII.
Herotes Arelatensis Episcopus Pelagium accusat in Concilio Diospolitano, 415. VII. Item in Synodo Carthaginensi, 416. II.
Herotes damnatur a Zosimo Papa, 417. XVIII. Ejus magna fama, ibid. XIX.
Hesychius Salonitanus Episcopus consulit S. Augustinum de die supremo mundi, 419. XXXV. Qua occasione, ibid. XXXVI.
Hieronymus Jeremiam Prophetam novis expositionibus illustrat, 412. XII. Scribit ad Demetriadem Virginem, 413. VII. Liber Pelagii de institutione Virginis Hieronymo male attributus, ibid. VIII.
Hieronymus tres libros Dialogorum adversus Pelagium ante Diospolytanam Synodum scribit, 415. XVI. In iis Augustinum laudat, ibid. XVII.
Hieronymus Alypio & Augustino gratulatur quod eorum opera hæresis Pelagiana sit extincta, 419. XXXII. Moritur, 420. XXI.
Hilarius & Prosper scribunt ad Augustinum adversus Semipelagianos, 426. X.
Sanctus Hilarius fit Arelatensis Episcopus, 420. XXXVIII. Synodo Regiensi præfuit, 439. XV. Ejus cum S. Leone Papa contentio explicatur, 445. VII. & seqq. Semipelagianis adhæsit & postea ab iis discessit, ibid. XVIII. & seq. Quo anno mortuus sit, ibid.
S. Honoratus fundator Monasterii Lerinensis fit Episcopus Arelatensis, 426. XIV. Moritur, 429. XXVIII. Ejus Patria, 445. X.
Honoria Valentiniani III. Imp. soror ob suam turpitudinem Constantinopolim amandatur, 435. XLII.
Honorius Imperator Donatistas ad Catholicam fidem traducere studet, 412. II. Jovinianum Hæreticum relegat, ibid. XVII. Hæreticorum cœtus prohibet, ibid. XVIII. Clericorum privilegia confirmat, ibid. XIX. Vicennalia posterioris Imperii exhibet & Consulatum in annum sequentem differt, 414. I. Donatistas legibus reprimit, ibid. IV. Decimum Consulatum suscipit ob Vicennalia anno superiori exhibita, 415. I. Adversus ritus Gentilitios legem emittit, ibid. XXVII. Thermantiam secundam uxorem amittit, ibid. XXX. Undecimum Consulatum init ob quinta Quinquennalia prioris Imperii, 417. I. Romam triumphans ingreditur, & Attalum in exilium mittit, ibid. XXIII. Duodecimum Consul procedit ob quinta Quinquennalia posterioris Imperii, 418. I. Pelagianos Roma rescripto pellit, ibid. XXVIII. & seq. Ad petitionem Zosimi Papæ, ibid. XXVIII. & XXX. Non vero ad petitionem Africanorum Patrum, ibid. XXXI. & seq. Septem Provinciarum Galliæ corpus restituit, 418. LXXVIII. Scribit ad Symmachum Urbis Præfectum, ut Papam Bonifacium in Urbem restituat, 419. II. Contra Pelagianos Constitutionem emittit, & scribit ad Aurelium Carthaginensem, ibid. XXI. Decimum tertium Consulatum suscipit ob tricennalia prioris Imperii, 422. I. Moritur, 423. I.
Hunnorum in Gallias plures irruptiones, 437. VII. & 439. VII. Imperium Romanum vastant, 415. XI. & 442. II. & seqq.
Hypatia Theonis Philosophi filia quo anno occisa, 415. XX.

## I

Ibas Episcopus Edessenus Rabulæ successor turbarum in Ecclesia occasione Theodori Mopsuesteni exortarum auctor perhibetur, 435. XXIX. Quo anno in judicium Tyrio & Berytensi absolutus, 448. IX. & seq.
Idatius Lemicæ Episcopus in Chronico annum a Kalendis Octobris exorditur, 415. XXIII. Legatur ad Aetium Ducem, 431. LXI.
Jerosolymitana Synodus sub Joanne contra Pelagium fuit tantum presbyterorum, 415. III. & V. In ea tractata est causa Pelagii præsentis, ibid. IV. & seq. Causa hæc ad Innocentium Papam defertur, ibid. VI.
Jerosolymitanus Episcopus sæculo quinto ineunte Cæsariensi Episcopo Palæstinæ Metropolitano suberat, 415. III.
S. Ignatii Episcopi Antiocheni & Martyris reliquiarum translatio, 438. III.
Illyrici Provinciæ juri Episcopi Constantinopolitani attributæ rescripto Theodosii Imp. qui postea rescriptum revocat, 421. IV. & seqq.
Illyrici divisio a Patriarchatu Occidentis tentata, 422. VII. & seqq.
Illyricum totum a Valentiniano III. Imp. datur Theodosio, 437. III. Romani tamen Pontifices jus suum in illud retinuere, ibid. IV.
Innocentius Atticum Episcopum Constantinopolitanum in communionem non recipit, 414. XII. Rescribit ad Synodicas Patrum Synodi Carthaginensis & Synodi Milevitanæ II. contra hæresim Pelagianam, 416. XII. Præter literas ad Africanas Synodos datas nullum contra Pelagianos decretum edidit, ibid. XIV. & seq. Hæresim Pelagianam damnat & auctores ejus a communione seperat, ibid. XVI. Recipit epistolam familiarem quinque Episcoporum Africæ, ibid. X. & seq. Eis respondet, ibid. XVII. Cur Pelagium Romam evocare noluerit, ibid. XVIII. Nullam Romæ Synodum coegit ad eum damnandum, ibid. XIX. Moritur, & dies mortis probatur, 417. IV. & seqq.
Inscriptio Narbonensis explicatur, 445. XXIV. & seqq.
S. Joannis Martyris reliquiæ translatæ, 414. XIII.
Joannes Antiochenus Episcopus Theodoretum & Andream Monachum, ad scribendum contra S. Cyrilli anathematismos impellit, 430. XVI. & seqq.
Joannis Antiocheni suasu Nestorius palinodiam recantat, ibidem, XX. & seqq.
Joannes plures Episcopos in Cyrilli capitula accendit, ibid. XXIV. Conciliabulum Ephesi celebrat, 431. XXII. Tentat impedire ne S. Cyrillus ejusque Episcopi Missam celebrent, ibid. XXIII. Ab hæresi Pelagiana immunis fuit, ibid. XXVII. Excommunicatus a Concilio Ephesino, ibid. XXXIII. Synodum Tarsi celebrat, in qua quosdam Episcopos Cyrilli sectatores deponit, ibid. XLV. Synodum Antiochiæ celebrat ut suos ad pacem adducat, 432. IX. Synodicam suam mittit Sixto Papæ Cyrillo, & Maximiano, ibidem. XI. Mittit ad Cyrillum literas professionem fidei continentes, ibid. XIII. Hæc fidei confessio a Theodoreto composita, ibid. XIV.
Joannes Nestorii blasphemiæ non favit, ibid. XV. Pacem factam esse Papæ & Imperatori significat, 433. II. Gaudet de electione Procli Constantinopolitani Episcopi, 434. III. Sacram a Theodosio impetrat contra Episcopos paci subscribere renuentes, ibid. V. & seqq. De nimia conniventia arguitur, 435. VI. Decretum emittit, & Synodum celebrat contra Rabulam Episcopum Edessenum, qui libros Theodori Mopsuesteni anathematizaverat, ibid. XX. & seqq. Cyrillum Alexandrinum, & Proclum Constantinopolitanum ad Theodori defensionem inducit, ibid. XXIII. & seqq. Moritur, 440. VIII.
Joannes Chrysostomus, quo anno in Dypticha relatus, 412. XXIV. Ejus memoria Constantinopoli celebrata, 427. VI. Reliquiæ ejus Constantinopolim translatæ, 438. II.
Joannes Jerosolymitanus Episcopus Synodum in causa Pelagii celebrat, 415. III. & seqq. Moritur, 416. XX.
Joannes Primicerius Notariorum post Honorii mortem Imperium arripit, 423. IV. Adversus eum mittitur exercitus in Oriente, 424. IV. Capite truncatur, 425. II. Quot annis tyrannidem exercuerit, ibid. IV.
Josephi filii Jacob Reliquiarum translatio, 415. XXVIII.
Jovinianus hæreticus ab Honorio in exilium mittitur, 412. XVII.
Jovinus tyrannidem in Gallia arripit, & occiditur, 413. II. & 422. II.
Irenæus Comes Nestorianus in exilium mittitur, 435. II.
Isdigerdes Persarum Rex quo anno persecutionem movet in Christianos sibi subditos, 414. XV. & 420. XIV. Moritur, 420. XIV.
Isdigerdes II. succedit Vararani patri in regnum Persarum, 440. IX.
S. Isidorus Pelusiota fuit Presbyter & abbas Monasterii Pelusii, 433. XXIII.
Judæi puerum Christianum cruci affigunt, 415. XXI. Eorum insolentiam Theodosius reprimit, ibid. Eorum magna ratio habita tempore Honorii, 418. LXX. In eorum favorem lex a Theodosio datur, & abrogatur, 423. XXI. Eorum occasione aliæ leges latæ, ibid. XXII. Eorum Patriarchæ supprimuntur, 429. XXIX.
S. Julia virgo Martyrio coronatur, 440. VII.
Julianus Episcopus Ecclanensis Zosimi Tractoriæ contra Pelagianos, subscribere recusat, 418. LVI. Damnatur cum complicibus, ibid. LVII. Augustino Primati Aquilejensi libellum fidei suæ offert, ibid. LVIII. Perstat in hæresi, ibid. LIX. Exauctoratur a Zosimo Papa, ibid. LX. In Apulia natus erat, 419. IV. Ejus parentes, ibid. V. & seq. Ejus fratres, ibid. VII. Episcopus Eclanensis ab Innocentio Papa ordinatus fuerat, ibid. VIII. Ejus mors ante annum CCCCLV. contigit, ibid. X. Quatuor libros scripsit contra primum Sancti Augustini de nuptiis & concupiscentia, ibid. XIII. Octo libros scripsit contra secundum, ibid. XVII. & 423. XIV. Illi octo libri non sunt contra sex S. Augustini in Julianum, 419. XVIII.

Julianus Italia pellitur, 423. XII. In Ciliciam se recipit, *ibid.* XIII. Ex ea ejicitur, 425. XIII.
Juthungi ab Aetio debellati, 430. XXX.
Juvenalis fit Episcopus Jerosolymorum, 429. XXVII.

# L

Larissa Thessaliæ Metropolis, 418. LXXVI.
Lazarus Aquensis Episcopus Pelagium accusat in Concilio Diospolitano, 415. VII. Item in Synodo Carthaginensi, 416. II. Damnatur a Zosimo Papa, 417. XVIII. Ejus magna fama fuit, *ibid.* XIX.
Legati a Synodo Romana ad Concilium Ephesinum destinati fuerunt tantum executores sententiæ in Nestorium latæ, 431. V. *& seq.*
Legatorum confessus in Concilio Ephesino, *ibid.* IX.
Legati Ephesum appellunt, *ibid.* XXXII.
Legati ad Theodosium Imp. mittuntur ut Theodorus Mopsuestenus ejusque Capitula damnentur, 435. XXVIII.
Leges Novellæ dictæ a Theodosio Imp. confirmantur, 448. XVI.
Lenones Theodosii Junioris lege coerciti, 428. XXVI.
S. Leo Papa non est Auctor Epistolæ contra librum Pelagii de Institutione Virginis, 413. VIII. *& seq.* Nec Capitulorum de Gratia, 431. XLIX.
S. Leo sit Pontifex Romanus 440. II. In Tuscia non Romæ natus erat, *ibid.* III. Manichæos persequitur, 443. II. & 444. II. Ejus cum S. Hilario Arelatensi Episcopo contentio explicatur, 445. VII. *& segg.* Ejus Epistola contra S. Hilarium scripta, *ibid.* XVII. Ejus epistolæ ad Januarium Aquilejensem & ad Septimium Altinensem contra Pelagianos sunt genuinæ, 447. VI. *& seq.*
Leontius Episcopus Forojulienſis moritur, 433. XX.
Leporius monachus Gallus libellum suum ex Africa ad Episcopos Gallos mittit, 420. IX. Quo anno libellus ille scriptus, & Leporius conversus, *ibid.* & XIII. Carthagine emendatus fuit, *ibid.* X. Pelagii erroribus adhæserat, *ibid.* XI.
Lipara insularum Aeoliarum præcipua, 417. XXIII.
Ludi Constantinopoli ob devictum Attalum editi, 416. XXII.
S. Lupicinus fit abbas Jurensis Monasterii, 444. XVII. Ejus Vita quo tempore scripta, *ibid.* XVIII. Genuina est, 445. X. *& seqq.*
S. Lupus Trecensis Episcopus ordinatur, 428. XXIII. *& seq.*

# M

Macedoniæ Synodus celebratur, 414. XII.
Mœsia anno CCCCXII. nondum in duas divisa, 418. LXXVI.
Mœsiæ metropolis Viminiacum, *ibid.*
Manichæorum hæresi Gallia infecta, 419. XXXVII. In Africa comprimuntur, 420. VI. Romæ deteguntur a S. Leone Papa, 443. II. & 444. II.
Marcellinus Subdiaconus Ecclesiæ Carthaginensis ab Africanis Romam mittitur, 418. XXIV.
Marcellinus Tribunus & Notarius injuste occiditur, 413. IV. Ejus virtutes, *ibid.* V.
Marcianopolis Mœsiæ secundæ Metropolis, 418. LXXVI.
Marius Mercator Commonitorium suum Theodosio Imp. contra Pelagianos offert, 429. XXIII.
S. Martinianus Episcopus Mediolanensis scribit ad Rufum Thessalonicensem Episcopum, 431. XXXVI. Non fuit contrarius Capitulis S. Cyrilli, *ibid.*
SS. Martyrum quadraginta Sebaste passorum inventio, 438. IV.
Maximianus fit Episcopus Constantinopolitanus, & quo tempore, 431. XXXVIII. *& seq.* Ordinatur, *ibid.* XLI. Constantinopoli Synodum celebrat, in qua aliqui Episcopi depositi, *ibid.* XLII. *& seq.* Moritur, 434. II.
Maximus Abbas Lerinensis fugit Episcopatum Forojulienſem, 433. XX. Fit Episcopus Regiensis, *ibid.* XXI. *& seq.* Interest Concilio Arausicano primo, 441. XI.
Maximus occiditur, 422. II.
Melania senior ex Africa Jerosolymam tendit, & moritur, 419. XXXIV.
Melania Junior uxor Piniani ex Africa Jerosolymam tendit, 419. XXXIV. Constantinopolim venit, & Volusianum convertit, 434. XI. *& seq.* Moritur, 438. VI.
Meletius Episcopus Mopsuestenus a pace inter S. Cyrillum & Joannem Antiochenum facta abhorret, 433. V. *& seqq.* In exilium mittitur, 435. XII.
Meroveus Francorum Rex Clodionis filius, 428. X. A patre ad Valentinianum Imp. mittitur, ut pax restituatur, 432. XIX. Clodioni patri succedit, 447. XII.
Messaliani, qui & Enthusiastæ in duabus Synodis damnati, 427. VIII.
Metropolis apud Afros alia erat a prima Sede, 418. LXIV.
Metropoles Episcopo Thessalonicensi tanquam Vicario Sedis Apostolicæ subditæ, *ibid.* LXXVI.
Metropoles Patriarchatui Antiocheno subjectæ, 436. VII.
Metropolitæ Tyri & Damasci protrothroni dicti, 436. VI.
Milevitanum Concilium II. Pelagium damnandum censet, 416. III. Patres Concilii temperamentum adhibent, *ibid.* IV. *& seq.* Causam ad Apostolicam Sedem deferunt, *ibid.* VI. Nulli Canones in hunc Concilium editi, *ibid.* VII. *& seq.* Hoc Concilium fuit Provinciale non Generale, *ibid.* IX. In eo hæresis quidem damnata, sed sententia non promulgata, *ibid.* XIII.
Monachi Adrumetini inter se dissident de gratia & libero arbitrio, 427. XXI. *& seq.*
Montanistæ Theodosii Jun. legibus reprimuntur, 415. XXII. & 423. V. Pepuzitæ & Phrygæ dicti, 423. V.

# N

Naissum in Illyrico, modo Dardaniæ modo Daciæ urbs dicitur, 420. IV.
Narbonensis Inscriptio explicatur, 445. XXIV. *& seqq.*
Nestorianæ hæresis cum aliis hæresibus & cum erroribus Theodori Mopsuesteni convenientia, 428. XIX. *& seq.*
Nestoriana hæresis in Hispanias irrepere tentat, 431. XIII.
Nestoriani libros Theodori Mopsuesteni & Diodori Tarsensis Episcopi disseminant, 435. XIV. *& seq.*
Nestorius ordinatur Cpolitanus Episcopus, 428. XI. Discipulus fuit Theodori Mopsuesteni, *ibid.* XII. Legem contra Hæreticos a Theodosio Juniore impetrat, *ibid.* XIII. *& seq.* Peccatum Originale fatetur, *ibid.* XV. Julianum in amicitiam suscipit & Cælestium consolatur, *ibid.* Hæresim suam propalat, *ibid.* XVII. *& seq.* Primus ejus sermo a S. Cyrillo refutatur, 429. XIII. *& seq.*





Nestorio contradicit Eusebius laicus, *ibid.* XV. *& seq.* In Nestorium populus commovetur, *ibid.* XVII.
Nestorius a Proclo Cyziceno Episcopo refellitur, & vicissim Proclum refellit, *ibid.* XVIII. *& seq.* Spargit primum suum tractatum de Incarnatione, *ibid.* XX. Tentat occupare animum Cælestini Papæ, *ibid.* XXII. S. Cyrilli literas recipit & ad eas respondet, 429. XXI. Contra Nestorium Synodi convocationem postulant Monachi, *ibid.* XXIV.
Nestorius ad secundam S. Cyrilli Epistolam respondet, *ibid.* XXVI. Scribit ad Cælestinum Papam, *ibid.* Alias literas Cælestino Papæ dat, 430. III. Damnatur in Synodo Romana *ibid.* V. Significat Cælestino Papæ indictam a Theodosio Imp. Synodum generalem, *ibid.* XII. Recepit Synodicas litteras quibus citatur a Cyrillo Vicario Cælestini Papæ, *ibid.* XIII. *& seqq.* Cyrilli anathematismos confutandos curat, *ibid.* XVI. Palinodiam bis recantavit, *ibid.* XX. *& seq.* Duodecim anathematismos contra totidem S. Cyrilli condit, 431. XV. Ephesum accedit, *ibid.* XVII. In custodiam traditur, *ibid.* XXXIV. In exilium pellitur & quo tempore, *ibid.* XXXVII. *& seq.* & 433. III. Exilii ejus locus, 431. XXXIX. Ejus superbia, *ibid.* XL. Ejus libros comburi jubet Theodosius Imp. 435. III. *& seqq.* In Oasim relegatur, 436. II. *& seq.*
Nicopolis Metropolis Epiri veteris, 418. LXXVI.
Norici ab Aetio debellati, 430. XXX.
Novatiani a Theodosio Imperatore repressi, 423. V.

# O

Orbis in Nummis Imperatorum Christianorum sæpe repræsentatus, 439. II.
Ordinationes sacræ quibus diebus fieri solitæ, 444. XI. Quatuor temporibus a Gelasio Papa affixæ, *ibid.* XI.
Orientales a communione & litteris Ecclesiæ Romanæ suspensio, 417. XV. In quo consisteret illa suspensio *ibid.* In Paschate anni CCCCXVII. ab Occidentalibus dissident, 417. XXII.
Orosius in Africam ad Augustinum sponte venit, 414. VI. & VIII. Adest Synodo Hierosolymitanæ, 415. III. *& seqq.* Non vult accusatorem agere contra Pelagium in ea Synodo, *ibid.* V. Interpres dicta ejus corrumpit aut supprimit, *ibid.* VI. Pelagii causam ad Innocentium Papam deferri curat, *ibid.* E Palæstina in Africam redit, 416. I. Libros suos scripsit in Hispania, 417. XXIII.

# P

Pagani a militia Palatina & Palatio submoventur a Theodosio Imp. 416. XXI. Theodosii legibus reprimuntur, 423. XXII. Sacrificia illis sub pœna mortis interdicta, eorumque fana destrui jubentur, 426. IV.
Palæstinæ tres Jerosolymitano Patriarchæ subditæ, 436. VIII.
Palladius Diaconus S. Cælestino Papæ suadet ut S. Germanum Autisiodorensem Episcopum in Britanniam mittat, 429. II. Missus non est eodem tempore quo Sanctus Germanus in Britanniam, *ibid.* XI. Nullum librum reliquit, *ibid.* XII. Primus fuit Scotorum Apostolus, 431. LI.
Parabolani qui essent, & eorum audacia a Theodosio Imp. repressa, 416. XXI.
Pascha anni CCCCXVII. diversis diebus ab Orientalibus, & Occidentalibus celebratum, 417. XXI. Circa Paschæ dissidium, 444. XX. Patriarchæ Alexandrini magnæ opes, 445. II.
Patriarcha Alexandrinus omnes Episcopos sui Patriarchatus ordinabat, *ibid.* III. Hujus usus antiquitas, *ibid.* IV. Hujus usus viget adhuc in Ægypto & in Aethiopia, *ibid.* V.
Patriarchatus Antiochenus undecim provinciis constabat, 436. V. Metropoles ei subjectæ, *ibid.* VII. Metropoles civiles plures in eo, quam in aliis, *ibid.*
S. Patricius Hiberniæ Apostolus, a quo Episcopus ordinatus, 431. LII.
Patroclo Arelatensi Episcopo Massilienſis Episcopatus cura demandatur, 418. LXIX.
Paula junior floret in Palæstina, 419. XXXIII.
S. Paulinus Nolanus Pelagii amicus fuit, 417. VII. Pelagianis non favit, *ibid.* Moritur, 431. LIII. Ejus captivitas fabulæ simillima, *ibid.* LIV. *& seqq.* Cum S. Eucherio amicitia conjunctus fuit, 441. VI.
Paulinus Diaconus Cælestium accusat, 412. IX. Ejus libellus ad Zosimum Papam excusatorius quo anno ex Africa missus, 418. IV. *& seqq.*
Paulinus Ausonii Poetæ ex filia nepos floret, 412. XXII.
Paulinus Magister Officiorum Theodosii Imp. jussu occiditur, 446. XII.
Pax Nestorianorum cum Orthodoxis quo anno sancita, 432. XVI. Ejus occasione novum schisma exoritur, 433. V. *& seqq.* In universo Patriarchatu Antiocheno hæc pax suscipitur, 436. IV.
Pelagiana hæresis in Palæstina disseminatur, 412. XII. A Sede Apostolica primum damnata, *ibid.* XIII. *& seqq.* & 416. XVI.
Pelagiani sedente Zosimo in duobus Conciliis Carthaginensibus damnati, 418. VII. *& seqq.* Unico decreto a Zosimo damnati, *ibid.* XV. *& seq.* & 420. V. Roma pelluntur, 418. XXVIII. *& seq.*
Pelagii hæresis in diœcesi Aquilejensi S. Leonis Papæ tempore renata, *ibid.* LXI.
Pelagiani Italia pelluntur, 423. XI. Adversus Pelagianos cogitur Synodus Antiochiæ, 424. VIII. Audita Nestorii ordinatione Constantinopolim advolant, 428. XVI. In Synodo Romana damnantur, 430. VI.
Pelagius Hæresiarcha Jerosolymis hæresim suam disseminat, 412. XII. Ejus hæresis primum a Sede Apostolica damnata, 412. XIII. Prosperi locus de prima hac damnatione explicatur, *ibid.* XIV. *& seq.* Scribit ad Demetriadem de institutione virginis, 413. VIII. & X. Scribit Augustino & ejus responsum recipit, *ibid.* XI. Auditur in Synodo Jerosolymitana, 415. IV. Ejus causa ab ea Synodo ad Innocentium Papam defertur, *ibid.* VI. Accusatur ab Herote Arelatensi & Lazaro Aquensi Episcopis in Synodo Diospolitana, 415. VII. Comparet in Synodo, *ibid.* VIII. Capitula ei objecta & ejus responsa, *ibid.* IX. *& seqq.* Per mendacia damnationem declinat, & absolutionem suffuratur, *ibid.* XV. Se absolutum fuisse jactitat, *ibid.* XVIII. Ab Herote & Lazaro iterum accusatur in Synodo Carthaginensi, 416. II. Damnandus censetur a Patribus Synodi Carthaginensis & Synodi Milevitanæ, *ibid.* III. *& seqq.* Patres ejus causam referunt ad Sedem Apostolicam, *ibid.* VI. Ab Innocentio Papa a Communione separatur, 416. XVI. Scribit libros de libero arbitrio, 417. II. Ad Innocentium Papam scribit, *ibid.* Ariani & Orontii Episcopi ad promovendam sectam opera usus est, *ibid.* XI. Fidei professionem ad Zosimum Papam mittit, *ibid.* XX.
Perigenes Corinthii Episcopus a Bonifacio Papa defenditur, 422. VIII. *& seqq.*
Persarum bellum cum Romanis quo anno gestum, 420. XIV. *& seq.*
Persæ a Romanis victi, 420. XX. Cum Roma-

nis pacem faciunt, 422. XI. Ignem & aquam pro Diis habent, *ibid.* XII.
Perſecutio Chriſtianorum in Perſide, 414. XV. 420. XIV. Continuatur, 440. IX.
Perſecutio in Africa a Vandalis in Orthodoxos excitatur, 437. II. & 441. XII.
Pharamundus regnat in Francia, 418. LXXXI. *& ſeq.*
Photius Neſtorianus in exilium mittitur, 435. II.
Picti Britanniam prædantur, 421. XIV. Tranſmarini a Britannis dicti, *ibid.* XV. In Britanniam iterum irrumpunt, 422. XIII.
Placidia Honorii Imp. germana Ataulfo nubit, 414. II. Honorio redditur, 415. XXV. Conſtantio nubit, *ibid.* XXVI. Ad ſedandum ſchiſma Eccleſiæ Romanæ operam ſuam confert, 419. III. Auguſta dicitur & quo anno, 420. III. Conſtantinopolim ab Honorio fratre ablegatur, 423. III. Cum liberis adverſus Joannem tyrannum in Occidentem remittitur, 424. IV. Iterato Auguſtæ nomen ſuſcipit, *ibid.* Aetio parcit qui Hunnos in auxilium tyranni aſciverat, 425. VI.
Polychronii Jeroſolymitani Epiſcopi accuſatio ſuſpectæ fidei, 433. XIX.
Poſſidonius diaconus Eccleſiæ Alexandrinæ Romam a S. Cyrillo mittitur, 430. II.
Praylius ſuccedit Joanni Hieroſolymorum Epiſcopo, 416. XX. Moritur, 429. XXVII.
Prævali Metropolis Scodra, 418. LXXVI.
Presbyteri ſæculo quinto ineunte Sacerdotes aliquando ſolitarie dicti, 415. III.
Priſcillianiſtæ in Hiſpaniis exagitantur, 447. II.
Proba Valeria Faltonia Poetria floret, 438. VII.
Proclus ſit Conſtantinopolitanus Epiſcopus, 434. II. Placidus erga omnes fuit, *ibid.* III. Moritur, 446. VIII. *& ſeqq.*
Proclus Cyzici Epiſcopus ordinatur a Siſinnio Conſtantinopolitano Epiſcopo, 426. III. Populum docet, & orationem contra Neſtorium habet, 429. XVIII. Refellitur a Neſtorio, *ibid.* XIX. Theodori Mopſueſteni defenſionem ſuſcipit, Joannis Antiocheni ſuaſu, 435. XXIV. *& ſeqq.*
Proculus Maſſilienſis Epiſcopus exauctoratur, 418. LXIX.
Proſper ſcribit contra librum Pelagii de inſtitutione Virginis, 413. VIII. *& ſeq.* Scribit ad S. Auguſtinum adverſus Semipelagianos, 426. X.
Proſper Auctor eſt Capitulorum de Gratia, 431. XLIX. Caſſianum confutat, 433. XVII. Vincentium Lerinenſem Semipelagianum refellit, 434. XV. *& ſeqq.* Manichæos confutat, 444. III. Non eſt Auctor libri de promiſſionibus Divinis, *ibid.* Uſque ad annum CCCCLV. Chronicon ſuum perduxit, 445. XXII.
Septem Galliæ Provinciarum corpus reſtituitur, 418. LXXVIII. Diſſolvitur, *ibid.* LXXIX.
Pulcheria Arcadii Aug. filia Auguſta dicitur, 414. XIV. & 415. XXII. Uxorem quærit Theodoſio Auguſto fratri, 420. XXV. *& ſeqq.* A rerum adminiſtratione removetur, 446. XI.

# R

RAbulas Edeſſenus Epiſcopus libros Theodori Mopſueſteni anathematizat, 435. XVI. *& ſeq.* Contra Rabulam decretum emittit Joannes Antiochenus & Synodum convocat, *ibid.* XX. *& ſeqq.* Contra decretum illud Monachi quidam inſurgunt, *ibid.* XXII.
Rabulas S. Eulogio in Epiſcopatu Edeſſeno ſucceſſerat, *ibid.* XXXIII. *& ſeq.*
Ravennæ cogitur Synodus ad ſedandum ſchiſma Eccleſiæ Romanæ, 419. II.
Rechiarius Rechilæ patri ſuccedit in regnum Suevorum, 448. XV.
Rechila Hermerico patri ſuccedit in regnum Suevorum, 441. XIII. Moritur, 448. XV.
Regienſis Synodus, 439. XV. Ei præfuit Hilarius Arelatenſis, *ibid.* Nulla in ea Pelagianorum mentio, *ibid.* XVI.
Relationes a Conciliis ad Papam mitti ſolitæ, 418. XXIII.
Reliquiarum SS. Cyri & Joannis Martyrum tranſlatio, 414. XIII.
Reliquiarum S. Stephani protomartyris inventio, 415. II.
Reliquiarum Joſeph filii Jacob & Zachariæ patris Joannis Baptiſtæ tranſlatio, 415. XXVIII.
Rhetiaria Metropolis Daciæ Ripenſis, 418. LXXVI.
Roma poſt excidium paulatim frequentari cœpta, 414. XVII.
Roma quo tempore in Valentiniani III. poteſtatem redacta, 425. III.
Romani cum Perſis pacem faciunt, 422. XII.
Romanus Pontifex poſt Illyrici damnationem a Valentiniano III. Imp. factam jus ſuum retinuit, 437. IV. Unde evenerit ut Pontificis Romani electioni Italiæ Reges ſe immiſcuerint, 419. II.
Romana Synodus ſub Innocentio Papa pro damnatione Pelagianorum fictitia, 416. XIX.
Romana Synodus contra Neſtorium, 430. V. *& ſeq.*
Alia Romana Synodus contra eumdem, 431. IV. Ex hac legati deſtinantur ad Synodum Epheſinam, *ibid.*
S. Romanus primus in Gallia Sequanorum Monachorum inſtitutor, 444. XV. Presbyter ordinatur, *ibid.* XVI. Ejus Vita quo tempore ſcripta, *ibid.* XVIII. Miraculum ab eo patratum, *ibid.* XIX. Ejus Vita genuina, 445. X. *& ſeqq.*
Rufus Theſſalonicenſis Epiſcopus Sanctæ Sedis Vicarius in Illyrico, 421. VIII. & 424. VII.

# S

SAlvianus presbyter Maſſilienſis abſolvit libros de Providentia, 440. VI.
Saxones Septentrionalem Britanniæ partem incolentes Britanniam infeſtant, 429. VIII. *& ſeqq.*
Saxonum ſeu Anglo Saxonum adventus in Britanniam epocha, 447. IX. *& ſeqq.*
Schiſma oritur ex pace inter S. Cyrillum & Joannem Antiochenum, 433. V. *& ſeqq.* Ex eo multa mala in Eccleſiam redundant, *ibid.* XIV.
Schiſma tertium in Eccleſia Romana, 419. II.
Scoti Britanniam prædantur, 421. XIV. Tranſmarini a Britannis dicti, *ibid.* XV. Iterum in Britanniam irrumpunt, 422. XIII.
Scupi Metropolis Dardaniæ, 418. LXXVI.
Sebaſtianus tyrannus in Gallia occiditur, 413. II.
Semipelagianorum initia, 428. XXVII. *& ſeq.*
Semipelagiani a Cæleſtino Papa compreſſi, 431. XLVI.
Serdica Daciæ Mediterraneæ Metropolis, 418. LXXVI.
S. Severus Epiſcopus Trevirenſis floret, 435. XL.
Sidæ in Pamphilia Synodus contra Meſſalianos coacta, 427. VIII.
Sigericus mortuo Ataulfo ſit Gothorum Rex, 415. XXIV. Occiditur, *ibid.*
Siſinnius ſit Epiſcopus Cpolitanus, 426. II. Moritur, 427. VII. Eo ſedente Synodus contra Meſſalianos Conſtantinopoli coacta, *ibid.* VIII.
Sixtus III. Papa creatur, 432. VI. Neſtorium ab hæreſi revocare conatur, *ibid.* VII. Joannem



nem Antiochenum in viam rediiſſe gaudet, 433. IV.
Sixti Papæ accuſatio ſuſpectæ fidei, *ibid.* XIX. Moritur, 440. II. Libri ei falſo adſcripti, *ibid.* IV.
Socrates eodem tempore quo Theodoretus & Sozomenus hiſtoriam ſuam ſcripſit, 427. XV. *& ſeq.* & 439. XI. Eam ultro annum CCCCXXXIX. non continuavit, 439. IX.
Solis ingens eclipſis, 418. LXXX. & 447. XIII.
Sozomenus eodem tempore quo Socrates & Theodoretus, Hiſtoriam ſuam ſcripſit, 427. XV. *& ſeq.* & 439. XI. Eam ultra annum CCCCXXXIX. non continuavit, 430. X.
Spectacula diebus feſtis & dominicis fieri prohibet Theodoſius Imp. 425. VIII.
Spoleti Synodus celebratur ad ſedandum ſchiſma Eccleſiæ Romanæ, 419. II.
S. Stephani protomartyris Reliquiarum inventio, 415. II.
Subſcriptiones hæreticorum damnationi quo tempore in uſum inductæ, 419. XXII.
Suevi cum Gallæcis pacem ineunt, 430. XXIX. Eos male habent, 431. LXI. Iterum pacem faciunt, 432. XIX. & 433. XXIV.
Sulpicii Severi converſio, patria & mors, 431. I.
Symmachus Præfectus Urbis Eulalio Antipapæ adhæret, 419. II.

# T

TArſenſis Synodus in qua aliqui Epiſcopi Sancto Cyrillo addicti depoſiti, 431. XLV.
Tarſenſis altera Synodus in qua recipitur lex Theodoſii Imp. contra Neſtorium, 435. VIII.
Templum Cæleſtis Deæ Conſtantio imperante demolitum eſt, 420. VI.
Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus creatur, 423. VIII. *& ſeqq.* Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam terminat, 427. IX. *& ſeq.* Eam ab anno CCCCXXV. inchoavit, *ibid.* XI. Longe poſt Concilium Epheſinum eam ſcripſit, *ibid.* XIV. Eodem tempore quo Sozomenus & Socrates Hiſtorias ſuas ediderc, *ibid.* XV. *& ſeq.* & 439. XI. Theodoretus Theodorum Mopſueſtenum multum laudavit, 427. XVII. Theodoreti Vitæ ſummarium, *ibid.* XVIII. Ejus labores ante Epiſcopatum, *ibid.* XIX. Epiſtola ad Sporacium ei ſuppoſita, 428. XXI. *& ſeq.* Theodoretus ſcribit contra S. Cyrilli anathematiſmos pro Neſtorio, 430. XVII. *& ſeqq.* Pacis Eccleſiæ cupidiſſimus eſt, 432. X. & XII. Auctor eſt Confeſſionis fidei, quam Joannes Antiochenus ad Cyrillum miſit, *ibid.* XIV. Paci ſubſcribere recuſat, 434. IV. Fluctuat, *ibid.* VIII. Bono animo omnia facit, *ibid.* IX. Pacem amplectitur, *ibid.* X. Alexandrum Hierapolitanum Epiſcopum ad pacem perducere tentat, 435. IX. Scribit adverſus Gentiles & quo anno, 439. III. *& ſeq.* Quarumdam ejus Epiſtolarum epocha, 440. V. *& ſeq.* & 443. IV. *& ſeqq.* Exilium ejus domeſticum fuit, *ibid.* Ejus ad Domnum Antiochenum Epiſcopum Epiſtola contra Cyrillum non eſt ſuppoſititia, 444. VII. *& ſeq.* Duæ ejus Epiſtolæ ad Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum diverſis annis ſcriptæ, *ibid.* IX. Theodoretus S. Cyrillo parum æquus, *ibid.* X. Scribit hiſtoriam religioſam, *ibid.* XIV. Cyrum ſecedere jubetur, 448. III. Variæ ejus Epiſtolæ, *ibidem.* IV.
Theodorus ſit Epiſcopus Forojulienſis, 433. XXI. *& ſeq.*
Theodorus Mopſueſtenus Pelagianæ & Neſtorianæ hæreſeon primus parens quo anno Epiſcopus dictus, 423. XV. *& ſeq.* Libri ab eo ſcripti, *ibid.* XVII. *& ſeqq.* Moritur, 427. XII. Ejus libri a Rabula Edeſſeno Epiſcopo anathematizantur, 435. XVI. *& ſeq.* Defenduntur ab Andrea Samoſateno Epiſcopo, *ibid.* XVIII.
Theodoſius Junior quintum Conſulatum ſuſcipit ob poſterioris Imperii Quinquennalia, 412. I. Sextum ſit Conſul ob Quindecennalia prioris Imperii, 415. I. Judæorum inſolentiam reprimit, *ibid.* XXI. In Montaniſtas leges promulgat, *ibid.* XXII. Septimum Conſulatum init ob Decennalia poſterioris Imperii, 416. I. Paganos a militia Palatina excludit, & Parabolanos reprimit, *ibid.* XXI. Octavum, Conſul procedit ut ſit collega Honorii, 418. I. Moeſiam in duas provincias dividit, *ibid.* LXXVI. Nonum init Conſulatum ob Vicennalia prioris Imperii, 420. I. Athenais ei uxor deſtinatur, *ibid.* XXV. *& ſeqq.* Eam ſibi connubio copulat, 421. III. Amplificat juriſdictionem Epiſcopi Conſtantinopolitani, *ibid.* IV. Reſcripti ejus interpretatio, *ibid.* V. Reſcriptum revocat ad petitionem Honorii Imp. *ibid.* VI. Illius reſcripti auctores, *ibid.* X. Theodoſius urbi Cpolitanæ conſulit, *ibid.* XII. Decimum Conſulatum ſuſcipit ob poſterioris Imperii Quindecennalia, 422. I. Cum Perſis pacem facit, *ibid.* XI. Hæreticos perſequitur, 423. V. In Judæorum favorem legem emittit & revocat, *ibid.* XXI. Aliæ ejus leges de Judæis & Paganis, *ibid.* XXII. Undecimum Conſulatum init ob quinta Quinquennalia prioris Imperii, 425. I. Spectacula diebus feſtis & dominicis fieri prohibet, *ibid.* VIII. Duodecimum Conſulatum ſuſcipit ob Vicennalia poſterioris Imperii, 426. I. Paganis ſub pœna mortis ſacrificia interdicit, eorumque fana deſtrui jubet, *ibid.* IV. Judæis ad fidem converſis, & Apoſtatis ad Eccleſiam redeuntibus favet, *ibid.* XVII. Lenones lege coercet, 428. XXVI. Judæorum Patriarchas ſupprimit, 429. XXIX. Decimum tertium Conſulatum init ob prioris Imperii Tricennalia, 430. I. Epheſinam Synodum indixit, *ibid.* XIX. Non ſuſpendit ſententiam a Synodis Romana & Alexandrina in Neſtorium lata, 431. II. & III. Actionem primam Concilii Epheſini reſcindit, *ibid.* XXIV. Legatos a Concilio Cpolim evocat, & Neſtorium a Concilio recedere jubet, *ibid.* XXXIV. Omnes Epiſcopos ad propria redire jubet, *ibid.* XLIV. Eccleſiæ paci conſulit, 432. VIII. Decimumquartum Conſulatum ſuſcipit ob poſterioris Imperii Tricennalia, 433. I. Jubet ut Epiſcopi cum Joanne Antiocheno non communicantes Eccleſiis eiiciantur, 434. V. Quo anno juſſio illa ſeu ſacra data ſit, *ibid.* VI. Dat aliam ſacram peculiarem contra quatuor Epiſcopos, *ibid.* VII. Conſtantinopoli fame laboranti conſulit, *ibid.* XIII. Eccleſiis & Monaſteriis privilegium concedit, *ibid.* XIV. Conſulatum decimum quintum init ob ſeptima Quinquennalia prioris Imperii, 435. I. Legem emittit pro comburendis Neſtorii libris, *ibid.* III. *& ſeqq.* Codicem Theodoſianum dictum promulgat, *ibid.* XLI. Conſulatum decimum ſextum ſuſcipit ob ſeptima Quinquennalia poſterioris Imperii, 438. I. Conſulatum decimum ſeptimum ſumit ob prioris Imperii octava Quinquennalia, 439. I. Conſulatum decimum octavum ſuſcipit ob nona Quinquennalia prioris Imperii, 444. I. Diſcordiæ ejus cum uxore origo, 446. XII. Contra fautores hæreſis Neſtorianæ edictum promulgat, 448. II.
Theodotus Alexandro ſuccedit, 420. XXII. *& ſeqq.* Moritur, 427. II.
Theophilus Alexandrinus Epiſcopus moritur, 412. XXIII.
Thermæ Achilleæ dedicantur, 443. XII.
Thermantia Honorii Auguſti ſecunda uxor moritur, 415. XXX.

Theſſaliæ Metropolis Lariſſa, 418. LXXVI.
Theſſalonicenſi Eccleſiæ privilegium conceſſum, 424. VI.
Theſſalonicenſis Epiſcopus Vicarius Sedis Apoſtolicæ per provincias Illyrici, 418. LXXV. Poteſtas indicendi Synodos ei conceditur, *ibid.* LXXVII. Vicariatu ſedis Apoſtolicæ per Illyricum; privatur, 421. VII. Vicariatus ille contemnitur, *ibid.* VIII. Theſſalonicenſi Epiſcopo Vicariatus Illyrici continuatur a Cæleſtino Papa, 424. VII.
Tribunorum ſimul & Notariorum munus, 413. VI.
Tuburſicenſe colloquium anno CCCXCVIII. tardius collocandum, 412. VI.
Turribius Aſturicenſis Epiſcopus Priſcillianiſtas in Hiſpaniis exagitat, 447. II.
Turribii duo diſtinguendi, *ibid.* III. *& ſeqq.*
Tyri Epiſcopus dictus Protothronus, 436. VI.
Tyrii peculiari epocha utebantur, 448. XIII.
Tyrium judicium circa Ibam Edeſſenum Epiſcopum, in quo is abſolutus, quo anno habitum, 448. IX. *& ſeqq.*

## V

VAlentinianus III. naſcitur, 418. LXXIII. Cæſar dicitur, 424. IV. *& ſeq.* Ob Cæſareum Imperium Conſul procedit, 425. I. Auguſtus dicitur, *ibid.* V. Eccleſiarum & Clericorum privilegia confirmat, *ibid.* IX. Leges adverſus hæreticos emittit, *ibid.* X. Secundo Conſul procedit ob Auguſteum Imperium, 426. I. Tertium init Conſulatum, ob Imperii Auguſtei Quinquennalia, 430. I. Quartum Conſul procedit ob Decennalia ejuſdem Imperii, 435. I. Honoriam ſororem Cpolim amandat, *ibid.* XLII. Cum Genſerico Vandalorum Rege pacem facit, *ibid.* XLIII. Nubit Eudoxiæ filiæ Theodoſii Imp. 437. III. Quintum init Conſulatum ob Auguſtei Imperii Quindecennalia, 440. I. Sextum Conſul procedit ob ejuſdem Imperii Vicennalia, 445. I.
Vandali de univerſa Hiſpania occupanda cogitant, 420. XXVIII. In ea Romanos adoriuntur, 425. XIV. Africam ſibi ſubiiciunt, 428. II. *& ſeq.* Orthodoxos in Africa perſequuntur, 437. II. Carthaginem occupant, 439. VIII.
Vararanes Perſarum Rex Isdigerdi patri ſuccedit, 420. XIV. Perſecutionem in Chriſtianos continuat, *ibid.* Ex ea bellum inter Romanos & Perſas exortum, *ibid.* XV. Moritur, 440. IX.
Vaſionenſe Concilium primum, 442. VI.
Viminiacum Moeſiæ Metropolis, 418. LXXVI.
Vincentius Lerinenſis Semipelagianus confutatur a Proſpero, 434. XV. *& ſeqq.* Sancte moritur *ibid.* XX.
Viſigothorum Regni in Galliis initium, 412. XX.
Viſigothi pacem turbant, 436. IX. Bellum cum Romanis gerunt, 438. VIII. Romanos vincunt & pacem cum iis ineunt, 439. V. *& ſeq.*
Vitalis Semipelagianorum præcurſor, 428. XXVII.
Wallia fit Rex Gothorum, 415. XXIV. Pacem init cum Honorio Imp. eique Placidiam ſororem & Attalum reddit, *ibid.* XXV. Pro Romanis militat, 416. XXIII.

## Z

ZAchariæ patris Joannis Baptiſtæ Reliquiarum tranſlatio, 415. XXVIII.
Zellenſe Concilium fictitium non eſt, 418. LXIV. *& ſeq.* Nec Teleptenſe nec Telenſe dici debet, *ibid.* In eo decreta aliquot diſciplinæ inculcata, *ibid.* LXVI.
Zoſimus fit Pontifex Romanus, 417. XII. Sub eo pax conciliata non eſt inter Romanam & Orientalem Eccleſiam, *ibid.* XIV. Tractoriam ſuam contra Pelagianos ad Occidentales & Orientales inſcripſit, licet cum his non communicat, *ibid.* XV. Cæleſtium innocentem putat, *ibid.* XVI. Pro eo ſcribit ad Epiſcopos Africanos, *ibid.* Herotem & Lazarum Epiſcopos Gallos damnat, *ibid.* XVIII. Pelagium innocentem ſcribit ad Epiſcopos Africanos, *ibid.* XX. Unico decreto Cæleſtium & Pelagianos damnat, 418. XVI. *& ſeq.* Cæleſtium ad audientiam vocat eumque non comparantem damnat, *ibid.* XXVII. Reſcriptum obtinet ab Honorio quo Pelagiani Roma pelluntur, *ibid.* XXVIII. XXX. *& ſeqq.* Proculo Maſſilienſi Epiſcopo parum æquus videtur, *ibid.* LXIX. Moritur, *ibid.* LXXI.





# INDEX
## ANIMADVERSIONUM

In quo Conſules annorum, cætera vero paginarum numero indicantur.

Aſteriſcus ad Conſules indicat novas in Pagium emendationes.

## A

AUrelius, Hieronymus, & Joannes Hieroſolymitanus quando acceperint literas ab Innocentio, pag. 86. Quid de Epiſtola ad Joannem Hieroſolymitanum legat Baronius, quidve Conſtantius exhibeat, *ibid.*

## B

BOnifacii electionis & conſecrationis annus & dies, 155. Obitus & Sedis tempus, *ibid.* Quando ſcripſerit ad Honorium de ambitu coercendo, 163.

## C

CONSULES.

Fl. *Honorius* Aug. IX. & Fl. *Theodoſius* Aug. V. 412.
. . . . *Lucius*, & . . . *Horaclianus*, 413.
Fl. *Conſtantius*, & . . . . *Conſtans*, 414.
Fl. *Honorius* Aug. X. & Fl. *Theodoſius* Aug. VI. 415.
Fl. *Theodoſius* Aug. VII. & . . . Junius *Quartus*, *Palladius*, 416.
Fl. *Honorius* Aug. XI. & Fl. *Conſtantius* II. 417.
Fl. *Honorius* Aug. XII. & Fl. *Theodoſius* Aug. VIII. 418.
. . . *Monaxius*, & . . . *Plinta*, 419.
Fl. *Theodoſius* Aug. IX. & Fl. *Conſtantius* III. 420.
. . . *Agricola*, & . . . *Euſtathius*, 421.
Fl. *Honorius* Aug. XIII. & Fl. *Theodoſius* Aug. X. 422.
* . . . . *Aſclepiodotus*, & . . . . . *Marinianus*, 423.
* Fl. *Gaſſinus*, ſeu *Caſſinus*, & . . . *Victor*, 424.
* Fl. *Theodoſius* Aug. XI. & Fl. Placidus *Valentinianus* Cæſar, 425.
Fl. *Theodoſius* Aug. XII. & Fl. Placidus *Valentinianus* Aug. II. 426.
. . . *Hierius*, & . . . . *Ardaburius*, 427.
* Fl. *Felix*, & . . . *Taurus*, 428.
* Fl. *Florentius*, & Fl. *Dionyſius*, 429.
Fl. *Theodoſius* Aug. XIII. & Fl. Placidus *Valentinianus* Aug. III. 430.
* . . . . *Baſſus*, & . . . *Antiochus*, 431.
. . . *Ætius*, & . . . . *Valerius*, 432.
* Fl. *Theodoſius* Aug. XIV. & Fl. . . . Petronius *Maximus*, 433.
. . . *Aſpar*, & . . . . *Ariobindus*, 434.
Fl. *Theodoſius* Aug. XV. & Fl. Placidus *Valentinianus* Aug. IV. 435.
* . . . . *Iſidorus*, & . . . . *Senator*, 436.
. . . . *Ætius* II. & . . . . *Sigiſvultus*, 437.
* Fl. *Theodoſius* Aug. XVI. & . . . . . *Fauſtus*, 438.
Fl. *Theodoſius* Aug. XVII. & . . . . *Feſtus*, 439.
Fl. Placidus *Valentinianus* Aug. V. & . . . . . *Anatolius*, 440.
* . . . . *Eudoxius*, & Fl. *Dioſcorus*, 442.
* Fl. Anicius Petronius *Maximus* II. & . . . . *Paterius*, ſeu *Paternus*, 443.
*Theodoſius* Aug. XVIII. & Cæcina Decius *Albinus*, ſeu *Albinus* tantum, 444.
Fl. Placidius *Valentinianus Aug.* VI. & . . . . . *Nomus*, ſeu *Nonius*, 445.
* Fl. Ætius III. & Q. *Aurelius*, ſeu *Valerius Symmachus*, 446.
* *Alypius*, aliis *Callypius*, ſeu, *Callepius*, & *Artaburius*, 447.
* Fl. *Zeno*, & Rufius Prætextatus *Poſtumianus*, 448.

Cæleſtini conſecratio & obitus, 427. Sedis tempus, *ibid.*
Cyrillus numquam læſit Joannem, 45.

## E

EPiſtola Hieronymi, Euſtochii, & Paulæ ad Innocentium cujus opera data, 86.
Epiſtola Joannis ad Sixtum Rom. Pontif. quando ſcripta, 435. De illa ſententia Baronii non probatur Conſtantio, *ibid.*

## G

GAllicana Synodus ubi celebrata fuerit, 299.

## I

INnocentii Papæ obitus quo anno & die contigit, 90.

## L

LIbellus ſeu Epiſtola Paulini diaconi adverſus Cæleſtium anno 417. ſcriptus, 113. Cur in eo Paulinus Zoſimo gratias agat, *ibid.*
S. Lupus quandiu manſerit in monaſterio Lerinenſi, 194. Ejus Epiſcopatus quo anno conſtituendus, *ibid.*

M

MAximus quando tertium egerit Conſulatum, 355.

P

PAulinum fuiſſe conſulem non honorarium, ſed ſuffectum multis argumentis probatur, 412. Quamdiu Campaniam Præfecturam obtinuit, 413. Ejus adventus Nolam quo anno conſignetur, *ibid.*
Porphirii Gazenſis Epiſcopi obitus quo anno ac die contigit, 206.
Proclus quando Concilium celebravit, 526.

S

SIxti Papæ ordinatio, ſedis tempus, & obitus, 417. Quid in literis Joannis ad ipſum fuerit a Baronio ſuppletum, 454.

T

THeodoreti epiſtola 86. quo conſilio ſcripta, 526. Illius mentem minime aſſecuti fuere Pagius & Garnerius in literis Synodicis Procli ad Joannem Epiſc. Antioch. *ibid.*

Z

ZOſimi ordinatio, & obitus, 90.


FINIS.